

7
14
66

15-66

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32

月
相
66

17-66

2-221

R.P.D. ANTONINI
DIANA
PANORMITANI,
CLERICI REGULARIS,

*Imprimus et Typo
de Montenegro*

CORAM SANCTISSIMO D.N. ALEXANDRO VII.
Episcoporum Examinatoris, & Sancti Officij Regni
Siciliae Consultoris.

Del Coll. de la Camp. de 1667

& Prae.

RESOLUTIONVM MORALIVM
Pars VNDECIMA tota Miscellanea.

5048

*Atque ipsa varietate tentamus efficere; ut alia aliis, plura fortasse omnibus
placeant. Plinius lib. 4. Epist. 14.*

Adduntur in fine Tractatus duo, De Adoratione Romani Pontificis, Et de
infallibilitate suorum Decretorum circa Fidem extra Concilium.


EDITIO NOVISSIMA, ceteris correctior & emendatior.




LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, & LAVR. A.

M. DC. LXII.

CVM SUPERIORVM PERMISSV.





S. C. R. M.

MAGNI PHILIPPI IV.

Noui, & Antiqui Orbis


M O N A R C H Æ
P O T E N T I S S I M I.



SAT VERAM equidem mecum ipse, Rex inclyte, posito calamo, non amplius litteratorum patientiam, ac præla fatigare lucubrationibus meis. Deuexa iam ætas, & quæ illam plerumque comitatur, incommoda corporis valetudo cessationem ab hac litteraria prælastra deposcebant. Scilicet, vbi elanguit vis illa præliaris animi, missionem, ac otium iure postulat veteranus miles. Valuere nihilominus vsque adeò assidua amicorum adhortamenta, ac preces, vt afflato defectis iam viribus vigore quodam, erectoque ingenio, id effecerint vt pergerem: Cùmque aliæ ex aliis enatæ subindè fuerint causæ, occasionesque scribendi, aduerti, occultis quibusdam incrementis suas in partes, ac membra adoleuisse Vndecimam hanc vigiliarum mearum Partem. Quæ cùm publicam deinde lucem posceret, quo potissimum splendore nominis cohonestatam, ac quibus illam sub auspiciis prodire in conspectum Orbis sinerem, haud profectò deliberandum mihi diù fuit. Regia illa indoles Tua, ac supra fidem benignitas, qua visus non ita pridem Decimam Partem excipere, non allicit modò, sed cogit, vt te ipsum, eandemque iterum clementiam Tuam appellem. Planè, qui sponte augusto Tuo nomini semel Commentarios inscripsi meos, vt eiusmodi iterum ingenij donarium Tibi consecrem, vis quædam ingens impellit, ac vrget: neque enim liberum cuique est, postquam expertus semel diuinam prope modum Maiestatis Tuæ humanitatem, animique celsitudinem fuerit, alium quempiam rerum suarum tutelæ, fideique deligere. Magnæ quippè ingeniorum, atque animorum est regiæ Tuæ frontis faustitas, comitas, suauitas; trahitque immixta facilitati Maiestas, quæ à suo

fastigio descendere quadam laude modestiæ ad clientum obsequia, ac vota non dedignatur. Quamquam quid ipse laboribus hisce meis honestandis decus, splendoremque aliundè quæsiuerim; quando in vno PHILIPPI nomine quidquid alibi magnitudinis, gloriæque sparsim vides, cumulatè extet. Solus ipse, Rex potentissime, instar omnium es, qui omnium simul amplitudinem, decora, imperium, opes non æquas modò, sed superas. Genus Tibi, continuatis Cæsarum, Regumque fascibus, regendæ, an fortunandæ genti mortalium? immortale contigit. Sceptra vltra quidquid est nostri Orbis, extendis: Supercilio orientem occasumque Solem frænas. Oceani claustra Ausfriacis obnoxia, ac peruia: diffitas tot regionibus terras tot sinibus maria vno innectis, iungisque imperio: iura pacis, ac belli vbique regis: publica hominum felicitas, ac gentium fortuna nutibus tuis pendent, nomen, famam, vix intra sydera, coelumque claudis: quid plura? exhaustam penè in te ornando naturam, fortunam, astra vides. Quæ cum ita sint, non aliundè profectò grandius, ac splendidius optauerim scriptioni huic meæ, quàm ab inclyto Tuo nomine patrocinium. Illam si prona augusti Tui vultus benignitas afflauerit, ac fines Tuo cultu, gloriaque explendescere; quanta hinc Operi existimatio accedet? quæ auctoris famæ lux? quodnam ingenio decus? quantum doctrinæ ipsi pondus, ac plausus? Ades igitur, PHILIPPE Rex, & hanc etiam accipe studiorum meorum partem, hoc est, alterum clientis Tui minimi obseruantia monumentum. Iterum clientelam, gratiamque à me Tuam interpellari, nè, Rex, pigeat. Sanè, vt ingens mihi decus asseret geminatus beneficentiæ fauor; ita non minimam Clementiæ Tuæ laudem, famamque Maiestati Tuæ conciliabit repetita humanitas. Vale, Regum Maxime, & Regnorum Tuorum curis, Orbis vniuersi tranquillitati, publicæ Religionis incremento, ac splendori viue quàm diutissimè.

SYLLA



SYLLABVS AVCTORVM;

Qui encomiasticè de P. Diana mentionem fecerunt notissimè
adauctus in hac Parte Vndecima.



CACIVS de Ripol. tract. de Regul. cap. 11. n. 11. non debebat venerabilis, & Doctissimus Diana tantoperè mirari de me dictis.

Albertus de Albertis Societatis Iesu in Paradoxa moralia disp. 1. c. 2. n. 17. huic veritati oblectatur aperte Diana vir sanè doctissimus, iuxtaque humanissimus.

Idem ibidem cap. 5. §. 8. num. 118. Quamobrem benignè inspectandum iudico, quod eruditissimus Diana asseruit.

Alphonfus de Leone Clericus Reg. tract. de Capellaniis quest. 6. sect. 10. num. 100. undè Doctissimus Diana necesse est, vt intelligat, id esse prohibitum in decreto.

Idem de Censib. recollect. 5. num. 126. Turrianus vocat hanc sententiam probabilem, & non Diana, prout Manriquez Ferro solita sua animositate contra hunc famigeratissimum Authorem falsò illi attribuit: addens, Dianam frequentius approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil afficere illum posset: quia illud non solum non negat ipse Diana, sed glorianter profitetur in fronte suorum voluminum, se vt plurimum benignè resolvere casus conscientia, quod in singulis suis resolutionibus, non ex sua, sed aliorum selectorum Auctorum opinione cum communi plausu exequitur.

Andreas Capanus de iure Adoha quest. 62. n. 11. fateor tamen quod P. Diana omnia ferè optime resoluit, maxime cum ingenij perspicuitate, & acumine, prout in presenti casu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter euitanda peccata.

Bartholomæus Lanfrancus in opusculis tom. 1. cap. 4. num. 15. Quamplures refert accuratissimè Anton. Diana Pars IX.

mus in recensendis autoritatibus P. Diana.

Angelus Maria Verricelli in questionibus moralibus tr. 2. qu. 28. n. 15. ita doctissimus Diana.

Idem ibidem tr. 4. q. 27. sect. 7. n. 69. in re autem morali plurimum debemus nostro P. Antonino Diana, nam eius industria, multa opinionanes euaserunt probabiles, quæ antea non erant.

Antonius Escobar & Mendoza Societatis Iesu in theol. moral. lib. 5. cap. 6. sec. 2. problem. 35. n. 133. Miror quidem Antoninum Diana virum eruditissimum, primam sententiam Doctorum communem esse affirmare.

Idem in theol. moral. parua editione vlt. tract. 1. exam. 1. cap. 12. n. 93. scio communem esse sententiam non peccare subditos, qui legem sine causa non recipiunt, de quo eruditissimus Diana part. 5.

Antonius de Leon in quest. del chocolate part. 1. §. 1. n. An oy se puede seguir esta opinion; consta de Antonino, que siendo el ultimo, que ha escrito en lo moral, y con la prouocacion y estimacion, que se sabe, la pone por probable.

Augustinus Barbosa nunc Episcopus Vgentinus de potest. Episc. edit. Lugdun. anno 1641. par. 2. alleg. 6. num. 4. ita tenet Layman, & nouissimè amicus meus doctus Diana.

Barnabas Gallego de vera Ordinis Predicatorum in Bulla Cruciatæ cap. 9. dub. 115. No porque he aduertito esto contra Antonino Diana, dexo de venerar los muy lucidos trabajos deste Autor, que sin duda tiene grandes noticias de la Theol. moral.

Bartholomæus à S. Fausto Ordinis Fulienfis de Sacram. penit. lib. 4. quest. 173. Penitens

Syllabus Auctorum.

- quando bona fide maiorem numerum peccatorum expressit non tenetur repetere confessionem, & ita tenet sapientissimus Diana.
- Cesar Carena in tr. de off. Sanctiss. Inquisitionis tit. 1. §. 11. n. 68 Videatur de tota hac materia P. Diana de hoc nostro Tribun. S. officij optimè meritis.
- Celestinus Suefionensis tertij ordinis. S. Francisci, in compend. theol. moral. tract. 3. cap. 10. De hac materia multa scitu digna refert Diana vir doctissimus, ex cuius doctrina, qua hic trademus desumpturi sumus.
- Carolus Beaucius in 2. edit. sua praxi confessorior. fol. 123. Respondetur ex Gaetano, & aliis citatis à sapientissimo Diana.
- Carolus Antonius Bottiglierius in tract. de successione ab intestato Theorem. 66. n. 1. Ad quod videndus est laboriosus, & doctus P. Diana.
- Constantinus de Castro Mortariensis Canonicus Regul. Lateranensis, in Collect. Theolog. Moral. tract. 4. sect. 1. cap. 100. art. 2. §. Ita Doctores, quos citat, & sequitur doctissimus Diana.
- Castillus Sotomaior de tertijs debitis Hispaniarum Regibus cap. 41. num. 181. Antonini Diana scripta & Resolutiones Morales vitales, & necessarias esse, & singulari eruditione, authorumque Lectura edita fateamur libenter.
- Daniel de Nobilibus in Select. Controuersis disputat. 62. numer. 31. Contra communem sententiam videtur mihi sentire eruditissimus Diana, dum dixit sibi non videri has leges ex aquo respicere Clericos, ac Laicos.
- Didacus Antonius Frances in Pastoralis interno ad finem operis in Appendice §. 1. Notus tomus eruditissimi, & laboriosissimi Reuerendi Patris Antonini Diana serò, sed bona sorte ad me delatus est, illum perlegi, & specilegium istud, quo Sparta nostra potuit locupletari hic apponere, & in appendiculum referre iudicavi, quam margines infercire, & Lectores meos hac noua lucubratione, & grauisissimi viri auctoritate iudicioque priuari.
- Didacus de Narbona in Annalibus iuris n. 10. cum dim. quest. 8. n. 6. Idem docet Riccius, Ochagavia, Mercerus, & Castrus Palau, quem refert & sequitur eximia litteratura vir Antoninus Diana.
- Idem in tract. de at. ad omnes hum. act. req. an. 11. quest. vnum num. 3. Quamplurimos Auctores enumerat solertissimus vir Antoninus Diana.
- Didacus Trasmiera Quaesitor Fidei in Regno Sicilia de Polygamia lib. 3. quest. 2. num. 49. Quam rationem attingit Doctissimus Diana.
- Franciscus Bardi studiorum Praefectus in Collegio Panormitano Societatis Iesu in Bullam Cruciatam part. 2. tractat. 2. capite. 4. sect. 2. numer. 12. partem affirmatiuam complexi sunt quamplures, ut Suarez, Coninch, Fagnandez Layman, & peritissimus Diana.
- Idem ibidem tr. 3. cap. 4. sect. 4. n. 34. Pater Diana diligens casuum Moralium, & practicabilium scrutator.
- Idem in Selectis lib. 7. q. 13. n. 14. quam sententiam doctissimus, & amicissimus Diana, ut probabilem & tutam sustinet.
- Franciscus Bordonus S. Off. Parmensis consultor Tertij Ordinis S. Francisci in Consil. Regul. tom. 2. resolut. 89. num. 30. Id optimè probat in Moralibus versatissimus Diana.
- Franciscus Maria Pratus pract. obseruationum tom. 1. obser. 41. n. 7. hanc esse communem opinionem refert post plures admodum Reuerendus, & Doctissimus vir Pater Antoninus Diana huius etatis ornamentum.
- Idem in responso de Ludo Scacchorum §. nec tamen, &c. Quam sententiam aperit sustinet mihi semper honorandus Pater Diana summum Europa decus.
- Idem Annotationibus ad Paschalem de viribus Patria Potestatis part. 1. cap. 9. n. 33. §. at non fol. 193. Cuius rei accepta occasione insignis noster P. D. Anton. Diana maxima in toto Orbe auctoritatis ob eius doctrinam, prudentiam, vita integritate adiunctam, quam egregia litterarum monumenta posteritati tradita, ita clarè testantur, ut eum supra omnem ingenij aleam positum esse nulli ad dubitauerint, tradit, &c.
- Idem ibidem par. 3. cap. 2. num. 50. fol. 461. Quam decisionem imprimi curauit P. Antoninus Diana litterariae vniuersitatis ornamentum.
- Idem ibidem part. 2. cap. 3. n. 63. fol. 260. superuenit postea Decimus Tomus nunquam satis laudati P. Antonini Diana.
- Idem ibidem part. 3. cap. 6. n. 1. §. est etiam fol. 491. In iniurijs minoribus per occisionem resistere non licet, affluenter eruditissimus P. Diana.
- Franciscus Pellizzarius Societ. Iesu to. 2. Man. Regnl. in Epistol. ad Lectorem sub nomine Typographi R. P. Antoninus Diana vir ob plures, & eruditos Codices editos, non solum Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi celeberrimus.
- Franciscus Salernus Panormi Vicar. Gener. lib. 1.

Syllabus Auctorum.

- lib. 1. consil. 12. §. 3. n. 16. Quam sanè rem tetigit doctissimus Diana, cuius codex, postquam hac scripsera, ad manus meas peruenit.
- Franciscus Torreblanca in pract. iuris spiritua. lib. 15. c. 5. n. 54. Communis Auctorum sententia terruit ne in meam veniret opinionem, eruditissimum Ant. Diana sacra Inquisitionis Regni Sicilia Consultorem.
- Gregorius Gobat Societatis Iesu in Theatro Indulgentiarum par. 2. c. 7. q. 16. n. 324. Ita post Syluium. Diana, cuius apud me magna in eiusmodi dubijs auctoritas.
- Idem ibidem c. 26. q. 71. n. 533. Accedit recentissima declaratio SS. D. N. cuius omni exceptione maior testis existit celeberrimus Doctor Ant. Diana.
- Idem ibidem c. 83. q. 103. n. 681. Sicuti nix auctoritate tam praeclare de re morali meriti Diana, respondi per litteras interrogatus.
- Gio. Pietro Crescentij nell' Arsénale de Religiosi part. 3. del Presidio Romano lib. 2. fol. 34. col. 1. Da per tutto si sono ristampati gli otto volumi delle Risolutioni morali d'Antonino Diana de Palermo. Viue in Roma esaminatore de Vesconi, e iustitiaua scriuendo con molta fama.
- Idem ibidem fol. 66. col. 2. Il P. Ant. Cottone siegue in tutto, e per tutto la dottrina del P. Diana. splendore del nostro seculo.
- Hyacinthus Donatus Dominicanus in praxi regularium tom. 1. tr. 13. q. 20. n. 6. Si Episcopus prohiberet ne fiat accessus ad locum exemptum, tunc incurreretur, in Censuram, ita Couarr. & Doctissimus P. Diana.
- Idem to. 2. tr. 6. q. 6. n. 1. Quidam probabiliter dicunt posse, & debere puniri à Prelatis Religionis, ita cum alijs citatis doctissimus P. Diana.
- Hieronymus Ferrantinus Societ. Iesu de Scandalo, & correctione Fraternali disp. 1. q. 27. n. 4. Ita Diana, cuius tanti Autoris opinio, quamuis pro viri Religiosi affectu dicta sit, habet nihilominus difficultates.
- Idem ibidem q. 77. n. 3. praeter alios, quos citat, eruditissimus P. Diana.
- Hieronymus Garzia in Summ. Moral. tr. 8. diff. 1. dub. 4. punct. 4. n. 20. & sapius alibi, esse vltimo parece sentir Gauanto, y le sigue el gran Casuista de nuestros tiempos Diana.
- Idem ibidem tr. 1. diff. 1. dub. 2. n. 3. A los quales añado Correo, y el gran Casuista de estos tiempos Diana.
- Idem ibidem tr. 3. diff. 4. dub. vlt. punct. 1. n. 4. Esto supuesto, entra la quest. en la qual el gran Casuista de nuestros tiempos Diana dixo, &c.
- Idem ibidem tr. 1. diff. 5. dub. 3. num. 3. De lo dicho se collige, quam iniustamente se quexan los que sieten, que en materias morales aya
- diuersidad de opiniones, porque con la variedad de opiniones se haze mas suaua el yugo de Christo, porque quiza si en las materias morales no huiera sino un camino que data mucho mas peligroso à las conciencias que fauorable? pues apretarlas demasiadamente, es afligir, y atementar a las almas temerosas y lleuarlas de scrupulos; y no se puede negar, sino que en esto ha andado muy bien Diana, aunque algunos poco doctos han venido à decir, que ha ensanchado las conciencias y dado licencia para pecar. Pues es cierto, que no enseña opinion, que no sea probable per principia intrinseca, aut extrinseca, y assi sin razon te calumnian.
- Ioannes Baptista Casalini de Vrbi, & Imperij Romani splendore c. 21. Cui opinioni R. P. D. Ant. Diana Clericus Regularis eruditissimè, & doctissimè ipse primum respondit, eamque ut errorem impugnavit in lib. cui titulus De primatu solius diui Petri, cuius auctoris doctrina ex tot voluminibus Moralis Theologia per ipsum impressit, ego semper sum admiratus, & veneratus, ut etiam responsa, qua ab ipso velut oracula continuè proueniunt super urgentissimas Christiani Orbis difficultates.
- Ioannes Baptista Ciardinus Controuers. Forens. Iudicior. to. 2. c. 198. n. 3. & 30. verum contra me insurgit doctissimus Diana adducens multa argumenta, quibus consideratis admiratus sum viri ingenium, & eruditionem, & non potui non laudare eius subtiles, & doctas considerationes: non tamen volui è penitus acquiescere, cum habet adhuc multa argumenta ad meam tuendam sententiam, quam existimo veram, non ut impugnam opinionem P. Diana, cuius auctoritatem, & scientiam scio esse magnam, & tanquam virum insignem in Morali Theol. colos & admiror, & credo eius sententiam esse probabilem, & ideo omnia disputationis causa esse volo.
- Ioannes Baptista Larrea in alleg. fiscali cap. 2. alleg. 11. n. 16. & 21. Princeps aliquos ciues tradere potest, & periculo vita exponere pro tutamine aliorum. Tradit D. Thom. Quod comprobatur doctissimus P. Diana.
- Ioannes Baptista Lezana in Summa 2. Reg. tom. 4. verb. Libri n. 30. Quid verò sentendum de elect. aliorum libr. de quibus non fit sermo in Bulla Cæna, consulendus est insignis Auctor Ant. Diana.
- Idem ibidem verb. Litania num. 7. Nota, quod celebris Auctor P. Diana oppositum probabile putat esse.
- Idem in consultijs varijs cons. 33. num. 16. ea qua dixi etiam approbat sapientissimus P. Diana alij relati.

Idem

Idem ibidem consul. 26. num. 29. adhaesit autem huic sententia sapientissimus P. Diana.

Ioannes Baptista Ventriglia in praxi Fori Ecclesiastici Annot. 88. §. unico numero 37. hoc tenet Diana in 3. parte, sed pace tanti viri, contrarium videtur verius, & in sexta parte nostra opinioni adhaeret.

Ioannes Caramuel Episcopus Metiensis, Suffraganeus Moguntinus in theol. Regul. edita Francofurti 1646. disp. 6. num. 53. B. C. D. sunt authores aliqui, quorum vnus multis aliis preualet, ut sunt Lorca, Vasquez, Suarez, Pontius, & Angelus Manriqueus. Hos litterarum Principes, nullius iniuria nominauerim: Lestum, Thomam, & Ioannem Sanchezios, & precipue Dianam, & si quos alios aequales ipsis videris, illis adnumera, & sine aliquo scrupulo sequitor, contra quoslibet alios Doctores.

Idem ibidem disputat. 69. num. 1053. Ingenium Diana viri doctissimi veneror, eius industria multas opiniones euasisse probabiles, quae antea non erant, assero, vocoque inuidum, qui non confirmet.

Idem ibidem disputat. 66. concl. 14. numer. 1017. fol. 196. Ita docuerunt Vasquez, Pontius, & Diana. Vbi nota, illos duos fuisse ex maximis, ita ut securissimè sequi possis, Dianam diligentia, & studium etiam magnis adscripsit, & forte illi plus debet Ecclesia, plus Ethica Christiana, quam aliis.

Ioannes de Castillo Societatis Iesu in Dilingana vniuersitate Cancellar. de Sacram. to. 1. tract. 4. disput. 10. dub. 5. num. 110. Ecce Diana sibi contrarius est, id tamen (quod illi non semel contigit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignum est, nempe vir pro communi bono laborans, & communi utilitati seruans plurima Lectione diues, & copiosus pro occurrenti consultantium, & querentium necessitate, aut etiam desiderio, iam haec, iam illi parti adhaeret, quando pars utraque probabili ratione, & DD. virorum auctoritate nititur, & in praxi vtrumuis operari tutum est, voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna, quid in alia occasione responderit querentibus. Quid, quaeso, utilius pro praxi? Hac obiter dixerim, ut facessere inbeam nescio quos inuidos, qui haec, & si quae sunt similia, erudito viro non venerunt obicere.

Idem ibidem disputat. 11. dubit. 6. num. 111. Alij paulò strictius, alij paulò latius videntur loquuti, maximè ij, qui pro Reipublica litteraria bono incongregandis auctoribus pro quavis sententia desudant non

sine magno fructu, & dignissimi sunt quibus gratias agamus. In his si non primum, certè nemini secundum locum tenet Diana.

Idem ibidem tom. 2. tract. 8. disput. 9. dub. 2. num. 88. Eodem modo possent impugnari Diana, &c. Sed in hoc erudito, & multa lectionis viro, non vitio vertendum; sed laudi potius tribuendum est, quod resolutiones illius varia sint, & quandoque opposita. Nempè scopus illius est, tam confessarios, quam poenitentes institueret; ut secundum probabiles Doctorum sententias (etiam fortè contrarias) possint se tuta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione, in quo abundè pergit quotidie benè mereri de Republica Litteraria.

Idem ibidem dub. 3. n. 180. fol. 441. Et multi alij apud Dinam par. 1. tra. 7. resol. an quo tractat. copiosè pariter, & eruditè de his circumstantiis multa quasi in synopsis exponit pro communi practica Theol. locupletando thesauro.

Idem ibidem dub. 7. num. 205. fol. 463. Hac, & alia cum retulisset Diana, noluit pro sua pietate, doctrina, & prudentia, sequi virum alioquin amicissimum, cum videret aliis multa talia displicere.

Idem ibidem dub. 8. num. 351. fol. 477. Nec sine admiratione legi in Diana, in quo eruditio cum benignitate de primatu certant. Dum casus resoluit eruditè, iuxta, & benignè, & plures, ac varias, imò etiam oppositas sententias, ut probabiles frequenter admittit.

Idem ibidem dub. 9. dub. 756. Id multi observant quos Diana refert, & sequitur in egregio tractatu de absolute moribundi, & solita eruditione in tract. 1. part. 8. resol. 49.

Idem ibidem disp. 16. dub. 8. n. 233. fol. 675. legatur Diana ibidem, ubi id latè, & eruditè de amore probat.

Idem ibidem dub. 9. n. 257. fol. 680. Post bullam Urb. VII. sua omnia opera, & resolutiones toto mundo celebres edidit Ant. Diana, in quibus variis in locis hanc sententiam ut probabilem, imò ut veram tradit homo in ceteris quidem, sed in Bullarum maxime Decretorum Pontificiorum mandatis, & perquirendis, & propugnandis diligentissimus, & versatissimus.

Idem tom. 3. tr. 10. disp. 7. dub. 1. n. 16. & 17. contra quam doctrinam doctè, & copiosè agit Diana locis citatis contra Rabardeum, ubi solitam lectionem, & eruditionem ostendit.

Ioannes de Lugo S. R. E. Cardinal. Societ. Iesu de iust. & iur. tom. 2. disp. 37. sect. 13. n. 161. De Tortura materia, videre poteris Dianam tractatu

tractatu de Tortura ubi omnia ferè, quae ad torturam spectant copiosè, & doctè collegit ex Auctoribus Antiquioribus, & recentioribus, qui tractatus vtilissimus omnibus est.

Idem de Sacram. poenit. disp. 23. sect. 5. n. 148. Quando est mera confessionis reuelatio inquisitores non se ingerere testatur Diana in eo Tribunali per multos annos versatus.

Ioannes Petrus Fontanella in Decisionibus Cataloniae to. 2. decif. 302. n. 1. recensere hac voluit clarum, quam fecit Diana, cui non nego multum debere studiosos.

Idem ibidem decif. 307. n. 13. Aduerto P. Dianam ut muneri quod susceperat vberimè satisficeret, nullum non mouisse lapidem, nullis pepercisse laboribus, quibus Sacram Ecclesiasticam immunitatem adiuuaret.

Ioannes Francisc. Sanna in Patroc. immun. Eccl. pro Episc. Algaren. art. 3. n. 36. art. 5. n. 61. quod esse valde notandum à Iudicibus laicis; quando excommunicantur ab Episcopis, licet pro se habeant opinionem probabilem, aduertit doctus, & Pius P. Diana. Et infra. Quinimò, si credimus Azorio, Filliuccio, & aliis viris, longè doctissimus, quos refert Diana, vir aequè non mediocriter doctus.

Ioannes Escobar à Corro Inquisitor Murciae tr. de Confessione sollicit. part. 2. q. 2. §. 3. n. 23. An quis reuelare teneatur in Monitorio furtum factum à filiofamilias eius, qui monitorium impetrauit Naldus affirmat, Raynandus negat, Diana tamen, licet Doctissimus iudicandum relinquit.

Ioannes Henriquez Augustinianus in questionibus practicis sect. 37. q. 2. n. 55. esto no obstante Diana Autor tan graue affirmatio contrario.

Ioannes Maria de Castilento ex Ordine Minor. in Polyanthea Theologiae Moralis ante principium in elenco nominum Auctorum, ceterorum Auctorum nomina, in hoc opere citata, habes etiam apud alios, & precipue apud doctissimum Dianam, cuius intellectū, sicut puto omnium casuum Conscientiae decisionum promptissimum adiuu. Ita etiam eius opera omnium Doctorum veterum, sed perquam maximè recentiorum vniuersalem describam Bibliothecam.

Idem ibidem litt. A. dif. 3. ita etiam nouissimè docet sapientissimus Diana.

Ioannes Demetrius in praxi Casuum Archiepiscopo Neapolitano reseruatorum, q. 8. n. 36. & hanc opinionem tenet Ant. Diana, cuius virtus tam praecleara est, ut vniuersum ferè orbem in sui traxerit admirationem.

Idem ibidem disquis. 3. q. 2. n. 43. Duae sunt opiniones, prima affirmat, quam sequitur Diana qui in Morali Theologia lux lucis, lumenque luminum dici potest.

Anton. Diana Pars XI.

Idem ibidem n. 77. Hac est communis opinio, ut contra Graffium tenet sapientissimus Diana vir nunquam satis laudatus.

Ioannes de Ianuario in resol. Theol. mor. to. 1. resol. 14. n. 8. Hanc consuetudinem à Merolla cognitam non cognouit accuratissimus Diana.

Idem de casibus reseruatis resol. 16. n. 1. Idem sentit Quintanadueñas citatus ab eruditissimo P. Diana, qui in moralibus omnes plene materias illustrauit.

Idem ibidem resol. 64. n. 13. Sic P. Diana, qui in materia morali nihil intactum reliquit.

Iulius Caesar Borea nunc Episcopus Comoclenfis in responso pro immun. Eccles. contra Lagunam, c. 3. n. 117. Clericis suffragatur auctoritas, non solum P. Diana, sed etiam aliorum quamplurimorum Auctorum. Et in omnem euentum plus solè Diana deserrem, quam Laguna, & ceteris eius sequacibus: tum propter vitam, morumque candorem, & integritatem.

Iulius Clemens Scotus Opus. de iure tuend. fam. n. 28. Quod Episcopus non possit absoluere ab Herefi occulta, legendus est Diana, vir quidem suscipiendus, maximè propter Disceptationes Apologeticas de Primatu solius D. Petri, ac differentia inter ipsum, & D. Paulum hoc anno impressas, in quibus multiplicia contrarij dogmatis capita, siue argumenta igneis responsionibus abscondit.

Iuniparus à Prapano de Casibus reseruatis par. 3. disp. 12. q. 1. c. 2. n. 2. Hoc idem existimo sentire P. Dianam, etenim si huius sensus non fuisset doctissimus P. iste, difficultates praesentes tangentes materiam exactè non examinaret, & eleganter resolveret prout resoluit.

Leander de Murcia in c. 2. Regulae D. Francisci, quasi. 8. num. 2. & sapius alibi. Esta sententia tenet Richardo, Layman, Rebelio, à los quales cita, y sigue el muy docto P. Antonino Diana.

Marcus Serius to. 1. de officio, & potestate Parrochi disp. 1. diffic. vnica. q. 6. n. 1. licet nonnulli apud Doctissimum Dianam asserant mortaliter peccare.

Idem ibidem q. 9. n. 20. Villalobos apud Dianam virum eximie virtutis, inter alia notatu digna habet, &c.

Marcus Vidal Clericus Regularis in Arca Vitali Theologiae morales in indice Auctorum, littera A, Ant. Diana Clerici Regularis Resolutiones Morales, Auctor pius, celebris, & suo nomine conspicuus.

Martinus Bresserus Societatis Iesu, de Conscientia lib. 3. cap. 8. n. 98. Antoninus Diana citat pro more suo diligenter Auctores aliquos.

6 Nicolau

Nicolaus Fernandez de Castro de Religionis milit. tract. 4. c. 10. n. 57. Summa hac rationum momenta perpulerunt virum varia, & indefessa Lectionis longè eruditum, Anton. Dianam, ut nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Et rem doctissimo (ut solet) & pleno omnigena eruditionis scripto firmavit, nuper typis dato.

Idem in Portugal conuencida c. 2. sect. 2. fol. 50. littera B, P Diana vir planè indefessa lectionis, scriptiois, & curæ, atque Religiosissime in Sanctam Sedem pietatis; cuius suauissimam amicitiam votis mihi enixè expetitam, multo animi candore, & quam par est eximio viro prohiberi obseruantiam grati percolo.

Paulus Britias Episcopus Albensis ne' progressi della Chiesa Occidentale, seculo 7. fol. 685. E chi curioso fosse di sapere, consideri seriamente le difficoltà, che noue il celebratissimo Dottore Diana.

Paulus Maria Quartus Clericus Regularis nel trattato del Giubileo dell' Anno Santo al c. 3. punto 1. Si potrà vedere il P. Diana part. 9. tr. 2. de Altarib. ref. 23. doue tratta egregiamente al solito, questo punto, adducendo molti Dottori.

Paulus Rubens in Annotationibus ad decisiones Rotæ part. 3. decis. 2. n. 28. Rep. P. Antonin. Diana, vir admirabili doctrina conspicuus, cuius opera iam decimam quartam aspexerunt lucem, affirmat, hoc communiter tenere Theologos.

Pax Iordanus Episcopus Taguriensis in Var. Elucubrat. 10. 2. lib. 11. tit. 3. n. 216. Eruditissimus Diana affert multos Doctores circa hanc difficultatem.

Petrus Paulus Guazzinus in tract. moral. lib. 2. defens. 1. c. 7. §. 5. num. 156. Sed quia de Inquisitoribus satis diffusè, & benè scripsit doctissimus P. Diana, idèo me remitto ad illum.

Idem ibidem c. 12. n. 9. Ad Molinam verò pro parte contraria allegatus rectè respondet doctissimus Diana.

Philippus Cammarata in Iuridico discrim. Patroc. 1. n. 26. Decisionem Seraphini, & declarationem Sacre Congregationis refert noster amicissimus, & eruditissimus R. P. Anton. Diana.

Raphnèl Rastellius, Episc. Capren. de Regimine Principis lib. 3. peruenit ad manus meas prima, & secunda pars Resolutionum Moralium doctissimi viri Anton. Diana Panorm. Cleric. Regul.

Remigius Scrophæ Dominicanus in Solutionibus quest. moral. quest. 35. n. 16. Hac omnia docet doctissimus Diana.

Sacra Rota Romana in causa Burgen. nullitatis professionis, die 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles. Annum probationis continuum esse debere, clarum est. Abbas. Ancharanum, Suarez, & manus plenissima pro more Re. P. Diana.

Sebastianus Salelles Societas. Iesu. de materiis Tribunalis S. Inquisitionis lib. 1. c. 11. regul. 94. n. 132. Ex Doctores magis recentioribus, perdoctè discit, & resoluit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus, atque religiosissimus de illustrissima familia Clericorum Regularium P. Dominus Anton. Diana Consultor Sancti Officij, & de hoc sacro Tribunali valdè benemeritus.

Idem ibidem c. 14. Reg. 124. n. 341. Inuocatio Demonis per modum imperij nulla ratione habet locum, ut egregiè ostendit doctissimus Ant. Diana.

Stephanus Spinola Congregationis Semaſcha, Opusculo, de libera electione in moralib. disp. vlt. sect. 4. Diana pro opposita sententia nullos citat Doctores, quod equidem miror, cur scilicet eruditissimus vir, in libris Doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consuevit pro vtraque parte Doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.

Thomas Tamburinus Societatis Iesu in Decalog. par. 2. lib. 7. c. 7. §. 1. n. 5. disp. de hac materia Romam misit, ut amici eam P. Dianæ de Theol. Moral. profecto benè meritisimo communicarent.

Idem ibidem §. 2. n. 10. vi fusè probat me citato solertissimus Diana.

Vincentius Tancredi Societ. Iesu, de Religione in Epistola ad Lectorem. Circa Ecclesiarum immunitatem multa exagitantur, qua nuper eruditissimus, & satis notus Diana, & quidam non obscuri nominis Recentiores scripserunt.

Idem ibidem tr. 1. lib. 4. disp. 5. q. 4. n. 19. sic docet Naldus, quamuis contrarium teneat mordicus doctissimus Diana.

Idem in quest. moral. Epistola ad Lectorem Plura rem multis adductis congerit doctissimus, ac Religiosissimus Diana, & passim in multis locis eiusdem libri.

Zacharius Pasqual. Clericus Regularis in Indice Doctorum ante suas Decisiones morales, littera A, Ant. Diana Clerici Regularis Resolutiones morales, auctor suo nomine celebris.



INDEX

Resolutionum, quæ in hac Vndecima Parte Operum D. Antonini Diana continentur.



An quis legere possit libros prohibitos, si sciat certo nullum illos nocentem esse illaturos. *Resol.* 1. 2.

An qui successiue, & vno impetu ter v. g. fornicetur, committat tria peccata, vel vnum 2. 3.

An eadem actio duobus præcepti partibus satisfacere possimus. 3. 5.

An Religiosi teneantur ieiunare. 4. 6.

An Catholici habitantes in terris Hereticorum, præceptis Ecclesiæ teneantur. 5. 7.

An qui cum socio priuatim, vel publicè recitat, teneantur audire partem socij. 6. 8.

An Beneficiarij, si per pactos dies omittant recitare horas Canonicas, excusentur non solum à restitutione, sed etiam à peccato mortali. 7. 9.

An Regulares satisfaciant præcepto persoluendi horas Canonicas, si recitent officium alterius Religionis. 8. 11.

An si quis sine causa non legat horas temporibus determinatis peccet venialiter. 9. 12.

An de Missa sit argumentandum, ac de horarum Canonicarum recitatione. 10. 13.

De emissionem sanguinis tactibus prouocata. 11. 15.

An debita incerta per iniustitiam sint restituenda necessario pauperibus, vel pijs operibus. 12. 16.

An licitum sit, non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate furari. 13. 17.

Utrum reus possit sibi graue crimen impendere, ut euitet grauius tormenta. 14. 19.

An clausis oculis standum Decretis Pontificum. 15. 20.

An si non constet legem quoad forum conscientie esse vsu receptam, quis teneatur illam seruare. 16. 21.

An vinum congelatum sit sufficiens materia consecrationis. 17. ibid.

An sit peccatum mortale administrare Sacramentum extremæ vnctionis sub his tantum verbis; *Per istam vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti.* 18. 23.

An Religiosus peccet mortaliter, si per breuè tempus retineat apud se rem donatam, quia vult petere licentiam à Prouinciali, v. g. vel nouo superiore. 19. 24.

An Religiosi possint defendere suum honorem, occidendo inuaforem. 20. 25.

An in officio diuino sit ea materia parua, quæ est minor octaua parte. 21. 26.

An nolentes confiteri possint à Medico curari. 22. 27.

An sit licitum se ipsum castrare, non solum ad suauitatem vocis conseruandam, sed etiam ad superandas tentationes carnis. 23. ibid.

De taxa Missarum. 24. 29.

Remissiuæ aliquæ Authoris opiniones infirmantur. 25. 31.

An qui recitat officium Resurrectionis pro officio de Feria, vel Sancto satisfaciat præcepto. 26. 32.

TRACTATUS II.

Miscellaneus.

An Regulares possint prædicare in suis Ecclesijs absque petitione benedictionis Episcopi. *Resol.* 1. 33.

An Regulares possint Missas dicere vsque ad horam Nonam. 2. 34.

An licitum sit Regularibus in festis duplicibus dicere Missas votiuas cum Gloria in excelsis. 3. 36.

An Superiores Regulares possint reducere Missas ad minorem numerum 4.

An Regulares possint exponere Eucharistiam publicè absque licentia Episcopi. 5. ibid.

An Bulla Pij V quæ incipit, *Etsi Mendicantium*, &c. quæ amplissima Regularium priuilegia continet, fuerit reuocata per Bullam Gregorij XIII. quæ incipit *In tanta*, &c. 6. 39.

An clausula ex certa scientia apposta in Bullis Pontificiis confirmantibus priuilegia Regularium, reuocata faciat, & innouet priuilegia reuocata. 7.

An Regulares possint ab Episcopis compelli, vt processionibus publicis assistant. 8. 42.

Index Resolutionum.

An Regulares virtute privilegiorum possint absol-
uere à casibus Episcopo referuatis. 9. 44.
Reprobantur aliquę opiniones circa recitationem
Horarum Canoniarum in ordine ad Regula-
res. 10. 46.
An Regularis approbatus in vna Diocesi possit
vbique locorum confessiones audire. 11. 48.
An non obstante Concilio Tridentino Regulares
teneantur se subiicere examini Episcoporum.
12. 49.
An incorrigibilis possit eiici à Religione à solo
Generali provinciali. 13. 51.
An Episcopus possit visitare Regularem vt Paro-
chum, vel Vicarium in Ecclesia sui Monasterij
inferuentem, aut in Ecclesiis alijs Patochiali-
bus exemptis Vicarium agentem. 14. 53.
An Episcopi possint visitare in ordine ad clausu-
ram Monasteria Monialium Regularibus subie-
cta. 15. 54.
Referuntur aliquę opiniones circa Regulares in
ordine administrandam Eucharistiam seculari-
bus. 16. 55.
Refelluntur plures opiniones circa Regulares in
ordine ad sumptionem ordinum. 17. 56.
An Regulares possint absolueri à casibus Bullę
Cenę sint occulti, etiam quoad hæresim. 18.
59.
An Regularis si iniuste non sit admissus ab Episco-
po ad confessiones audiendas, possit illas au-
dire. Et an dicta licentia possit coarctari ab
Episcopo ad tempus, vel pro diuersis personis.
19. 60.
An Regulares teneantur obseruare Festa ab Episc-
pocis indicta. 20. 62.
An Episcopi possint præcipere Regularibus, vt
interdicta ab Apostolica Sede; vel propria au-
thoritate lata, populo denuntient. 21. ibid.
An vigore Concilij Tridentini possint Episcopi
censuris, ac alijs pœnis in aliquibus casibus ca-
stigare Regulares. 22. 63.
An Episcopus possit punire Regulares in casu *sess.*
7. c. 14. Concilij Tridentini. 23. 64.
An Superiores Regulares possint absque interuen-
tu Episcopi dare licentiam suis Monialibus
exeundi à Monasterio ex iusta causa. 24.
66.
An Regulares possint erigere Monasteria, seu
Conuentus absque Episcopi Diocesanici licen-
tia. 25. ibid.
An Regulares possint dispensare in irregularitate
contracta ex homicidio occulto. 26. 69.
An Confessores Regulares possint dispensare cum
his, qui in primo gradu affinitatis contraxerint.
27. ibid.
An regulares possint independenter ab Episcopis
excipere Confessiones Monialium ipsis Regula-
ribus subiectarum. 28. 70.
An Regulares si velint prædicare, possint ab Episc-
pocis examinari. 29. 71.
An Abbates non benedicti possint conferre pri-
mam tonsuram; & ordines minores sibi non sub-
ditis. 30. 72.
Confessarius affirmat hæredi, Testatorem voluisse
relinquere legatum Titio, quæritur, an hæres
teneatur hoc credere, & legatum soluere? 31. 73.
An debitor in extrema necessitate teneatur resti-
tuere, si creditor sit etiam in extrema necessitate.
32. ibid.
An detur casus, in quo mulier teneatur reuelare

spurium filium cum periculo vitę, & famę. 33.
75.
An qui amisit alterius gemmam mille nummorũ,
putans esse tantũ centum nummorum, teneat-
ur restituere mille, an centum? 34. ibid.
An captus à latronibus, si cogatur iurare se non de-
nunciaturum illos Iudici, teneatur ad obserua-
tionem talis iuramenti? 35. 76.
Quinam Prælatus potest relaxare iuramentum,
quando contrahentes sunt diuersę Diocesis?
36. 77.
An exterus si veniat in Regnis vbi viget Bulla Cru-
ciatę animo solum illam sumendi, & statim re-
deundi, possit pro illo anno vti illius Privilegijs.
37. ibid.
An Cardinales si sint Sacerdotes, vel Regulares
possint in Regnis Hispaniarum virtute Bullę
Cruciatę edere oua, & lacticia. 38. 78.
An habens Bullam Cruciatę si consteatur nullam
faciens mentionem referuatorum, adhuc desi-
nat referuatio. 39. ibid.
An Abbates benedicti possint conferre Diacona-
tum, & Subdiaconatum suis subditis. 40. 79.
An copula coniugalis inita propter delectationem
inducat peccatum veniale. 41. 80.
An Declarationes Cardinalium sint tantũ do-
ctrinales, etiam si emanauerint facto verbo cum
Sanctissimo. 42. 82.
An quis possit sumere Bullam Defunctorum pro
duobus, aut pluribus. 43. 84.
An ad sit obligatio restituendi, si beneficiarius omit-
tat partem notabilem vnus horę, vel si in offi-
cio vnus diei omitat plures versiculos, qui si-
mul partem notabilem constituunt. 44. 85.
An possit absolui toties quoties virtute Bullę Cru-
ciatę à casibus Papę referuatis si sint occulti.
45. 86.
An Bulla Cruciatę si sumatur, & postea culpabi-
liter amittatur, adhuc valeat. 46. 88.
An si Petrus sumat Bullam Cruciatę, pro Ioanne,
qui iam aliam acceperat, possit Petrus illam al-
teri applicare. 40. ibid.
An peregrini incidentes in aliquo casu referuato
illius Diocesis, possint absolui à confessario non
habente iurisdictionem absoluendi à referuatis.
48. 89.
An sumentes Bullam Cruciatę lucrentur Indul-
gentias si Rex non expenderet eleemosynam
contra Turcas. 49. ibid.
An quis lucretur Indulgentiam cum Medalia, seu
grano benedicto mutuo accepto. 50. 91.
De quibusdam defectibus corporis in ordine ad
celebrandam Missam 51. 92.
An Prælari Regulares sint eligibiles in confessa-
rios virtute Bullę Cruciatę, vel Iubilæi. 52. 93.
An Regulares militarium ordinum, etiam si sint
Sacerdotes, possint frui privilegio Bullę Cru-
ciatę vescendi ouis, & lacticijs. 53. 94.
An aliquando possit quis absolui à peccatis refer-
uatis commissis post finitum tempus Iubilæi.
54. ibid.
An virtute Bullę Cruciatę possit quis absolui à
casibus referuatis post annum publicationis ela-
psum. 55. 95.
An pueris habentibus vsum rationis ante septen-
nium liceat ministrare carnes. 56. 96.
An æquitrantes teneantur ieiunare, si iter sit solum
vnus diei. 57. 98.
Quenam quantitas sanguinis requiratur, vt Ec-
clesia

Index Resolutionum.

clesia remaneat violata, & quęnam quantitas
seminis. 58. ibid.
An in supradictis casibus si Sacerdos celebret Mis-
sam in Ecclesia polluta remaneat consecrata. Et
an requiratur sententia Iudicis declarantis lo-
cum sacrum esse violatum. 59. 100.
Vtrum vnus ex Iudicibus ad quos eiusdem causę
decisio spectat, possit contra proprium consen-
sum iuxta alterius Collegę opinionem senten-
tiam ferre. 60. ibid.
An Religiosus tactibus alium polluens incidat in
casum referuatum Clementis VIII. 61. 102.
An absolutio ab excommunicatione tam à iure,
quàm ab homine lata, obenta virtute Bullę
Cruciatę, valeat etiam pro foro externo. 62.
103.
Dubia circa quandam irregularitatem. 63. 104.
An Monachi satisfaciunt præcepto Diuini Officij
si priuatim recitent, iuxta ritum Breuiarij Ro-
mani. 64. 105.
An meretrix semper teneatur restituere accipien-
do aliquid à filiisfamilias, qui alienari non pos-
sunt. 65. 106.
An Capitulum Generale alicuius Religionis pos-
sit restringere, & limitare vsum privilegiorum.
66. 108.
An Dæmoniacy, Energumeny, & Arreptites sint
irregulares, si omnino à vexatione Dæmonis li-
berati sint. 67. ibid.
Improbatur quedam opinio pertinens ad sponfos
de futuro. 68. 110.
De quibusdam confessionibus, quoad earum vali-
ditatem. 69. ibid.
De quibusdam sponfalibus. 70. 111.

TRACTATVS III.

Miscellaneous.

AN Hæretici iusto bello capi fiant serui capi-
entium: Et alia curiosa enucleata inue-
nies. *Resol.* 1. 113.
An remigantes possint absolui à quocumque Sa-
cerdote ab omnibus referuatis, tanquam
constituti in proximo periculo mortis. 2.
116.
An qui vnica explosione tormenti bellici
occiderit decem homines, committat decem
peccata in confessione necessariò fatenda. 3.
117.
An in peccato sodomiz sit necessarium explicare
in confessione, quisnam fuerit agens, vel pa-
tiens. 4. 118.
An post Concilium Tridentinum omnimodę
exemptionis Regularium privilegia confirmata
sint. 5. 119.
An Regulares teneantur seruare dies Festos ab Epi-
scopo indictos. 6. 121.
An in iudicijs Regularium nomina testium sint reo
manifestanda. 7. 122.
An legatum relictum viduis pauperibus possit ab
executoribus testamentarijs pauperibus vitam
cœlibem gerentibus. 8. ibid.
An aliquis post annum quinquagesimum quintũ
liberetur à ieiunio. 9. 124.
Aliqua practica circa negotiationem Clericis
interdictam. 10. 125.
An secluso alio privilegio, & cæteris paribus in

soluione alicuius debiti, creditor antiquior, &
pauperior sit præferendus creditori posteriori.
11. 127.
An priori petenti debitum liceat prius soluere. 12.
128.
An debitor sciens statum suum deficere, possit in-
tegrè satisfacere alicui non petenti, qui alio-
quin ius prælationis non haberet, & iste teneat-
ur restituere. 13. 129.
An Papa sit Dominus bonorum Ecclesiasticorum,
& beneficiorum. 14. 131.
Vtrum pro administratione Sacramenti Extremę
vnctionis, si addatur oleo consecrato maior quã-
titas olei non consecrati, remaneat hoc non ob-
stante consecratus. 15. 133.
An si quis lauet corporalia ante primam lortio-
nem factam à Diacono, peccet venialiter. 16.
134.
An privilegium Eugenij Quarti, concessum Bene-
dictinis, & Gregorij XIII. Patribus Societa-
tis, vt eorum professi nondum in Sacris consti-
tuti non teneantur persoluere horas Canoni-
ca; sit communicabile alijs Religionibus. 17.
135.
An negotiorum gestor teneatur de culpa leuissima
18. ibid.
An in dubio filius præsumatur impensas factas
pro patre animo donandi fecisse. 9. 137.
An sequestrando Nouitio à Religione, vel puella
pendente lite matrimonij, vt eorum voluntas
cognoscatur. 20. 138.
An si ex intentione renouandi Ecclesiam vnus pa-
ries post alterum successiue destruat, & ædifi-
cetur de nouo tota Ecclesia, amittat consecra-
tionem. 21. 139.
An quis peccet mortaliter si absque iusta causa re-
trahat aliquem ab ingressu Religionis. 22. 140.
An Episcopi possint condere leges Ecclesiasticas
in sua Diocesi. 23. 141.
An Capitulum Sede vacante habeat potestatem
condendi leges pro tota Diocesi. 24. 143.
An potestas legislatiua Ecclesiastica sit fœminis
delegabilis. 25. 144.
An mulier sit homo. 26. 145.
Quomodo probatur ætas minorum ad gauden-
dum beneficium restitutionis in integrum. 27.
146.
An restitutio in integrum competat minoribus
etiam post annum. 28. 147.
An beneficium restitutionis in integrum competat
minoribus, fideiussoribus, vel consortibus eius-
dem litis. 29. 149.
An competat restitutio in integrum minoribus, si
contractus iuramento firmauerint. 30. 150.
Alia practica circa beneficium restitutionis
in integrum.
De licentia, quam potest dare Parochus, vel ordi-
narius assisendi matrimonio. 32. 153.
De testibus necessarijs ad contrahendum validè
matrimonium. 33. 155.
Quedam practica circa Parochum, & eius li-
centiam assisendi matrimonio ad ornatum
Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 1. *de Reform.*
Quisnam sub nomine ordinarij comprehendatur,
ad ornatum Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 1.
Reform. & aliorum textuum iuris Canonici. 35.
159.
An Pontifex possit aliquem absolueri à censuris
actu solo interiori. 36. 160.

TRACTATUS IV.

Miscellaneus.

AN ad fugiendam iurisdictionem Episcopi domicilij, possit quis ordinari alibi titulo beneficij. *Resol.* 1. 161.
 An celebrare extra locum sacrum sit peccatum mortale. 2. 162.
 An Regulares possint dispensare cum secularibus in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis, in quibus potest dispensare Episcopus. 3. 163.
 An aliqua ignorantia secundum se lethalis ex graui scilicet negligentia proueniens, excuset à mortali violationem legum humanarum? 4. 165.
 An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando iam est conclusum negotium iniustum. 5. 166.
 An Privilegium concessum Regularibus, ut possint initiari sacris ordinibus extra tempora, extendatur etiam ad Nouitios. 6. 167.
 An recipiens ordines extra tempora, vel sine litteris dimissorialibus, vel ante legitimam aetatem, incurrat suspensionem. 7. 168.
 An Episcopus, qui renunciauit Episcopatu, possit eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ. Idem quæritur de Parocho, qui beneficium reliquit. 8. 170.
 An Confessarius absoluens aliquem sine iurisdictione, teneatur pœnitentem admonere de defectu. 9. 171.
 Si quis in articulo mortis confiteretur Confessario profus ignaro, an confessio, hoc non obstante esset valida. 10. 172.
 An Religiosi peccent mortaliter assistendo agitationibus taurorum. 11. 174.
 An Inquisitores Hispani, Præsides Consiliorum, & Consiliarij, &c. teneantur ieiunare. 12. 175.
 Enumerantur aliqui casus, in quibus secundum mentem aliquorum Doctorum confessio erit valida, licet non fuerit facta Confessario ab Episcopo approbato; ad ornatum Concilij Tridentini *sessio. 25. capite. 13. de reform.* 13. 176.
 Sequitur eadem materia, & in ordine ad Regulares. 14. 178.
 An Episcopi absque causa possint validè reuocare approbationem, non solum Confessariis secularibus, sed etiam Regularibus. 15. 180.
 An si aliquis secularis confiteatur bona fide Confessario ab Episcopo non approbato, confessio illa valida sit. 16. 182.
 An in approbatione Confessariorum requiratur iudicium interius Episcopi de eorum sufficientia. 17. 183.
 An sit valida absolutio collatæ sub conditione de præterito, vel de futuro. 18. 184.
 An si Testator habens verbi gratia plures equos, equum Titio legauerit: vtrum debeat eligere equum Titius, an hæres. 19. 185.
 An excommunicati vitandi possint validè condere Testamentum. 20. 187.
 An excommunicatus virandus, sit admittendus

vt testis in causis matrimonialibus. 21. 188.

An pœna inhabilitatis ad testandum procedat nõ solum in publico vsurario ex mutuo, sed etiam ex venditione vel emptione, & plura alia circa testamenta vsurariorum. 22. *ibid.*
 An si minor 25. annorum nõ potest sine magnis expensis coram Indice obtinere restitutionem in integrum contra laesorem, possint in conscientia vti recompensatione occulta. 23. 189.
 An Pater teneatur dotare filiam, etiam si aliunde habeat dotem competentem. 24. 191.
 An Pater teneatur dotare filiam naturalem, & spuriam. 25. 192.
 An auus paternus teneatur dotare neptem. 26. 193.
 An filius teneatur dotare matrem nubere volentem. 27. 194.
 De his, quæ in nuptiis donata sunt à consanguineis, vel amicis sponsi, & è contra, cui acquirantur. 28. 196.
 De donis factis à Sponso Sponsæ. 29. 197.
 De vestibus datis Sponsæ à Sponso in ipso nuptiarum die. 30. *ibid.*
 An Clerici possint esse fideiussores. 31. 198.
 An Pictores Pingentes imagines obscenas, peccent mortaliter, & quid de detinentibus illas. 32. 199.
 An sit probabilis opinio aliquorum asserentium. Equites Hierosolymitanos non esse verè Religiosos. 33. 201.
 An beneficia Ecclesiastica possint ex natura rei dari dignis, ommissis dignioribus. 34. 202.
 An qui in concursu, omisso digniori, eligit dignum, teneatur ad restitutionem. 35. 203.
 De impediente ne aliquis obtineat beneficium; An teneatur ad restitutionem. 36. 204.
 An Regulares teneantur eligere in superiores, digniores. 37. 205.
 An aliquando licitum sit eligere indignum ad beneficia. 38. 206.
 Titius habitans propè domum Sempronij, multa vrensilia ab ipso furatus est, sed cum incendio vtraq; domus vna nocte vastaretur, quæ situm à me fuit, an Titius teneretur ad restitutionem, cum furtum periisset eodem modo, ac si in manu domini sit. 39. 207.
 An Pontifex possit transferre Episcopum ex vna Ecclesia ad aliam ob pinguiores redditus. 40. 209.
 An vt quis integrè confiteatur veniale peccatum, possit explicare complicem. 41. 211.
 An licitum sit in absentia infirmi vulnerati applicare eius sanguini medicamentum, vt asserunt, sympaticum. 42. *ibid.*
 An qui in die Natiuitatis facit officium Diaconi, & sumit Eucharistiam ex manu celebrantis, possit postea dicere saltem duas Missas. 43. 213.
 An instrumenta musica sint in Ecclesiis adhibenda. 44. 214.
 In die Sanctæ Mariæ Theresiæ quis celebrauit eius officium ex deuotione, quæ situm à me an peccauerit. 45. *ibid.*

TRACTA

TRACTATUS V.

Miscellaneus.

Titius irregularis absq; dispensatione sumpsit primam tonsuram, & postea obtinuit beneficium, dando mediatori magnam pecuniarum summam. Quæritur quid iuris? 1. 216.
 Quinam cum falsis dimissoriis sumpsit minores ordines, & postea cum excommunicatione occulta tamen impetrauit beneficium. Quæritur à me quid iuris? 2. 218.
 Quis per triennium pacificè possedit beneficium, sed à principio cum mala fide; quæritur an adiuuetur Regula Cancellariæ de triennali possessione 3. 221.
 Alia dubia excutuntur circa Regulam Cancellariæ de triennali possessione. 4. 222.
 Excommunicatus excommunicatione minori absque dispensatione impetrauit pensionem, quam postea sine licentia Papæ extinxit, adiit Confessarium, qui ipsum ad me remisit. 5. 224.
 Iudex pronunciauit sententiam condemnando reum ad furcam, qui postea ex gratia Principis fuit à morte liberatus, quæritur, an adhuc sit irregularis, ita vt non possit ordinari absq; dispensatione Pontificis. 6. 225.
 Si quis obtinuit beneficium simoniacè, quæritur an ipso iure priuetur beneficiis antea, vel postea ritè obtentis. 7. 226.
 An triennium à iure præscriptum ex experiendam impotentiam veritatem, computandum sit à tempore quo copula tentata est, vel à tempore præfixo à Iudice. 8. 227.
 Quid faciendum de viro sacris initiato, si post iudicis sententiam, inneniatur, impotentiam falsò existimatam fuisse perpetuam, non fuisse talem. 9. 229.
 Quidam Parochus publicè grauitè Clericum percussit, & statim dedit licentiam Sacerdoti ministrandi omnia Sacramenta suis Parochianis, quæritur, an matrimonia quibus præfuit, fuerint validè contracta. 10. 230.
 An mulier teneatur pati incisionem sine graui dolore, & infirmitate, etiam si defectus proueniat ex parte viri ob membrum genitale improporcionatum. 12. 231.
 An si sponsalia dissoluantur mutuo consensu, cesset impedimentum publicæ honestatis ortum ex illis. 12. 223.
 An res furata, consumpta tamen in extrema necessitate, illa transacta sit restituenda? 13. 234.
 An Confessarius, qui asseruit imposuisse Titio pro pœnitentia vnum *Miserere*, vel quinque *Pater*, fregerit sigillum confessionis. 14. 236.
 An post decretum Clementis VIII. detur casus, in quo superiores Regularium possint vti notitia habita in confessione subditorum. 15. 237.
 An qui ignoranter ordinatus fuit simoniacè, si soluat amico pecuniam Episcopo datam, incurrat suspensionem; & quid de beneficio ita similiter obtento. 17. 239.
 An pœna contra simoniacè ordinatos extendatur ad eos qui prima tonsura initiati sunt? 17. 240.
 An simonia ad alia beneficia obtinenda inhabilem reddat simoniacum. 18. 281.
 An Bulla Sixti V. contra malè promotos ad ordines

sit vsu recepta quoad absolutionem censurarum, & inhabilitatum. 19. *ibid.*
 Notabilia quædam circa pœnas contra simoniacos inflictas. 20. 242.
 An qui confitetur peccatum oblitum, vel peccata aliàs confessa iterum confiteatur, debeat necessariò elicere nouum dolorem. 21. 244.
 An sit mortale aliquid veniale confiteri sine dolore. 22. *ibid.*
 An in confessione venialium requiratur propositum non peccandi amplius venialiter. 23. 246.
 An qui cum dolore vniuersali se accusat in confessione de venialibus, non determinando peccata in particulari, remaneat absolutus ab omnibus. 24. 247.
 An per vnum tantum veniale nouum peccatum, censetur retractus dolor & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motiuo vniuersali. 25. 248.
 An opinio asserentium, quod affinitas non contrahatur, nisi fecerint etiam cum viro seminei, sit improbabilis. 26. *ibid.*
 An non solum quando debitor, sed etiam creditor dubius est de solutione debiti sit illud restituendum. 27. 250.
 An miles extraneus, vt licitè possit militare in exercitu alicuius Principis, teneatur examinare iustitiam belli. 28. 251.
 An qui voluntariè prælium, vel nauigationem periculosam aggreditur, possit absolui tanquam constitutus in periculo mortis. 29. 252.
 An propter ignorantiam proprii Parochi possit subditus eligere sibi alienum Sacerdotem in Confessarium. 30. 254.
 An attritio extra Sacramentum Pœnitentiæ tollat peccata venialia in homine iusto. 31. 255.
 An in Feria V. Hebdomadæ Sanctæ, possint Sacerdotes Missam priuatam dicere in aliquo Oratorio etiam post dictam Missam solemnem; & alia curiosa circa celebrationem huius diei inuenies. 32. *ibid.*
 Quomodo Sacerdos habens duas Ecclesias debeat celebrare in Feria V. Hebdomadæ Sanctæ. 33. 258.
 An privilegiatus erigendi Oratorium in propria domo possit vigore huius privilegij erigere alterum ruri intra territorium eiusdem ciuitatis. 34. 259.
 An si sint in domo ampla duæ familiæ, quarum vterque dominus obtinisset privilegium Oratorij, qui postea impetrauit, dicendum sit, quod nulliter impetrasset. 35. 260.
 De clausula apponi solita in dispensationibus, dummodo copula non interuenerit. 36. 262.
 Aliqua notabilia circa diuortium obseruantur. 37. *ibid.*
 Qui gradus consanguinitatis per copulam priuet à iure petendi debitum. 38. 263.
 An coniuges amittant ius petendi debitum, si eis superueniat cognatio spiritualis. 39. 265.
 An qui post votum castitatis contraxit matrimonium, teneatur ante consummationem ingredi religionem, quando id necessarium est ad seruandum votum, nempe quando alter coniux non vult castitatem seruare. 40. *ibid.*
 An si quis peccauit cum muliere habente votum virginitalis pro prima copula, & non vltima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa subsequuta. 41. 267.
 An si tactus, & oscula non ordinentur ad copulam, quæ

Index Resolutionum.

quæ tamen postea subsequuta est, sint præter copulam in confessione aperienda. 42. 268.

An qui vno conflictu cum pluribus pugnaret, & successivè, v. g. occideret tres, committeret tantum vnum peccatum. 43. ibid.

An si aliquis percutiat baculo, ense, &c. aliquem in Ecclesia, debeat hanc circumstantiam in confessione explicare. 44. 269.

An licitum sit Sacerdoti cœptam Missam iterum inchoare si superueniat vir illustris, qui id petat, & alius Sacerdos non adsit, qui celebret: & alia curiosa circa præsentem casum pertractata inuenies. 45. 270.

An ex parte fœminæ tactus impudici, vel pollutio inducant iustam causam diuortij. 46. 271.

An quando mulier prudenter putauit maritum mortuum esse si fornicata sit, & vir superueniat, possit ipse ex hoc perere diuortium. 47. 272.

An copulam fuisse consummatam sit explicandum in confessione. 48. 273.

An quando vnica occasione alij inducuntur ad peccatum mortale, quomodo sit hoc in confessione aperiendum. 49. 274.

An sit peccatum mortale pingere amasio imaginem concubinae. 50. 276.

An si vxoratus peccet cum coniugata teneatur hoc explicare, sed sufficiat tantum dicere se commisisse adulterium. 51. 277.

An audientes comœdias obscœnas, si non peccant mortaliter ratione periculi, peccent tamen peccato scandali, quatenus sua præsentia, & pecunia excitent histriones ad recitandum. 52. 278.

An pro danda absolutione sufficiat quod peccitens se accuset de peccato veniali in genere. 53. ibid.

Iustus si offerat pro alio sua bona opera, an valeant ipso infcio. 54. 279.

An existens in peccato mortali quando elicit actum contritionis propter administrationem alicuius Sacramenti teneatur ad examen conscientia, & commemor. omnium peccatorum. Idem queritur, quando quis ex defectu confessorij ad vitandum scandalum celebrat absque præuia confessione. 55. ibid.

Quis post possessionem beneficij nouit à Patre, amico per pecuniam, ipso ignorante, illud obtentum fuisse: queritur, an in foro conscientia teneatur resignare? 56. 281.

TRACTATVS VI.

Miscellaneus.

DE quodam matrimonio, in Hollandia contracto, & de quadam Monialis professione. *Resol.* 1. 83.

An Sacerdos existens in peccato mortali possit sine peccato mortali sumere Eucharistiam ne perueniat in manus Hæreticorum, non tamen sumendo illam, sicut sumunt fideles, nempè communicando, sed solummodò abscondendo, ac si in aliquo foramine recondideret. 2. 284.

An sit melius confiteri proprio Parocho quam ali-

cui priuilegiato, vt sunt hodie Regulares. 3. 285.

De quodam Clerico, qui ordinem Subdiaconatus suscepit cum dimissorijs falsis. 4. 286.

An res ablata tunc valeat v. g. decem aureos, postea verò antequam restituatur valeat viginti, queritur an debeantur restitui decem, aut viginti aurei? 5. 287.

An famuli teneantur impedire eos, qui furantur à suis dominis. 6. 288.

An habens ius litigiosum in beneficio possit dare aliquid alteri prætendenti tale ius, vt non prosequatur ius suum. 7. 289.

Puer in animo quinto suæ ætatis fuit promotus ab Episcopo ad primam tonsuram: queritur quid iuris, & an possit promoueri ad alios ordines. 8. ibid.

An liceat alicui ludere preces cum alio pro præmio temporali. 9. 291.

An confessio informis sufficiat pro lucrando Iubilæo, vel Indulgentiis. 10. ibid.

An sit valida forma absolutionis si dicatur: *Absoluo te*, non addendo, à peccatis tuis. 11. 292.

An quando dicta verba, à peccatis tuis, apponuntur, causent effectum principalem Sacramenti tanquam pars formæ. 12. 294.

An Confessorius absoluens peccitentem sub his verbis: *Nos absolvimus vos, in nomine Patris, &c.* peccet mortaliter. 13. ibid.

An si non adesset alius Sacerdos nisi mutus, possit in articulo mortis absolue moribundum signis, vel scriptura. 14. 295.

An particula consecrata frangat ieiunium naturale. 15. 296.

An infirmus in articulo mortis constitutus, si commo-è recipere possit factum viaticum ieiunus, ad id teneatur. 16. 297.

An si quis in articulo mortis recipit à suo Parocho viaticum, & postea lapsus est in peccatum, si iterum illud peteret, deberet Parochus ministrare. 17. 298.

An qui potuit absque proprio incommodo impedite damnus, & non impedit, teneatur ad restitutionem. 18. 299.

An si quis mandaret occidi Titium, & Sempronius occiditur, quia creditur esse Titium, teneatur ad restitutionem. 19. 300.

An quando quis ex iusta causa excusatur à restitutione, teneatur saltem damnus emergens, aut lucrum cessans creditori compensare. 20. 301.

An Sacerdos in articulo mortis relinquens verba, à peccatis tuis, in forma absolutionis, peccet mortaliter. 21. 302.

An in Confessione generali debeat explicari quod peccata commissa post vltimam confessionem non sint amplius confessæ. 22. 303.

An vsus Missarum siccarum sit illicitus. 23. 304.

Quandonam contrahatur irregularitas ex homicidio dubio. 24. 305.

An in consecratione Altaris loco Reliquiarum possit apponi frustulum corporalis. 25. 307.

In Iubilæo anni Sancti 1650. Romæ in conflictu duelli accepit quis vulnus lethale, ex quo post aliquos dies mortuus est: queritur tunc à me, an priuatus esset Ecclesiastica sepultura. 26. 308.

In

Index Resolutionum.

In Belgio quis aspexit duellum, nesciens prohibitum esse à Bullis Pontificis sub pœna excommunicationis: Queritur à me per litteras, an in illum incidit? 27. 310.

Quis interfecerat adulterum inuentum cū vxore, postea vult ordinibus initiari: queritur an egeat dispensatione ex illo homicidio cōtracta. 28. ib.

An si Clericus aggressus occidat inuasorem, incurrat irregularitatem si fugere possit. 29. 312.

An vt simoniacus incurrat in pœnas iuris, opus sit simoniam esse, ex parte vtriusque completam. 30. ibid.

Plura notabilia in materia simoniae obseruantur, 31. 313.

An si minister Sacramenti petat vt detur pecunia in præmium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino in tali pacto det, possit sine simonia 32. 315.

An sit nullum examen, in quo interuenerunt examinatores Synodales, designati nomine, v. g. Prior S. Dominici, Lector, &c. 33. 317.

An Musici, qui in Ecclesiis diuina officia canunt, & aliquid temporale accipere possint sine labe simoniae. 34. 318.

An si v. g. in aliqua vigilia quis sumeret multas formulas consecratas excedentes paruitatem materiarum, vel consecraret panem, & illum comederet, frangeret ieiunium. 35. 319.

An valide consecrari possit materia cuiuslibet paruitatis, dummodo sit sensibilis. 36. 320.

An Regulares non obstante Bulla Urbani VIII. possint hodie sine licentia superiorum è casibus sibi referuatis absolui. 37. 322.

An saltem Regulares possint, virtute Bullæ Cruciatæ, inuitis superioribus absolui à peccatis mortalibus non referuatis. 38. 323.

An pro sit sacrificium Missæ si applicetur à Sacerdote pro anima existente in Purgatorio quam vult Deus. 39. 325.

An si Sacerdos applicet Missam existens in peccato mortali, sacrificium illud reponatur in thesauro Ecclesiæ, cum non pro sit Sacerdoti quoad satisfactionem ex opere operato. 40. 326.

An Religiosus, qui suis sumptibus, seu Monasterij imprimi libros à se compositos, eaque exemplaria postea in diuersas regiones vendit, dicatur Negotiator. 41. 327.

An dubius si mandatum suum aut consilium inflexerit in homicidium, debeat se irregularem existimare. 42. 328.

Ex Gallia per litteras interrogatus fui de hoc casu: An Titius contraxit irregularitatem, dum consuluit Petro vt ad duellum vocaret Paulum, si Paulus postea interfecit in duello Petrum. 43. 329.

An si quis commisit plura homicidia contrahat plures irregularitates, necessariò in dispensatione manifestandas. 44. 330.

An viuæ vocis oracula Regularibus concessa, hodie sint ablata, & extincta. 45. 331.

An licitum sit indirectè, & mediatè efficere, vel omittere aliquid ex quo mors sit euentura. 46. 333.

Quidam Regularis ex transgressione Bullæ Pontificiæ inciderat in priuationem vocis actiue, & passiuæ; queritur an teneatur in conscientia petere dispensationem. 47. 334.

Quis accepit scuta 60. pro 50. bona fide à mercatore, quem non cognoscit, vel qui ob distantiam conueniri nequit, queritur an teneatur dare pauperibus, vel possit sibi ipsi applicare. 48. 335.

An detur paruitas materiarum excusans ab incurfione

Anton. Diana Pars XI.

irregularitatis propter accelerationem homicidij ex delicto. 49. 336.

An præcipiente Iudice, vt reus se interficiat, possit id facere. 50. 337.

An sit licitum tradere Tyranno aliquam virginem deflorandam, ad tuendam Rempublicam. 51. 338.

An inuasus ab ebrio possit illum occidere cum moderamine inculpatae tutelæ, si sciat incidisse in amentiam cum peccato mortali. 52. 340.

De censuris, quibus aliqui auctores inurunt opinionem asserentem in rebus veneris dari paruitatem materiarum. 53. ibid.

An opinio asserens chocolatam non frangere ieiunium, sit improbabilis. ibid.

An deflorator virginis sub spe coniugij teneatur illum ducere. 54. 342.

An teneatur adultera aliquando reuelare peccatum suum, vt impediatur damna legitimorum heredum. 55. 344.

An si quis infamaret aliquem de furto, qui postea furem esse inuenitur, teneatur ad restitutionem. 56. 345.

An si quis, vt auerteret furè à furto maiori à Paulo consuleret furtum minus à Petro, teneatur ad restituendum Petro. 56. ibid.

An qui confessus est centies plus minusve furatum, si postea certo sciat fuisse centum, teneatur excessum confiteri. 57. 346.

An sit absolueendus, qui non confitetur nisi generalia. 58. 247.

An si quis habens peccata mortalia, quæ ex iusta causa non potest aperire Confessorio, teneatur saltem confiteri venialia, vt adimpleat præceptum confessionis. 59. 348.

An præceptum confessionis obliget, propter periculum incidendi in plura peccata si differatur confessio. 60. 349.

TRACTATVS VII.

Miscellaneus.

AN ex diuino præcepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem. *Resol.* 1. 352.

An opinio plurimorum Doctorum asserentium peccitentem non teneri acceptare peccitentiam impositam à Confessorio, non sit saltem tanquam improbabilis censuranda. 2. 353.

Aliqua dubia circa peccitentiam impositam à Confessorio proponuntur. 3. 354.

An Regulares ex priuilegio possint ministrare laicis Eucharistiam pro adimplendo præcepto annuæ communionis. 4. 350.

An princeps propter publicam necessitatem priuatis ius queritum auferre possit. 5. 357.

An Princeps à legibus sit solutus. 6. 360.

Datur licentia ad audiendas alicuius confessiones specialis; queritur, an expiret morte concedentis, re integra. 7. 362.

Excusantur aliquæ irregularitates in bello iniusto. 8. 363.

Clericus olim Chirurgus secundum artis præcepta exercuit suam artem super quodam infirmo, qui tamen mortuus est, queritur à me, an incidit in irregularitatem. 9. 364.

An peccitens possit per annum differre peccitentiam impositam à Confessorio, & alia dubia proponuntur. 10. ibid.

f

An

An Sacerdos celebrans Missam cum voluntaria distractione, peccet mortaliter. 11.366.
 An si quis in vigilia Natiuitatis ieiunaret pro lucrando Iubilæo, satisfaceret fumendo illam maiorem quantitatem, quæ sumi solet in dicta vigilia cum ieiunatur extra tempus Iubilæi. 12. ibid.
 An si quis confiteatur pro obtinendo Iubilæo, & postea recordetur alicuius peccati obliti, si non habeat copiam Confessarij possit Eucharistiam sumere, & lucrari Indulgentiam. 13.367.
 An excommunicati, suspensi, & interdicti excusentur à præcepto annuæ cõmunionis. 14.368.
 De cõmunionem quotidiana. 15.379.
 An Superior teneatur seruare pactum de impunitate reopromissa. 16.371.
 An votum distinctionum Religionis, vel perfectæ castitatis, sit per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum dispensabile. 17.373.
 An innotescente, nondum elapso tempore Iubilæi famulum non dedisse elemosinam à domino acceptam vt pauperibus largiretur, teneatur dominus adhuc alteram elemosinam erogare. 18.374.
 An qui dixit hæresim externam, sed postea dubitauit, an dum illam protulit ita mente senserit, vel an affirmauerit causa iocii, quæritur an talis hæresis sit referenda. 19. ibid.
 An liceat Iudici informationem vnus litigantis alteri tradere. 20.375.
 An Sacerdos, qui prius Missam celebravit, possit postea altam Missam in eodem die celebrare addandum viaticum infirmo. 21.376.
 An Eucharistia possit sumi quacunque hora diei. 22.377.
 An sit vsura mutuariæ cum conditione, quod pro futuro det mutuatarius aliquid ex gratitudine. 23. ibid.
 An in mutuo pro incerto lucro probabile tamen possit quis promittere certam aliquam summam pecuniæ. 24.379.
 An sit vsura, velle, vt mutuatarius initio mutui soluat lucrum occasione mutui. 25.380.
 An fructus ex pignore perceptos teneatur mutuator in fortem computare. 25.381.
 An pro fructu sibi competenti possit Sacerdos accipere aliud stipendium pro Missa dicenda. 27.382.
 Quidam conuersus, seu Laicus Religiosus sumpsit tempore Paschali Eucharistiam à Sacerdote suæ Religionis, simul cum ipso commorante in viridario eiusdem Religionis quæsierunt an satisfecerit præcepto annuæ cõmunionis. 28.384.
 An præceptum annuæ cõmunionis adimpleatur præsuppositionem indignam Eucharistia. 29.385.
 Exponitur casus curiosus de confessione valida facta per litteras. 30.386.
 An ad absoluendum moribundum sit sufficiens notitia mediata quæ ex testibus mediatis proueniat. 31.388.
 Ad quem periculum rei venditæ ante traditionem pertineat, emptori, vel venditori. 32.389.
 Cuius competant fructus rei venditæ, emptori, vel venditori. 33.390.
 An sit specificanda species contumeliæ, qua quis aliquem afficit. 34.392.
 An possit quis, si non habeat peccata mortalia, confiteri in genere, v. g. se commississe peccatum contra castitatem. 35.392.
 An qui se iactat, vel laudat de peccato, teneatur in

confessione aperire speciem peccati. 36.394.
 An pœnitens à Confessario interrogatus, teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi. 37.395.
 An sit valida confessio venialium, si aliquis nõ habeat dolorem, nec propositum cauendi de omnibus: & an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem nec propositum cauendi habet. 38.396.
 Quinam dicantur infantia, & qui pubertati proximi. 39.397.
 An minor viginti quinque annis sine curatoris consensu pacisci, & ex pacto obligari possit. 40.398.
 An valeat testamentum cæci, si ante hæredis institutionem legata sint relicta, & plura circa cæcorum testamenta. 41.399.
 An Sacerdos extra necessitatem possit propter deuotionem tantum, si non adsit alius Sacerdos administrare sibi Eucharistiam, secluso scandalo. 42.400.
 An si sit proptius Patochus, vel alius Sacerdos, & nolint communicare infirmum existentem in articulo mortis, possit laicus, supradictis reuentibus, & prohibentibus, infirmo factam cõmunionem portigere? 43.401.
 An stando in opinione Doctorum asserentium, laicum non posse in articulo mortis, absente Sacerdote infirmum communicare, an inquam si hoc faciat, incurrat irregularitatem? 44.402.
 An interitus rei legatæ spectet ad legatarium. 45.404.
 An possit testator prohibere deductionem legis Falcidiae, & Trebellianicæ. 46.406.
 An Sacerdos peccet speciali peccato sacrilegij, si non solum sumat Eucharistiam in peccato mortali, sed cum etiam in peccato mortali retinet, antequam species Sacramentales corrumpan- tur. 47.407.
 An Sacerdos in peccato mortali celebrans, si antequam species Sacramentales corrumpan- tur eliciat actum contritionis, recipiat gratiam ex opere operato Eucharistia. 48.409.
 An hæredes tutoris de leui culpa teneatur. 49.410.

TRACTATUS VIII.

Miscellaneous.

AN Episcopus possit absoluere à referuatis Papæ existente impedimento illum ad eundem. *Resol.* 1.411.
 An qui non possit adire Papam ex perpetuo impedimento, possit ab hæresi absolui. 2.412.
 An Episcopus possit aliquando dispensare in impedimentis matrimonia dirimentibus. 3.413.
 An Episcopus valeat dispensare, vt contrahens cum voto castitatis possit perire debitum. 4.415.
 An aliquando Episcopus possit dispensare in voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papæ referuatis. 5.416.
 An quando Episcopus ex vrgenti necessitate potest dispensare in votis castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Iubilæi, & Bullæ Cruciatæ. 6.417.
 An orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sint, & compressi, vt cerea imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia, adhuc retineant indulgentias. 7.418.

An

An si transferatur Altare priuilegiatum de loco ad locum, adhuc duret Indulgentia. 8.419.
 An Indulgentia alicui Templo, vel Sacello concessa, amittatur destructo Templo. 9.420.
 An Indulgentia concessa Imagini, Rosario, Numismati, & similibus, pereat, fractis illis, vel detritis. 10. ibid.
 An infirmus possit mandare in testamento, vt post eius mortem hæres, seu executor sumat pro illo Bullam compositionis. 11.421.
 An pauperes, qui res aliquas inuentas pro elemosyna habuerunt, si dominus verus comparere, teneantur illa restituere. 12.422.
 An Bulla Cruciatæ viuorum proficit in aliquo casu iam mortuis. 13.423.
 An possit quis frui priuilegiis Bullæ Cruciatæ, si sciat amicum pro illo singulis annis accipere, antequam certior fiat de Bulla suo nomine accepta. 14.424.
 An virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi possit commutari votum virginis seruandæ, si non constet de intentione vouentis an intellexerit de virginitate perpetua. 15.426.
 An votum castitatis emissum ante contractum matrimonium, possit commutari virtute priuilegiorum, quibus fruuntur Regulares, vt vouens possit perire debitum. 16. ibid.
 An qui emisit votum distinctionum verbi gratia castitatis, aut ieiunij, si elegit votum referuatum castitatis, possit adhuc commutari per Bullam Cruciatæ, vel per Iubilæum. 17. ibid.
 An votum perseverandi in Religione sit dispensabile per Bullam Cruciatæ, & Iubilæum. 18.428.
 An Reges, & Principes possint de bonis incertis illicitè acquisitis compositionem facere. 19.429.
 An vt liberetur anima à Purgatorio in Altari priuilegiato, debeat habere Bullam Sacerdos celebrans, an qui facit celebrare. 20. ibid.
 An pœnæ contra duellantes in ipso facto incurrantur. 21.430.
 An infans filius fidelis recentissimè natus si ante baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat? 22.431.
 De quibusdam opinionibus circa reconciliationem Ecclesiæ consecratæ si polluat. 23.432.
 An peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum, de quibus plura. 24.433.
 An si aliquis insideret supra murum Monasterij Monialium incidere in censuram. Et plura circa clausuram notantur. 25.434.
 An opinio aliquorum asserentium Confessarium non posse imponere pœnitentias pro animabus Purgatorij sit improbabilis. 26.435.
 An Episcopus possit approbare Regulares vt non excipiant confessiones mulierum ante ætatem quadraginta annorum. 27.436.
 An qui habuit facultatem eligendi confessarium pro vna vice, potest pro oblitis vt illa facultate. 28.437.
 An Parochus, semel, vel bis denegans subditum in confessione audire rationabiliter illam penitentem, excusetur à peccato mortali. 29.438.
 An propter reincidentias frequentissimas, sit neganda, vel differenda pœnitentibus absolutio Sacramentalis. 30.439.
 An qui celebrat in Calice non consecrato, præter peccatum mortale incurrat aliquam pœnam. 31.440.
 An maritus possit habere copulam cum vxore si

Anton. Diana Pars XI.

vtroque teste careat. 32.441.
 An sit peccatum mortale si propter variationem situs in copula coniugali aliqua pars seminis labatur. 33. ibid.
 An sit probabilis opinio aliquorum asserentium non esse peccatum mortale copulam initam in Ecclesia ab vxoratis absque causa. 34.442.
 Aliqua notabilia circa copulam coniugalem. 35.443.
 An aliquando coniuges excusentur à peccato, si effundant aliquid seminis extra vas. 36.444.
 An si quis verbi gratia in India, vel in partibus infidelium timeat non posse habere confessarium tempore mortis, teneatur anticipare confessionem, vt adimpleat præceptum Dominum constendi in articulo mortis. 37.445.
 An extra articulum, & periculum mortis vigeat præceptum diuinum cõfitemi peccata. 38.446.
 Dato quod præceptum diuinum confessionis obliget extra articulum mortis, quæritur an pro alio tempore obliget. 39.447.
 An si quis in ordine ad cõmunionem confessus sit, & postea de aliquo peccato inculpabiliter oblitus, teneatur illud confiteri antequam Sacram Synaxim sumat. 40.448.
 An propter confessionem inualidam sint iterum omnia peccata confessario aperienda. 41.449.
 An si Paulus consulat, vt homicidium quod Petrus verbi gratia vult hodie committere, cras committat, sit irregularis. 42.452.
 An attritio sufficiat ad iustificationem in Sacramento, ex solo motiuo timoris, & non amoris. 43.453.
 An peccata dubia sint materia necessaria confessionis. 44.455.
 An qui peccatum mortale commisit si timeat graue damnum, si illud confiteatur, teneatur saltem in genere illud confiteri. 45.457.
 An plures possint esse ministri vnus pœnitentis in eadem confessione. 46.458.
 An qui asserit de rebus fidei se dubitasse, puniendus sit tanquam hæreticus. 47.459.
 In Sacra Pœnitentiaria conceditur aliquando facultas absoluendi pro hac via; quæritur quomodo sit intelligenda illa particula. 48.460.
 An quando quis confitetur, si absque magna nota, & infamia non posset adire superiorem relinquo confessionem pro absolutioe alicuius casus referuati, possit adhuc confessarius de illo peccato absoluere. 49.461.
 An in aliquo casu ad tuendam vitam, licitum sit confessario vti scientia habita in confessione. 50.462.
 An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam pœnitentiam imperfectam. 51.463.
 Vtrum Episcopus successor possit reuocare approbationes Religiosorum à suo Prædecessore concessas. 52.466.
 An authentica forma alicuius declarationis Sacre Congregationis conferat ei vim legis generaliter obligantis in vtroque foro. 53.468.
 Quidam Superior Regularis tempore quo erat Prælatus accepit pecuniam ab amico, quam postea subditus per multum tempus penes se retinuit inscio superiore, sed postea expendit cum eius licentia, quæsitum à me fuit, an peccauerit? 54.469.
 An facta commutatione pœnitentiæ, possit pœnitens eligere quam maluerit, primam, vel secundam. 55.470.

Index Resolutionum.

Ex Belgio ad locum ubi Tridentinum non est in usu receptum, aliqui transferunt, ut ibi matrimonium clandestinè contraherent, quæritur an fuerit validum. 56.471.

Infans fuit propter necessitatem baptizatus verbi gratia in capillis, in manu, in pede, &c. quæritur an postea dum rebaptizatur in Ecclesia sub conditione Patrinus contrahat cognationem spiritualem. 57.473.

An si quis fornicetur gestando aliquod frustulum Reliquiæ Sanctæ Crucis debeat necessario hanc circumstantiam in confessione explicare. 58.474.

An si quis statim post communionem fornicaretur, teneretur hanc circumstantiam in confessione aperire. 59.475.

An qui occidit Petrum, putans, & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum dum deprehendit fuisse Petrum. 60.476.

De quibusdam dubiis circa Iubilæum anni Sancti. 61.477.

An Episcopus possit præbere licentiam legendi libros qui prohibiti sunt donec corrigantur,

non obstante Bulla Gregor. XV. & Urb. VIII. 62.479.

An qui habuit rem cum matre, vel sorore, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare. 63.480.

Quis habebat simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæsiuit à me, an commiserit plura peccata & teneatur hoc in confessione explicare. 64.482.

An Regulares quando accedunt ad funera mortuorum, debeant adire Ecclesiam Parochialem, vel accedere ad domum defuncti. 65.483.

Supposita opinione probabili quod in Sabbato Sancto possit à quolibet Sacerdote, secluso omni scandalo, in aliquo sacello dici Missa privata, quæritur an dicenda sit Missa Resurrectionis cum Vesperis. 66.484.

An Sacerdos possit accipere duplex stipendium, vnum pro applicatione sacrificij, alterum pro officiatura Missæ. 67.485.

An Episcopus vigore Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de Reform. possit dispensare in delictis notoriis, dummodo non sint deducta ad forum contentiosum. 68.487.



INDEX



INDEX RESOLUTIONVM,

Quæ in duobus Tractatibus in calce operis additis continentur.

TRACTATUS PRIMVS.

De Adoratione, quâ Summus Pontifex à Catholicis veneratur.



An sit licita adoratio, quam Christi fideles Summo Pontifici præbent, & negatiua sententia hæreticorum affertur. *Resol.* 1. 489.

Ad supradictos errores repellendos; supponitur, quænam sit adoratio, quomodo distinguatur, & actus, per quos exercetur, explicantur. 2. 490.

Contra hæreticos Summ. Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione, pedum osculatione, &c. demonstratur. 3. *ibid.*

Supradicta adoratio Pontificis non solum perpetuo usu, ut visum est, sed etiam ratione nititur, exemplo videlicet Episcoporum. 4. 492.

Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quos à populis adoratos fuisse demonstratur, & de differentia adorationis politice, & sacre agitur. 5. 493.

Idem probatur etiam adoratio Pontificis, ex more apud veteres, quo ad aliquod impetrandum pedibus obvoluebantur, & præsertim filij supplices apud Patres ad eorum pedes præcumbant, de offensis veniam petendo. 6. 494.

Aliqua loca Sacre Scripturæ afferuntur, in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur. 7. *ibid.*

An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem pectoris tussione. 8. 495.

Probatum adorationem non solum osculatione pedum Pontificibus præberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in orationibus publicis audiuntur. 9. 496.

Quare Eminentissimi Cardinales ordinariè non genuflectunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur; & de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. 10. 497.

Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis, ad Latriamne, vel ad Duliam; & opinio Caramuelis affertur. 11. 498.

Refertur circa eandem difficultatem opinio Tanneri. 12. *ibid.*

Opinio Theophili Raynaudi proponitur, videlicet quod Pontifex adoratur adoratione Hyperdulie. 13. 499.

Opinio Auctoris; & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis esse reducendam ad adorationem Dulie. 14. 500.

Breuis digressio de gestatione Pontificis super humeros; & cum Regno in capite, quod vulgò Chamaurus appellatur. 15. 501.

An si aliquis Pontifex (quod Deus auertat) esset impius, scandalosus, &c. sit adhuc modo, quo supra, à Fidelibus adorandus? 16. 503.

Respondetur ad argumenta hæreticorum *superius in resol.* 1. apposita; & adducitur ratio, quare D. Petrus respuit adorationem Corneli. 17. 505.

Quare Pontifex vocet se seruum seruorum Dei; contra Theodorum Reinghingh demonstratur. 18. *ibid.*

Quare Summus Pontifex non solum calceamento Cruce signatus, sed etiam coloris rubei vtatur. 19. 506.

Respondetur ad scommata Ioannis Fabri; qui Pontifices carpit portantes calceos cruce signatos, & ostenditur humilitatis causa, & ad honorem crucis ritum hunc à tempore S. Siluestri fuisse introductum. 20. 507.

TRACTATUS II.

De infallibilitate Decretorum Romani Pontificis extra Concilium.

An Papa possit errare definiendo aliquid de fide extra Concilium Generale, & sententia affirmatiua aliquorum adducitur. 1. 509.

Opinio negatiua firmatur, nempe Decreta Pontificis esse infallibilia, etiam emanata extra Concilium. 2. 510.

Respondetur ad argumenta pro affirmatiua sententia, ab aduersariis excogitata, ac superius posita. 3. 511.

Quanam censura Theologica inurenda sit hæc propositio: Decreta Papæ loquentis ex Cathedra extra Concilium non habent infallibilitatem; & ideo posse errare. 4. 512.

An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia etiam non adhibito consilio Cardinalium, vel Theologorum. 5. 513.

Ad confirmationem eorum, quæ pro nostra sententia superius adducta sunt, proponitur quæstio: An sit omnino de fide, verbi gratia hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, & verum Petri successorem. 6. 515.

Respondetur ad argumentum contrariæ sententiæ. 7. 517.

An stando in opinione, quod non sit de fide hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem.

Index Resolutionum.

- cem: An, inquam, adhuc eius decreta circa res fidei haberent infallibilitatem. 8. 518.
- An omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathedra, habeant infallibilitatem. 9. 519.
- An Pontifex possit errare in assignandis censuris propositionum præter hæreticas. 10. 520.
- Exponitur modus quo Spiritus Sanctus assistat Pontifici, quando aliquid de fide determinat. 11. 521.
- Ad ornatum materiæ inquiritur: An Papa, ut persona priuata possit errare in fide, & an de facto errauerit. 12. 522.
- An Pontifex possit errare definiendo aliquid circa mores extra Concilium. 13. 524.
- Respondetur ad argumenta in contrarium adducta. 14. 525.
- An in Canonizatione Sanctorum Papa possit errare. 15. 526.
- Respondetur ad argumenta contraria. 16. 527.
- An Papa possit errare in Beatificatione Sanctorum. 17. 528.
- Qua certitudine tenendum est, Papam non posse errare in Canonizatione Sanctorum, & esse de fide probatur. 18. 529.
- An eadem certitudine de fide sit tenendum, Papam non posse errare circa beatificationem Sanctorum. 19. ibid.
- An præcisè ex vi solius beatificationis, quod anima beatificati sit in gloria remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis. 20. 531.
- An posito quòd Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, venerati Sanctum Beatificatum, possint licitè omnes alij vti tali concessione. 21. 532.
- An si quis esset delatus in Sancto Officio, quod dixisset, Papam posse errare in Canonizatione, & beatificatione Sanctorum, sit ei imponenda abiuratio de formali. 22. 534.
- An Papa possit errare in approbatione Religionum? 23. ibid.
- Respondetur ad argumenta contraria adducta à Melchiorè Cano. 24. 536.
- Qua certitudine credendum est, Papam non posse errare in approbatione Religionum. 25. ibid.
- An Pontifex possit errare approbando, vel reprobando aliquem contractum, & agitur de Monte Pietatis. 26. 537.



APPRO



APPROBATIONES.

Nos infra scripti accuratè perlegimus *Vndecimam Partem Resolutionum Moralium, R. P. D. Antonini Diana* Cler. Regul. iussu A. R. P. D. Bonifacij Alliardi nostræ Congreg. Præpositi Generalis, & nihil in ea aduertimus fidei, vel pietati aduersum, dignumque opus tanto Auctore asserimus, qui prouectiore ætate profert, maturiores sui ingenij fructus, suoque probat experimento, illud celebre D. Hieronymi ad Nepotianum: *Cetera decrescunt in senibus sola sapientia crescit.* Prodeat ergo in lucem Sapientissimi Doctoris Pars Vndecima, hora quasi vndecima, prudentesque Lectores partem hanc faciant aliis partibus, quæ diu portarunt pondus, & duplex pondus, videlicet multitudinis innumerabilis assidue eas legentium, & multiplicis præli sæpiusque repetiti vbique gentium.

D. Andreas Sottani, Cler. Reg. S. T. P.
D. Paulus Maria Quartus, Cler. Reg. S. T. P.
D. Urbanus Puluerinus, Cler. Reg. S. T. P.

D. BONIFACIUS ALLIARDVS CONGREGATIONIS Clericorum Regularium Præpositus Generalis.

Noc opus cuius inscriptio, *Resolutionum Moralium Pars Vndecima*, &c. à R. P. D. Antonino Diana, celebri nostræ Congregationis Auctore compositum, & à nostris Theologis, quibus id commissum iuxta præfixam assertionem, recognitum, & approbatum, ut typis mandetur, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentès litteras manu propria subscriptas, & solito nostro sigillo munitas Damas Neapoli apud S. Paulum die 14. Februarij anno Domini 1654.

D. Bonifacius Alliardus, Præpositus Generalis Clericorum Regularium.

Loco † Sigilli

D. Nicolaus de Lino, Secretarius.

Censura Sapientissimi Patris Martini Esparça, olim in Salmanticensi, nunc verò in Collegio Romano Societatis I E S V Sacra Theologiae Professoris.

Vssv Reuerendissimi P. Fr. Vincentij Candidi Magistri S. P. A. vidi *Vndecimam Partem Resolutionum Moralium, R. P. D. Antonini Diana*, nilque in ea reperi, sanæ Doctrinæ, aut bonis moribus repugnans. Præterea pars ista postrema, non solum præcedentibus nihilo est inferior, quod tamen ipsum ad maximam eius commendationem abundè sufficeret, verum et iam magna ex parte res exponit magis arduas, nullibi minori cum diligentia, quàm quæ ab eodem adhibita fuit in flore iuuentutis pertinaciter licet, laboriosè, & vbique maiori cum maturitate iudicij, maiori que cum comprehensione quæstionum omnium, & principiorum circumiacentium, atque illationum. Datum in Collegio Romano Societatis Iesu 18. Iunij 1654.

Martinus de Esparça.

Imprimatur,

Fr. Vincentius Fanus Magister, & Socius Reuerendissimi D. Fr. Vincentij Candidi S. P. A. Mag.

LICEN

LICENTIA ORDINARII.

ANTONIUS DE NEVF-VILLE Presbyter, S. Iusti Abbas, & Vicarius Generalis, in Spiritualibus & Temporalibus Sedis Archiepiscopatus Lugdunensis: Librum cui Inscriptio est: R. P. D. Antonini Diana Resolutionum Moralium. Pars Vndecima, à Theologis approbatum; vt in lucem edatur facultatem concedo. Lugduni die 7. Augusti 1655.

ANTONIUS DE NEVF-VILLE.

CONSENSVS PROCVRATORIS
Regij.

Librum cui titulus est, R. P. D. Antonini Diana, Resolutionum Moralium Pars Vndecima, Ego Procurator Regius, typis mandari consentio. Lugduni die 9. Augusti 1655.

VIDA VD.

Librum in scriptum, R. P. D. Antonini Diana, Resolutionum Moralium Pars Vndecima, à LAURENTIO ANISSON, in lucem dari permittimus, ac simul nequis citra factam ei ab iisdem potestatem denuo excudat, interdicimus. Datum Lugduni die 11. Augusti 1655.

SEVE.

R. P. D. ANTO



R. P. D.

ANTONINI
DIANA,
RESOLUTIONVM MORALIVM
PARS VNDECIMA.

TRACTATVS PRIMVS

Miscellaneus.

An quis legere possit libros prohibitos, si sciat certo nullum illos nocumentum esse illaturos.

RESOLVTIO PRIMA.

REVERENDISSIMVS Abbas Ioannes Caramuel, propter scientiam, ingenij acumen, & eruditionem satis quidem notus, nobilissimè edidit suam Theologiam fundamentalem, in qua aliquando nostras impugnat opiniones; & idè circa præsentem difficultatem nominatim contra me affirmatiuam sententiam tenet fundamenta 17. quaestione 2. numero 434. vbi sic ait: Probabile est, cessante fine legis in aliquo particulari, cessare etiam legis vim, & obligationem in illo particulari: At finis legis interdicentis lectionem librorum hæreticorum cessat respectu illius, quo ita doctus, & pius, vt præuaricari non possit: Ergo respectu eiusdem cessabit etiam ipsa lex.

At Diana addit eosdem libros interdicti ad ignominiam Authorum; & dicam hoc non videri verum nec ad rem.

Non verum, quia eosdem libros si sint correctio- nis capaces, expurgatores corrigunt, & correctos permittunt. Sub annum 1632. euulgabatur in Hispania expurgatorius liber, qui non omninò indoctus, sed quia fuerat à P. Pineda concinnatus reiciebatur à Societatis armulis, quasi correctores in ipsos non ratione, sed affectibus dirigerentur, & in ipso legisse me memini, eum librum non esse prohibitorium, sed concessorium, vt potè, qui libros aliàs

Anton. Diana Pars XI.

interdictos ratione errorum, erroribus expunctis concedebat. Ergo opinione ipsius inquisitionis librum expurgatorium euulgantis, libri interdicuntur ratione periculi; Nam etiam si corrigantur errores, adhuc Authores manent hæretici, & pertinaces, vt antea, nec debent aliter amari, quàm antea.

Nec contra hoc militat Hæreticorum libros Grammaticos, Rhetoricos, Dialecticos, & Philosophicos interdicti, nam hos Diana existimat nullam continere hæresim, sed hoc idè existimat, quod maioribus occupatus eiusmodi libros non legat; forè nec haber, rari enim hinc mittuntur Grammatici in Italiam, sed fallitur doctissimus vir, nulli enim sunt, qui plures errores, & hæreses habeant; Libri Theologorum hæretici, vt plurimum vnam, aut alteram promouere conantur, at liberales libri plurimas.

Non aliter potest Grammatica, Rhetorica, & Dialectica, quam exemplis tradi, & talia hæretodoxi hæresim aut exponant, vbi que statui Ecclesiastico insultant, vbi que Papa est Antichristus, vbi que nos Idololatriæ. Habeo ob oculos plurimos, quos possem allegare, si vellem, sed cur lectorem meum onerarem eorum ineptiis, si sufficiat asserere vix vllum esse librum liberalem, qui hæresibus multis non scateat? Vnde concludo etiam ipsos ob doctrinam ab Ecclesia interdicti.

Sed demus illos interdicti in odium, & pœnam Authorum, & rogabo, quis maiori ignominia, & dedecore afficiatur, illene qui occiditur, & igni mandatur in carcere. An ille, qui conducitur per plateas Ciuitatis præcone eius infamiam inclamante? Ille, qui suspenfus à patibulo eadem die sepelitur, an qui iubetur in Cruce remanere toto anno? Hinc transi ad libros, putarem seueriore sententia con-

A demnari

demnari librum (dicam Hispane, à quien se le pone vn San Benito) librum, cui nigrum thætha præfigitur; Cui inscribitur esse aut horis damnati, illum, qui legitur, vt aut horis infamis, quam qui omnino non legitur: & tamen stando Dianæ fundamentis deberemus dicere furem, qui condemnaretur exilio, & iuberetur non comparere in toto regno, condemnari seuerius, illo, qui iuberetur manere, & signum publicum, & extremum ignominia portare, vt ab omnibus esse infamis, & sceleratus noceretur.

Venio ad vltimam rationem Dianæ, quam esse virorum Doctorum affirmat, (illi libri ait, tamen si non sint inducentes in hæresim, sunt inductiui. Atqui finis Ecclesiæ est, vt non dentur libri, qui possint inducere in hæresim: Ergo non cessat legis finis) & ego dico primò maiorem debere ab illis Viris doctis probari. Dico secundo, condonata maiori adhuc falsam esse, quia illi libri non sunt respectu illorum hominum inductiui, nam ignis tamen calesfactius sit, non est calesfactius ligni amoti, nisi prius ponatur approximatio: quæ ex parte subiecti requiritur: & consequenter illi libri tamen secundum se inductiui dicantur, non erunt inductiui respectu hominis, qui in quæstione proponitur quousque detur in eodem periculum, & tunc tollitur casu. Dico tertio, non omnes libros esse etiam secundum se inductiuos; nam falsitas vt nocere possit, debet esse similis veritati, quam obrem. Cum aliquis nimis insolenter mentitur nullum decipit, quæ notata esse volo, vt Martini Lutheri opera à libris aliorum distinguam, quis enim turbati, aut seduci poterit à viro tot ineptias, blasphemias, & iniurias vomente? Quis à Doctore, qui se à Diabolo didicisse fateatur, quæ suos discipulos edocet: ille vnicus, qui non legerit hos libros Martini Lutheri: Nam ego Spiræ, vt quemdam amicam virum doctum ad nostram Religionem reducerem, persuasi, vt aliquos Lutheri libellos euolueret; qui cæpit non esse illos sui Lutheri, sed à nostris confictos, occlamare prius à typo, anno, & suorum Ministrorum confessionem conuictus, dare manus posterius, malleque esse Tridentini discipulum, quam Lutheri, se à Diabolo didicisse affirmantis. Huc vsque Caramuel vbi suprâ.

Verùm his non obstantibus: Ego non recedo à sententia, quam olim docui, & docent communiter Doctores; Vnde aduersus Caramuelem adducam hic verba doctissimi Patris Francisci de Quiedo de fide, spe, & charitate, vbi contron. 1. 2. punct. 3. num. 42. sic ait: Dubitari solet an prædicta censura comprehendantur illi, qui hæreticorum libros legunt, aut retinent ex intentione confutandi errores in illis contentos, & certi nullum in illis esse peruersionis periculum. Non comprehendendi dicant nonnulli iuris periti, quos refert Palao punct. 10. citato §. 2. num. 8. pro quorum sententia possent adduci opinio, quam cum aliis Theologis defendit Granados 1. 2. contron. 7. de legibus tract. 3. part. 2. disputat. 15. sect. 2. quæ affirmant cessante fine legis in particulari casu, pro ipso legem non obligare. Oppositum videlicet adhuc in eo casu excommunicationem incurere eum, qui prædictos libros legeret, aut retineret, merito docent Suarius disputat. 20. sect. 2. sæpè citata num. 2. Sanctius cap. 10. iam citato num. 24. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 16. quæst. 6. Coninch. disputat. 18. dub. 1. num. 180. Puente Hurtad. disputat. 76. §. 307. Toletus lib. 1. summe cap. 19. n. 9. Palao §. 2. citato num. 9. & apud illum Vgolinus, & Farinacius, multus est Cardinalis de Lugo à n. 63.

vt hanc sententiam stabilit effugio illo præcluso, quod tentari possit ex sententia affirmante, cessante fine legis in particulari casu pro eo legem non obligare; Quidquid autem sit de hac opinione, cuius opposita longè communior est; existimo ad hanc materiam ab homine cordato applicari non posse, stultum enim, & superbum esset, hominem suo iudicio in hac re fidere, & præsumere ab omni periculo ipsum esse alienum in materia ex se grauissima, & ingenti periculo exposita, est enim hæresis pessima, & contagiosissima lues, quæ facillimè serpit, & maxime timenda est in his qui se securos fingunt; & securitatis præsumptione ea aggrediuntur pericula, quæ Ecclesia subite prohibuit etiam Episcopis, & Cardinalibus, quos ratione dignitatis, & meritorum, quæ ad illas supponuntur remotiores ab hoc periculo, quam quicumque alij priuati homines præsumi debent. Quapropter mihi certissimum est, neminem prætextu securitatis posse prædictos libros legere, aut retinere, etiam causa confutandi errores. Ita Quiedo, & Ego.

Vnde ex his Petrus Marchan. in Tribun. Sacram. tom. 2. tract. 2. tit. 2. sect. 4. q. 2. concl. 1. fol. 90. re. c. sic asseruit.

Quia verò quilibet de fortitudine sua præsumere, sibi que periculosè ablandiri potuisset, generaliter Ecclesia lectionem huiusmodi librorum sub peccato mortali quibusuis quantumuis doctis probisque prohibuit, adhibitis pœnis, quæ non nisi pro peccato mortali imponuntur, nisi de illius, seu S. Sedis licentia, & autoritate legantur, prudenter attendens, quod quamuis in individuo, & singulari respectu alicuius personæ doctrina, probitate, & constantia præstantis, nullum sit periculum: tamen quia illo prætextu aduertit plurimos seduci posse, & grauissimos abusus ac pericula Populo Dei imminere vniuersaliter doctis pariter, & indoctis, lectionem librorum hæreticorum inhiabit, nisi personarum delectu facta ab iis, quibus S. Sedes eorum lectionem, & iudicium concederet. Ratio igitur periculi non sumitur ab eo, quod certò accideret personæ in individuo legenti, sed ab eo, quod Ecclesiæ, vel personis indefinitè contingere possent: quod singulariter notandum est ab iis, qui de se præsumentes quælibet audent, generalibus quibusdam axiomatibus delusi: Non attendentes, quod Deus de sua virtute præsumentes frequentius humiliat casibus miserandis, & hæc fuit prohibitio communis in Ecclesia Dei à temporibus Apostolorum, quorum etiam Decreto libri hæreticorum, & impiorum igni adiudicati sunt.

Ita Marchan. cui etiam adde Petrum à Sancto Ioseph in Idea Morali lib. 3. c. 6. resol. 6. & Carenam in tract. de officio Inquis. part. 2. tit. 10. §. 5. n. 32. cum seqq. & Ignacium Lupum in edictum Sanctæ Inquisitionis p. 4. l. 2. §. dist. 3. art. 2. diff. 2. fol. 466. vbi quærit. An libri Hæreticorum à doctis legi possint, vt eorum errores melius cognoscant, ac consultius eis respondeant.

Et responder omnibus illicitum esse legere libros prohibitos hæreticorum, sed aliter doctis, aliter indoctis, doctis, qui sine periculo illos legere possunt, præcisè vi præcepti illicitum est, nisi licentia Sedis Apostolicæ accedat. Cuius etiam est antelicensem cognoscere, & iudicare; An sine periculo, & cum fructu licentiam petens legere possit. Nemo enim Index in propria causa esse potest. Simplicibus verò, & signaris duplici ex capite illicitum est, scilicet nedum ex vi prohibitionis, sed etiam ob imminens, & euidentis periculum.

Ita

Ita Lupus, quibus omnibus adde Naldum summa ver. bulla Cæna n. 1. 2. Pueronum in Bulla Cæna c. 1. §. ac eorundem libros n. 186. f. 136. & nouissime Hermanum Bulembaum in Theolog. mor. l. 2. tr. 1. c. 4. dub. 3. n. 6. cum Angelo Possentio in Recollect. qq. Mor. in fine tit. varia c. 16. n. 9. & 10. vbi ait, neque dicere quicquam valet legis cessante fine, & lex cessare debet; nam vtique id procedit si lex in præsumptione fundetur, facti criminis, non verò si se fundet in dilecti facturi præsumptione; vt est in casu nostro. Ergo, &c. adde cum Cæfate. Carena part. 2. tit. 5. §. 5. n. 34. in nullo casu particulari, cessare periculi præsumptionem, nimirum peruersionis, quando in fide, quod quis perseueret, donum Dei est. Vnde aduersus Caramuelem doctissimum Patrem Tamburinum Decal. tom. 1. l. 2. c. 1. §. 7. num. 41. & Bertrandum Const. in Resol. Theolog. cum Urbano ab Ascensione in Theol. Mor. tract. 21. c. 7. Regula 12. fol. 366. vbi docet temerarium fore, qui hoc de se ipso iudicium ferre tentaret in re tanti momenti; nolletque Ecclesiæ præceptis se subicere. Ita ille.

Restat modo respondere ad confirmationem Caramuelis; Dico igitur, quod nostra Inquisitio Hispanica non corrigat libros primæ Classis, & qui trahant ex professo de Religione; Sed cum videt aliquos Hæreticorum libros, multum proficere pro literaria Republica ab erroribus expurgat, & præbet licentiam impunè legendi, anteposendo publicum bonum pœnæ priuatae, quam illis Authoribus impoſuerat; licet non sit parua pœna pro Authore, quod liber suus legatur inuisus, & cauteriatus, ac in frontispicio cum illis verbis, expurgatus secundum Indicem Hispanum, &c.

Ergo non valet argumentum Caramuelis, nec ex illo sequitur, quod legi possint ab aliis libris ab inquisitione non expurgatis, & quod in ipsis non remaneat prohibitio propter periculum infectionis, & propter pœnam, & dedecorem Authori impostum; Nam inquisitio vult, vt sibi placet & liber, hæc æquitatè cum aliquibus hæreticis, & libris prohibitis vsque, quam cæteris negat; Nihil itaque nobis officit instantia à Caramuele adducta.

Et idèd nostra sententia expressè asseritur in Bulla Pij IV. incipit. Dominici Gregis, registata in principio Indicis 161. qui autem libros alia de causa prohibitos legerit habuerit, & præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum. Quous igitur modo illos prohibitos, siue propter hæresim, siue propter illius suspensionem, siue propter obscenitates legerit, siue retinuerit quispiam non excusatur à mortali, & hanc sententiam præter Authores citatos tenet etiam Pater Bordonus in Sacro Tribunal. cap. 14. quæst. 25. num. 54.

Quod euidenter probatur & confirmatur, nam certum est, quod Author libri hæretici à Sancta Sede, vel ab Inquisitoribus prohibiti non timet ex eius lectione erroribus infici; quia iam scit, & memoriter tenet omnia, quæ in suo libro prohibito impressit, & tamen hoc non obstante Doctores asserunt esse interdicitum etiam Authori legere suum librum prohibitum, & aliter faciendo excommunicationem incurtere, & ita docet Trullench in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 9. §. 6. num. 20. Pueronum in bulla Cæna cap. 1. num. 205. fol. 136. Fagundez in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 14. num. 17. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 37. Vgolinus de Casibus Papæ reservat. part. 2. c. 1. ver. ac eorundem librorum. §. 1. num. 1.

Videat ergo ex hoc amicissimus Caramuel libros Anton. Diana Pars XI.

prohibitos suspendi non solum ratione periculi, sed etiam in pœnam, vt ego docui, & praxis nostri sacri Tribunalis demonstrat.

Vnde doctè dixit Suarez. de fide disp. 10. sect. 2. n. 21. quod finis legis prohibitionis librorum hæreticorum fuit, ne tales libri conseruentur, sed destruantur; Sed in casu quo vir doctus, vt vult Caramuel, licet securus de infectione illos legat, dicti libri conseruantur, & non destruantur contra finem legis, vt vult Suarez; Ergo peccabit mortaliter, & in censuras incidet, & sic ego sentio, nec aliter sentiendum esse puto. Et ita post hæc scripta inueni Eminentissimum Lugo de Fide disp. 21. sect. 2. à n. 62. vsque ad num. 8. nostram sententiam firmiter docere, & ad argumenta Caramuelis respondere, quæ necessario à lectoribus legenda esse existimo; Vnde ex his rectè docuit Thomas Hurtadus var. tom. 2. tract. 1. cap. 5. resol. 7. num. 63. indistinctè, & sine vlla limitatione non esse absolueudos à confectariis retinentes libros hæreticorum. Et tom. 1. tr. 5. cap. 6. resol. 62. §. 2. num. 146. docet peccare, & in censuram incidere legentes libros ab Inquisitoribus prohibitos, etiam si hæresim non contineant, & contrarium asserere esse erroneum tradit Turrianus cent. 4. dub. 17.

Sed alias rationes meliores excogitabit ipse Caramuel, sicut etiam circa sequentes resolutiones; Nam ego vellem à Sapientissimo Viro, (vt ore amulorum clauderet, quod etiam placuit Eminentiissimo Domino meo Cardinali Chiffo viro incomparabili, literatorum patrono (sicut Theologia hæc fundamentalem, interrogatoriam, tamen, vt ipse vocat, typis mandauit; Ita etiam quamprimum aliam Theologiam fundamentalem, responsoriam, in qua ipse ad semetipsum respondeat præsertim, quando contra communes sententias disputauit. Vnde magis sic acumen ingenij sui demonstraret; Nam si mare Pacificum; vt Americi loquuntur, torius Theologiæ moralis turbasse videretur, postea tamquam alter sacer Neptunus in pristinam tranquillitatem adduceret, & vt Achilles hasta si in dicta Theologia interrogatoria vulnerauit, postea in Theologia responsoria sanaret; Ita vt de Caramuele feliciter postea omnes dicere possint, ipse percutit, & medetur.

An qui successiue, & vno impetu ter v. g. fornicetur, committat tria peccata vel vnum.

RESOLVTIO II.

VNum tantum peccatum committere nominatim contra me contendit probare sapientissimus & amicissimus Ioannes Caramuel in Theologia fundamentali fundam. 29. numero 494. vbi sic ait: Si qui vnico luxuriæ impetu ad multas fœminas accederet, & à fortiore si pluries ad eandem, vnicum peccatum committeret: Quod etiam dici debet, si dialecticari velimus; sed quid est vnus luxuriæ impetus? Videretur ille qui vna nocte suæ Amasiæ condormit, vnico luxuriæ impetu commotus esse: Hanc opinionem tenet Zenardus Dominicanus, qui in direct. Confess. part. 1. de sacram. pœnit. cap. 18. fol. 204. docet, qui tota nocte Amasiam habuit apud se, non debere dicere, ego eam cognoui tot vicibus, sed feci quod potui, modò non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Legunt Zenardum aliqui, & nesciunt cur obliget ille pœnitentem ad dicendum, feci quod potui, cum videatur pœnitens

A 2 ex

ex eiusdem fundamentis satisfacere dicens, semel sum fornicatus, legit illum Diana *part. 3. tract. 4. resol. 67.* & ait (sed fallitur; nam opera illa consummata sunt distincta peccata in Confessione aperienda: nec vnum respicit, & ordinatur ad alterum. Ergo, &c.) sed quid Zanardo Diana, si refert opinionem, docentem eum, qui consequenter multas blasphemias euomit vnicum peccatum committere, & adderet (ita Diana *part. 3. tract. 4. resol. 162.* sed fallitur; Nam singulae blasphemiae, sunt singulae diuersae iniuriae, diuersae actiones peccaminosae, & diuersa peccata, & in confessione aperienda; Vna enim blasphemia nullo modo ordinatur ad alteram) ergo vel debet Diana hic subscribere, vel antecedentia delere.

Ego quidem sensu difficultatem, & ne mihi confiderem: hanc ego P.N. Pragæ, & Viennæ S. Theologiae Doctores, & Professores Viro verè erudito, & in moralibus benè versato decidendam proposui, & indicauit, cum qui vno itinere, & coitu bis, aut ter concurreret, vnicum peccatum commissurum, plura autem si inter fornicationem priorem & posteriorem intercedat temporis intervallum (ergo dicere debuit à fortiore, mulierem quæ antequam vir exoneret, bis concurret, vnicum commississe fornicationis peccatum) & ego etiam hic difficultatem inuenio, & in re dubia, & perplexa dico primo, sicut de periuriis, & blasphemis; Ita de homicidiis, & fornicationibus in hac materia est philosophandum. Ergo videat Diana quid dicat de prioribus, & vel inuitus debeat de posterioribus pariformiter philosophari. Dico secundò, sicut de fornicatione; Ita de pollutione, sodomia, & aliis sordibus contra naturam erit philosophandum. Nam si habere tota nocte vnam feminam est vnicum peccatum mortale; & si interueniant plures copulae: Vnicum erunt peccatum mortale multae pollutiones, aut contra naturales copulae habitae consequenter, & vno imperio.

Huc vsque Caramuel, cuius sententia magis confirmari potest exemplo confessarij excipientis in peccato mortali, successiue v.g. trium confessiones, quæ probabiliter asserunt plures Doctores, vnum tantum peccatum committere.

Sed hanc sententiam minimè sustinendam esse puto; & idè illam impugnat Eminentiissimus Lugo *de sacram. penit. disp. 16. sect. 4. num. 157.* Constantinus de Castro *matr. in collectione Theologiae Moral. tract. 1. c. 6. art. 4. sect. 4.* & Tamburinus *opuscul. de confess. lib. 2. cap. 12. §. 8. num. 56.* vbi sic asserit: Qui Sacerdos successiue audit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam; in sententia probabilis non committit plura numero distincta peccata; Idem dic si confessarius idem modicè deflexerit ad alios sermones minimè facientes ad eiusmodi ministerium: Vnde satis erit si dicat? Audiui vna vice plures confessiones absolutionem in statu peccati mortalis ministrando.

Contra, qui vna eademque nocte v.g. plures copulas habet cum eadem; multo magis, qui plures copulas; sicut etiam, qui plures successiue occidit, debet numerum explicare copularum, & occisionum; ratio est, quia hic sunt diuersi omnino actus consummati, nec vnus faciens moralem vnitatem cum alio; in precedentibus verò illi actus v.g. detractionum ex se faciunt vnitatem moralem, sic enim modo humano aestimari solet. Ita ille, & communiter Doctores.

Nec obstant exempla adducta à Caramuele in contrarium; & præcipue illud de confessario exci-

piente in peccato mortali successiue plurium confessiones; Nam respondeo primò ex Suarez *in 3. part. rom. 5. disput. 5. sect. 3. num. 7.* & Constantino loco citato, actionem humanam aut versari circa terminum, in quo perficitur, & compleitur ipsa actio; aut versari circa terminationem ac incertum, qui habet extensionem, & latitudinem: Si actio peccaminosa versatur circa terminum definitum; & in eo consummatur; tunc multiplicata actione multiplicantur & peccata; Si verò actio peccaminosa non habet terminum definitum & limitatum, tunc multiplicata actione successiua circa idem obiectum sine mortali interruptione non multiplicantur peccata. Quo sic stante respondeo ad Caramuelem, fornicationem habere terminum definitum, & limitatum, in quo compleitur, & terminatur ipsa actio, quod quidem non accidit in aliis exemplis ab ipso Caramuele adductis; Ergo optime Diana dixit, fornicationem ter cum femina, committere tria peccata, non autem qui vno imperio tres blasphemias euomit, & idè non deferam hic apponere verba doctissimi, & amicissimi Patris Escobar *in Theol. moral. tom. 1. lib. 8. sect. 1. cap. 2. num. 51.* Vbi, me citato, sic ait: Quando actio versatur circa terminum definitum, & in eo consummatur, multiplicata actione multiplicantur peccata, & consequenter tot censurarum es capax subiectum, quot actiones multiplicasti. Id patet in eo, qui sapius successiue fornicatur sine temporis mora, cum vna ac eadem persona: nam actus fornicationis habent terminum definitum in quo consummantur; fornicatio enim sequens non continuatur cum præcedente, nec cum ea efficit vnam actionem moralem. Ita ille.

Ad exemplum de confessario, quod est magis difficile, & facit magis ad confirmationem opinionis Caramuelis? Respondeo primò, illas actiones fieri per modum iudicij ex Concilio Tridentino, & communi Doctorum sententia; ergo illæ administrationes Sacramentales, licet non sint diuersae, si successiue fiant moraliter videntur vniri, & effici per modum vnus à confessario.

Quod quidem non procedit in fornicante, si successiue diuersas fornicationes efficiat; Confirmatur, quia communiter in illa actione natura remanet ita laissa, & viribus destituta, vt egeat aliquo tempore, & nouis incitamentis ad denuo fornicandum; Ergo ex ipsa natura apparet, illam actionem prorsus non habere dependentiam cum alia, nec moraliter dici posse cum alia vniri, & effici per modum vnus.

Non est igitur amplectenda opinio Caramuelis, qui fortasse ex suis principiis etiam inferret & diceret, Sacerdorem celebrantem in die Natiuitatis successiue tres missas dici solitas, in peccato mortali, non committere tria peccata mortalia, sed tantum vnum: Sed ego hanc sententiam alibi reprobauit, & nunc iterum refello.

An eadem actione duobus præceptis partibus satisfacere possimus.

RESOLVTIO III.

Ponit hanc difficultatem nouissimè acutissimus Caramuel *in Theologiae fundamentali fundam. 31. §. 14. n. 519.* Et idè omnia eius verba per extensum apponam; sic itaque asserit.

Hæc omnia inde suborta, quod eodem tempore, & eadem

eadem actione possumus duobus præceptis numero distinctis satisfacere ad eum, qui vnica actione duobus eiusdem præcepti partibus satisfacere vult subueniamus.

Et quidem si res benè consideretur, multas consequentias parturit *res. 18.* quam habet Diana *tract. 17. partis. 2.* vbi interrogat: An Petrus satisfecerit præcepto missæ si eodem tempore sacrum duorum Sacerdotum audiuit, nempe missam vnus Sacerdotis vsque ad consecrationem, & missam alterius Sacerdotis à consecratione vsque ad finem.

Vt rem melius intelligas, clarè ponitur, quando vnus Sacerdos eleuat, alter introitum incipit, & tunc Petrus Ecclesiam ingreditur, & vtramque missam simul audit, alteram ab eleuatione ad finem, & alteram ab initio ad eleuationem, & interrogat: An missæ præcepto satisfecerit?

Negat Reginaldus, sed Reginaldi opinio non placet Dianæ, qui pro contraria citat Molfesum, & alios.

Non est animus approbare, aut improbare istam sententiam; sed notare, quæ debeat consequentes admittere meus Diana. Si Dialecticam amat; primò enim sicut satisfecit Petrus audiendo simul duas medias missas à duobus Sacerdotibus, posset satisfacere audiendo simul quatuor missas quadrantes à quatuor Sacerdotibus, aut etiam octo octantes ab octo, quin imò si essent multa altaria, quibus simul esse præsens Petrus posset, & in vno missa inciperetur, in altero epistola, in altero Euangelium, in altero oblatio, in altero Canon, & tandem in altero post-Communio, & in altero vltimum Euangelium, posset Petrus vno quasi momento temporis integram missam audire.

Secundò, rationis puritas nos deduceret ad officium diuinum. Nam iuxta mores, & rubricas Monasticas in officio solemnium habemus duodecim lectiones, & responsoria, quæ non recitat communitas, sed audit tantum; Ergo si sint viginti quatuor Religiosi in Choro, & singuli dicant simul lectionem, aut responsorium, satisfacient præcepto legendi duodecim lectiones, & totidem responsoria.

Tertiò, quando duo legunt simul, non erit opus, vt alter alterum expectet, sed poterit alter incipere versus sequentem, & antequam alter præcedentem absoluat, quoniam potest simul se, & locum audire: nec est cur ad attentionem, & auscultationem recurras, quia attentionem internam, non esse necessariam putamus.

Quartò, in Missa solemnium, posita sententia, quæ docet, Sacerdorem non teneri legere Epistolam nec Euangelium, poterit dum legitur illa, Tractum, & Versus dicere, & dum Hoc, cætera, quæ illud sequuntur.

Quintò, si vera sunt, quæ de Scyris nonnullis leguntur, videlicet singulos binis linguis præditos, & posse aut etiam solere binas voces formare, & binas simul periodos diuersas efferre; vel si Deus aliquos homines bilingues produceret, qui dum altera lingua recitant matutinum, altera laudes, aut primam recitent; Dicendum omnino esset eiusmodi homines duas simul horas legendo, obligationi recitandi officium diuinum satisfacturos.

Sextò; hoc ipsum necessario deberet ad communitates traduci, Ipsæ enim omnes sunt multilingues. Quid enim stando huic doctrinæ veteret magnam communitatem in decem manipulos diuidi, & dum vnus recitat Marutinum, & alius Laudes, alium primam, & alios cæteras horas recitare, & quasi horæ

Anton. Diana Pars XI.

quadrante graui, & molestæ publici officij obligationi satisfacere? Ergo posset simul eadem communitas diuidi in Partes, & plures actus communitatis celebrare.

Septimò; in officio diuino nonnulla pluries repetuntur, Anne hæc tories deberent repeti? Respondi olim in cōmentario in regulam Sancti Benedicti esse probabile singulas horas, singulis respondere præceptis: esse certum vnico actu hominem posse diuersis præceptis satisfacere; adeoque si simul in vna hora dicatur Pater, & Ave, & cætera, quæ in horis diuersis repetuntur, non debere in aliis recitari: Sed quid dicemus, si totum officium vnico præcepto indicatur? Putaui illa debere omnino repeti, & tories legi, quoties præcipiunt Rubricæ. Hæc dixi stando communi doctrinæ: at hodie si hanc Dianæ resolutionem, quam dilucido, admitterem, dicerem in officio diuino, etsi totum vni præcepto corresponderet, posse dici semel tantum Pater, & Ave, semel Credo, semel Deus in Adiutorium, semel Gloria Patri, semel Oratio, & semel Psalmus, qui in horis diuersis solet repeti. Et ratio est manifesta, quia ad Dianæ mentem, non solum simul duobus præceptis, sed etiam simul duobus præcepti partibus possumus satisfacere.

Octauo; si cui Rosarium legere præciperetur (hoc est quindies Pater, & centies quinquagies Ave) diceret, quia singula Pater, & singula Ave diuersis præcepti partibus correspondent, & possumus stando Dianæ resolutioni eodem simul tempore diuersis præcepti partibus satisfacere. Et quia de obligationibus oris à voto, & oris à præcepto aliqui pariformiter philosophantur, idem dicere de illo deberent, qui vouisset Rosarium.

Anne hæc omnia Diana admitteret? Non puto. Quid ergo? vel hæc omnia debeat transglutire, vel à principali opinione discedere. Hucusque Caramuel.

Sed ego nec ab ipso superius dicta transglutiam; timerem enim suffocari, nec sententiam, quam vt probabilem, docui, relinquam.

Et ratio est, quia in auditione duarum partium Missæ quis humano modo dicitur assistere sacrificio, & satisfacere præcepto, & moraliter audire vnam Missam; quod negandum est posse dici, & accidere in exemplis à Caramuele allatis.

Et ideo cum Leander *de præceptis Ecclesiæ tract. 2. disp. 1. q. 59.* docuerit nostram sententiam, nempe posse aliquem satisfacere præcepto, audiendo eodem tempore duas partes missæ, tamen postea *q. 57.* non est ausus dicere, immo negauit apertissime in responsione prima, non adimplere præceptum, qui sex partes missarum audiret, vt male inferebat Caramuel vbi supra.

Et licet postea Leander in respon. 2. videatur id concedere; tamen in fine sic subdit. Nec existimes, o Theologe, hanc nostram sententiam esse nimis laxam, aut contra bonos mores; quia cum omnino, moraliter loquendo, non sit practicabilis, nec laxa alicui, nec contra bonos mores videri potest, est igitur speculatiue, & metaphysicè ex principiis intrinsecis probabilis; practicè verò, moraliter loquendo, minimè, quia illud, quod speculando asserimus, nequit ad praxim moraliter reduci. Vnde ad praxim nec prodest, nec obest hæc sententia, licet prodeat ad cognoscendam speculatiuam veritatem. Hæc ille.

Ad illam verò illationem, quam supra infert Caramuel in Corollario secundò, & tertio, quod dicit Leander loco citato *quæst. 57.* falsum esse quod quis

A 3 adimpleret

adimpleret præceptum recitandi horas, qui simul audiret à tribus focis tres lectiones, & minus qui à nouem focis nouem lectiones simul audiret; ab vno Capitalum, ab alio orationes, &c. quia vt quis diuino officio satisfaciatur, vltra attentionem ad Deum, debet necessario audire distinctè verba recitantium cum illo, aut legentium, quod nullo modo potest præstare audiendo nouem focios, lectiones nouem diuerfas recitantes, vt constat. Ita Leander.

Relinquendo itaque illationes Caramuelis deductas ex nostra opinione de auditione duarum partium missæ, illam denuò auctoritate stabilire conabor, & præter Leandrum, Azorium, Bassæum, Dicatillum, Gesualdum, Bonacinam, Faustum, Molfesum, Baanium, Hurtadum, & alios à me alibi adductos, nouissimè hanc sententiam, me etiam citato docet Remigius ex Clericis Minoribus in *practica Confessoriorum tract. 2. cap. 3. §. 1. n. 4.* vbi sic ait. Como puede vno oyr tres missas en vn mismo tiempo, y satisfacer con el precepto de la Iglesia, con el voto, y penitencia de oyr missa, no ay razon para dezir que no satisfice al precepto de la Iglesia el que en vn mismo tiempo oye la media missa de vno, y otra media de otro Sacerdote? Quia sicut se habet totum ad totum, ita & pars ad partem.

Hanc etiam sententiam me citato tenet Pater Hieronymus Garzia in *Theolog. moral. tractat. 4. difficult. 4. numero 7.* sic asserens, Pero no obstante lo dicho, algunos tienen por prouable la contraria, de que se cumpla con el precepto oyendo la dos metades juntamente; lo vno, porque la Iglesia no manda que se oya la missa de vn Sacerdote, sino que absolutamente se oya vna missa; este tal oye dos medias, que hazen moralmente vna missa luego cumple con el precepto. Confirma se porque si yo ruiese obligacion de oyr dos missas, podria juntamente oyr à entrambas; y cumplir con mi obligacion, luego tambien puedo cumplir con el precepto oyendo dos metades de vna. Por todo lo qual se vee, que esta opinion tiene prouabilidad, y que en caso que vno tenga mucha puela, se puede aprouechar della rita conscientia, pues tiene por si tantos Doctores, y razones de congruencia. Ita ille.

Vide etiam me citato, Rocaful. in *praxi Theol. moral. tomo 2. libro 2. de præcept. Eccles. capite 2. dub. 2. num. 24.*

Et hanc sententiam, me citato, non putat improbabilem Trullench in *Decal. tom. 1. libr. 3. capit. 1. dub. 5. numer. 9.* & me citato, probabilem vocat Hermannus Busenbaum in *medulla Theologiae moralis lib. 3. tr. 3. cap. 1. dub. 3. num. 5.*

Obseruandum est tamen, quod licet omnia à me superius dicta de satisfactione præcepti audiendo duas partes missæ simul à duobus Sacerdotibus non careant probabilitate; tamen existimo contrariam sententiam esse probabiliorem, & consulendam, quam nouissimè præter alios docet ex Villalobos, Ioannes de Soria in *Epilogo summarum parte 2. tractat. 1. sect. 5. disput. 2. de præcept. Eccles. tit. de præcepto audiendi missam.*

An Religiosi teneantur ieiunare?

RESOLVT. IV.

Mouet hanc difficultatem Ioannes Caramuel in *Theologia fundamentali, fundam. §. 3. §. 26. numero 1528.* vbi sic ait, Miraris in dubium reduci rem tam claram, teneri Ecclesiasticis ais, & præcipuè Monachos, qui maiorem perfectionem professi, at ego te non inculso, sed hunc syllogismum propono (musici inquam à Ieiunio excusantur: at omnes Religiosi sunt Musici, nec in mundo musici, qui plus cantent, quam Monachi, & Benedictini præcipuè: Ergo monachi non tenentur ieiunare) quæ ratio idem de cæteris Religiosis euincit: nulli enim qui non cantent, plusquam sæculares. Puto quidem consequentiam legitimam, minorem certam, & maiorem probò citando Sancium, Dianamque, ille in *selectis disputat. 44. numero 18.* sic inquit. Cantores conductos ad canendum, siue salarium aut præbendam ad id habentes, possunt non seruare ieiunium, si ad canendum redderentur inhabiles. Et præbyteris ouis in quadragesima vesci fas erit, causa vocis conseruandæ: non enim causa ieiunij astrictus est aliquis: dimittit enim suum exequi munus, ita ille, qui inhabilitatem ab impotentia distinguit, & iudicat eum qui ieiunando cantare, quidem possit sed inhabilitate non teneri ad ieiunia: & affirmat hanc etiam fuisse aliorum sententiam in Hispania. Addit Diana *part. 1. tractat. 9. resolutione 11.* hoc vrgentius procedere in cantoribus concinentibus in Camera ad Principis cuiuscumque solarium: Ergo hoc vrgenter in cæteris debet procedere. Ergo Monachi cum ratione laboris, & defatigationis eadem lege, quæ fossores, aut saltem Predicatores, & Lectores iudicandi sunt: Tum ratione vocis conseruandæ, eadem lege, quæ musici, præbendarij, Præbyteri, maxime cum frequentet, & ipsi Præbyteri sint.

Ergo si hos etiam excludimus, qui erunt in Ecclesia Romana, qui teneantur obseruare ieiunia? Volo non seuerè, sed sincere erudiri. Hucusque Caramuel.

Sed patet viri amicissimi hæc argumenta apertè viam ad opinionem singularem contra præxim omnium Religiosorum, & cum hæc sententiam vitis doctis referret, aliqui riserunt, alij in aram bilem iuerunt, & quidem Pater Societatis Iesu iocose, & facetè respondit. Si sententia Caramuelis esset vera, mallem Societatem esse adstrictam ad canendum in Choro; nam essem deobligatus à ieiunio.

Non sunt igitur Caramuelis argumenta audienda & quis quæso laborem Religiosorum in canendo æquipararet, vt facit Caramuel, cum labore fossoris? Fossorum labor est improbus, laborant toto corpore, flectuntur, artolluntur, sudant, defudant, laborant Sole sub ardenti, laborant sub Ioue frigido.

Religiosi verò dum psallunt in choro Ecclesiæ, manent in suo stallo, vel stantes, vel sedentes in emittenda voce pro cantu; quia non canunt figuratè, sine vi, & difficultate illam emittunt: Cantus eorum non est continuus, sed interpollatus; adest enim magna distantia temporis inter vnum officium, & aliud? Vnde tempus quiescendi habent; Ergo nullo pacto, vt omnibus patet, labor Religiosorum in canendo videretur æquiparandus labori fossoris, vt putat Caramuel.

Neque

Neque labor Religiosorum canentium videtur etiam æquiparandus labori concionatorum; Isti enim iuste à doctoribus excusantur à ieiunio; Nam labor eorum in quadragesima est nimis improbus, non solum enim laborant, & sudant toto corpore, & hora concionis, sed laborant per totum diem, & noctem studendo pro ipsa concione, & postea vt illam firmiter in memoria teneant, & vna perfecta concione, statim ad aliam debent se ipsos præparare; Itaque labor concionantis, est labor improbus mentis, & corporis.

Nec, vt vult Caramuel, possunt Religiosi canentes in Choro excusari à ieiunio ratione conseruandæ vocis, vt Musici; nam Musici excusantur propter salarium, & ne dimittit exerceant munus suum ad quod tenentur, & ne reddantur inhabiles ad canendum cum periculo damni notabilis propter vocis amissionem; sed Religiosi satisfaciunt muneri suo canendo in Choro siue cum voce sonora, siue cum voce rauca, nec timent, vt musici, esse dimittendos à seruitio Ecclesiarum, vel principum, & semper securi sunt siue bonam, siue malam vocem habeant, quod inuenient mentem paratam in Refectorio, cum solitis pantiis; Ergo est dispar ratio inter illos, & musicos.

Adde quod Musici, quia canunt figuratè non solum laborant corpore, sed etiam mente, quia egent maxima attentione ad notas musicales, sed Religiosi abique labore in Choro canunt semper eodem modo facili, ac consueto, & ea quæ canunt, ferè semper memoriter sciunt.

Adde, quod ego Musicos excuso à ieiunio, non tantum ratione laboris, quantum ratione, vt possint rectè, & decenter adimplere eorum munus absque periculo magui damni suæ sustentationis, nempe amittendi officium, mercedem, gratiam Principis, & similia; quod non potest euenire iis Regularibus si malè vel benè, rauca vel suauiter cantant; Ergo, quoad excusationem ieiunij non valet argumentum de Musicis ad Regulares.

Et ideo nostram sententiam tenet loquendo in specie de Musicis, & Regularibus canentibus in Choro Pasqualigus in *praxi de ieiunio decis. 33 §. 8. n. 5.* vbi sic ait: Sed dubium remanet an Cantores, qui canunt in Choro per plures horas, vt ij qui non solum canunt horas Canonicas, & officium Beatæ Virginis quando in breuiario præscribitur; sed etiam plures missas in eodem die, immunes sint ab obligatione ieiunandi. Resp. regulariter non esse immunes, nam videmus passim hoc praticari cum inattentione ieiunij; quia licet laboriosum sit tandiu cantare, cum tamen non sit nisi per paucas horas diei, non sufficit vt tollat obligationem ieiunandi: Si tamen cantor esset debilis complexionis, ita vt post ieiunium lassus remaneret, & parum habilis ad cantandum toto illo tempore, post vespere antecedenti cœnare, aut saltem largiorem collatiunculam sumere, quando contingeret mane sequenti diu esse cantandum, & hæc puto esse mentem Vviger. *c. 7. Theolog. instr. §. 3. vers. 2. in fine*, dum docet, excusari à ieiunio Cantores, qui laborant in cantando diuino officio.

Ita Pasqualigus, qui absolute contra Caramuelem docet Regulares canentes in Choro non excusari à ieiunio, licet in aliquibus casibus particularibus, & raro contingentibus id ipse concedat.

Et nostram sententiam præter Pasqualigum tenet etiam Leander de *præcept. Eccles. tr. 5. disput. 8. q. 17.* Relinquendo igitur amicissimum Caramuelem sumabo magis nostram opinionem de Musicis. Ideo

præter Doctores à me alibi adductos, illam tenet me citato Martinus de San Ioseph in *mon. Confes. tom. 1. lib. 2. tract. 1. de ieiunio n. 12.* vbi sic ait: Los Cantores conduzidos por estipendio, y los que tienen Prebenda por el canto, estan escudados de ayunar, si el ayuna estorua al exercicio de la voz, D. Thom. *quodl. 5. art. 18. Fillinc. 2. tom. tract. 27.* Syll. verbo *ieiunium q. 9.* Ioannes Sanchez *disp. 54. n. 18.* Diana *1. part. 9. resolut. 11.* que afirma, es lo mismo en los Cantores à quien dan salario, proque situan de solaz à algun Principe.

Ita ille, cui adde, me etiam citato, Andræam Meudo in *Bull. Cruc. disp. 18. c. 1. n. 5.* & me citato Leandrum de *præceptis Ecclesiæ tract. 5. disput. 8. q. 126.* & me citato Rocaful. in *praxi Theol. moral. 10. de præcept. Eccles. q. 9. n. 182.* qui testatur, cum hic casus consultus esset in Hispania; secundum hanc sententiam respondisse.

Vide etiam Syluestrum verbo *ieiunium q. 9. n. 26.* Trullench in *Decal. 1. lib. 3. c. 2. dub. 7. n. 15.* & Filiuc. *tom. 2. tr. 27. p. 2. c. 6. n. 124.* Ghilium in *summa verbo ieiunium n. 2. littera R.* Ioannem de Soria *Epilogo summarum p. 2. 1. sect. 3. disp. 2. §. circa excusationem à ieiunio*, vbi etiam docet, quod licet Cantoribus causa vocis conseruandæ vt ouis in quadragesima, si aliter, &c.

An Catholici habitantes in terris Hæreticorum præceptis Ecclesiæ teneantur?

RESOLVT. V.

Pro negatiua sententia arguit Caramuel in *Theologia fundamentali fundam. 19. q. 2. n. 147.* vbi sic ait: An si maior pars non seruet legem, desinat obligare ipsa lex?

Affirmatiuam sententiam tenet Diana *p. 7. tr. 11. resp. 23.* vbi ait: Si de facto maior pars populi non seruet legem, poterunt alij sine scrupulo maiori parti conformari, & excusari: quia talem legem supponitur non esse vtilem Reipublicæ, & ego, asserunt ipsam, & rationem inferendi considero, & infero Catholicos, qui in Ciuitatibus hæreticorum habitant, non teneri ad ieiunia, posse in Quadragesima carnes comedere; non debere audire missam diebus festis, &c. Nam has leges maior populi pars non obseruat, & ipsi se possunt maiori parti conformare. Quod si ad ius diuinum recurras, & dicas hanc hæreticorum negligentiam ex infidelitate subnasci, cur non possit aliquis benè credere, & tamen in cæteris se illis conformare, non video. Sanè relinquamus hæreticos, etiam inter Catholicos corruptissimæ sunt aliqua communitates. An ne ideo poterit Petrus violare talem, aut talem legem, quia plerique illam violant? Sed inter Ecclesiasticas, & sæculares distingues, inuero gabo tamen. An Ecclesia possit ferre leges inutiles, nam quæ temeratur à pluribus, esse inutilem Diana supponit. Ego Diana assentiri non scio, tu rem considera: Hucusque Caramuel.

Sed hæc doctrina est omnino refellenda, quia suppono, certum esse hæreticos, & Apostatas à fide obligari legibus Ecclesiasticis, quia hi verè subiecti sunt Ecclesiasticæ iurisdictioni: nam retinent characterem baptismalem, qui est fundamentum huius subiectionis, & licet secundum præsentem statum non sint absoluta membra Ecclesiæ, tamen aliquando fuerunt membra, & contra ius Ecclesiæ acquisitum deliquerunt, se ab illa separando, ac semper vt ad illam redeant, cogi possunt; Vnde fit vt eius præceptis obligentur, & consequenter

consequenter contra illa peccent ea non seruando. Et ita docet Ariaga in *curso Theologico* 10.4. disp. 20. *sect. 6. n. 30.* Merolla de *legib. c. 3. disp. 4. dub. 40. n. 465.* & alij communiter.

Hoc supposito asserto doctrinam, quam ego docui adductam à Caramuele esse veram, & illam nouissimè ex Rodriguez, & Bonacina docet doctus, & amicissimus Pater Antonius Escobar, & Mendoza, in *sua erudita Theologia moral. l. 5. c. 3. n. 25.*

Sed ex illa non rectè deducitur Caramuelis Corollarium: Nam lex Pontificia non pendet ab acceptatione populi per se, & absolute loquendo, ut alibi à nobis fusè probatum est.

Et licet hoc non obstante, præsumatur Principes Laicos, & Ecclesiasticos leges condere, & promulgare sub tacita conditione, si à Populo acceptentur: quia hoc videtur pertinere ad suauè regimen Populorum, & magis conforme legislatorum benignæ voluntati: quod optime confirmat dictum Gratiani *§. leges c. 3. dist. 4.* leges instituuntur cum promulgantur; firmantur cum moribus vtentium approbantur: Et in *lege de quibus ff. de legibus, vbi ita habetur, leges nulla alia ex causa nos tenent, nisi quia iudicio Populi receptæ sunt.* Et ita ex Beccano, & Bonacina obseruat Caspensis in *curso Theologico tom. 1. t. de legib. disp. 1. sect. 5. n. 60.* & Escobar, *vbi supra sect. 2. c. 12. Problema 5.*

Tamen hæc opinio non est applicabilis in casu nostro; Nam est intelligenda de legibus, quæ in dies emanant à Pontificibus, & non de præceptis Ecclesiæ olim ab ipsa promulgatis, & à toto populo Christiano vsu receptis; Verum postea ab hæreticis inimicis Ecclesiæ in eius odium absque vili iusta causa pertinaciter non obseruatis, & contemptis.

Et idè adducam hic Paulum Layman in *Theol. moral. l. 1. tr. 4. cap. 11. n. 8.* vbi sic ait, Existimo tamen sententiam Sanchez probabilem esse ac tutam, cum non videatur esse mens Ecclesiæ aliquem obligare ad ieiunandum in loco, vbi fideles alij non ieiunant; Si quidem id commode, plerumque fieri non potest, & valdè expedit Ecclesiæ cuiusque morem vniuersimè à fidelibus obseruari.

Loquor autem solum de Ecclesiis, ac diocesisibus Catholicorum; Nam alia ratio est si peregrinus Catholicus in Terras hæreticorum veniat: Huic enim aibitor ieiunia, & festa obseruanda esse secundum Calendarium nouum, atque suæ Diocesis Romanæque Ecclesiæ consuetudinem; si commode ita seruare possit. Ratio est, quod in contemptum Ecclesiæ Catholicæ cedere videatur, atque scandali occasionem præbeat, si peregrinus Catholicus post habito propriæ Ecclesiæ legitimo more, in obseruationibus Ecclesiasticis se conformet legitimæ consuetudini ab hæreticis pertinaciter reterentæ, ac defensæ. Ita ille, cui adde Hermanum Busenbaum in *medulla Theologia moralis lib. 1. tr. 2. c. 2. dub. 3. n. 2.*

Vnde nostram sententiam in terminis contra ea, quæ asserit Caramuel tenet Ferdinandus Rebellus inclitæ Societatis Iesu præstantissimus Theologus de *oblig. iust. parte 1. lib. 1. quest. 5. num. 14.* vbi docet, quod in tertis hæreticorum consuetudo totius Populi comedendi carnes diebus vetitis, & violandi ieiunia, nec per mille annos continuata Ecclesiæ præcepta abrogare poterit. Ita Rebellus, cui adde nouissimè Patrem Urbanum ab Ascensione Carmelitani in *Theologia Morali tract. 1. cap. 4. §. si tamen maior.*

Sunt igitur prorsus eliminanda à mentibus Catholicorum argumenta, quæ adducit doctus Caramuel.

Confirmantur superius dicta; Nam si opinio Caramuelis esset admittenda, sequeretur frustra, vsque adhuc Doctores in dubium veris, si liceret transeuntibus per loca hæreticorum comedere carnes, & hoc admitterent solum in casu, quo periculum graue eis immineret vitæ, bonorum, &c. Alioquin minimè, vt rectè aduertit Hermanus Busenbaum in medulla Theologiæ moralis, *lib. 2. tractat. 1. capitul. 3. numero 10.* Eminencissimus Cardinalis Lugo, de *Fide disp. 1. 4. sect. 5. §. 2. n. 104.* & alij penes ipsum. Ergo, &c.

An qui cum socio priuatim, vel publicè recitat, teneatur audire partem Socij.

RESOLVT. VI.

CAsus passim accidit, & affirmatiuè olim respondi contra meum Caramuelem, nunc ipse in *Theologia fundamentali fundam. 35. §. 10. n. MXXVII* iterum negatiuam sententiam contra me conatur firmare.

Primò, ait ipse, Non tenetur Sacerdos recitare suam partem cum interna attentione; ergo neque tenebitur audire socij partem cum interna attentione; Ergo non tenebitur auscultare.

Secundò, nemo tenetur se audire cum solus legit; ergo neque duo tenentur se audire cum simul recitant. Pater, quia cum conceditur vt legant simul, non imponitur eis noua obligatio, qua antea carebant; Sed indulgetur vt labor, & onus diuidatur. Ergo vel se debet audire, qui priuatim recitat, aut qui cum socio recitat non tenebitur audire socium. Ita Caramuel.

Ingeniosa sunt hæc, sed contra communem sententiam Doctorum, & contra praxim omnium Sacerdotum; Et idè amicissimus, & doctus Pater Nicolaus Baldelli in *Theol. moral. tom. 2. lib. 3. disp. 33. num. 15. & 16.* sic asserit; Non est contra integritatem horarum canonicarum, si quis alternis versibus cum socio recitet, dummodo audiatur, quod recitatur à socio: Nam sicut societas aliorum bonorum hoc habet ex propria ratione, vt bona ipsa super quibus contrahitur, euadant communia vtrique socio *lib. 1. §. in societate ff. pro socio*, ita, & societas in recitando officio, recitationem seu partem vnius facit communem etiam alteri, & sic vterque censetur integrè recitare.

Dixi autem, recitationem quæ fit cum socio alternis versibus, non esse contra integritatem officij, si socius audiatur partem socij, quia societas recitationis solum inuitur quo ad recitationem audibilem; eiusque communicatio solum complectitur per audientem, & ideo si pars quam recitat socius non audiatur ab altero, vt certè non auditur quando Socius suam partem submisit recitat, non fit illi communis. Et quemadmodum si vterque recitaret ita submisit vt non audirent se inuicem, verè societas ex parte vtriusque esset nulla, & perinde esset ac si vterque recitaret solus, & per se suam medietatem independentem à socio; Ita & si tantummodo alter submisit recitet, verè societas ex parte illius est nulla, nec suam recitationem communicat alteri; sed sibi retinet totam, quamuis nulliter, & inutiliter. Atque hoc modo, qui adhibet socium, eumque audit, sed ipse per se submisit recitat, & non auditur à socio, integrè recitat quantum est ex se, & obligationi satisficit, cum per se recitet suos versus, & per audientem communicet in versibus socij, quamuis non vicissim communicet socius in versibus illius, dum illos

illos non audit, atque ita socius non satisficit ex parte sua.

Ita optime Baldellus, qui adde Suarez, de *horis Canon. cap. 1. 2. num. 6. & 7.* Bonacina *cap. 3. punct. 2. n. 16.* Castrum Palaum *tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 3. n. 7.* Escobar à *Carto de horis Canon. q. 4. §. cum socio n. 62.* Mœnetam de *distribut. q. 2. n. 24.* Sanchez in *opusc. l. 7. c. 2. dub. 11. n. 1.* Faustum de *hor. Canon. lib. 2. quest. 175.* Leandrum de *præcep. Ecclesie 1. 7. disp. 1. quest. 57.*

Dico itaque, quod quando cum socio recitas debes ita proferre verba, vt ipsa socius audiatur, si ipse obligatus est recitare, alias præcepto non satisficit, & è contra ipse socius ita debet verba proferre, vt tu illa percipias, sin minus præcepto non facies satis. Quia oratio alterius in tantum potest esse tibi communis in quantum illam percipis. Quia auditis loco prolationis succedit, Ideoque diceris recitare, quæ socius recitat, quia illum audis.

Quæ omnia militat in recitatione, quæ fit in Choro, & quidem ex opinione doctissimi Caramuelis duo absurda sequerentur.

Primò quod quis satisficeret præcepto persoluedi horas Canonicas, dicendo tantum medietatem officij, nam ipse tantum medietatem officij recitaret, & aliam partem socius, quæ loco suæ prolationis succederet, non audiret? Ergo.

Secundò sequeretur, sicutum satisficere præcepto dicendi officium diuinum, si recitaret cum socio, quod est contra communem sententiam Doctorum, vt videre est apud Trullench in *Decal. 1. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 16. numer. 6.* Sanchez in *opusc. 1. 3. lib. 7. capit. 2. dub. 13.* Escobar à *Carto de horis Canon. quest. 6. num. 51.* Faustum de *horis Canon. q. 238. & alios.*

Vnde ex his patet responsio ad argumenta Caramuelis superius adducta, & ad primum, quod non tenetur Sacerdos recitare suam partem cum interna attentione; ergo neque tenebitur audire socij partem cum interna attentione: Ergo non tenebitur auscultare.

Respondet negando consequentiam, quia secundum nostram sententiam probabilem Ecclesiæ præcipit tantum recitationem externam religiosam horarum Canonicarum sine interna attentione; Ergo si quis recitat cum socio, non audiendo illum, non satisficeret præcepto, quia non diceret totum officium, nam auditis, vt ait Castrum Palaus vbi supra, loco prolationis succedit, ergo diceris recitare, quæ socius recitat, quia illum audis. Ergo illum non audiendo officium diuinum non persoluis; quando verò quis persoluit horas Canonicas, licet sine interna attentione, totum officium recitat, quod ei præcipit Ecclesiæ: Ergo satisficit præcepto, quod non facit recitando cum socio, & illum non audiendo, vt patet ex superius dictis.

Ad secundum argumentum respondeo cum Suarez de *horis Canon. lib. 4. cap. 7. num. 6.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quest. 2. punct. 10. §. 4.* Castro Palaus *tom. 3. 1. 7. disp. 2. punct. 3. num. 6.* & aliis, quod est necessarium non sit te ipsum non audire; est tamen necessarium moraliter loquendo, verba ita distinctè, & clarè proferre, vt te ipsum audire possis, nisi aliquod impedimentum adsit, quia verba quæ audita percipi non possunt non videntur verba, sed quidam motus in guttore, seu inter dentes facti, qui potius sunt inchoatio verborum quam verba.

Ergo cum ita quis recitat officium diuinum, dicitur illum integrè recitare, & pronunciare, quod quidem non sequitur, quando recitat cum socio il-

lum non audiendo; quia medietatem tantum Officij ipse recitat, & alteram medietatem socij non audit, cuius auditio (vt diximus) loco prolationis succedit. Ergo cum non audit, non satisficit præcepto.

Dicendum est itaque, quod in primo casu quando quis solus dicit officium pronunciat verba, licet non audiat, ergo satisficit præcepto; præceptum enim est pronuntiandi, non audiendi, vt notat doctus Pater Verticelli in *quest. moral. tract. 5. quest. 5. numer. 122.* Bonacina de *hor. Canon. disp. 1. quest. 3. punct. 1. num. 23.* Azorius *t. 1. lib. 10. cap. 11. q. 4. & alij.*

In secundo vero casu, quando recitat cum socio, neque pronunciat medietatem officij, quam recitat socius, neque illam audit. Ergo nullo modo dici potest, quod præcepto satisficiat. Est igitur dispar ratio in vtroque casu; Nam in primo casu quis verbaliter cum Deo loquitur, licet non seipsum audiat; In secundo vero nec verbaliter loquitur, nec socium audit. Ergo oratio non efficitur communis, atque præcepto non potest satisfieri. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos, tenet post hæc scripta visum P. Schephanum Baunium in *praxi beneficiaria disp. 13. quest. 19.* & ex eadem Societate Iesu, quæ semper ferax doctorum hominum est, Pater Tamburinus in *decal. part. 1. lib. 2. capit. 5. §. 4. n. 10. & 11.* qui nominatim citans Caramuelem, noluit suam sententiam approbare; sed aliis iudicandum remisit.

An beneficiarij, si per pactos dies omittant recitare horas Canonicas, excusentur non solum à restitutione, sed etiam à peccato mortali.

RESOLVT. VII.

AD hoc dubium sic respondet Caramuel in *Theol. fundam. fundament. 53. §. 24. n. 1124.* si asseras, ait, Non habeo quid inferam, sed quia negatiuè respondet Ioannes de la Cruz, qui citat Medinam, & Lopez, inquiri. An non eadem probabilitate, qua dicitur non teneri ad restitutionem, non possit etiam dici, cum omittendo his paucis diebus non peccare mortaliter. Et ratio est, quia ad restitutionem tenetur iure naturæ beneficiarius, & ad restitutionem iure Ecclesiastico, & mirum esset si strictius leges obligarent humanæ, laxius, & benignius diuinæ. Tu autem considera, & disparitatem assigna. Ita ille.

Sed respondeo non rectè argumentari de obligatione ad restitutionem fructuum, & ad recitandas ipsas horas Canonicas, vt vult Caramuel, aperte probatur ex communi Doctorum sententia; Nam certum est, beneficiarium excusari à restitutione fructuum si non recitet officium per primos sex menses, vt habetur in Concilio Lateranensi, & quamuis hoc ante constitutionem Pij V. non esset adeò certum, nunc tamen post illam indubitatum est; nam illam Pius Quintus referens Concilij decretum expresse dicit post sex menses, ita Nauarrus *capit. 7. de oratione numer. 33. vers. ex quibus, & cap. 21. num. 61. & in manuali cap. 25. num. 122. vers. ex quibus*, Couarruias *lib. 3. variarum res. cap. 13. num. 10. fin.* Ferrus Nauarra *lib. 2. de rest. c. 2. n. 83.* Iosephus Angles de *floribus quest. Theologic. 2. 2. q. 83. art. 13. dicto 2. §. ceterum.* Sandoual *lib. de officio Canonico part. 5. cap. 5. Grass. part. 1. decisio. l. 2. cap. 5. 1. num. 3.* Rodriguez *part. 1. summ. cap. 146. conclusio 1.* Stephanus Quaranta in *summa bullarj verbo*

verbo hora Canonica Garzia tom. 1. de beneficiis p. 3. cap. 1. num. 3. Cardinalis Tolerus lib. 2. cap. 12. n. 3. dicto. 1. P. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 3. P. Valentia tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. §. circa octauum conclus. 3. P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Can. cap. 29. n. 4. & 5. P. Vasquez opusc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 42. P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 82. conclus. 1. & 2. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæst. 1. dicto 2. num. 305. & alij.

Et tamen hoc non obstante, certum est beneficium, qui primis sex mensibus ab obtendo beneficio horas Canonicas non persoluit, peccare mortaliter. Quia licet Concilium Lateranense in dicto decreto, & Pius Quintus in sua constitutione excusent prædictum primis illis sex mensibus à restitutione fructuum, non tamen à culpa mortali. Imò Pius Quintus expressè hoc dicit. Nam cum dixisset beneficium non recitatem officium post sex menses, teneri fructus restituere; subdit. Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse, vbi nihil addit de restitutione, hæc est communis sententia, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 35. vers. quinto quod, & cap. 21. num. 62. vers. en tenor, & in manuali cap. 25. num. 123. vers. nota 5. fin. Graff. p. 1. decis. l. 2. cap. 50. num. 13. & cap. 51. num. 3. & lib. 2. de casibus referuatis cap. 28. num. 38. Vgolinus de officio Episcopi c. 13. §. 1. num. 3. & 4. Petrus de Aragonia 2. 2. quæst. 83. art. 13. col. 10. vers. ex dictis, Garzia tom. 1. de beneficiis part. 3. cap. 1. num. 17. Cardinalis Tolerus lib. 2. cap. 12. num. 3. vers. primum sit. P. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 14. quæst. 4. P. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 34. dub. 32. num. 176. P. Vasquez opusc. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 44. P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 82. num. 9. Conclus. 2. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. c. 10. q. 1. dicto 2. num. 305. Bonacina t. 1. tr. de officio disp. 1. q. 5. punct. 2. num. 8.

Ergo clarè ex superius dictis apparet non valere argumentum, quod sicut aliquis intra annum per octo vel decem dies omittit officium diuinum, non tenetur ad restitutionem fructuum; Ita neque peccat mortaliter; Nam vt supra probatum est, beneficiarius aliquando non tenetur restituere fructus, & tamen peccat mortaliter omittendo officium. Adde quod ego nego in dicto casu, beneficiarium esse liberum à restitutione, vt patet ex verbis ipsius Bullæ Pij V. & Praxis Romana ostendit.

Deinde nego meo Caramueli, obligationem restituendi fructus ex omissione horarum canonicarum oriri iure naturali. Dico igitur ante Concilium Lateranense nullam fuisse restituendi obligationem nec de iure naturali ac diuino, nec de iure communi Ecclesiastico, ac proinde nec pro illis primis sex mensibus, & ita de iure Canonico antiquo ante Concilium Lateranense communior, & verior erat sententia, Beneficiarios non recitantes officium diuinum non teneri beneficij fructus restituere, interim perceptos. Ratio est, quia nullum extat ius antiquum ad hoc obligans, nec ex solo iure naturali sequebatur talis obligatio, quia obligatio restituendi solum nascitur ex peccato contra iustitiam commutatiuam; Sed beneficiarius omittens officium ex natura rei, non peccat contra iustitiam commutatiuam, licet peccet mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, vel contra Religionem ad quam pertinet actus orandi præceptus, præterea tota ratio, & causa adæquata obligationis pro tem-

pore subsequente post sex menses ab obtento beneficio est ius nouum Ecclesiasticum Concilij Lateranensis, sed illud non obligat pro illis primis sex mensibus; ergo simpliciter pro illis non est talis obligatio.

Confirmatur: Nam in dicto Concilio ponitur verbum *statuimus*, quod est signum inductionis iuris noui iuxta glossas communiter receptas in cap. vt ligantes de offic. ordi. lib. 6. verb. *statuimus*, & in cap. vt lit. pend. eodem lib. & Clememina final. de præscript. in eodem verbo. Hanc sententiam docuerunt Innocentius, Ioannes Andreas, Antonius Burius, Cardin. in cap. 1. de celebrat. Missarum ibi ex professo id docet. Panormitanus num. 8. quem sequitur Felinus in cap. 1. postulasti num. 7. de rescriptis, Ias. in lege Scriuarij num. 6. c. de testament. militis, S. Antonius 2. p. rit. 2. c. 4. fin. summa Rosella verbo Clericus 4. n. 23. Silu. cler. 4. n. 16. q. 23. & verbo hora n. 18. fin. Tabiena verbo beneficium 3. q. 11. n. 13. & verbo restitutio. n. 9. Armilla verbo beneficium n. 68. & verba Clericus n. 27. Nauarrus c. 7. de oratione num. 31. dicens esse commune, & cap. 18. num. 56. & cap. 21. num. 58. & 60. M. Ant. Cucchus in institutionibus maioribus l. 5. tit. 7. num. 39. Malderus 2. 2. tract. 10. cap. 2. dub. 4. Carolus Macigni de horis Canonicis c. 28. n. 11. Nicolaus Garziat. 1. de beneficiis punct. 3. cap. 2. num. 10. cap. 14. quæst. 1. P. Leander, Lessius lib. 2. de Iustitia cap. 34. dub. 32. à num. 178. P. Ioannes de Salas in tract. de legibus disp. 9. sect. 1. n. 24. dicto 3. & disp. 15. sect. 2. n. 27. P. Layman tom. 2. l. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. vers. veruntamen P. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæst. 2. dicto 3. num. 308. vbi dicit, hanc sententiam esse probabiliorē, & idem dicit P. Sanchez tom. 1. Consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 81. num. 2. fin. vbi addit eadem tenere nonnulli valdè docti recentiores Fernandez p. 3. exam. Theol. moral. c. 12. §. 8. n. 1. Bonacina t. 1. tr. de officio disp. 1. q. 5. punct. 2. num. 9.

Licet aliqui contrariam sententiam teneant, vt Sorus lib. 10. de Iustitia q. 5. art. 6. Conclus. 3. Barthol. Medina in summa cap. 12. §. 11. Couart. lib. 3. var. ref. cap. 13. num. 10. Petrus Nauarra lib. 2. de restit. cap. 2. num. 216. Aragonia 2. 2. q. 83. art. 13. vers. si quis autem quarat P. Valentia tom. 13. disp. 6. q. 2. punct. 10. §. circa octauum vers. respondeo per distinctionem, P. Suarius t. 2. de Religione lib. 4. de hor. Canonice c. 29. n. 10. dicto 1. P. Gabriel Vasquez tom. 2. in 1. 2. tr. de legibus disp. 160. n. 3. 2. & opusc. de beneficiis c. 4. §. 1. art. 1. dub. 7. n. 37.

Et ratio est, quia Beneficiarius omittens recitationem officij debitam, peccat contra iustitiam commutatiuam, ex qua intrinsecè oritur obligatio restituendi; antecedens probatur, quia stipendiarius ex iustitia commutatiua tenetur id facere, pro quo stipendium accipit; quare si id facere omittat, & stipendium recipiat, peccat contra iustitiam commutatiuam; Sed talis est conditio beneficiarij: recipit enim stipendium pro labore recitandi officium: quia beneficium datur propter officium ex c. final. de rescriptis in 6. quotiescumque autem aliquid datur ob causam, causa non sequuta, repeti potest, vt in titulo de conditione ob causam.

His tamen obstantibus, puto non esse descendendum à sententia quam docui; Nam si beneficiarius non recitans officium, teneretur iure naturali restituere fructus perceptos, Ergo frustra Concilium Lateranense, & Pius V. excusat eum à restitutione primis sex mensibus; Nam apertè sentiunt, & statuunt, Beneficiarium, intra primos sex menses ab obtento beneficio, officium non recitatem, non tenem.

teneri ad restitutionem fructuum, solum enim illum obligant post sex menses ab obtento beneficio, & Pius Quintus in sua constitutione hoc expressius affirmat in versiculo. Item ille, vbi ait, Qui primis sex mensibus officium non dixerit nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse, & non dicit fructus suos non facit, seu illos restituere teneatur, sicut dicit de non dicentes officium post sex menses.

Et ad rationem superius adductam respondeo, obligationem recitandi diuinum officium quam habent beneficiarij, non esse iustitiæ commutatiuæ, sed Religionis, & obedientiæ ex præcepto, & in restitutione Ecclesiæ, & licet beneficium detur propter officium, non tamen datur sub conditione officij, sed sub modo & onere; Vnde modo, & onere non seruato, adhuc fructus erunt beneficiarij ratione tituli, quem habet in beneficio, & regula illa, quod datum ob causam, causa non sequuta, repeti potest, habet locum quando causa est totalis seu principalis, non verò quando est partialis aut secundaria, sicut est in hoc casu; Nam beneficium non datur primariò pro officio quotidiano, sicut Mercenariis, & famulis datur stipendium pro labore, sed datur principaliter, & absolute in sustentationem Ministri Ecclesiæ, cum onere, & obligatione recitandi officium, & ideo si id omiserit, non tenetur iure naturali fructus restituere.

Ex his omnibus patet responsio ad speculationem, & rationem adductam à Caramuele. Dicimus enim tam obligationem recitandi officium, quam restituendi fructus ex eius omissione procedere ex iure Ecclesiastico. Et si ratio doctissimi Caramuelis vim haberet, posset aliquis inferre. Beneficiarium qui omittet recitationem officij in primis sex mensibus non peccare mortaliter; quia per primos sex menses, si officium omittat recitare, non tenetur ad restitutionem, sed hoc dicere, & concedere, esset absurdum. Ergo.

An Regulares satisfaciunt præcepto persoluedi horas Canonicas, si recitent officium alterius Religionis.

RESOLVT. VIII.

Negatiuè respondi, sed nouissimè nominatim contra me insurgit Caramuel in Theol. fundamentali fundam. 53. n. 11. 1. 2. quia talis transgressio non est in substantia; Sed in modo.

Verum ego pace viri docti non recedo à sententia, quam docui, cum sit commune inter Theologos, & illam tenet P. Antonius Sorus, Nauarrus, Angelus, Tabiena, Armilla, Tolerus, Suarez, Sanchez, quos citat, & sequitur Baldellus in Theol. moral. t. 2. l. 3. disp. 29. num. 14. vbi sic ait. Qui mutat formam, & Breuiarium ad quod tenetur, & cum sit Monachus verbi gratia Sancti Benedicti, aut Religiosus professus Sancti Francisci, recitat ex Breuiario Sancti Domini, grauitèr peccat, quia mutatio in tota forma officij est valdè grauis, & proximè attingit ipsam substantiam diuini officij.

Ex quo patet responsio ad argumentum Caramuelis: Idem etiam docet P. Siscus de horis Can. c. 6. dub. 1. num. 3. Vbi asserit esse commune, & veram sententiam peccare mortaliter Regulares omisso Breuiario sui Ordinis si vnanur alio in recitatione priuata diuini officij.

Ratio est, quia in cap. de iis disp. 12. statutum est

vt vnus & idem sit psallendi modus in eadem Metropoli, & Prouincia, & conerarium facientes sex mensibus communionè priuantur, vnde Nauarrus cap. 19. de oratione n. 11. ex hac graui pœna colligit, hoc præceptum obligare sub peccato mortali, & idè præcipitur in cap. placuit eadem disp. & quamuis in prædictis capitibus agatur de recitatione publica, tamen idem probatur de priuata; quia recitatio priuata subrogatur loco publicæ in his, qui choro non tenentur assistere, vel non possunt, aut de facto non assistunt, & ideo debent secundum eandem formam recitare; secundo, quia debent membra corpori conformari, vnde in Concilio Agathensi capite 30. de hoc officio dicitur, conuenit ordinem Ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, refertur cap. conuenit de consecrat. distinct. 5. & hac fere ratione vtitur S. Thom. quodlibeto 1. art. 13. vbi concludit, vtrumque debere conformari eorum consuetudini cum quibus viuunt. Denique idem constat ex Clementina 2. de celebratione missarum, in qua conceditur Clericis secularibus, & Religiosis commensalibus Cardinalium, & Episcoporum vt possint se conformare illis in modo recitandi officium, & non teneantur aliud dicere, quæ dispensatio non fuisset necessaria, si prædicti commensales potuissent satisfacere præcepto Ecclesiæ recitatione alterius Breuiarij, quam sui Episcopatus vel Religionis, vt bene glossa ibi verbo indulgemus notet, abique illo priuilegio prius id non licuisse, & addit Nauarrus in cap. 19. de oratione num. 216. quamlibet causam non sufficere, cum oportuerit indulgere, & tamen superat causa satis grauis, vt se familiaris conformateet Domino in recitando.

Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos à Baldello, tenet etiam Valentia tom. 3. disp. 7. quæst. 2. punct. 10. Azorius part. 5. l. 10. c. 11 q. 1. Reginaldus t. 2. l. 18. c. 12. sect. 6. dub. 1. n. 168. Filiuc. t. 2. tr. 22. c. 7. q. 1. num. 220.

Deinde Martinus de San Ioseph in Mon. Confes. tom. 1. lib. 2. tract. 4. de oratione num. 19. sic ait; Aun- que los Frayles Menores estan obligados à rezar el officio diuino por el Breuiario Romano, pero como parece por el Compendio de nuestris priuilegios, verbo officium diuinum §. 4. les concedio Innocent. IV. que per razon del camino, ò de otra iusta causa puedan rezar con otros, ò por si solos por el breuiario de otro rezo, y que con esto cum plam con su obligation, y este priuilegio non està reuocado por Pio V. Ita ille.

Ergo contra Caramuelem, Regularis recitans cum Breuiario alterius Religionis, non satisfacit suæ obligationi; nam alioquin ad quid prodesset supra dicta concessio Pij V. pro Minoribus; Vide etiam Lezanam in summa tom. 3. ver. Breuiarium n. 3. & t. 1. cap. 12. num. 18.

An si quis sine causa non legat horas temporibus determinatis, peccet venialiter.

RESOLVT. IX.

Sententiam affirmatiuam olim docui, sed contra me insurgit Caramuel in Theol. fundamentali fundam. 53. §. 20. n. 11. 1. 7. vbi post aliquas conclusiones hanc ponit; Non datur de facto præceptum tempore legendi priuatim. Didici ipsam à Diana, qui citatæ resolutionis §. sed eius, expressè ait; Non obligatur, ex vi præcepti statis illis, & solemnibus horis officium diuinum recitare: Quid ergo hic ego? vbi non est lex, nec est præuaricatio: Ergo sententiam

riam suam impugnat Diana, si Caramuelis opinionem impugnat. Ita ille.

Sed ego puto obligari, si non ex præcepto saltem ex consuetudine, ne & ex aliis rationibus quas Doctores ubi infra adducunt. Itaque communis sententia Doctorum est, non seruare debitas horas in priuata diuini officij recitatione, sine rationabili causa esse peccatum veniale, ratio est, quia officium diuinum ideo horæ canonicæ dictum est, vt bene aduertit Nauarrus *cap. 3. de oratione num. 26.* quia certis diei horis est recitandum, vt iisdem horis, atque ad eodè omnes diei partes Deum laudamus, & cum illæ horæ præcipue selectæ sint, in quibus nostræ salutis mysteria peracta sunt, & sæpissimè hymni officij, temporis quo recitandi sunt mentionem faciunt, certè negligentia reus erit, qui huiusmodi tempora sine legitima causa prætermittit, hæc est communis Doctorum sententia, ita docet Henricus de Gaudauo *quodlibet 11. art. penult. Paludanus in 4. dist. 15. p. 5. art. 2. conclus. 3.* Ioannes de Turcremata in *cap. presbyter dist. 91. quest. 2.* Angelus *verbo hora num. 22.* Tabiena *dicto 26. n. 27.* Sylu. *quest. 9. dicto 2.* Caietanus §. 4. *Armillæ num. 17.* Sotus *lib. 10. de Iustitia quest. 5. artic. 4. conclus. 2.* Nauarr. in *manuali cap. 25. num. 97.* & *cap. 3. de oratione num. 45.* & *sequentibus.* & *cap. 21. num. 29.* Medina in *summa lib. 1. cap. 14. §. 11.* Palacios *4. dist. 15. disp. 9.* Manuellus Francolinus *tract. de tempore horarum Canonicarum cap. 25. num. 7.* Aragonius *2. 2. q. 83. art. 12. dub. 5. §. de tempore dicto 2.* Ludouicus Miranda *tom. 1. Manualis Prælatorum regular. quest. 37. art. 8. conclus. 1.* Graff. *part. 1. decision. lib. 2. cap. 5. num. 18. & 19.* Cardin. Tolet. in *summa lib. 2. cap. 13. §. circa iemptu.* Cardin. Bellarminus *tom. 4. controu. libr. 1. de bonis operibus cap. 18. §. tempus.* P. Gregorius de Valentia *tom. 3. disp. 6. quest. 2. punct. 10. §. 5. P. Lessius lib. 2. de Iustitia c. 37. dub. 12. n. 79. vers. est autem P. Reginaldus l. 18. c. 12. sect. ult. nu. 179. proposit. 3.* P. Layman *tom. 2. lib. 4. tract. 3. cap. 3. num. 8.* P. Sanchez *tom. 2. Consil. moral. l. 7. cap. 2. dub. 36. conclus. 3.* Videat Caramuel doctissimus, quantam nubem Tertium contra se habeat.

Sed ego benignius loquendo, dico quod duplex potest esse horarum Canonicarum postpositio, quædam enim est moderata, & consueta, quam communiter ferè omnes faciunt sint scrupulo, vt si prima dicatur post duas vel tres horas ab ortu solis, simul cum Tertia, Sexta, & Nona, & Vesperæ cum Completorio statim post prandium, alia verò inusitata, & extraordinaria, quæ absque vrgenti causa ab hominibus mediocri diligentia res diuinas tractantibus fieri non solet, vt recitare Primam in occasu solis, vel totum officium propè dimidiam noctem; priorem dilationem docet fieri posse sine villo peccato, vt docet secunda sententia absque alia causa præter consuetudinem, & ratione illius; posteriori verò non posse fieri absque peccato veniali, quia non est talis consuetudo, nec esset rationabilis; Ratio prædictæ moderationis est, quia prior dilatio fundatur in necessitatibus communiter occurrentibus, & licet interdum possint non occurrere; tamen lex generalis non obligat cum tanto rigore, quia non possunt hanc curam, & sollicitudinem habere nisi homines valdè perfecti, & in suis actionibus commensurandis ac distribuendis multum considerati, sed posterior dilatio non habet rationem moralem communem omnibus etiam regulariter, sed ex sola negligentia ordinariæ nascitur, & est periculis exposita, vel omittendi aliquid, vel saltem malè recitandi nimia celeritate, & ideo non

potest tanta licentia sine causa esse inculpabilis. Hanc sententiam docet Cardinalis Bellarminus *l. 4. controuers. lib. 1. de bonis operibus cap. 18.* vbi ait; Intelligendum est autem, tunc solum peccatum esse, preces horarias non suo tempore celebrare, quando, & longè receditur à tempore Canonico, & absque vlla rationabili causa id præsumitur, nisi fortè consuetudo iam multis in locis recepta, & à piis doctis viris tacito quodam consensu approbata excuset: Idem docet P. Ioannes Azorius *tom. 1. lib. 10. cap. 9. quest. 8. vers. obiciis secundò,* vbi addit, Est enim in hac parte potius consuetudini standum, quam iuri scripto; P. Suarius *tom. 2. de Relig. lib. 4. de bonis Can. cap. 27. numero 8.* ex professo hoc agit, idem docet P. Reginaldus *lib. 18. cap. 12. sect. ult. numero 280. vers. tertio quamuis;* P. Filliucius *tom. 2. t. 23. c. 8. q. 8. dicto 2. n. 270.* Bonacina *t. 1. t. de officio disp. 1. q. 3. punct. 3. num. 9.*

Quibus omnibus adde Escobar à Corro *de bonis Canonicis quest. 4. §. quo tempore. num. 129.* & Patrem Baldellum in *Theol. moral. tom. 2. lib. 3. disp. 36. n. 6. cum seqq.*

Itaque concludo, venialiter illum peccare qui notabiliter variat tempus officij, sine rationabili causa nimis illud anticipando aut postponendo, vt si quis recitet primam, verbi gratia tempore completorio, & ad crepusculum vespertinum, vel completorium tempore primæ, & ad ortum solis, & è contra, si quis variet ex rationabili causa, vel si non variet notabiliter sed solum moderate, & intra quandam latitudinem paucarum horarum, omnino potest vacare culpa, vt subdit Suarius *cap. 26. cit. numer. 8.* Sanchez *lib. 7. Consil. moral. cap. 2. dub. 35. num. 5. & dub. 36. num. 2.* Bonacina *de bonis Canonicis disp. 1. q. 3. punct. 3. num. 8. & 9.* nam sic habet consuetudo communiter recepta, etiam inter Clericos pios, & timoratos, & illa bene potest interpretari, & quatenus opus sit etiam moderari rigorem iuris, quoad præscriptum tempus cuiusque horæ: ac proinde etiam potest excusare ab omni culpa. Atque ita licitum est horas omnes minores simul dicere ante prandium post tres vel quatuor horas ab ortu solis, & Vesperas, & Completorium simul dicere post prandium, & post meridiem, & Matutinum, & Laudes simul dicere Vesperæ præcedentis diei, vt mox dicemus, & hæc consuetudo iam sic habet, & est rationabilis, habita ratione earum occupationum, quæ communiter vnique solent contingere, & ideo vnusquisque libere potest illam sequi; etiam si fortè occupationes non habeat, cum hoc sit per accidens, & ad honestandam consuetudinem satis sit si communiter habeantur à pluribus.

Et si contingat rationabilis causa notabiliter præueniendi, aut postponendi tempus horarum vltra communem consuetudinem adhuc potest id fieri sine culpa, vt notant iidem Authores, & patet ex *cap. Presbyter dist. 91.* vbi Presbytero, qui debet exire ad opus rurale, datur consilium vt manè recitet vsque ad Nonam inclusiuè, & *cap. 1. de celebr. miss. adduntur etiam Vesperæ,* quod signum est in recitatione priuata facile posse ex aliqua causa variari tempus alioqui præscriptum, & consuetum.

Sed si quæras, quanam censenda sit iusta causa, quæ à culpa reddit immunem illum, qui non recitat diuinum officium debitis horis anticipando, vel postponendo illud: Respondeo ex doctoribus colligi quamcumque honestam occupationem esse causam legitimam, & rationabilem, talis est lectio, concio, studium, temporalium rerum licitarum, & necessarium occupatio, & similia. Vnde Hostiensis

in *summa tit. de Consecrat. Eccles. vel altaris dist. 2. §. & qualiter n. 15.* ait, quod Clerici peregrini possunt simul dicere omnes horas, scilicet primam, & reliquas vsque ad Vesperam inclusiuè, & postea facere iter suum, & quod idem de curialibus intelligi potest, & Sylu. *verbo hora quest. 9. dist. 1.* idem dicit de curialibus: Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andrea, & alij in *cap. 1. de celebrat. missarum,* dicunt quod Dominus Papa, Cardinales, Episcopi, & multi alij inferiores mane recitant simul omnes horas vsque ad Sextam, quandoque etiam vsque ad Nonam inclusiuè, vt deinde negotia expediant, ita docet Nauarrus *c. 3. de oratione num. 56. fin.* & Marcellus Francolinus *tract. de tempore horarum Canonic. cap. 26. num. 4. & sequentibus;* Idem nunc passim seruant multi pij, & Religiosi Viri. Nauarrus tamen *cap. 3. de oratione num. 47. & 48.* reprehendit illos, qui nec studiis, nec lectionibus, negotioque vlli incumbentes, illico vbi illuxerit, aut paulo post horas omnes ad Vesperas vsque recitant; sicut etiam illos, qui equitando iter faciunt, cum possint statutus temporibus horas recitare, statim in Aurora omnes simul recitant, & postea totum diem colloquiis, fabulis, & verbis otiosis insumunt, denique legitimam causam esse, affirmant aliqui, si scholasticus differat Horas in vespertinum tempus, quia matutinum est aptius studio quam vespertinum, hoc autem est apertum ad recitandum, ita Maior in *4. dist. 14. qu. 1.* Nauarrus *cap. 3. de oratione num. 55.* P. Thom. Sanchez *tom. 1. Consil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 36. n. 3.* Reginald. *lib. 18. cap. 12. sect. ult. num. 179. proposit. 4. vers. monet.*

Ad id verò quod asserit Caramuel, exemplum à me adductum Sancti Seuerini me iugulare, respondeo, quod non: nam in Sancto Seuerino, vt obseruat Pericus *de bonis Can. cap. 9. dub. 1. numero 10.* adfuit culpa, quia non recitando horas debito tempore agebat negotia secularia, & ex aula Regia, non ex Ecclesiæ necessitatibus procedentia, Ad alia, quæ contra me carissimus Caramuel adducit, respondent Authores superius citati, quos videre poteris.

An de Missa sit argumentandum, ac de Horarum Canonicarum recitatione.

RESOLVT. X.

Caramuel non inuenitur apud plurimos, & de illo sic asserit Caramuel in *Theol. fundamentali fundam. 5. §. 46. numer. 1125.* Consequenter doctrinæ postulare videtur, vt ex officio diuino ac Missæ lectionem veniamus: Inquit igitur Annè de celebratione sacri, sic de lectione horarum erit philosophandum?

Vt melius intelligas dubium, adnotato, multa probabiliter de officio diuino teneri, quæ debent ad missam extendi. Primò enim potest aliquis satisfaciendi officio diuino quacumque hora. Secundò potest illud iterum iterumque recitare. Tertio potest quis matutinas (aut alias horas) subdiuidere? Itaut post mediam primi nocturni partem negotiis aliis satisfaciatur, & tandem reliquos psalmos legat.

Quartò potest ordinem psalmorum & lectionum inuicere; in quibus omnibus, aut nullum aut veniale committitur, si hæc omnia fiant sine rationabili causa. Hinc veniens ad missam.

Quæro primò, An possit aliquis Missam dicere quacumque hora? hoc est an possit illam quis legere ante auroram, aut post meridiem? Et si non possit

Anton. Diana Pars XI.

cur non posse dicatur? si ad præceptum recurritur non videtur sufficere; Nam Diana docet *parte 7. tract. 11. resol. 12.* dari præceptum indicens officij Canonici partes talibus horis dici, & tamen affirmat eum, qui non seruat has horas, peccare tantummodo venialiter: Ergo si consequentiam teneas, debebis dicere, eum qui vespere celebraret, peccare venialiter aut dispartitatem ob oculos ponere.

Quæro secundò, cur non possis bis, aut ter eadem die celebrare? si ob reuerentiam mysterij te non posse illud dicas; quid si celebrando pluris maiorem reuerentiam haberes? Cur non poteris etiam eadem die pluries communicare? Quis finis ab Ecclesia intenditur, quo non deficiat interdum in communi, & frequentissime in aliquo particulari? an saltem in tali casu possit aliquis sequi probabilem illam sententiam, quæ docet cessare legis obligationem in particulari, cum cessat totus legis finis in eodem particulari?

Quæro tertio; An qui celebrat, possit legere vsque ad Canonem, & postea denudare se, & ire ad sua negotia, & post aliquas horas reuerti, & missam absolvere?

Quæro quartò. An possit quis in Missa ordinem orationum inuicere sine morali, missamque Epistola, & Euangelio claudere?

Quæro quinto: An sit probabilis illa sententia, quæ docet, posse horas Canonicas lingua quacumque recitari, & si probabilis sit, An idem de Missa dici debeat? Et si hoc non, in quo consistat decisionis disparitas? Hucusque Caramuel.

Sed ego profus puto non esse philosophandum de missa ac de bonis Canonicis, nam aliquin possent quis dicere, horæ Canonicæ possunt dici in latinis, ergo licitum erit in latinis celebrare missam; quis bene potus, & cibus onustus potest dicere horas Canonicas, ergo & sic etiam poterit celebrare missam.

Licitum est persolvere horas Canonicas seclendo & cooperto capite, ergo licitum erit eodem modo Missam dicere. Licitum est persolvere officium verbi gratia in vltima hora ante mediam noctem, & postea transacta media nocte statim dicere matutinum, & Laudes sequentis diei; Ergo licitum erit in dictis temporibus missam celebrare.

Sed hæc, & similia concedere est nimis absurdum & falsissimum, ergo non est verum dicere absolute vt videtur asserere Caramuel, Philosophandum esse de celebratione sacri, ac de lectione horarum.

Dico itaque, quod in celebratione missæ propter reuerentiam in ordine ad faciendum Sacramentum, & offerendum sacrificium, Pontifices in iure Canonico, & Rubricis Missalis circa dictam celebrationem multa præceperunt, quæ non mandantur in recitatione horarum Canonicarum; Ergo nec rectè dicitur à Caramuele philosophari de bonis Canonicis ad Missam.

Ex his igitur respondendum est ad quæ sita Caramuelis; Vnde ad dubium primum respondeo negatiuè; Nam dico, quod Missæ celebrandæ sunt ab aurora vsque ad meridiem, post meridiem verò nemini licet missam inchoare ex consuetudine iam recepta, & à Pio V. sub pœna suspensionis ferendæ approbata in Bulla, quæ incipit, *Santissimus in Christo Pater,* & tradunt Suarez *disp. 80. sect. 4.* Vasquez *disp. 232. cap. 4.* Layman *lib. 5. cap. 4. num. 4.* Bonacina *disp. 4. de Sacram. disput. ult. punct. 9. num. 6.* Egid. de Coninch *83. artic. 2. dub. 4. in fine.* Nam esto antiquo tempore cum ieiunium protraheretur vsque ad solis occasum, licitum esset hora tertia pomeridia-

na sacrum facere, at cessante ea consuetudine; simul etiam usus, & consuetudo cessauit hora tertia post meridiem celebrandi, quinimò consuetudine firmatum est vltra meridiem plus minusve missa inchoetur, tamen si contrarium docet Nauarr. *cap. 25. n. 87. Viduald. in Candelab. c. penult. de Euchar. n. 50. Pirigianus disp. 13. q. 12. art. 4. Lamas 3. part. method. c. 5. §. 18. quibus fauet D. Thomas q. 83. art. 2. alii- que antiqui Patres apud Vasq. supra, asserentes hora tertia post meridiem missam absque vlllo priuilegio dici posse, quia eo tempore Christus se Patri æterno cruce obtulit. Non igitur esse potest indecens, si ea hora incruente immoletur, eaque de causa testatur Nau. se sæpè cum iter ageret hora tertia post meridiem celebrasse. Sed nullatenus hæc sententia etiam vt probabilis admittenda est, cum manifestè repugnet consuetudini receptæ, & introductæ, & ab Ecclesia Romana approbatæ; Alias inutilia essent priuilegia concedentia facultatem celebrandi hora post meridiem, si iure communi spectato, omnes possent non solum vna hora, sed tribus horis post meridiem celebrare. Quòd si roges quantum temporis spatium differre debeat Sacerdos post meridiem celebrationem, vt moraliter peccare censetur; respondeo per horam debere esse, quia alias non videtur nimia dilatio.*

Supradictam doctrinam limitare debes, ne procedat casu quo post meridiem missa solemnitas, & concio ad Populum finita sit, nam eo casu introducta est consuetudo, vt eo finiro officio aliquæ missæ priuata dicantur, ne plures facti auditione careant. Deinde limita in necessitate communicandi ægrotum, satisfaciendi Populo, vel peregrinis sero accedentibus, poterit enim in his necessitatibus Sacerdos ieiunus missam inchoare duabus vel tribus horis post meridiem, maximè ex dispensatione episcopi, si ibi adsit. Valer enim episcopus ex rationabili causa facultatem concedere post meridiem celebrandi, sicuti potest concedere, vt ante auroram celebretur. Ex priuilegio autem Pontificis, omnibus Religiosis aliqua iusta causa intercedente, concessum est vna hora post meridiem celebrare. Quinimò Sacerdotem, qui ratione itineris, vel alia de causa non potuit die festo ante meridiem celebrare, posse hora post meridiem missam inchoare ex recepta consuetudine testatur Henric. *l. 9. c. 2. n. 6. Suar. disp. 80. sect. 4. Redt. q. 43. art. 2. Mitand. Man. Pralat. tom. 1. q. 40. art. 11. Layman l. 5. sum. tr. 5. c. 4. n. 4.*

Ex his itaque patet non esse licitum de horis Canonicis in hoc casu argumentari ad missam ratione consuetudinis, & rigore Bullæ Pij V. qua quidem consuetudine iam non valet argumentum, ex doctrina adducta à Diana, qui loquitur de consuetudine sub veniali obligante ad dicendas horas horis consueti.

Ad dubium secundum respondeo, semel tantum celebrare Sacerdotem posse, quia semel tantum Christus mortuus est, colligunt omnes Doctores cū D. Thom. q. 83. art. 2. tum ex Ecclesiæ consuetudine, tum ex Alexand. III. in cap. *sufficit. de Consecr. dist. 1.* sed præcipuè ex Innocent. III. in c. *consuisti. de celebrat. miss.* vbi consultus Pontifex an presbyter duas missas valeat celebrare; respondit, quod excepto die natiuitatis Domini, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die vnam missam solummodo celebrare. Item ex Honorio III. in c. *re referente. eodem tit. vbi videtur verbo Mandamus.*

Et quidem si Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo & alij, non concedunt cõstitutum in articulo mortis posse sumere Eucharistiam, si ma-

nè illam sumpserit ex deuotione, & si communiter Doctores non admittunt vt Laici quotidie sacram synaxim sumerent, quis quæso supradictorum responderet ad hos catus Caramuelis.

Ad dubium tertium respondeo, quod missa est, quædam structura, & quoddam opus artificiosum ex præscripto Ecclesiæ constans ex certis partibus, certo ordine inter se dispositis, & idè ad vnitatem actionis, quæ est ipsa, etiam requirit continuitatem, & vnitatem temporis; hinc enim fit, vt quemadmodum modica, & breuis interruptio, verbi gratia ad rursusendum, vel excreandum reputatur pro nulla, & si fiat sine causa, & ad tempus aliquanto longius, vt communiter fit in missa solemnitate, quando post Euangelium habetur concio, neque etiam est peccatum, ita & longa, & notabilis ad quodcumque tempus, si fiat sine causa, probabilius est, quod possit esse peccatum mortale, & quod verè tollat illius vnitatem, dum tollit compositionem, & coniunctionem partium, & temporis continuitatem.

Vnde quod dicitur, consueuisse in missa celebratione S. Philippus Neri, vt absoluta consecratione, & dicto Agnus Dei, dimitteret focium, & clauso ostio domestici oratorij, in quo celebrabat, per duas vel tres horas solus vacaret contemplationi, & postea communicaret, & sacrificium totum perficeret, vt habetur in eius Vita *l. 2. c. 1. pag. 83.* & iterum in *compend. eiusdem vita c. 2. pag. 27.* Dicendum est hoc fecisse ex peculiari Dei instinctu, & morione, quæ sine dubio est supra omnes Ecclesiæ leges, *cap. dua sum 19. q. 2.*

Ad dubium quartum respondeo etiam negatiuè, quod apertè probatur ex verbis Pij V. in principio Missalis, vbi ait: Mandantes & strictè omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt missam iuxta ritum, modum, ac normam, quæ per missale à nobis nunc traditur, decantent, ac legant, &c. cum autem hæc res grauis sit, vt pote ad diuinum cultum spectans, tantumque ministerium ritè, & ordinatè fieri debeat; Iure optimo officio huius præcepti, vel commissio contra illud, peccatum est ex genere suo mortale, quamuis ex leuitate materix sæpè possit esse veniale, aut ex naturali inaduertentia possit quis ab omni peccato excusari.

Et idè ita sunt ordinata, quæ in missa dicuntur, vt extra propria loca, & variato ordine non rectè cohereant, ita D. Thomas q. 83. art. 6. ad 5. Syluestr. *verbo missa 1. q. 3.* Suarius *disp. 83. sect. 3.* Toletus *lib. 2. cap. 9.*

Quibus adde Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 13. num. 261.* Vnde in rubrica Missalis vbi agitur de defectibus in celebratione Missarum occurrentibus §. 5. cuius titulus est, *De defectibus formæ*; in fine dicitur; si valdè probabiliter dubitet se aliquid essenziale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione; si autem non sunt de necessitate Sacramenti, non resumat, sed procedat vltorius. Hæc ibi.

Et tandem ad dubium quintum respondeo, missam non posse celebrari vulgari lingua, tum ex usu, & praxi Ecclesiæ, tum ex Tridentino *sess. 22. cap. 8.* maximè cum multæ parabolæ, ænigmata, & mysteria non ita commodè in linguam vulgarem transferri possint, & conuerti, vt optimè obseruat Dicastillum *loco citato num. 270.* faciunt etiam contra Caramuelem ea, quæ docet Azorius *tom. 1. l. 3. c. 26. q. 6.* ibi: Verum quicquid Luterani, &c.

De

De emissionem seminis tactibus prouocata.

RESOLVTIO XI.

Circa præsentem quæstionem sic philosophatur acutissimus Caramuel *fundam. 56. §. 4. n. 1172.* Quidam vir coniugatur intra vas seminauit, & illi- com membrum virile extraxit, manente femina valdè irritata libidine. Ad hæc postea tactibus se excitando seminauit, & inquit an hoc faciens mortale peccatum incurrit. Negat Sanchez, & Bonacina, & hæc eadem negatiua sententia probabilis vocatur à Lessio, Filiucio, Homobono, & Zanardo apud Dianam *part. 2. tract. 17. resol. 38.* & ratio horum Authorum est, quoniam per illos tactus actus coniugalis qui consistit in vtriusque seminatione, completur.

Corollarium 1. ergo quando Amasius semine intra immisso membrum virile extrahit, manente pellice valdè irritata libidine, si hæc postea tactibus se excitando seminet, non committit nouum peccatum molliciti, sed peccatum fornicationis complet, quæ consistit in seminatione vtriusque Amasij.

Corollarium 2. Ergo quando duo iuuenes se mutuis tactibus excitant, & vnus femine effuso discedit, manente altero libidine valdè irritato, si iste tactibus propriis prosequatur, & semen emittat, non committit nouum peccatum; Ita vt debeat in confessione dicere, mutuis semel tactibus apud alterum hæsi, quousque ipse in pollutionem incidit, & semel in mollicitum incidit propriis tactibus. Sed prius complet, & satisfaciunt in confessione dicens, ego & alter nos mutuo tactu pollui. An & de Sodomia, &c. poteris philosophari, &c. singula Corollaria considera. Ita Caramuel.

Sed ego neq; admitto Corollaria, nec etiam principalem conclusionem, Vnde vel iussu sacre Congregationis indicis, vel iussu Superiorum Societatis illa opinio fuit deleta in operibus Sanchez, nec amplius impressa inuenitur nisi in prima editione Veneta.

Probatum nostra sententia primò, quia cum vir se retrahit, consummata est iam copula coniugalis: Ergo mulierem solum tunc seminare esset peccatum molliciti: Secundò, quia quando vir prius seminat, sequens muliebris seminatio frustratoria est, vt tradit Auicenna *Fen. 2. l. 3. tract. 1. cap. 8. verborum autem accidens.* Tertiò, quia femineum semen necessarium non est ad generationem. Quartò, quia coniugibus ea copula tantum licita est, per quam fiunt vna caro; sed per illam muliebris seminis effusionem non fiunt vna caro: ergo. Quintò quia recepto vitili femine, adèd clauditur vterus, vt nec acus cuspidem admittat: ergo semen, quod postea mulier fundit, nec intrat vterum, nec prodest ad generationem; Vide me ipsum alibi.

Sed stando in opinione quam adducit Caramuel, eius Corollaria non carent difficultate, quia aliquis posset dicere; mulier vxorata, quæ remanet valdè irritata, & tactibus se prouocat ad seminandum, complet copulam sibi licitam, ac si actu cum marito seminare, quia abuteretur femine ad generationem ordinato: Sed tunc non esset seminis abusus, ergo nullum est peccatum; etenim ea seminatio cum sequatur paulò post copulam est copulæ complementum, eamque perficit. Ratio est, quia imperitens est ad generationem quomodo femineum semen in vterum recipiatur, aut à seminario; vasis in vterum fluat, siue copula siue manuum confri-

Anton. Diana Pars XI.

tionem; sufficit enim recipi in vterum paulò post seminationem viri, vt sequatur generatio: Sicuti quomodocumque virile semen intret vterum, semper sequetur generatio, vt patet cum generatio sit opera Dæmonis incubi: Ergo, &c.

Sed meretrix, si postquam Amasius seminauit, libidine irritata remansit, non potest tactibus se prouocare ad seminandum, quia non complet copulam sibi licitam, immò prohibitam; Ergo tactibus se prouocando aliam speciem libidinis incipit, & perficit, nempe molliciti; Ergo tenetur illam in confessione explicare.

Nota verò hic obiter, quod ego olim docui circumstantiam patientis in peccato sodomix non debere in confessione explicari; sed sufficere, quod pœnitens dicat, exercui bis, vel ter sodomiam. Sed Caramuel *vbi supra num. 1189.* asserit, quòd hæc sententia vt probabilis, supponit primò virum, aut feminam patiendò delectari, & se delectando inuitum pollutionis habere. Secundò pollutionem completam, & inceptam, esse eiusdem speciei, nec debere pœnitentem exprimere. An tantum cœperit, an compleuerit; tertiò pollutionem tactibus alienis procuratam, sodomiamque non differre speciem, sed tantum materialiter, & modaliter, sicut pollutio habita tactu manuum, aut tactu femorum. Porro ista tria debet supponere qui nolit actionem à passione in sodomia distinguere: Vnde Diana qui de primo, & secundo nihil dicit, & tertium negat, asserere, sine consequentia non potest circumstantias agentis, & patientis non debere in confessione explicari. Ita Caramuel.

Sed nostram sententiam præter Leonem sequuti sunt me citato Lupus, Bordonus, Machadus, Zambellus, Ghilinus, Iuniparus, Gesualdus, Pontius, Mazzuchellus, Serius, Roccaful, Tongus, Possentius, Remigius, Verricelli, & Thomas Hurtadus.

Septendecim itaque Doctores nostræ sententiæ adherent, & pauci contrariam tenent. Et probatur hæc opinio, quia agens, & patiens in peccato sodomix concurrunt ad idem scelus, & ad eandem pollutionem & copulam per modum vnus causæ; Ergo eadem species malitiæ ab vtroque contrahitur: sic eandem speciem adulterij contrahit solutus ac coniugata, vel coniugatus ac soluta, quia ambo per modum vnus causæ concurrunt ad frangendum matrimonij legem; sicut agens, & patiens sodomita ambo per modum vnus causæ concurrunt ad frangendum legem copulæ naturalis; sic eadem species homicidij est in tenente occisum ne fugiat, ac in vulnerante.

Probatum secundò, quia pollutio non addit nouam speciem malitiæ supra copulam sodomiticam aut fornicariam; sed est pars copulæ: ergo sicuti agens non tenetur explicare se pollutum vel non pollutum; plerumque enim sodomita, aut fornicator non seminat, quod vtiq; explicandum esset, si pollutio adderet, malitiam speciem diuersam supra copulam: Ita neque patiens tenetur explicare se fuisse patientem; consequentia patet, eatenus enim ex Lugo tenetur explicare se patientem, quia explicandum sibi est, se non pollutum; sed agens non tenetur explicare se patientem, quia explicandum sibi est, se non pollutum, sed agens non tenetur explicare se non pollutum, quando non seminauit, ergo neque patiens (dicendo se patientem) debet explicare se non pollutum.

Confirmatur; Nam pollutio in agente est pars copulæ, neque enim est quid diuersum à copula, sed ab illa distinguitur, vt pars à toto; Ergo in copula

B 2

fuisse,

fuisse, vel non fuisse pollutionem sequuram est circumstantia aggrauans, vel minuens intra eandem speciem: Sed circumstantiæ minuens, vel aggrauans intra eandem speciem non sunt explicandæ: Ergo neque explicandum est se passum, vel non passum pollutionem in ea copula, & sic se fuisse patientem, vel agentem.

Quod autem pollutio sit pars copulæ parer, quia copula non dicitur consummata nisi sequuta fermentatione seu pollutione intra vas, ergo est pars completens, & perficiens copulam.

Dicendum est itaque eandem malitiam specificam habere peccatum agentis, & patientis: sicut fornicatio cum soluta eandem specie malitiam habet tam ex parte viri agentis, quam ex parte feminae patientis.

Alias etiam rationes adducunt citati Doctores, quas ego alibi adduxi.

An debita incerta per iniustitiam sint restituenda necessario pauperibus, vel piis operibus.

RESOLVT. XII.

IN hac difficultate sic philosophatur Caramuel *fundam. 59. §. 4. n. 1259*. Proponit Diana hanc quaestionem, videlicet: An qui deambulando Ciuitatem inueniat crumenam factam magna pecuniarum quantitate, & facta debita diligentia non reperit Dominum; teneatur illas restituere pauperibus, An possit sibi retinere? Ponit Authores pro vtraque sententia, & concludit: his positus poterat Petrus sibi retinere illas pecunias, sequendo hanc posterioriorem opinionem; &c. quæ est probabilis, & tuta in praxi. Et ego si hæc probabilia sunt, peto mihi à Diana responderi rigore consequentiæ seruato; Ioannes noctu grassatur per plateas, spoliavit nonnullos, quos non cognouit nec cognoscit, nunc poenitentia ductus ad pedes mei Dianæ peruoluit, & inquit, an teneatur ad restitutionem? forrè subdubitare possit, an teneretur examinare quinam fuerint damnatum perpeffi; quia cum hoc ipsum examen esset obnoxium probabili vel certo periculo, fortassis non deberet institui. Sed non mouer hoc dubium, ne implicet quaestiones quaestionibus; sed asserit se debitam diligentiam adhibuisse, nec posse scire quibus debeat facere restitutionem. Si illum pauperibus facturum restitutionem Diana dicat, Ioannes reponet Dianam inconsequentiā laborare, & sic discurrat: In iure teste Diana, & Sarmiento, eadem reputantur ignorari Dominum rei, & rem nullum habere Dominum, efficitur primò occupantis: Ergo non solum ille qui inuenit, sed qui rapuit si ignoret Dominum, non tenebitur ad restitutionem. Ergo si tenetur raptor, tenebitur etiam inuentor, quod vult Salonijs, Nauarrus, Sayrus, Rebellius, Reginaldus, Azorius, Malderus, Syluester, Couarruias, Molina, Fernandez, alique, aut nulla consequentiā seruatur. Si Diana esse disparem rationem dicat, reicere debeat ratiocinium Sarmienti, & aliud substituere, quod libenter videbo.

Dico interim, vtrique (inuentori, & raptori) esse certum rem illam habere aliquem Dominum, eandemque inuitum (sua enim recuperare desiderat tam qui spoliarus fuit, quam qui perdidit) vtrumque ignorari, vtrumque velle sibi restitui, meliori nempe modo qui sit possibilis, nimirum realiter, & materialiter si hoc possit fieri, aut aliàs spiritualiter. Hæc omnia certa sunt anæ? Cum vtrouque om-

nia pari passu succurrant de inuentore, & raptore, eodem modo erit philosophandum, qui neges paritatem enerua. Hucusque Caramuel.

Sed vt vidisti, amice Lector, doctus Caramuel philosophatur eodem modo de inuentore bonorum incertorum, ac de raptore, quod omnino negandum est; Nam bona penes inuentorem non sunt bona, quæ ad illum peruenerunt per iniustitiam, vt sunt bona penes raptorem. Ergo male de illo ad istum argumentatur, vt facit Caramuel.

Dico igitur, quod bona aliena, aut debita per vsuram vel aliud delictum contracta, vel comparata, quæ diligenti inquisitione adhibita remanent incerta, sunt elargienda pauperibus. Est hæc communis doctrina.

Probat ex *cap. cum tu. 5. de vsuris*, vbi Alexander III. mandat, vt ea quæ vsuris iniquè acquisita sunt, si non supersunt illi quibus debentur, aut eorum hæredes, dentur pauperibus, vtque vsurarij, eorumque hæredes ad hoc pœnis Ecclesiasticis cogantur, quod DD. satis concorditer extendunt etiam ad incerta bona, vel debita ex alijs delictis comparata, aut contracta, & manifestè potest id colligi ex *cap. cum sit, de iudicijs*, vbi imprimis Pontifex verrat, ne Iudæi præficiantur Christianis; deinde mandat, si quispiam Iudæus fuerit præfectus, quatenus omne illud quod à Christianis ratione officij accipit, distribuatur pauperibus. Estque eadem in omnibus ratio, ne scilicet hominibus iniquis integrum relinquatur ex sua iniquitate ditescere, vel sine onere alius damna pro libidine inferre, sub spe vel apprehensione, quod postmodum ignorabitur cuius sint bona, vel quibus nocuerint: quodque tunc nulli ad soluendum, vel restituendum erunt obligati.

Suffragatur quoque piorum vsus, & communis sensus, quo apprehendunt sic debere fieri.

Vnde non desinat hic apponere verba *Castri Palai rom. 7. disp. 1. punct. 18. §. 8. num. 3. vbi sic ait*: Incerta debita sunt, quorum Dominus ignoratur, vel ita abest, vt ferè impossibile sit ad eum transmitti. Hæc si ex contractu honesto seu absque culpa possideas, satis probabile est nullam tibi restitutionis obligationem esse. Quia hæc obligatio non ex iure naturali, & diuino provenit, ex quibus solum obligaris cum certæ personæ, vel communitati solutioni faciendæ est; Ex iure autem positiuo, nullibi statuta est horum restituendorum obligatio.

Si verò debita incerta per iniustitiam habueris, certa est omnium sententia: te obligatum esse pauperibus, vel alijs pijs operibus restituere ex *cap. cum tu. de vsuris, & cap. cum sit, de Iudæis*, ne contingat alienis pecunijs homines ditescere. Sed an hæc obligatio comprehendat omnia, quæ sunt iniquè acquisita, & independenter à sententia iudicis condemnatoria, non caret difficultate; Nam Textus prædicti solum in acquisitis per vsuram, & simoniam loquuntur, & cum sit dispositio pœnalis non videtur extendenda. Ex alia parte ex naturæ rei, & seclusa lege positiuæ, hæc incerta primo occupanti conceduntur, vt pote quæ à Domino possideri non possunt. Ergo eorum restitutio iure positiuo inducta sententia iudicis exigit Dominio acquisito priuantem.

Nihilominus pro certo tenendum est non solum in acquisitis per vsuram, & simoniam, sed per quamlibet aliam iniustitiam habere locum prædictam decisionem ex consuetudine recepta, & communi Doctorum sententia prædictorum. Textuum decisionem extendente ad quælibet iniuste acquisita,

iuxta

iuxta *cap. nemo qui rapit 14. quest. 5.* & licet verum sit ex natura rei, seu spectata iustitia legibus seclusis quæcumque debita incerta ex vsura, simonia, alioque delicto habita non sint in pauperes, aliove pijs vsus eroganda, quia iustitia tantum obligat debitum reddi ei, cuius est. Quo non comparente, impossibilis est talis redditio, & obligatio. Neque pauperes, aliave opera pia sunt partes, neque hæredes necessarii creditoris, aliàs non possit Pontifex remittere partem horum debitorum, vt per bullam compositionis facit, cum in præiudicium tertij vergeret, attamen iure positiuo in pœnam criminis commissi impedita est dominij acquisitio; Quod colligitur ex eo, quod in defectum veri Domini pauperes aliave pia opera designentur, inter quos distributio faciendæ sit.

Hæc omnia Palæus *vbi supra*, & alij communiter. Vide inter alios Hurtadum *de iust. disp. 1. diff. 37.* & ne deseras recognoscere Dicastillum *etiam de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 10. & 11.* & post hæc scripta vsus Patrem Tamburinum *vbi infra num. 10. cum Urbano*.

Nora hic obiter pro curiosis, probabile esse, bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, posse post diligentem inquisitionem ab ipso debitore retineri, & ita docet nouissimè Tamburin. *in Decalog. tom. 2. lib. 3. tract. 4. cap. 1. §. 3. n. 23.* & Urbanus ab Ascensione *in Theol. Mor. tract. 3. cap. 5.* Ratio est, quia sicut ante primam diuisionem iure gentium factam, res fiebat primò occupantis; Ita etiam modò, quæ communia censentur negatiuè, idest nulli propria, quamdiu non applicata sunt per Rempubliam, sunt primò occupantis; sed debita ex contractu incerta, nulli sunt appropriata per Rempubliam, & sunt communia negatiuè; Ergo sunt primò occupantis. Minor probatur, quia lex, quæ iubet dari pauperibus, solum inuenitur de iis, quæ ex delicto debentur, nempe de vsuris. De consuetudine verò, quæ circa hæc habet vim legis, non satis constat, ergo, &c. Dixi autem communia negatiuè ad distinctionem bonorum propriorum Ciuitatum, aut Ecclesiarum, quæ sunt communia positiuè, atque adeo ipsi propria, quorum nullus potest Dominium adquirere, nisi à Ciuitate, vel Ecclesia donentur. Contrarium tamen in praxi tanquam magis piuum, & communi sententiæ Doctorum magis conforme existimo ordinariè seruandum. Et ita rectè obseruat Dicastill. *vbi supra dub. 10. num. 381.*

An licitum sit, non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate furari.

RESOLVT. XIII.

AD hoc dubium sic respondet Caramuel *fundam. 59. §. 1. num. 1255*. Resoluitur aut nunquam milites extrema necessitate laborare, at quia graui illos sæpè laborare negaturus non sum, inquit, an pauper non solum in necessitate extrema, sed etiam in graui possit ab opulentis necessaria subripere? Responderet affirmatiuè Diana *part. 2. tr. 17. res. sol. 29.* & citat Bonacinum, Maldetum, Lessium, Petrum à Nauarra, Angelum, Emanuelem Sà, Medinam, Nauarrum, Syluestrum. Infero, ergo multi Europæ patibula onerant, dicuntur fures, & habentur infames, qui sunt innocentes omnino, possentque, & deberent excusari, & saluari. Ergo in Tribunalibus audiendus esset reus, qui contra assereret se graui necessitate laborasse.

Anton. Diana Pars XI.

Progredior. Sacerdos pauper, qui ex solo missarum stipendio victitat, satis est miserabilis, & in graui est necessitate constitutus, si non habeat quantum sit necessarium ad sustentationem diurnam; Ergo stando doctrinæ Dianæ; si nemo illi offerat stipendium pro missa, subripere à diuitibus poterit quantum sit necessarium, vt ex necessitate illa graui egrediatur. Ergo poterit recipere ab vltro offerentibus, & missas postulantibus. Ergo poterit pro vna missa accipere tot stipendia, quot sufficiant ad eius diurnam sustentationem, & quid ad hoc vltimum Diana? hæc opinio ait *part. 2. tract. 14. res. 8.* modò corrigit, nam sacra Congregatio in decretis, &c. & me iudice inconsequenter; nam vel corrigit resolutio illa *29. tractatus 17.* aut corrigit hæc Cardinalium declaratio.

Adhuc progredior, & inquirō, quid intelligat Diana nomine grauis necessitatis? Per grauem necessitatem intelligo, ait Diana, non quouis modo grauem, sed valdè grauem, & si non extremam, puta si fuerit necessitas morbi, famis, nuditatis, &c. Ergo si æger potest subripere à diuite quantum sit opus, vt habeat medicos, & medicinas; famelicus vt expleat appetitum; nudus vt habeat decenter vestes; poterit debitor vt creditori satisfaciatur; miles vt habeat arma; captiuus vt litrum; reus vt Aduocatum, &c. & aperitur latissimus campus, & vix manebunt furta in mundo. Ita Caramuel vbi supra.

Sed fures qui patibula onerant, vt ipse vult, non sunt qui furantur pressi graui necessitate, vt ex praxi, & eorum processibus apparet; nec talis exculatio admittitur in foro externo, ceterum ea, quæ doctus Caramuel postea subdit, si illa adducit, vt suam sententiam demonstret probabilem, do manus, & esse probabilem concedo. Constanter tamen nego ab ipso superius adducta tollere probabilitatem affirmatiuæ sententiæ, quam ego olim docui, & nunc iterum doceo; quam præter Doctores à me alibi citatos, illam tenet Ioannes Vvigers Professor sacrae Theologiæ in inclita Academia Louaniensi *de iust. tract. 3. cap. 6. dub. 1. num. 7.* Ioannes Dicastillo *etiam de iustitia lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 9. num. 256.* & Coninc. *de alt. super disp. 27. dub. 10. num. 112.* & hanc sententiam probabilem etiam vocant ipsi me aduersarij, vt Couarruias *ad regul. peccatum part. 2. §. 1. n. 3. & alij.*

Probatur nostra sententia; neque enim potestas succurrendi necessitati propriæ restricta censeri debet ad extremam tantum, cum grauis etiam sit satis magna per se, vt ex graui necessitate facilis sit lapsus in extremam. Ideo in diuisione, & appropriatione rerum iure gentium facta, semper debuit hæc conditio tacita intelligi, nempe nisi necessitas extrema, vel certè valdè grauis postulet; Alioquin contra rationem, & æquitatem facta esset. Probat secundò; quia diues tenerur sub mortali succurrere existenti in graui necessitate secundum probabiliorem, & magis communem opinionem, si possit; sufficienter autem constat pauperi posse diuitem, eo ipso quòd constat de sua graui necessitate, & de potentia diuitis, & ignoret. An alij partiantur eandem, & an veniant simul vt succurrantur, quibus conditionibus positis, tenetur diues succurrere, & in acceptis à paupere consentire. Ergo nec pauper tunc accipiens peccat. Si verò plures patientes grauem necessitatem simul confluant idque diuiti constat, nec possit ex suis bonis omnibus, sed solum vni, vel alteri satisfacere; tunc probabilius est non posse clam subripere; nisi ipsi pauperi constat nolle diuitem alijs elemosynam imperiri:

B 3 quia

fuisse, vel non fuisse pollutionem sequutam est circumstantia aggravans, vel minuens intra eandem speciem: Sed circumstantiæ minuens, vel aggravans intra eandem speciem non sunt explicandæ: Ergo neque explicandum est se passum, vel non passum pollutionem in ea copula, & sic se fuisse patientem, vel agentem.

Quod autem pollutio sit pars copulæ parer, quia copula non dicitur consummata nisi sequuta fermentatione seu pollutione intra vas, ergo est pars complens, & perficiens copulam.

Dicendum est itaque eandem malitiam specificam habere peccatum agentis, & patientis: sicut fornicatio cum soluta eandem specie malitiam habet tam ex parte viti agentis, quam ex parte fœminæ patientis.

Alias etiam rationes adducunt citati Doctores, quas ego alibi adduxi.

An debita incerta per iniustitiam sint restituenda necessarii pauperibus, vel piis operibus.

RESOLVT. XII.

IN hac difficultate sic philosophatur Caramuel *fundam. 59. §. 4. n. 1259*. Proponit Diana hanc quæstionem, videlicet: An qui deambulando Civitatem inueniat crumenam factam magna pecuniarum quantitate, & facta debita diligentia non reperit Dominum; teneatur illas restituere pauperibus, An possit sibi retinere? Ponit Authores pro vtraque sententia, & concludit: his positus poterat Petrus sibi retinere illas pecunias, sequendo hanc posteriori opinionem; &c. quæ est probabilis, & tuta in praxi. Et ego si hæc probabilis sunt, peto mihi à Diana responderi rigore consequentiæ servato; Ioannes noctu grassatur per plateas, spoliavit nonnullos, quos non cognovit nec cognoscit, nunc pœnitentia ductus ad pedes mei Dianæ peruoluit, & inquit, an teneatur ad restitutionem? forrè subdubitare possit, an teneretur examinare quinam fuerint damnatum perpeffi; quia cum hoc ipsum examen esset obnoxium probabili vel certo periculo, fortassis non deberet institui. Sed non mouet hoc dubium, ne implicet quæstiones quæstionibus; sed asserit se debitam diligentiam adhibuisse, nec posse scire quibus debeat facere restitutionem. Si illum pauperibus facturum restitutionem Diana dicat, Ioannes reponet Dianam inconsequenter laborare, & sic discurrat: In iure teste Diana, & Sarmiento, eadem reputantur ignorari Dominum rei, & rem nullam habere Dominum, efficitur primò occupantis: Ergo non solum ille qui inuenit, sed qui rapuit si ignoret Dominum, non tenebitur ad restitutionem. Ergo si tenetur raptor, tenebitur etiam inuentor, quod vult Salonius, Nauarrus, Sayrus, Rebellius, Reginaldus, Azorius, Malderus, Syluester, Couarruias, Molina, Fernandez, aliique, aut nulla consequentia seruetur. Si Diana esse dispari rationem dicat, reicere debeat ratiocinium Sarmienti, & aliud substituere, quod libenter videbo.

Dico interim, vtrique (inuentori, & raptori) esse certum rem illam habere aliquem Dominum, eundemque inuitum (sua enim recuperare desiderat tam qui spoliatus fuit, quam qui perdidit) vtrumque ignorari, vtrumque velle sibi restitui, meliori nempe modo qui sit possibilis, nimirum realiter, & materialiter si hoc possit fieri, aut aliàs spiritualiter. Hæc omnia certa sunt an? Cum vtrouque om-

nia pari passu succurrant de inuentore, & raptore, eodem modo erit philosophandum, qui neges paritatem eorum. Hucusque Caramuel.

Sed vt vidisti, amice Lector, doctus Caramuel philosophatur eodem modo de inuentore bonorum incertorum, ac de raptore, quod omnino negandum est; Nam bona penes inuentorem non sunt bona, quæ ad illum peruenerunt per iniustitiam, vt sunt bona penes raptorem. Ergo male de illo ad istum argumentatur, vt facit Caramuel.

Dico igitur, quod bona aliena, aut debita per vsuram vel aliud delictum contracta, vel comparata, quæ diligenti inquisitione adhibita remanent incerta, sunt elargienda pauperibus. Est hæc communis doctrina.

Probat ex *cap. cum tu. §. de vsuris*, vbi Alexander III. mandat, vt ea quæ vsuris inique acquisita sunt, si non superant illi quibus debentur, aut eorum hæredes, dentur pauperibus, vtque vsurarij, eorumque hæredes ad hoc pœnis Ecclesiasticis cogantur, quod DD. satis concorditer extendunt etiam ad incerta bona, vel debita ex aliis delictis comparata, aut contracta, & manifestè potest id colligi ex *cap. cum sit, de iudicijs*, vbi imprimis Pontifex vctat, ne Iudæi præficiantur Christianis; deinde mandat, si quisquam Iudæus fuerit præfectus, quatenus omne illud quod à Christianis ratione officij accipit, distribuatur pauperibus. Estque eadem in omnibus ratio, ne scilicet hominibus iniquis integrum relinquatur ex sua iniquitate ditescere, vel sine onere alius damna pro libidine inferre, sub spe vel apprehensione, quod postmodum ignorabitur cuius sint bona, vel quibus nocuerint: quodque tunc nulli ad soluendum, vel restituendum erunt obligati.

Suffragatur quoque piorum vsus, & communis sensus, quo apprehendunt sic debere fieri.

Vnde non desinat hic apponere verba *Castri Palai tom. 7. disp. 1. punct. 18. §. 8. num. 3*. vbi sic ait; Incerta debita sunt, quorum Dominus ignoratur, vel ita abest, vt ferè impossibile sit ad eum transmitti. Hæc si ex contractu honesto seu absque culpa possideas, satis probabile est nullam tibi restitutionis obligationem esse. Quia hæc obligatio non ex iure naturali, & diuino provenit, ex quibus solum obligaris cum certæ personæ, vel communitati solutioni faciendæ est; Ex iure autem positiuo, nullibi statuta est horum restituendorum obligatio.

Si verò debita incerta per iniustitiam habueris, certa est omnium sententia re obligatum esse pauperibus, vel aliis piis operibus restituere ex *cap. cum tu. de vsuris, & cap. cum sit, de Iudæis*, ne contingat alienis pecuniis homines ditescere. Sed an hæc obligatio comprehendat omnia, quæ sunt inique acquisita, & independentè à sententia iudicis condemnatoria, non caret difficultate; Nam Textus prædicti solum in acquisitis per vsuram, & simoniam loquuntur, & cum sit dispositio pœnalis non videtur extendenda. Ex alia parte ex naturæ rei, & seclufa lege positiuæ, hæc incerta primo occupanti conceduntur, vt pote quæ à Domino possideri non possunt. Ergo eorum restitutio iure positiuo inducta sententia iudicis exigit Dominio acquisito priuantem.

Nihilominus pro certo tenendum est non solum in acquisitis per vsuram, & simoniam, sed per quamlibet aliam iniustitiam habere locum prædictam decisionem ex consuetudine recepta, & communi Doctorum sententia prædictorum Textuum decisionem extendente ad quælibet iniuste acquisita, iuxta

iuxta *cap. nemo qui rapit 14. quæst. 5.* & licet verum sit ex natura rei, seu spectata iustitia legibus seclufis quæcumque debita incerta ex vsura, simonia, alioque delicto habita non sint in pauperes, aliove pijs vsus eroganda, quia iustitia tantum obligat debitum reddi ei, cuius est. Quo non comparente, impossibilis est talis redditio, & obligatio. Neque pauperes, aliave opera pia sunt partes, neque hæredes necessarii creditoris, aliàs non possit Pontifex remittere partem horum debitorum, vt per bullam compositionis facit, cum in præiudicium tertij vergeret, attamen iure positiuo in pœnam criminis commissi impedita est dominij acquisitio; Quod colligitur ex eo, quod in defectum veri Domini pauperes aliave pia opera designentur, inter quos distributio faciendæ sit.

Hæc omnia Palas *vbi supra*, & alij communiter. Vide inter alios Hurtadum *de iust. disp. 1. diff. 37.* & ne desinas recognoscere Dicastillum *etiam de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 10. §. 1. & 11.* & post hæc scripta vsium Patrem Tamburinum *vbi infra num. 10. cum Urbano*.

Nora hic obiter pro curiosis, probabile esse, bona incerta, quæ ex iusto contractu debebantur, posse post diligentem inquisitionem ab ipso debitoro retineri, & ita docet nouissimè Tamburin. *in Decalog. tom. 2. lib. 3. tract. 4. cap. 1. §. 3. n. 23.* & Urbanus ab Ascensione *in Theol. Mor. tract. 3. cap. 5.* Ratio est, quia sicut ante primam diuisionem iure gentium factam, res siebat primò occupantis; Ita etiam modò, quæ communia censentur negotiati, idest nulli propria, quamdiu non applicata sunt per Rempubliam, sunt primò occupantis; sed debita ex contractu incerta, nulli sunt appropriata per Rempubliam, & sunt communia negotiati; Ergo sunt primò occupantis. Minor probatur, quia lex, quæ iubet dari pauperibus, solum inuenitur de iis, quæ ex delicto debentur, nempe de vsuris. De consuetudine verò, quæ circa hæc habeat vim legis, non satis constat, ergo, &c. Dixi autem communia negotiati ad distinctionem bonorum propriorum Ciuitatum, aut Ecclesiarum, quæ sunt communia positiuè, atque ad ipsa propria, quorum nullus potest Dominium adquirere, nisi à Ciuitate, vel Ecclesia donentur. Contrarium tamen in praxi tanquam magis pium, & communi sententiæ Doctorum magis conformè existimo ordinariè seruandum. Et ita rectè obseruat Dicastill. *vbi supra dub. 10. num. 381.*

An licitum sit, non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate furari.

RESOLVT. XIII.

AD hoc dubium sic respondet Caramuel *fundam. 59. §. 1. num. 1255*. Resoluitur aut nunquam milites extrema necessitate laborare, at quia graui illos sæpè laborare negaturus non sum, inquit, an pauper non solum in necessitate extrema, sed etiam in graui possit ab opulentis necessaria subripere? Respondet affirmatiuè Diana *part. 2. tr. 17. res. sol. 29.* & citat Bonacinum, Malderum, Lessium, Petrum à Navarra, Angelum, Emanuelem Sà, Medinam, Nauarrum, Syluestrum. Infero, ergo multi Europæ patibula onerant, dicuntur fures, & habentur infames, qui sunt innocentes omnino, possentque, & deberent excusari, & saluari. Ergo in Tribunalibus audiendus esset reus, qui contra assereret se graui necessitate laborasse.

Anton. Diana Pars XI.

Progredior. Sacerdos pauper, qui ex solo missarum stipendio victitat, satis est miserabilis, & in graui est necessitate constitutus, si non habeat quantum sit necessarium ad sustentationem diurnam; Ergo stando doctrinæ Dianæ; si nemo illi offerat stipendium pro missa, subripere à diuitibus poterit quantum sit necessarium, vt ex necessitate illa graui egrediatur. Ergo poterit recipere ab vtro offerentibus, & missas postulantibus. Ergo poterit pro vna missa accipere tot stipendia, quot sufficiant ad eius diurnam sustentationem, & quid ad hoc vltimum Diana? hæc opinio ait *part. 2. tract. 14. res. 8.* modò corruit, nam sacra Congregatio in decretis, &c. & me iudice inconsequenter; nam vel corruit resolutio illa *29. tractus 17.* aut corruit hæc Cardinalium declaratio.

Adhuc progredior, & inquiri, quid intelligat Diana nomine grauis necessitatis? Per grauem necessitatem intelligo, ait Diana, non quouis modo grauem, sed valdè grauem, & si non extremam, puta si fuerit necessitas morbi, famis, nuditatis, &c. Ergo si æger potest subripere à diuite quantum sit opus, vt habeat medicos, & medicinas; famelicus vt expleat appetitum; nudus vt habeat decenter vestes; poterit debitor vt creditori satisfaciatur; miles vt habeat arma; captiuus vt litrum; reus vt Aduocatum, &c. & aperitur latissimus campus, & vix manebunt furta in mundo. Ita Caramuel vbi supra.

Sed fures qui patibula onerant, vt ipse vult, non sunt qui furantur pressi graui necessitate, vt ex praxi, & eorum processibus apparet; nec talis exculatio admittitur in foro externo, caterùm ea, quæ doctus Caramuel postea subdit, si illa adducit, vt suam sententiam demonstret probabilem, do manus, & esse probabilem concedo. Constanter tamen nego ab ipso superius adducta tollere probabilitatem affirmatiuæ sententiæ, quam ego olim docui, & nunc iterum doceo; quam præter Doctores à me alibi citatos, illam tenet Ioannes Vvigers Professor sacre Theologiæ in inclita Academia Louaniensi *de iust. tract. 3. cap. 6. dub. 1. num. 7.* Ioannes Dicastillo *etiam de iustitia lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 9. num. 256.* & Coninc. *de alt. super disp. 27. dub. 10. num. 112.* & hanc sententiam probabilem etiam vocant ipsi mee aduersarij, vt Couarruias *ad regul. peccatum part. 2. §. 1. n. 3. & alij.*

Probat nostra sententia; neque enim potestas succurrendi necessitati propriæ restricta censeri debet ad extremam tantum, cum grauis etiam sit satis magna per se, vt ex graui necessitate facilis sit lapsus in extremam. Ideo in diuisione, & appropriatione rerum iure gentium facta, semper debuit hæc conditio tacita intelligi, nempe nisi necessitas extrema, vel certè valdè grauis postulet; Alioquin contra rationem, & æquitatem facta esset. Probat secundò; quia diues tenerur sub mortali succurrere existenti in graui necessitate secundum probabiliorem, & magis communem opinionem, si possit; sufficienter autem constet pauperi posse diuitem, eo ipso quòd constet de sua graui necessitate, & de potentia diuitis, & ignoret. An alij partiantur eandem, & an veniant simul vt succurrantur, quibus conditionibus positis, tenetur diues succurrere, & in acceptis à paupere consentire. Ergo nec pauper tunc accipiens peccat. Si verò plures patientes grauem necessitatem simul constuant idque diuiti constet, nec possit ex suis bonis omnibus, sed solum vni, vel alteri satisfacere; tunc probabilius est non posse clam subripere; nisi ipsi pauperi constet nolle diuitem aliis elemosynam impertiri.

B 3 quia

quia ex eo tantum potest, quod diues debeat; sed in tali casu diues non tenetur ei potius, quam alteri elemosynam largiri; sed potest eam aliis seruire, ergo, &c. Nihilominus si instamus in priori ratione fundamentali, non est improbabile etiam in hoc casu posse, quia si semel concedamus in prima rerum diuisione, & approbatione non solum non comprehendi extremam, sed etiam grauamen necessitatem, vt pro illis censeantur bona communia; etiam in vtroque casu erit locus primò apprehendendi, vt utatur re pro illo casu communi. Nec placet, quod docet Valquez de elemosina cap. 1. dub. 7. num. 62. solum parientem extremam necessitatem posse à diuere clam necessaria surripere; etiam si plures alij similiter patientes concurrant, & non possit diues communibus subuenire; quia scilicet, ius consequendi vitam est nimis exemptum, & natura adeò liberam concessit facultatem propriam vitam tuendi, vt nullus conueniri possit rationabiliter, quod ad id suam rem surripuerit; Oppositum tamen iudicat in graui necessitate, non extrema, quia scilicet, non habet tantum ius fugiendi necessitatem grauamen imminens, vt ad id vsurpare possit rem alienam sine consensu Domini. Quæ ratio nulla est. Si enim in communi diuisione rerum non intelligitur casus extrema, aut grauis necessitatis, qui in alterutra ex his constitutus est, non inuadit rem alienam sed propriam, saltem vt liberetur ab illa necessitate.

Qui etiam responderet ad omnia argumenta aduersariorum.

Non enim obstat primò textus à Còu. adductus ex cap. si quis de furtis, vbi dicitur, si quis ob necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus pœniteat hebdomadas tres; Ergo si imponitur pœnitentia ob acceptum in graui necessitate, qualis est famis, aut nuditas, id censetur illicitum.

Respondeo, textum non loqui de necessitate adeo graui, & virgenti, neque ille textus est ex Decretalibus Pontificum; sed ex pœnitentiali Theodorici; etiam responderetur loqui de iis qui indebito modo acceperunt; non petendo, quod facile obtinere potuissent. Deinde tertio (vt alij volunt) imponi potuit ea pœnitentia non ob peccatum propriè; Sed ob peccati similitudinem, quod non est inuictum in iure.

Non obstat secundò, quòd dicit Sorus, quia hæc bona temporalia non sunt à Deo per se instituta, neque ordinantur ad honorem tuendum, sed vitæ sustentationem, & aliàs quilibet honoratus vir posset accipere alienum, ne amitteret honorem suum.

Respondeo, si hoc argumentum aliquid valeret, concluderet neque in extrema necessitate licere, quia debitum dandi etiam in ea, iuxta ipsum Sorum, non est ex iustitia, sed tantum ex charitate, & quod dicitur in vna obligatione, potest dici in alia. Item neganda est minor: ad multa enim cogi possumus per publicam potestatem ad quæ non tenemur ex iustitia, vt ad non fornicandum, blasphemandum, se inebriandum, ac proinde etiam ad succurrendum pauperi. Nam vt cogamur, satis est, quod obligemur ex præcepto cuiuscumque virtutis, sitque necessarium, vel expediens ad bonum publicum, vt id fiat.

Non obstat tertio dicere Bannez, quia hæc bona temporalia non sunt à Deo per se instituta, neque ordinantur ad honorem tuendum, sed vitæ sustentationem, & aliàs quilibet honoratus vir posset accipere alienum, ne amitteret honorem suum.

Nam respondeo; quòd etiam si hæc bona non sint creata ad honorem tuendum; tamen satis est, quod diues teneatur succurrere grauiter indigenti, vt ipse possit accipere, si alter dare non vult.

Et idèd satis remanet auctoritate, & rationibus firmata nostra opinio aduersus carissimum Caramuelem.

Vnde ex his apparet, non debere corrumpere nostram ref. 29. tr. 14. part. 2. nec etiam declarationem Sacræ Congregationis, cuius interpretationem ex dignis rationibus hic asserere nolo.

Et quidem in multis locis Caramuel notat me de inconsequentiâ, quòd ego nego; Nam in dictis locis loquutus sum secundum probabilitatem vtriusque sententiæ, licet prius alicui magis adhæsissem. Hoc passim fecerunt, & faciunt Authores magni nominis, Suarez in opere de legibus docuit, & valdè firmavit Bullas Pontificias non egere populari acceptatione, & tamen postea adhæsit cuidam sententiæ, asserendo Bullam quandam Iulij II. non fuisse vsu receptam. Sanchez in opere de matrimonio docuit in conflictu opinionum, illam esse amplectendam, quæ fauet Ecclesiæ, & tamen postea in opusculis circa aliquas quæstiones adhæsit opinioni, laicalem iurisdictionem fauenti.

Sed si Caramuel dicat hos Authores non fuisse loquutos consequenter ad doctrinam, quam ante docuerunt, & quòd sibi non constant, & contrarij sint: Respondeo hoc esse negandum, sed dicendum est loquutos fuisse modò affirmatiuè, modò negatiuè, quia vtraque opinio erat probabilis, quod inconsequentiâ tollit, & contrarietatem, & ideo sunt excusandi antilogia, & laudandi.

Poterat igitur Caramuel in dictis locis contra me notatis benignè me explicare, sicuti, explicauit, heu quondam noster sapientissimus Dicastillus, qui de me loquens tom. 1. de sacr. tr. 4. disp. 50. dub. 5. n. 110. sic ait, ecce hic Auctor sibi contrarius est, tamen (quòd illi non semel contingit) non reprehensionis, sed gratiarum actione dignum est. Nempe vir pro communi bono laborans, & communi vilitati feruens: plurima lectione diues, & copiosus pro occurrenti consultantium, & quarentium necessitate, aut etiam desiderio, iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraque probabili ratione, & Doctorum virorum auctoritate nititur, & in praxi vtrumuis operari tutum est: voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsam finem, quid in vna, quid in alia occasione responderit quarentibus, quid quæso vtilius pro praxi; Hæc obiter dixerim, vt facillere iubeam, nescio, quos inuidos, qui hæc, & si quæ sunt similia, erudito viro non venientur obijcere, & alibi tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 2. n. 88. sic ait: Eodem modo posset impugnari Diana, sed in hoc erudito, & multæ lectionis viro, non virio vertendum; sed laudi potius tribuendum est, quòd resolutiones illius variæ sint, & quandoque oppositæ. Nempe scopus illius est tam Confessarios, quam pœnitentes instruire, vt secundum probabiles Doctorum sententias (etiam fortè contrarias) possint se tuta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione; in quo abundè pergit quotidie bene mereri de Republica litteraria. Ita Dicastillus nominatim in mei fauorem, licet supra meritum.

Nota hic obiter, quòd ad ea, quæ contra me asserit Caramuel vbi supra §. 3. n. 1257. respondeo, quòd in illo casu difficultas erat inter viros doctos de fructibus locationis muli, & ego constanter respondi non esse restituendos, sed solum mulum, sed non dixi eo modo quòd tunc extabat, quia de hoc non

erat

erat tunc difficultas; Dominus enim instabat tantum super restitutione locationis, & mulum recipiebat, quia per sex solos menses penes rusticum permanerat, nec deterioratus erat. Ergo, &c.

Virum reus posse sibi graue crimen impendere, vt euitet grauius tormenta.

RESOLVT. XIV.

Mouet hanc difficultatem nimis practicabilem Caramuel fundam. 61. §. 1. num. 1278. vbi sic ait: Quæris an innocens ad vitandos cruciatus possit sibi imponere falsum crimen, et si illud sit postea vltima sententia condemnandus.

Aufonius Noctinot in summa Diana verbo Reus num. 13. Sic inquit: Reus ad vitanda grauius tormenta, potest sine mortali crimine etiam capitale sibi imponere, quia vita non est digna, quæ tanto dolore feruari debeat, & posse etiam iurare æqui-uocando, docent Doctores communiter cum Nauarra lib. 2. capit. 4. numero. 2. immò nec peccare venialiter ait Sancius disp. 46. num. 16. & Diana part. 3. tract. 5. resol. 7. §. num. 12. ait. Non teneri se retractare, nisi ex hoc damnum tertio sequitur foret, ita Diana part. 3. tractat. 5. resol. 103. sub fine, sic ille.

At ego puto esse mortale peccatum mentiri Reipublicæ legitime & iuste roganti, & quòd mendacium est non posse iuramento firmari. Si sit mendacium illud leue, & tamen iuramento firmetur, peritium erit graue peccatum. Si darentur restrictiones mentales, & æqui-uocatio prodesset, simplex criminis impositio non esset mendacium, & iuramentum, quò illa firmaretur, non esset periurium. At illas nos, & multi nobiscum deseantur. Hucusque Caramuel.

Sed satis probabiliter loquutus est doctus, & eruditus noster Compendiator Pater Noctinot, videlicet Pater Antonius Cottonus, & simul ego, & idèd iterum assero, quòd imponere sibi falsum crimen ad euitanda grauius tormenta, etiam si mors inde timeatur, non est peccatum mortale, secluso periurio: Nemo enim tenetur cum tanto dolore, & labore vitam tueri.

Licet probabile etiam sit mortaliter peccare, fundamentum est, quoniam quamuis homo non teneatur cum tanto dolore conseruare propriam vitam, adhibendo remedia, quæ tantos cruciatus afferant, & potius mortem permittere, quam ea adhibere; aliud nihilominus est non conseruare vitam eis remediis adhibitis, aliud verò præbere causam obiectiuam, & meritoriam mortis, illam confingendo, cum non sit reuera id, vnde potestas publica moueatur ad condignam mortis pœnam executioni mandandam quòd non est præcisè non conseruare, vitam; sed causam destructionis illius adhibere, quòd non licet etiam propter tormenta, non solum quia mendacium est; sed quia est oppositio causæ obiectiuæ meritorie mortis propriæ, & cooperatio ad propriam mortem cohonestari potest ex fuga tormentorum.

Licet hanc posteriorem sententiam magis placeat Dicastillo de iust. lib. 2. tract. 2. disputat. 12. Appen. 1. dubitat. 4. numero. 514. Tamen hoc non obstante priorem putat satis piam, & in praxi sequendam, ne miser tam vehementi causæ, & periculo peccandi exponatur; sed præmonendi sunt, vt sciant, si fortè in tortura vincantur dolore, non peccaturos mortaliter.

Et ita hanc sententiam tenet etiam præter Doctores à me alibi adductos Hermanus Bultenbaum in medulla Theol. moralis lib. 4. cap. 3. dub. 7. & probabilem putat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de iust. tom. 1. disp. 14. sect. 10. n. 174. vbi sic ait; Quando ex confessione falsi criminis incurritur pœna mortis, vel mutilationis membri, aliòquin non inferenda; quo casu aliqui dicunt non peccare mortaliter consententem falsum crimen ad vitanda grauius tormenta; quibus merito possit celerem mortem præoptare; Ita Angelus, Syluester, Toletus, & Sorus, quos refert & sequitur Lessius vbi supra num. 41. quia non tenetur homo cum tanto cruciatu, & dolore vitam tueri; sicut nec tenetur ad vitam conseruandam, tibiam cum ingenti dolore secare, non est enim digna tanto dolore salus.

Hæc sententia probabilis quidem est, & propter Authores quos habet, potest eam practicè amplecti qui velit; quia sententia admitta, consequenter videtur concedendum, quòd liceret etiam alterius crimen falsum confiteri ad vitanda tormenta, quando scires illi non displicere tale periculum subire, vt te à tormentis, vel imminente morte liberet; Ita Lugo.

Sed difficultas est, quando aliquis sibi imponit falsum crimen cum iuramento, & adhuc puto contra Caramuelem, probabiliter posse à peccato mortali excusari, vtendo æqui-uocatione, & ita hanc sententiam tenet Gaspar Hurtadus de Iudicio forensi disputat. 4. diff. 20. vbi ita asserit: Supponimus quòd ea falsa impositio ad minus sit venialis contra veracitatem, & etiam quòd sit mortalis sacrilegij, si fiat cum iuramento, nisi reus (vt potest ad euitanda grauius tormenta) se vendicat à mendacio restrictione aliqua mentali, aut æqui-uocatione exteriori, quia tunc nec erit peccatum mendacij, nec sacrilegij, quamuis fiat cum iuramento; Ita ille.

Cui adde, me recitato, Ægidium Trullench in Decal. tomo 2. lib. 7. cap. 10. dub. 7. num. 3. Cuius hæc sunt verba.

Non peccat mortaliter qui ad vitanda tormenta valde grauius, quibus merito posset celerem mortem præoptare, crimen falsum sibi imponit, quamuis certò ob id sit morte plectendus.

Et ratio est, quia cum tanto damno non tenetur vitam custodire, sicut non tenetur sibi tibiam abscindere cum tanto dolore; non enim tanto dolore digna est salus; nec hoc mendacium est perniciosum quia alteri damnum non infert, nec sibi infert malum, quòd notabiliter præponderet ipsis tormentis: Nam crimen fatendo breui morte longam redimit, vel potius multas mortes vnica morte commutat. Nec se interficit, moraliter loquendo quia habet iustam causam, ob quam se interficiendum exponit sicut si quis se exponeret hostium telis, vt grauius tormenta ab illis inferenda euaderet, non se occideret, immò si honesta persona rogaret eum, qui illa nefando modo vellet abuti, vt ipsam potius interficeret, non esset sui homicida; ergo neque hic est sui homicida, fatendo tale crimen. Et confirmatur, quia si rogaret iudicem, vt ipsum interficiat potius, quam ita torqueat, non censetur homicida sui; quia ex confessione in tormentis facta non imminet mors; quia nisi deinde extra tormenta liberè delictum fateatur, non potest condemnari, vt habetur capit. si quis à Sacerdotibus, 15. quæst. 6. Nec videtur peccare venialiter, licet falsam sibi impositionem iure, modò vsus fuerit æqui-uocatione; Nam æqui-uocatio sufficiens est ad excusandum iuramentum, Ita Trullench.

Nota hic obiter pro nostro sacro Tribunali Sanctae Inquisitionis, quod ex his aliqui inferunt, eum, qui conuictus plane est de Apostasia, aut haeresi, quam non commisit; Ita vt si neget tradendus sit curiae seculari, ac confiscatione bonorum, extremoque supplicio afficiendus; si vero fateatur crimen, leuiori poena puniendus sit, posse ipsum absque mortali culpa imponere sibi crimen, quod non admittit. Quia tunc nec sibi, nec aliis nocet: Immo prodest; maiorem enim infamiam, & ipsi, & posteris patientur etiam bonorum confiscationem, quae omnia effugient, si fateatur. Ita Molina disputat. 37. n. 15. cui consentit Lessius cap. 12. dubitat. 7. n. 4. & alij, qui generaliter dicunt ad vitanda grauius tormenta posse absque peccato mortali imponere sibi aliquod delictum falsum, licet propter illud sit morte plectendus quatenus magis licebit ad vitandam mortem & maiorem infamiam?

Sed Pater Molina disputat. 37. num. 17. hanc doctrinam limitat, dicit enim, hoc non licere absque mortali peccato, quando is, qui falso conuictus est de haeresi, & ea de causa tradendus est curiae seculari, & morte plectendus, eius esset conditionis de quo alioquin praesumptio non esset commississe id crimen; eo quod non sit de eorum progenie, de quibus ea est suspicio; praesertim si vir esset autoritatis, quia tunc per spontaneam confessionem criminis derogaret auctoritati fidei catholicae, fatendum se ab illa defecisse quare debet potius fortiter mori, quam eo modo Religioni Christianae derogare, & dare tale scandalum. Nam si eum viderint pie & fortiter morientem, Christianae Religionis signa ostendendo, semper manet opinio, quod innocens obierit, & minus scandalum sequitur, quam si se haereticum fuisse confiteatur.

Sed Cardinalis Lugo ubi supra num. 170. existimat casum illum posse aliquando contingere, quo propter maximam personae dignitatem & probitatem maximum scandalum generaretur, si ex propria confessione omnis dubitandi ratio de crimine commisso tolleretur. Puto tamen rarissimum esse casum, quia praesumptio illa ex dignitate, & probitate personae superatur frequenter praesumptione contraria orta ex sententia illius Tribunalis in quo Iudices non nisi cum maximo fundamento, & deliberatione matura solent ad eiusmodi condemnationem, & sententiam venire, & quia confessio criminis cum detestatione illius non est in rigore negatio fidei; alioquin nullo casu liceret absque grauisimo peccato mortali contra fidem Christianam: Nam dicere se fuisse haereticum, qui retractatione illius delicti, non est negare fidem, sed fateri se errasse, & deceptum fuisse. Scandalum autem non tenetur semper vitare cum tanto nostro detrimento. Addit autem Molin. illo num. 17. si iam semel crimen eiusmodi falsum confessus est, non obligari sub mortali ad retractandum confessionem post sententiam prolatam, & reconciliationem sequutam. Nam retractatio illa parum refarciret scandalum datum, & notam Christianae Religionis, essetque ex leui causa dare occasionem suae morti sine suo, & suorum emolumento, de quo tamen ego dubito, quia licet non totaliter, magna tamen ex parte eneruaretur confessio praeterita; credibile enim sit, quod mortis metu, fuerit extorta. Quare si circumstantiae personae tales essent, ego non liberarem ipsum ab obligatione retractandi; vt magna saltem ex parte minueretur damnum per falsam confessionem illam. Haec Lugo, quae apponere hic volui, cum in sacro Tribunali possit aliquando in praxi accidere.

An clausis oculis standum Decretis Pontificum.

RESOLVT. XV.

Mouet hoc dubium his verbis Caramuel fundam. i. 3. num. 327. & sic ait; Cum obiciuntur contra veteres Auctorum opiniones, Pontificum iuniorum Decreta, acquiescunt statim Theologi, & malunt obedire, quam cum superioribus suis disputare. At interrogo an decretis summorum Pontificum necessarium sit ad quietandum?

Respondet ex Diana part. 3. tract. 2. resol. 4. alia decreta esse praecipua, alia regulatiua, & consultiua: Verba Dianae sunt haec: Nec obstat huic sententiae Decretum Clementis V I I quod affert Peregrinus pro sua firmanda opinione; Nam respondeo cum Molfeso, & Alphonso de Leone, & alijs, Decretum illud non esse latum a Pontifice per modum praecipui irritantis Confessionem aliter factam, sed per modum regulae, & consilij. An non si sic incipiamus exponere Decreta Pontificum, paucissima praecipua remanebunt? Et si hoc decretum sic exponitur, cur non, & poterunt eodem omnino modo Pontificum vniuersa Decreta? Anne dialecticaretur male, qui diceret, stante hac Dianae doctrina ne vnum quidem Pontificum Decretum fore praecipuum? Vellem videre disparitatem, quam difficulter assignandam video. Ita Caramuel.

Sed non video qua ratione, stante mea opinione inferat ne vnum quidem Decretum Pontificum fore praecipuum; Ergo si in aliquo decreto inter alia disposita, vnum directiue tantum disponatur, sequitur Decreta Pontificia non esse praecipua: nego consequentiam.

Itaque in Decretis Pontificum consideranda sunt ea, quae disponuntur, & quoad rei grauitatem, & quoad verba, cum quibus disponuntur, & ex his cognoscitur si praecipua, vel directiua sunt; & ideo in dicto Decreto Clementis V I I, quis dicit id quod disponitur, quod lampas semper in Dormitorio colluceat sit praecipuum, & non potius directio? Et in Bulla Pij Quinti apposta in principio Missalis non disponitur, missas dicendas esse, vt Rubrica praescribitur, & tamen certum est secundum materiae grauitatem aliquas ex illis praescribi praecipue, aliquas directiue. In ipsomet Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. de reformat. ita disponitur. *Prima tonsura non iniungatur, qui Sacramentum confirmationis non susceperint*, & tamen quaerunt Doctores, an in his verbis Pontifex inducat praecipuum sub mortali, & respondent plures non obligare sub mortali nec eum, qui recipit, nec episcopum qui confert ordines, seu primam Tonsuram, vt praemittatur antea confirmatio, tenent hoc loco Suarez disp. 38. sect. 1. Valent. q. 2. punct. 3. Coninch. hac. q. art. 8. n. 90. & de ordine disp. 20. dub. 10. num. 103. Sotus ubi supra, Vivald. de confirmat. r. 3. 1. Victoria de ordine num. 232. Auila de censuris part. 6. disp. 9. sect. 1. dub. 3. Nauarr. in summa cap. 22. num. 9. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 48. q. 1. Molfes. tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 21. Reginald. tom. 2. lib. 28. cap. 3. num. 24. Zambran. de casibus occurrentibus, tempor. mori. cap. 2. dub. 3. num. 1. & quidam alij, dicentes nec ex decreto Concilij, nec ex alio capite impositam esse eiusmodi obligationem sub mortali.

Vnde ex his apparet non bene inferri, vt vult Caramuel

Caramuel, hoc, verbi gratia, Decretum Pontificis in aliquo disponit directiue, vel non praecipue sub mortali, ergo alia Decreta, ita etiam explicanda erunt; Diuersimodè enim pontifex in suis Decretis disponit secundum grauitatem materiae, & secundum verba, & ideo ex vno, male inferitur ad aliud. Confirmantur superius dicta auctoritate Petri Crescentij in Praesidio Romano lib. 3. numero. 57. vbi nostram sententiam superius a Caramuele allatam his verbis firmatus est, *E se bene Clemente VIII. determina. alcune cose intorno alla cura de Nouitij, non per questo fa lege obligante i Nouitij a mortale.* Ita ille.

An si non constet legem quoad forum conscientiae esse vsu receptam, quis teneatur illam seruare.

RESOLVT. XVI.

Negatiue responderet Caramuel fundam. 18. q. 3. num. 458. vbi sic ait, An possit soleatque Populus acceptare leges quoad forum exterius, & non acceptare quoad interius?

Respondet ex Diana part. 2. tract. 17. resol. 21. producendo extraneam Pij Quinti, de qua sic ille quoad praenam bullae Pij Quinti priuationis priuilegij clericalis, officij, & beneficij, &c. dico probabiliorem esse illam sententiam, quae asserit, illam Bullam non esse receptam in vsu quoad forum interius. Sic Henriquez, Auila, Sayrus, &c.

Ergo postea legiflatione dabitandum est de acceptatione, & postea acceptatione, quaerendum adhuc est qualiter lex sit acceptata, & quomodo constet esse acceptatam quoad forum interius, non est dicenda conscientiam obligare. Ita Caramuel.

Sed haec vltima verba non admitto, quia vt bene obseruat doctus, & amicissimus Bardi de conscient. disp. 6. cap. 2. §. 2. num. 5. sicuti receptio est quid facti, ita etiam negatio ipsius receptionis; Idcirco dum lex fuit promulgata, & incipit obligare, onus probandi eam non fuisse receptam, & progressu temporis euanuisse, spectat ad illum, qui hoc affirmat; Ideoque si hoc sufficeret non probatur, lex remanebit in sua possessione, & vigore.

Ergo si constat de acceptatione legis, licet non constet de acceptatione quoad forum exterius, licebit adhuc etiam in foro conscientiae contra Caramuelem; quia lex remanet in sua possessione, & vigore quoad obligationem fori interni & externi, donec contrarium non probetur, vt patet in Bulla Pij Quinti a me adducta per attestacionem illorum Doctorum asserentium non esse in foro conscientiae vsu recepta; Itaque si lex promulgetur, & recipiatur a Populo, censenda est in vtroque foro recepta, possessio enim in hoc casu stat pro lege, donec contrarium non appareat: Secus autem dicendum videtur secundum opinionem probabilem aliquorum, quando adest dubium: An lex licet promulgata, fuerit recepta, tunc enim non ligabit; licet ego contrariae sententiae adhaesi, & nunc etiam adhaereo, quia cum de lege extat pro ea praesumptio, & possessio, ergo dum constat non esse vsu receptam, obligat, ita Sanchez lib. 1. sum. cap. 10. num. 35.

Quod si dicas, lex non obligat nisi sit vsu recepta: Ergo si dubitatur an sit vsu recepta, sequitur esse etiam dubium an obliget, & per consequens nemo tenetur eam seruare, quia in hoc dubio possessio stat pro libertate.

Respondeo, legem iustam sufficienter promulgatam, ac editam ab habente auctoritatem, statim obligare subditos ad obseruationem, vt dicitur disputat. 4. cap. 3. dub. 17. quare peccant subditi, qui a principio illam non obseruant, quod constat ex vsu; Nam Princeps statim, ac lex est sufficienter promulgata, puniunt transgressores; Ergo signum est non requiri acceptationem Populi ad obligationem legis, abrogari tamen potest deinde per non vsu, vel contrarium vium, Ex quo fit in dubio, an lex sit vsu recepta, possessionem esse pro libertate subditorum, sed pro ipsa lege. Accedit, quod in dubio praesumitur lex vsu recepta, vt docent Bartol. in l. illa num. 5. ff. de verbor. oblig. Roland. à Valle conf. 90. num. 53. vol. 1. & de Lucro doris quest. 99. in fine, Iason in l. rem non nouam C. de iudic. Alexand. conf. 132. num. 2. & 3. vol. 1. Decius Conf. 649. col. pen. num. 16. Paris. de Pur. de syndic. cap. statutum col. 1. Benint. decis. 13. n. 10. Marra de iurisd. part. 4. cent. 1. casu 19. num. 19. loquens tantum de lege Principis, Cauale. tract. de iur. & curat. num. 42. Surd. conf. 58. num. 2. Gozadin. conf. 16. Macerat. lib. 1. ref. 46. n. 2. Marefcort. alios referens tom. 1. var. res. lib. 2. c. 39. n. 42. & alij.

Nec obstat dicere, legem non obligare nisi sit recepta; Igitur si dubium est de receptione, dubium etiam erit de obligatione; Ideoque stante dubia obligatione, possessio non erit pro illa, sed pro libertate.

Respondeo, negando antecedens, quia ex iusta, & sufficienter promulgata, statim incipit obligare, & exigit, vt acceptetur, atque adeo subditi tenentur illam admittere; eamque non recipientes, si eam transgrediuntur, grauius peccant, licet transacto tempore, quod ius praescribit, & posita bona fide in subditis posteris, hi excusentur si legem illam non seruent; nam ipsa lex abrogatur per desuetudinem legitime introductam. Et haec dicta sint secundum opinionem communiorum, & probabiliorem.

An vinum congelatum sit sufficiens materia consecrationis.

RESOLVT. XVII.

Negatiue videtur respondere nominatim contra me Caramuel fundam. 67. §. 1. num. 1325. vbi sic ait; Inquiro an possit consecrari vinum congelatum?

Respondet Ausonius Noctinor in summa Dianae verb. Eucharistiae materia num. 2. his verbis: Vinum si sit congelatum (vt saepe contingit in Germania, immo etiam in Mediterranea Hispania, nempe in Castella, Legione, &c.) valide consecratur, non tamen licite, & probat, quia vinum per congelationem non corrumpitur quoad substantiam, portabile enim adhuc manet potentia, quae liquefieri potest, & sumi; sed videtur haec potentia remota.

Sed ego iterum doceo, quod ex me docuit meus Compendiator Pater Antonius Cottonius ex Tertio Ordine D. Francisci vir quidem doctus, eruditus, & omni commendatione dignus; Dico igitur probabilis esse, vinum congelatum esse sufficientem materiam consecrationis, & ita hanc sententiam, me citato tenet Leander de Sacram. tom. 2. r. 7. disputat. 8. quest. 36. vbi citat pro hac opinione 23. Doctores, quibus ego addo Caspensem in cur. Theo. tom. 2. tract. 22. disputat. 2. sect. 3. num. 17. Amicum in cursu Theol. tom. 7. disput. 16. sect. 3. num. 35. Prapositum

Præpositum in 5. part. D. Thomæ q. 74. art. 5. num. 48. Mercerum de Sacram. qu. 74. art. 5. num. 4. Vigers ubi supra, Opatauium de Sacramentis tra. de Euchar. disputat. 2. q. 3. num. 32. Franciscum Lugo de Sacram. lib. 4. cap. 2. quest. 6. num. 26. Martinum de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 2. de Euchar. num. 11. Castrum Palaum tom. 4. tract. 21. punct. 4. n. 8. Baucium in Theol. moral. tom. 1. tract. 5. q. 9. dub. 4. & me citato Hieronymum Garziam in summa tract. 3. difficult. 9. dub. 1. punct. 2. num. 14. Antonium de Escobar in pract. Confess. part. 2. lib. 3. cap. 5. num. 52. Ioannem de Soriano Epilogo summarum part. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 7. §. circa materiam, Petrum à Sancto Ioseph in idea Theol. Sacram. cap. 16. resol. 1. obseruat. 4. Thomam Tamburinum ubi infra num. 11. Ioannem Pontium in curs. Theol. disp. 44. quest. 3. conclus. 1. num. 22. Pasqualigum in Theol. tom. 2. disp. 91. sect. 4. num. 26. Dicastillum de Sacram. tom. 2. tract. 4. disp. 2. dub. 5. num. 86.

Probatum, quia materia consecrationis est vinum; sed vinum congelatum est simpliciter & absolute vinum; ergo est sufficiens materia consecrationis. Confirmatur, quia non minor virtus requiritur ad consecrationem, quam ad primam productionem, ut docet probabilior sententia in 2. Physicorum: sed sanguis Christi Domini potest conservari sub speciebus vini congelati, ut dictum est. Ergo, & potest primo produci, ac proinde in vino congelato reperitur sufficiens materia consecrationis.

Sed obicitur: Vinum non est materia Eucharistiæ, nisi quatenus est per modum potus: sed eo ipso quod congelatur, non retinet modum potus: Ergo non est materia Eucharistiæ. Confirmatur. Aqua congelata non est materia baptismi, quia non est apta ad abluendum: Ergo vinum congelatum non erit materia Eucharistiæ, quia non est aptum ad potandum. Respondetur, distinguendo maiorem, vinum enim non est materia Eucharistiæ, quando non retinet substantiam vini, aut certe opus esset magna aliqua transmutatione, ut fieret opus; quia verò congelatum retinet substantiam vini, & exiguo calore aut humiditate potest ita liquefieri, ut potari possit, absolute censetur esse potus. Et sane si obiectio esset efficax, probaret nec posse sanguinem Christi Domini sub speciebus congelatis conservari, quia nunquam est Christus Dominus sub speciebus vini, nisi ut per modum potus animam reficiat. Ad confirmationem, concessio antecedente, negatur consequentia. Ratio verò discriminis est, abluitionem esse materiam proximam baptismi, & ita dum aqua ita est congelata, ut non possit abluere, non sufficere ad conficiendum hoc Sacramentum: potari autem non pertinere ad essentiam, sed ad usum Eucharistiæ, & ideo ad materiam illius sufficere id, quod est absolute vinum, & facili transmutatione liquefieri potest, ut bibatur.

Deinde, negandum igitur in nostra sententia vinum congelatum non esse per modum potus, licet difficilius poretur, & assignanda disparitas inter vinum, & uiam; quia uia, & quidquid in ea est, est cibum, & moraliter habetur ut cibum potius, quam potus: Vinum verò congelatum adhuc habetur ut potus, nec moraliter censetur in hominum æstimatione ut cibum: multum autem hoc refert ad rem moralem, & institutionem Sacramentorum, quæ moralis entitas est, licet in physicis fundata. Et quidem in die ieiunij quamuis prohiberetur sit manducare, nemo dixerit vino congelato solui ieiunium, supposita vera sententia quod nullus potus usualis frangat ieiunium Ecclesiasticum: Signum

ergo est, illud non esse cibum, ergo erit potus, & est vinum: Ergo potus vini. Nam neque esse cibum, neque potum nemo dixerit.

Ex quibus patet responsio ad argumentum Caramuelis, ut vinum congelatum efficiatur portabile esse in potentia remota; nam hoc nihil officit.

Æquè certum est conservari sanguinem Christi in speciebus congelatis iuxta communem sententiam, quam approbat Missale Romanum, præcipiens illas species liquefieri, & sumi à Sacerdote ut consecratis; quia reuera vinum per congelationem non amittit formam vini, cum post liquefactionem maneat vinum sicut antea, ex quo fit posse etiam consecrati valde, dum congelatæ sunt; neque obstat, propterea non esse potum liquidum, quia licet non sint potus facili, est tamen simpliciter potus; possunt enim potari, si prius vel alio medio, vel saltem ipsius oris calore dissoluantur; sicut etiam nuges sunt simpliciter cibum, licet necesse sit eas prius confingere, ut possint manducari. Immo in rigore etiam vinum congelatum, si paulatim deglutatur, potatur, nec soluit ieiunium siue paulatim, siue simul totum deglutatur, quia semper habetur ut potus.

Concludo igitur, quod vinum congelatum retinet eundem naturæ statum in substantia, ac si congelatum non esset, mutata solum qualitate raritatis in densitatem. Deinde, quia si vinum congelatum retinet Christi Sanguinem, quod ante congelationem consecratum erat; Ergo etiam congelatum sit, erit apta materia ad consecrationem. Consequentia est manifesta, quia utrobique requiritur eadem veritas, scilicet quod ibi sit sanguis Christi ex vi verborum.

Sed an sacerdos consecrans in vino congelato peccet mortaliter, negativè respondent Vasquez, & Hurtadus alibi à me adducti, quibus nunc addo Patrem Thomam Tamburinum opus. de Sacram. missa lib. 2. c. 8. §. 8. num. 14. Sed hæc opinio mihi displicet, nec illam prorsus admitto; & ideo Sacerdotem in tali casu peccare mortaliter docet Martinus de San Ioseph, ubi supra, cui adde Leandrum de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 8. quest. 37. Ochaguiam de Sacram. Euchar. tract. 1. quest. 9. num. 7. Præpositum in 3. part. quest. 74. art. 5. num. 49. Garziam in sum. 1. 3. difficult. 9. dub. 1. punct. 2. n. 14. Auerfam de Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 5. Fagundes part. 3. lib. 2. cap. 3. num. 10. Seram in 3. part. quest. art. 5. Vigers n. 41. Mercerum n. 4. Castr. Palaum 1. 4. tract. 21. punct. 4. num. 8. Villalobos tom. 1. tr. 7. diff. 7. n. 2. Suarez 1. 3. disp. 45. sect. 2.

Nora verò, Amice Lector, opinionem carissimi Caramuelis, quam supra impugnavimus non carere probabilitate, & illam præter Alanum, Henriquez, Armillam, Martinum, Ledesnam, Angles, & alios docet nouissimè Pater Lessius in 3. part. q. 74. art. 5. n. 24. ubi sic ait.

De vino solidè gelato dubium est, quidam enim putant esse idoneum, quæ sententia non est improbabilis. Verius tamen videtur, non esse idoneum, siue ibi sit species vini, siue non. Ratio est, quia non est portabile, sicut nec in uvis. Ita ille, sed hæc ratio iam supra satis soluta remansit.

Vnde ex solidissimis rationibus magis hanc sententiam probat, & tenet doctissimus Episcopus Araujo in 3. part. D. Thomæ q. 74. art. 5. dub. 1. n. 52. firmans vinum congelatum non esse materiam aptam pro consecratione; Sed tu ne deseras opinionem affirmatiuam, quæ supra firmavimus, est enim communior, & magis validis vallata rationibus, ex quibus

quibus responderetur facile ad ea, quæ in contrarium aduersarij adducunt.

An sit peccatum mortale administrare Sacramentum extrema vnctionis sub his tantum verbis; Per istam vnctionem indulget tibi Deus quidquid deliquisti.

RESOLVT. XVIII.

Tractat hoc dubium Caramuel fundam. 68. §. 11. num. 1330. ubi sic ait.

Peto primò an peccet, qui in administratione huius Sacramenti vtriusque forma essentiali, omittit verbis omnibus accidentalibus, puta qui tantum diceret, Per istam vnctionem indulget tibi Deus quidquid deliquisti. Affirmatiuè responderet Diana part. 2. tract. 4. resol. 175. §. notandum, & resol. 180. & ex eo Antonius Noctino in summa verbo Extr. Vnctio. numer. 12. sed cur; An quia vtriusque forma probabilis? An verò quia omittit verba præcepta? si prima valeat ratio, scire vellem; cur non possit vtriusque opinione probabilis in administratione Sacramenti? Et si secunda, an sit mortale? (Immo an sit veniale?) omittite pauca verba præcepta. Ita Caramuel.

Sed ego respondeo in administratione Sacramenti extremæ vnctionis non sufficere formam adductam à Caramuele, nam apud Doctores tres solum sententias probabiles inuenio circa præsentem questionem.

Prima sententia docet, vnica sufficere vnctionem in quavis corporis parte, sub vna tantum forma, exprimente omnes corporis sensus.

Secunda sententia affirmat ad validitatem huius Sacramenti necessarias esse quinque ad minimum vnctiones in Oculis, Auribus, Naribus, Ore, Manibus; omnes tamen vnctiones adhiberi posse sub vna tantum forma æquivalente omnibus formis partialibus, ut si quis vngendo oculum, aurem, narrem, os, manum dicat: Per istas sanctas vnctiones, & piissimam misericordiam indulget tibi Deus, quicquid per visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum deliquisti.

Tertia sententia docet ad validitatem huius Sacramenti necessarias esse ad minimum quinque vnctiones in quinque corporis sensibus, cum quinque partialibus formis, respondentibus singulis vnctionibus.

Et omnes has tres sententias esse probabiles putat Amicus ubi infra; sed primam, & secundam admittit tantum tempore necessitatis in morbis contagiosis.

Sed forma adducta à Caramuele in illis verbis: Per istam vnctionem indulget tibi Deus quicquid deliquisti, non includitur in formis superioribus expressis, quia in forma Caramuelis nulla efficitur mentio de sensibus corporis. Ergo.

Sed dato, & non concessio, quod forma Caramuelis esset sufficiens pro validitate Sacramenti, quod ego nego, & me citato negat etiam nouissimè Leander de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 2. quest. 21. cum alijs.

Adhuc dicendum est contra Caramuelem; Sacerdotem ministrantem cum illa forma peccare mortaliter, ut ego docui, & ideo Amicus in curs. Theol. tom. 8. disp. 19. sect. 4. num. 71. sic ait; Dico in tam pro consecratione, tertia est omnium tutissima, & in praxi saltem sub præcepto seruanda, quando nulla vrget grauis necessitas: quod euidenter pro-

bat vniuersalis Ecclesiæ Praxis, & sentiunt ipsamet citata Pastoralia, & Doctores omnes contrariæ sententiæ, qui solum docent in morbis duntaxat contagiosis & peste grassante ad evitandum periculum infectionis seruari posse ritum secundæ, vel primæ sententiæ, ceteroqui necessitate non vrgente semper seruandam esse communem praxim Ecclesiæ iuxta tertiam sententiam explicatam. Ita ille.

Qui etiam postea sect. 5. num. 87. hæc subdit, Deum an necessarium sit in formam exprimere omnes sensus, aut sufficiat vnum tantum, vel nullum; dicendo: Per istam vnctionem indulget tibi Deus quidquid deliquisti. Constat ex iis, quæ docuimus sectione præcedente, an scilicet de essentia huius Sacramenti sit omnes sensus, an sufficiat quantumque corporis partem inungere. Omnes tamen Doctores notant tam verba, quæ diuinam misericordiam, quam quæ omnes sensus exprimunt sub præcepto proferenda esse, ut habet communis praxis vniuersalis Ecclesiæ, à qua recedere sine vrgente necessitate, graue peccatum est. Ita Amicus.

Qui ad interrogationes Caramuelis satis respondet, & satisfacit. Vide etiam Castrum Palaum 1. 4. r. 26. punct. 5. num. 4.

Et quidem in forma Caramuelis peccatum non veniale, sed mortale adesse omnino dicendum esse puto, quia licet Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 28. num. 16. & alij censeant, illas particulas per visum, per auditum, &c. non esse de essentia formæ, & de necessitate Sacramenti, quod etiam ex Coninch. Bonacina, & Tannero obseruat Hurtadus de Sacram. i. de extrema vnct. difficult. 7.

Tamen communiter tenent contrarium, & obseruant Præpositus, Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. 1. tract. 1. de extrema vnctione n. 18. qui malè me citat pro sententia Reginaldi, Lessius in 3. part. quest. de Sacram. extr. vnct. dub. 6. num. 13. Granadus in 3. part. contr. 8. tract. 1. disp. 7. num. 9. & alij.

Ergo dicendum est contra Caramuelem, si aliquis relinqueret illas particulas peccaret necessario mortaliter, quia ex earum omissione Sacramentum redderetur dubium, ut optime obseruat Præpositus in 3. part. D. Thomæ quest. vnica. de Sacram. Euchar. dub. 4. n. 25. ergo, &c.

Confirmatur nostra opinio, quia ut in superior resolutione probatum est, secundum sententiam probabiliorum vinum congelatum est apta materia consecrationis, & tamen hoc non obstante, si aliquis Sacerdos ita consecraret, peccaret mortaliter, ut ex communi Doctorum sententia supra probatum est. Ergo licet opinio Caramuelis esset probabilis de forma extremæ vnctionis; tamen hoc non obstante, si sacerdos ita vngeret, dicendum est, quod peccaret mortaliter.

Nam in te graui à communi consuetudine Ecclesiæ recederet, & periculo non conficiendi valide Sacramentum se exponeret, & ita in nostris terminis loquens de forma extremæ vnctionis, si relinqueretur particula misericordiam, docet Reuerendissimus Candidus tom. 4. disquis. 3. articuli. 2. dub. 33. Syluius in 3. part. quest. 29. art. 9. §. expressio. Nugnus de Sacram. 2. quest. 29. num. 9. diff. vnica, & alij.

Vnde non deseram hic apponere verba Petri à Sancto Ioseph in idea Sacram. cap. 3. ref. 3. sic afferentis; Terribè obseruandum probabile mihi esse ad essentiam formæ non spectare, ut sensus, qui vngitur

vingitur nominetur, sed sufficere ad valorem Sacramenti, si dum oculus, verbi causa, vngitur, Sacerdos dicat, per istam sanctam vñtionem, &c. indulgeat tibi Deus quicquid peccasti, & idem in aliis sensibus repetat, eos minimè exprimendo. Sicut enim in forma confirmationis frons non exprimitur, etsi illius vñtio sit essentialis, ita quatinus vñtio sensuum sit necessaria ab substantiam huius Sacramenti, non sequitur quod in forma sensus essentialiter exprimi debeant.

Confirmatur: Nam si dum oculus vngitur proferat Sacerdos formam modo iam dicto sufficienter indicabit se à Deo petere, vt remittat ægroto quicquid per visum peccabit, & sic de aliis. Immo si inter vngendam omnes sensus dicat Sacerdos verba illa tantum semel: Per istas sanctas vñtiones indulgeat tibi Deus quicquid peccasti, probabile est Sacramentum valere propter rationem iam dictam: quia scilicet sufficienter videtur peti remissio peccatorum omnium, quæ à quinque sensibus originem duxerunt.

Moneo tamen standum esse praxi, & consuetudini Romanæ Ecclesiæ, quæ sensum qui vngitur nominat, & formam quinquies repetit, mutato vnico verbo. Indè enim sufficienter colligitur hunc ritum cadere sub præcepto, quia consuetudo habet vim legis, & non esse immutandum, nisi extrema necessitas, quæ legem non habet, exigeret interdum, vt mutaretur. Hæc à Sancto Ioseph. Quæ quidem verba, vtentem forma Caramuelis, peccare mortaliter demonstrare videntur; nam ex ipsa violaretur praxis, & consuetudo Ecclesiæ in ritu graui circa essentiam Sacramenti: Ergo.

Dico itaque doctissimo Caramueli, Sacerdotem administrando Sacramentum extremæ vñtionis cum forma ab ipso præscripta peccare quidem mortaliter ex superius adductis, & ex doctrina adducta à Sanchez de matr. lib. 3. disput. 20. num. 4. & aliis nempe esse mortale amplecti opinionem probabilem circa formas, & materias Sacramentorum, relictis certis & præscriptis ab Ecclesiâ, prouenire non ex defectu opinionis, & ratione periculi, & irreuerentiæ Sacramenti; Sed quia contrauenitur Ecclesiæ consuetudini, quæ vim præcepti habet.

An Religiosus peccet mortaliter, si per breue tempus retineat apud se rem donatam, quia vult petere licentiam à Provinciali v. g. vel nono Superiore.

RESOLVTIO XIX.

NEGatiuè ego olim respondi, sed nominatim contra me insurgit Caramuel fundam. 3. 2. numer. 5. 2. 4. vbi sic ait: An breuitas temporis excuset à peccato mortali?

Diana part. 1. tract. 6. resol. 42. agens de paupertate, respondet assertiuè: cuius hæc verba sunt: Notandum est etiam, quod si talis Religiosus absolute recipiat pecuniam (nimirum in iocio Abbate) sed ad breue tempus retineat, vt quia expectatur nouus Prælatus, vel scribat statim Genetali, vel Provinciali pro licentia, peccabit tantum venialiter, & subscribit hæc esse valde notanda, quia multum practicabilia.

At ego propter alias circumstantias fortè excusari hunc Religiosum posse existimo; at à temporis breuitate posse sumi excusationem, non video: illi enim ne vna quidem hora (immo neque vno momento) licet esse proprietario. Ita Caramuel.

Sed poterat amicissimus vir sententiam nostram interpretari, vt alij postea interpretati sunt, & ego de facto intellexi.

Sentiat itaque Hieronymum Garziam in politica Regulari tom. 1. tract. 4. part. 3. difficult. 5. dub. 3. numer. 10 vbi sic ait: Finalmente quando me ofrece el dinero el dante, si yo lo acepto como mio, pretendiendo tener derecho à el, es certissimo que peccare contre votum, por mas que se quede penas dantem; por que acceptat dominio sin licentia y a feue que es contra votu, y assientan en esto los Authores citados Diana part. 1. resol. 42. citada, Sanchez n. 5. defendem que si yorecibo de afuera de casa vna cosa, con animo de no vlarla sin licentia, però no quiero pidirselà al superior inmediato, sino al Provincial, ò General; que si espero breuemente esta licentia que podrè hazerlo sin peccar mortalmente contra el voto, però no tengo de acceptar el dominio, sino dexarlo en poder del dante hasta que venga la licentia, y en el interim la tendre como en deiposito. Ita ille.

Cui adde Eminentissimum Lugo de iust. tom. 1. disp. 3. sect. 8. num. 151. sic asserentem, infero quòd quid dicendum sit de Religioso accipiente rem animo non vtendi absque licentia; sed tamen vult illam à Prælato mediato petere, quem breui expectat, vel eius litteras; quo casu Sanchez n. 5. quem sequitur Diana loco citato resol. 42. cum aliis, dicit, non esse peccatum mortale, si breui tempore speretur licentia. Ego quidem puro id totum posse sine violatione voti obtineri, si iuxta superius dicta debito modo fiat, hoc est, non habendo intentionem acceptandi vllò modo tem illam, vel ius aliud ad eam, sed relinquendi totum ius penes ipsum donantem, donec licentia habeatur; tunc enim etiam per longum tempus possit retineri quasi in deposito. Si tamen acceptetur absolute absque licentia, plus scrupuli est, quia licet tempus quo retinetur sit breue, & ex eo capite videatur materia leuis: Ipsa tamen acceptio absoluta videtur esse actio fati grauis, & non facile superior adiri, & licentia obrineri. Credo tamen communem modum acceptandi esse solum conditionatum, hoc est acceptandi, si Prælatus consenserit, qui modus licitus est.

Hæc Lugo, & iterum ego: nec aliter in verbis à Caramuele adductis intelligere volui, & hanc sententiam præter Doctores adductos tenet etiam, me citato Leander à Murcia in regulam D. Francisci quest. 23. super cap. 6. num. 6. & confirmatur ex alio dubio, quod apponit idem Leander num. 2. vbi sic; ait: Preguntase lo segundo, si el Religioso pecca contra la pobreza, tornando alguna cosa de la comunidad, ò de algun lugar publico con intencion de aprouecharse della por vnos pocos de dias, y de bol verla luego à su lugar? Respondeo que este tal Religioso no pecca alomenos grauamente contra la pobreza, porque no es su intencion quedarle con la tal cosa, ni vstar della absolutamente contra la voluntad del Prelado: y quando en el vfo de aquellos pocos dias se à el Prelado inuoluntario, no puede ser la materia graue, porque ni el dicho vfo es absoluto, ni por mucho tiempo.

Cuius quidem vltima verba contra Caramuelem nimis faciunt, ex patuitate enim temporis excusationem admittit, quod potest confirmari ex cap. nam & ego de verbor. significat. quæ verba sunt Salomonis cap. 4. Prouerb. sic dicentis: Nam & ego vnigenitus sum coram matre mea, per hæc verba proponit sanctus Hieronymus dubium, qua ratione Salomon

Salomon dicat se vnigenitum, cum habuerit fratrem alium vterinum anre se? & respondet, quia ille nuper natus, statim è vita decessit, idè se habuit ac si natus non fuisset, & ex hoc notat glof. non videri factum, quod non durat factum.

Deinde ablatio, verbi gratia vnus obuli inuito Domino est factum completum, leue tamen, & comestio vnus aut alterius buccellæ carnis die veneris physicè loquendo, est completa comestio, nihilominus leuis erit in genere moris, & ommissio vnus aut alterius orationis Angelicæ, aut Dominicæ per votum Deo promissæ est completa fractio voti, non autem erit grauis sed leuis, & sic in sexcentis aliis similibus id reperiemus.

Sed ego, vt dixi in illis verbis à Caramuele adductis non aliud intelligere volui, nisi quod dixit Cardinalis Lugo vbi supra.

An Religiosi possint defendere suum honorem, occidendo inuasorem.

RESOLVT. XX.

HANC quæstionem, dubitatione tamen agitauit pro affirmatiua sententia Pater Amicus; Ego autem ea, qua decebat modestia, agendo cum viro sapientissimo, illam olim reprobaui, nunc verò Caramuel illam acriter defendit in Theol. fundam. & fundam. 5. §. 4. numer. 1141. quærit vtrum digna sit aliqua censura, atque possit merito prohiberi ne imprimatur doctrina Petri Nauarræ lib. 2. de restit. c. 3. à num. 37. & Sayri l. 6. de censuris cap. 7. n. 23. sub illis terminis, sub quibus traditur à Francisco Amico tom. 5. disp. 36. num. 118.

Errespondit negatiuè, & postea n. 1145. nominatim contra me inuehitur.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam nouissimè approbavit sacra Cõgregatio indicis, in qua Eminentissimi Cardinales post multa discussa, & audita, sententiam supradictam Parris Amici à suo opere deleri censuerunt, & eius totum quintum inter libros prohibitos apposuerunt, vnde etiam contra talem sententiam acriter insurgit doctus, & pius pater Magister Lezana in suis eruditis consultationibus consult. 30 per totam, post adductas multas rationes num. 16. sic ait, dictum huius Authoris omnino videtur reprobandum, quatenus asserit licere Clerico, vel Religioso occidere calumniatorem graui crimina de se, vel sua Religione minantem spargere. Et multò magis dum dicit tunc non videre superpetere alium modum defendendi honorem, quando calumniator est paratus infamare publicè, accoram grauissimis viris religiosum vel religionem.

Primò quidem propter dicta, quæ in hoc puncto efficacius probat, cum multo minus sit minari, quam inuadere. Secundò, quia non licet occidere minantem mortem, vt bene Malderus in 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 7. Diana supra res. 10. ergo multo minus licebit occidere minantem infamare, Tertio, quia adhuc de communibus fidelibus loquendo, probabilissima sententia est, & in praxi sequenda, non licere occidere eum, qui paratus est falsum testimonium contra aliquem dicere, aut eum falsè apud iudicem accusare; etiam si alio modo obuiari id non possit. Prout tenent Sorus, Cord. Salon, Turrianus, Syluest. Vasquez, Lessius, Rodriguez, Conitich, quos referunt Cardinal. Lugo de iust. & iur. tom. 1. disput. 10. sect. 7. Diana 3. part. tract. 5. resol. 97. & 5. part. tract. 4. resol. 7. & part. 8. tract. 7. resol. 61. multo Anton, Diana Pars XI.

ergo minus licebit Ecclesiasticis, qui mansuetudinem Christi imitari debent, propter minas solum infamæ inferendæ, aliquem occidere. Quartò, quia ex communi DD. tunc solum licet occidere aggressorem in sui defensionem, quando id fit cum moderamine inculpata tutelæ, & tunc obseruatur hoc moderamen, quando spectatis circumstantiis loci, temporis, & personarum, nullum aliud medium superest ad euitandum illud damnum, quod iniustus aggressor infligere vult, nisi illum occidere; tunc enim iura id permittunt l. vi vim ff. de iust. & iure, l. vim vi, & l. 3. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. c. signific. 2. §. vlt. de homicid. c. si verò primo, de sent. excomm. vbi Alexander Papa dicit vim vi repellere, omnes leges omniæque iura permittunt: Sed in casu præfenti, & de quo hîc author, plures modi suppetunt ad euitandam ignominiam, & infamiam præter occisionem ipsius; ergo non potest occidi; minor pater, tum quia potest minator minas non implere, & idè minæ solum inducunt iustum metum, si fiant à tyranno, vel homine pestilentiōso, Bartol. in l. 3. ff. ex quibus causis ma. vel à persona verisimiliter timenda, Glossa, & Barr. ibidem, vel à persona potente, & consueta malè facere; non si sit solita multa dicere, & pauca facere; nec si sit elusor, cuius minæ non sunt timendæ, Bartol. in l. metum, quod metum causa. Vnde si is, qui minatus est fit abiectus, & demissi animi, non præsumitur contra ipsum, vt est textus l. 1. c. si quis imper. maled. & ita communiter teneri dixit Imola in l. final. col. penult. vers. vltimo inducit ff. de heretic. insit. quem sequitur Antonius Blauchus in l. final. num. 183. ff. quest. & Menochius de arbit. iudic. cas. 361. num. 39. ac Malcatà. de probat. vol. 1. concl. 98. n. 9. & 10.

Tum secundò, quia potuit iste minari ex iracundia, minæ autem, quibus aliquis ira feruens, & iracundia impulsus vsus est, attendendæ non sunt, l. 1. vbi Angel. C. si quis imper. maled. facit l. ob hæc verba ff. de his, qui no. infam. traditur in l. quod calore ff. de regul. iur. in c. si quis iratus §. notandum 2. q. 3. Paris. conf. 54. num. 32. vol. 4.

Tum tertio, quia esto quòd adimpleat promissum, nihilominus viri graues, regulariter loquendo, non præstant fidem detractoribus, maxime de personis Ecclesiasticis detrahentibus, sed potius cordate, & maturè animaduertunt eos sæpè decipi, & decipere, inuidia & passione agi, rem exaggerare, & ex musca elephantem fingere, ac propterea timent illud Ecclesiast. 16. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur, id est erit modicus mente, vt ait Arabolicus, vel amens, vt vertit Syrus. Non ergo propter vanum istum timorem de contrahenda infamia apud graues viros licere poterit Religioso occidere sic minantem.

Præterea quartò, quia esto quòd illi credant detractori; adhuc super sunt multa media ad tollendam hæc ignominiam; asserendo videlicet dixisse falsum, constare oppositum, esse maledicum, &c. non ergo ad tollendam illam suppetit vnicum solum medium, scilicet mors calumniatoris, quæ alioquin est malum irremediabile, & priuatio maioris boni, quàm ignominia ipsa. Ad quod etiam quinto descendit doctrina Suarez in tom. de fide, spe, & charitate disputat. 13. de bello sect. vlt. num. 5. vbi inquit, quòd calumnia, quæ timetur inferenda Religioso non debet propulsari tam violenta, & truculenta vi, qualis est occisio suspecti calumniatoris, sed veritatis manifestatione.

Et hæc omnia docet Lezana contra Amicum, & per consequens contra Caramuelem, qui etiam

videat Pasqualigum in *quest. can. cent. 1. quest. 3. 2.* & in *Decisionibus moral. decis. 441.* in quibus locis sententiam à docto Caramuele defensam, impugnat; Sed quia de tali quaestione habemus Oraculum sacrae Congregationis, non est amplius de illa dubitandum.

An in officio diuino sit ea materia parua, quae est minor octaua parte.

RESOLVT. XXI.

Afirmatiuè respondet nominatim contra me Caramuel *fundam. 5. 3. §. 4. num. 190.* vbi sic ait; Oportet vt de physicis, ita etiam de moralibus philosophatis; si enim daretur vel vna virtualis formalitas, quae careret fundamento physico, illa esset chimæra, non moralitas; cum igitur in hoc videantur conuenire Philosophi quod qualitas diuidatur in octo gradus, nonum, decimum, &c. nondum schola admisit, videtur consequentia doctrinae postulare, vt eodem modo de moralibus philosophantes, dicamus totum officium diuinum componi octo partibus, & qui vnam integram omittat peccare mortaliter, non qui octauæ partis partem; Porro Medici totum quatuor partibus constituunt, Arithmetici decem, Geometrae olim sexaginta, iam centum millibus, &c. Astronomi circulum diuidunt in duodecim, signum in triginta (Alphonsus Rex in sexaginta) gradum in sexaginta, &c. sed cur Caramuel, Philosophos sequutus est, non Medicos, non Arithmeticos, non Geometras, non Astronomos? quia Theologia moralis subalternatur philosophiæ, non medicinæ, non Arithmeticæ, non Geometriæ, non Astronomiæ.

Adde viros doctissimos consultos fuisse à Caramuele de hac materia, eosdemque omnes diuersas habuisse sententias, at nullam rationem aliquam fundamentalem. Ipse conatus peccatorem ad prima fundamenta reducere, putauit ex philosophicis intentionis gradibus posse fundamentum desumi cui resolutio inisteret. Posito illo fundamento, cætera necessario sequuntur, qui transglutire consequentias illas non velit, oportet, vt aliis fundamentis insistant. Sed quibus? nulla habent, sed tantum dicunt, sic videri. Dignetur Diana dare alia meliora fundamenta, & illa statim admittat Caramuel, & ad mentem ipsius dialecticabitur: quod si nemo hucusque præter Caramuelem, fundamentaliter hanc quaestionem decidit, videretur debere eius studio, & ingenio gratias agi, eiusque doctrinam aduersariæ præponi; aliud enim est dicere, vt puto, sic videtur, & aliud omnino sic probatur: quoniam opinio, quæ ratione caret, & solo timore subsistit, etsi omnium sit, relinqui debet inuenta ratione in contrarium. Hucusque Caramuel.

Itaque ipse firmat, quod totum morale non habet nisi octo partes, quia omnium philosophorum decreto octo gradus componunt totum calorem, nec vllus vnquam agnouit nouum, aut decimum, &c. & concludit, quod pars minor octaua sit pars partis, atque adeo parua materia, & secundum hanc regulam in pluribus casibus decernit de paruitate materiæ.

Sed hanc doctrinam nominatim contra Caramuelem late impugnat Pater Pasqualigus in *quest. canon. cent. 1. q. 29. per totam*, vbi sic ait.

Si hæc regula admittenda esset, sequerentur infinita absurda in materia morali; & primò quando Philosophi diuidunt totum in octo partes, seu gra-

du, loquuntur solam de toto intentionis, & quatenus est effectus naturalis agentis, quia nimirum considerando totam illam intentionem, quam naturale agens poreff in qualitate producere, diuidunt in octo gradus, & sumunt octauum gradum pro illo summo, quod potest producere naturale. Neque tamen hinc sequitur, quòd intentio non possit absolute excedere octauum gradum, nam secundum illos, qui ponunt gradus homogeneos, poterunt due qualitates, vt octo poni in eodem subiecto, & tunc intentio diuidetur plusquam in octo partes: gratia, & charitas poreff crescere vltra octauum gradum, quia potest semper augeri, vt augebatur in Beata Virgine, & aliis Sanctis, præsertim in confirmatis in gratia, qui quotidie eliciebant actus intensissimos, & consequenter merebantur notabile augmentum gratiæ, & charitatis. In aliis autem totis admittunt communiter plures quam octo partes, vt constat in toto quantitatiuo, vt in numero, tempore, & in quantitate continua.

Deinde necesse est applicat doctrinam de solis octo gradibus in intentione assignatis, pro assignanda paruitate materiæ in toto morali, quia totum morale imitatur totum quantitatiuum, non verò totum intentionem. Paruitas enim materiæ non habet locum nisi in his, quæ diuidi possunt quoad materiam, circa quam actus versatur, atque adeo quæ se habent quantitatiuo modo. In toto autem quantitatiuo partes non sunt determinatæ quoad numerum, sed possunt semper multiplicari secundum varias diuisiones, & ideo aliunde mensuranda est paruitas materiæ, & non ex eo, quod sit minor octaua parte, & si in aliquibus contingit quòd pars minor octaua si paruitas materiæ, est per accidens, & aliunde hoc habet, & non ex eo, quod sit quid minus octaua parte.

Absurda autem, quæ sequuntur ex hac doctrina infinita sunt. Si quis furaretur mille aureos, aut vi sumptos ex massa decem millium, non peccaret mortaliter, quia furaretur aliquid minus octaua parte, atque adeo in paruitate materiæ. Si quis ex voto deberet decies ieiunare, si nouies tantum ieiunaret, non peccaret mortaliter, quia omitteret paruitatem materiæ promissæ, nam omitteret aliquid minus octaua parte. Si quis in die ieiunii potens comedere octo libras carnis, comederet vndecim vncias, non peccaret mortaliter, quia comederet in paruitate materiæ. Si quis ingrederetur clausuram monialium minus octaua parte spatij totius Monasterij, ingressus esset cum paruitate materiæ; atque adeo non peccaret mortaliter. Si quis abscinderat digitum alteri, non peccaret mortaliter, quia lædet in membro, quod est minus octaua parte corporis, & pars partis, atque adeo paruitas materiæ, & eodem pacto, si inductio fiat per cætera semper multiplicabuntur absurda.

Et hæc omnia docet Pasqualigus aduersus regulam Caramuelis. Et licet hanc Caramuelis sententiam me citato, adducat Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. l. 2. tract. de oratione num. 5.* tamen non audeat illam approbare, sed iudicium relinquit viris doctis.

Notram verò sententiam circa paruitatem materiæ quoad præceptum horarum canonicarum etiam tenet, me citato nouissimè Hermanus Busenbaum in *medulla Theologiae moralis 1. 4. cap. 2. dub. 2. artic. 2. n. 2.* & me citato, Roccaful in *praxi Theologiae moralis tom. 1. part. 2. l. 3. de oratione vocali c. 11. num. 266. & alij.*

An

An nolentes confiteri possint à Medico curari.

RESOLVTIO XXII.

Negatiuè respondet nominatim contra me Caramuel in *Theologia fundamentali fundam. 5. 5. §. 2. n. 139.* vbi sic ait: Pius Quintus anno Domini 1566. euulgauit Bullam, quæ incipit *super gregem*, &c. Et in illa præcepit ne Medici vltra tertium diem visitent ægrum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem confessarij in scriptis exhibitam, &c. Quo illa modo obligat Diana *part. 3. tract. 4. resol. 93.* perdoctè expendit, sed quia supposita obligatione adhuc laxè pronunciat, non erit animus examinare an obliget? Vbi, & quando? Sed quid facere possit Medicus ex suppositione quòd obliget? Dianam audiamus; Dixit quòd si æger in probabili mortis periculo constituatur, non est deferendus à Medico, etiam si pertinax sit in tenenda confessione. Immo addit, idem dicendum fore, quoties Medici absentia esset grauiter ægro nocitura. Subiungit, quòd quando creditur certò, mortionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, nec teneri Medicum eum deferere, nec admonere, & allegat pro se Sanchez, Villalobos, Barbosam, Siluiumque.

At ego rationem asserendi hæc non video, immò puto hæc omnia satis clarè insinuare, hanc opinionem Dianæ Bullam, etiam vbi acceptata est, Medicos non posse obligare in conscientia, quod ipsum falsissimum est, datur enim in Republica, qua Ecclesiastica, & qua seculari auctoritas præcipiendi aliqua sub pœna capitis, & vltima condemnatione sententia, hæretici ab Inquisitoribus, & à Principibus alij scelerari: Cur igitur non poterit præcipi confessio vltima sub pœna capitis? & si poterit cur non eriam sub pœna carenti Medicis, & Medicinis: non solum in eo casu, quo illi, & istæ requirantur ad melius, sed in casu etiam (possibili, aut impossibili) quo præciteretur certò ægrum sine Medico moriturum? Ergo in tali casu Medicus non teneretur iuare ægrum quæ proximus ex charitate, non quæ Medicus ex officio, qui enim à Principe vltima condemnatione sententia, non debet priuata pietate iuuari. Ita Caramuel.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, nec vrgent ea, quæ contra me asserit Caramuel; quia ego non adhæsi opinioni affirmatiuæ, quatenus Republica Ecclesiastica non possit præcipere confessionem vltimam sub pœna capitis, & sub pœna carenti Medicis, & Medicinis; sed dictam sententiam tenui, quia putauit non fuisse latum præceptum in casu, quo æger ex desertione Medici poneretur in probabili periculo mortis, & sic intelligendam esse Bullam Pij Quinti ex praxi, & obseruantia subsequenti, & ex Doctorum opinione existimo.

Nam Summus Pontifex in tali casu aliquid noluit intendere, aut præcipere; Vnde præter Doctores à me citatos, nostram sententiam docet Castus Palaus *tom. 3. tract. 14. disp. 2. pun. 7. §. 4. num. 5.* & Fagundez in *Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 14.* vbi sic ait; Si autem admonitus æger confiteri nolit, iubet expressè Pius Quintus in suo motu proprio edito anno 1566. incipit (vt iam diximus) *super gregem Dominicum*, vt Medicus infirmum deferat, qui post tertium diem à monito transactum fidem non fecerit suæ confessionis per schedulam confessarij, quasi eam pœnam iustissimè imponat.

Anon. Diana Pars XI.

ægro nolenti sua peccata facta confessione expiare, vt doctè ait Suarez *dicto tom. 4. in tertiam part. disp. pun. 3. sect. 3. num. 5.* nisi ex desertione Medici constituatur æger in probabili mortis periculo, tunc enim, etsi pertinax sit in recusanda confessione, deferendus non est, quia contra charitatis ordinem videretur non opem ferre ægro in ea necessitate posito corporis & animæ, quia fortè desperans obibit, & forsasse Medico non deferente sanitatem comparabit aut morbo ingrauescente, confessionem suscipiet. Ita docet Sanchez post motum Pij Quinti, & ante illos, & prædictum motum Pij Quinti id iam docuerunt D. Anton. 3. part. tit. 7. cap. 2. §. 4. Angelus *verbo Medicum n. 8.* & ibi Syluester *qu. 3. dicto 2. Annull. num. 1.* Tabiena *verbo Medicina quest. 11. num. 12.* & quamuis ante motum proprium Pij Quinti id docuerint, attento solo decreto capitis, *Cum infirmitas, de pœnis. & remis.* illorum tamen ratio locum etiam habet post motum proprium Pij Quinti, nam si ea desertio est contra charitatem, nihil contra charitatem intendere debuit Pius Quintus in suo motu proprio. Ita Fagundez, cui adde Fragosum *de Republica tom. 1. l. 5. disp. 13. §. 9. n. 22.* Escobar de Mendoza in *Theol. mor. tr. 1. exam. 7. c. 3. n. 86. in fine.*

Non deseram hic obiter adnotare, aliquos docere teneri Medicum per se, vel per alium nunciare mortem infirmo, quam præcognouit cito, & certo venturam, quando talis prænunciatio proderit valde animæ infirmi, nec adhuc disposuit de bonis suis, & confitebitur si fortè habuerit conscientiam de mortali, in quo euentu tenetur; secus si probabiliter credit, quod prænunciatio mortis parum, aut nihil profutura sit infirmo; eo quod de bonis animæ, ac fortunæ iam disposuerit; tunc enim damnosa erit corpori, semper tamen bono corporis, bona animæ sunt præferenda. Ita Ioann. de Neapol. *quodlib. 11.* quem sequitur Tabien. *verbo Medicum numero 15.* & Syluester. *eodem verbo num. 4. vers. quartum*, vbi subdit ad id teneri Medicum, etiam quando dubitat an hæc prænunciatio profutura sit necne, quia in dubio debet, si potest commodè hominuertere à proximo suo damnum notabile. Quare non est standum dicto Galeni, dicentis Medicos erga infirmos deploratis debere semper sanitatem spondere, quia hoc non procedit, nisi quando nunciatio esset valde nocua: vel potius dicendum est Galenum fuisse loquutum tanquam conscium vitæ temporalis, & omnino vitæ spiritualis ignorantem. Sic Syluest. *suprà.* Vide Fragosum *vbi supra num. 224.*

An sit licitum se ipsum castrare, non solum ad suauitatem vocis conseruandam, sed etiam ad superandas tentationes carnis.

RESOLVTIO XXIII.

Afirmatiuam sententiam contra me tenet Caramuel in *Theol. fundament. fundam. 5. 5. §. 9.* per totum, vbi inter alia sic asserit; Homo est usufructuarius vitæ suæ; Patet: esset enim nimis infelix si inter alias miseras quibus inficitur, etiam haberet hanc, quòd esset suæ vitæ mancipium, illique deberet vniuersa præponere: habet enim homo etiam infamis, animam, quam debet præponere vitæ, & nobilis honorem, quem pretiosior vita fatentur omnes qui ex bonis parentibus nati.

Hinc est hominem non posse vitam prodigere, posse expendere, quod fecerunt Martyres, faciunt,

& milites, & suo etiam modo confessores, qui vitæ annos austeritate, & rigore Monasticæ conuersationis abbreviant: Corpus enim Antonij, Pauli, Hilarij, &c. Augustini, Benedicti, Bernardi, Dominici, Francisci, Ignatij, &c. non vt Medici, sed vt Monachi Religiosi tractantur. Hucusque Caramuel.

Ex quibus elicit duas consequentias, prima: Cùm igitur melior sit cantor, quam Eunuchus, colligitur pueros posse ad conseruandam vocis suauitatem castrari. Pater, nam aduersarij ipsi non negant magno debere fieri vocis excellentiam, vocis securitatem stipendij opulentiam, & apud Reges, & Principes auctoritatem. Et hæc consequentia satisfacit quæstioni primæ.

Secunda: Cùm etiam non iam maximi sed summi debeat fieri conscientia tranquillitas, & securitas, colligitur hominem, qui aliter nescit carnis tentationes superare, posse seipsum castrare, vt vel sic reddat suam salutem securam; colligitur ex præcedentibus.

Dices, melius est nubere, quam vri, dixit Paulus melius est castrari, quam vri, non dixit: Ergo in tali casu nubere debet, et autem castrare non debet, immò nec potest, Et respondeo Paulum agere de hominibus, qui possunt matrimonium contrahere, non de illis qui voto solemnij, aut alio legitimo impedimento sunt incapaces, vt id contrahant, & hinc noua oritur difficultas, quæ rogat, An adolescens cælebs, qui potest matrimonio legitimo incendium concupiscentiæ extinguere, possit matrimonio relicto ad remedium castrationis recurrere? Nolo omnia soluere, & idèd inrer alias, hanc etiam quæstionem Lectori decidendam relinquo. Hæc ibi Caramuel.

Sed ego profus puto non esse recedendum à conseruata sententia, quam olim docuit, & præcipue quoad vltimam consequentiam, cum sit communis inter Doctores, & in rerum graui, & tam acriter discussa in Ecclesia Dei propter factum Origenis ad annum 230. qui pro seruanda castitate se castrauit, quamuis discipuli eius, teste Baronio dicant pharmaco fecisse, non abscissione. Et Epiphanius *heresi* 58. narrat, Valerios nona permisisse suis esum carniuum, antequam se castrarent.

Dico igitur primo cum D. Thoma in 2. 2. quæst. 65. artic. 1. quòd quando membrum aliquod est infectum, & corruptiuum totius suppositi, vt si cancer inuaserit, aut vipera momorderit, nec sit præsto aliud remedium, potest quis etiam licite sua priuata voluntate curare membrum illud abscindi. Ita quoque docet D. Thomas loco citato, & alij passim omnes. Ratio reddi potest, quia membra sunt propter bonum totius; quando igitur membrum aliquod toti corpori adduceret perniciem, ratio naturalis dicitur, illud rescindi, & abici posse; Immo obligatur quis permittere sibi membrum secari, si Medici id indicent necessarium ad vitæ conseruationem, modo absque magnis doloribus fieri possit, vt cum alijs tradit Soto 1. 5. quæst. 2. artic. 1.

Dico secundò non tantum quando propter intrinsecam membri indispositionem siue infectionem, requiritur eius abscissio ad hoc, vt suppositum conseruetur, sed etiam quando hæc est necessaria ad totius conseruationem ex causa extrinsecas adueniente, quam quis aliter amouere non potest, licitum est membrum illud priuare ad suppositi conseruationem: vt verbi gratia est quis alligatus in domo quæ incenditur, si nequeat se dissoluere, licebit manum diuellere, aut à brachio rescindere ad mor-

tem euadendam, ita cum plerisque alijs Dominicus Soto *suprà*, parum enim videtur referre quomodo nascatur necessitas, quando saltem est in homine, qui aliter se liberare à corruptione totius non potest.

Dico tertio, extra necessitatem nemini licet se mutilare, siue membro aliquo se priuare, neque curare id fieri per alium. Ratio patet ex modo dictis: & confirmari potest ex pluribus capitulis, vt ex *c. significauit, de corpore vitiatis, Can. si quis abscidat 4. & Can. qui partem 6. distin. 5. ad eòd* vt ne quidem id liceat sub prætextu vitandi carnis concupiscentias, aut peccata. Vnde nec oculos sibi erueret, aut se castrare quisquam potest, constat ex *Can. 22. Apostolorum, & Can. 1. Concilij Nicæni*, vbi id expresse prohibetur, & docet idem D. Th. *loco citato*. Ratio est, quia ad peccati euitacionem non est membrum abscissio necessaria; peccatum enim subiacet voluntati inquit D. Th. motus iraque carnis sine consensu voluntatis peccata non sunt. Quare: dum inuitis nobis exurgunt, potius tolerandi sunt cum lucta contraria, quam membra rescindenda, quòd ergo Matth. 19. dicitur, *Sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei*, interpretatur D. Chrysostomus *homil. 63. in Matthæum*, fieri non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationum interemptionem. Perfectissime autem id fit per solemnem votum perpetuæ continentia, quo quis se facit moraliter impotentem ad generationem. Perperam verò id intellexisse videtur Origenes; qui corporaliter se castrasse refertur, cuius factum ab alijs omnibus improbat; de quo videre licet Eusebium *lib. 6. Hist. Eccles. cap. 6. & Baronium tom. 2. ad annum Domini 208*. Accedit, quòd frustra ad eos fines fiat membrorum exsectio, quia vt loco citato notat D. Thomas ex Chrysostomo, per illam non fit concupiscentia mansuetior, sed molestior. Cui conformiter scribit D. Basilij *lib. 6. de virginitate circa finem, & August. lib. 6. contra Iulian. capit. 5. Anobis lib. 5. versus gentes*, Isidorus *l. 10. Originum*, S. Cyrillus *dissertatione aduersus libidinem apud Suidam in Spado, & alij*. Indicat etiam quòd dicitur *Sap. 3. v. 14. Beatus est Eunuchus, qui manu flagitium non exercuit*, ita legit S. Cyrillus *vbi supra*, & significari ait, eunuchos manibus & digitis corrumpere mulieres, scditatem furiosè perpetrare, & *Ecclesiastici 20. v. 2. concupiscentia spadonis de uirginam inuenulam, & c. 30. v. 21. sicut spado complotens virginem, & suspirans*.

Itaque luxuria comprimitur magis, vt inquit D. Thomas per frænum cogitationis, quòd tunc mens capescit facilius, quando pijs orationibus, ac meditationibus frequentius exercetur, & corpus per studium sobrietatis in seruitutem spiritus redigitur, Ergo, &c.

Et ita hæc omnia docet Malderus *de inst. tr. 3. c. 1. dub. 20. Vvigers tract. 2. c. 2. dub. 19. Syluius in 2. 2. quæst. 65. art. 1. conclus. 2. Lessius eo tract. lib. 2. cap. 9. disp. 10. dub. 14. Dicastillus de inst. lib. 2. tractatum 1. disp. 10. dub. 17. numero 559. Marcus Serra in tom. 2. in 2. 2. D. Thomæ quæst. 65. artic. 1. disp. 19. & 20. Busenbaum vbi infra, Filliucius tom. 2. tr. 2. 9. cap. 11. q. 3.*

Ad id verò, quòd asserit Caramuel, nempe hominem esse usufructuarium vitæ suæ, & sui corporis; Ergo manente illa substantia potest vri membris suis, & adducit exemplum de usufructuarij horti.

Respondeo, non esse hæc rationem admittendam, quia vt ait Dicastillus *de inst. l. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 17. num. 559. & alij*, homo tenetur vitam conseruare,

conseruare, quæ perfectè constat integritate membrorum; Ergo licet, vt vult Caramuel sit usufructuarium vitæ & sui corporis, non potest sibi abscindere aliquod membrum, quia non illæsa maneret substantia rei, cum, vt dictum est, vita perfecta consistit in integritate membrorum, de quibus licet homo, vt vult Caramuel sit usufructuarium, tamen cum amputantur, non solum illæsa non manet, sed perit substantia eorum, cum non possint amplius exercere actiones à natura sibi inditas, ergo, &c.

Vnde ex his patet responsio ad argumentum Caramuelis de usufructuario incidente ramos arborum; Nam ramus non est ita pars integralis arboris, vt est verbi gratia manus, aut aliud membrum: Et idèd auulso ramo, remanet adhuc integer arbor, quòd nõ accidit quando abscinditur membrum ex corpore humano, cum illo abscisso, non dicitur corpus remanere integrum, sed mancum & defectuosum; Nam vt dictum est, vita & corpus humanum constat integritate membrorum ab ipsa natura ad propria munia destinata.

Itaque non solum ad sedandas tentationes carnis, sed etiam ad conseruandam suauitatem vocis puto, castrationem esse illicitam.

Et ita nostram sententiam contra Caramuelem præter Eminentissimum Cardinalem Lugo, & plures alios à me alibi adductos, videtur, me citato, etiam docere Marcus Serra *tom. 2. in 2. 2. D. Thomæ quæst. 65. artic. 5. in fine, & absolute Hermannus Busenbaum in medulla Theologiae moralis l. 2. tract. 4. capit. 1. dub. 1. & Ioannes Pontius in cursu Theologiae disputat 5. 2. q. 4. conclus. 2. n. 19. vbi sic*; Pater peccare eos qui castrant se, aut permittunt id fieri à parentibus ad conseruandam, vel procurandam vocis suauitatem, aut etiam ad vincendas facilius carnis tentationes. Ita ille.

Vnde me citato, nouissimè Pater Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 12. diffusul. 2. n. 757*. sententiam Caramuelis, Pasqualij, & aliorum putat prædicte esse improbabilem. Quia bonum spirituale animæ multo maioris considerationis est, quam vocis conseruatio ad utilitatem, & commodum sustentationis vitæ, & ad inferendum Ecclesiæ in cantu, & vt reddatur honorabilis apud Principes propter vocis suauitatem, hæc enim omnia ad corpus pertinent, bonum autem spirituale ad gratia incrementum, ergo si propter bona & commoditates extrinsecas corporis licitum est se ipsum castrare, multò magis propter bona spiritualia animæ, at hoc non licet, vt clarè decernitur *cap. meritum 33. dist. & cap. hi qui se 55. dist. in 2. ergo nec illud licitum erit, aliàs si propter lucrum, & commoditatem temporalem licet patri filium abscindere, & ipse filius licite potest consentire, sequetur, quòd vt quis admitteretur in regio Palatio, in quo ex rescripto regis non possunt interius admittere, nisi Eunuchi, vt habent multi Reges Asiæ, & Orientis, licitum esset se castrare, vt hunc honorem consequeretur. Rursus si quis alteri magnam pecuniæ summam promitteret, licitum esset se abscindere, quòd concedere absurdissimum est, & dignum grauissima censura.*

Deinde membra cuiuslibet abscissio est intrinsecè mala, & prohibita iure naturali: Ergo non licet, sicut nec licet sui occisio, ad idem enim præceptum quintum decalogi vtumque pertinet.

Nec obstat dicere cū Pasqualio, negando, quòd abscissio membri sit intrinsecè mala, aliàs nunquam esset licita, etiam in extrema necessitate pro sal-

Anton. Diana Pars XI.

uanda vita totius, sicut quia mendacium est intrinsecè malum; nunquam est licitum, etiam pro saluanda vita alicuius *cap. super eo, de usuris*. Et sic cū aliquando sit licita mutilatio, *cap. Eunuchus, cap. si quis à Medicis 55. dist.* hæc non est intrinsecè, & ex obiecto mala. Verum Pasqualigus malè theologizauit, quia aliàs neque homicidium non esset ex obiecto malum, neque furtum, quòd catholicè negari absolute nequit. Probatum sequela, quia aliquando licet hominem occidere, cum est medium ad effugiendam mortem, & est aggressor iniustus. Deinde dum quis est in vrgentissima necessitate, licet rem alienam clam furtipere: Ergo si ex eo quòd in necessitate saluandi vitam, & salutem corporis licitum est castrare, aut mutilare, colligit hic Doctor, quòd mutilatio non est intrinsecè, & ex obiecto mala, neque homicidium, aut furtum mala essent intrinsecè, & ex obiecto. Quòd dici nequit, quia cū sint præcepta naturalia eorum obiecta sunt contra naturam rationalem, atque ita intrinsecè mala.

Alias rationes adducit etiam pro hac firmanda sententia doctus Hurtadus, ex quibus patet responsio ad argumenta, quæ contra me adducit Caramuel.

Ad ea verò, quæ contra me ipse asserit circa lasciuiam Spadonum, & ad expositionem *c. 19. D. Matthæi* respondeo, esse contra communem sententiam Theologorum, qui in eorum fauorem adducunt plures Patres, vt visum est, & ferè omnes expostores Neotericos illius loci D. Matthæi; vide etiam post hæc scripta virum eruditissimum Patrem Gudelium *de Irregul. cap. 3. quæst. 2. conclus. 4. num. 12.* qui plura asserit ad confirmationem eorum quæ superius dicta sunt.

De taxa missarum.

RESOLVT. XXIV.

Ioannes Caramuel *fundament. 59. §. 2. num. 1250*. sic asserit, videtur aliquibus locis Diana summam inconsequentiam laborare. Ego hoc dubium propono. Sunt qui dicant Sacerdotem pauperem, modò singulis diebus celebret, posse à quibuscumque missas offerentibus, elemosynas, aut stipendia accipere, etiam supra taxam determinatam ab episcopo, vt habeat pro victu moderato, veste decenti, & domo congrua; pro emendis libris, conuenientibus professioni suæ, videlicet spiritualibus, moralibus, canonicis, Theologicis, quòd ipsam nonnulli ad alios eorum casus extendunt. Vide Dianam *part. 2. tract. 14. resol. 8.*

Sunt qui dicant Notarios, Commissarios, & cæteros iustitiæ ministros, si stipendia ipsi à lege statuta non sufficiant ad honestè viuendum posse supra taxam accipere quantum modestia, & prudentia requiratur. Vide Dianam *part. 2. tract. 17. resol. 60.*

At Diana ex his duabus sententijs priorem negat, posteriorem admittit, cū tamen videatur consequentia doctrina postulare, vt admittatur vtraque, vel reiciatur vtraque; nam disparitatem non percipio. Hucusque Caramuel.

Sed puto, Dianam rectè priorem sententiam negare, & admittere secundam, non enim est par ratio inter vtramque.

Et quoad primam patet ex aperta & rotunda declaratione Cardinalium; Vnde ad demonsttrandam etiam ex rationibus disparitatem rationis inter hæc duas sententias, & quòd non possit quis philoso-

C 3 phari

phari ex secunda ad primam, apponam hic verba doctissimi Paris Dicastilli, qui me citato, de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 5. dub. 19. numer. 339. sic* asserit.

Asserendum est, Sacerdotes pauperes non posse pro vna missa accipere, nisi vnicum stipendium, illud videlicet, quod leges aut communi estimatione, aut consuetudine taxatum est, *ut sequent. dubit.*

Probatum efficaciter hæc sententia. Primum, quia (quicquid fuerit olim, & ex natura rei, de quo mox dicam) iam sacra Cardinalium Congregatio in decretis §. 3. Teste Diana supra, sub obtestatione diuini iudicij mandat ac præcipit, vt absolute tot missæ à Sacerdotibus celebrentur, quor ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerint? ita vt ij, ad quos pertinent, suæ obligationi non satisfaciant aliter, quin immo grauius peccent, & ad restitutionem teneantur. Quia verò intellexi non desse aliquem qui ab illa lege seu decreto dicat exi- piendos esse pauperes, & non credendum voluisse illos comprehendere, esset enim contra ius naturæ, aut naturalem pietatem, & æquitatem illos comprehendere; oportet etiam hæc ratione probare quod alij fecerunt, antequam lex citata consideretur. Probatum ergo secundò ratione ex natura rei, quia qui accipit pro ministerio plus quam iustum stipendium commensuratum ad suam sustentationem per ordinem ad ministeria, quibus sustentari potest, non minus peccat contra iustitiam, quam venditor, qui vendit rem vltra iustum pretium, aut mercenarius qui exigit vltra mercedem, vel miles vltra stipendium; sed prædicti peccant contra iustitiam, ergo, & ille.

Nec refert, quod Sacerdos sit pauper, nec enim potest ob pauperatam, seclusa extrema necessitate (de qua nunc non agimus) quidquam accipere inuito Domino vltra stipendium iustum; sicut nec venditor ob similem pauperatam potest quicquam accipere vltra iustum pretium, nec mercenarius vltra mercedem, nec miles vltra stipendium.

Respondent aliqui, stipendium debere assignari per ordinem ad sustentationem personæ; Sed persona pauper non potest illo stipendio communi sustentari. Ergo maius stipendium poterit accipere.

Contra hoc tamen est primò, quia si respectu Sacerdotis pauperis illud commune stipendium non est æquale & iustum, quia non sufficit ad integram sustentationem; eodem modo non erit æquale & iustum respectu sustentationis diuitis, quia etiam diuiti debetur sustentatio, atque adeò etiam diues poterit vltra accipere.

Secundò, quia quamuis stipendium ministeriorum Ecclesiæ assignandum sit per ordinem ad sustentationem personæ, non debetur integra sustentatio pro vno tantum ministerio, sed pro omnibus, quibus possunt occupari tales ministri, Missa autem non est integra diei occupatio; sed vnius horæ, vnde rectè Vasquez supra contra Sorum, & Canum postea referendos, probat, pro officio Missæ non deberi Sacerdoti stipendium sufficiens ad victum totius diei, sed tantum ad partem victus, quia quamuis dignus sit operarius Euangelij mercede sua pro victu & sustentatione; non tamen omnes eodem modo. Nam si is, qui toto die in Ecclesiastico ministerio legendo, studendo, docendo, ministrando Sacramenta, &c. occupatur, aut toto die ad hæc, aut ad alia ministeria, protul occurrerit occasio obligatus existit (qua ratione obligatur Parochus) nihil amplius mereretur, quam modera-

tum victum, & vestitum suum, aut familiam, quo pacto quæso tantumdem etiam mereri poterit, qui vna tantum hora totius diei in celebratione missæ occupatur; quo solo ministerio non impeditur Clericus, quominus possit alia honesta via aliquid lucrari ad vitam sustentandam, vt habetur *cap. Clericus vitium 91. dist.* atque hac ratione taxatur ab Ecclesiastica stipendia per ordinem ad laborem, & occupationem ministerij. Vnde maius stipendium taxatur pro solempni missa quam pro priuata, & aliud stipendium assignatur pro funere, aliud verò pro Vigilia, seu nocturno officij, & sic de aliis: Signum ergo est, quodlibet horum esse veluti inada quantum ministerium, cui non integra debetur sustentatio, sed commensurata, & partialis.

Dicit tamen aliquis: non est cogendus Sacerdos pauper mendicare, aut alio indecenti modo victum, vestitum, & habitationem querere, vt patet ex Tridentino *sess. 22. c. 2. de reform.*

Responderet, si pauper est; fideles ex misericordia, aut charitate debere illi subuenire; ipsos tamen non posse res alienas vsurpare, & aequitatem illis comprehendere, & ne cogatur mendicare aut episcopum potius pertinere vel eum non ordinare, vel de necessariis providere.

Dicit adhuc in necessitate accipere duplicata stipendia non esse intrinsecè contra iustitiam; aliàs non possent episcopi, nec Pontifex numerum missarum in Cappellaniis, aut in aliis pijs legatis immu- nuere; quod est omnino falsum, & contra decretum Tridentini *sess. 25. c. 4. de reform.*

Responderet, nec episcopos, nec Pontificem posse id facere ex mera sua voluntate, posse tamen per interpretationem voluntatis institutoris, vel per dispensationem cum causa iusta, & rationabili, ex quo potius sequitur, Sacerdotes non posse sua auctoritate plusquam commune stipendium accipere, cum ad proportionandum, & commensurandum stipendium cum ministerio & onere; quando stipendium videtur minus & inæquale, autoritas superioris debeat intercedere.

Propter prædictas rationes aliqui viri doctissimi Societatis, etiam ante decretum citatum, cum aliis putabant de hac consulti oppositum nostræ asserionis, non esse practicè probabile, & sanè mihi parum, aut nihil probabilitatis habere videretur opinio, quæ asserit, Sacerdotes pauperes posse duplicata stipendia accipere pro vna missa ad suæ personæ sustentationem, vel etiam ei seruientis, aut familiaris, quando vnicum stipendium ad id non sufficit, sustendo in terminis iuris naturalis. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra.*

Dico igitur, iustum vnius missæ stipendium non esse ex quantitate necessaria ad quotidianum victum desumendum, sed ex quantitate laboris impensi in fauorem illius, qui stipem concessit. Cum ergo semihoræ labor & occupatio sufficiat tercia parte sustentationis illius diei compensari videretur, nullatenus integra illius diei sustentatio ex postulari potest; quod optime confirmatur, tum ex communi vsu, & estimatione fidelium, & plurius dicendum legibus taxantibus stipem congruam vnius diei sustentationis insufficientem, quæ leges, & consuetudines non sunt dicendæ iniustæ tum ex eo quod pro missa solempni abundantior stipes exigitur, quam pro priuata, & pro missa tali tempore, & hora recitanda, quam pro missa illis circumstantiis carente, & pro duabus missis vna die recitatis, quam pro vnicâ, quod licitum non esset, si pro qualibet missa integra illius diei sustentatio concedi deberet.

deberet. Neque obstat proprium Sacerdotis munus esse sacrificium offerre, inde enim solum inferitur præcipuum illius diei sustentationem ob sacrificium colligendam esse, at nullatenus inferitur adæquata colligi debere: cum plura alia sint munera Sacerdotis, ex quibus sustentatio peti potest. Quod si occasio ea munera exercendi non se offert; non idèò petens missam defectum supplere debet, alias si à sacrificando impeditus esset sacerdos, vel si esset expeditus non inueniret qui sacrificium concessa stipite ex postulare, posset ab eo, cui penitentia, vel Eucharistiæ Sacramentum ministrat, sustentationem illius diei integram exigere, quod nemo concederet: signum ergo est Sacerdotem altari seruientem de altari viuere debere pro quantitate obsequij impensi, ac proinde non integram vnius diei victum pro vno sacrificio ex postulare posset, sed ad summum partem illius præcipuum.

Vndè ex his omnibus apparet, me olim rectè dixisse non posse Sacerdotem pauperem accipere plura stipendia pro vna missa, ratione sustentationis diuinæ.

Nec obstat alia opinio, quam docui, & adducit Caramuel contra me, nempe Notarios posse accipere maiora stipendia pro sustentatione diurna, nam, vt dicta *resol. 60. tract. 17. apparet*; ego loquutus sum quando pro varietate temporum taxa Notariorum esse ita sit iniusta; tunc enim procederet illa opinio Molina; & aliorum, & non aliter, quod non procedit in casu missæ, in quo supponimus taxam esse iustam, & quæ quidem non debetur, neque taxatur in ordine ad diuinam sustentationem: Ergo est dispar ratio contra Caramuelem inter vtrumque casum, nec bene, & licitè potest inferri consequentia ex casu à me adducto de taxa notariorum ad taxam Sacerdotum pro missa dicenda.

Remissa aliqua Authoris opinionem confirmantur.

RESOLVT. XXV.

Quæro primò; An peccata dubia sint necessatio in confessione aperienda. Nominatim contra me negatiuam sententiam docet Ioannes Caramuel in *Theologia fundamentali fundam. 77. num. 1322. à fol. 673. vsque ad fol. 700.*

Sed hanc opinionem ego sæpius reprobaui, & nunc iterum reprobo, ac nouissimè Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 8. num. 206.* putat talem opinionem neque speculatiuè esse probabilem, & practicè esse temerariam; Vide rationes apud ipsum, & penes me in hac *part. 10. alibi adductas.*

Quæro secundo; an in rebus venereis detur paruitas materia. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me latè defendit Caramuel in *Theologia fundamentali fundam. 58. num. 1208. à fol. 592. vsque ad fol. 616.* Sed ego negatiuam sententiam iterum doceo, & contrariam opinionem nouissimè Angelus Maria Verricelli in *quest. moral. & legal. tractat. 4. quest. 19. num. 3.* vocat per principia intrinsecâ, siuè extrinsecâ omnino improbabilem, falsam, erroneam, temerariam, periculosam, ac scandalosam, & fortè grauiori censura dignam. At ego libenter abstinco à censuris opinionum, præsertim in sapientissimi, & amicissimi Viri, sufficit mihi tantum meas confirmare, Vide rationes, quas adducit Verricelli, & de hoc ego alibi in pluribus locis; Vide etiam sapientissimum, & amicissimum Antonium Escobar,

& Mendoza in *2. editiane Lugdunensi sua Theol. Moral. tract. 1. Exam. 8. cap. 3. num. 75.* qui testatur nostram sententiam esse communem in Schola Societatis, & tandem asserit, Res venerea est; nunquam est parua, & in *Theol. Morali magna 1. 1. l. 1. sect. 2. Pro. 2. n. 67.* contrariam sententiam vocat falsam, improbabilem, ac temerariam.

Quæro tertio: An professi nondum in sacris ordinibus constituti teneantur sub culpa lethali persoluere horas Canonicas? Idem quaeritur de monialibus. Negatiuam sententiam docuisse Caramuelem in *Theologia regul. disputat. 102. art. 2. num. 1343. cum seq.* ego dixi, sed ipse modò in *Theol. fundam. fundam. 53. §. 8. num. 1095.* dicit nominatim contra se loquutum fuisse de Benedictinis iunioribus ante præceptum Abbat. Sed absolute loquentem Caramuelem impugnat latè, & doctè, vt semper solet Pater Bardi in *selectis lib. 8. quest. 1. §. cum sequent. respondens ad omnia eius argumenta, cuius sententiam tanquam improbabilem fusè refellit ex ordine Prædicatorum Magister Fernandus de la Naue tract. 1. cap. 9. per totum de obligat. Monialium recitandi officium diuinum, quia tractatus omnino videndus est, impressus fuit Cordubæ anno 1621. & lingua Hispanica est conscriptus, & penes me habeo Vide etiam me citato Bertrandum Loth in *Resolut. Theolog. tract. 23. quest. 1. art. 8.* qui opinionem contrariam temerariam appellat, militat enim contra torrentem Theologorum; sed nouissimè abstinere ab his censuris Tamburinus in *Decalogum part. 2. lib. 2. cap. 5. §. 1. num. 13.* licet me citato Moniales supradictas ad horas Canonicas obliget.*

Et quidem dato quod Caramuel loquutus fuisset de Benedictinis iunioribus, nego id quod ipse asserit, nempe ante præceptum Abbat. (supradictos non esse strictos ad pensum diuini officij); Nam ratione consuetudinis tenerentur vt ceteri Religiosi; quod euidenter probatur contra Caramuelem ex priuilegio concessio dictis Patribus ab Eugenio Quarto, quod Clerici Professi in sacris non constituti ad horas canonicas recitandas non teneantur, vt obseruat Antonius Hinojosa in *directorio decisio- num Regularium verbo hora Canonica fol. 283.*

Ergo secluso priuilegio iuniores Benedictini ad dicendum officium stricti erant; An verò dictum priuilegium sit apud illos in vsu, me remitto; Compertum habeo, quod aliis Regularibus, vt alibi probaui, per communicationem non erit licitum illo vti: vide omnino Bardi *vbi supra.* qui nominatim Caramuelem impugnat, & nostram sententiam solidè firmat.

Quæro quarto. An ex eo precisè, quod mutuator priuar se potestare repetendi suam pecuniam intra certum aliquod tempus, licitè possit aliquid vltra fortem exigere?

Affirmatiuè respondet Caramuel *fundam. 60. §. 1. per totum*, & contendit me docuisse contrariam sententiam, quoad hoc remitto me ad ea quæ, alibi dixi improbando talem sententiam, & bene dixit Cardinalis Lugo, me illam non docuisse, & patet etiam in mea *part. 1. tract. 8. resol. 48.* in vltimis verbis resolutionis; Nunc autem illam iterum refello, & vide præter Doctores à me alibi adductos, me citato Roccaful. in *praxi Theol. moralis tom. 2. lib. 3. de 7. pr. Decalogi cap. 8. numer. 799.* & Amicum in *curfu Theologia tom. 5. disp. 20. sect. 3. num. 133.* vbi apel- lat sententiam contrariam nouam, periculosam, & expostam palliatis vsuris. Et licet illam etiam docuerit Philippus de la Cruz in *tract. vnico de interesse fol. 7. impresso Matriti anno 1637.* & lingua His-

panica conscripto, tamen scias dictum libellum fuisse ex ordine supremi Concilij sanctæ Inquisitionis ne venale haberetur prohibitum. Ita hic Romæ testatus est mihi Illustrissimus, & nunquam satis laudatus Dominus meus D. Franciscus Antonius Diez, & Cabrera nunc merito inter Consiliarios supremæ Inquisitionis Castellæ annumeratus, maiorum honorum dignissimus. Vnde non approbo ea, quæ me citato nouissimè tenet doctissimus Magister Ludouicus Bertrandus Loth. *in res. Theol. tract. 9. q. 1. art. 4. tit. 2.* qui sententiam Caramuelis probabilem vocat.

Quæro quinto. An omisso vnus horæ ex paucis constituat peccatum mortale? Negatiuè respondet Caramuel *Ibid. §. 4.* nominatim contra me.

Sed hanc sententiam falsam, & improbabilem putat esse Magister Pater Lezana *consult. 48. num. 8.* & obseruat à sacra Congregatione Indicis fuisse deletam ab opere Marchini *de Sacramento Ordinis*, & me citato, nouissimè insurgit nominatim contra Caramuelem noster doctus Pater Vetricelli *in quest. moral. lib. 8. quest. 58. per rotam*, in qua hanc sententiam acriter & solide impugnat, & recedit à sententia Caramuelis, quam antea docuerat.

Verùm circa ea, quæ etiam nominatim contra me adducit doctus Caramuel *vbi supr. in Theol. fundam. circa bestialitatem, sodomiam, & mollicitem an differant specie, & de prohibitione mollicitis, & fornicationis, remitto Lectorem ad Epistolam Patris Angeli Bossij impressam nouissimè Lugduni 1653.* & directam ad Caramuelem post editam suam Theologiam fundamentalem, in qua Epistola Bossius seipsum defendit, & consequenter etiam me, qui suam sententiam contra Caramuelem iam docueram, vide etiam Bertrandum Loth *in resolut. Theol. tract. 16. quest. 4. art. 2. per totum*, in quo nominatim contra Caramuelem late probat cum communi, & certa sententia fornicationem esse intrinsece malam, ita vt attentio solo iure naturæ, sit peccatum mortale. Idem docet nouissimè Pater Tamburin. *in Decalogum part. 2. lib. 7. capit. 1. §. 2. numer. 1.* etiam nominatim contra Caramuelem insurgens.

Circa verò ea, quæ asserit contra me *fundam. §. 3. §. 1. & 3.* de non assumenda occupatione incompossibili cum recitatione Officij, vide Bonacinam *de horis Canonicis disp. 1. qu. 6. punct. 2. n. 3.* qui citat Suarez, & Filliuccium, quibus adde Martinum de Sancto Ioseph *in Mon. Confess. 10. 1. lib. 2. tract. 11. de orat. num. 13.* vbi sic ait; El que tiene obligacion de rezar por orden sacro, ò renta Ecclesiastica no puede ocuparse voluntariamente en officio, que impida el rezo, porque haziendo lo contrario, sera querer no rezar; pero si ay necesidad graue y necesaria para el bien proprio, ò del proximo, podrá admitir semeiante ocupacion. quando parez ca que es mas agradable à Dios, que la del rezo; que todos los preceptos humanos no obligan con tales circunstancias. Ita ille, qui etiam cum Suarez, & alijs vbi supra asserentibus de ieiunio admittunt cum Diana exempla in contrarium adducta à Caramuele. Ergo signum est adesse disparem rationem inter illa. & casum de admittente occupationem incompossibilem cum officio diuino; illa enim videntur impedimenta remota, & per accidens; istud vero proximum, & per se. Et quando ponuntur illa impedimenta in allatis exemplis à Caramuele, præceptum ieiunij non adest; ergo.

Et hæc dicta sufficiant in superioribus resolutionibus defensionis aucta circa ea, quæ in sua

Theologia fundamentali obseruauit contra me Ioannes Caramuel. Dixi defensionis causa, nam aliàs nunquam ausus fuisset Calamum exacuere contra sapientissimum Virum indissolubili amicitia vinculo mihi coniunctum. Diana enim Caramuelem tanquam Magistrum veneratur, & vt Amicum carissimum ex totis præcordiis diligit, scitq; vicissim ab ipso non minus redamari, ac ore, & calamo plusquam meretur passim laudibus extolli, vnde licet inter ipsos aliquando dissideant intellectus, obstrictæ tamen, ac deuictæ semper remanent voluntates; Semperque Diana Caramuelem, & Caramuel Dianam peramabit.

Nota hic tamen Caramuelem in Theologia Fundamentali plura non definire, sed illa dubitative & interrogatorie tantum proponere, & post hæc scripta edidit alteram partem Theologiæ Fundamentalis in qua facit, quod ego ceptaueram in *res. 1.* huius tractatus, dissolueno, & diliscendo, vt ipse asserit Nodos Gordios primæ Partis, & mutando sententiam, & in multis alijs spero quod in posterum faciat.

An qui recitat Officium Resurrectionis pro Officio de Feria, vel Sancto satisfaciat præcepto.

RESOLVT. XXVI.

Circa præsentem difficultatem sæpius per litteras me interpellauit, amicissimus Caramuel, & ipse affirmatiuam sententiam docuit in Theologia Regulari, seu in Regula S. Benedicti, quam ego impugnaui, Verùm illam iterum Caramuel defendit nominatim contra me *in Theologia fundamentali fundam. §. 3. §. 12. num. 1100.*

Sed ego non discedo à sententia negativa, quam olim docui, & quæ nouissimè me citato nominatim contra Caramuelem tenet ex Societate Iesu doctus Pater Adamus Burghaber, & quia Codex non ita facile inuenitur, ponam hic per extensum eius verba; sic itaque asserit *Cent. 1. Casuum conscientia. casu. 16.* Felix Sacerdos nullis morbis, aut rerum negotijs impeditus, longo tempore intra annum recitat officium de Resurrectione breuissimum, scilicet pro longioribus cuius tanquam grauis peccati admonitus à confessorio, ait se tenere sententiam Caramuelis *in Regula S. Benedicti disp. 109. n. 1387.* vbi hoc pro veniali habet; Queritur an confessorius huic pœnitentis opinioni tanquam probabili accommodare se possit, ac debeat?

Videtur posse, & debere, cum ex autoritate Caramuelis quam allegat, tum ex ratione quia impletur substantia præcepti, tum ex praxi virorum Doctorum, & piorum, qualem nemo dubitat fuisse P. Franciscum Suarez ex Societate Iesu. Quem constanter orasse per totum annum Breuiarium de Resurrectione sic ostendit Caramuel. Suarez dicitur singulis diebus 18. horas studuisse, iam ex reliquis sex horis, necessarium profus tempus demus sacro, refectio, somno, & alijs, vix tantum remanebit, quantum requiritur ad Officium Paschæ recitandum: Confirmat hæc opinio. Licet aliquis dicere potest Officium alicuius Sancti, loco Ferialis, vt cum pluribus docet Diana *part. 1. tr. 12. resolut. 3.* Ergo, & Resurrectionis, Resp. Confessorium opinioni Felicis, accommodare se non posse, nec debere, cum nullam habeat probabilitatem, quod probatur, tum quia communi DD. contrarium docet; opinio autem vnus, aut alterius, quam omnes alij reiiciunt,



TRACTATUS II.

Miscellaneus.

An Regulares possint predicare in suis Ecclesijs absque petitione benedictionis Episcopi.

RESOLVTIO PRIMA.



ATFR Bruno Chassaing ex ordine Minorum edidit eruditum opus de Priuilegijs Regularium, & licet ego sæpius suis sententijs non adhaream, tamen hoc non obstante existimo illum esse virum doctissimū, & cui non solum multum debent Regulares, sed etiam Theologiæ moralis Professores. Verum in his materijs cautè procedendum puro, nec omnia calamo committenda, idè partes Episcoporum semper sumam, puto enim cum Eminentiſſ. Cardin. Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 2.1. sect. 3. n. 55.* Dominos Antistites dexteritate, prudentia, ac humilitate lucrandos esse, vt postea nostra priuilegia tueantur, vel saltem secundum opinionem probabilem, relinquente illis nos vt, propter labores, quos in eorum Discessibus sustinemus, diu noctuque docendo, prædicando, confitendo, missiones faciendo, &c. Itaque ad casum propositum affirmatiuè respondet Brunus *vbi supra tr. 6. c. 3. propof. 1.* in qua asserit, quod Regularis potest absque præsentatione coram Episcopo, & petitione benedictionis ab eodem in Ecclesijs proprijs, ac plateis communibus prædicare. Si enim à Pontifice Romano pendet omnis exactionis facultas, & ab eodem absoluta facultas prædicandi concessa est Regulari dependenter à iudicio, & examine propriorum Prælatorum, & non Episcopi; ad quid præsentatio coram Episcopo, & petitio benedictionis, vt in proprijs Ecclesijs, & plateis prædicet? Certè nulla apparet iusta causa illam petendi. Quod pater ex priuilegio Benedicti XI. Nec obstat, ait, Tridentinum *sess. 5. de reform. cap. 11.* sub Paulo III. celebratum, in quo decernitur, vt Regularis, qui prædicaturus est in suis proprijs Ecclesijs, petat prius ab Episcopo benedictionem, his verbis: Regulares verò cuiuscunque Ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint: cum qua licentia, personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. Quod decretum idem Trident. *sess. 24. cap. 4.* sub Pio IV. celebrata confirmatum est: imò in fauorem Episcopalis potestatis auctum, dum his terminis pronuntiat, nullus autem sæcularis, siue Regularis, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat: in reliquis, ea quæ de prædicationis munere sub eodem Paulo III. decreta fuerunt, se Episcopo præsentare, & ab illo benedictionem petere, antequam in suo Episcopatu prædicet. Responderetur, hanc objectionem nullam habere vim in locis, in quibus Tridentinum non est receptum: vbi autem viget, responderetur, Primò, hæc duo de-

reiciunt, non meretur probabilitatem, tum quia hæc Canoniarum precum immutatione contra vniuersalem Ecclesiæ vsum inordinatio committitur ad eò grauis, vt opinio illa vniuersim inducens nullo rationabili fundamento niti possit, sicut ex solutione argumentum patebit.

Itaque ad primum dicimus, autoritatem Caramuelis, vnus, aut etiam alterius Doctoris, hic non sufficere, cum omnes alij Theologi reclament; Ad secundum negamus substantiam præcepti impleri cum Officium Paschale, moraliter non æquiualeat Officijs alijs per annum; Ad tertium fabulosum esse, quod asseritur de P. Suarez, quem Oratori adididissimum fuisse viderunt nostri Patres, & dicentem audierunt, *Malle se omnem scientiam suam perdere, quam vniam horam, ex regula ordinis, quotidiana Oratori definitam omittere;* quomodo ergo tot annis orationem Canonicam ex graui lege Ecclesiæ debitam turpi, ac defectuosa immutatione declinauit. Ad confirmationem dicimus, multos eam valde probabiliter negare, quos citat, & sequitur Palao *tract. 7. disp. 2. part. 2. num. 18.* Quidquid autem de hoc sit, negamus paritatem, cum in tali Officio moraliter adhuc seruetur præceptum, non in Officio de Resurrectione, vt rectè ipse aduertit Diana *p. 7. tractat. 11. resolut. 7.* Hucusque Pater Burghaber, cui adde ex eadem Societate me citato doctum Patrem Tamburinum *in Decalogum tom. 1. lib. 2. cap. 5. §. 2. num. 212.* & ex eadem Societate me citato Hermannum Bufenbaum *in Medulla Theologiae Moral. lib. 4. cap. 2. dub. 2. art. 4. n. 1.* Præter Sanchez, Filiucium, Tancredum, & Pellizarium alibi à me adductos, vnde patet, quod nullus ex scriptoribus Societatis ausus sit sententiæ Caramuelis adharere, sed omnes nostram secuti sint, sicut etiam illam sequitur me citato Marcus Setius *tom. 3. in primum Præceptum Decalogi disp. 1. difficult. 5. quest. 4. n. 9.* Hyeron. Garzias *in Summ. tract. 2. difficult. 5. dub. 3. num. 16.* & noster Pater Vetricelli *in qq. Moral. r. 5. quest. 6. num. 133.* & Paulus Valleio *in Horolog. horarum Canonicarum lingua Hispan. conscripto lin. 13. punct. 1.*

Dicendum est igitur, præter rationes supradictas, vt optimè obseruat doctus Pater Tancredi *de Religion. tract. 13. lib. 4. disp. 11. quest. 2. n. 15.* Officium Resurrectionis, esse ita affixum illi tempori, & habere tantam mutationem à solita forma Officiorum, vt quid peculiare videatur non posse communi Regula adiuuari, & ideo patet nec posse tempore Paschæ Resurrectionis, dici Officium Pentecostes, & è contra; quia illa forma in his diebus cum talibus Psal. Antiph. &c. videtur de substantia, & confirmatur ratione amicissimij viri, exemplo Missarum, nam aliquæ Missæ possunt dici infra annum, non autem Missæ de Dominica Palm. de Fer. III. & IV.

Hebdom Pœnosæ. quia ita sunt illis diebus affixæ, & addictæ; vt in alijs dici non possint, ergo sic dicendum est de officio Resurrectionis.

creta non habere clausulam reuocatoriam necessariam ad priuilegia regularia tollenda: non enim ius commune reuocant, quod esset necessarium, ut alibi pluries diximus: Et ad id attendisse videtur Pius V. qui in Bulla inchoata, *etsi Mendicantium*, interpretando præfatum decretum *sess. 24. & ex consequenti illud sess. 5. in eodem inclusum*, declarat, Regulares Mendicantes sub illo minime comprehendendi, his verbis, *Declaramus*, Canonem *sess. 24. cap. 4.* per quem omnibus regularibus; etiam in fuorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur: Mendicantium Ordinum Fratres huiusmodi, &c. non comprehendere, nec eos afficere: imò volumus, quod in suis Ecclesiis, quando eis placuerit, licitè, & absque vllò impedimento, vel contradicente etiam Episcopi, nisi ipse prædicauerit, prædicare possint. Idem Pius Bulla inchoata, *Ad hoc nos Deus prætulit*, hanc facultatem illi concessit, dum vult, ut in propriis Ecclesiis prædicet, absque eo quod se præsentauerit Episcopo, & absque petita benedictione, eoque contradicente, etiam dum in Cathedrali prædicatur; dummodò non prædicet eo tempore, quo ipse prædicauerit. Adiunge quod etsi sub illo Decreto Tridentini, Mendicantes comprehenduntur, non propterea à necessaria esset acceptio benedictionis, sed sola præsentatio cum petitione benedictionis, licet recusata: Nam in iure petita benedictio iniuste negata, censetur concessa; ut tenent Tambur. *de iure Abbat. tomo 2. dub. 11. question. 2.* & alij, quos citat Archang. Rom. *de priuileg. verb. Prædicatores*, & Henriquez cum pluribus alijs quos citat lib. 6. *de Pœnit. c. 13.* qui etiam asserit, hoc declarasse Sacram Congregationem Cardinalium 1597. cuius decretum his verbis refertur. Sacra Congregatio censuit, quod Regulares in Ecclesiis fuorum Ordinum prædicare volentes, non teneantur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis superioribus examinati personaliter Episcopo se præsentare, ab eoque petere benedictionem; tamen si eam minime obtinuerint. Verum Vrbanus Octauus Bulla inchoata, *Alias à nobis emanarunt*: in qua explicat quasdam facultates, quas per aliam Bullam Cardinali de Sandoual, priuilegijs regularium contrarias fecerat, sic omne dubium resoluit, Ad hæc quod in eisdem præinsertis litteris dicitur, Regulares non posse verbum Dei prædicare, sine Episcopi licentia; hoc sibi vindicare tantum in Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt: cum in alijs sui Ordinis Episcopi benedictio petita, licet non obtenta sufficiat: ita tamen, ut si Episcopus non modò benedictionem simpliciter non concesserit; verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus prædicent: tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis, liceat illis prædicare, quemadmodum S. Concilij Tridentini decretis salubriter est cautum. Ex quibus vides, quod posito, quod præsentatio, & benedictionis petitio requireretur in Regulari, possit tamen illa non obtenta in suis Ecclesiis prædicare.

Dices; Ergo ex Vrbanij declaratione requiritur petitio benedictionis, & Tridentinum hanc regulari ut necessarium desiderat. Respondetur, ita esse in Regulari, qui non est ex aliquo Ordine Mendicantium; non autem in Regulari, qui talis est, alioquin contradicentiam interpretationem illi quam Pius ut supra dederat dicto decreto Tridentini, interponeret, quod non est credibile. Accedit quod prædicta Bulla Vrbanij caret clausula reuocatoria iuris communis, & ex consequenti non adi-

mit priuilegium in illo insertum. Plura de hoc decreto in sequentibus. Hucusque Brunus.

Sed hæc sententia pugnat cum praxi omnium Regularium fundata in Decreto Concilij Tridentini. Vide Lezanam in *summa qq. Regul. tomo 3. vers. concionari num. 6.* & Portellium Authorem ex Ordine Patris Bruni in *dubijs Regul. vers. Prædicatores num. 1.* vbi sic ait, Regularis in suis Ecclesiis non potest prædicare absque licentia sui Prælati, & benedictione Episcopi. In alijs verò Ecclesiis extra suos Conuentus non potest prædicare absque licentia Episcopi. Trident. *sess. 24. cap. 4.* Qui verò absque tali licentia Episcopi prædicauerit, poterit excommunicatione ferri, *c. Excommunicamus 1. de hæreticis §. Quia verò.* Illa verò excommunicatio ibi non est lata, sed ferenda. Sed nota, quod propter hoc solum quod Regularis prædicauerit absque licentia Episcopi, non debet puniri ab Episcopo, sed à Prælato; ita declarauit Congre. Cardinal. sub Clem. VIII. Ita Portell. & ego cum communi Doctorum sententia.

Nota, Brunum vbi supra *cap. 3. propof. 4.* docere quod Regularis, etiam vbi Tridentinum viget, Episcopo præsentatus, & ab eodem approbatus, vel etiam indebite recusatus, potest vbique in Ecclesiis prædicare, etiam eodem contradicente; Et latè conatur hoc probare, & Concilium Tridentinum explicare. Sed ego sententiam meam circa præsentem quæstionem alibi explicauit; nunc tantum addam id quod sentit Portellus *loc. citat. num. 7.* sic asserens, Prædicator Regularis ab Episcopo iam approbatus, non potest prædicare etiam in suis dominibus si Episcopus id specialiter prohibuerit; Et hoc intellige etiam si ipse Episcopus non prædicet: licet enim Pius V. in quadam Bulla declarauerit illam prohibitionem Episcopi solum tenere quando ipse Episcopus prædicauerit; tamen Gregorius XII. illud reuocabit, postea in Bulla, quæ incipit, *In tantarum*, & reduxit ad terminos iuris communis. Et responderunt quinque Doctores consulti hac de re Conimbricæ, anno 1610. Circa proximè dictum accedit declaratio Cardinalium, quæ loquens de Prædicatoribus sic ait, Hos, & quoscumque alios ab antecessore suo approbatos, à prædicatione poterit suspendere, (id est, Episcopus) Attendant tamen Episcopi propter quas causas id imperent. Volumus namque quod si illicitè iusserint, ad ius lis deferatur, & interim cessent. Sic ibi Ita Portell. Lezana vbi supra *num. 7.* docet, quod si Episcopus suspendat Prædicatores Regulares, non tenetur causam exprimere, quare ad id moueatur, quod etiam docet Franciscus Leo in *Thefori Ecclesiastici part. 1. capit. 8. numer. 9.* & Barbosa *de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 76. numer. 22.* & omnia superius dicta me citato firmat ex decreto Vrbanij VII. doctissimus, & amicissimus Ioannes Palafox Episcopus Angelo politanus in *defen. Cam. part. 2. num. 59.*

An regulares possint Missas dicere vsque ad horam Nonam

RESOLVT. II.

Hoc dubium pertractat Brunus *part. 2. tract. 8. capit. 1. propof. 3.* & responder affirmatiuè ex priuilegio speciali, ac primò ex concessione Leonis X. in præcellentis propositione præcitata huius tenoris, Concessit ut de licentia fuorum Superiorum possint celebrare post meridiem, præsertim diebus

diebus quando est audienda Missa præceptum, & quando fratres debent ambulare, seu de via veniunt, & non possunt ante meridiem applicare ad locum, vbi commodè possunt Missam audire, vel honestè celebrare. Secundò; ex concessione Sixti IV. facta etiam Minoribus, quam refert Christoph. à cap. font. post *Collectorem priuileg. Mendic. in suo compend. priuileg. verb. celebratio Diuinorum §. 6.* his verbis; concessit quod Fratres Minoris Observantiæ Sacerdotes possint causa necessitatis post horam statutam ab Ecclesia celebrare: verum cum hæc duæ concessiones in aliquo deficiant; Primò in hoc, quod tempus non determinat, sed indeterminatum relinquit, nec quidquam Regularibus concedit, nisi cum licentia Superiorum; Secundò, quod etiam tempus non determinet, cum inter Doctores sit diuersitas opinionum, quod tempus sit statutum ab Ecclesia ad Missas legitimè celebrandas, sitque limitata per causam necessitatis, ea propter ad alias concessiones procedendum est. Probatum ergo tertid ex concessione Innocentij VIII. relata ab eodem Christoph. post *collect. priuileg. Mendic. in citatis compend. & verbo §. 7. & 9.* Concessit Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hispaniæ reformatis, quod possint celebrare Missam per horam post meridiem, præsertim quando prædicatur in Conuentibus, vel sunt solemnia officia. Sed cum hæc concessio partim sit priuilegium, videlicet in eo, quod dat facultatem dicendi Missam hora post meridiem, partim non, cum secundus casus exprimat in quibus de iure licet sine priuilegio celebrare, ut tradit citatus Roder. ideo aliam ampliozem sine vlla limitatione adducimus ex Eugenio IV. registratam in *dicto compend. priuileg. Mendic. verbo Missa quoad tempus 1. his planè verbis*: Concessit quod Fratres Minores possint celebrare Missam vsque ad horam nonam post meridiem sine scrupulo conscientie: Omittam eandem concessionem factam Cælestinis itinerantibus à quodam Eugenio, relata à Ioan. de la Cruz *de statu Relig. l. 2. cap. 5. dub. conclus. 2.* cum illa proximè posita Eugenio IV. sit amplior; tum ex eo, quod non terminat tempus ad Nonam, cum hac distinctio, exclusiue, tum etiam ex eo, quod ad omnes Regulares Sacerdotes extenditur; hæc autem ad solos itinerantes Quod si obiciatur Trident. *sess. 22. cap. 1.* Respondendum est supra in proximè præcedenti propositione, videlicet non reuocare hoc priuilegium.

In tabis, Pium V. constitutione ante memorata quoad dictam Missarum celebrationem Regularium priuilegia reuocasse; Respondetur hoc priuilegium, sicut etiam alia priuilegia, quoad celebrationem Missarum, restituta fuisse, ut vniuersaliter probauimus de omnibus priuilegijs in *tract. de priuileg. in comm.* Hæc omnia Patet Brunus; Quæ quidem satis confirmant à me dicta in loco, quem vbi infra, citat Dicastillus.

Sed hanc sententiam me citato ita absolutè prolatam non admittit Cardinalis Lugo, sed illam limitat, sicutaque asserit de *Sacrament. Eucharist. disp. 20. sect. 1. num. 42.* In hoc etiam puncto locum habent exceptiones in primo puncto positæ de Episcopo iter agente, de celebratione necessaria ad dandum Viaticum ægroto; & de personis habentibus priuilegium; quod eo facilius concedi potest ad postponendam, quam ad anticipandam horam, quò hæc obligatio oertum magis habet ex voluntate subdito- rum, qui ob suam commoditatem recesserunt ab antiqua consuetudine tardius celebrandi. Priuilegium autem magis amplum videretur, quod concessit Eu-

genius IV. Congregationi S. Iustiniæ, celebrandi in itinere, vel ex causa iusta, vsque ad nonam inclusiue, prout habetur in Bulla XI. Eugenij IV. in Bullario Regularium apud Rodriguez. Vnde limitandum est, quod cum Ioan. de la Cruz dicit Diana *tomo 1. tract. de celebrat. missarum resolut. 34.* vbi supponit, illud priuilegium esse absolutum; cum tamen solentur sit ad certos casus itineris, vel alterius causæ. Dicit etiam horam nonam esse vsque ad tres horas post meridiem: quod etiam non est vniuersaliter verum, sed in æquinoctio: nam in solstitio hyemali nona hora attingit solum ad secundam post meridiem cum quadrante: in solstitio autem æstiuo vsque ad horam tertiam post meridiem cum tribus quadrantibus, ut latè Francolinus *de tempor. hor. c. 10.* ita Lugo.

Idem etiam me citato docet Dicastillus de *Sacrament. tomo 1. tract. 5. disp. 4. dub. 5. num. 84.* vbi ita ait, Aduertendum præterea est, Religiosos, qui habent communicationem priuilegiorum, sicut possunt anticipare Sacrum, ita postponere vsque ac horam nonam; id enim concessit Eugenius IV. Benedictinis de Monte Serrato, ut notauimus *dub. præced. §. Ex Benedictinis.* Adde Dianam *part. 2. resolut. 35. in editi. anni 1635.* vbi sic ait, Religiosi verò ex suis priuilegijs, ut notat Ioannes de la Cruz in *directorio*, &c. possunt celebrare vsque ad nonam inclusiue, id est, vsque ad tres horas post meridiem. Hoc tamen priuilegium videtur esse illud, quod concessit Eugenius IV. Congregationi S. Iustiniæ, & habetur in Bulla XI. illius Papæ; ibi tamen conceditur, non ad arbitrium, sed in itinere, & ex causa iusta; vnde nisi talis causa sit, non licebit. Ita ille

Sed nostram, & Bruni sententiam contra Dicastillum, & Lugo posse sustineri existimo, nam quidquid sit de priuilegijs ab ipsijs adductis, priuilegium Eugenij IV. à Bruno adductum loquitur absolutè, & sine vlla limitatione. Ergo idem dicendum videtur de alio priuilegio, quod idem Brunus adducit, videlicet dicendi Missam statim post mediam noctem ex concessione Leonis X. relata in *supplem. concess. 275.* & in *Compend. priuileg. Mendic. verb. Missa. 2. §. 6.* his præcisè verbis, Concessit Fratribus Minoribus de Observantia, ut de licentia Superiorum possint celebrare illico post Matutinum, de æstare verò quando noctes sunt breuiores, etiam ante Matutinum Chori, vel infra, dummodo celebraturus illud per se, aut cum socio dixerit, prout consuetum est in ordine, cum Prima. In qua concessione notandum est, quod Pontifex non dat Regularibus absolutam facultatem celebrandi missas illico post Matutinum, aut post mediam noctem, sed cum duabus limitationibus: Prima, ut Missæ dicantur de licentia Superiorum; Secunda, ut si Missæ dicendæ sunt illico post mediam noctem, perfolutum sit Matutinum cum Prima, hæc autem secunda limitatio non mediocrem ingerit difficultatem, quæ enim fieri potest, ut Missæ celebrentur ante Matutinum Chori, cum Chorus in Ordine Minorum prædicto, Matutinum media nocte incipiat, & quod Prima cum Matutino antea recitari debeat; sequeretur, n. inde Missas inchoari debere ante mediam noctem, & inchoationi eiusmodi obstaret, quod Prima deberet antea recitari, quæ nihilominus ante mediam noctem recitari minime potest. Verum hæc difficultas facile soluitur, si dicatur, quod possunt dici Missæ ante Matutinum Chori omnino perfolutum, potest enim illico post mediam noctem Prima recitari, & statim inchoari Missa, dum Matutinum perfoluitur. Adiunge, quod illa conditio dicendi Matutinum cum Prima non est

est sic obligatoria, vt non valeat priuilegium, si prius non recitetur. Namea conditio non ponitur vt restrictiua concessionis, sed vt quid requisitum secundum ius commune Ecclesiæ, & Ordinis, quæ recitatio, cum iam non sit ex iure requisita quoad Matutinum, vt post Sotum tenent Suarez, Rodericus, & alij, nec etiam quoad Primam, cum Ecclesiæ; nec Ordo iam quidquam circa hanc recitationem ex iure, aut ex consuetudine habeat, possunt dicti Regulares Missas celebrare Prima minime recitata, vt tenet citatus Rodericus *art. 3.* imò nec recitato Matutino, si adsit aliqua necessitas, ac ex consequenti valer priuilegium non recitata Prima, & Matutino; Ita Bruno; Cui adde Dicastillum *vbi supra*, qui testatur se audiuisse à fide dignis prædicti Ordinis, & aliorum Congregationum Montis Cassini eiusdem Ordinis habere priuilegium celebrandi statim post mediam noctem. Et ideo *num. 65.* sic ait, Hoc dixerim propterea, quod Matrini iam olim ante viginti annos mihi legisse contigit litteras Patris Antonij de Mendoza Societatis Iesu Assistentis pro Hispania, datas anno 1595. decimasexta Martij ad Patrem Franciscum de Porres, tunc Prouincialem, cuius verba sunt: Su compaño de N. R. podra dezir Missa post mediam noctem, y à todos los que caminaren, da licencia nuestro Padre para poderlo hazer. Yo embiare vn priuilegio impresso, que me dizen lo gan impresso agora los Benitos. Hactenus in literis. Cum ergo Assistentis Hispaniæ vir per se ipsum, & pro munere suo tantæ auctoritatis, testetur Reuerendum admodum Patrem nostrum Claudium Aquauiam bonæ memoriæ eam facultatem concessisse, nec ab ipso, nec à Successore admodum Reuerendo Patre nostro Mutio Viterlescho, moderno Præposito Generali, reuocaram suam prædictam facultatem, saluo meliori iudicio, existimo posse nos vti prædicta facultate, maxime re communicata cum Superiore, vt in hac facultate ampliori sequamur, & seruemus eandem restrictionem; quam supra diximus in celebrando vna hora ante auroram seruari debere, ita vt hoc priuilegium, & amplior facultas censeatur concessa ad normam, & modum alterius minoris vsus, & facultas non concedatur, nisi primariò omnibus Superioribus, deinde iis, quibus ipsi commiserint, idem iudicium sit de hac facultate ampliori. Hæc Dicastillus; quæ omnia applicanda etiam existimo Patribus nostræ Religionis Clericorum Regularium, & aliarum Religionum.

An licitum sit Regularibus in festis duplicibus dicere Missas votiuas cum Gloria in excelsis.

RESOLVT. III.

Affirmatiuè respondet Bruno *de priuileg. Regul. part. 2. tract. 8. cap. 1. prop. 4.* vbi sic ait, Regularibus licitum est in festis duplicibus Missas votiuas Spiritus Sancti, Virginis Mariæ, vel Defunctorum pro libito celebrare, & in eisdem, ac aliis omnibus votiuis canticum Angelorum, seu Gloria in excelsis Deo, & etiam pro libito dicere. Duas habet partes hæc propositio; Prima priuilegium non est, sed commune ius, quo non solum Regulares, verum etiam sæculares vti possunt in Missis priuatis, vt tenent Suarez *de Eucharist. disput. 83. sect. 3. & disput. 88. sect. 3. conclus. 1. maxime in §. in quo est, Portell. in addit. verb. Missa §. 8. & alij.* Et probatur, quia alia ratio est de obligatione Sacerdotis, vt

confirmetur festo illius diei in recitando diuino Officio, alia vero vt confirmetur in dicenda Missa cum Rubricis Missalis; hæc enim Rubricæ iuxta Doctores minus obligant, quam aliæ; non enim est præceptum de Missa, aut tali Missa dicenda, sicut est de Officio, aut tali Officio dicendo. Dixi priuatis, quia aliter in solemnibus asserendum iuxta capit. *Quidam, & cap. Creatura, de celebrat. Miss. de quibus, & aliis vide citatum Suarez.* Secunda autem pars propositionis probatur ex concessione Alexandri IV. facta Minoritis, per Bullam, quæ habetur in *compend. priuileg. Mendic. verb. Missa quoad modum. §. 4.* his præcisè verbis; Alexander IV. concessit Fratribus Minoribus, vt in Missis votiuis Spiritus Sancti, & virginis Mariæ Gloria in excelsis Deo, nec non Sequentiæ competentes tam in solemnitatibus cantare, quam dicere possint in priuatis, non obstante statuto generali, videlicet capite Concilium, extra, de celebratione Missarum, in quo Pontifex Innocentius III. statuit, vt in Missis commemorationis, seu votiuis licet dicatur propria præfatio, non tamen Hymnus Angelicus, seu Gloria in excelsis, vt inter commemorationem, & solemnitatem differentia ostendatur. Verum cum hæc concessio non extendatur nisi ad votiuas de Spiritu Sancto, & de Virgine Maria, alia concessio Sixti IV. adducenda est, quæ refertur à Roder. *tom. 1. qq. Regul. quæst. 43. artic. 15.* his verbis, Concessit Fratribus Minoribus de Obseruantia, vt possint dicere in omnibus Missis votiuis Gloria in excelsis Deo. Ita Bruno. Sed displicet mihi id quod asserit Brunus absolute licitum esse in festis duplicibus dicere Missas votiuas; nam hoc est illicitum, & ex Rubricis saltem venialiter peccaret; licet aliqui asserant mortaliter; & sic docet ipsemet Suarez ab ipso adductus; Et ideo me citato Dicastillo *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disputat. 4. dub. 14. num. 273.* sic asserit, Statuendum secundò: Quosdam putare per se loquendo non esse licitum, Missam aliam celebrari ab eo, qui pro arbitrio suo potest dicere, & omittere Missam absque obligatione; nam sicut liberum est Missam dicere & omittere, ita etiam aliam celebrare. Quæ doctrina verissima est, si de obligatione sub mortali agamus; neque enim videtur sub mortali latum præceptum dicendi Missam de Feria, aut de Sancto, ita Suarius *disput. 83. sect. 3. Reginald. lib. 26. num. 208. Syluester verbo Missa, Henriquez lib. 9. cap. 23. num. 5. in Commentario litera H.* vbi plures alios refert, inter quos Sotum, & Medinam, quibus adde Dianam cum multis aliis, quos refert. *2. part. tract. 14. ref. 30. 31. & 32. & 4. part. tr. 4. Miscellaneo, resol. 39.* vbi docet id esse reprehensibile, & asserit aliquos, qui putant esse mortale contra nonnullos alios, Azor, etiam loco cit. dicit esse dubiam questionem, quando sit sine aliqua rationabili causa, & probabilis putat esse peccatum mortale. Vnde vt minimum concederet esse veniale. Hæc Dicastillus. Cauent ergo Sacerdotes præsertim sæculares, imò & Regulares ex doctrina Patris Bruni in festis duplicibus Missas dicere, quia etiam Regulares de hoc non habent priuilegium, & vi Rubricarum saltem qui vtantur Missali Romano tenentur sub peccato veniali in festo duplici, & in Dominicis Missas votiuas non celebrare; ergo, &c.

An

An superiores Regulares possint reducere Missas ad minorem numerum.

RESOLVT. IV.

Circa hanc difficultatem Brunus *part. 2. tract. 8. cap. 1. prop. 8. & 9.* asserit, quod possunt Generales Regularium ex causa reducere ad minorem numerum Missas, quæ vocantur Missæ dotationum, & anniuersariorum, non solum in capitulis Generalibus, & Provincialibus; sed etiam extra illa. Deinde addit, quod Prælati generales possunt dispensando facere, vt Subditi Regulares satisfacere quæant pluribus Missis debitis per vnam Missam additis in ea tot commemoracionibus, quot Missæ debite erant dicendæ: possuntque suam facultatem ad id faciendum aliis committere. Et hoc ex priuilegio Leonis X. & Martini V. quod huius tenoris est: De cæteris perpetuis futuris temporibus possint in vna Missa facere commemoraciones nouem, quæ satisfaciunt ex Apostolica dispositione pro 9. Missis debitis, vel minorem numerum descendendo, qui etiam satisfaciatur pro tot Missis præmissis, quot fuerint commemoraciones; & quidem tam plenè, vt conscientia eorum penitus exonerentur à promissionibus, & fidelibus tantopere suffragentur, ac si diuetsis diebus integraliter Missas impositas sigillatim celebrassent: Quid clarius? Quod quidem priuilegium valere non solum pro Missis receptis; verum etiam pro recipiendis, cum verba priuilegij sint absoluta, & abstrahant à differentiis temporis, vt consideranti patebit: quod confirmatur ex verbis, quæ præfati priuilegij verba præcedunt, in quibus expressè habentur; Vt commemoraciones dicte suffragentur fidelibus, qui dederint elemosynas pro missis dicendis, vel quos posterum dare contigerit. Deinde subiungit: Vt Generalis dispenseret pro Missis dicendis, &c. iuxta tenorem præhabitu, &c. Et quod possit hanc facultatem Generalis aliis committere, probat, quia hæc gratia facta est potissimum Ordinibus Regularibus, deinde persona Generalis tanquam prima, per quam ad alia sui Ordinis membra, ad eam postea influendam, diffundi debet, qui autem per alium facit per seipsum facere videtur. Secundò, quia omnis potestas ordinaria est delegabilis, hæc autem est ordinaria, vt potè in perpetuum concessa, & officio perpetuo annexa. Nec obicitur, quod hæc potestas est extraordinaria; nam licet ita se habeat, sitque potestas delegata, est tamen subdelegabilis potestas delegata, quando datur à supremo Principe delegatis ad vniuersitatem causarum, cuiusmodi est hæc, quæ à Papa concessa est in vsum reducenda, iuxta vsum potestatis cuiuslibet Generalis, vt constat ex *c. fin. de offic. deleg. & exc. cum causam, de appellat.* Nò obicitur secundò electam fuisse personam industriam, & iudicium; nam respondebitur non ita esse, quando eligitur persona incognita, & indeterminata; nisi per qualitatem futuram, sicut in hoc priuilegio, vt docent Sylu. *verb. Delegatum q. 8.* Ex quibus patet, quod Generales possunt hanc facultatem fratribus subditis committere, vt de facto committunt suis Commissariis, seu Visitatoribus, quos in Prouincias mittunt cum potestate vniuersali ad omnes causas, qui etiam Generales hoc priuilegio, nisi raro vti debent, & cum hac conditione, vt præter prædictas commemoraciones pia opera subditorum applicent pro rata necessitatis cuiusque Missas commendantis Hæc Bruno,

Anton. Diana Pars XI.

Sed quidquid sit de tali Priuilegio Leonis X. & Martini V. assero prorsus non esse admittenda in Prouinciis, vbi Decreta Sacræ Congregationis vsu recepta sunt, quod necessarium erat Patrem Brunum aduertere. Dico igitur, Decreta iussu Urbani VIII. edita *de celebrat. Miss. die 21. Junij 1625. §. 3.* sic habere? Id verò vt deinceps obseruetur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesiis, ac locis piis, tam sæcularibus, quam regularibus cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & instituti quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. Et in fine Pontifex apponit clausulam derogatoriam amplissimam omnium priuilegiorum, & ipsemet Pater Brunus fatetur rarò Generales his priuilegiis vti: non enim ait, audiui, quod in Religione Minorum illius vsus vsquam fuerit, & credo quod in aliis Ordinibus, illius vsus si fuit, rarissimus extitit, ipseque ex graui causa. Sed absolute nunc dicendum est talia priuilegia fuisse ab Urbano Octauo in dictis Decretis reuocata, vnde caueant Regulares doctrinam Patris Bruni ad praxim deducere.

An Regulares possint exponere Eucharistiam publice absque licentia Episcopi.

RESOLVTIO V.

Negatiuè respondet Gauantus *in man. Episc. ver. Eucharistia num. 5. §. 54.* vbi sic ait, Non exponatur cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarij. Congreg. Rit. 16. Febr. 1628. Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in Pixide velata cum luminibus, & assistentia, Congregat. Episc. 7. Septembris 1598. Ita Gauantus Vnde nouissimè Illustrissimus, & amantissimus Dominus meus D. Bernardus de Labra *in sua Synodo Dioces. celebr. & impressa anno 1651. in libr. 2. tit. 5. cap. 7.* sic ait, Assi como es iusto que por necessidades communes, y vniuersales de la Iglesia, del Summo Pontifice, de su Magestad, y otros casos semeiantes, se exponga el Santissimo Sacramento, para que el pueblo acuda à pedirle misericordia en sus necessidades: assi tambien es cosa indecente que esto se haga por causa particular, y leue, segun el arbitrio de cadauno. Por tanto ordenamos, y mādamos (S. S. A.) que en ninguna Yglesia aunque sea de Regulares, y exempta se exponga el Santissimo Sacramento, aunque sea por causa publica, sin licentia nuestra, ò de nuestro Prouisor General, y Vicarios: aduirtiendo que los Regulares podran por causa particular aprir las puertas del Tabernaculo, pero el Sacramento, ha da estar cubierto de manera, que no se pueda ver la Hostia cõsagrada; segun mas vezes lo ha declarado la Sacra. Congr. de Ritus, y consta desu decreto, que es como si sigue. Declaratio Sacra Rituum Congr. sapius censuit non licere Regularibus etiã in eorũ propriis Ecclesiis Sanctissimum Euchar. Sacrament. palà adorandũ exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario: ex causa verò priuata posse, dummodo Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum maneat ita ut ipsa Sacra Hostia videri non possit. In Cardinalis Saquetus. Locus † sigilli. C. Paulinus Sacra Congregationis Rituum Secretarius.

D Verùm

Verùm his non obstantibus causam Regularium late defendit Pater Bruno de *privileg. Regul. par. 1. tr. 2. c. 3. propos. 6.* Quoniam, ait ipse, Episcopus, dum sub eius vexillo regulares militat, poterat sine dubio in eorumdem Ecclesiis sibi prorsus subditis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quoties sibi videbatur opportunum, populo publicè adorandum exponere: at totum ius Episcopi in dictas Ecclesias, in Prælaturam Regularem translatum est, ergo etiam id potest Prælatus regularis. Prima propositio patet, in qua non est distinguendum si Episcopus id poterat quatenus Prælatus Regularium; aut quatenus Episcopus, quoniam nulla ratio vrget cur id non possit quatenus regularium Prælatus, cum vna & eadem esset superioritas Episcopi relativa indistinctè ad sæculares, & Regulares subditos. Propositio secunda etiam patet, quoniam eorumdem Ecclesiis ad omni prorsus iurisdictione, dominio, & superioritate Episcopi per Papam exemptis, necessarium erat ad eorumdem perfectum regimen, vt omnis eiusdem Episcopi potestas Prælato Regulari concederetur, quod de facto actum est, vt ex innumeris Canonibus, & Pontificum Romanorum Bullis manifestè patet. & quia de Ecclesiis est sermo, in medium afferre liceat antiquum Gregorij Magni decretum, *cap. Lumino-so*, Nec audeat ibi Cathedram collocare Episcopus, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec quamcumque ordinationem quamvis leuissimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus; quatenus Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate, vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant. Hæc Gregorius. Cathedram autem Episcopus in dictis Ecclesiis poneret, & exerceret potestatem imperandi, & ordinandi, si non liceret Regulari Prælato sine eius mandato Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum populo adorandum publicè exponere.

Probatur secundò, quia Prælatus Regularis posset in suis Ecclesiis Ordinari, necnon etiam iurisdictionis, & superioritatis potestare: Sed actus exponendi Eucharistiæ Sacramentum non superat hanc potestatem, ergo potest illam exercere: Prima propositio constat ex eo, quòd in locum Episcopi quatenus antea superioris illarum Ecclesiarum successit. Secunda autem probatur, quoniam illius est exponere, cuius est conficere, & ministrare illud Sacramentum: hoc autem ad Sacerdotem præcisè spectat. Dixi præcisè, quia vt in Ecclesiis Regularium hoc fiat, requiritur in faciente sola superioritas, vel saltem illius licentia, sine iurisdictione, cum ille actus non sit iurisdictionis vt constat; Ergo cum Prælatus regularis sit simul & Sacerdos, & superior Ecclesiarum, poterit illud in suis Ecclesiis exponere. Tertia, Quia non videtur qua ratione Episcopi requiratur licentia: non enim, qua Episcopus, quoniam non est actus characteris Episcopalis non qua Diocesanus, seu qua superior territorij, in quo sunt dictæ Ecclesiæ, quia illarum non est superior, & locus exemptus, iuxta Canonistas, extra Diocesim iudicandus est: nec denique quia ad eas confluat populus ei subditus; quoniam etiam ad eas sine licentia (necnon etiam ipso contradicente) confluit populus ad audiendam verbum Dei, & Diuina officia; ad Sacramenta recipienda, ad processiones, consolaturnitates, funeralia, & quod maius est ad vora in manibus Prælati regularis (si sit populus ex Tertio Ordine) emittenda, & cætera faciendâ, quæ proculdubio maiorem, re-

quirunt in Regulari potestate, quam actus exponendi Sacramentum Eucharistiæ. Quartò; Quoniam nemo negabit, quin Canonici Ecclesiæ Cathedralis exemptæ, & aliarum Ecclesiarum exemptarum possint illud exponere; ergo à foriori potest illud Prælatus regularis: cum illi sint tantum exempti velut ad instar Regularium, vt inferius dicitur; & Tridentinum ab exemptionis iure illos expressè excludat; cum tamen non excludat Regulares, maiorique in suos subditos, suasque Ecclesias Prælatus Regularis, quàm Decani, & Canonici in suos, & suas, potestate calleat. Nec obstat, Primò opponere, quòd in multis Synodis Diocæsanis ordinatum habetur, quòd id non liceat Prælato regulari sine Episcopi licentia; quoniam illa lege Regularis non ligatur. Non obstat Secundò, quòd nouæ indulgentiæ non possint à Prælato Regulari publicari in dictis Ecclesiis absque Episcopi licentia; ergo nec Sacramentum Eucharistiæ exponi. Responderur, ita esse, si rescriptum, in quibus continentur, hanc conditionem apponat; sin autem, in dubio res versatur. Sed supposito, quòd Prælatus regularis non possit illas publicare absque Episcopi licentia; non est similis in vtroque ratio, nam indulgentiæ sunt publicæ extraordinariæ iurisdictionis effectus delegatione Apostolica exercendis erga suos subditos ac ex consequenti cum delegata potestas, quæ non transit in ordinariam, non debeat exerceri sine Episcopi facultate, saltem ex decencia ab eodem habenda est. At verò Sanctissimi Sacramenti expositio est actus ordinariæ potestatis; & idèd hæc licentia non requiritur. Non obstat, Tertio, quòd in pluribus causis à Sacra. Congregat. Cardinalium decisum est, id ei non licere absque Episcopi licentia, quoniam vel illa decisio est interpretatio iuris communis, vel decreti alicuius Concilij generalis, aut denique Pontificis: vel non est declaratio, sed lex: non potest dici prius, scilicet quòd sit declaratio. Primò, quia nullum est ius declarandum, quòd de hac materia in specie agat. Secundò quoniam declaratio alicuius iuris facta à potente non potest esse contraria iuri declarato, cum sit vnum & idem cum eo; esset autem talis, cum sint duæ decisiones circa hanc materiam penitus contrariæ, ab eisdem Cardinalibus emanatæ, vt mox constabit. Non potest dici posterius, scilicet quòd sit lex; quoniam Cardinales illius Congregationis facultate pollent ad legem condendam. Hæc huiusmodi decisio, vt lex publicatur. Quod confirmatur ex decreto per Cardinalem Grimaldum; tunc in Gallia Nunciij Apostolici munere fungentem, fauorem Archiepiscopi Burdigalensis, patribus videlicet Dominicanis inauditis, ab eadem Congregatione impetrato, 1544. in quo loquens de quodam alio decreto circa hanc materiam alias emanato, sic fatur: Hanc eandem opinionem secuta fuit Sacra Congregatio Episcoporum in pluribus causis. Quibus vides decisionem Cardinalium esse opinionem, non autem legem. Dices, ergo saltem hæc decisio erit opinio sequenda, cum sit tantorum virorum. Responderur, quòd si velis sequi illorum opinionem, sequenda potissimum illa, quæ vniuersaliter, ab illis pronunciata fuit, & non sicut hæc in causis priuatis, illa (inquam,) quæ etiam auctoritate Apostolica iudicialiter promulgata fuit, anno à Nuntio Apostolico apud Hispaniæ Regem residenti in toto illo regno obseruanda, Et denique Bulla Urbani Octauini inchoata in plenitudinem, de qua alijs, qualis est hæc, cuius tenor sic habet, Sa-

tra

era Congregatio Regularium censuit, & statuit, vt liceat Regularibus in eorum Ecclesiis, & intra septa Monasterium suorum Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum processionaliter circumferre: & super altari publicè adorandum exponere ex quauis causa publica, vel priuata, die 2. Iulij 1580. Verùm supponamus Decisionem Cardinalium legem facere, vt ego alibi disserui, certè vt reuocet Ius Regularium, & præfatam generalem eorumdem Cardinalium decisionem in fauorem omnium Regularium ordinatam; non debet esse particularis, quoniam nulla lex in causa particulari, seu speciali lata generalem reuocat: imò nec generalis generalem, aut specialem; nisi habeat clausulas derogatorias ad id necessarias; Præfata autem decisio particularis, sicut & cætera, non habet aliquam clausulam reuocantem, quam Doctores iudicant necessariam, etiam in Concilijs generalibus, & rescriptis Pontificum, dum aliquod Priuilegium, aut Ius quæsitum reuocant, maxime si in iure communi insertum sit, aut tanquam merces datum, vt est hoc priuilegium immediatè suam originem trahens ab exemptione iurisdictionis, potestatis, & superioritatis Episcopalis; cuius intuitu eadem iurisdictione, potestas, & superioritas collata fuit Prælato Regulari in suos subditos, & Ecclesias suorum omnium Monasteriorum. Et hæc omnia docet Pater Brunus, vbi supra. Sed mihi fas non est de purpuratorum Patrum auctoritate in suis declarationibus aliquid detrahere, sed solum aduerto dictam declarationem Cardinalium non videri vsu receptam, passim enim Regulares exponunt Populo Eucharistiæ ad adorandum absque Episcoporum licentia, nisi dicas hoc illos efficere videntibus, & non renitentibus Episcopis, atque idèd ex eorum licentia, tacita videlicet.

An Bulla Pij V. que incipit, Etsi Mendicantium, &c. que amplissima Regularium priuilegia continet, fuerit reuocata per Bullam Gregorij XIII. que incipit, In tanta, &c.

RESOLVT. VI.

NEGatiuè respondere Pater Bruno de *Privil. Regul. par. 1. tr. 1. cap. 5. propos. 6.* per totam. Probat primò, quia Gregorius in eadem Bulla declarat se moueri ad illam reuocandam, quoniam ad ipsum peruenerat, quòd ipsemet Pius illam per aliam à se editam, reuocauerat: sed Pius V. nunquam dictam suam Bullam reuocatoriam, si quæ sit, publicauit, teste Nauar. *cap. 25. num. 5.* ergo non fuit reuocata per dictam Bullam Greg. XIII. quoniam vt est communis sententia, cessante causa cessat effectus, vbi in lege, & statuto expressa est causa: vt tenent Rota *decis. 337. num. 3.* apud Farinacium *par. 1. Recent. Scaccia de appellat. q. 5. n. 18.* Florent. *decis. 1. num. 61.* Cæsar Arg. *de controuers. leg. quest. 5. num. 15.* Secunda ratio, quoniam posito quòd dicta Bulla Gregorij vim habuerit reuocandi dictam Bullam, illam tamen non reuocaret in multis articulis: quia hæc Bulla Pij continet, Primò, nouas constitutiones contrarias Concilio Tridentino; & iuri communi, Secundò, dicti Concilij declarationes: prioribus derogaret, posterioribus minimè, cum de his nullam penitus mentionem faciat Gregorius: imò illas confirmauit iuxta Rodericum *in expositione Cruc. §. 9. dub. 1. num. 32.* & Portell. *par. 2. casu 26. num. 7.* Ergo cum huiusmodi Anton. Diana Pars XI.

declarationes Pij, non faciant contra Tridentinum, cum declarans nihil noui agat, iuxta *Clementinam Exiuit, de verb. signif. & Glossam in cap. per tuas, ver. nouo, de donat.* & qui declarat legem, non mutat naturam, aut essentiam dispositionis, iuxta Roland. *consil. 15. num. 27. volum. 30.* Dec. *consil. 1. num. 311.* lib. 9. Menoch. *consil. 331. num. 100.* proculdubio declarationes illæ in dicta Bulla Pij V. contentæ, per Bullam Gregorij non reuocantur. Tertia ratio, quia reuocatoria Gregorij cadit supra priuilegia noua à dicto Pio concessa, declaratio autem verborum Concilij non est priuilegium, sed lex, cum Papæ declaratio faciat legem: vt tenent Suarez *de legib. cap. 1. lib. 6. num. 6. & seqq. Portel. par. 2. cap. 26. num. 4.* ergo hæc declaratio à Gregorio non est reuocata. Accedit quarta ratio, quòd omnes declarationes, quæ in dicta Bulla reperiuntur, quæque Concilio Tridentino non opponuntur, sunt in viridi obseruantia: & quoties Ordinarij conati sunt illis contradicere, quasi ab antedicta Gregor. XIII. Bulla reuocatis, Papa, vel Sacra Congregatio illas validas confirmauit, vt ex quarundam enumeratione faciendâ constabit. Nam primò declaratio Pij V. *cap. 9. sess. 22.* illius Concilij, qua scilicet possunt sæculares audire Missam in Ecclesiis Regularium, fuit confirmata à Clemente VIII. vt refert Hieron. Rodericus *resol. 25. num. 5.* & ab Urb. VIII. anno 1625. Secundò, declaratio *cap. 15. sess. 23.* & *cap. 10. sess. 25.* videlicet, quòd Confessarij Monialium non examinentur ab Ordinario, confirmata fuit à dicta Congregatione, vt refert Barbosa *in Remissionibus ad sess. 25. c. 10. Concilij Tridentini.* Tertio, declaratio *cap. 2. sess. 5.* quod Concionatores non sint ab Ordinario examinandi ad prædicandum in proprijs Ecclesijs, fuit confirmata in Cong. Cardinalium, vt refert Reginald. *lib. 18. num. 123.* Riccius *decis. 290.* Barbosa *ad sess. 5. cap. 2.* Quarto, declaratio *cap. 5. sess. 25.* quòd Episcopus non possit dare licentiam ad ingrediendum in exemptarum Monasteria, aut in Monialium subditarum Regularibus, fuit confirmata ab eadem Congregatione, vt referunt Farinacius, Andreas, & Barbosa *ad sess. 25. cap. 5.* Quintò, declaratio *cap. 13. sess. 25.* videlicet, quòd quarta funeralis non intelligatur nisi de illo quòd afferretur die sepulture, fuit etiam à Congregatione confirmata, vt refert Portell. *par. 2. cas. & num. 3.* & sic de quibusdam alijs, vt in decursu huius operis videbitur. Vltima ratio est, quòd licet Bulla Gregorij XIII. publicata fuisset, & recepta, tamen postea illam idemmet Gregorius reuocauit, confirmando amplissima confirmatione priuilegia minorum cum clausula derogatoria suæ antedictæ constitutionis, sub datis die 25. Maij 1573. B. quæ incipit, *Ex benigna.* Et quoniam omnia verba illis adducere nimis prolixum esset, idèd clausulam derogatoriam quam post confirmata, & concessa de nouo motu proprio, & ex certa scientia minorum priuilegia, & declarationes, sic ponit, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus super Cathedram, &c. Priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam in forma Breuijs per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III. Paulum IV. Pium etiam IV. prædictos, ac etiam Pium V. & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem eandem, etiam motu proprio, ac scientiæ, & potestatis plenitudine simili-bus, ac cum quibusuis irritatijs, annullatijs, cassatijs, etiam priuilegiatorum eorumdem reuocatijs, &c. Quibus omnibus hac vice dumtaxat specialiter,

D 2

cialiter, & expresse derogamus. Ita Pontifex. Et hæc omnia docet Brunus, *vbi supra*, qui citat pro sua sententia Llamas, Peyrinum, Thomam à Iesu, & alios, & ad firmam Privilegia Regularium maxime se fundat in dicta Bulla Pij V.

Sed non defunt Auctores Regulares contrariam sententiam tenentes, & idem nouissime doctus Pater Nicolaus Brauus in *tractatu Monastico cap. 1. n. 9.* sic ait, Solum potest esse dubium de privilegio illo Pij V. quod incipit: *Etsi Mendicantium*, &c. quod etiam pro nostra obseruantia Hispaniæ, sicut pro aliis expeditum habemus, *tom. 3. priuil. 8.* vbi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum duravit eius valor, tunc frui poteramus; veruntamen cessauit iam per reuocationem Gregorij XIII. in Bulla, quæ incipit, *in tanta rerum, & negotiorum mole*, &c. tanquam si tales literæ nunquam emanassent. Et quamuis Henriquez *l. 7. de Indulgent. cap. 24. in fine*, sub verbo, *videtur*, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc reuocationem Gregorij; oppositum tenet Flavius Cherubinus, in *Compendio Bullarum* *tom. 2. constitution. 9. Gregor. XIII. Schol. 1. Quaranta ad eandem Bullam*; Paulus Piafcius in *praxi Episcop. 2. par. cap. 3. art. 6. num. 8.* Emanuel Rodriguez *tom. 3. quest. 74. art. 16.* Tamburin. *tom. 1. de iure Abb. disp. 17. quest. 1. n. 16.* & ita cenfeo cum eisdem, & aliis, Ita Brauus, quibus ego addo Bassæum *ver. Priuilegium 4. num. 8.* & Machadam *tom. 2. libr. 4. part. 6. tract. 10. docum. 11. num. 4.* vbi sic asserit, Peto hæc de aduerit, que aunque Pio V. por dos constitutiones concedio à los Religiosos que pudiesen predicar sin licentia del Obispo; y no obstante que ello contradixisse, reuocando con ellas mucha parte de lo dispuesto por el Concilio Tridentino en fauor de los Obispos, Despues Gregorio XIII. reuocò estas constitutiones, reduziendolas à los terminos del Derecho comun, y Concilio, y aunque es assi, que el mismo Pontifice Gregorio XIII. confirmò de nueuo à los Religiosos Mendicantes los priuilegios que en esta razon les auia concedido Pio V. por las constitutiones referidas; en la misma confirmation puso clausula de que se entendiessen sin perjuizio do lo dispuesto por el Concilio Tridentino. Ex his Pellizarius in *Man. Regul. tom. 2. tractat. 8. c. 1. sect. 4. n. 81.* quærit, an Regulares saltem in foro conscientie possint in presentia vti suis priuilegiis, quamuis expresse reuocatis in Concilio Tridentino. Et respondet, non posse; & hoc ex clausula exceptiua, qua post Tridentinum vti solent omnes Pontifices in confirmatione priuilegiorum: Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria; Quæ clausula, si non intelligatur de Priuilegiis à Tridentino seruatis, aut reuocatis, non apparet; de quibus debeat intelligi, & quorsum toties reperatur; præterquam quod vix vocis oraculum, quo nituntur Henriquez *l. 7. c. 24. num. 8.* & Rodriguez *tom. 1. q. 8. artic. 9.* aliique oppositum sustinentes, non solum fuit reuocatum à Gregorio XIII. sed etiam à Gregorio XV & Urbano VIII. in reuocatione generali vix vocis oraculorum Religiosis concessorum vt proinde opinio Henrici, & eius affectum in presentia nullo modo possit sustineri. Ita Pellizarius.

Notandum est tamen hic, quod quando Papa confirmans priuilegia Regularium, addit supradictam clausulam, Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, non intendit reuocare nisi ea priuilegia, quæ præfata Concilio, ita sunt contraria, vt ab eo expresse reuocentur (quale erat, quod Regu-

lares possent recipere Ordines Sacros ante ætatem assignaram in Tridentino *sess. 23. c. 12.* quod ibidem expresse abrogatur; non autem intendit derogare priuilegiis, quæ quoquo modo sunt contraria Concilio Tridentino, sed ab eo in terminis non abrogatur: quale est priuilegium, quod iidem Regulares habebant, vt possent ordinari extra tempora: quod quidem est contrarium dicto Concilio oppositum statuenti *sess. citata cap. 8.* & tamen, quia ei in Concilio non derogatur expresse, cadit sub generali confirmatione priuilegiorum factam cum prædicta clausula, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria. Priuilegia autem Regularium, quæ expresse reuocantur in Concilio Tridentino colliguntur à Ioanne de la Cruz in *epitome l. 2. c. 3. d. 6.* & facile reperiuntur in ipso Concilio. Vide Portell. in *dubis Regul. ver. priuilegium, numero 3.*

An Clausula ex certa scientia apposta in Bullis Pontificiis confirmantibus Priuilegia Regularium, reuincere faciat, & innouet priuilegia reuocata.

RESOLVT. VII.

Afirmatiuam sententiam docet Bruno *part. 1. tr. 1. c. 2. propos. 4.* vbi sic ait, Quoties ex certa scientia priuilegia antea per specialem rescripti, aut Bullæ clausulam reuocatoriã abrogata, confirmantur, valida est confirmatio eorumdem, licet non fiat mentio huiusmodi clausulæ reuocatoriæ. Ratio est, quia hæc clausula, ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, & inuoluitur reuoluitur: ergo si ex sua natura reuoluitur inuoluitur, seu reuocata, frustra fieret clausulæ reuocatoriæ mentio. Sic tenent Glossa, in *cap. Sicut graue, de Transact. in cap. veniens, eod. tit. & in cap. Quia diuersitas, de concessione Præbende*; Sigismundus à Bononia *tract. de elect. part. 2. c. 4. d. 76. n. 6.* Rosella *verb. Absolutio. n. 4.* Portell. *verb. priuilegij confirmatio*, & Marcellinus à Sancto Benedicto in *Compend. priuileg. Fuliensum, verb. priuileg. in notabilibus*, vbi docet, ex Eman. Roder. qui est huius sententiæ, quod tria operatur prædicta confirmatio ex certa scientia. Primum, quod priuilegia sic confirmata sint firmioris auctoritatis. Secundum, quod si minus sunt valida, sunt valida, & sic validat nulla, & inuoluitur, dando nouam vim. Tertium, propter auctoritatem confirmantis nullus superior, seu Prælati potest de illis cognoscere, sed solus Papa. Eundem etiam effectum operatur clausula, de plenitudine potestatis: vt citat Roder. & Marcell. cum aliis asserunt: Clausula verò, de nouo concedimus, non operatur eisdem effectus, sed facit tantum illa reuincere, si in vsu essent, & impedit præscriptionem per non vsu. At verò clausula simplex, confirmamus, nihil ferè operatur, vt in *tract. de exemp. latius ex Doctoribus, & Canonibus ostendemus*: Sic etiam Miranda in *Manuali tom. 2. quest. 45. art. 1.* vbi egregie hanc clausulam, eiusque effectus cum aliis clausulis explicat. Ita Brunus.

Et eius sententiam sequitur doctissimus Magister Donatus *Rerum Regular. tom. 1. tr. 1. q. 3.* vbi probat clausulam, ex certa scientia, habere vim confirmandi actum nullum, reddendo illum de inuoluitur valido, & validare id, quod prius erat nullum: idem est, quod de nouo concedere; Quod melius, &

& efficacius operatur, si re vera à Principe confirmante præcesserit cognitio defectus, seu nullitatis prioris priuilegij, quod confirmat, ita vt aliunde constet, Principem scire, vel sciuisse, illa priuilegia, quæ confirmat, fuisse amissa, vel reuocata; ita Alex. *consil. 123. incip. scripsit, num. 20. ver. pramitto.* Vital. *de claus. in tract. clausul. ex certa scientia, & Tusch. tom. 2. lib. C. concl. 341. num. 20.* Dixi, melius, & efficacius; nam ad operandum; & inferendum in beneficiu priuilegiati, satis est, quod clausula. Ex certa scientia, addatur, & contineatur in priuilegio, quod expeditur, absque eo, quod aliunde constet de præuia scientia Principis, quoad ea quæ confirmat ex certa scientia. Alias, omnes Principis concessionis ex certa scientia, essent incertæ, & præcisè priuilegiorum confirmationes, quis enim scire potest, an Princeps, vel Papa præcuerit, & exactè examinauerit valorem priuilegiorum Regularium, quæ confirmare intendit; & an præcognouerit illorum nullitatem, & defectus; tum quia, non licet stare in faciem Principis, eique dicere, *Mentiris*, nam loquela tua rei non correspondet; propterea est in se: ex quo res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa; etenim sermo verus correspondet rei, propterea est in se. Quapropter etsi forte Pontifex non habeat exactam noticiam eorum priuilegiorum, quæ confirmat, censetur, & præsumitur habere efficacem voluntatem confirmandi priuilegia amissa, vel reuocata, sicut opus est, & indigent: & hæc voluntas haberi potest sine cognitione rei, vt est in se, & sufficit ad validandum priuilegia, si quæ fortè in se sint nulla, & reuocata, etiam si eorum nullitas, & reuocatio Domino Papæ sit ignota.

Quemadmodum Religiosus dubians de valore suæ professionis, illam ratificat per nouum consensum, & dicitur ratificare ex certa scientia, non quia agnoscat illam esse nullam, sed quia non cognoscit fuisse validam, & nihilominus absolute vult nunc illam de nouo facere, & validare, si necesse sit. Item, sic etiam practicer in absolute censurarum in collatione beneficii, & dignitatis, nam absoluuntur Beneficiarij, & Personati ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si forte reperiantur quoquo modo innodati, ad effectum duntaxat illorum consequendum, propterea est videre in eorum Bullis.

Sic item, in magnis festiuitatibus Regularium superiores, suos absoluunt subditos, & cum illis dispensant super irregularitatibus, si quam, vel si quas contraxerunt, iuxta facultatem ipsis traditam per eorum priuilegia, & specialiter, & tamen hi superiores subditorum impedimenta, vt in se sunt, hic & nunc haud cognoscunt; quare scientia non obstante superiorum absolutio, seu habitatio valet, & tenet; ita Gloss. in *cap. statutum, ver. litterarum, de rescriptis in 6.* & Clem. 2. *eod. tit.* Bald. in *l. impetrata, colum. 1. C. sent. rescindi non posse* Suar. *l. 8. de legibus, c. 18. n. 14.* Sanch. *r. 1. sum. l. 7. c. 29.* cum aliis multis, quos refert Merolla in *d. tom. 3. de priuileg. disp. 6. c. 2. num. 114. fol. 65.* vbi ad partes disputat, & bene resoluit, quod satis sit resoluta voluntas Principis ad confirmandum, & confirmata valent, absque eo quod constet de præscientia Principis, propterea censuit Rota anno Domini 1614. coram bon. mem. Baratto die 27. Ianuarij apud Farinac. *decis. 513. num. 6. in 2. part. recent.* Et hæc omnia docet Donatus, *vbi supra.*

Hanc etiam sententiam tenent plures Doctores quos citat, & sequitur Sebastianus à Bononia *de elect. part. 2. cap. 4. sub. 73. n. 7.* & Bordonus in *Consilio Anton. Diana Pars XI.*

Regul. tomo secundo resolutione 52. numero 63.

Sed vt vetum fatear, ego numquam potui acquiescere huic doctrinæ, quæ si vera esset, contuerent plures Bullæ Pontificiæ, ac ad nihilum deferuerent, & sæpius Pontifices hodie destruerent id quod heri ædificauerunt, quod verisimile non est. Ideo contrariæ sententiæ adhaereo, & assero, quod dicta clausula, Ex certa scientia, non operatur circa ea, quæ in facto consistunt, de quibus præsumitur Princeps non habere noticiam, sed tantum quoad ea, quæ iuris sunt, quæ non præsumuntur à Principe ignorari, vt docent Felin. in *cap. cum inter num. 5. ver. intelligit bene. De except. Alex. consil. 123. n. 20. verbo Primito, & num. 22. & seq. vol. 4.* Bald. *l. vitæ, num. 9. ver. Dicit etiam C. sent. rescin. non posse. Dec. consil. 407. num. 23.* Paris. *consil. 1. num. 81. lib. 1. & consil. 4. num. 28. & consil. 74. num. 29. lib. 4.* Menoch. *consil. 1. num. 432. & consil. 2. num. 330.* Curtius Sen. *consil. 49. num. 35.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quest. 10. num. 83.* Dec. in *cap. Ad hac, ver. & prædicta conclus. de rescript. & consil. 98. num. 6.* Castren. *consil. 159. in fine.* Socin. Iun. *consil. 32. num. 4. & sequent. vol. 3.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 20. num. 3.* Cotta in *memor. verbo clausula, Vantius de nullit. tit. de null. ex defectu iuris. de leg. num. 58.* Tusch. *littera C. conclus. 340. num. 44. & conclus. 341. num. 20.* Brunus à Sole in *Compend. verbo clausula 18.* Marchesan. *De commiss. part. 2. cap. 357. num. 94.* Rodolph. *de suprema Principis potestate cap. 6. n. 5.* Vincent. de Franc. *dec. 192. num. 18.* Aldrete *Pro omnim. exemp. Regul. par. 2. c. 1. num. 11.* Molina *lib. 2. de Primogen. cap. 7. n. 21.* Garzias *de benef. part. 3. cap. 2. num. 232.* Seraf. *dec. 268. num. 5.* Riccius in *Collect. par. 5. Coll. 1592. in fine.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 6.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 18. quest. 6. num. 18.* Rota apud Farinac. *dec. 128. num. 5. & seq. tom. 3.* Quia nimirum præsumitur scientia in iis, quæ sunt iuris *cap. 1. de consil. in 6.* in ipso Principe, non autem quoad ea, quæ sunt facti; & idem, nisi constet de informatione Principis, hæc clausula nihil operatur circa ea, quæ sunt facti.

Itaque dicendum est, quod non potest confirmatio in forma specifica provenire à Principe nisi secundum suam specificam formam sit ab ipso voluta, & non potest esse voluta nisi mente concipiatur, & sit illi cognita, & non potest mente concipi, nisi cognitio Principis tendat in illud speciale, quod confirmat, secundum omnes ipsius circumstantias; nam confirmatio in forma specifica dicit quod res in specie secundum suum esse determinatum, & circumstantiarum, ita confirmetur, vt ex voluntate confirmantis absolute valorem accipiat, ac si ab ipso de quo fieret. Quando autem Princeps non inserit reorem rei confirmatæ, aut non constat habuisse plenam informationem, non dat valorem rei secundum esse determinatum, nec declarat suam voluntatem, quod tendat in rem confirmatam secundum esse determinatum, & circumstantiarum; voluntas autem, quæ non exprimitur pro forma specifica, non valet pro forma specifica, quia tantum solam operatur, quantum se declarat velle operari.

Nec obstat dicere, hanc clausulam: Ex certa scientia, operari, vt habeatur præsumptio informationis in Principe, vt latè tradit Alexand. *Consil. 15. num. 2. lib. 5.* & Rota apud Farinac. *Dec. 180. num. 2. part. 1. Recent.* Resp. obstat huic præsumptioni proxima ipsam, nam talis clausula, & aliæ similes solent de consuetudine opponi, etiam si Princeps non fuerit in specie informatus; sed solum signauerit supplicationem, in qua tamen non continebatur informatio

formatio in specie. Hinc cum Sixtus IV. confirmasset priuilegia Minorum cum clausula. Ex certa scientia, motu proprio, mera voluntate, & de nouo concedimus, Iulius II. in Bulla, quæ incipit, *In militantis Ecclesie agro*, apud Rodriguez *romo primo Bullar.* respondet non fuisse confirmata priuilegia, quæ non erant in vsu; fuissent autem confirmata, si clausula. *Ex certa scientia apposta*, faceret quod confirmatio esset in forma specifica, nam talis confirmatio restituit priuilegia amissa, cum sit noua concessio. Hinc non habet vim nouæ concessionis huiusmodi clausula, nisi constet quod Princeps habuerit plenam notitiam, vt notat Rota *Decis. 166. num. 7. part. 1. Recenior.* apud Farinac. & *decis. 192. num. 2. part. 1. Recenior.* apud eundem.

Nec etiam obstat, quod si dicta clausula non cauere effectum confirmationis specificæ, redderetur incertæ omnes confirmationes Pontificiæ, præsertim priuilegiorum, nam semper dubitari posset, an examen exactum fuerit, an fuerint, cognitæ nullitates, &c. Respond. Hoc non sequi, si renor rei confirmatæ fuerit incertus, aut eiusdem substantia, aut saltem Princeps declaret præmissis debitum examen, & plenè fuisse informatum; nam tunc præsumendum est, quod Princeps in confirmando rectè functus sit munere suo, atque præmiserit omnia ea, quæ erant præmittenda. Et hæc omnia Pater Bruno inuenit apud duos Doctores Regulares Zachariam Pasqualigum in *qq. Canon. Centur. 2. quæst. 107.* per totam, & Iacobum Ragium de *Regim. Regul. centur. 2. tit. 8. dub. 161. concl. 1.*

Hinc infertur contra Giuniparum in *Defens. Iur. Pontif. disp. 2. quæst. 2. capit. 3. num. 17.* Quod etiam si Pontifex moueatur ad confirmanda priuilegia alicuius Religionis, non ad instantiam alicuius, sed ex amore, & deuotione erga talem religionem, neque adhuc clausula; Ex certa scientia, sufficeret, ex se sola, absque renore priuilegiorum inserto, aut eorumdem substantia, aut saltem nisi constaret, quod Pontifex procederet cum plena informatione, vt confirmatio esset in forma specifica. Quia est impossibile, quod confirmatio sit in forma specifica, nisi procedat ex cognitione specifica determinata, & explicita rei, quæ confirmatur, non secus, ac est impossibile, quod sit volitum, quod non est cognitum; quia non potest facere, quod mente non concipit, cum operatio procedat ex scientia; nec potest concipere confirmationem in forma specifica, nisi habeat notitiam in specie, & explicitè illius quod confirmat. Quod valet, etiam si velit vt suprema potestate, & plenitudine ipsius, quia nec potestas plenissima, se extendit ad impossibilia. Rursus etiam si simul adhibeat clausulam, *Motu proprio*, & quilibet alias quantumvis prægnantissimas, nam, quæcumque sint tales clausulæ, non operantur vltra intentionem confirmantis, & intentio non operatur vltra id, quod mente concipitur, quia est impossibile, quod intentio sit eorum, quæ non sunt mente concepta, & nemo vult, quod non potest. *Lucius §. Imperatores ff. Ad municip. §. 1. Si tibi §. Knium. ff. De opr. leg.* Et ex his soluta manent, quæ pro se afferit Giuniparum. Et hæc omnia docet Pasqualigus à me alibi citatus in *qq. Canon. Centur. 2. quæst. 107.*

Nota verò, quod etiam stando in prima sententia Bruni, & aliorum, dicendum est moderatione indigere, nam si priuilegia sunt per ius commu-

ne, aut per Concilium generale reuocata, illorum confirmatio non valeret, nisi vel de dictis iure communi, & Concilio mentionem faceret, vel verbis, ita contrariis concepta esset, vt cum dictis iure, & Concilio non posset villo modo conciliari. Et idem Leander à Murcia in *Regul. Sancti Francisci quæstione 18. capit. 6. numero 8.* sic ait, De toto lo dicho se facia, que quando la confirmacion se haze ex certa scientia, reualida el Papa con ella el priuilegio reuocado de su predecesor, ò priuilegios por el reuocados aunque sea por especial Bulla, ò por especial reuocacion; saluo quando el priuilegio fue reuocado por el derecho comun, como por el Concilio Tridentino, ò por otros derechos; porque en este caso, los priuilegios reuocados, por derecho, no es visto querer el Papa confirmalos, ni reualidarlos, aunque confirme ex certa scientia, sino haze expressa mencion de reuocacion por derecho; y dize que no obstante elle quiere confirmat. Ita ille, cui adde Brunum, vbi supra, & Portell. in *Dubis Regul. ver. priuilegiorum Confirmatio, n. 33.*

Nota etiam, quod si in Confirmatione priuilegiorum ex certa scientia, apponatur clausula, dummodo sint in vsu, certum est priuilegia reuocata non reuocari; Et idem Pellizarius in *Man. Reg. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num. 26.* sic asserit, Vel priuilegium confirmatur in forma communi, & sic confirmatio nullum ius nouum confert, nec validum facit priuilegium, quod antea erat inualidum; cum talis confirmatio non sit concessio priuilegij, sed pura roboratio pro statu, in quo erat; vel confirmatur ex certa scientia; & sic confirmatio est noua concessio talis priuilegij (si tamen ab initio fuit validum) confirmatio siquidem ex certa scientia habet vim confirmandi actum, seu priuilegium aliàs nullum, reddendo ipsum de inualido validum: quod est priuilegium de nouo concedere (intellige modo Princeps confirmans ex certa scientia non apponat aliquam clausulam, qua dicat se nolle confirmare priuilegium aliàs nullum: vt si dicat, *Quatenus sunt in vsu*: Dummodo Concilio Tridentino non sint contraria; Prout in libris Ordinum reperiuntur: Dummodo sub vllis reuocationibus non comprehendantur; tunc enim non confirmantur priuilegia ex certa scientia; Vide etiam Portell. vbi supra 26. cum sequenti.

An Regulares possint ab Episcopis compelli, vt processibus publicis assistant.

RESOLVTIO. XIII.

Negatiuam sententiam tenet Bruno de priuileg. *Regul. part. 2. tract. 8. cap. 4. propos. 7.* vbi sic ait; Ex Tridentino apparet quod Regulares possint compelli ad Processiones, qui autem possint compelli non dicit expressè Tridentinum, nam postquam pronunciauit esse muneris Ordinarij terminare controuersias circa præcedentiam in processibus, & aliis huiusmodi comitiis: Amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque (de quo munere agemus infra, subdit postea) exempti autem omnes, tam Clerici sæculares, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi ad publicas processiones vocati, accedere compellantur: In quibus vides quod ius compellendi datum agnosceretur nullò nihilominus expresso cui illud ius concessum

concessum sit. Quod autem Episcopo non sit ex Tridentino concessum rationabiliter potest præsumi. Primum quia per dictas clausulas circa præcedentiam, Tridentinum terminauit quod iuris Episcopalis erat; alioquin illas non appouisset, sed expectasset in fine decreti illas apponere, vt solet, quod non fecit. Secundò, Quoniam si illi hæc potestas concessa fuisset, Episcopi in Tridentino congregati, cum de illorum iure ageretur id clarè in dicto decreto expressissent, quod autem id non fecerint, contra illos interpretatio est facienda, iuxta in *ris Regulam in 6.* Contra eum qui legem dicere potuit, apertius interpretatio est facienda: ac propterea concludendum ius illud compellendi ad Episcopum non spectare, vt de simili modo loquendi materia de approbatione Confessarij ex Bellarmino, & aliis diximus in *tract. de Confess.* Ergo in Tridentino non potest Episcopus compellere Regulares, vt ad dictas processiones accedant. Et confirmatur; quia vt probauimus in *tract. de exemp.* & alibi, Regulares sic sunt exempti à iurisdictione Episcopi directiua, & coactiua, vt nisi specialiter, & expressè potestas in illos à Pontifice ei detur, non censetur ei concessa non est autem ei sic concessa in hoc decreto; cum neque de Episcopo mentionem faciat, neque de huiusmodi exemptionis clausula reuocatoria, quorum expressio ad hunc effectum est necessaria.

Dices, ad quem ergo illa potestas compellendi spectabit? Posset quis dicere, ad Prælatum Regularem, cum ad eum omnis compulsio in Regularem subditum pertineat. Verum, si hic noluit, nec mittere suos subditos, quis illum, & illos compelleret? Respondet fortasse quispiam, tunc temporis posse Episcopum vt in compulsua, non in vi Tridentini, sed in vi iuris communis antiqui sibi ex consuetudine acquisiti; reintegratur enim in hoc casu potestas iurisdictionis, qua ante exemptionem Regularium in eos portebatur, vt alibi in simili materia diximus, quod forsitan vult innuere Concilium, cum non dicat, vt compellantur auctoritate Apostolica; aut ab Episcopo, aut aliis tanquam à Sede Apostolica delegatis, vt solet facere, cum vult vt Episcopus, aut quilibet Ordinarius Pontificia procedat auctoritate, illam tamen responsionem non esse vniuersaliter veram existimo, cum possit ab alio Prælato sibi Superiore in casibus ordinariis compelli; sed tantum in casu magnæ necessitatis publicæ, in qua processio huiusmodi Regularium abesse non posset à generali processione Clerici, & Populi, sine graui scandalo.

Sed quia communi sensu Doctorum illa compulsio Episcopo concessa existimatur, ideo stando in illa sententia, quaeritur si Episcopus Regulares, eorumdemque Prælatum nolentes ad processiones conuenire, censuris, aut pœnis possit compellere? Respondetur non posse; Et primò quod non possit compellere censuris fuit in *tract. de exemp.* probatum est; Et hanc sententiam tenent Henriquez in *Summa lib. 7. cap. 25. §. 57.* Roder. in *summa tom. 1. cap. 74. num. 4.* Sanchez de *matrim. lib. 7. disputat. 33. num. 23.* Villal. in *summa tom. 2. tractat. 35. difficul. 5. num. 17.* Portell. in *addit. ad dub. Regul. verb. Episcopopus num. 5. & verb. Processiones num. 1.* Hieron. Roder. in *Compend. qq. Regular. resolut. 118. num. 1.* Score. in *Bulla Select. theorem. 393. verb. si autem.* Laurenti de *Reyria. part. 1. Ritual. notab. 3. & tom. 1. in consil. Minim. constit. 2. Sixti Quarti num. 60.* Tamburinus de *iure Abbat. tom. 1. disputat. 19. quæst. 7. numero 7.* Diana *resolut. moral. 3. tract. 2. resolut. 176. & alij.*

Secundò verò, quod non possit etiam pœnis compellere, eadem prorsus est ratio, fuitque ex grauissimis Doctoribus, & ex iure probatum in proximè dicto tractatu.

Instabis, si non possit censuris, aut pœnis compellere Regulares, vt ad processiones accedant, frustra est data illi potestas ad compellendum; cum nullum aliud sit medium ad hunc effectum. Respondetur, esse multa alia media, vt potè inobedientes illos instanter monendo, & acriter arguendo, ac etiam si opus fuerit sententiam aduersus illos proferendo, & denique adhibendo potestatis sæcularis brachium, vt cogat, cum ad ipsam spectet facere, vt ius Ecclesiasticum vnicuique debitum seruetur, quod sufficit vt hæc potestas possit compulsua dici, non enim omnis potestas compulsua vtitur censuris, & pœnis, vt in potestate Iudicum sæcularium eiusdem naturæ manifestissimum est. Hucusque Bruno.

Sed non parum faceret Pater Brunus, si Regulares eximeret à potestate Episcoporum, ne possint illos compellere ad processiones cum censuris, idè non recedo à sententia, quam docui in loco citato à Bruno, & assero in tali casu posse Episcopos, Regulares compellere, si non censuris, saltem aliis pœnis, multa indicta, pignoribus captis, vel alio modo. Vnde me citato amicissimus Magister Lezana in *summa. qq. Regul. tom. 4. vers. Processio quoad Regulares num. 2.* sic ait, Esto autem Regulares compelli non possint ad prædictas processiones per censuras, compelli saltem possunt aliis pœnis, iuxta *cap. 1. de priuileg. in 6.* nimirum deponendo Superiores, & contradicentes incarcerando, à Monasterio amouendo, priuando prædicatione verbi Dei, seu etiam pœnis pecuniariis. Ita ille, & ita etiam docet Ciarlinius in *Contr. Foren. tom. 1. cap. 50. numero 19.* Peytinus in *priuileg. minim. tom. 1. Constit. 2. Sixti IV. numero 60.* Gratian. *decis. 332. numero 15.* Et miror Patre Brunum, vt fugiat compulsionem Episcoporum, admittere eo modo tamè quo admittit compulsionem Laicorum. Vnde contra illum apponam hic per extensum verba Ioannis Petri Crescentij in *Arsen. Religios. lib. 3. num. 33.* vbi sic ait, Coa exprimere dunque il Concilio, che non ostanti i priuilegij, è l'esentioni passa l'Ordinario sforzare alle sudette processioni il Clero, ei Regolari: s'intende di quei rimedij è castighi, che bonno vfarli senza pregiudicio de priuilegi qualificati, massime del detto *cap. 1. de priuileg. in 6.* dall'istesso Concilio acceptato, à cui deuesi attendere; ex Bartol. in *extranag. ad reprimendum V. videbitur numero 8.* Cæsa. Grass. *decis. 7. numero 7. & decis. 8. numero 2. de sent. & re iudic.* C. Co. si vediamo, che in Roma, non con censure, ma con pene pecuniarie castigansi i contumaci, & allo stile di Roma deuonsi l'altre Chiese conformare DD. in *capit. damnamus in fin. de sum. Trinitat.* Colleg. Paduan. post consil. Cardin. *consilio 20. numero 48.* Ma se non giouano le pene pecuniarie, può il Vescouo venire sino alla carceratione, ò depositione de Superiori, & alla suspensione dalla predica, ò dalle confessioni. DD. in *d. cap. primo, de priuileg. in 6.* Tambur. *loc. citat.* Sanchez *lib. 7. de matrim. disput. 33.* Lezana *part. 3. V. exemptio Regularium, numero 9. & part. 4. V. processio numero secundo.* In questo senso deuonsi interpretate quelle dichiarazioni della Congregatione, che si leggono à fauore de Vescouo prefato. Zetol. *part. prima prax. Episcop. V. excommunication. §. quarto, & V. processio. §. primo ad secund.* Ioan. Franc. Leon. in *Theaur. for. Eccles. part. prima capit. 8. numero 18.* Barbola in *Collect. ad dist. cap. 13. Concil.*

numero. 19. delle quali alcune dicendo alternatiuamente, *compellantur per censuras, aut penas*, mostrano, che le Censure per quelli, che ponno censurati; le pene per li priuilegiati, si hanno da uolare, Argum. ex gloss. fin. in l. si negotium. 16. C. de negot. gest. & alibi penes Cyriac. contr. 174. num. 1. & 2. ma perche in contrario à fauore de Regolati trouansi altertante dichia rationi della Congregatione medesima, apud Barbof. in remiss. ad dict. cap. 13. *V. compellantur*, Quarantam *V. precedentia in fin.* Hieron. Henriq. *resolut.* 118. num. 1. Portell. in addit. ad dubia Regular. *V. procession.* num. 1. Dianam *cit. resolut.* 76. in calce, le quali dicono apertamente, che i Vescouo non ponno ciò seruirsi del rimedio delle Censure: come pur del 1616. li 20. di Maggio dalla medesima Congregatione risposto fù al Vescouodi Vercelli, Barbola lib. 1. de Eccles. iure cap. 43. *vers. qua de re.* Dobbiamo credere, che non di censure, ma di pene s'intenda quella dichiaratione dell'istessa, sotto li 27. Luglio 1628. *pennis sibi bene uis.* Hucusque Crescentius. Itaque Regulares contenti sint, vt per censuras ab Episcopis non possint compelli ad Processiones, secus autem per alias penas, vt supra dictum est, quicquid asserat Bruno. Vnde non adhæreo docto, & amicissimo nostro Patri Augustino de Bellis in quadam allegatione lingua Hispanica conscripta *part. 1. assumpt.* 5. qui sententiam Bruni tenet, sed aduersus illum rectè insurgit Celspedes de exemption. Regular. cap. 18. *dub.* 74. numero 13. cum aliis.

An Regulares virtute priuilegiorum possint absolueri à casibus Episcopo reseruatis.

RESOLVT. IX.

PRO affirmatiua sententia alibi adduxi Tamburinum, Quintanaduenam, & Vidalem, nunc autem, & alios adducam. Et idè hanc sententiam tenet Pater Andreas Mendo in Bull. Cruc. *disput.* 23. cap. 4. n. 49. vbi sic ait, Iam verò Regulares non posse absolueri à peccatis Episcopo reseruatis, nec item à reseruatis Pontifici in Bulla Cœnæ aliqui docent. At quod nunc viger amplius, eadem Sacra Congregatio ex præcepto Vrb. VII. die 17. Nouembris, anno 1628. declarauit, prædicta omnia decreta vim fortè habitura tam intra, quam extra Italiam, prohibens expressè ne Regulares virtute cuiusvis priuilegij absolueri valeant pœnitentes à casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinariis locorum reseruatis. Cui dispositioni standum omnino esse, concludit Trullench, ibidem.

Attamen oppositum videtur tenendum, & asserendum, Regulares posse absolueri à reseruatis Episcopo; Probat, primò, quia Vrb. VII. decretum solum reuocauit priuilegia absoluedi post Tridentinum concessa, & concedenda: hoc autem priuilegium ante Tridentinum fuit concessum Regularibus, ergo non reuocatur. Maior, & minor constant, tum ex tempore quo concessum est eiusmodi priuilegium; tum ex verbis Decreti reuocatorij; que ab eo Auctore asseruntur, & expenduntur. Secundo, quia priuilegium absoluedi à peccatis Episcopo reseruatis, est insertum iuri communi; quod autem ei iuri est insertum, non derogatur, nisi fiat expressa mentio eiusmodi priuilegij, qualis non fit in Decreto Vrbani; igitur per illud non reuocatur. Maiorem, & minorem tenent communiter Auctores citati ab eodem Quintaduena.

Accedit pro Societate Iesu priuilegium quod-

dam omnes scrupulos in hac parte tollens, scilicet Gregorius XII. in Bulla prima ipsius, quæ incipit, *Aequum reputamus*, quam asserit Pater Franciscus Amicus *romo quinto de iuris. disput.* *ratione nona, sectione decima numero 148.* Diana *romo septimo tractat.* 10. *miscellaneo, resolut.* 29. concessit Societati, vt nullius priuilegij, aut indulti reuocatio præiudicet iuribus ipsius Societatis, nisi sit illi insinuata, & intimata per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus, vt hanc concessionem intelligunt Antonius de Amatis, Flavius Cherubinus apud ipsum Dianam. Vnde hi docent, derogationem priuilegij Societatis, quia non censetur reuocatum priuilegium, dum non seruatur forma, quæ ad eius reuocationem requiritur, & sic decisum fuisse in Rota Prouinciæ Marchiæ, affirmant.

Intimatio autem fieri debet, vel immediatè ipsi Præposito Generali Societatis, qui eam reuocationem per totam Religionem euulget; vel nomine Pontificis faciendâ est ab Ordinariis ad Superiores Societatis. Nec sufficit si fiat in locis publicis, vt in Ecclesiis Cathedralibus, quia ea intimatio non fit Societati, vt Bulla exprimit; nec sufficit si fiat per verba, aut vna vice, cum requiratur fieri per literas, & tribus vicibus. Et quamuis Gregorius XII. non potuerit limitare potestatem successorum, ideoque hic valeant eius Bullam reuocare, dum verò per extrema signa sufficientem manifestatiua reuocationis, id non præsent, non censenda sunt reuocata Societatis priuilegia, sic verò, si sufficientibus verbis denotentur, derogati huic Gregorij concessioni.

Iam ex his probatur asserunt. Reuocatio priuilegij absoluedi Pœnitentes à reseruatis Episcopo; non est intimata Societati tribus vicibus per literas distinctas, eundem tenorem continentes, imò nec semel est intimata, vt omnes nostri tenentur, cum nullus eam audiuerit. Deinde in reuocatione Vrbani VIII. non reperiuntur verba sufficienter significatiua reuocationis nostri priuilegij, cum nec illud exprimat, nec detur alia clausula specialis superaddita communibus, quæ solent apponi in litteris reuocatorijs, saltem in forma amplissima concessis, vt liquet ex ipso Vrbani Decreto; igitur priuilegium Societatis absoluedi à reseruatis Episcopo, neutiquam est reuocatum. Hucusque Pater Mendo.

Verum non desinam hic etiam apponere verba Magistri Hinojosa in *Directorio Decisionum Regularium, verb. Confessarius fol.* 109. vbi ita asserit: Item declaramus, felicis memoriæ Gregorium XII. viuæ vocis oraculo, & etiam de Consilio Congregationis super Concilio Tridentino, declarasse, ac statuisse facultate per Mare magnum, & per alia priuilegia concessa, non posse regulares absolueri à casibus Episcopo reseruatis. Et Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium de speciali mandato Sanctissimi Domini nostri Clementis VII. iubet omnibus Confessariis, tam secularibus, quam Regularibus, quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, & Societatis Iesu, ne quis eorum sub prætextu quorumcunque priuilegiorum à Sede Apostolica ductorum, quibuscunque etiam singularibus personis, ab vilo ex casibus dubiè, vel clarè contentis in Bulla Cœnæ Domini, vel aliàs Sedi Apostolicæ reseruatis, nec etiam à casibus Ordinariis reseruatis, quocunque casu, nisi in mortis articulo, sine noua licentia à Sede Apo-

stolica,

stolica, vel ab Ordinariis respectiue obtenta absolutionis beneficium impendere audeant. Quam licentiam à Sede Apostolica obtentam tepeantur Ordinariis ostendere etiam sub pœna excommunicacionis, priuationis officiorum, & dignitatum, & in habilitacionis ad audiendas confessiones, & ad quæcunque officia, & Prælaturas ipso facto incurrenda, absque alia declaratione, &c. A quibus non nisi à Romano Pontifice absolutionem obtinere valeant, & quatenus opus sit Sanctitas sua tales facultates, nullas esse voluit.

Sed postea eadem Congregatio speciali mandato eiusdem Sanctissimi Domini nostri Clement. VIII. similiter viuæ vocis oraculo super ea re habitò, ipsum decretum, ita moderatur, & declarat, etiam sub eadem prohibitione, eos tantum comprehendere casu, qui in Bulla Cœnæ Domini legi consueta continentur, ac præterea, violationis, immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij XIV. Violationis clausuræ monialium ad malum finem; Prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta decretum Concilij Tridentini, & Constitutionem Gregorij XIV. Iniuriam manus violentas in Clericos iuxta Canonem. *Si quis, &c.* ac iuris dispositionem; Simoniacæ realis scienter contractæ, arque etiam confidentiæ beneficalis. Item omnes casus, quos sibi Ordinarij locorum reseruauerunt, ac in posterum reseruabunt. In quibus omnibus in emeratis casibus duntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere. Et præterea declarat, eos Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares, qui aliquo priuilegio in dicto decreto expresso suffulti fuerint, posse iuxta eorum priuilegia, indulgentias, & facultates vsu ante idem decretum recepta, & quæ sub aliis reuocationibus non comprehenduntur tantum, & non aliter absolueri à casibus in præfenti declaratione non comprehensis, aliis verò Sacerdotibus talia priuilegia non habentibus, nihil de nouo concedi.

Sed prædicta statuta, & declarationes, nihil impedit, quominus Fratres Ordinis absolueri possint à prædictis casibus reseruatis, ex eo constat, quia licet per verumque statutum reuocentur nostra priuilegia, quoad ea quæ in huiusmodi declarationibus continentur; iam verò nunc eadem nobis priuilegia restituta sunt per Sanctissimum Dominum nostrum Vrbani Octauum, vt dicemus, verbo, confirmatio priuilegiorum, & consequenter eorum facultate poterant Prælati regulares in subditos, & Sacerdotes regulares expositi in Fratres, & sæculares sibi concessa potiri. Ne tamē cæcus in præcipitium deturberis, expedit maximè attentè considerare, quid possit per priuilegia, quid per illa concedatur, quid negetur, quid restringatur. Et hæc omnia docet Hinojosa Dominicanus.

Et tandem nouissimè hanc sententiam docet etiam Pater Bruno Chassaing ex Ordine Patrum Minorum de *priuileg. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 2. propos. 2.* sic asserens, Potest Sacerdos regularis absolueri à casibus, & censuris, quas Ordinarij sibi reseruauerunt.

Obiicies, Sacram Congregationem Cardinalium Præpositorum negotijs Episcoporum, ac Regularium, die 17. Nouembris 1628. declarasse, quod Regulares, tam in Italia, quam extra illam existentes, in vim suorum priuilegiorum post Tridentinum à Sede Apostolica confirmatorum, ac in futurum forsitan ab eadem Sede confirmatorum, non posse ab-

solueri à casibus Episcopo reseruatis, nec ab illis qui in Bulla Cœnæ continentur, quoniam à Tridentino, à Congregatione, & à publicatione Bullæ in Cœna Domini solita fieri, sunt reuocata. Quam declarationem, vt fertur in decreto ab eadem Congregatione desuper emanato, Vrbani VIII. viuæ vocis oraculo approbavit, mandauitque ab omnibus ad quos pertinet, inuolubiliter obseruari.

Respondetur primò, sicut aliis decretis similibus respondebimus, videlicet illam declarationem, seu decretum, esse sententiam Doctorum à Pontifice approbatam, quæ non magis obligat, quam sententia aliorum Doctorum, cum non sit lex, nec publicata ad modum legis, nec habent clausulam reuocatoriæ, quæ necessaria est, etiam in Pontificum Bullis ad dicta priuilegia reuocanda; alioquin non reuocant, vt diximus in *tract. de priuileg. in comm.* Et hæc maximè vera sunt in Gallia, vbi illa decreta non recipiuntur vt etiam nouissimè die 15. Maij 1647. orante Talon Advocato Generali Regis Christianissimi die 10. eiusdem Mensis, illa recipi, & publicari à Supremo Senatu Parisiensi prohiberunt fuit.

Respondetur secundò, illud decretum emanatum fuisse, Regularibus minimè auditis, & confirmationibus priuilegiorum nullatenus exhibitis, & examinatis, nec vilo abusu eorundem, ac causa expressa; cum de illis nulla prorsus fiat mentio in decreto; non est autem credibile, quod Patres illi Eminentissimi, tot laboribus, ærumnis, ac vigilijs parta priuilegia, nullatenus reuocata, vel si reuocata, iterum confirmata, & reualidata, vno calami chyrographo voluerint reuocare, & abrogare; cum nec Pontifex sine iusta, & rationabili causa id iuste possit: vt in proximè citato tractatu diximus, & tradunt Doctores de iure quæsito agentes, huius generis sunt priuilegia huiusmodi.

Respondetur tertio, Illud decretum de subreptione, maximè suspectum existere, ac proinde non valere; Primò, quia supponit priuilegia Regularium quoad facultatem absoluedi à dictis casibus per Tridentinum, & publicationem Bullæ Cœnæ Romæ factam, & per alia eiusdem Congregationis decreta esse abrogata, cuius contrarium, iuxta communem sententiam DD. arbitrantium illam publicationem non sufficere; ac Tridentinum, & dictam Congregationem priuilegia huiusmodi nullatenus abrogare alibi probauimus.

Secundò, Quoniam declarat, quibusvis confirmationibus post Tridentinum decreta eiusdem Congregationis, & publicationem Bullæ à Sede Apost. emanatis, dicta priuilegia nullatenus valere; quod stare non potest cum iuris communis dispositione, iuxta quam in dicto tractat. de priuileg. in comm. ostendimus esse valde confirmata. Accedit, quod Congregatio ignorans illas confirmationes, sicut & Papa, cum sint iura specialia minimè potest declarare in vi illarum confirmationum, non valere huiusmodi priuilegia.

Tertio, Quoniam Sacra Congr. nec non etiam Papa Vrbani, qui dicitur hoc decretum confirmasse, fecisset contra regulam à se editam, qua decernitur quod per quamlibet constitutionem Apostolicam non tollitur ius quæsitum (vt sunt priuilegia) nisi prius vocatis quorum interest, eis que auditis, & contradicentibus. Quod idem Pontifex in alio casu obseruauit, vtabili dicitur, cum tollendo quibusdam Regularibus aliquod priuilegium per respectum ad aliquam personam in dignitate Episcopali constitutam, clausulam reuocatoriæ illius regulæ adhibuit.

Quartò

Quartò. Quia declarat, nullis futuris confirmationibus à Sede Apostolica emanandis reuoluit, & confirmanda fore, quod quomodo intelligendum sit penitus ignoro, nisi per illud decretum potestas Pontificis, & iuris dispositio abrogentur, quod nullo affirmare audebit. Nam quæro, num si Papa motu proprio, ac ex certa scientia, & de potestatis Apostolicæ plenitudine, cum clausula reuocatoria Trident. & Bullæ Cœnæ priuilegia illa confirmaret, valida essent? Absque dubio respondebitur esse valida, etiamsi antea reuocata, ergo illa declaratio Congregationis quod valida non essent, etiamsi à Sede Apost. confirmarentur, subsistere non potest. Vnum dici potest, hoc decretum affirmare, quod præcedentibus priuilegiorum confirmationibus, & similibus in futurum non subsistunt priuilegia. Sed hoc in idem inconueniens, quod supra, reuoluitur, nam, ut dictum est, præcedentes confirmationes iuxta iuris regulas valent; Ergo procul dubio similes in futurum emanandæ valerent. Et hæc omnia asserit Bruno loco citato, quæ cautè legenda esse puro, & sententiam supradictorum Auctorum prorsus repellendam esse existimo, & ne audeant Regulares illam ad praxim deducere. Ad priuilegium verò, quod ex me adducit Pater Mendo loco citato, satis ego respondi in resolutione de hac materia contra nostrum Patrem Vidalem impressa in mea p. 9. ad quam Lectorem telego.

Non deseram tamen hic adnotare, Sanctissimum Dominum nostrum Vrbanum litteris datis sub 5. Nouembris 1631. occasione accepta quod multæ Religiones haberent priuilegia quod in constitutionibus generalibus à Sede Apostolica editis, vel edendis, non comprehenderentur, nisi de eis specialis, specifica, indiuidua, seu expressa mentio fieret, declarauit, quod Constitutiones Apostolicæ editæ in concernentibus fidem Catholicam, & S. Inquisitionis Officiū ac constitutiones, dispositiones, & ordinationes edendæ tam per ipsum, quam per Romanos Pontifices successores, tam circa prædictam materiam, quam super quacunque alia re, negotio, seu materia, comprehendat omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, nisi specialiter, & expressè excipiantur, etiamsi ipsi forent magis speciali nota, & expressione digni, eiusque priuilegia, gratiæ, & indulgentiæ à Sede Apostolica præfata etiam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis, ac irritantibus, & alijs Decretis, etiam motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, etiam contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, tam per viam meræ concessionis, quam communicationis, & alias quomodolibet concessa respectiue sint. Vnde ait Lezana t. 4. v. priuileg. Regul. n. 2. iam his temporibus cessant multa, quæ de priuilegijs Regularium habentibus similes clausulas scribunt Castarubius, Corduba, Rodriguez, Miranda, Sorbus, Portellus, Ioannes de Cruce, quibus ego addo nouissimè Patrem Brunum in toto hoc suo opere de priuilegijs Regularium. Nota quod post hæc scripta inuenio Vrbanum ab Ascensione in sua Theolog. Mor. tract. 2. dist. 1. cap. 1. Regul. 7. fol. 218. non obstante decreto Sacræ Congregationis, & Urbani VIII. docere hodie Regulares posse absolueri de casibus Episcopo referuatis, sed ut superius dixi, contrariam sententiam prædicandam esse puro.

Reprobantur aliqua opiniones circa recitationem
Horarum Canonicarum in ordine
ad Regulares,

RESOLVT. X.

Pater Bruno Chassaing de priuileg. Regul. part. 2. tr. 8. c. 4. propos. 5. loquens de quodam priuilegio Leonis Decimi sic ait; Veruntamen quamuis hoc priuilegium magnū sit, potest tamen aliquo modo dici non esse priuilegium, sed iuris communis explicationem. Ratio est, quia præceptum de recitando officio, est tantum de illo dicendo; sed ille qui mente dicit, verè dicit officium; verba enim mentalia sunt verba verissima; alioquin filius Dei non esset Verbum Patris; & certè videtur S. Thomas eiusdem esse sententiæ, cum 2. 2. quæst. 88. art. 12. ait, Quod vocalis oratio non sit necessaria, nisi quando illa debet innoscere toti populo (constat autem horas priuatas non debere sic innoscere) secundum cum dicit hominem solo corde dicere posse ex illo Psalmi 261. Tibi dixit cor meum Denique motus laborum, non est tanti momenti, vt obligationem sub lethali inducat; cum abundè, hic defectus suppleri possit per maiorem attentionem, & deuotionem; quocirca probabile est, quod aliqui putant, quos refert Emanuel Sà verb. Hora. paragrafo 11. illum qui sic dicit officium ob maiorem deuotionem excusari à lethali peccato, verum autem venialiter peccet, Lectori docto iudicandum relinquo. Ita ille, qui etiam antea propos. 4. firmat, Primò, omissionem officij per tres vices in anno, non constituere peccatum mortale; quia omnes conueniunt in hoc, quod sola notabilis omisso in hac materia efficiat culpam mortalem: at omisso vnus, aut alterius diei non est notabilis per respectum ad totum annum, cum nō sit 100. pars. Secundò, quoniam magis obligat residentia, quam recitatio Horarum, cum illa sit ex iure Diuino, & iniuncta sub mortali per multos Canones: at verò recitatio Horarum priuatim faciendæ, sit tantum consuetudinis, vel ad summum iuris Ecclesiastici, nulloque Canone obligante mortale iniungatur, & tamen pluribus diebus quis à residentia abesse potest absque labe mortalis culpæ, ergo, &c. Excipe tamen ab hac sententia recitationem ob titulum aliquem specialem, qui obliget ad quotidie recitandum sub culpa lethali; nam ratione illius tituli poterit quis obligari ad recitandum illas Horas quotidie, vt verbi gratia, si in fundatione Monasterij sit appositus, aut in concessione alicuius legati Monasterio, aut Ecclesiæ facti.

Secundò, asserit, non esse certum quod Regulares Sacris ordinibus minimè initiati teneantur priuatim soluere Horas Canonicas, nam de reliquis Regularibus (si Fratres Minores excipias) non est certum, quod illo vinculo ligentur; tam omnia argumenta, quæ adducuntur ad illud onus Regularibus imponendum, parum, aut nihil penitus probant, & consuetudo, quæ est vnum ex præcipuis non admittitur à multis, vt à Caiet. in summa ver. Hora §. 1. Medina qu. 7. de orat. sub finem ab Aragon 21. q. 83. artic. 12. dub. 4. & à Villalobo, qui in 1. part. summe tract. 24. difficult. 9. asserit se plures antiquos, & graues diuersorum Ordinum Regulares de hac materia interrogasse, nihilque certi asserere potuisse. Qui autem in dubio veller obligare ad huiusmodi onus Regulares, contra Ius faceret, quod vult, vt melior sit pars possidentis.

Obligari

Obligari Regulares sub mortali si ex sua absentia nouerint Chorum pati, & tunc credit illum pati, si in eo cantu plano cantatur, dum non adsunt saltem quatuor, si verò cantu firmo recitantur, vt in Choro Recollectorum, & Capucinatorum, dum etiam tot Regulares non interfunt, nisi quis dixerit cum numerum sufficere; qui ad recitationem priuatam alternatim faciendam sufficiens est; cumque ad hanc faciendam duo sufficiant, videtur illum numerum duntaxat necessarium; nam hæc recitatio Horarum per dictos Regulares practicata, non est propriè cantus ordinatus ad populum conuocandum vt interfit, qui est præcipuus finis institutionis Chori, sed tantum recitatio alia, firma, & clara voce facta, esset tamen peccatum maiori numero non accedente ad Chorum, si inde scandalum occasionem secularis, aut Regulares assumerent, quod persapè ex huiusmodi absentis sine causa à Regularibus factis procul dubio oriri in maioribus Conuentibus certum est, si verbi gratia, ex numero vigintri Regularium in illis commorantium, adsint duntaxat quatuor, & ex duodenario, duo; crediderim tamen hunc numerum sufficere posse etiam absque scandalo, si reliqui Regulares confessionibus audiendis, & prædicationibus faciendis, aut similibus bonis operibus incumbere. Et quidem hæc omnia posset quis cantui nostræ Religionis Clericorum Regularium applicare. Et tandem quartò asserit, Recollectos, Capucinos, & alios huiusmodi qui horis, cantui quem vocant firmo, canendis non incumbunt, posse in Choro anticipare, & postponere illas extra illud tempus, quod ab Ecclesia præscriptum est, quia ratio obligationis illas alta voce, & statutis horis recitandi, videlicet (vt populus conueniat, & moueatur ad laudandum Deum) in illis deficit, cum cantus ille firmus parum, aut nullatenus ad hoc moueat; ac propterea non solet populus ad eorum Ecclesias conuenire, quocirca si Caietanus verb. Hora c. 4. tenuit absolutè, quod illa anticipatio, & postpositio erat tantum venialis, nisi fieret habitualiter, à fortiori assereret nullum esse in huiusmodi Ordinibus, in quibus cantu firmo non canitur; posse autem prælatum, quando occurrit causa anticipare, & postponere certum est. Et hæc omnia, vt dixi, docet Brunus, vbi supra, quæ quidem ipsarum in meis operibus inuenies reiecta, & nunc illa iterum reicio.

Et quidem priuilegium illud Leonis non permittere, vt Regulares possint persolueri eorum Officium mentaliter, ego satis improbauit contra Sanctonij alibi, & Emanuel Sà, quem adducit Brunus, correctas fuit à Magistro Sacri Palatii in impressione Romana. Sed quod magis displicet, est illud quod asserit Pater Bruno dictum priuilegium esse declaratum iuris, nam certum est horas Canonicas de iure non mentaliter, sed voce recitandas esse, vt definitum fuit in Concilio Basiliensi sess. 21. §. 2. & tenent DD. communiter. Ratio potest esse, quia vox excitat magis nostrum affectum ad Deum, & etiam prouocat aliorum affectus, quod oratio mentalis non facit; & facilius est ore, quam mente tantum orare, & ita docet Escobar à Corro de Hor. Canon. quæst. 4. num. 73. Faust. quæstion. 156. & Doctores communiter. Ita vt Suarez de Hor. Canon. Sanchez in opusc. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 4. Baldellus vbi infra, teneant sententiam Bruni, esse practicè improbabilem; neque esse dandam occasionem introducendi novos ritus in Ecclesia; & ideo Horas Canonicas vere esse dicendas vocaliter, & per voces verè formatas, & distinctas per instrumenta, & organa vocis, siue illæ sint tam clare, & tam alte, vt possint

audiri saltem ab ipso orante; siue non idque expressè asserit etiam Caietanus 2. 2. quæst. 83. art. 12. vbi ait, ad orationem communem, quales sunt Horæ Canonicæ, necessario requiri vt sit vocalis; Et aperte colligitur etiam ex Concilio Basiliensi, vbi dicitur, quod siue soli siue associati recitent Diurnum, nocturnumque Officium reuerenter, verbisque distinctis debent peragere. Vnde ex his contra ea, quæ docuit Brunus asserit Baldellus in Theol. Morali tom. 2. lib. 3. disp. 35. n. 16. quod concessio illa Leonis X. pro Fratibus Minoribus verè fuit priuilegium: neque possunt illo vt, qui tali priuilegio non participant, vt certè hoc tempore nulli participant, cum omnia priuilegia viuæ vocis oraculo, & non per Bullas concessa, sint reuocata per Gregorium XV. de anno 1622. & per Vrbanum VIII. de anno 1635. Et absolutè qui hoc tempore recitarent officium solum mentaliter, suæ obligationi non satisfaceret, vt notat Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. dub. 8. cit. num. 3. & Beja part. 1. casu 55. cit. §. Ex his colligunt Doctores, & alij communiter apud ipsum: quod idem etiam est de Rosario, de Psalmis Pœnitentialibus, & de similibus, ad quæ aliquis potest teneri ex voto, vel ex pœnitentia Sacramentali; quæ similiter non possunt persolui solum mentaliter, cum debeant accipi huiusmodi obligationes ad instar præcepti Ecclesiastici, vt notat idem Sanchez lib. 4. in Decal. 1. n. 36. quamquam qui ad illa teneretur ex voto, licitè posset huiusmodi orationes vocaliter persolueri mentaliter, si id existimaret sibi melius, suæque saluti magis expediens, vt communiter dicitur in materia de voti commutatione, & subdit Sanchez n. 36. cit.

Ad id verò, quod asserit Bruno, Religiosos in Sacris non constitutos esse in dubium, an excludantur ab onere persoluedi Horas Canonicas. Respondeo hoc esse certum, & contrarium asserere, liberando eos videlicet à præcepto Horarum Canonicarum, est opinio contra communem Doctorem, quos plena manu adducit doctissimus Pater Bardi in Select. lib. 8. quæst. 1. §. 2. vbi post illorum Catalogum sic asserit, Hi sunt Auctores, qui hanc sententiam defendentes, eam reddunt non solum probabiliorē opposita, verum etiam moraliter certam, ita vt alias in praxi tuta minimè sit censenda: proinde non immerito noster Sanchez eam dixit non esse probabilem: & Ascensius Tamburinus inquit ab omnibus esse reiectam, vt potè praxi contrariam, & rationi dissonam: Et vltierus alij procedentes, illam temerariam appellarunt. Sic Reginaldus, & Pellicarius locis citatis. Hucusque Bardi, qui solitas rationes ad hanc sententiam confirmandam adducit; quam etiam tenet Marcellinus de S. Benedicto in Compend. priuileg. Congregationis Fulsiensis verb. Hora Canonica §. 11. in Scholio.

Et tandem ad id, quod asserit Bruno, non pati Chorum, si duo ibi tantum assistant; Respondeo, Chorum non existere tantum cum duobus, sed ad minus quatuor, vel tres necessarios esse, vt fert communis sententia, ita Macigni de Hor. Canon. c. 56. n. 24. & alij.

Nota hic etiam, eundem Brunum par. 2. tr. 8. c. 1. propos. 10. in fine, extendere hoc priuilegium ad Missam, ita vt possint Regulares, quæ dicenda sunt vocaliter, dicere mentaliter, seclusis verbis consecrationis. Sed hæc opinio est prorsus eliminanda.

An Regularis approbatus in vna Diocesi possit ubique locorum confessiones audire.

RESOLVTIO XI.

Affirmatiuam sententiam tanquam probabilem admittit Bruno Chaffaing de privilegio Regularium part. 1. tractatu 5. capite proposit. 2. Supponit enim iurisdictionem audiendi confessiones Regulari concessam, à Papa, non ab Episcopo impartiri: ergo semel absolute impartita, & accepta, perpetuo manet, vbi cumque Regularis existat; nec apparet ratio, cur potius ad hunc, quam ad alium Episcopatum concessa sit, cum non maior requiratur idoneitas in vno, quam in alio. Deinde Constitutio Clementis VII. illud concedit, vt habetur in Compend. privileg. Mendic. ver. Absolutio quoad saculares, 1. paragrapho 16. in hunc modum: Concedit, quod confessores Ordinis Minorum semel presentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis (vt moris est presentati) post vnam presentationem non teneantur amplius presentari, etiam si ad aliam transferint Diocesim. Quam concessionem interpretatur Corduba in annotat. ad dictum Compend. vt non tantum illam intelligat de eadem Diocesi (sicut proprie non potest intelligi) sed etiam de quacunque alia, ad quam se transfulerit moraturus ad tempus, vel in perpetuum: sed iam censetur semper, & vbi que presentatus. Ratio illius Doctoris est, quoniam Papæ concedentis intentio, conformis est impetrantis intentioni, si abest dolus malus. Quod autem ea fuerit Pontificis intentio, vt vbi que procederet, constat ex eo, quod iam antea concedente Eugenio IV. semel in vna Diocesi presentatus, ad eam rediens, liber erat ab iterata presentatione: Imò etiam idem Eugenus concedit eam facultatem eidem Minoribus, vt habetur citato Compendio, his verbis: Concessit confessariis Fratrum Minorum, quod quando non possunt commodè se presentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi, & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint vti plenarie auctoritate Episcopali. Ergo Clem. VII. aliquid superaddidit, alioquin illud privilegium nihil operaretur. Superaddidit ergo extensionem admissiois ad omnes Dioceses. Accedit, quod privilegium Principis absolute concessum non debet restringi, sed late, vt verba sonant, interpretari, vt saepius diximus: ergo cum verba præfate Constitutionis absolute pronuncientur sintque vniuersalia, absolute, & vniuersaliter per respectum ad omnes Dioceses sunt intelligenda.

Nec hoc est contra Tridentinum vbi viger; quoniam decernit dumtaxat, quod Confessarius approbatus ab Episcopo: quod cum sit onus, & odiosum, debet restringi quantum fieri potest, & de vna sola approbatione intelligi. Responso hæc confirmatur; quoniam si Episcopi in Tridentino congregati voluissent subicere Regulares pluribus approbationibus, illud sine dubio expressis terminis pronunciaissent, cum de illorum iure ageretur; quod cum non fecerint, aduersus eisdem est interpretatio faciendâ iuxta Regulam iuris in 6. Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio faciendâ. Adiunge præmissis, quod Tridentinum non requirit absolute approbationem Episcopi, sed vt quis sit Parochus, aut alias idoneus iudicetur: Vnde sicut multi graues Doctores existimant, approbationem Parochi, aut vniuersitatis sufficere;

quidni etiam vnius Episcopi approbatio, seu admissio pro omnibus Diocesis: Nec obicitur, illud verbum, iudicetur, ad Episcopi iudicium referendum, cum multi ad iudicium aliorum illud referant, ac proinde sit res dubia; quæ cum sit in iuris antiqui odium, iuxta illud interpretanda est, ac ex consequenti in fauorem Regularis, cum illud Ius in fauorem illius conditum sit, vt iudicium in hoc feratur conformiter ad Regulam 30. iuris citati: videlicet, In obscuris minimum est sequendum, id est quod in obscuris, & dubiis iuxta Glossam, quæ ad hoc duo exempla ponit, minima obligatio est sequenda: cum autem magis obliget Regularem, quod ipsius idoneitas debeat ab omnibus Episcopis iudicari, idem minor obligatio, ad illam iudicandam, est pro illa sequenda, ac proinde, quod sufficiat vnius Episcopi iudicium.

Nec opponas secundò, quod dicitur in Tridentino, videlicet Approbationem debere fieri ab Episcopis, quoniam per hoc nihil aliud intendit, nisi quod vnus ab vno, & alius ab alio Episcopo approbetur; non autem quod vnus approbetur à multis.

Non obicitur tertio, Declarationes Cardinalium in contrarium huius veritatis; quoniam præter quod in hac materia inter se vix conciliari possunt; cum pugnant videantur, sunt tantum sententiæ Doctorum, non habentes vim legis, ac sic non possunt leges priuatas tollere; quocirca standum iuri antiquo, & verbis Tridentini iuxta illud interpretati; & privilegiis à Sede apostolica concessis, quæ sic vt supra decernunt. Et huius sententiæ sunt Cellotius de Regular. in Hierarch. iurisdic. lib. 5. cap. 25. cum multis aliis quos refert Diana parte 2. tractat. 4. de Sacram. resolutione 110. Hucusque Pater Bruno.

Sed ego Cellotium alibi satis impugnavi, & idem sententiam Bruni puto non esse admittendam, quia vt optime & late obseruat Suarez tom. 4. disp. 28. sect. 6. & acriter Vasquez quest. 93. art. 3. dub. 4. reducit approbationem requisitam à Concilio ad memoratam ceremoniam, si sufficiat pro toto mundo approbatio vnius Episcopi, quicumque ille sit, & quilibet Episcopus possit omnes sacerdotes totius mundi approbare. Vnde apponam hæc verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis Lugo de Penitent. disp. 21. sect. 2. num. 29. vbi sic ait, Cæterum quicquid sit de huius sententiæ probabilitate tempore præterito, nunc iam non videtur posse vllum habere locum post decretum Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. editum anno 1628. quod reuocauit omnia privilegia, & licentias audiendi confessiones sine approbatione ab Episcopis Diocesanis, & absque examine factò ab Ordinario: & si quæ erant privilegia contraria cuiuslibet Ordinis, vel Congregationis omnino abstulit. Huc vsque Cardinalis Lugo. Et idem sententia Bruni hodie tanquam probabilis minimè potest sustineri, non solum propter dictum Decretum Urbani VIII. à Lugo allatum, & à nostro Parte Peregrino in Compend. privileg. ver. Absolutio quoad saculares §. 1. in scholio, in quo apponitur clausula, Non obstante quoniam indulto à Sede Apostolica concessò; sed propter nouissimum Breue Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitanae Iurisdictionis, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 14. Maij 1648. & postea confirmatum die 27. Maij anno 1653. & in firmatum Reuerendissimo Generali Societatis Iesu. Vnde ex Responso nona suprascripti Breuis, apparet opinionem

tionem quam supra Pater Bruno tanquam probabilem docuit, non posse hodie amplius sustineri, est enim contra Decreta duorum summorum Pontificum Urbani VIII. & Innocentij Decimi.

An non obstante Concilio Tridentino Regulares teneantur se subicere examini Episcoporum.

RESOLVT. XII.

Negatiuam sententiam sustinet Pater Bruno de Priu. Reg. tr. 5. c. 2. proposit. 1. Firmat enim Extrauag. Bonifacij VIII. super Cathedrali, non esse à Tridentino reuocatum: nec etiam Clem. Dudum, nec Extrauag. Frequentes, in quibus ne quidem verbum de approbatione, & examine Episcopi mentio fit, sed tantum de sola admissione ab Episcopo, aut licentia ad confessiones audiendas: ergo cum illæ Constitutiones non requirant in Regulari, Episcopi examen, & iudicium de capacitate, seu approbatione, sed tantum presentationem cum humili petitione licentiæ ad confessiones audiendas, illa nequaquam requiritur. Quod manifestè probatur ex declaratione per Pium V. illius cap. Trid. facta per Bullam quæ incipit, Est mendicantium, in qua interpretatur, Mendicantes non comprehendi sub illo capite, his verbis, quod verò in sess. 23. c. 15. circa confessiones audiendas statuitur, hoc etiam doctorum Ordinum, videlicet Mendicantium Fratres à præfatis suis Generalibus, vel Ministris Provincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus fidelium approbatus, vt præmittitur, minimè comprehendat. Quid clarius? Verum, vt vis huius declarationis perfectius dignoscatur, notandum est, quod Pontifex illam facit, respondendo querelæ Mendicantium ad ipsum delatæ tenoris sequentis; Quod quorundam locorum Ordinarij quosdam Religiosos, probos viros, & idoneos, etiam à suis Superioribus approbatos ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quibus vides, Mendicantes conqueri, quod Ordinarij præterea Tridentini in prauum sensum reuertitur (vt verbis illius Bullæ vtriusque cogebant Mendicantes ad approbationem recipendam, alioquin illos non admittunt, violantes in hoc ius commune, quod disponit, approbationem Regularium Prælatorum, & presentationem Regularis per eosdem factam, sufficere, vt illis præfatis Ordinarij illam sic presentatum ad confessiones audiendas admittant. Quam sententiam sustinere coguntur illi, qui Clementinam, Dudum, & Bullam Leonis, &c. in Concilio Lateran. editam, inchoatam, Sacro approbante Concilio, sustinet non esse reuocatas. Ita ille, qui postea responderet ad aliqua argumenta, & tandem sic asserit, Quod si in testes, ex omnibus superius conclusis sequi, Regulares omnes ab approbatione, & examine esse exemptos; cum in Privilegiis Mendicantium participent: ac proinde decretum Tridentini suo effectu, sicut etiam illud Lateranensis, priuari. Respondetur, plurima Conciliorum decreta absque effectu existere, vel quia non promulgata, aut recepta, aut quia usu contrario, vel privilegio abrogata: cuius generis hæc duo decreta existunt, quæ per privilegium contrarium, aut per confirmationem privilegiorum & Clementinæ Dudum, abrogata sunt, quibus privilegiis, vt alibi ostensum est, ac Clementina prædicta potiuntur non Mendicantes, quod Aduersarij minimè negare possunt: Anton. Diana Pars XI.

cum in vim illius postulent quartam funeralem, & alia tum à Mendicantibus, tum à non Mendicantibus; cum tamen non sit extensa in terminis nisi ad solos Dominicanos, & Minores, & postea per Ioannem XXII. ad Augustinenses, & Carmelitas. Nec obest huius privilegij non usus, quia, vt saepius dictum est, non quilibet non usus derogat privilegio, præsertim si ille non usus, sit tantum secundum quid voluntarius: videlicet ne offendantur Prælati; & quia minus malum, idem magis eligibile videtur non vteribus; examinis experimentum ferre, & approbationem recipere, quam Episcopos exacerbare & dummodò neque tacere, & virtualiter, neque expresse, & formaliter contineat actum in substantia, vel forma repugnantem dispositioni legis: imò etiam si repugnantem, vt proxime dictum est, contineret, non derogaret ex indulto ab Eugenio IV. concessis; Bulla quæ incipit, Regularem vitam, & alia inchoata, Ex Apostolicæ Sedis, vt probauimus in primo Tractatu.

Quod autem totrens Doctorum sit contrariæ sententiæ, nihil obest: nam vel plurimi illorum privilegia non legerunt, aut non satis examinarunt, vel forsitan approbationis nomen pro Admissionem usurparunt. Nos verò pro nostra sententia habere præmemoratam declarationem Pontificiam, & multos graues Doctores, Nauarum in Manuali cap. 27. numero 265. & 266. Rodericum in Bulla Cruciate, §. 9. num. 30. & 15. graues Doctores à Diana citat. 3. part. tract. 2. de Dub. Regular. resolut. 14. qui omnes existimant per illud Decretum Tridentini non esse reuocatum Clementinam Dudum, & ex consequenti nostram sententiam sustinere coguntur, cum Clementina non postulet examen, & approbationem Episcopi, Hucusque Pater Bruno, qui tamen consulit Regularibus, ne approbationem, & examen Episcoporum recusent; & subdit tamen, tria, postea obligatione, ad examen certissima esse. Primum, posse Sacerdotem Regularem audire confessiones Sæcularium, qui sunt de familia sui Conuentus, absque approbatione, & licentia Episcopi, ex privilegiis, quæ multa quoad hoc sunt. Quod etiam Congregatio Cardinalium declarauit explicando dictum Canon. 15. sess. 23. his verbis, Sacra Congregatio censuit, præfatos Regulares, seu alios Religiosorum Confessores, posse audire confessiones Sæcularium, qui sunt de familia, aut aliis deferuiunt in eorum Monasteriis, si tamen sint continui commensales, absque licentia, seu approbatione Episcoporum.

Secundum, quod certissimum est, Confessarium Regularem præ uio examine Romæ à Vicario ciuicodem Urbis ad confessiones audiendas approbatum, non debere extra Romam examinari à locorum Ordinariis, si in illis Confessiones audire voluerit; sed sufficere presentationem eius Romæ habitam, & ab eisdem Ordinariis petitionem licentiæ: Sic concessit Sixtus V. Congregationi Oratorij S. Mariæ in Vallicella 1586. nonis Septembris, vt habetur apud Quaranta in Summa Bullarj; titul. Confessor, & tenet Marcellin. à Sancto Benedicto verbo Confessor, §. 9.

Tertium, quod licet Prælati Regulares ex Tridentino cogendi essent ad examen, & approbationem ad audiendas confessiones, privilegio tamen Cassinensibus per Sixtum IV. concessò eximerentur, quo fit illis facultas, vt possint audire confessiones omnium ad eos vnde quaque accedentium, & illos absolueret, etiam si à locorum Ordinariis ad id examinari, & approbati non fuerint: quam facultatem E refert

refert Jacob de Graffis in suo lib. *Confil. consil. 4. de pœnit. & remiss. num. 6.* & Marcellinus à Sancto Benedicto, verbo, *Absolutio quoad Monachos*, §. 13. illamque asserit esse in usu apud Cassinenses, & à Paulo V. confirmatam. Et hæc omnia docet Bruno loco citato.

Sed ego aduersus illum contrariam sententiam sustinendam esse puto, vnde relinquendo nomina omnium Doctorum, apponam hic tantum verba Patris Mendo in *Bull. Cruc. disp. 22. cap. 2. num. 43.* vbi sic ait, Opposita opinio est contra fidelem sensum, Ecclesiam praxim, & Tridentini mentem, cum enim Tridentinum apposuit ea verba; Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, &c. aliquid nouum statuit circa Regulares, aliis neuiquam illos expressisset; Vnde hæc lex Tridentini correctoria est primæ legis; at per primam legem tenebantur Regulares præsentari Episcopo, solumque eis concedebatur, vt si non admitterentur ab Episcopo, pro admissis censentur; igitur hoc vltimum per Tridentinum corrigitur, satisque exprimitur in verbis prædictis, vt quantumuis esset ius commune, reuocatum existimeretur, alioquin non esset, in quo verificarentur ea verba Tridentini, Vllus ex Regularibus, cum ferè nullus, aut nullus priuilegio illo per concessionem, aut per communicationem non frueretur. Nec obstat in hac reuocatione Tridentini non fieri mentionem illius primæ legis; nam satis exprimitur reuocatio, & lex posterior vim habet corrigendi priorem, & si eius mentionem non faciat *cap. 1. & 2. de constitut. in 6.* Præterea nihil de iure antiquo corrigitur; cum in eo non esset quid statutum circa approbationem Episcoporum; quippe solum decernebatur, vt Mendicantes præsentarentur Episcopis, ad hoc vt eis concederent iurisdictionem absoluendi, quod si eam negarent, pro admissis censentur Mendicantes, quia eis Pontifex tunc iurisdictionem largiebatur. Per Tridentinum autem nihil circa hoc est innouatum, sed additum est, vt approbatione indigeant, supra quam iurisdictione adueniat; in approbatione autem, nec per Tridentinum, nec per vllum aliud ius conceditur id priuilegium Mendicantibus, vt si Episcopus approbare nolit, censentur pro approbatis; atque equidem eo priuilegio erat opus, vt approbati censentur, sicut erat opus priuilegio supradicto, vt censentur iurisdictione fungentes casu quo Episcopus illam ipsis denegaret.

Episcopus tamen limitans, atque negans absque iusta causa Mendicantibus approbationem, peccat contra ius, quod ipsi habent ad audiendas confessiones. Nec causa iusta erit reputanda, quod sint in Vrbe, aut Diœcesi plures alij Confessarij, nam cum ad quemuis euentum Regulares illud ius ex suis priuilegijs habeant, debet Episcopus illud ipsis illibatum seruare. *cap. quando amplius de priuileg. ita Mendo.*

Sed sententiam etiam verba Eminentissimi Cardinalis de Lugo tunc non Cardinalis, sed Regularis, sic itaque asserit *de pœnit. disp. 21. sect. 3. num. 51.* De Religiosis verò Mendicantibus, & iis, qui eorum priuilegijs fruuntur, est specialis difficultas propter quædam priuilegia eis concessa à Bonifacio VIII. in Extrauaganti super Cathedram, de sepulturis, vbi conceditur, quod, postquam Generalis, vel Prouinciales pererent facultatem ab Episcopo ad eligendos Confessarios, & electos Episcopo præsentarent; si tamen Episcopus eos noller admittere, haberentur pro admissis, Pontifice eos ex tunc

admittente; Quod Clemens V. in Concilio Viennensi, relato in Clementina Dudum, de sepulturis, de nouo confirmauit, ablata quadam magis ampla concessione Benedicti XI. quæ habetur in Extrauaganti, *Inter cunctas, de priuilegijs*, Quare Nauarrus in *Summa cap. 27. num. 264. & 265.* existimat, etiam post Tridentinum durare hoc priuilegium, & sufficere licentiam petitam, etiam si negetur; quia illud priuilegium concessum in duobus Concilijs generalibus, & contentum in corpore iuris, nondum videtur sufficienter reuocatum. Quam sententiam sequuntur alij non pauci moderni, quos refert Diana *tom. 2. tract. 2. de dub. reg. resolut. 24.*

Hæc Nauarrus sententia communiter reicitur, & merito: quia est contra sensum fidelium, & contra praxim Ecclesie, & mentem Concilij Tridentini, in quo proculdubio intentio fuit reformandi has Regularum facultates; & idè dictum fuit, *Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, &c. & postea: Non obstantibus quibuscumque priuilegijs: alioquin nunc liceret adhuc Regularibus audire Confessiones, licet Episcopus ex iusta causa approbationem negaret, cum in illo priuilegio solum requiratur, quod se Episcopo præsentent: quod tamen nemo concedit.* Vnde hanc communem sententiam tenent Suarez in *præsent. disp. 28. sect. 5. num. 13.* Vasquez *q. 93. art. 3. dub. 3.* Coninch. *disp. 8. dub. 7. n. 58.* Filiucius *1. tom. tract. 7. c. 9. num. 257.* & alij multi, quos refert Diana loco citato.

Ad illud ergo antiquum priuilegium respondent Suarez, & alij, reuocatum esse in Tridentino: quia cum Decretum etiam Tridentini sit lex Conciliaris, & Pontificia, quæ vim habet corrigendi superiorum legem, etiam si in iure contineatur; & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, vt constat ex *cap. 1. & 2. de Constitut. lib. 6.* & in nostro casu, lex illa Tridentini nullius esset momenti pro Regularibus, nisi reuocatum esset antiquum priuilegium. Facilius fortasse responderi potest cum Vasquez, & alijs, non fuisse necessarium, quod illud priuilegium antiquum reuocaretur, quia illud solum erat in ordine ad iurisdictionem, ad quam obtinendam ab Episcopo ipsi præsentabantur Religiosi, quibus si Episcopus nolebat iurisdictionem concedere, summus Pontifex illam concedat: Hoc autem non est reuocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independentem ab eo, quod concedatur ab Episcopis: Tridentinum verò addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, vt ei iurisdictione concedi intelligatur; seu, vt sit idoneus ad hoc, vt ei, siue à Papa, siue ab aliquo alio iurisdictione delegetur, nempe, approbatio Episcopi, quæ si non præcedat, Papa proreletur, se ex indispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem: quæ conditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa eam non habent Religiosi eiusmodi priuilegia. Hæc Lugo.

Qui postea subdit, sententiam Patris Bruni desumptam ex Nauarra, etiam si probabilis esset; ad praxim tamen parum, aut nihil posse conducere: quia facultas illa Prælaris Regularibus concessa exponendi ad confessiones eos, quos præsentatos Episcopus noller acceptare; concessa quidem fuit cum multis limitationibus, quæ habentur in dicta Clementina Dudum, de sepulturis, præsertim, quod renuente Episcopo aliquem ex sibi præsentatis admittere, Prælarus Regularis alium illius loco debeat subrogare. Item quod non plures præsententur

tur Episcopo, quam sint necessarii: Sed numerus, inquit, personarum assumentiarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet pro vt vniuersitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem. Quæ limitatio, licet solum procedat quoad priuilegium ibi concessum, & non de facto, quia de facto Religiosus idoneus ius habet, vt approbetur, licet non sit necessarius, vt supra vidimus; Qui tamen volunt vt priuilegio illius Clementinæ, deberent illo vti cum illa limitatione ibi posita. Potest autem Episcopus semper, aut ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares; quia pro numero pœnitentium illius loci, non sunt necessarii plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficillimum erit, atque adeo in praxi non video quomodo possit utilis esse illa sententia, cuius assertio aliunde non deseruit, nisi ad irritandos, & acerbandos Episcoporum animos contra personas Regulares. Ita Lugo, & ego.

Quoad illa verò corollaria, quæ Bruno certissima putat, ego non certissima, sed nimis dubia, (ne dicam amplius) existimo, post Decretum Clementis VIII. & Innocentij X. & quoad primum etiam ante dicta Decreta contra Brunum tenuit Ioannes Præpositus in *3. part. quest. 8. dubit. 2. num. 7.* qui adducit responsum Cardinalium, & ita etiam docet Pater Mendo *vbi infra num. 31.* & Suarez *de Relig. tom. 4. tr. 10. l. 9. c. 4. n. 18.*

Ad secundum verò, quod asserit Bruno de Confessario Regulari præiudice Romæ à Vicario Vrbe approbato, &c. Respondeo cum Eminentissimo Cardinali Lugo *de pœnit. disp. 21. sect. 2. n. 29.* vbi sic ait; Aliqui fortasse prætendebant per communicationem, se habere tale priuilegium, vt semel approbati in Vrbe à Vicario Papæ, censentur approbati in toto Orbe absque nouo examine. Quod quidem priuilegium, ego nunquam apud aliquem Ordinem inueni apud Congregationem vtrius Oratorij de Vrbe, de qua rumor sparsus fuerat, inueni Bullam Sixti V. quam refert ad litteram Antonius Naldus Clericus Regularis in *summ. verbo Confessio, num. 39.* in qua inter alia priuilegia, pro quorum perpetua confirmatione iustabat Sanctus Philippus Neri, erat hoc, vt approbati in Vrbe, non indigerent alia approbatione extra Urbem; quod quidem concessit Sixtus V. sed talibus verbis, quibus gratia redditur ferè inuicilis, nempe, vt semel, præiudice examine in Vrbe approbati, possint absque alio examine audire vbiq; confessiones, de consensu Ordinariorum. Ita Lugo.

Et tandem ad tertium corollarium Bruni quod certissimum putat, nempe Superiores Regulares posse excipere sæcularium confessiones absque approbatione, & examine Episcopi, ego contrarium sustinendum esse puto; & ita hanc sententiam, me citato, communem, & veram putat Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnitent. disp. 21. sect. 1. num. 10.* vt ego alibi contra aliquos satis probaui, & ita etiam me citato tenet nouissimè Andreas Mendo

in *Bull. Cruc. disp. 21. cap. 2. num. 30.* & me citato Ioannes Dicastillo *de Sacram. tom. 2. tract. 8. dispensatione 10. dub. 2. num. 264.*
* * *

Anton. Diana Pars XI.

An incorrigibilis possit citari à Religione à solo Generali, vel Prouinciali.

RESOLVTIO XIII.

Affirmatiuè respondet Bruno *de priuileg. Regul. par. 1. tr. 4. c. 6. propos. 9.* vbi sic ait, Postulabis, primò num solus Generalis, aut solus Prouincialis absque aliorum consilio possit Regularem eicere? Respondetur, quòd stando in iure communi, & concessionibus Apostolicis, id possunt etiam validè: nulla enim clausula adhibetur, quæ factum irriter, nec quæ ius commune abroget. Si autem licitè id iudicandum ex tenore earundem concessionum, in quo non video verbum quod in conscientia obliget; quo circa Nauarr. in *Comment. 3. de Regular. num. 52.* quem sequitur Marcellinus à Sancto Benedicto *citatus verb. Condemnare, §. 2. in Scholia*, ait quod Generalis id proculdubio potest, aut etiam Capitulum Generale, adde etiam quod id possit Prouincialis, aut Capitulum Prouinciale, cum ius hanc facultatem tribuat soli Generali; & Prouincialis in sua Prouincia Generalis habeat potestatem, vt alibi docuimus, & ratio militet pro ambobus, maxime cum hæc facultas eidem Prouinciali ex iure naturali competat, quia est suæ Religionis caput in Prouincia quam regit, sicut Generalis in vniuersa Religione. Et sicut ad caput spectat ea, quæ in corpore superflua, & nociua sunt, præcindere, sic ad caput politicum ea, quæ in corpore politico talia sunt. Excipe tamen illum Generalem, & Prouincialem quibus per Constitutiones Regulares, hæc erectio faciendæ vetatur, cum clausula nullitatis, vt in Ordine Minorum de Observantia, in quo prohibitum est Generali, & Prouinciali vllam pœnam grauem infligere, sine consensu maioris partis Diffinitorij, sub pœna nullitatis, & priuationis actuum legitimorum in illo, qui sine hac forma castigat, quæ nullitatis non sortitur effectum, nisi post sententiam iudicis, sicut etiam, & pœna, vt ex eisdem pater. Ratiò nostræ sententiæ est, quia illa circumstantia non est in Constitutionibus Apostolicis apposita ad ejectionem illam validè faciendam, sed tantum ad illam consultius exequendam, vt alibi diximus de facultate ad absoluendam à manus violentæ intectione: vel ac summum apposita est ad eandem licitè faciendam. Verùm licet hæc sententia quoad Prouincialem mihi videatur satis probabilis, non tamen consulerem ejectionem per illum faciendam, nisi adhibito Capitulo Prouincialis consensu. Scio equidem decretum Congregationis Concilij Tridentini iussu Urbani VIII. editum, vt refertur à Barbosa in *tr. de Constitutionibus, & Decretis*, decernere, solum Generalem id posse in Capitulis, aut Congregationibus generalibus, & extra id tempus cum vrget necessitas de consilio sex Patrum. Sed cum sit tantum Congregationis Cardinalium decretum, vim legis non habet, quæ destruat priuilegium, vt vsus contrarius demonstrat. Hucusque Bruno.

Sed contrarium potius asserendum esse puto, stante dicto Decreto, vt docent communiter Doctores; nec verum est quod asserit Brunus, vsum esse pro se, nam contra illum stat. Et idè in gratiam superiorum Regularium non deseram hic apponere declarationem Sacre Congregationis Concilij, in qua circa præfatum Decretum multæ resolutiones habentur; quam declarationem, ego

testor vidisse authenticam, sic itaque habet.

In vna Regularium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum.

Procurator generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, mediante intercessione Eminentiſſimi Cardinalis de Lugo Protectoris, supplicat pro ſua (vt inquit), & aliorum ſuperiorum Regularium inſtructione per hanc Sacram Congregationem reſponderi ad inſcripta quaerita ſuper decreto de Apoſtatis, & eiectionis iuſſu ſummi Pontificis ex ſententia eiſdem Sacræ Congregationis edito Anno 1624. & impreſſo in Bulario nouo tom. 4. pag. 267. verſ. ad hæc.

Primò, An Regularis conſtitutus in carceribus ſpatio vnus anni in ieiunio, & pœnitentia, ad finem vt tanquam incorrigibilis à Religione eiiciatur, ſi à carceribus fugiat (dicto carcerationis anno nondum expleto), & deinde ſit captus, poſſit tunc vt incorrigibilis eiici: An verò quid aliud faciendum ſit?

Secundò, An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diuerſis temporibus commiſſis, in carceribus detentus, poſſit vno carcerationis anno (vt ſupra interpolate expleto tanquam incorrigibilis à Religione eiici, ſi poſt dictum Annum carcerationis interpolatum animo indurato in ſua pertinacia perfeuerans iterum delinquet.

Tertiò, An Generalis ordinis poſſit delegare facultatem eiiciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio ſit à Generali faciendâ in quolibet caſu, An verò indefinitè in omnibus caſibus.

Quartò, an ſex Patres, de quorum concilio, & aſſenſu electio fieri debet, ſint eligendi de tota Religione, An potius ſufficiat ex qualibet Prouincia, ſeu Regno.

Quintò, quod ſi à Religione huiusmodi ſex Patres non fuerint electi in Capitulo, ſeu Congregatione generali, quid faciendum ſit vſque ad primum Capitulum generale?

Sextò, an ſufficiat, vt Prælatus Conuentualis, ſeu Prouincialis conſcribat Proceſſum ſtylo Religionis ſeruato, & illius ſummarium tranſmittat Generali Ordinis, ſeu illius Delegato, qui adhibitis ſex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem Proceſſum, & tranſmittat votum ſuum per litteras eidem Generali, ſeu Delegato?

Septimò, An Generalis, ſeu Delegatus poſſit ferre ſententiam eiectionis à Religione quando à tribus ex ſex Patribus electis, ſeu ab illorum maiori parte dicta ſententia approbetur, An potius ſit neceſſarium vt omnes ſex dent votum, ita vt ex defectu voti, etiam vnus, non poſſit ſententia valde ferri?

Die 21. Iunij 1653. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus maturè perpenſis, Ad Primum reſpondit, Regulares delinquentes, vt incorrigibiles eiici non poſſe à Religione. Anno Carcerationis nondum expleto.

Ad ſecundum, reſpondit, Non ſufficere annum carcerationis interpolate expletum, ſed requiri ſpatium vnus anni continuum, & integrum.

Ad tertium reſpondit, Generalem Ordinis non poſſe delegare facultatem eiiciendi à Religione Prouincialibus per eorum Prouinciis, ſeu Commiſſariis, vel Vicariis Generalibus.

Ad quartum inhærendo declarationi alijs factæ die 9. Auguſti 1625. à S. M. Urbano VIII. approba-

tæ, Reſpondit ſex Patres eligi poſſe in vnaquaque Prouincia, ſeu Regno.

Ad quintum Reſpondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in ſingulis caſibus.

Ad ſextum, Proceſſus eſſe conſiciendos iuxta ſtylū & Conſtitutiones Religionis, & illorū tranſumptū authenticum eſſe tranſmittendū ad ſingulos ſex Patres electos, qui per litteras poſſunt votum dare.

Ad ſeptimum, Sententiam eiectionis à Religione fieri debere ſaltem de vno maioris partis ſex Patrum electorum, Petrus Aloyſius Cardinalis Caraffa Præfectus Loco ꝑ ſigilli. Fræciſcus Paulucius, S. C. C. Secretarius.

Ego P. F. Ferdinandus de Galarca Notarius publicus, & Apoſtolicus in Archiuijo huius Romanæ Curiaſe deſcriptus, ac Secretarius Reuerendi admodum Patris Noſtri Magiſtri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarij Generalis Italiaſe, & Procuratoris Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquiſitionis qualiſicatoris, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultoris, eiſdem iuſſu fidem facio, huiusmodi copiam propria manu ex originali, quod quidem in Archiuijo noſtræ Sacræ Religionis in hoc Conuentu Sancti Adriani remanet, accuratè tranſumptam, poſtea que diligenter collationatam, cum illo fideliter concordare. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras nomine meo ſubſcripſi, meoque ſigno communiui, Romæ in hoc prædicto Conuentu Sancti Adriani die 8. Auguſti anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi tertij. In teſtimonium loci ꝑ ſigilli veritatis. De mandato R. A. P. N. Vicarij, & Procuratoris generalis Frater Ferdinandus de Galarca P. & Secret. Not. publicus, & Apoſtol.

Frater Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiaſe, & Procurator generalis totius Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis captiuorum, S. Inquiſitionis qualiſicator, & Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, tenore præſentium fidem facimus, & atteſtamur, Eminentiſſimum, & Reuerentiſſimum Cardinalem de Lugo noſtri Sacri Ordinis Protectorem tranſumptum inſcripti decreti nobis propria manu deſiſſe, quod & ab Illuſtriſſimo Domino Francisco Paulutio Sacræ Congregationis Concilij Secretario ſibi remiſſum, & eandem Sacræ Congreg. nobis tradi præcepſiſſe aſſirmauit; pro pleniori, videlicet intelligentia declarationis ad quartum dubium ab ipſa ad noſtram inſtantiam nuper facta, Tenor autem decreti talis eſt.

Die 9. Auguſti 1625. S. Congr. Concilij, S. D. N. approbante, declarauit ſex Patres in ſingulis Capitulis vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum Concilio, & aſſenſu Generalis poteſt Regulares incorrigibiles à Religione eiicere, in vnaquaque Prouincia eligi poſſe, eoſdemque ſic electos, ſi Generalis tam longè abſuerit, vt vna conuenire non poſſit, debere ad eundem tranſmittere ſummarium proceſſus, vna cum eorum voto, & iuxta illud Generalis poſſit ad ſententiam expulſionis procedere, interea tamen vſque ad primum generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, Sanctitas ſua annuit, vt eiectione (ſeruata in reliquis forma decreti hac de re editi) fieri poſſit à Generali itidem cum Conſilio, & aſſenſu ſex Patrum, quos idem Generalis in qualibet Prouincia infra quatuor meſes elegerit. Dat. Romæ in hoc noſtro Conuentu S. Adriani die 21. Auguſti 1653. F. Michaël de Alcantara qui ſupra manu propria, &c.

Vidiſti igitur, Amice lector, ex ſupradicta declaratione Sacræ Congregationis Concilij, non eſſe admittendam

admittendam opinionem Patris Bruni; ſicut etiam ſtante dicto Decreto non admitto id quod ipſe vbi ſupra aſſerit, vbi ſic ait. Veruntamen ſi certo conſtaret de aliquo ſic peruerſè diſpoſito, vt quacun- que pœnitentia impoſita, etiam executioni mandata, non propterea emendando: vel conſtaret de illius ineptitudine ad agendam pœnitentiam, & ad carceris pœnam ſuſtinendam, & aliunde perfeuerantia ipſius in delictis Ordini in quo profeſſionem emiſit, non mediocriter noceret, poſſet Prælatus abſque monitione prædicta illum eiicere; ac propterea non obſeruare ea, quæ in duobus prædictis decretis ante eiectionem obſeruanda mandantur, inter quæ vnum eſt, quod incorrigibilis per annum in carcere in ieiunio, & pœnitentia priùs manſerit. Ratio eſt, quia nec Eccleſia, nec Pontifex, illud, quod nihil prodeſt minimè præcipiunt; illa autem incarcerationio, & alia pœnitentia huiusmodi Regulari, de quo eſt ſermo, in hoc caſu nihil penitus prodeſſe dignoſcitur: imò aliquando eſt illi inobſeruabilis, quam propterea Prælaris Regularibus, ſubdito ante eiectionem imponere, non præcipitur. Confirmatur à ſimili, nam ſicut Prouincialis Minorum non tenetur examinare venientem ad illum Ordinem de fide Catholica, &c. ſi ſciat certo Catholicum, licet ex iure Canonico in ſecundo capite Regulæ eorumdem, illi ſub mortali huiusmodi examen præcipiatur (quoniam in illo caſu illud examen eſſet ſuperuacaneum) ſic etiam de antedicta forma in hoc caſu ſeruanda indicandum eſt, & à fortiori, cum de obligatione illam obſeruandi ſub mortali, vel ſub pœna nullitatis, minimè conſtet. Ita Brunus, ſed non ego, ſtante ſupradicto Decreto.

An Episcopus poſſit viſitare Regularem vt Parochum, vel Vicarium in Eccleſia ſui Monasterij inferuentem, aut in Eccleſiis alijs Parochialibus exemptis Vicarium agentem.

RESOLVT. XIV.

EX multis priuilegijs Pontificis, negatiuum ſententiam docet Bruno de priuilegijs ſui Monasterij. 2. c. 3. propoſ. 3. Et poſtea ſic aſſerit: Obiicies primò, Tridentium ſeſſ. 25. cap. 11. de Regul. decernere, quod in Monasterijs, ſive domibus vitorum, ſeu mulierum, in quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium (præter eos qui ſunt de eorum Monasteriorum, ſeu locorum familia) perſonæ, tam ſæculares, quàm Regulares huiusmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correptioni Episcopii in cuius Diaceſi ſunt. Ex quibus videtur colligi, quod Episcopus poſſit viſitare hunc Regularem in adminiſtratione Sacramentorum, & animarum cura; ſed huic argumento reſponderetur: quod non poteſt iudicari de particula alicuius legis, niſi tota lege perſpecta, vt ait quidam iuriſconſultus: vnde oportet perlegere totum Capitulum Concilij Tridentini, vbi poſtquam dictam clauſulam argumenti poſuit, ſtatim in hæc verba prorumpit, excipiendos, ea quæ ſequuntur in hunc modum; Excepto Monasterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & exceptis etiam his Monasterijs, ſeu locis, vbi Abbates, Generales, aut capita Ordinum. Sedem ordinariam principalem habent: atque alijs Monasterijs, ſeu domibus in quibus Abbates, & alij Regulares

Anton. Diana Pars XI.

ſuperiores iuriſdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent. Hæc Concilium; ex quibus conſtat ſubſiſtere exemptionem factam in Curatis illorum trium Ordinum, ac etiam aliorum, qui iuriſdictione ſpirituale, & temporalis in ſua Beneficia Curata potiuntur: & denique in alijs Curatis aliorum Ordinum, videlicet Mendicantium, & aliorum, qui cum eiſdem ordinibus in priuilegijs communicant.

Quocirca argumento reſpondendo dicimus, Primò. Illud decretum non habere clauſulam reuocatoriam priuilegiarum, ac conſequenter, nec illius priuilegij, ac proinde priuilegium ſtare in ſuo robore; Secundò, Quod licet Tridentinum illud reuocaret, ſubſiſteret tamen priuilegium illud, quod Regularis Curatus in Eccleſia ſui Monasterij non poſſit viſitari ab Episcopo: cum, vt oſtendimus in tractatu de priuilegijs in communi, priuilegia Dominici Ordinis, & ſpecialiter Mare Magnum, in quo dictum priuilegium expreſſè continetur; fuerint ab Urbano V. III. expreſſè, vt iam ſupra dictum eſt, confirmata, vt antea Pius V. explicando Tridentin. B. hæpè dicta, *Eiſ mendicantium*, confirmauerat priuilegia à Sixto IV. à quo prædictum Mare Magnum emanauit, conſeſſa.

Obiicies ſecundò decretum illud Sacræ Congregationis in proxima præcedenti propoſitione allatum, quo declaratum eſt, *Non poſſe Episcopum viſitare Eccleſias Regularium, quib, non imminet cura animarum*: ergo videtur ſentire, quod poteſt viſitare Eccleſias illorum, in quibus imminet cura animarum: ergo, & conſequenter Regularem. Reſponderetur primò id non ſentire Sacram Congreg. ſed tantum declarare dubium quod illi proponebatur, videlicet, *Num Regularium Eccleſia, in quibus non imminet animarum cura, viſitari poſſint ab Episcopo*; quocirca illa verba interpoſita non poſſe obſeſſe priuilegio. Secundò S. Congr. conformiter ad præmiſſum decretum Concilij, vt ibi videbatur declaraffe, vel melius ſic declaraffe, non in vi decreti Tridentini, ſed poſta Conſtitutione Gregorij XV. *Inferuabili*, quam in Gallia, & Hiſpania non valere alibi diximus. Tertiò, quod licet, ita declarauerit, non eſt tamen tanti potæris, quod officiat priuilegio per Conſtitutionem Apoſt. facto, vt ſupra oſtenſum eſt. Accedit, quod non habet clauſulam reuocatoriam, & quod illud priuileg. poſt decretum præfatum fuerit confirmatum cum de bitis clauſulis derogatorijs vt dictum eſt.

Ex quibus ſecunda propoſitionis, ſequitur pars, videlicet Regularem non ſubiici viſitationi Episcopii, ſi fungatur Vicarij, vel Parochi munere in Eccleſia exempta, quoniam ex viroque titulo, ſcilicet exemptione Eccleſiaſe, & perſonæ potitur. Sequitur ſecundò nõ ſubiici viſitationi Episcopii, ſi eodẽ munere fungatur in Eccleſia non exempta: quoniam licet ab Episcopo viſitetur talis Eccleſia, Parochus, ſeu Vicarius Regularis cum ſit perſona exempta, ac ſuo Prælato Regulari ſubiecta, ab Episcopo viſitari non poteſt, quia non poteſt illum corrigere, ergo nec viſitare: cum viſitatio, vt iam dictum eſt, ſit via ad correptionem. Probabimus autem in Cap. de exemptione à poteſtate coactiua Episcopii, quod Episcopus non poſſit huiusmodi Regularem corrigere.

Petres Primò quid fiet de illo Regulari delinquenti, ſi non poſſit illum viſitare? Reſponderetur, Episcopum viſitando Eccleſiam, & parochiam, poſſe illum per accidens ſic viſitare, & viſitationem factam, Prælato ipſius intimare, & inſtare apud illum, vt caſtiget, vel illum Prælato eidem denunciare, vt inſormet, & inſtare vt puniat. Hucusque Brunus.

Sed affirmatiuæ sententiæ adhaereo, & ita communiter feruatur in Praxi, & communiter docent Doctores. Dico igitur, quod Regulares exercentes curam animarum, subfunt iurisdictioni, uifitationi, & correctioni Epifcopi, in iis tamen quæ ad dictam curam pertinent, non obftante Breui Sanctæ memoriæ Pij V. sub Dat. Romæ 24. Martij 1567. Et ita refolutum fuit per facram Congregationem Epifcoporum sub die 6. Februarij 1625. Vnde Regulares curam animarum fæcularium perfonarum exercentes, in emolumentis legitime percipiendi prohiberi poffunt per Epifcopum ne excedant taxam ab eo præfcriptam; Vt declarauit Sacra Congregatio 18. Septembris 1625. Ita Sacra Congregatio die 20. Martij 1621 etiam declarauit, quod Epifcopus potest Regulares in iis, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt uifitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in uifitatione facta, procedere, eofque cogere ad exequendum.

Ideo noftram fententiam contra Brunum fuftinet Rodriguez *qq. Regular. tomo 1. quæft. 36. art. 4. Nouarius in Summa Bull. part. 1. de Regul. curam animarum habentibus, Gauancus in Man. Epifcop. verb. Uifitatio Epifcoporum, Metolla tomo 3. difputat. 7. cap. 5. dub. 13. Leo in Theaur. For. Ecclef. par. 2. capit. 31. num. 3. Cefpedes de exemption. Regul. cap. 8. dub. 168. Squillante de priuileg. Epifcop. par. 1. cap. 3. num. 13. Lequa in Examin. Epifcop. libr. 4. cap. 26. numer. 25. Matius Antoninus libr. 1. refolut. 112. cas. 10. Antonius de Amatis decif. 89. numero 5. Campanil. Rubric. 12. cap. 15. numero 51. Tamburinus de iure Abbatiff. difputat. 17. quæftion. 3. numero 3. Vegha in capis. Decernimus numero 36. de iudiciis, Solorzano de Indiarum iure tome 2. libr. 3. capit. 17. numero 51. ubi more fuo eruditè, & plena manu plures alios adducit.*

Et tandem non deferam hic apponere verba Machadi de perf. Confess. tom. 2. l. 8. par. 6. tr. 10. docum. 5. num. 3. ubi fic ait, Quanto à las perfonas de los Religiosos que exercitan ministerio de curas, tampoco consta con diftincion, en que cosas pueda el Obifpo uifitarlos, y castigarlos. El Doctor Solorzano prueba con muchos textos y Autores, que los Curas Religiosos no pueden rehusar segun Derecho la uifita, y correccion de los Obifpos: *faletem in officio, quod dicunt officinando*, porque de otra manera no le podia constar si los Religiosos Curas cumplan con fu obligacion, fino era uifitandolos. Que es lo mismo que Gregorio XV. antes auia difpuefto por vna efpecial Conftitucion fuya à cerca deste punto, en la qual dize estas palabras: *In his, qua huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimoda iurisdictioni, uifitationi, & correctioni Diœcefani Epifcopi, tanquam Sedis Apostolica delegati plene in omnibus subiciantur.* De modo que segun doctrina comun de los Doctores, la Conftitucion de Gregorio XV. de que hemos hecho mencion, y otras declaraciones de los Cardenales, consta que los Religiosos Curas, estan fufectos à la juridiccion, y uifita del Obifpo; y por configuiente tiene facultad para castigarlos quando no complieren con fu obligacion en la administracion de los Sacramentos, y en el ministerio del cuydado de las Almas, y no en otra manera. Tambien se ha de aduertir, que por fer cosa concerniente al ministerio de Curas, afirma el Doctor Solorzano, como testigo mayor de toda excepcion, auerfe refuelto en Roma

en vna caufa de Lima; que el Obifpo puede poner taxa, y arancel à los Religiosos Curas de los Derechos que deuen lleuar, y por configuiente castigarlos si excedieren della. Ita ille.

An Epifcopi possint uifitare in ordine ad claufuram Monasteria Monialium Regularibus subiecta.

RESOLVT. XV.

Negatiuam fententiam tenet Bruno de priuileg. Regular. part. 1. tractat. 2. cap. 2. propos. 4. Et putat constare hanc ueritatem ex capis. periculofo, de statu Regular. in 6. ubi Monasteria tunc Epifcopo, & Sedi Apostolicæ immediate subiecta, à Monasteriis Prælati Regularibus subiectis distinguit, & de his sic pronunciat, Abbates uero, & alij, tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiam Monasteriorum, & Ordinum quorumcunque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis, de claufura conuenienti, ubi non est, prouidere procurent. Nec Tridentini decretum capite 5. sess. 25. de Regular. aliud operatur, quam confirmare constitutionem Bonifacij VII. illius capitis periculofo: nam decretum innouans iuxta terminos Constitutionis innouatæ est intelligendum, ut diximus in tractatu de priuilegiis in communi, & iuxta Nauarr. de Dat. & promissis, notab. 3. in num. 6. Quod fimiliter etiam dicendum est de Constitutionibus Pij V. Quæ incipiunt, *Circa pastoralis, & Decori, & honestati.*

Nec obiciendum, Tridentinum generaliter loqui, non distinguendo de Monasteriis immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, & de alijs Prælati Regularibus subiectis: nam quamuis id ita fit, recedendum non est à Constitutione antiqua: nisi quatenus per nouam reperitur contrarium: ut habetur in iure ciuili l. *præcipimus, de Appellation. & capit. 1. de Constitution. in 6.* At in dicto capis. periculofo, satis exprimitur differentia, ut in principio huius propositionis tantum est, illa enim, quæ immediatè Sedi Apostolicæ, uel Epifcopo subduntur quoad hunc actum claufuræ, Epifcopo subicit: reliqua uero Monialium Monasteria suis Prælati ordinarijs. Atque hæc responsio corroboratur ex fine proximè dicti cap. Periculofo, ubi habetur, *Per hoc autem in Monasteriis exemptis Ordinarij locorum nullam sibi credant iurisdictionem, uel potestatem aliquatenus attributam.* Ergo ex Constitutione huiusmodi nullam habet Epifcopus facultatem quoad claufuram in dicta Monasteria exempta; alioquin haberet aliquam iurisdictionem, & potestatem in illa. Sic tenet Miranda in tractatu de Sacris Monialibus, quæstione 2. art. 14. concl. 3. & alij.

Ex quibus sequitur, non posse Epifcopum ingredi Monialium Monasteria, ut uideat si violata est claufura, nec se intrromittere ad illam reparandam, si violata est, nisi in casu, in quo monitus ab ipso Prælati Monasteriorum, in quibus claufura violata est, nollet illam reparare: tunc enim ubi Tridentin. est receptum, id posset tanquam Sedi Apostolicæ delegatus. Ita Bruno, & alij cum ipso, ut uidere est apud Barbosa, & Garziam ubi infra.

Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhaereo cum Doctoribus quos ad fatietatem adducit Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 43. n. 146. quibus adde Garziam in Politica Regulari tom. 1. tr. 8. difficul. 3. dub. 2.

num. 15.

Referuntur aliqua opinionēs circa Regulares in ordine ad ministrandam Eucharistiam Secularibus.

RESOLVT. XVI.

Posse circa hoc plura Regulares vigore priuilegiorum docet Pater Chaffaing de priuileg. Regular. part. 2. tractat. 8. cap. 2. per totum, & ideo asserit; Primò, quod Regulares possunt Eucharistiam ministrare in Paschate, & in articulo mortis suis familiaribus, & feruitoribus actualiter sibi feruentibus, & intra Monasteria, aut loca eorundem commorantibus, & sub eorum obedientia uiuentibus, ac fimiliter eisdem extra Monasteria degentibus, qui hæc sumptione præcepto de recipienda Eucharistia satisfaciunt.

Nec obstat Concilium Tridentinum session. 24. cap. 11. de reformat. non concedere hanc facultatem; nisi familiaribus commorantibus intra Monasteriorum septa, non autem familiaribus commorantibus extra septa Monasteriorum, quod fimiliter declarauit Congregatio Cardinalium sub Gregorio XI V. ergo non possunt Eucharistiam ministrare omni tempore famulis extra septa Monasteriorum morantibus, cum claufula reuocatoria priuilegiorum sit iuncta decreto Tridentini.

Respondetur primò ex Roderic. tom. 1. quæst. 56. art. 14. Tridentinum esse quoad hoc, & cætera priuilegia reuocatum à Pio V. ut diximus in tract. de priuileg. in communi, ita ut dicto priuilegio sicuti alijs in foro conscientia: uti possint.

Respondetur Secundò, Priuilegia Regularium fuisse absolute in utroque foro, non obstante Tridentino confirmata, ut in dicto tractat. diximus, ac propterea illam declarationem Cardinalium interpretum Tridentini, sicut & alias, nihil officere illi priuilegio, sicut nec alijs priuilegijs, cum non sint declaratiua: nisi sensus Tridentini: Deinde non esse tanti ponderis, ut sæpius diximus, quod possint priuilegia authentica, & authentice confirmata, enervare. Ac sic tenent citatus Rodericus, Marcell. à Sancto Benedicto in Scholio in Compend. priuileg. Fulens. verb. Familiares, §. 1. & 2. & alij.

Respondetur Tertio, sub claufula reuocatoria illius capitis non comprehendit priuilegia Mendicantium, cum non exprimentur, quod fieri debet, ut alibi diximus ex Pio V. & Doctoribus.

Asserit Secundò, Quod Regulares possunt Eucharistiam ministrare fidelibus, & die eo quo præcepto Ecclesiæ satisfacere uolunt, & sic satisfacere præcepto. Probatur primò, ex concessione Pij V. in præcedenti propositione allegata, qua uetatur Epifcopis, & Rectoribus, ut non possint cogere Parochianos ad iterum sumendam Eucharistiam, si semel illam tempore Paschali sumpserint de manibus Regularium. Et ex Concessione Nicolai V. facta Religiosis de Guadalupe anno 1458.

Nec obicias, Tridentinum reuocasse hoc priuilegium, cum alijs probauerimus non reuocasse; Nec item opponas non usum illius priuilegij; quoniam etiã demonstrauimus alibi, non solum non abrogare priuilegia Regularium, quin & si abrogaret, quæ in usu non confirmata fuerunt.

Asserit Tertio, quod licet Regularibus Eucharistiam in die Resurrectionis Dominicæ fæcularibus porrigere, etiam ut Ecclesiæ præcepto satisfaciunt.

E 4

Nec

num. 15. Et idè posse Epifcopos, eorumque Vicarios sufficiens ad id habentes mandatum pro claufuræ uifitatione, ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, semotis etiam violatæ claufuræ suspitione, ac quacumque superiorum Regularium negligentia, censuit S. Congregatio Cardinalium negotijs Epifcoporum, & Regularium præposita, in hæc uerba, prætendentibus aliquibus Ciuitatis, ac Diœcesis Turitanæ, Archiepifcopum circa claufuram Monasteria Monialium Regularibus subiectarum uifitare non posse, & hoc sub prætextu, quod ab eisdem Archiepifcopi prædecessoribus nunquam uisitata fuerint; Illustrissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres, Illustriff. Lanceloto referente, prædicto Archiepifcopo litteras dari uoluerunt, ipsum non posse, nec debere omittere, quin claufuram Monasteriorum Monialium eius Ciuitatis, & Diœcesis Regularium curæ suppositorum, quotiescunque opus esse dignouerit, uifitet, sub Data 24. Nouembris 1617.

Et ita optimè Epifcopo Sperello respondit eadem Sacra Congregatio, ut patet in eius decif. 97. num. 27. ubi fic ait, Verum quia idem Prior, cui Roderici doctrina ualdè applaudebat, meis rationibus non acquiescebat: ego ob meam eximiam in dictam Religionem reuerentiam, nihil per vim attentare uolui, sed Sacram Congregationem consului, ac fauorabilem reportauit resolutionem, quam vna, cum meo simpliciter libello hic imprimendam curauit tenoris sequentis.

Eminentiffimi, & Reuerendiffimi Domini Statutum est per decretum Sacri Concilij Tridentini, cap. 5. session. 25. de Regular. ut Epifcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegari claufulam Sanctimonialium in Monasteriis sibi subiectis conferuari maxime procurent, in vim cuius decreti Alexander Sperellus Vicarius Generalis Eminentiff. Domini Cardinalis Estensis, ut suo muneri satisfaceret, intendebat singulis annis Monasteria Regularibus subiecta, uifitationis gratia, in concernentibus claufuram ingredi, ad quod cum cæteri Regulares annucent, Fratres S. Dominici resistunt, prætendentes duo. Prius vigore eiusdem Decreti, Epifcopum solum, non autem eius Vicarium, etiam mandatum speciale habentem, ingredi posse. Posterius, nec quidem Epifcopum ualere, nisi aliquam rationabilem violatæ claufuræ suspitionem habeat, ex Roder. qq. Regular. tom. 1. quæst. 47. art. 10. Vnde cum Orator hac in re nil præter Dei honorem querat, ac neque desidia, neque nimio zelo laborare intendat, supplicat humiliter pro opportuna horum casuum declaratione. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. interpretum, ad utrumque dubium respondit, non solum Epifcopo, sed etiam Generali eius Vicario ad hoc speciale mandatum habenti, licere pro claufuræ uifitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, tamen si nulla rationabilis violatæ claufuræ suspicio irrepserit: & acriter reprehendit Rodericum, quod hac de re tam audacter locutus fuerit, subfcripto. Antonius Cardin.

Caietanus. Locus † Sigilli. Suppositis igitur tot Sacrarum Congregationum Declarationibus, & Responfionibus; durum esset contra stimulum calcitrare.

Nec obstat sententia Sacrae Congregationis, inserta Breui Innocentij X. in causa Regularium Ciuitatis Burdigalensis contra Illustrissimum Archiepiscopum illius Ciuitatis illam confirmantis, nouissime emanata, in qua sic pronunciat; Instantibus Regularibus, &c. Sacra Congregatio asserit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus habentibus priuilegia Apostolica, ut à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè administrare non valeant personis secularibus Sacramentum Confessionis posse tamen eisdem prohibere, ut personis secularibus in die Paschalis non administrant Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etsi dictæ personæ seculares in alia die satisfecerint præcepto Ecclesiæ hac de re edito. In qua duo notanda sunt, Primum Congregationem prædictam respondendo querelæ Regularium, decernere Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere, quin regulares in quindena Paschali non audiant secularium confessiones. Secundum, quod norandum est, dictam Congregationem motam à semetipsa, absque vlla querela ipsi oblata decernere, dictum Archiepiscopum posse prohibere, ne die Resurrectionis Dominicæ seculares Eucharistiæ ministrant. Et quibus concluditur, posse Regulares ex priuilegio die Resurrectionis Eucharistiæ seculares porrigere, quia sine illo non possent, cum iure prohibeantur; non posse tamen si ab Archiepiscopo prohibeantur; ergo propositio nostra, quæ asserit absolute posse illam ministrare die Resurrectionis, etiam satisfaciendo Ecclesiæ præcepto, non subsistit.

Responderi possit, primò. Hanc Constitutionem, esse Decreti Congregationis Cardinalium dumtaxat confirmantium, ac propterea nihil aliud operari, præter id quod tale decretum operatur, quod cum nullum alium effectum habeat, nisi illum quem habet sententia Doctorum sicut in 1. tract. de priu. in comm. probatum est. Nec similiter prædicta Constitutio, seu confirmatio alium effectum habebit, ut de confirmatione in genere in proximè citato tractatu etiam probatum fuit: cumque alij DD. non mediocri litteraturæ, & famæ in priuilegio euidenti fundati, existant posse Regularem dare Eucharistiæ die Resurrectionis Dominicæ ad præcepto Ecclesiæ satisfaciendum, etiam Episcopo prohibenti, cum sit Pontificia concessio; ac ex consequenti independens à voluntate Episcopi, sicque Regularis in illius priuilegij possessione, idè illius iuri standum est, cum melior sit pars possidentis.

Respondetur Secundò, quod supponendo dictam Constitutionem habere vim legis, & sententiæ, quoniam licet quoad confessionem in quindena Paschæ sit sententia, non tamen talis est, quod Eucharistiæ administrationem, circa quam non fuerat ad Sedem Apostolicam prouocatum, & quoad illam Congregatio pronuntiat nemine audito, & conquerente; sit pronunciatum Papa confirmat, ut ex dicta Constitutione, seu sententia constat, cumque inauditum possidentem, nec Congregatio nec Papa, nec quilibet alius iudex à possessione velle deicere præsumatur, maxime cum hoc ius Regularium sit ius quæsitum, quod non facile tollitur, nisi partibus super hoc contradictoriè auditis, iuxta Regulam ab Urbano VIII. positam, ut alibi diximus; Nullatenus credibile est dictam Congregationem, & Papam, illa sententia velle huic priuilegio verè iuri quæstio, sibi que ignoto, cum extra corpus iuris vageretur, derogare.

Et tandem asserit Quartò, Quod licet Regularibus, inuitis Parochis, Eucharistiæ pro viatico ministrare secularibus in mortis articulo existentibus. Ita tener in sententia nostra de ministranda Eucharistiæ in Paschate Ioannes de la Cruz de stat. Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 5. concl. 2. Sic etiam absolute censet Portel. in addit. ad verbum, Sacramentorum administratio. Probat ex eo quod Nicolaus V. Bulla inchoata. Scimus populos, & Sixtus IV. Bulla Vestrus in hac. Minoribus facultatem ministrandi Eucharistiæ fidelibus concedentes, diem vnicum Resurrectionis Dominicæ exceperunt; ergo cum exceptio fuerit Regularum in contrarium, possunt iidem in vi illarum concessionum (solum illo die excepto) Eucharistiæ ministrare; ac consequenter in mortis articulo.

Nec obstat Clementina Religiosi, de priu. & Dudum, de sepul. prohibentes Regularibus administrare Eucharistiæ secularibus in articulo mortis asque licentia Parochi, quoniam tunc habetur licentia Papæ, qui summus est Parochus, & sicut in uiro, & contradicente Parochi, possit quis de licentia Episcopi illam administrare secularibus, sic à fortiori de licentia Papæ. Accedit, quod illæ duæ Clementinæ reuocatae sunt à Pontificibus priuilegia confirmantibus, non tamen consulerem Regularibus hoc vti priuilegio, nisi virgente aliqua rationabili causa.

Et hæc omnia asserit Pater Bruno, ubi supra, quæ quidem alibi à nobis in pluribus reiecta sunt in variis locis nostrorum operum, & idè caueant Regulares illa ad praxim reducere. Vide præter alios Patrem Amicum in Cur. Theol. tom. 7. disput. 31. sect. 3. num. 57. cum seq. qui negat Regulares posse ministrare Sacramentum Eucharistiæ, in articulo mortis, vel pro præcepto annuo adimplendo absque licentia Parochi. Vide etiam Cardinalem Lugo de penit. disp. 18. sect. 2. num. 52. & 53. prorsus negantem posse Regulares ministrare Viaticum absque licentia Parochi, ut nouissime docet Andreas Mendo in Bull. Cruz. disp. 15. c. 4. n. 40.

Resolvuntur plures opiniones circa Regulares in ordine ad sumptionem Ordinum.

RESOLVT. XVII.

Idem Pater Bruno, ubi supra de priuileg. Regulari. part. 2. tract. 7. cap. 1. propos. 2. asserit, quod Prælati Regulares possunt concedere suis subditis Regularibus literas dimissorias ad Ordines ab Episcopo loci, & etiam à quolibet alio suscipiendos, absque dimissoriis Episcopi illius loci.

Nec obstat decretum Sacrae Congregationis sub Clemente VIII. die 15. Martij 1596. de ipsius mandato editum, relatum à Mirada in Man. tom. 1. quest. 38. artic. 2. quod præscribit quasdam condiciones apponendas in dictis dimissoriis, quoniam non est certum quod mandante Clem. emanauerit, quod satis manifestè probatur ex eo, quod idem Clemens Bulla, quæ incipit, Ratio pastoralis, sub data 2. Decembris 1595. ex certa scientia Mendicantium priuilegia confirmant. Qui autem fieri potest, ut tam citò mentem Pontifex mutarit? Certè hoc non est credibile. Sed est, quod illud decretum emanasset, non valeret tamen aduersus illud priuilegium authenticum, cum, ut alibi probauimus, decreta Cardinalium non præualeant Bullis. Secundò, quia idem Clemens die 2. Augusti eiusdem anni, Congregationi

gationi Sancti Benedicti Vallisoleri concessit, ut cum litteris dimissoriis suorum Prælatorum posset à quibuscunque locorum Ordinariis ad omnes etiam Presbyteratus ordines promoueri absque Diocesani licentia, seu commendatiis litteris, ut habetur in Compend. priuileg. Fulienis, verbo, Ordines §. 3. de quo supra, denique ab illo tempore Regularium Mendicantium priuilegia fuerunt confirmata pluribus Pontificum Bullis, & præcipuè per Paulum V. die 11. Octobris 1612. in qua declaratur manere in suo robore omnia priuilegia quomodolibet à prædecessoribus, etiam per viam communicationis concessa. Quod similiter fecit Urbanus VIII. Bulla alias adducta, quæ incipit, In plenitudine.

Deinde cap. 2. asserit Secundò, Quod Regulares ab Episcopo ordinante, examen de capacitate pati non tenentur, sed sufficit examen Prælatorum Regularium, & hoc ex concessione Alexandri IV. his verbis; Ut liceat vobis ordinandi Fratres eiusdem Ordinis, quibuscumque malueritis Catholicis Pontificibus communionem, & gratiam prædictæ Sedis habentibus præsentare, ipsique Pontificibus præsentatis à vobis Fratres sine aliqua examinatione per eosdem Pontifices faciendâ, & absque omni promissione, & obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum ad Ordines promouere, vobis, & ordini vestro auctoritate præsentium indulgemus.

Nec obstat Concilium Tridentinum capite 12. session. 23. in qua habetur; Regulares quoque nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis. Respondetur primò, Tridentino postius esse priuilegium Societati Iesv, ac etiam aliis Regularibus Mendicantium concessum, cum clausula dicti Tridentini reuocatoria. Secundò, responderetur, hoc priuilegium esse eidem Tridentino conformem; cap. 8. eiusdem sessionis, in quo prohibetur titularibus Episcopis ne ordinent quempiam nisi prius habitis litteris testimonialibus proprii Ordinarij, rationemque reddat, quia plerumque fit, ut minus idonei, & ignari ordinentur sine sui Ordinarij licentia, quibus supponit examen debere fieri per proprium Ordinarium, ac proinde proprium superiorem, qui illorum ordinarius est, & ex consequenti illud sufficere, nec requiri aliud ab Episcopo faciendum: Quo circa Pius V. declarauit, Regulares non subici de ceteris illius capituli de solis Episcopis, ut Ordinariis intellectis, his verbis, illud Caput non habere locum in Regularibus omnino declarauimus. Quid clarius?

Asserit Tertio, posse Regulares suscipere ordines ante ætatem à Tridentino præscriptam, & hoc ex priuilegio Innocentij VIII. relato in Compend. priuileg. Mend. verb. Ordines, &c. in Compend. Christoph. à cap. font. verb. dispensatio §. 14. his verbis. Innoc. VIII. dispensauit cum toto Ordine Fratrum Minorum, quod postquam Fratres 23. annum attigerint (dum tamen sufficientes sint) possint promoueri ad Sacerdotium, & Missas celebrare, &c. non obstante iure, cæterisque in contrarium facientibus; imò idem Innocentius, ut refertur eodem verb. §. 15. concessit postea, quod Generales, & Prouinciales possint dispensare cum Fratribus suis in 22. anno completo quoad sacerdotium suscipiendum, nec duntaxat in completo 22. anno, sed etiam inchoato. Ex priuilegio Conuentui Domini Carthuse sanctæ Trinitatis propè Ditionem Lingonenis Diocesis anno 1391. die verò

19. Aprilis à Ioanne XXII. concessio, cuius originalem asseruatur in dicta domo, & habetur in Compend. Priuileg. dicti Ordinis fol. 13. his verbis; Ut omnes monachi, & clerici redditi dictæ domus vestræ, qui nunc sunt, & erunt pro tempore, 22. eorum ætatis annum attingentes, possint ad Presbyteratus ordinem promoueri, in ipsoque licitè ministrare defectu dictæ ætatis, ac statutis, & constitutionibus ipsius ordinis, & aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque; voluitque idem Pontifex huiusmodi gratiam in suo robore perpetuo remanere. Atque hoc priuilegium expressè concessum est Fratribus Minimis per Iulium II. cum reuocatione iuris communis, Bulla, quæ incipit, Dudum ad sacrum Ordinem Minorum; his verbis; At quod Fratres Ordinis Minorum huiusmodi in 22. suæ ætatis anno tunc, & pro tempore constituti ad Presbyteratus ordinem, aliàs tamen rite se promoueri facere libere possent. Ex quibus manifestè patet Fratres Minores qui etiam (in hoc vltimo priuilegio communicant) & consequenter alios, habere facultatem dispensandi super ætate constituta à iure ad Ordines Presbyteratus, Subdiaconatus, & Diaconatus suscipiendos. Confirmatur, quoniam antè Tridentinum Prælati poterant cum suis subditis dispensare, & facere vt assumerent Subdiaconatum in 18. Diaconatum in 20. Presbyteratum in 22. completo, ac etiam in 22. inchoato; Ergo etiam nunc illa facultate vt possunt, cum illud priuilegium sit validum etiam post Tridentinum, vbi illud receptum est. Ac si tener Emanuel Sà verb. Relig. num. 56. Christoph. à cap. font. proximè citatus. Ac eidem sententiæ, vt aduertit Portel. verb. Priuilegij cessatio n. 64. subscribere debent Roder. Henricq. Sorbus, & alij, qui vt alibi notauimus existimant priuilegia Regularium expresse à Tridentino reuocata valere in foro conscientie.

Asserit quartò, Quod possunt Regulares in vna, & eadem die siue temporibus à iure statutis, siue extra illa Sacros Ordines maiores à quocunque Episcopo recipere. Ex priuilegio Adriani: vt habetur in Compend. Priuileg. Mendic. verb. Ordines §. 11. Concessit quod Prior Generalis Ordinis sancti Hieronymi, & singuli Priores eiusdem Ordinis præsentis, & futuri, possunt eligere quemcumque Episcopum Catholicum communionem Sedis Apostolicæ habentem, qui personas singulorum monasteriorum huiusmodi idoneas, ad omnes, etiam factos, & Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à iure statuta, tribus diebus Dominicis, siue festinis duplicibus successiuè promouere poterit, Diocesanos licentia super hoc prius requisita.

Asserit quintò, quod Regulares à quolibet Episcopo in propria, & aliena Diocesi, & in suis propriis domibus Ordines recipere possunt sine licentia Episcopi Diocesani, ac etiam ipso contradicente, & sine obligatione aliqua ordinando imponenda. Quod probatur ex declaratione Pij V. in Bulla, Et se mendicantium, in qua sic habetur. Ita quod fratres huiusmodi, præfatos etiam sacros Ordines à quolibet Antistite gratiam, &c. Ordinarij loci licentia minime requisita in locis, seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint, Quid clarius? Nec obstat huic veritati Bulla Leonis X. in Concil. Lateran. edita, quæ hoc Episcopis alienæ Diocesis prohibet; quoniam vt superius diximus, hæc Bulla reuocata est, ac eam etiam reuocat proximè dictus Pius, ut tener cum multis aliis Ioannes de la Cruz de Statu Relig. l. b. 2. cap.



capite 3. dubitat. 5. & hæc omnia docet Chaffaing ubi supra.

Sed ego illa minime admitti in variis locis meorum operum, & praxis Romanæ Curia est in contrarium, & consuetudo omnium Episcoporum, stante Concilio Tridentino, & Decretis S. Congregationis. Vide Marchinum de Sacram. Ordinis tr. 1. part. 5. cap. 2. num. 9. & 18. firmantem Privilegia Regularium, adducta à Patre Bruno fuisse, & esse reuocata per Concilium Tridentinum, nec constare de renouatione & confirmatione; & Pius V. Gregor. XIII. Sixtus V. & Clem. VIII. peculiari constitutione aduersus male promotos præcipiunt obseruari Tridentinum quoad ætatem & alia non obstantibus quibuscumque ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, quibus verbis reuocantur omnia privilegia Tridentino obstantia.

Nota etiam hæc obiter, dictum Patrem Brunum loco citato cap. 3. proposuit. 1. cum sequi docere. Primum quod Abbates Benedictini possunt tonsuram, & quatuor Minores suis Monachis conferre.

Secundò, Quod Abbates Regulares prædicta facultate potiuntur in subditos nouitios, & sæculares, in quos iurisdictionem quasi Episcopalem habent, & in alios Regulares & Sæculares sibi non subditos, dummodo Prælatorum eorundem accedat consensus.

Tertiò, Quod Abbates non benedicti possunt similiter ac benedicti suis subditis Regularibus, & Sæcularibus ac aliis etiam Sæcularibus, & Regularibus non subditis, Tonsuram, & quatuor Minores conferre.

In duplici genere sunt Abbates, non benedicti; alij enim sunt Abbates non benedicti, quibus benedictionem Episcopus recusauit, alij autem, quibus non recusauit, nec benedicendi sunt. Quoad primum genus Abbatum; propositio probatur ex cap. 1. de supp. neglig. Pralat. in quo sic habetur, si Episcopus ter cum humilitate, & deuotione, sicut conuenit requisitus, Abbatem benedicere renuerit, liceat Abbati proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium pertinent exercere: Sed ad illorum Officium spectat primam tonsuram, & quatuor Minores Ordines conferre; ergo illa omnia (licet recusata benedictione) possunt exercere. Nec potest dubitari, quin Papa hoc privilegium possit concedere; quoniam hæc benedictio non imprimi characterem, neque est ex Christi institutione, ut necessaria reputeretur ad hanc concessionem; sicut ergo Papa potest simplici Sacerdoti, absque præuia benedictione, committere potestatem conferendi confirmationem, sic & facultatem illos Ordines conferendi, sicut de facto illam commisit. Ac sic tenent citati Hostien. & Armill. Aurea; qui addunt dictos Abbates non posse conferre illos Ordines in Monasteriis non alienis exemplis quod ego crediderim, si Episcopus illorum superior non consentiat; si autem consenserit, vel illos vocauerit, posse tunc temporis Ordines prædictos conferre; cum, ut supra probatum est, possit Episcopus subditis huiusmodi Ordines ministrare, nulloque propterea fiat iurata.

Quoad autem aliud genus Abbatum non benedictorum, neque benedicendorum, ut sunt Abbates triennales, non reperitur quidquam super hoc illis à iure communi concessum; sed tantum ex privilegiis extra illud ius vacantibus. Et probatur propositio quoad illos ex concessione Eugenij Quarti 1437. facta Cisterciensi familiæ in Hispa-

nia, in qua vult, ut Abbates triennales, licet eius iuris benedictionis non impendatur, omnibus, & singulis honoribus, præminentis, privilegiis, prærogatiuis, iuribus, & insignibus Abbatibusungi possint. Et quamuis de hoc privilegio, vtpote terminis nimis generalibus concessio, dubitari possit; nihilominus Iulius II. priuil. 19. num. 7. omnem profus subtulit dubitationem, concedendo dictis Abbatibus Ordinis Cisterciensis illam potestatem his verbis; Necnon Nouitios, & alios quoscunque dicti Monasterij subditos, prout poterant præfari perpetuo Abbates clericali characterem insigniendi. Vbi suat. proximè citatus n. 25. per Clericalem Characterem intelligit quatuor minores vltra tonsuram, & ita Praxis habet etiam apud Fratres Congregat. Fulienf. eiusdem Ordinis Cisterciensis, quam etiam facultatem concessit idem Iulius Congregationi Meleuitanæ referente Compendio privilegiorum illius Congregationis, priuil. 13. fol. 10. Et Eugenius IV. Congregationi S. Iustinae, ut habetur in Compend. priuil. Montis Oleri priuil. 50. & 51. & Leone X. Camaldulensibus eandem etiam facultatem factam notat Marcell. à S. Bened. in Compend. priuil. Fulienf. verb. Abbas num. 2. Et denique Clemens VIII. privilegia Camaldulensium confirmando declarauit, & de nouo concessit eorundem Abbatibus, etiam non benedictis, & Prioribus similiter quod possint Ordines Minores conferre suis subditis Regularibus. Sub data die 3. Augusti 1594. Sic Archan. Roman. de priuil. verb. Abbas.

Et denique id etiam declarauit Sacra Congreg. Tridentina, referente Barbosa in Collectan. verb. Ordo, die 16. Febr. 1610. affirmatque de iure id posse, licet non sint benedicti, sed tantum triennales. Sic etiam tenet Tamburin. de iure Abbat. q. 3. Et idem resolutum fuisse 1639. refert Archan. Rom. de priuil. lib. verb. Ordines. Et quamuis ferè hæc omnes concessionem non loquantur, nisi de subditis, attamen à Doctoribus extenduntur ad non subditos cum circumstantiis in præcedentibus appositis; Ratio est, quoniam si Prælati huiusmodi privilegiis, prærogatiuis, &c. sicut benedicti gaudent, & benedicti hoc iure potiuntur, sine dubio hi etiam illo gaudebunt.

Quartò, Quod videtur satis probabile, quod Abbates benedicti, qui participant in omnibus privilegiis cum Abbate Cisterciensi, & quatuor Abbatibus principalibus eiusdem Ordinis, possunt conferre Subdiaconatus, & Diaconatus ordines iis, quibus possunt Tonsuram, & Minores conferre.

Quod Abbas Cisterciensis, & quatuor primi Abbates illius Ordinis sint hoc privilegio decorati, ostendit vsus, & concessio Innoc. VII. Bulla, quæ incipit, Exposcit tuæ deuotionis, in qua hæc verba ad dictos Abbates directa habentur; At ne Monachi dicti Ordinis pro suspiciendis Diaconatus, & Subdiaconatus ordinibus extra Claustrum hinc inde discurrere cogantur, tibi, & successoribus tuis, ut quibuscumque dicti Ordinis Monachis, alijs verò quatuor Abbatibus Præfatis, ac eorum successoribus, ut suorum Monasteriorum prædictorum Religiosis, quos ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines huiusmodi, alijs tunc conferre liberè, & licitè possitis, auctoritate Apost. & ex certa scientia tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus. Quibus constat hanc facultatem expressè illis impartiri.

Obiicies

Obiicies. Trident. sess. 23. cap. 10. dictis Abbatibus solum dat facultatem conferendi Tonsuram, & Quatuor Minores, & c. 12. vult ut Episcopus examine Regulares præsentatos ad sacros Ordines suscipiendos, ad probandum si digni sunt, cum clausula reuocatoria priuil. Regularium. Responderetur, quod in locis, in quibus Trident. non est receptum nulla est super hoc difficultas, ut de Gallia affirmat Tamburin. tom. 2. de iure Abbat. diff. 2. q. 5. ubi approbat vsus illius privilegij in dictis Abbatibus, ex eo quod illorum Abbatia in Gallia sunt sita, licet existiment hoc privilegium per Tridentinum esse reuocatum. Vbi verò Tridentinum viger, dubium oritur si clausula illius Concilij renocet hoc privilegium: Probauimus autem in 1. tra. hanc clausulam non sufficere, quod etiam in hac speciali materia censet Nauarr. conf. 13. de priuil. cum asserit, illam clausulam non esse ita expressam, quin illius coniecturæ dissolui possint; ac proinde, cum sit dubium de reuocatione illius privilegij, stat privilegium in suo robore, ut alibi diximus, & probauimus dicto tract. Denique post Trident. illud privilegium fuit confirmatum, ut inferius diceretur, quod videtur omnem dubium profus collere, ac propterea asserendum posse dictos Abbates illo vti, non solum erga Regulares, & sæculares subditos, sed etiam erga non subditos, sicut de Minoribus Ordinibus superius ostendimus, cum sit in vtrisque par ratio.

Quibus sic stantibus, insuper probatur propositio; quoniam ut alibi probauimus, privilegia communicantium cum illo ordine confirmata sunt; ergo sunt in suo firmo robore; ergo Abbates communicantes possunt illa facultate vti. Ac si tener Ioannes de la Cruz de Statu Relig. cap. 8. dub. 1. conclus. 1. sub finem; & alij, qui, ut videbimus infra, sustinent in reliquis prædictæ Bullæ, Exposcit, participare: Cur enim potius in vno, quam in alio participant? Non potest assignari ratio sufficiens. Imò cum sit eadem ratio in his, ac in illis, debent in omnibus privilegiis participare, & non ab huius communicatione excludi. Nec dicas hoc privilegium concessum fuisse ob specialem notam Abbatum, aut Abbatiarum huiusmodi, quæ non reperitur in cæteris. Nam responderetur illam notam in eisdem reperiri, ut videre est in moriis, quo Innocentius ad illud concedendum impulsus fuit, quod constat partim ex verbis privilegij superius insertis, partim ex iis, quæ in principio Bullæ in qua emanauit, continentur, talia sunt. Exposcit tuæ deuotionis sinceritas, & Religionis promeretur honestas, ut tam te, &c. Et quamuis hæc nota in illis non inueniretur, valet pro eisdem Abbatibus, cum æque principaliter in hoc privilegio, sicut in aliis communicent; verum cum vsus illius facultatis non vigeat in proximè dictis Abbatibus; non audeo hoc privilegium illis absolute concedere, licet non habeam pro contraria sententia rationem, qua ei assentiri cogar; quocirca meum iudicium doctorum iudicio submitto. Hæc omnia P. Bruno ubi supra.

Sed aduersus supradicta extat Decretum Sacre Congregationis Concilij, auditis Regularibus, quod ego apposui per extensum in p. 7. tr. 1. ref. 4. 2.

facto verbo cum Sanctissimo; Et ideo hodie nimis temerarium esset sententia Bruni defendere.

An Regulares possint absoluerè à casibus Bullæ Cæne si sint occulti, etiam quoad Hæresim.

RESOLVTIO XVIII.

Affirmatiuè respondet Brunus Chaffaing de Priuil. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 3. propos. 3. ubi sic ait, Sacerdos Regularis potest absoluerè in foro conscientia, à censuris, & casibus à quibus iure communi, & ex concessione Tridentini absoluerè possunt Ordinarij; ac etiam probabiliter in foro externo, imò ubi non est recepta Bulla Cæne, ab omnibus censuris, etiam hæresim, in eadem contentis in vtroque foro absoluerè potest, & denique ab illis in foro interiori ubi recepta est Bulla, dummodo sint occulti.

Probat hoc vltimum excommunicatione cap. Liceat, sess. 24. Trident. reform. quoniam facultas ibi concessa ab illis absoluerè, est in perpetuum annexa dignitati Episcopali, ac consequenter iure ordinatio competit Episcopis, ac proinde Regulari Confessario, cum per sua privilegia communicet in privilegiis Episcoporum quoad facultatem absoluerè. Accedit quod per talem concessionem hi casus definiunt esse Papales, fiuntque Episcopales, ad quos absoluerè Episcopi committere possunt. Vnde cum in casibus Episcopalibus absoluerè possit idem quod possunt Episcopi, potest ab illis absoluerè, & consequenter ab hæresi: cum sit primus ex illis.

Hic tamen notabis, teneri Regularem absoluerè hæreticum, hæc quæ sequuntur obseruare. Primum extorquere ab Hæretico anathema aduersus hæresim, quam professus fuerat. Secundum iurare, quod in posterum manebit in fide Catholica, ille autem qui absoluit hæreticum non præmissa abiuratione, peccat, valet tamen absolutio. Ita Brunus, qui postea addit, quod potest Sacerdos Regularis virtute suorum privilegiorum absoluerè in foro conscientia quemcumque ab omnibus antedictis censuris irretitum, licet censuræ illæ deductæ sint ad forum contentiosum; & licet publicæ sint: imò etiam ab illis, à quibus aliquis est nominatim denunciatus.

Sed quicquid sit de his, certum est quod Confessarij Regulares virtute suorum Privilegiorum non possunt absoluerè à Casibus Bullæ Cæne; præferim quoad Hæresim, & in nostro Sacro Tribunali puniretur Confessarius Regularis, qui hanc doctrinam ad praxim deduceret. Et idem dicendum est, quoad casus Episcopales, nam corruunt quæ dicit Pater Bruno, etenim post privilegia in fauorem Regularium ab ipso adducta, tria decreta fuerunt emanata prohibentia absolutionem casuum referuatarum.

Primum fuit Clementis VIII. editum die 9. Ianuarij anni 1601. cum eiusdem Pontificis moderatione facta die 26. Nouembrii 1602. quod fuit limitata supradicta facultas in sex alijs casibus (sed per rotam Italianam, extra Urbem nisi in articulo mortis) nempe Primò, Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij XIV. quæ incipit, Cum alias nonnulli. Secundò Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem. Tertio, Prouocantium, & pugnantium in Duello iuxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem Gregorij XIII. incipientem, Ad tollendam, & c. Quartò, Inicentium violentas manus in Clericos,

ricos iuxta Canonem, *Si quis suadente* 17. *quæst.* 4. ac iuris dispositionem. Quinto, Simonæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficiæ. Sexto & vltimo, in omnibus casibus, quos Ordinarij locorum sibi referuarunt, & in posterum referuabunt.

Secundum fuit, Pauli V. editum die 7. Ianuarij 1617. quo confirmatur, & innouatur Decretum supradictum Clementis VIII. cum sua moderatone, non obstantibus priuilegijs, &c. Non autem tolluntur per dictum decretum omnia priuilegia Regularibus concessa absoluendi à casibus, & censuris referuatis, vt aliqui putauerunt, vt manifestè demonstrat noster Duardus in *Bulla Cæna lib. 3. paragrapho 2. qu. 1. à numero 29. vsque ad. 33. inclusiue.*

Tertium fuit Urbani VIII. editum die 17. Nouembris 1628. quo prohibetur Regularibus facultas absoluendi à casibus referuatis in Bulla Cæna, & casibus referuatis Ordinarijs locorum, ita vt nec intra, nec extra Italiam, nec virtute priuilegiorum, aut confirmationum, quas hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, possint ab illis absolueri.

Ex quibus euanescent à Patre Bruno pronuntiata, vt rectè obseruat Marcellinus de Sancto Benedicto in *Compend. Priuileg. Fuliensum verb. Absolutio quoad seculares paragrapho 1. in scholis. Pater Peregrinus in Compend. Priuileg. Clericorum Regularium eodem verb. & paragrapho cum alijs communiter.*

An Regularis si iniuste non sit admissus ab Episcopo ad confessiones audiendas, possit illas audire. Et an dicta licentia possit coarctari ab Episcopo ad tempus, vel pro diuersis personis?

RESOLVT. XIX.

AD primum affirmat; ad secundum negat Pater Bruno de *priuileg. Regular. part. 1. tractat. 5. cap. 2. propos. 3. & 4.* Probatur prima pars ex multis priuilegijs, & si quid daret Episcopo hanc facultatem negandi licentiam Regulari, hoc esset *cap. 1. sess. 2. 3. de Reformat.* vbi habetur, quod non possit Regularis audire confessiones secularium; etiam Sacerdotum, &c. nisi approbationem obtineat priuilegijs, & consuetudine, &c. Sed illud non dat ei hanc facultatem, cum nihil penitus ex ea sequamur, possitque legitime pati hanc exceptionem, sicuti alias exceptiones de quibus supra: eo maxime quod vt asserit Nauarrus in *cap. Placuit, de Pœnit.* Lex posterior generalis sæpe limitatur per speciale Ius antiquum: & quod iura iuribus sunt concordanda etiam aliquando cum quadam impropretate verborum, ne ius antiquum, nisi ratione vtgentissima, & expressione verborum incompatibilium iuris noui cum eo abrogetur; vt in *tract. de Predicator. fusè* probabitur. Et idè communis Canonistarum sensus semper ad hoc requirit clausulam Iuris antiqui expresse derogatoriam: hoc autem ius nouum Tridentini de facili potest cum antiquo concordari; estque ius commune, & antiquum speciale, nec nouum habet debitam clausulam derogatoriam. Accedit, quod vt dicit Peyrinus de *Priuileg. Anim. tom. 1. constit. 26. Leonis X. §. 7.* hanc sententiam sustinens; Non credendum est, Concilium voluisse confouere Episcopos in suis passionibus, & odijs aduersus Regulares, quod proculdubio faceret si capaces quoad scientiam,

& probatos quoad mores posset reuocare. Nec hoc est nouum in Iure, quod petita licentia, & iniuste, vel iniuriöse denegata, habeatur pro obtrita: nam ita conceditur in hac speciali materia in Lateranensi Concilio, ac etiam in certis casibus quoad ministracionem Sacramentorum, in quibus petita, licet non obtrita, sufficit ad licite, & debite ministranda Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Vntionis, vt patet ex dictis *Clementin. Dudum, & Extrauag. Inter cunctas; & ex cap. Licet de Regularibus, & ex cap. 1. de supplenda negligentia Pralatorum.*

Probatur secunda pars, videlicet, quod Episcopi non possint coarctare licentias Regularibus ad confessiones audiendas; Quoniam concessiones Apostolicæ Regularibus concessæ generaliter ad personas quaslibet, tempora & loca etiam quælibet in perpetuum facultatem illam, seu iurisdictionem extendunt; & ne grauaretur Lector, si eas enumerarem, hic vnã adducam cum altera declaratione Cardinalium: Sic enim Pius V. Bulla, *Et si Mendicantium*, declarando *c. 15. sess. 2. 3. Trident.* quod agit de Confessarijs, pronunciat; ita vt à confessionibus audiendis tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra minime prohibeantur, &c. Super hoc literas Pauli IV. concedentis eisdem Fratribus Mendicantibus Regularibus obseruantiam, posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vbi libet, audire, & approbando, & de nouo concedendo. Hæc Pontifex. Sacra autem Congregatio 1623. quibusdam Episcopis arbitrantibus in vi Constitutionis Greg. XV. inchoatæ, *Inseruabili*, posse limitationes in suis approbationibus, seu admissionibus apponere, sic Regularibus de hac usurpatione conque-rentibus; respondit: S. Congregatio decreuit vi illius Constitutionis, Episcopos Regularibus, quibus non incumbit cura animarum, non posse præscribere, vt certis tantum in locis, vel temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant; vel alia illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quid clarius? Ita ille.

Verum quoad primum dubium assero id quod alibi firmauimus, nempe talem negationem esse iniustam, sed non inuolidam, ita vt Regularis non possit excipere confessiones, licet Episcopus peccauerit. Et idè hanc sententiam me citato tenet Eminentissimus Lugo de *Pœnit. disp. 2. 1. sess. 3. nu. 52.* vbi sic ait: De Religiosis verò Mendicantibus & iis qui eorum priuilegijs fruuntur, est specialis difficultas propter quædam priuilegia eis concessa à Bonifacio VIII. in Extrauaganti *Super cathedram de sepulchris*; vbi conceditur, quod postquam Generalis, vel Prouinciales peterent facultatem ab Episcopo ad eligendos Confessarios, & electos Episcopo præsentarent, si tamen Episcopus eos noller admittere, haberetur pro admissis, Pontifice eos ex tunc admittente: quod Clemens V. in Concilio Viennensi, relato in *Clem. Dudum, de sepulchris*, de nouo confirmavit, ablata quadam magis ampla concessione Benedicti XI. quæ habetur in Extrauaganti *Inter cunctas, de priuileg.* Quare Nauarrus in *sum. c. 27. n. 264. & 265.* existimat etiam post Tridentinum durare hoc priuilegium, & sufficere licentiam petitam, etiam si negetur: quia illud priuilegium concessum in duobus Concilijs generalibus, & contentum in corpore Iuris, nondum videtur sufficienter reuocatum. Quam sententiam

sententiam sequuntur alij non pauci moderni, quos refert Diana *tom. 2. tractatu 2. de dub. regul. resol. 2. 4.*

Hæc Nauarrus sententia communiter reuocatur, & merito: quia est contra sensum fidelium, & contra praxim Ecclesiæ, & mentem Concilij Tridentini, in quo proculdubio intentio fuit reformandi has Regularium facultates; & ideo dictum fuit: *Nullus Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, &c.* Et postea, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs*: alioquin nunc liceret adhuc Regularibus audire confessiones, licet Episcopus ex iusta causa approbationem negaret, cum in illo priuilegio solum requiratur, quod se Episcopo præsentent: quod tamen nemo concedit. Vnde hanc communem sententiam tenent Suarez in *præsenti disp. 28. sess. 5. nu. 13.* Vasquez *quæst. 93. artic. 3. dub. 3.* Coninch *disp. 8. dub. 7. nu. 58.* Filiucius *1. tom. tr. 7. cap. 9. nu. 258.* & alij multi quos refert Diana *loco citato.*

Ad illud ergo antiquum priuilegium respondent Suarez, & alij, reuocatum esse in Tridentino: quia cum Decretum etiam Tridentini sit lex Conciliaris, & Pontificia, quæ vim habet corrigendi superiorem legem, etiam si in iure contineatur, & licet non fiat specialis mentio illius, quando verba posterioris legis hoc requirunt, vt constat *ex cap. 1. & 2. de Constitut. libro 6.* & in nostro casu lex illa Tridentini nullius esset momenti pro Regularibus, nisi reuocatum esset antiquum priuilegium. Facilius fortasse responderi potest cum Vasquez, & alijs, non fuisse necessarium quòd illud priuilegium antiquum reuocaretur: quia illud solum erat in ordine ad iurisdictionem, ad quam obtinendam ab Episcopo, ipsi præsentabantur Religiosi, quibus si Episcopus volebat iurisdictionem concedere, Summus Pontifex illam concedebat: hoc autem non est reuocatum, quia Pontifex iam illam concedit, & concessit multis Religionibus independentem ab eo, quod concedatur ab Episcopo: Tridentinum verò addidit conditionem requisitam ex parte Sacerdotis, vt ei iurisdictioni concedi intelligatur; seu vt sit idoneus ad hoc, vt ei, siue à Papa, siue ab aliquo alio iurisdictioni delegetur, nempe, approbatio Episcopi, quæ si non præcedat, Papa protestatur, se ex indispositione subiecti non concedere ei iurisdictionem: quæ conditio introducta fuit de nouo à Concilio Tridentino, & circa eam non habent Religiosi eiusmodi priuilegia. Hac vsque Lugo, cui adde nouissimè Andream Mendo in *Bull. Cruc. disp. 22. cap. 2. nu. 25.* Dicendum est itaque Tridentinum esse ius nouum derogans cuiuslibet iuri antiquo, sufficienterque exprimit derogationem priuilegij cuiuscumque quo olim Regulares gauderent, quale est illud quod extat in *Clement. Dudum. §. Statuimus, De Sepulchris.* dum asserit, Nullum Regularem absque Episcopi approbatione posse confessiones Sæcularium deinceps excipere: quæ expressio opponitur illi priuilegio, nec in suo robore manet, nisi illud derogatum esse censeatur. Semel enim admissio, esse conditionem necessariam, sine qua non approbationem Episcopi à Concilio requisitam, siue is neget eam absque causa, siue cum illa, inuolida erit concessio peracta cum non approbato; sicut esset peracta cum non habente iurisdictionem, ista iurisdictione fuisset absque causa negata. Ita ego alibi contra Cellotium, sed quoad secundum dubium, sto etiam contra Brunum cum eodem Cardinali Lugo *loco citato §. 1. numero 57.* vbi me citato ex com-
Anton. Diana Pars XI.

muni sententia, & praxi Episcoporum, sic ait; Certum videtur, limitationem illam, siue iustè, siue iniuste apponatur, validam esse, ita ut qui approbatus est pro hoc solum anno verbis gratia, transacto anno non possit validè audire confessiones, sine noua approbatione. Ratio est, quia approbatio requiritur essentialiter, vt vidimus, ad valorem Sacramenti: hic autem non est verè approbatus anno sequenti, cum Episcopus solum iudicauerit eum idoneum pro hoc anno, & non pro sequenti. Idem est quando approbatus fuit ad confessiones vitorum, & non fœminarum: Porro non esse idem approbare pro hoc anno, vel ad confessiones vitorum, ac approbare simpliciter: Probatur, quia loquendo de possibili, potest aliquis idoneus esse ad audiendos viros, & non fœminas propter minorem grauitatem, aut propter iuuenilem aspectum, aut propter aliquam suspicionem de ipso conceptam: ergo potest iudicari apud ad illas confessiones, & non ad istas; ergo non est idem approbare ad aliquas, ac approbare ad omnes. Item potest aliquis apud esse ad confessiones puerorum, vel rusticorum, & non ad confessiones mercatorum, vel iudicum, qui difficiliore casus habent: non ergo consistit, ita in indiuisibili iudicium approbationis, vt non possit diuidi, & approbati aliquis ad vnã familiam, vel ad vnũ genus personarum, quin approbetur ad omnes. Ita Lugo, qui etiam hoc procedere asserit in limitatione ad certum tempus.

Subdit tamen, quod quando in particulari circa aliquam personam maxime Religiosam Episcopus haberet notitiam sufficientem, vt eam absque limitatione approbaret; non videntur posse absque alia iusta causa apponi eiusmodi limitationes. Nam ille habet ius, vt petat approbationem simpliciter, & absolutam præuio examine, cui se offert: ergo supposita plena notitia, quæ de ipso habetur, non potest Episcopus pro solo libito negare approbationem simpliciter, & dare solum semiapprobationem: alioquin liceret illi pro libito dare approbationem pro vna hebdomada, vel pro centum personis; quæ omnia essent in fraudem priuilegiorum Regularium, vt constat. Quando autem sit de facto iusta causa ad apponendas eiusmodi limitationes, hoc arbitrio, & conscientia Episcopi relinquimus: dicimus autem, siue iustè, siue iniustè apponantur, obseruandas omnino esse: quia ille Sacerdos reuera non est approbatus ab Episcopo pro tali tempore, vel ad tales confessiones, quæ approbatio necessaria omninò est ad valorem absolutionis post Concil. Trident. Hucusque Lugo, & iterum ego.

Et ad omnium supradictorum confirmationem vide Lambert in *3. part. D. Thoma tom. 3. de pœnit. disp. 21. artic. 4.* cuius verba per extensum alibi adduxi: Et ne deserat omninò videre Bariolam *consil. 1. per totum*, vbi nostram opinionem firmat contra Patrem Brunum, & respondet ad argumenta contraria, & Mendo in *Bulla Cruc. disp. 22. c. 102. nu. 102.* sententiam Bruni falsam appellat; verum sententiam Bruni tenet nouissimè Leander à Murcia in *Reg. S. Francisci q. 8. v. 7. nu. 18.* vbi etiam *nu. 14.* docet, Episcopum non posse approbare Regulares absque iusta causa ad tempus, vel ad certas personas, & *nu. 17.* sic ait; Prouable es, que los señores Obispos non pueden limitar à los Religiosos la aprouacion, y iurisdiccion, solo por la edad; Assi lo tienen Vega in *summa, tom. 1. cap. 62. cas. 7. pag. 576.*

in principio ; y Villalobos vbi supra numero 2. y muchos hombres doctos de la Compania de Iesus, consultado en el caso : y la razon es , porque en todos los Obispos de vn Beneficio curado à vn Clerigo de 14. años sin limitacion alguna ; y por el confluente puede confessar mugeres , no obstante que no tenga 40 años ; luego no puede auer razon , ni causa iusta a para que se limite la licencia à los Religiosos por este respetto, pues se deue presumir dellos mayor virtud. Ita ille ; sed hoc est contra Praxim Romanam , & aliorum locorum.

An Regulares teneantur Observare festa ab Episcopis indicta.

RESOLVTIO XX.

Negatiuam sententiam tenet Bruno de Priuil. Regular. par. 1. tract. 2. c. 3. propos. 5. vbi probat Regulares non seruantes festa , quæ ab Episcopis ordinantur , non peccare , quoniam institutio illorum festorum est lex Diocesana, quam, vt supra probatum est , non tenentur Regulares seruare , vt expressè concessit Eugenius IV. Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniæ verbis sequentibus à Roderico tom. 2. quest. 92. art. 1. relatis ; Quod in suis Monasteriis non teneantur seruare , siue colere alias festiuitates , nisi illas præcipue quæ per vniuersalem Ecclesiam obseruantur ; aliàs licite vacare laboribus , & consuetis exercitiis , vel occurrentibus possunt , nisi communiter ab omnibus secundum consuetudinem locorum vbi Monasteria sita fuerint , vel Superiorum obseruentur , quibus sine scandalo in huiusmodi laboribus faciendis contraherent non possint.

Quibus verbis huius sequelæ veritas concluditur : restricta tamen causa scandali, quod interueniente , tenentur Regulares se huiusmodi obseruantis festorum cum populo conformare. 2. Restricta ex consuetudine vim legis obtinente , qua huiusmodi festa in Diocesi introducta sunt , tunc enim ad illa obseruanda Regulares obstringuntur sub mortali, sicuti ad cæteras consuetudines. Vt autem huiusmodi consuetudines obligent, tum ad festa, tum ad cætera , euidens esse debet , quod sub obligatione peccati mortalis, non verò ex deuotione introductæ fuerint ; alioquin si dubitetur num ex deuotione , an verò ex obligatione introductæ fuerint ; tunc obseruandæ non erunt sub mortali. Nec obstat huic veritati Tridentinum sess. 25. c. 12. quod vult, vt Regulares seruent illos dies festos : quoniam sicut non habet vim vbi receptum non est, sic etiam non obligat in illis decretis , quæ clausulam reuocatoriæ non habent ; hoc autem decretum caret illa clausula. Ita ille.

Sed tu contrarium tene cum communi Doctorum sententia. Dico igitur quod dies festos , quos in sua Diocesi Episcopus seruandos præceperit, exempti omnes , etiam Regulares seruare tenentur, vt ex eo colligunt Lezana tom. 3. verb. Episcopus, n. 21. Fusc. cap. 15. num. 63. Fr. Emman. quest. Reg. 10. 2. quest. 70. art. 1. & 2. quest. 108. art. 2. in fine. Piafec. part. 2. cap. 3. num. 47. vers. dies festos, Aloyf. Ricc. in praxi aurea res. 210. vers. 6. Vgolino de officio Episcopi, cap. 20. §. 3. num. 1. Campan. cap. 13. ex numer. 91. Erasimus à Cochier part. 2. quest. 45. nu. 55. Laurentius de Peyrinis constit. 28. Leonis X. num. 2. cum seqq. Tamburin. tom. 3. disp. 5. quest. 11. num. 54. Nouar. in summa Bullar. tit. de festis diebus ; Solor-

zan. lib. 3. cap. 17. num. 69. & alij penes ipsos, quibus adde ex Regularibus doctum , & amicissimum Patrem Hieronymum Garziam in Polit. Regul. tom. 1. tract. 8. difficult. 3. dub. 2. n. 72. & Machadam tom. 2. lib. 4. par. 6. tract. 10. docum. 4. num. 1. vbi sic ait, Pude obligar el Obispo a los Religiosos a la obseruacion de las fiestas que el mandare guardar en su Diocesis ; porque como consta de los sagrados Canones : Regimen Monasteriorum, quoad celebrationem festorum ad Episcopum pertinet ; y por disposicion expressa del Concilio Tridentino, los Religiosos por exentos que sean estan obligados a obseruar las fiestas que el Obispo mandare guardar en su Obispado ; y si en esto contrapinieren, puede proceder contra ellos con censuras. Ita ille. Cui etiam adde Merollam tom. 3. disp. 7. c. 5. dub. 9. n. 152. & Gauantum in Man. Episc. verb. Regularum cura sub Episcopis, num. 26. vbi obseruat, quod non tenentur ad officia festorum ex Declaratione Sacræ Congregationis, teneri tamen ad officium de Patrono, non autem ad octauam.

An Episcopi possint præcipere Regularibus, vt interdicitur ab Apostolica Sede, vel propria auctoritate lata, Populo denuncient.

RESOLVTIO XXI.

Negatiuè respondet Brunus de Priuil. Regular. par. 1. tract. 2. cap. 3. propos. 7. Probat, nam Regularis ab Episcoporum iurisdictione, legibus, & præceptis exemptus est, vtique ab hoc præcepto liber erit ; qua libertate expressè donatus est à Sede Apostolica, cum ab obligatione recipiendi commissiones, etiam à Sede Apostolica antedicta emanatas, liberetur, ex concessione Honorij II I. facta Dominicanis verbis sequentibus , Quietis vestrae providere volentes auctoritate vobis presentium indulgemus , vt commissiones à Sede Apostolica, vel Legatis eius, seu quibuslibet alijs vobis factas , non teneamini contra vestram recipere voluntatem.

Deinde nostræ propositionis veritas constat ex Mari Magno singulorum Ordinum , & maxime ex illo Minorum, & Prædicatorum post Tridentinum confirmatorum. Accipe verba in illo Prædicatorum inserta : Quod per literas Apostolicæ Sedis, aut Legatorum, seu Delegatorum ipsius , ad denunciationes sententiarum, Interdicti, & excommunicationum procedere compelli aliquatenus non possitis, &c. Per litteras præfatæ Sedis, in quibus facta non fuerit de huiusmodi Indulgentia mentio specialis : Et post aliqua verba sic profertur : Nullus insuper Archiepiscopus, vel Episcopus, nullusque alius Prælatus Ecclesiasticus, vel eorum Vicarij, vel Officiales ad portandum, seu deferendum Litteras vel exequendum, vel denunciandum sententias contra Principes sæculares, Communitates, Populos, seu quoscunque benefactores vestros, quemquam vestrum compellere valeant, sine prædictæ Sedis mandato, vel licentia speciali, expressam faciente de hac indulgentia mentionem. Atque modo eodem concessit Paulus III. Societati Iesu, vt referatur in Compend. Priuil. eiusdem Societatis, verb. Exemptio.

Nec obijcias Tridentinum sess. 25. de Reg. cap. 12. decernere, quod Regulares prædictas denunciationes præstare debeant, dum sic pronunciat. Censuræ, & interdicitur, nedum à Sede Apostolica emanata

nata , sed etiam ab Ordinariis promulgata , mandante Episcopo , à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque seruentur. Nam responderetur, illud decretum non habere clausulam derogatoriæ priuilegiorum , ac propterea non ligare Regularem , vt potest priuilegio huic decreto contrario gaudentem. Accedit quod hoc priuilegium post Tridentinum à pluribus Pontificibus, qui confirmarunt motu proprio , & ex certa scientia priuilegia Regularium , confirmatum est, vt alibi diximus. Et quamuis Pius V. in Bulla, *Et si Mendicantium*, inchoata, videatur supponere quod Regulares debeant illa publicare, & seruare : at tamen circa hæc nihil declarat : Sed tantum suspendit illa in regularium certis casibus ; sicut ergo illi Pontifices, & Doctores in vi suorum priuilegiorum eos excusant ab obseruatione censurarum , & interdictorum, ita similiter ab eorum publicatione in vi dictorum priuilegiorum etiam excusare tenentur. Vbi autem Tridentinum non est receptum, nullam profusum habet obiectio aduersus dictum priuilegium. Quod autem conclusum est de censurarum, & interdictorum denunciatione, id etiam similiter intelligendum de Ieiuniorum, & Festorum publicatione, ad quam faciendam Regularis nullatenus obligatur, nec obligari potest ab Ordinariis. Hucusque Bruno.

Sed ego hæc omnia minimè amplectenda esse puto cum communi Doctorum sententia. Dico igitur vigore Concilij Tridentini sess. 25. capite 12. Censuras, & interdicitur etiam ab ipsis Episcopis emanata, ipsis mandantibus esse à Regularibus, & exemptis in eorum Ecclesiis publicanda, atque seruanda. Referunt Fusc. de visit. lib. 2. cap. 15. numero 62. Henricus in sum. lib. 3. cap. 42. §. 3. in fin. Fr. Emman. in addit. ad Bullam Cruciatæ fol. mibi 29. Fr. Ioann. à Cruce de statu Regular. libro 2. capite 7. dub. 2. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. capite 8. n. 19. Piafec. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 47. vers. Censuras, Vgolino de officio Episcopi c. 20. §. 3. num. 3. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 13. n. 114. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, res. 210. vers. 5. Nouar. in Lucerna Regul. verb. Interdicta ; Homobon. de Bonis de Examine Ecclesiastico tract. 11. c. 12. q. 23. supposit. 2. & 3. Erasimus à Cochier de Iurisdict. Ord. in exemptos, part. 2. quest. 45. numero 46. Laurent. de Peyrinis in Const. sui Ordinis Minimi. tom. 1. const. 26. Leonis X. num. 13. cum seqq. Ego ipse d. part. 3. alleg. 105. numero 43. Tamburin. d. tom. 3. disp. 5. quest. 11. numero 53. & alij penes ipsos, quibus adde Machadam de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. 4. num. 3. vbi sic ait ; Pude tambien el Obispo proceder contra los Religiosos que no quisieren publicar en sus Iglesias los entredichos, y censuras que el mandare que se publiquen ; porque a esto estan obligados por Derecho comun, y nueuo del Concilio Tridentino. Item, puede el Obispo proceder contra los Religiosos que no obseruaren en sus Iglesias el entredicho, cessacion à Diuinis, que se pusieren por la Sede Apostolica, ò por el Ordinatio ; por ser assi , que el mismo Concilio los obliga a ello. Ita ille.

Sed vt Patri Bruno Auctorem Regularem adducamus sentiat Hieronymum Garziam in Polit. Regular. tom. 1. tractat. 8. difficultat. 3. dubit. 2. punct. 3. numero 21. sic asserentem, Paceden los Obispos iuxta prædictum Concilium sess. 25. cap. 12. hazer publicar en las Iglesias de los Conuentos , y mandar guardar el entredicho , no solo puesto por el Papa , ò Nuncio à latere , sino Anton. Diana Pars XI.

tambien puesto por el mismo Opispo a toda la Diocesi, Ciudad, ò Villa. Vide etiam Merollam tom. 3. disp. 7. capite 5. dub. 9. numero 153. & tandem Andreas Mendo in Bulla Cruciatæ disp. 15. c. 1. n. 9. sic ait. Debent nostri mandante Episcopo, quælibet interdicitur promulgata publicare, & obseruare iuxta decretum Tridentini sess. 25. cap. 12. de Regularibus. Ita ille.

An vigore Concilij Tridentini possint Episcopi censuris, ac alijs poenis in aliquibus casibus castigare Regulares.

RESOLVTIO XXII.

Suppono, Regularem in multis casibus in Concilio Tridentino expressis Episcopis subiecti. Primus est, Nouitius Regularis subiectus est Episcopo in renunciatione suorum bonorum, ac etiam Professus si noller reddere Nouitiis executibus ante professionem omnia data illis à consanguineis, & Curatoribus, sess. 25. c. 16. de Regular.

Secundus est, si Regularis contra voluntatem Ordinarij celebret in Oratorijs particularibus, ex sess. 25. de obseruandis in celebrat.

Tertius est in sess. 5. eiusdem Concilij c. 2. de Reformat. in quo subiicitur Regularis Episcopo, in petenda licentia prædicandi.

Quartus in eodem c. Datur licentia Episcopo puniendi Prædicatorem prædicantem errores, & scandala, & hæreses.

Quintus in sess. 6. c. 3. de Reformat. vbi dicitur Regularis degens extra monasterium, etiam prætextu priuilegij sui ordinis non obstante, potest puniri ab Ordinario, si extra Claustrum delinquit.

Sextus in c. 4. sess. 25. in quo habetur, Ne Religiosus exeat à suo Conuentu etiam prætextu adeundi Prælatum, nisi licentia in scriptis obtena, aliter facientes possint puniri ab Episcopis tanquam desertores sui Instituti.

Septimus in eodem c. vbi statuitur, vt Regularis missus ad vniuersitates causa studij, habitet intra conuentum, alioquin ab Ordinariis contra illum procedatur.

Octauus in c. 11. in quo decernitur, vt Regularis qui habet in suis domibus curam personarum sæcularium, sit subditus Episcopo in visitatione, & correctione quoad curam, & administrationem Sacramentorum.

Nonus in eodem c. vt Prælato non possint ibi assignare aliquem administrandum, nisi de consensu, & examine Episcopi.

Decimus in cap. 13. eiusdem sess. vbi præcipit, vt Episcopus componat controuersias, ac discordias omnes inter præcedentias Regularium in processibus publicis, & in iis quæ sunt in tumulandis defunctorum corporibus, in deferenda umbella, & alijs similibus.

Vndecimus in eodem cap. 13. vbi præcipit Regulari, vt vocatus ad processiones accedere teneatur, ad quas secundum antiquam locorum consuetudinem solitus est accedere, & ad illas, quæ vel pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra Infideles instituuntur. Et in Bulla Pij V. quæ incipit, *Et si Mendicantium*, interpretantis idem c. 13. sess. 25.

Duodecimus in c. 14. eiusdem sess. in quo decernitur, vt Regularis viuens intra Claustrum, & scandalosè intra illud delinquens, à Prælato, instante Episcopo,

scopo, in ea tempus assignatum, ab Episcopo præfigendum, seu et puniatur, ac de punitione Episcopum certiorum faciat, sin minus à Superiore priuatur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Decimus tertius in *sess. 23. cap. 12.* iuber, Quod Regularis ab Episcopo examinatur ad Subdiaconatum, & ceteros Ordines Sacros suscipiendos, & quod ante ætatem ibi assignatam non illos suscipiat.

Decimus quartus in *c. 15.* in quo dicitur, Quod non possit Regularis audire confessiones Sæcularium, etiam Sacerdotum, absque examine, & licentia Episcopi.

Decimus quintus in *sess. eadem c. 3.* ubi prohibet, Ne erigantur in posterum noua Monasteria absque licentia Episcopi illius Diocesis.

Decimus sextus in *c. 12.* ubi præcipit, vt Regularis in suis Ecclesiis publicet, & obseruet censuras positas per Sedem Apostolicam, & interdicta: & hæc etiam posita per Ordinatum publicet, & seruet.

Decimus septimus in *eodem c. 7.* ubi præcipit, vt obseruet etiam dies festos præceptos ab Ordinario.

Hoc supposito, Pater Bruno de *Priuilieg. Regular. tract. 2. c. 5. propof. 2.* asserit, quod ubi receptum est Concilium, Regulares non subiiciuntur Episcopis nisi ad summum in sex dictorum septemdecim casibus, quoniam Decreta Concilij Tridentini non derogant priuilegiis Regularium, nisi specialiter addant hanc clausulam, *Non obstantibus, &c.* aut aliquid æquiualens; sed hæc clausula non est apposta, nisi in sex dictis casibus, videlicet in *2. 4. 5. 10. 13. & 14.* Ergo Episcopo non subiiciuntur, nisi in illis sex.

Obiicies, in fine Decretorum *sess. 25.* quæ regulares respiciunt, apposta est illa Clausula generalis, *Non obstantibus, &c.* ergo illi subiicitur Regularis in dictis illis 17. casibus. Respondetur, illam clausulam nihil operari, nisi præcedentium specialium clausularum derogationum decretis Concilij expressè appositam confirmationem. Quod confirmatur ex sententia communi, & ex Canonistarum axiomate, quod generi detrahitur per speciem, non vice versa: Dixi in propositione, Regularem in sex casibus ad summum subiici Episcopo: nam admodum probabile est, imo & certum existimo, non subiici Regularem Ordinario in quarto, quinto, & decimo casibus, cum in quarto, & quinto clausula non obstantibus excludat tantum prætextum priuilegiorum, non autem vera priuilegia: & superius ostendimus Episcopum nihil posse aduersus Regularem in illis quarto, & quinto casibus, nec etiam in decimo, cum clausula excludat tantum quæcumque priuilegia, sine specificatione priuilegiorum Regularium, qui terminus nimis generalis est, vt excludat priuilegia Regularium, sicut probatur in Tractatu de Priuilegiis, ac iuxta eam sententiam Regularis subiicitur Ordinario in tribus proximè ponendis ex 17. illis casibus.

Primus, si contra eius voluntatem in Oratorijs particularibus celebret. Secundus, in examine ad Subdiaconatum, & ceteros Ordines Sacros suscipiendos, & in susceptione illorum, quoad ætatem à Concilio assignatam. Tertius in licentia audiendi confessiones. Quid autem in illis tribus casibus sentiendum sit, ostendam alibi. Monendo in præsentiarum Lectorem, quod Tridentinum caret in dictis tribus casibus, clausula specifica, & nominatim priuilegiorum illis casibus contrario-

rum; quam tamen in tractatu de Priuilegiis in communi diximus ad reuocationem necessariam. Hæc omnia Bruno.

Sed postea plus addit in *propof. 3.* nempe postea quod Regularis in illis 17. casibus Episcopo subiiceretur, non posse tamen censuris cogi, aut aliis pœnis castigari. Et si concederetur posse Ordinarium censuris, & pœnis cogere, & castigare Regularem; non propterea id posset censuris & pœnis in omnibus illis casibus: sed duntaxat in duobus primis: In quinque verò proximè sequentibus, pœnis duntaxat, non autem censuris: In aliis verò sequentibus decem casibus, nec censuris, nec pœnis. Ratio illius dicti est, quoniam in illis non exprimitur facultas concessa Ordinario cogendi Regulares censuris, & pœnis; ac propterea iuxta dicta in Superioribus non poterit pœnis, aut censuris illos cogere. Ita Bruno.

Sed licet sit difficultas inter Doctores, An Regulares possint censuris compelli ab Episcopis in supradictis casibus. & aliqui probabiliter asserunt posse solum in illis, in quibus Concilium specificè id eis concedit; tamen omnes concordant contra Brunum, posse Episcopum in aliis casibus pœna arbitria illos punire, & ita Merolla *tom. 3. disp. 7. capite 8. dub. 13. numero 209.* docet Regulares non accedere ad processiones posse puniri ab Episcopo, nisi quæ pœna arbitraria, quia, ait ille, Tridentinum in hac materia subiicit illos Episcopis etiam quoad vim coactiuam: Et ita docent Doctores communiter; Et quidem in hoc, & aliis casibus nobis laborandum est eximere Regulares, vt non possint compelli ab Episcopo cum censuris, nam aliqui in omnibus casibus superius positus posse hoc Episcopus efficere constanter tenent, vt Solorzano de *Indiarum Iure tom. 2. lib. 3. capite 17. numero 57.* Saldadus de *Protest. Regia part. 2. capite 9. numero 109.* Themudo *tom. 1. decis. 62. num. 11.* Gratianus in *deci. 132. Marchia num. 5.* Campanili in *Diuers. Jur. Rubr. 12. capite 3. numero 167.* & alij licet ego alibi contrarium sentiam. Vnde Machadus *tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. numero 4.* sic ait, Dudan los Doctores, si el Obispo para castigar al Religioso delinquente en los casos referidos, en que el Concilio le concede facultad para ello, pueda proceder con censuras: Rodriguez tiene que si Sanchez, y otros con mas probabilidad defienden que no, porque el Concilio no lo expresa: siendo assi, que quando ha querido conceder esta potestad a los Obispos lo ha expresado. Ita ille. Sed de hac materia à nobis in hoc Tractatu actum est, loquendo de Processionibus, vide Doctores ibi citatos.

An Episcopus possit punire Regulares in casu *sess. 7. c. 14. Concilij Tridentini.*

R. E S P O N S I O. XXIII.

Negatiuè responder Bruno de *priuilieg. Regular. tract. 2. capite 4. propof. 1.* Nec obstat, ait, Tridentinum contrarium decessisse *sess. 7. capite 14.* ubi habetur. In exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quæ incipit, *Valentes*, in Generali Concilio Lugdunensi edita seruetur: quam eadem Sacrosancta Synodus innotandam censuit, & innovat: Addendo in super, quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, Clerici Sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant:

habent: in aliis verò si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad solvendum cogi & compelli possint; Priuilegiis, exemptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduersus præmissa nequaquam valituris.

Respondetur, in locis in quibus Tridentinum non est receptum, obiectionem minimè procedere; ubi autem receptum est, non afficere Regularem gaudentem præfatis concessionibus, & intra Claustra degentem, vt sæpius Sacra Congregatio Cardinalium declarauit: nec etiam illum qui extra Claustra degit, teste Fucellino à Sancto Benedicto in *Compend. priuileg. Fulienisum, verbo, Conueniri*, cuius Congregationis declarationes inferius afferemus. Ratio est, quia illud decretum non habet clausulam reuocatoriam necessariam ad reuocationem priuilegiorum, vt diximus in *Tractatu de priuileg. in comm.* Quod autem hæc responsio sit pertinens, probatur quoad præcipuam partem, videlicet quod Regularis exemptus sit ratione delicti ab Episcopo iurisdictione, quoniam non est vltatenus creditibile, decretum Tridentini posterius abrogare prius decretum: hoc autem faceret, si supra positum decretum afficeret huiusmodi Regularem. Minor probatur ex Tridentino *sess. 25. de Regular. cap. 14.* ubi sic loquitur; Regularis non subditus Episcopo, qui intra Claustra Monasterij, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit; Episcopo instante à suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum seu et puniatur, ac de punitione Episcopum certiorum faciat, sin minus à suo Superiore officio priuatur.

Quibus verbis videre est, Regularem intra & extra Claustra delinquentem, non esse quoad cognationem delicti iurisdictioni Episcopi subditum: cum Tridentini verba illum ad suum Superiorem remittant, ac ex consequenti decretum præcipuum *sess. 7. cap. 14.* Tridentini non afficere Regularem vt supra exemptum, alioquin hoc posterius, prius decretum destrueret. Ita ille.

Sed communiter Doctores asserunt, quod Ordinarij tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, in causis mercedum, & miserabilium personarum, regulares debitores extra monasterium degentes, cogere, & compellere ad solvendum debitum, possunt, quamuis certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, & in aliis quoque, si ipsum Iudicem non habuerint, priuilegiis, exemptionibus, &c. nequaquam valituris. Et ita docet Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 5. dub. 9. n. 132.* Sanchez in *Opusc. tom. 2. lib. 6. c. 9. dub. 2. n. 5.* Tamburinus *tom. 3. de Iure Abbatum disp. 5. quæst. 11. n. 90.* Henriquez *lib. 7. de Indulgen. cap. 25. n. 5. in Glossa littera O. & alij.*

Nota etiam hic absolutè, quod Regularis extra Monasterium degens, si deliquerit, ab Ordinario loci tanquam Sedis Apostolicæ delegato, puniri potest, vt statuit Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 3. de Reformat.* quæ dispositio habet etiam locum in Equitibus Sancti Ioannis Hierosolymitani, vt inquit Nauarr. *conf. 22. de Regular. in prima edit. & conf. 12. in secunda;* Sayrus *decis. 26. eod. titul.* Campanil in *diuers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 22.* Aloyf. Ricc. *collact. 503. vers. Amplia primò.* Azor. *tom. 1. lib. 13. c. 4. q. 3.* Rodriguez *qq. regul. tom. 2. q. 2. art. 4. & quæst. 63. art. 7. vers. 5.* Dicitur autem, quod tunc Regularis maneat extra Monasterium, quando non

Anton. Diana Pars XI.

viuit sub Superiore conuentualiter, & ita declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Genuens. in *praxi Archiep. c. 59.* Piafec. in *praxi Episc. part. 2. c. 3. n. 42.* Campan. *loc. cit.* & Barbosa de *potest. Episc. part. 3. alleg. 105. num. 16.* Si verò maneat de Superiorum licentia sub Regulari obseruantia in aliquo membro, seu grangia sui monasterij pro Religionis seruitio, si deliquerit, non ab Ordinario loci; sed à Superiore puniri debet secundum formam Concilij Tridentini *sess. 25. de regul. c. 14.* quia cum huiusmodi Superior, possit illi dare licentiam iuxta Concil. Trid. *sess. 25. cap. 4.* & dicta loca sint membra, & dependentia à suis monasterijs, censentur eodem iure, & gaudent priuilegiis suorum monasteriorum *c. Reuelentes, §. Caterum. de Stat. Monach. Ita Ricc. dec. 281. Cur. Archiep. Neap. n. 4. par. 4.* Barbosa *loc. cit. n. 17. & alij.*

Quod si Regularis intra Claustra Monasterij degat, & extra ea ita notoriè delinquat, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seu et puniri debet, ac de punitione Episcopum certiorum facere: sin minus à suo Superiore officio priuandus est, & delinquens ab Episcopo puniri potest; sic habetur in Concilio Tridentino *d. sess. 25. c. 14.* de qua materia agunt Nauarr. *comm. 2. de Regul. num. 63.* & Rodriguez *qq. Regul. tom. 2. q. 2. art. 6. & quæst. 63. art. 4.*

Vbi nota, quod post Tridentinum, emanauit super hoc Bulla Clementis VII. contra Superiores non punientes suos subditos, iuxta formam Constitutionis Concilij Tridentini, sub pœna priuationis ipsi facto dignitatum, ac officiorum, & inhabilitatis ad illa, ac priuationis vocis actiue, & passiuæ, incipit, *Suscipis muneris*, Romæ publicata die 18. Martij 1596. quam referunt Quatant. in *Summa Bull. verb. Exemptio Cochiet de Iurisd. Ord. in exempt. part. 1. quæst. 17. n. 29.* Et Piafec. in *praxi Episcoporum part. 2. c. 3. n. 44.* Addunt aliqui posse Regularem in casu illius decreti Tridentini, deprehensum in delicto, deduci ad carcerem Episcopi, & sumpra informatione super delicto (dummodo sine mora sumatur) remitti tum copia processus ad suum Superiorem puniendum, cum præfinitione termini ad puniendum. Et hanc opinionem sequuti sunt Nald. in *Summa verb. Episcopus n. 28.* Piafec. *loc. cit. n. 43.* Barbosa de *potest. Episc. part. 3. allegat. 105. n. 19.* & Portell. in *addit. ad dub. Regular. verb. Punio religiosi extra conuentum, num. 17.*

Sed ego quoad hoc vltimum contrarium docui in *part. 3. tract. 2. ref. 132.* Vide etiam circa præsentem materiam Machadum de *Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 10. documen. 3. numer.* Qui quoad superius dicta, ponit responsiones aliquas Sacræ Congregationis ad aliqua dubia proposita, & sic ait; La primera duda es, si luego que el Religioso comieriere el delito en la forma dicha, podrá el Opispo recibir informacion del, y emaiar sela a su Prelado, para que no pretenda ignorancia del delito; à la qual respondio la Sagrada Congregacion que si. La segunda es, si bastaua que el Obispo requiriese vna vez al Superior del Conuento, para que castigasse al Religioso delinquente, ò si era necessario requerir le dos, ò tres vezes, segun lo afirmauan algunos Doctores Religiosos, fundados en aquella palabra del Concilio, *Instante*, à la qual respondio la Sagrada Congregacion, que bastaua que el Opispo requiriese vna vez al superior del Conuento. La tercera es, si el Superior

F 3 del

del Conuento, cumple con embiar al Obispo copia de la sententia en que condena al Religioso, & deua embiarle todos los demas autos, para que el Obispo se entere, si el castigo fuele vero, como lo manda el Concilio Tridentino. La Sagrada Congregacion respondio, que no bastaua que el Superior le remetiesse la sententia, sino que tambien deua embiarle los demas autos, y testimonio del castigo, y execucion de la sententia. La quarta es, si quando el Religioso delinque, Intra Ecclesiam sui Monasterij, con escandalo, y notoriedad, sea lo mismo que si cometiesse delito extra clausa. La Sagrada Congregacion respondio que si. Ita ille. Dico igitur Regulares degentes extra Claustra posse ab Episcopo puniri; Quæ tamen verò intra Claustra, sed extra delinquentes; modo quo supra ab Episcopo puniendos esse existimo; si aliter Pater Bruno sentit, non bene sentit.

An Superiores Regulares possint absque interuentu Episcopi dare licentiam suis Monialibus excedendi à Monasterio ex iusta causa.

RESOLVT. XXIV.

Affirmatiuè respondet Bruno de privileg. Regular. part. 1. tractat. 4. cap. 6. propos. 10. Nec obstat; Constitutio Pij V. inchoata, circa pastoralis, qua Pontifex requirit Episcopi consensum in scriptis ad cuiuslibet Monialis exitum: sicut etiam declaratio Cardinalium à Roderico proxime citando allata. Quoniam per non vsum hæc constitutio, sicut, & Cardinalium declaratio in pluribus partibus non est recepta: Deinde non debet intelligi de illis Monialibus, quæ subditæ sunt Prælati Regularibus, sed de illis, in quas Ordinarij iurisdictione potiuntur, & de immediatè Papæ subiectis, ac si de omnibus intelligeretur, non procederet prohibitio exitus Monialium, cum occurrit causa legitima: vt resoluic Marcellinus à Sancto Benedicto in Comp. privileg. Fulienfium verb. Concil. Trident. §. 24. in Scholast. post Nauar. l. 3. Concil. tir. de Regul. conf. 48. Sic etiam tenent Roder. tom. 1. qq. Regul. q. 99. art. 6. idem Nau. conf. 6. de Statu Monach. & Comment. 4. de Regular. in 6. ad vers. 3. Quibus adiunge Mirand. de Sacris Monialibus quest. 3. art. 6. concl. 1. Suar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 9. n. 13. Bonac. de Clausura, & pœnis eam violantibus impositis, quest. 1. punct. 8. n. 2. Lezana in summ. qq. Regular. c. 25. n. 21. Tambur. de iure Abbatiss. disp. 21. quest. 6. Azor. inst. Moral. pag. 1. lib. 13. c. 8. q. 1. Sanchez in præcep. Decal. lib. 6. c. 15. num. 28.

Non obstat, Secundò illud Tridentini capite 5. sess. 25. de Regular. videlicet, Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda: Quoniam citatus Nauar. & alij illud interpretantur de subditis immediatè Papæ, aut Ordinatio; non autem de Monialibus subditis Regularibus Prælati, cum in eodem capite subdatur; Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis: Et quoad hanc clausulam non reuocat priuilegia, quæ tamen immediatè post clausulam præcedentem reuocauerat. Nec obstat reuocatio priuilegiorum apposita præfate Bullæ Pij V. quoniam quoad hoc non reuo-

cat Tridentini facultatem in proxima clausula concessam, cum Pontifex dicat, se velle adherere Tridentino, vt præcitati Roder. & Nauar. sentiunt. Vbi autem Tridentinum non viget, obiectio nullam vim habet. Ita Bruno.

Sed contrarium tenendum esse existimo. Dico igitur, quod Moniales Episcopo, vel Sedi Apostolicæ subiectæ exire non possunt, nisi ad sit consensu, & licentia Episcopi, vel eius Vicarij Generalis. In Monasterijs verò exemptis, quæ Regularibus subduntur, facultas excedendi concedenda est à superiore Ordinis, vel ab alio Prælato immediato, & præterea ab Episcopo, vel illius Vicario, vt habetur in Concilio Tridentino, sess. 25. cap. 5. & in Bulla Pij V. quæ incipit, *Decoris & honestatis*, sub his verbis; Quæ tamen præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum inuenerat, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit. Quicquid dicant in contrarium Emanuel Roder. qq. Regular. tom. 1. question. 49. art. 6. Mirand. de Sac. Monialibus question. 3. art. 6. dicentes, quod in Hispania dicta Constitutio Pij V. neque recepta fuit, neque ad vsum redacta. Contra quos disputat præcipuè Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 9. dicens, legem Ecclesiasticam non pendere ex acceptatione, neque sua vi destitui, nisi post longissimam præscriptionem; idèoque nostram sententiam Constitutioni Pij V. conformem sequuntur præter Suarez loco citato, Nauar. tom. 4. de regular. numero 60. Sanchez tom. 1. in Decal. libro 6. cap. 15. numero 26. Azor. tom. 1. inst. moral. libro 13. capite 8. Bonacin. de Clausura questione 1. punct. 8. numero 1. Victorell. de orig. & claus. Monial. §. An solus Episcopus pag. 26. & hæc omnia docet etiam Tamburinus de Iure Abbatissarum disp. 20. quest. 5. num. 6. & 7.

Imò Monialibus, in casibus exceptis, è Monasterio Episcopo vel Sedi Apostolicæ, aut Superioribus Regularibus subiecto exire non licet, nisi ad sit consensus communis Episcopi Diocesani, & Superioris Regularis, si ei subiectæ existunt, itavt si illæ, quæ potestati Regulari subiacent, sine Bulla, & licentia Ordinarij egressæ fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia Iuris remedia debentisursæ, & earum Superiores (de quorum licentia è Monasterio fuerunt egressæ) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunque priuilegiis. Et ita declarauit S. Congregatio teste Armendariz in addit. ad recop. legum Nauar. l. 2. tit. 18. l. 7. num. 103. Stephan. Vveym. ad 24. Conf. ex iure communi desumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, Conf. 19. n. 19. & Barbosa de Potest. Episc. p. 3. allegat. 102. n. 28.

An Regulares possint erigere Monasteria, seu Conuentus absque Episcopi Diocesani licentia?

RESOLVTIO XXV.

Quando de nouo Ecclesiæ, seu loca sunt ædificanda à Regularibus in aliqua Ciuitate, vel loco, aduertere debent, quod tres ordinationes de hac materia fuerunt huc vsque emanatæ à Summis Pontificibus.

Prima fuit emanata à Clemente VIII. die 23. Iulij 1603. per suam Constitutionem, quæ incipit:

Quoniam

Quoniam ad institutam, &c. in qua statuit Ordinarios locorum non posse licentiam ad nouos Conuentus cuiuscunque, præsertim Mendicantium Ordinibus in Ciuitatibus, & locis eorum Ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendi impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eiusdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita, confiterit, in eisdem Ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aiorum detrimto commodè sustentari posse. Si verò ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam appellari conrigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quamdiu à dicta Sede in ea causa pronunciatum extiterit.

Secunda fuit emanata à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium super negotiis Regularium die 17. Augusti 1621. per vine vocis oraculum habitum à Papa Gregorio X V. in qua quatenus opus sit, in nouat, & in vsum reducit dictam ordinationem Clementis VIII. non obstantibus concessionibus factis à Paulo V. suo prædecessore diuersis Religionibus, Volens de cætero obseruari, & in super statuit, vt dicta noua loca non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Religiosi inhabitare, & ex redditis, & consuetis elemosynis sustentari valeant. Ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, seu domorum aliarum Religionum per quatuor millia passuum circumuicinis locis vocentur, & audiantur, ac tali erectioni consenserint, vel aliis Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Monasterij sic erigendi, absque detrimto Religiosorum in Monasterijs, in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè manuteneri, & alij posse.

Si verò vbi noui Conuentus instituendi erunt nulli alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, & adhibeant, huiusmodi duodecim Religiosos in conuentibus commodè alere, & manuteneri valeant.

Tertia fuit emanata à Papa Urbano VIII. die 28. Augusti anno 1624. per suam Constitutionem, quæ incipit, *Romanus Pontifex, &c.* in qua reuocat omnes licentias, & facultates concessas à prædecessoribus suis diuersis Ordinibus ædificandi Ecclesias, seu loca Regularium, contra formam datam à Clemente VIII. in sua Constitutione, & Decretum Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium supradictum, ac contrauenientes excommunicat ipso facto, & priuat voce actiua, & passiua, & Officij, &c.

His Constitutionibus tamen non obstantibus, putat nouissimè Bruno de Privileg. Regular. part. 1. tract. 4. capite 6. propos. 12. quod Regulares Prælati possunt erigere Monasteria, seu Conuentus absque Episcopi Diocesani licentia, & de illius consensu idem possunt, nullius alreius, siue Regularis, siue secularis consensu requisito. Probat suam sententiam, qui idemmet Urbanus VIII. Idibus Maij 1625. priuilegia Dominicanorum restituit, ac ex consequenti possunt Regulares circa ædificationem Conuentuum quod ante Clement. VIII. poterant.

Sed hoc minimè admittendum esse docent communiter Doctores, & praxis omnium Episcoporum, & ipsorummet Regularium. Et quis crederet Urbanum VIII. in illa confirmatione Priuilegio-

rum Patrum Dominicanorum voluisse destruerè id quod anno 1624. tam mature statuerat? Adde, quod requiritur ex Concilio Tridentino sess. ult. de Regularibus capite 3. Ordinarij licentia, quando de nouo Ecclesiæ, & loca à Regularibus ædificantur.

Sed Pater Bruno respondet, Tridentinum non destruerè Priuilegia Regularium, cum careat clausula reuocatoria ipsorum. At hoc non admittunt Doctores, nec communis Praxis. Et idè contra Brunum ne deseras videre ex Regularibus Bordonum, vbi me citato decis. 124. licat; Iure Priuilegij Prælati Regulares etiam Mendicantium possunt irrequisito Episcopo benedicere, & imponere primum lapidem, vt Cælestinus Papa V. concessit id priuilegium Abbatibus Cælestinorum, confirmatum ab Eugenio IV. eidem Congregationi, cuius Bullam registrat Rodriguez Bulla 18. dicti Eugenij numero 18. Tamburinus tom. 1. disputat. 22. quest. fin.

Sed quoniam Tridentinum sess. 25. capite 3. prohibuit, ne de cætero Monasteria, & loca erigantur sine licentia Episcopi, in cuius diocesi erigenda sunt iuxta ius commune, cap. quidam 10. cap. qui 11. cap. De Monachis 10. quest. 2. idcirco illud priuilegium censetur reuocatum, si quidem si non possunt amplius erigere Monasteria sine licentia Episcopi, vt etiam nouissimè mandauit Urbanus VIII. sua constitut. incip. *Romanus Pontifex*, quam cum aliis refert Tamburinus tom. 3. disput. 5. quest. 1. & non inueniantur illa sine Ecclesiis, à fortiori censetur prohibita sine auctoritate Episcopi fundatio Ecclesiæ Monasterij, quia non minorem, imò maiorem habent subiectionem Ecclesiæ Episcopi, quam Monasteria, propter illam solemnem benedictionem, & impositionem primi lapidis; præterquam quod situs, super quem fundanda est Ecclesia, vt plurimum non est exemptus, quare dictum priuilegium non videtur amplius desistere. Ita Bordonus.

Item decis. 125. me citato subdit, quod licet iure priuilegij incipientis, Iniunctum nobis, Sixti V. concessi Congregationi Sancti Benedicti Portugalliæ, ista mutatio fieri potest de solo consensu Capituli Generalis, sine licentia Episcopi, priuilegium refert Rodriguez in suo Bullario, Bulla 21. Sixti V. Miranda tom. 1. q. 33. art. 2. concl. 2. & alij cum Tambur. 3. disp. 5. q. 4.

Dictum priuilegium nostris temporibus puto non habere locum. Primò, quando de nouo fundatur Conuentus obstante Bulla Urbani VIII. Secundò præcipuè, si fundetur Ecclesia, quæ ædificari non potest sine auctoritate Episcopi, vt dixi in præcedenti. Tertiò si Ecclesia sit subiecta Episcopo, quia illam de eius manu recipere debent. In vno casu non requirem licentiam Episcopi, cum nimirum sit permutatio Conuentuum inter Regulares, siue eiusdem, siue diuersi Ordinis, quia permutantes in nullo subsunt Episcopo. Hucusque Bordonus, quæ omnia destrunt. Et licet ego olim docuerim in tali casu non requiri licentiam Episcopi, tamen nunc accedo contrariæ sententiæ, quam docet Bordonus vbi supra, & alij, nimirum in translatione requiri licentiam Episcopi ex præscripto Tridentini; & dictarum Bullarum, in quibus fit mentio de erectione nouorum Conuentuum, derogando omnibus priuilegiis, quo nomine venit quæcumque erectio Conuentuum, siue fiat simpliciter, quia an tea non extabat, siue aliud de nouo construat Monasterium, relicto, aut

retento veteri, verè enim dicitur de nouo fundari, & erigi, cum antea non esset, sed incipiat primò esse.

Pergit postea Pater Bruno *propos. 13. per totam* probare, quod in construendis Conuentibus non obseruatur spatium Cannarum antiquitus præscriptum: obseruari tamen debet, cum Fratres Minores repugnant. Et probat hoc ex vfu qui talis est, vt distantia illius spatij 300. aut 140. cannarum in ædificandis domibus Regularibus, oppositiõnibus in contrarium non obstantibus, nullatenus obseruetur, vt iam pridem aduertit Sorbus in *Compend. verb. edificare*, qui notat etiam à Sede Apostolica iuxta illum vsum decisum fuisse. Et huius sententiæ est etiam Marcellinus à Sancto Benedicto eodem verbo, quorum sententiæ stare necesse est ratione vsus, licet reuera probabilius sit, imò certum, subsistere priuilegium Minorum quoad spatium 300. cannarum; cum motu proprio, & ex certa scientia, post emanatum priuilegium eiusdem Societatis, priuilegia Minorum fuerint per Sixtum V. & Clementem VII. confirmata: nec non etiam per Paulum V. licet non ex certa scientia, sed æquiualeter, cum clausulis reuocatoriis omnium contrariorum, vt alibi ostendimus: ac ex consequenti subsistere hoc priuilegium. Nec obstant vsus, & Sedis Apostolicæ decisiones prædictæ: nam vsus contrarius non tollit Regularium Priuilegium, vt alibi diximus, nec etiam decisiones Sedis Apostolicæ in causis particularibus, cum iuxta iuris Regulas, Res, inter alios acta, aliis nocere non debeat. Quocirca iudicando rem ex priuilegiis, Regulares Societatis Iesu si post confirmationes proximè dictas, non impetrauerint dicti sui priuilegij confirmationem debitam, quæ ad meam noticiam minimè peruenit, non possunt edificare suas domos, nisi cum illa distantia à Fratrum Minorum domibus. Quia antiquæ concessiones fuerunt reuocatae per contrarias concessiones: nam Pius I V. vt habetur in *privileg. Societatis Iesu pag. 77. & in Compend. priuilegiorum eiusdem verb. Edificia*, eidem Societati concessit; Vt illius Prælati possint construere ædificia intra 140. cannas à Conuentibus aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, non obstantibus eorundem priuilegiis. Mandatur Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis in dignitate constitutis, vt per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte alicuius illius Societatis fuerint requisiti, priuilegij huiusmodi literas solemniter publicantes, faciant illius Societatis personas contentis in eisdem gaudere: non permittentes eos super his, aut eorum aliquem, per quorumuis Ordinum Religiosos, aut alias personas, etiam si Pontificali, seu Regali auctoritate fungantur quouis quæsito colore, quomodolibet molestari: hæc præfatus Pontifex. Quæ in authenticis Instrumentis, sicut & cætera eiusdem Societatis priuilegia in Archiuis Domus Professæ Burdigalæ seruantur. Et licet hoc priuilegium fuerit reuocatum in causa domus Toleranæ per Pium V. fuit tamen in eademmet causa reuadatum à Gregorio XIII. vt refertur in *Compend. proximè citato, verb. eodem, §. 1. Bulla*, quæ incipit, *Saluatoris Domini nostri Iesu Christi*, cum clausula derogatoria priuilegij Mendicantium per respectum ad dictam Societatem. Hucusque Bruno.

Sed hanc sententiam quoad primam partem est contra praxim, & contra plures Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, vnde Peregrinus in *Compend. Priuileg. Cler. Regular. verb. Edificare, §. 1. sic ait*: Nulli

Religiosi, vel Ecclesiasticæ personæ vtriusque sexus possunt nouas Ecclesias, & loca construere, vel alias de nouo recipere, & habere iuxta loca, & Ecclesias Regularium Clericorum nostræ Congregationis infra spatium centum quadraginta cannarum per aërem mensurandarum, vbi alias commodè per terram mensurari non possunt. Et §. 2. ait; Possunt nostri nouas Ecclesias, & loca construere, & de nouo recipere & habere, & acceptas, & constructas retinere, quamuis sint vicina Monasteriis, vel Ecclesiis aliorum ordinum, etiam Mendicantium, intra spatium centum quadraginta cannarum.

Et aduersus Patrem Brunum sufficiat hic adducere tantum Decisionem vnam nouissimam Sacræ Rotæ in causa Ianuensi Priuilegiorum die 28. Iunij 1649. coram nunc Eminentissimo Domino meo Corrado, quæ sic incipit, & ait. Commissa mihi causa appellationis interpositæ ad Sanctissimum Dominum Nostrum pro parte RR. PP. Congregationis Sancti Philippi Nerij Ciuitatis Ianuæ, à sententia Rotali, quia fuit declaratum illis non licuisse, neque licere Ecclesiam, Domum, seu Conuentum ædificare, vel recipere, neque habitare, aut residere in Ecclesia Sancti Pancratij, vel alio loco infra spatium centum quadraginta cannarum ab Ecclesia Sancti Sirti, seu Conuentu RR. PP. Theatorum distantia iuxta summorum Pontificum Constitutiones. Hodie dubitavi: An illa sit confirmanda, & Domini re denuò exactè discussa, responderunt affirmatiuè.

Quod postea probat ex multis priuilegiis, & rationibus, & postea subdit. Certum est, quod obiectio ex facto tollitur quoad PP. Theatinos, nam hi quoties casus euenit, huiusmodi priuilegio tam in iudicio, quam extra vsi fuerunt, & specialiter in ipsa Ciuitate Ianuæ cum RR. PP. Iesuitis, vt apparet ex *decis. 676. num. 1. 1. vers. quia tamen part. 1. & dicta decis. 87. part. 4. recent.* ac iterum cum eisdem in Ciuitate Messanæ anno 1642. vt patet ex litteris Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, & cum RR. PP. Præmonstratensibus hic in Vrbe. Ac demum cum Presbyteris secularibus Sancti Caroli Borromæi in Ciuitate Neapolis, vt apparet ex decreto eiusdem Sacræ Congregationis sub die 16. Februarij 1643. Hucusque Sacra Rotæ. Ex quibus apparet contra Brunum; non esse verum quod hodie in construendis Conuentibus non obseruatur spatium cannarum antiquitus præscriptum, & quod petis, ait ita fuisse decisum à Sede Apostolica, quod falsum esse patet ex Decisionibus Rotæ, & Declarationibus Sacræ Congregationis; vt visum est supra.

Nota hic obiter, Peregrinum *vbi supra, in Scholio*, docere, Priuilegio Sij IV. concessio Societati die 13. Aprilis 1561. posse nos Clericos Regulares vti contra alios ordines, dicta tamen Societas Iesu, & alij Ordines vti non possunt contra nos: quia fundantur in negatione præiudicij; Nobis autem qui neque ex redditibus, neque mendicando viuimus, sed ex sponte oblati, & maximè à vicinis, sit præiudicium, & propterea nos non comprehendit, comprehendit tamen Mendicantes, quia possunt à longe ultra viciniam mendicare. Nec obstat nobis dictio taxatiua, *tantum*, quæ est in hoc priuilegio Gregorij XIII. quia illa non obstat, possumus gaudere eorum priuilegiis, etiam cum clausula communicationis prohibitiua, per priuilegium Gregorij XIV. Congregationi Sancti Bernardi Hispan. concessum, & nobis communicatum. Ita Peregrinus.

An

An Regulares possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio occulto.

RESOLVTIO XXVI.

Pater Bruno *par. 1. tract. 5. c. 4. propos. 1. affirmatiuè* responder, & firmat hanc Conclusionem, quod potest Sacerdos Regularis dispensare Sæculares super omnibus irregularitatibus occultis, super quibus Episcopus ex concessione Tridentini dispensat, ac consequenter in quibusdam irregularitatibus ex homicidio voluntario, iusto vel iniusto contractis.

Probat hoc ex Priuilegiis Eugenij IV. Sixti IV. & Pauli II. Ex quibus, ait ipse, sequitur primò, quod hæc facultas dispensandi extenditur ad omnes irregularitates, in quibus potest Episcopus dispensare, ita vt quidquid iure communi potest Episcopus super irregularitatibus dispensatione, possit Sacerdos Regularis per istud priuilegium. Ait enim Pontifex, se illis concedere facultatem dispensandi toties, quoties opus fuerit super quacumque irregularitate, Ordinario reseruata. Cumque Episcopus possit relaxare irregularitates, quæ ex quibusdam defectibus naturalibus, aut alias inculpatis, vt aliquando cum quibusdam illegitimis, quoad aliquos Ordines, aut quoad illorum vsum, iuxta illa quæ tradit Emanuel Sa; ita cum illis poterit Regularis Confessor similiter dispensare, dummodo super his sententia non fuerit lata; quia tunc requiritur dispensatio solemnis, quæ Regulari Confessario non conceditur.

Sequitur Secundò, quod Regularis poterit dispensare in illis irregularitatibus, quæ ex proprio peccato oriuntur, in quibus potest Episcopus dispensare (verbi gratia) cum illo, qui aliqua censura irregularis recipit Sacrum Ordinem, aut in eo suscepto ministrat, aut qui ante ætatem suscipit Sacrum Ordinem, & in eo ministrat: & denique forsitan cum irregulari ex eo quod membrum mutilauerit; cum iuxta citatos Emmanuelem Sa, Rodericum & Suarez (qui ad hoc assert declarationem Cardinalium) illam facultatem habeat Episcopus, sicut etiam super irregularitate ex homicidio casuali contracta, quia Episcopus potest in illa dispensare, vt tenent Nauarr. *cap. 27. num. 194. Henriq. c. 19. n. 7. Auila de Conf. part. 7. disp. 6. sect. 5. dub. 2. concl. 2. Diana part. 4. tract. 2. de Irregularit. resolut. 72.* Ac denique potest dispensare in illa irregularitate homicidij casualis, etiam publica, ad Minores Ordines, & Beneficium simplex suscipiendum; quia id potest Episcopus, vt tenent Henriquez *citatus num. 2. cir. 1. iuncto cap. 57. de Excommunic. n. 1. & citatus Auila concl. 3.*

Sequitur Tertio, extendi hanc facultatem ad irregularitates, quæ non erant Ordinario concessæ tempore illius Priuilegij Sixti V. nam illa particula irregularitas reseruata, se extendit etiam ad eas, quæ postea Episcopo reseruatae sunt, seu reseruantur, iuxta ea quæ tradita sunt de absolutione à censuris reseruatis.

Verum non leuis difficultas est si Confessarius regularis potest dispensare super irregularitate homicidij voluntarij omnino occulti: vt autem soluantur, notandum est duobus modis homicidium dici occultum, vno modo, quod ita occultum est, vt à nemine possit in noticiam hominum adduci, nisi à solo occisore. Secundò modo, quod potest per

alium aut alios ad noticiam hominum venire: Hoc posito, quidam respondent per tale homicidium omnino occultum non induci irregularitatem. Hæc sententia est multum probabilis, quam vide apud Mirandam *de Ministri Gener. iurisdict. quest. 8. art. 1. c.* & ideo occisorem non indigere dispensatione; Sed quia contraria est probabilior, & communior, idcirco responderetur iuxta eam posse Confessarium auctòritate dispensare super dicta irregularitate primo modo occulta; quoniam Episcopus potest super illa dispensare, vt tenent Couarruias, Abbas, Castrensis, & Angelus à citato Miranda allegato, & Bannes 2. 2. *quest. 40. art. 2. dub. 4. Viualdus & alij*, sed Confessarius Regularis eadem quoad hoc facultate possit ac Episcopus, ergo id similiter potest.

Nec obicitur, Tridentinum vetare, & prohibere Episcopo dispensare super irregularitate homicidij voluntarij occulti; nam respondebitur Concilio loqui de homicidio non omnino occulto; sed tantum de illo quoad iudicium, & noticiam hominum deduci potest; & probari, vt optimè respondet in eadem materia citatus Miranda; nec refert quod illud homicidium voluntarium sit iustum vel iniustum, quia in vtroque est par ratio. Hucusque Bruno.

Et in fauorem eius sententiæ ego alibi plures alios adduxi, quos tamen improbaui, & nunc Brunum improbo, nec eius sententiam audeo Regularibus consulere neque Episcopis quoad irregularitatem homicidij occulti, & modo vt supra explicatum est.

An Confessores Regulares possint dispensare cum his, qui in primo gradu affinitatis contraxerunt.

RESOLVTIO XXVII.

Ad hoc dubium sic respondet Brunus *de priuileg. Regular. par. 1. tract. 5. c. 5. propos. 3.* Aduerte pro huius propositionis corollario, Roffensem virum magnæ Sanctitatis & doctrinæ, qui pro fide Catholica gladius impicij occubuit, in libello qui inscribitur *De causa Matrimonij*, in principio affirmare Leonem X. Augustinianis per totum Orbem existentibus concessisse per Bullam, vt cum his qui in primo gradu affinitatis scienter, vel ignoranter contraxerunt, modo notorium id non fuerit, neque in iudicium productum, dispensare valeant; vt de nouo contrahant, & in eodem item matrimonio contracto maneat, prole etiam legitima. Hæc Roffensis; de quo priuilegio non audeo dubitare propter viri eminentis Sanctitatis, & doctrinæ testimonium.

Nec obstat primò, quod non sit in vsu, quoniam præter quod non constat de hoc non vsu, cum versetur circa occulta, quæ solis Confessario, & penitenti sunt nota, probauimus in tractatu de priuilegiis in communi, priuilegia non amitti per non vsum. Non obstat Secundò; quod Episcopi ea facultate careant, cum constet Regulares in quibusdam casibus, priuilegiis aliquibus potiri, quibus Episcopi minimè gaudent, vt in casu percussoris Clerici, & aliis. Ita Bruno.

Sed de hoc priuilegio nimis dubito, Et quis sciet an fuerit concessum viuz vocis oraculo? Et quidem si Pontifex concedit Commissario Cruciatæ priuilegium dispensandi in primo, & secundo gradu affinitatis cum tantis limitationibus, & præcipue

puè vt vnus ex coniugibus bona fide, & impedimenti ignarus contraxerit, difficile videtur concessisse tale priuilegium cuiusque confessario Regulari absolute, etiam si scienter vel ignoranter contraxerint; & si hoc admitteretur, ad nihilum deferretur Sacra Pœnitentiaria Romana, nam vnusquisque haberet præ manibus remedium, nempe adeundi pro dispensatione Confessarium Regularem; ad quam tamen obtinendam Sacra Pœnitentiaria tam mature procedit; vt omnes scimus. Et Sanctissimus Dominus noster Innocentius X. in suo Pontificatu ferè semper negauit talem dispensationem. Non est igitur admittendum Regulares habuisse, nec habere tale priuilegium, & idèd caueant ab opinione Patris Bruni.

An Regulares possint independentè ab Episcopis excipere Confessiones Monialium ipsius Regularibus subiectarum.

RESOLVTIO XXVIII.

Affirmatiuè respondet Bruno de priuileg. Regular. tract. 5. capit. 5. proposit. 4. vbi sic ait; Confessarius Monialium Regularibus subditarum independentè ab Ordinariis, eorumdemque examine, instituitur, potiturque eisdem facultatibus in eisdem, quibus Confessarius Regularis in Regularibus.

Hæc veritas, quoad primam partem probatur; quoniam cum Moniales sint ab Ordinariis iurisdictione exemptæ, ab illo quoque actu iurisdictionis exemptæ sunt; quod ad eum pertinet, quia in ipsas plena iurisdictione lætatur, sed nullus ea potitur, nisi earumdem Prælatus; ergo non potest ab Ordinariis huiusmodi Confessarius institui, sed à Prælato, & quoad hoc nulla apparet difficultas; sed tantum quoad examen, quod tamen ad eos nullatenus spectat, determinante Pio V. Bulla. Et si Mendicantium, dum sic pronunciat, Confessores verò Monialium, quæ degunt sub cura Regularium ab Ordinariis examinari nolumus.

Variis autem est modis institutionis illius Confessarii pro diuersitate Constitutionum cuiuslibet Ordinis. In Minoritana enim familia, in Capitulis, Congregationibus Prouincialibus à diffinitorio instituitur, amouendus tamen ab eodem diffinitorio, ac etiam cum opus est, à solo Prouinciali. Facultates verò illius sunt eadem cum facultatibus Confessarii Regularis erga Regulares, eiusque facultates sunt iuris Ordinarij, cum illi ex Constitutionibus Ordinis concedantur; ac propterea non possunt illas archære superiores, nisi eisdem à Constitutionibus prædictis concedatur.

Facultates autem illæ multæ sunt; quædam enim forum animæ duntaxat respiciunt, aliæ administrationem Sacramentorum, aliæ absolutionem à censuris, & dispensationem super pœnis, sententiis, votis, & iuramentis; & denique in earumdem Monasteria ingressum. De illis omnibus, excepto prædicto ingressu, nihil occurrit dicendum; quidquid enim dictum est de Confessario Regulari in Regularibus, illud etiam dictum habeas de eodem Regulari in Moniales; communicat enim hic in priuilegijs cum alio; imò aliquid amplius habet in Ordine Minoritarum, vt declarauit Capitulum Generale Albienfe, teste Roderico tom. 1. qq. RR. quest. 19. art. 2. hoc statuto. Vniuersi Confessores Monialium nostræ familiæ habeant præfenti decreto semper actiuam auctoritatem Prælatorum super Mo-

niales quoad casus, & sententias, habeantque similiter Guardiani, ac Vicarij Guardianorum in eorum absentia. Quibus manifestè constat Confessarium Monialium habere iure ordinario facultatem absoluedi, & dispensandi in casibus, & sententijs in prædicto Ordine referuatis. Ita Bruno; cui adde Sorbum in suis annotat. ad Compend. Mendic. verb. Moniales, Azor. part. 1. lib. 1. 3. cap. 9. quest. 2. & Campanil. in diuersor. inr. Canon. lib. 16. rub. 12. num. 53.

Sed hi scripserunt ante Bullam Gregorij XV. quod non fecit Pater Bruno, & idèd contra illum assero, quod quamuis ante Constitutionem Gregorij XV. editam 5. Februarij 1622. quæ incipit, Inscrutabili, Confessarij quidem Monialium locorum Ordinarijs subiectarum deberent approbari ab ipsis Ordinarijs; Confessarij verò Monialium subiectarum Regularibus à Prælatis propriæ Religionis, tanquam Ordinarijs ipsarum Monialium; in præfenti tamen omnes Confessarij tam ordinarij, quam extraordinarij quorumcunque Monialium, etiam Regularibus subiectarum, debent approbari ab ordinario loci; idque ex citata Constitutione Gregorij XV. quæ quoad hoc sic habet, Confessores verò siue Regulares, siue sæculares, quomodocunque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij, ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.

Vbi notandum, ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod sacerdos siue Regularis, siue sæcularis, sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones personarum sæcularium audiendas, sed egere quoad hoc speciali approbatione; idque ex declaratione Sacræ Cõgregationis Concilij, quæ etiam declarauit Regularem approbaturum ab Episcopo ad audiendas confessiones Monialium vnus Monasterij, nequaquam censeri approbaturum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterij, vt videre est tom. 4. Bullarj post Constit. 18. Gregor. XV.

Verum tamen est, quod Confessarij Monialium exemptarum tam ordinarij, quam extraordinarij præfentari debent à proprijs Prælatis Regularibus, ad effectum vt modo dicto approbentur ab ordinario; Vnde infert Tamburinus num. 16. de iure Abbatissarum, quest. 3. numero 3. non sufficere, quod ait Nald. verb. Moniales numero 2. Monialibus etiam exemptis assignandum esse Confessarium extraordinarium ab Episcopo loci: si quidem teste Zipeol. 3. de iure Pontificio nouo n. 3. extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Congreg. qua decisum est huiusmodi assignationem faciendam à Prælato Regulari, cuius iurisdictioni subsunt dictæ Moniales, licet aliàs indigeant approbari ab ordinario, vt iam dictum est.

Quin vigore citatæ Constitutionis Gregorij XV. neque ipsi Prælati Regulares absque ordinarij approbatione audire possunt confessiones Monialium sibi respectiuè subiectarum; cum olim possent, & ipsi illos audire, & alios approbare ad illas audiendas. Ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vbi supra, addens confessiones à dictis Prælatis auditas sine præfata approbatione esse nullas, & irritas. Et hæc omnia docet Pellizarius de Monialibus c. 10. sect. 3. subsect. 1. q. 11. n. 163. Tamburinus de iur. Abbatissarum. d. 16. q. 2. n. 3. Bordonus in Consil. Reg. r. 1. ref. 5. n. 1. & alij.

Notandum

Norandum est tamen, Doctores Hispanos asserere supradicta non procedere in Regnis Hispaniarum; Vnde Nicolaus Brauus in tract. Monast. cap. 2. 3. numero 12. sic ait, Neque etiam obstat Constitutio quædam Gregorij XV. quæ incipit, Inscrutabili, &c. expedita anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputationem Confessorum, diuersimodè valdè disponens. Nam ob ingentia incommoda inde emergentia; atque etiam instante Rege Hispaniarum Philippo IV. suspensa fuit omnino eius executio ab Vrbanò VIII. anno 1625. & suspensionis effectus commissus Illustr. Nuntio Hispaniæ Julio Sacchetto, à quo tunc solemniter, & iuridicè facta est Matriti die 21. Aprilis eiusdem anni, cuius authenticum instrumentum habuimus, quia & prædictæ causæ Religionis nomine, inter alios Prælatos, iisdem tempore, & loco, aliquam gessimus partem, dum Abbatissæ munere fungerer in nostro Matriti cœnobio. Hucusque Brauus.

Sed vt verum fatear, inuenio Leandrum Doctorem Hispanum, & qui in Hispania scripsit tom. 1. de Sacram. tract. 5. disput. 11. quest. 46. adducere Constitutionem Gregorij XV. tanquam in Hispania existentem in vigore, & nullam facere mentionem de supplicatione Regis quam supra adducit Brauus; & ideo me remitto veritati, & Praxi Hispaniæ. Vide etiam contra Bruuum præter Doctores citatos, Bullam de Iubilæo sectione 3. casu 2. §. 3. numero 74.

An Regulares si velint predicare, possint ab Episcopis examinari.

RESOLVT. XXXIX.

Negatiuè respondet Bruno de Priuileg. Regul. tract. 6. capite 2. proposit. 3. Quia cum examen de prædicatoris capacitate ad superiores Regulares spectet, nec de obligatione ad aliud examen in iure, & Pontificijs concessionibus sermo habeatur, nulla ratio illud admittendi apparet. 2. Quoniam etiam vigente Tridentino non est imposita huiusmodi obligatio: nam de illo nullam facit mentionem, quando de Prædicatore Regulari agit, sed tantum illi imponit onus se se præsentandi, & benedictionem petendi ad prædicandum in suis Ecclesijs; & vltra hæc duo ad prædicandum in alienis Ecclesijs. 3. videlicet licentiam ab Episcopo accipiat, sic habetur sess. 5. cap. 2. Et hanc sententiam veram esse, ac de iure sustinet Mauritius Alzedus in praxi Episc. part. 2. capite 13. numero 104. Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 76. numero 23. Hieron. Roderic. in Compend. Regul. resolutione 112. numero 2.

Nec obstat, Sacram Congr. Cardinalium in vna Vngentina sub die 22. Ianuarij 1622. ex relatione Antonini Diana, tra. 4. Miscellan. resol. 22. declarasse, posse Episcopos examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesijs, quæ non sunt suorum ordinum, quoniam nec de illo decreto authenticè constat; nec si constaret reuocari priuilegia, ius commune, & Tridentinum, quod etiam in litteris Apostolicis, imò & in Concilijs, quando aliquid determinant, necesse est. Accedit, quod ab illo tempore fuerunt confirmata priuilegia Regularia, quæ Tridentino non aduersantur; illud autem priuilegium exemptionis ab examine, non est illi contrarium, vt probatum fuit.

Nec obicias, Regularem pati illud examen ab Episcopis, antequam prædicandi licentiam obtineat; imò à multis obligari iuramento interposito; se ordinationes Diocesis obseruaturum. Respondetur primò, illud examen ab omni Regulari non sustineri; nam notum est omnibus à Fratribus Minoribus Capuccinis non tolerari; si illud sustineat, non propterea amittitur priuilegium; vt in 1. tract. probatum est; sed violentiæ, & iniuriæ sibi factæ indulgens, priuilegio non vitur. Quod similiter facit cum iuramentum promittit, se seruaturum Diocesis ordinationes; qui si non æquiuocè iuret, non dubito quin peccet. Potest autem amphibologicè verbis iuramentum exprimentibus vel, & melius, verba illa exprimere absque iurandi intentione. Nam sicut incompetente Iudice illud à non suo subdito extorquente in iudicio potest non subditus id facere, cur similiter id agere non potest Regulari, cum ab Episcopis vt potest iudicibus incompetentibus iurare cogitur? Aduertant autem Illustrissimi Domini Episcopi, quod hoc agendo grauiter peccant; cum actum iurisd. tionis, & torturæ exerceant in non subditum; sique illis hoc prohibitum tum ex iure, tum ex priuilegijs; vt alibi diximus. Hucusque Bruno.

Sed licet hæc de iure videantur procedere; tamen Praxis est in contrarium, nam Regulares prædicare volentes extra suas Ecclesias, examini Episcoporum se subiciunt; & ita ex declaratione Sacræ Congregationis tenet etiam Pater Lezana in summatorum. 3. verb. Concionatores Regulares numero 7. Vnde Reuerendissimus, & amicissimus Pater Bordonus nunc meritò Generalis suæ Religionis in Consil. Regular. tom. 1. ref. 7. num. 17. postquam adduxisset Bullam Leonis X. à Bruno adductam, sic asserit: Dixi de iure, quia in Praxi seruatur oppositum volentibus Episcopis examinare Regulares, licet à suis Prælatis approbatos, prædicatos in alienis Ecclesijs; & in confirmationem huius praxis fuit resolutum 22. Ianuarij 1628. posse Episcopos examinare Regulares prædicatos in Ecclesijs suorum non Ordinum; teste Aldano titulo 4. numero 10. apud Barbosa ad cap. 2. sess. 5. numero 20. eam resolutionem se non vidisse authenticam asserit Peyrinus citatus, sed non passim exterrimandæ sunt resolutiones Sacræ Congregationis vti adulterinæ, maxime cum constar de tempore, & loco, pro quod data fuerunt, vt de hac clarum est apud præcitos; illæ verò sunt suspectæ, quæ carent tempore, loco, & personis, in quatum fauorem emanarunt. Ita Bordonus.

Non deseram tamen adnotare, sententiam Patris Bruni docere etiam Pellizarium in Manual. Regular. tom. 2. tract. 8. capite 4. sect. 1. numero 22. & 23. qui postea numero 24. sic asserit; Monitos hic velim Regulares, ipsos iniuste quæri de Episcopis, quod eos nolint admittere sine examine ad prædicandum in Ecclesijs non sui Ordinis; cum potius ipsi debeant id sibi imputare: cum aliqui illorum ad comparandum aliquod leue lucrum nobilissimum prædicandi ministerium vile nimis efficiant; dum per litteras Principum suggestum aliquem, & quidem etiam rusticarum de manibus Episcoporum extorquent, ita importunè, vt eos cogant subire onera, quæ alioqui nullatenus subirent, non ergo tantam sui faciant copiam, & tunc Episcopi ex penuria concionatorum cogentur ad ipsos recurrere, sibi que magni beneficij loco ducentes, quod acceptentur tales suggestus, aliàs minus expectabiles, sententiam quoad hoc mutabunt.

& seruantes iura Regularium, non amplius eos subiciunt examini. Hæc Pellizarius.

An Abbates non benedicti possint conferre primam Tonsuram, & Ordines Minores sibi non subditis.

RESOLVTIO XXX.

Affirmatiuè respondet Bruno *part. 2. tract. 7. c. 3. propos. 3.* ubi sic statuit; Abbates non benedicti possunt similiter, ac benedicti suis subditis Regularibus, & secularibus, ac aliis etiam secularibus, & Regularibus non subditis, Tonsuram, & quatuor Minores conferre.

In duplici genere sunt Abbates non benedicti, alij enim sunt Abbates non benedicti, quibus benedictionem Episcopus recusauit, alij autem quibus non recusauit, nec benedicti sunt; quoad primum genus Abbatum, propositio probatur ex *cap. 1. de supplem. neglig. Prælatorum*, in quo habetur, si Episcopus ter cum humilitate, & deuotione, sicut conuenit requisitus, Abbatem benedicere renuerit, liceat Abbati proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium pertinent exercere. Sed ad illorum officium spectat primam Tonsuram, & quatuor Minores Ordines conferre, ergo illa omnia (licet recusata benedictione) possunt exercere; nec potest dubitari, quin Papa hoc privilegium possit concedere; quoniam hæc benedictio non impunit characterem, neque est ex Christi institutione, ut necessaria reputeretur ad hanc concessionem; sicut ergo Papa potest simplici Sacerdoti absque præuia benedictione committere potestatem conferendi Confirmationem, sic & facultatem illos Ordines conferendi, sicut de facto illam commisit, ac sic tenent citati Hostiens. & Armilla Aurea, qui addunt dictos Abbates non posse conferre illos Ordines in monasterijs non alienis exemptis; quod ego crediderim, si Episcopus illorum Superior non consentiat: si autem consensuerit, vel illos vocauerit, posse tunc temporis Ordines prædictos conferre, cum, ut supra probatum est, possit Episcopus subditis huiusmodi Ordines ministrare, nullique propterea fiat iniuria.

Quoad autem aliud genus Abbatum non benedictorum neque benedictorum, ut sunt Abbates triennales, non reperitur quidquam super hoc illis à iure communi concessum; sed tantum ex privilegijs extra illud ius vagantibus, & probatur propositio quoad illos ex concessione Eugenij IV. 1437. facta Cisterciensi familiæ in Hispania, in qua vult ut Abbates Triennales, licet eis munus benedictionis non impendatur, omnibus & singulis honoribus, præminentibus, privilegijs, prærogatiuis, iuribus, & insignibus Abbatialibus fungi possint. Et quamuis de hoc privilegio utpotè terminis nimis generalibus concessio dubitari posset, nihilominus Iulius II. *privileg. 9. num. 7.* omnem prorsus sustulit dubitationem, concedendo dictis Abbatibus Ordinis Cisterciensis illam potestatem his verbis; Necnon Nouitios, & alios quoscumque dicti Monasterij subditos, prout poterant præfati perpetuo Abbates Clericali characterem insigniendi; ubi Suarez proximè citatus *num. 25.* per clericalem characterem intelligit quatuor Minores vltra Tonsuram, & ita praxis habet etiam apud Fratres Congregationis Fuliensium eiusdem Or-

dinis Cisterciensis; quam etiam facultatem concessit idem Iulius Congregationi Mileuitanæ referente Compendio privilegiorum illius Congregationis, *privileg. 13. fol. 10.* & Eugenius IV. Congregationi Sanctæ Iustitiæ, ut haberet in *Compend. privileg. Montis Olivæ privileg. 50. & 51.* & à Leone X. Camaldulensibus eandem etiam facultatem factam notat Marcellinus à Sancto Benedicto in *Compendio privilegiorum Fulienf. verb. Abb. num. 2.* & denique Clemens VIII. privilegia Camaldulensium confirmando declarauit, & de nouo concessit eorundem Abbatibus, etiam non benedictis, & Prioribus similiter, quod possint Ordines Minores conferre suis subditis Regularibus, sub Data die 3. Augusti 1594. sic Archana. Roman. *de privileg. verb. Abbas.*

Et denique id etiam declarauit Sacra Congregatio Tridentini referente Barbosa in *Collectan. verb. Ordo*, die 16. Februarii 1610. affirmatque de iure id posse, licet non sint benedicti, sed tantum triennales; sic etiam tenet Tamburinus *de iure Abbat. quest. 3.* & idem resolutum fuisse 1619. refert Archang. Roman. *de privileg. verb. Ordines.* Et quamuis ferè hæc omnes concessionem non loquantur nisi de subditis, attamen à Doctoribus extenduntur ad non subditos cum circumstantijs in præcedentibus appositis; ratio est, quoniam si Prælati huiusmodi privilegijs, prærogatiuis, &c. sicut benedicti gaudent, & benedicti hoc iure potantur, sine dubio hic etiam illo gaudebunt. Ita Brunus.

Sed hanc sententiam ego in *part. 9. tract. 11. resol. 42.* reprobauit ex Decisione Sacre Congregationis facta verbo cum Sanctissimo, unde corruunt ea quæ asserit Machadus *rom. 2. lib. 5. par. 3. tract. 1. docum. 2. num. 2.* & alij. Et ita præter Doctores à me citatos tenet Castrus Palans *rom. 4. tract. 27. punct. 14. num. 4.* Dico itaque Tridentinum *sess. 23. c. 10. de reformat.* hanc restinxisse potestatem, ne Abbates, & alij exempti existentes intra fines alicuius Diocesis, & idem est etiam si extra existerent, quibusque alijs à iure competebari Ordines minores conferre; ne, inquam, primam Tonsuram, Ordinesque Minores conferant alijs, quam Regularibus sibi subditis.

Sed difficultas est, an Regularibus Nouitijs sibi subditis possint Ordines conferre? Affirmare videtur Layman *libro 5. summe tractatu 9. capite 9. numero 2.* eo quod iure antiquo in *capite Abbatibus de privileg. in 6.* prædictis Abbatibus concessa fuerit hæc facultas, ibi: Nec eis licitum sit alijs, quam Monasteriorum suorum Conuersis, & qui ad illa conuolauerint, scilicet, ut ibi conuertantur, & fiant Monachi (ut inquit Glossa) & in quos Ecclesiasticam, & quasi Episcopalem iurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram. Quæ tamen facultas per Tridentinum non videtur restricta, cum solum restrinxerit facultatem ordinandi sæculares, & regulares non subditos: ac Nouitij sub nomine Regulari præcipuè in decreto favorabili veniunt, & aliunde subduntur Ordinanti. Ergo.

Cæterum verius cenfeo, nequaquam posse prædictos Abbates Nouitijs Regularibus Ordines conferre: quia Nouitius, est Regularis censendus sit, ut privilegijs Regularium gaudeat; non tamen Abbati subicitur pleno iure; sed solum quatenus ad probationem Religionis fuerit necessarium, uti bene notauit Sanchez *libro 6. sum. cap. 10. in fine.* Ad probationem autem Religionis necessaria non est

est subiectio pro Ordinibus suscipiendis, ut de se constat: Ergo Regularis Nouitius quoad Ordinum susceptionem Abbati subditus non est. At Tridentinum solum concedit Abbatibus, ut Regularibus sibi subditis Ordines conferant. Non igitur possunt Nouitijs conferre. Atque ita tradunt ex quadam Constitutione Pij V. Nauari. *cap. 27. nu. 158.* Rodriquez *tom. 3. qq. regular. quest. 23. art. 2. in fine.* Mirand. *Man. Prælat. tom. 1. quest. 38. art. 9. concl. 2. in fine.* Henriquez *lib. 10. c. 23. n. 3. in comment. litt. G. Lapsus in cap. cum nullus numer. 3. de temporib. ordinat. in 6.* & ibi Ancharan. *num. 3. & alij.*

Confessarius affirmat heredi, testatorem voluisse relinquere legatum Titio, queritur, an heres teneatur hoc credere, & legatum soluere?

RESOLVTIO XXXI.

Videtur prima facie affirmatiuè respondendum, cum Confessarius sit testis omni exceptione dignus. Probatur primò, quia in rebus ciuilibus non magni momenti, qui audiuit à fide dignissimo potest in iudicio deponere tanquam si vidisset; ita Mendozia *in 2. D. Thom. diffinit. 173. section. 5. §. 20.* Mexia *in leg. Reg. Tolari 23. part. 2. num. 3. & 33.* & Pater Vicelli *in qq. moral. tract. 1. quest. 13. num. 2.* Probatur secundo, quia vnus testis fide dignus nuntians mortem vnus coniugis; sufficit ut alter superstes licite contrahat secundum matrimonium, præsertim quando alter constare non potest; Vt docet Angel. *verbo matrim. 3. inped. 13. num. 4.* Veracruz *1. part. specul. art. 42. concl. 1.* & videtur probari ex *cap. in presentia de sponsal. ibi.* Non permittat eos contrahere, donec certum nuncium de morte recipiant. Si ergo satis est certus nuntius, sufficit vnus testis, & ita docet etiam Hostiensis *in dicto cap. in presentia ad finem,* & Abbas ibi *numero 6.* Vbi aded mordicus defendit hanc sententiam, ut censet Bartolum, qui oppositam asseruit, immemorem fuisse huius textus. Si ergo vnus testis omni exceptione maior sufficit ad hoc, ergo etiam sufficit ut hæres obligetur ad restituendum legatum, utrobique enim datur periculum violandi ius alienum; sicut enim violari potest ius hæredis, si forè testator non reliquit tale legatum alteri, ita etiam ius alterius coniugis si viuat.

Sed ego de hoc casu interrogatus negatiuè respondi, & deobligauit hæredem à solutione prædicti legati, & adduxi Stephanum Fagundez in *Dical. 1. 2. lib. 7. c. 25. n. 5.* Vbi queritur, an si vnus testis omni exceptione maior, id est cui nihil opponi potest, affirmet alicui hæredi testatorem relinquere tali personæ legatum, teneatur ille hæres ex vi huiusdicti, & notitiæ præcisè sumptu soluere, seu restituere tale legatum, & negatiuè respondet.

Primò, Quia ex dicto vnus testis nemo plene conuincitur, nec tenetur ei fidem adhibere contra se, & cum damno suo, ut diximus in *præcep. 4. lib. 4.* de filio adulteræ, qui non tenetur credere matri dicenti illum non esse filium eiusdem Patris cum alijs fratribus, ac proinde non posse habere hæreditatem æqualiter cum illis.

Restat modò respondere ad argumenta.

Et ad primum respondeo opinionem illam non esse admittendam, ut primò obseruat Sanchez in *sum. tom. 3. lib. 3. c. 4. n. 15.* Portel. in *dubijs Regular. ver. sacram. n. 6.* Et ego alibi.

Anton. Diana Pars XI.

Ad secundum respondeo, quod vnus testis non sufficit ad destruendam bonam fidem, obligat enim tantum ad faciendam diligentem inquisitionem de veritate, & quando veritas non inuenitur, potest res tunc retineri.

An debitor in extrema necessitate teneatur restituere, si creditor sit etiam in extrema necessitate.

RESOLVTIO XXXII.

Hanc resolutionem coactus sum componere occasione cuiusdam Scoticæ, qui suis diebus sequens suum Magistrum Scorum *in 4. dist. 15. q. 2.* mordicus in casu occurrenti affirmatiuam sententiam tuebatur, quam ex Thomistis sustinet etiam Syluest. *ver. rest. 5. q. 2.* Richardus *in 2. 2. dist. 1. art. 5. q. 4. ad 5.* Gabriel *q. 2. a. 2. concl. 2.* & nouissimè Philippus Faber *in 4. dist. 15. q. 2. disp. 50. cap. 3. n. 27.* omnino videndus. Ratio est: nam ille non possidet iuste aliquam rem, cuius dominium semper fuit, & manet apud alterum; sed sic est quod dominium plenum rei alienæ in casu nostro semper fuit & manet apud dominum, à quo inuito res est ablata, neque per vllum instans illud ab se abdicauit, nec abdicat: ergo detinens, semper & pro quocumque instanti illam rem iniuste detinet: ergo semper & in quocumque instanti tenetur ad restitutionem, etiam in illo instanti vltimo, quo illam consumit pro vita sua conseruanda. Maior est euidens: quia eiusdem rei simul & semel non possunt esse duo domini totales & diuersi, neque enim Titius potest esse totalis & absolutus dominus eiusdem panis, & simul & semel Meuius, quia implicat contradictionem: Minor autem probatur: quia creditor antequam deueniat ad extremam necessitatem iam habebat iustum dominium super rem; illam detinens autem nullum, sed iniuste illam rem possidebat. In casu autem quo ambo deueniunt in extremam necessitatem, detinens iure naturæ non potest acquirere ius in illam rem: quia in eodem instanti iure naturæ creditor dominium filius rei retinet: creditor enim ponitur eodem iure naturæ, quo debitor in illo casu, & instanti: & sic quantum ad ius naturæ sunt æquales. At præter ius naturæ quo sunt æquales pro illo instanti, quo cadunt in extremam necessitatem, & quo sunt æquales, creditor habet prælationem ratione iuris gentium, & dominij prioris quod habebat, & per euentum extremæ necessitatis illud non amisit, sed acquirit ex iure naturæ, sicut acquireret detinens, nisi ipse creditor iam illud præhaberet: ergo nulla ratio suadet, quod creditor ab illo iure cadere debeat, & detinens debeat ius naturæ in illam rem acquirere: quia iam in iure naturæ sunt æquales, & deinde creditor superat debitorem ratione prioris dominij, & proinde non debet esse deterioris conditionis quam detinens, sed melioris, cum habeat plus iuris in ea re, & sic sequitur apertè, quod detentio illa in detinente sit iniusta, & consequenter teneatur ad restituendum domino, qui habet maius ius; verum P. Hurrad. *de char. disp. 5. diff. 1. 2. & de iust. disp. 9. diff. 2.* circa præsentem difficultatem aliter Philosophatur, & ait, quod quando debitor & creditor in eodem tempore occurrunt in extrema necessitate, si res debita sit sub dominio debitoris, non teneatur eam restituere, quamuis creditor prius incidit in extremam necessitatem: si verò è contra res debita sit sub dominio creditoris, quod teneatur eam credi-

tori restituere, quamvis debitor prius incidere in eam necessitatem, nisi quando debitor seclusa ea necessitate nondum debet restituere, ut quando habet rem locatam pro tempore in quo contingit, & perseverat ea necessitas: quia quando est sub dominio debitoris, durum sit ipsum in extrema necessitate constitutum se spoliare re sua, quamvis debita creditori existenti in simili necessitate, & non sit durum quando res debita est sub dominio ipsius creditoris, nisi quando nondum debet restitui creditori, ut in exemplo locationis adducto. Vide etiam Vasquez *Opusc. de Eleemosyna c. 1. dub. 9.*

Sed ego absolute assero, non teneri debitorem ad extremam necessitatem redactum in predicto casu, quo creditor simul extremè eger, eam rem domino restituere, siue prius, siue posterius incidere in eam necessitatem, siue res eadem numero iuste siue iniuste acquisita sit, & siue extet, siue non extet; Hanc videtur tenere D. Thom. 2. 2. *question. 62. art. 5. ad. 4.* eam expressè tenent Valentia *tom. 3. disp. 5. quest. 6. punct. 7.* Lessius *l. cap. 16. dub. 1. numero 12.* Malderus *tract. 4. cap. 7. dub. 1. §. dico primo, Sotus lib. 4. de Inst. q. 6. §. in hac difficultate, Toletus in sum. lib. 5. c. 24. n. 8. & lib. 8. c. 39. n. 3.* Sayrus *lib. 10. tract. 5. c. 6. n. 6.* & alij, qui generaliter loquuntur, siue res sit vsu consumptibilis siue non sit, siue ex contractu siue ex delicto factus quis fuerit debitor. Fundamentum est, quia in extrema necessitate cessat ius gentium, ex quo orta fuit diuisio rerum, & diuersitas dominiorum, & redduntur res pro eo statu necessitatis extremæ ad priorem statum communitatis, & naturalis, in quo omnia erant communia, & sunt primò occupantis, saltem quoad vsu, ut alibi diximus, fuerunt enim à principio res diuisæ sub ea conditione, ut pro statu extremæ egeciæ ad priorem statum redirent. Sed debitor præoccupauit ratione possessionis quam habet, & in æquali necessitate melior est conditio possidentis: ergo non tenetur pro nunc restituere, nec prior dominus censetur rationabiliter inuitus, quia sua voluntate non potest licite repugnare pacto illi redibilitatis, quo principio res, saltem quoad vsu atinet, diuisæ fuerunt, ut diximus: Et quamvis illa possessio ante tempus necessitatis fuerit iniusta, tamen ubi primum coniuncta est cum necessitate extrema, statim propter prædictum redibilitatis pactum fuit iusta. Vide etiam præter DD. citatos, Caiet. *in 2. 2. q. 62. art. 5. ad. 4.*

Quid verò dicendum erit si extrema necessitas non sit, & præferendum esse in hoc casu debitorem, eam tueri Ledelina *par. 4. q. 18. art. 5.* Azor. *tom. 2. lib. 12. c. 8. q. 6.* Tabiena *ver. restit. q. 4.* Toletus *in sum. lib. 5. c. 24. n. 8. in fine.* Quamvis *lib. 8. c. 27. n. 4.* hanc sententiam iudicet dumtaxat probabilem, & contrariam sequatur ut probabilior. Fundamentum illorum est, quia in eo casu omnia sunt communia *l. 1. §. cum in eadem ff. ad l. Rhodiam de iactis,* & tales consanguinei aut amici non possident, & in hoc sunt æquales creditori, sed creditor habet maius ius in rem illam, quia habet ius proprietatis & dominij, seu debiti ex iustitia: ergo præualer, & præferendus est consanguineis, amicis, & propinquis; & præferendū esse patrem, vel matrem, vel alios consanguineos, propinquos & amicos, hanc tenent Malderus *tr. 4. c. 7. dub. 1. §. dico primo,* Vasquez *Opusc. de Eleemosyna c. 1. dub. 9.* Lessius *l. 2. c. 16. dub. 1. n. 14.* Turrianus *2. 2. disp. 82. dub. 9. in fine,* Sayrus *lib. 10. tr. 5. cap. 6. nu. 9. & 10.* Salon. *2. 2. q. 62. art. 5. controu. 9.* Bañez *ibi. dub. 10. concl. 2.* Lorca *2. 2. disp. 38. sc. 3. n. 12.* & alij. Fundamentum est, quia supposito quòd in extrema indigentia omnia sunt communia, res illa quæ extat

apud debitorem æqualis & communis est omnibus egentibus consanguineisque debitoris & ipsi creditori, sed posita hac æqualitate, debitor tenetur ex pietate præferre consanguineos suos, & amicos: ergo &c. Minor probatur: quia debitor existens in propria necessitate potest se præferre creditori, ut probauimus, sed consanguinei in primo gradu, ad eum sunt coniuncti ipsi debitori, ut reputentur quasi eadem persona, & eadem necessitas, ergo præferendi sunt.

At his non obstantibus, ego puto præferendum esse, quia tales consanguineis ratione æqualis necessitatis poterant sibi vsurpare pro tunc rem illam existentem in manu debitoris, quando nondum erat in manu creditoris, ergo debitor licite, & iuste potest illis rem tradere, quia quando aliquis non habet cum quo subueniat alteri extremæ egeci, nisi rem alienam, potest cum illa subuenire, ut notat Vasquez *Opusc. de Eleemosyna c. 2. dub. 1.* Tandem quia debitum pietatis est maximè naturale, debitum autem iustitiæ supposita communitate rerum suspenditur pro tunc, ut supra diximus. Amicus verò probatus, censetur (ut communiter dici solet) alter ego, & ideò aliquando præferri potest ipsi consanguineis, ut notat Sayrus allegatus *n. 10.* & Suar. *de charitate disp. 9. sect. 4. nu. 14. & 25.* iuxta illud *Ecclesiastici 6. Amico fideli nihil est comparabile.* Imò Azor. & Vasq. *ubi supra* putant, quod in tali casu non solum possit debitor licite, sed etiam teneretur in ea circumstantia necessitatis extremæ succurrere potius Patri, consanguineis, & amicis, quam creditori: quia ius creditoris quamuis sit iustitiæ, pro tunc suspenditur (ut diximus) ac proinde tunc, & in ea circumstantia, supposita communitate, præceptum iustitiæ, & restitutionis non obligat, sed præceptum pietatis: & licet præceptum & debitum iustitiæ dicatur strictius quam debitum pietatis, id quidem est suppositis terminis habilibus, id est, quando data opportunitate obligat, non verò quòd simpliciter & absolute sit maius & fortius, quam debitum pietatis, hoc enim est absolutius & antiquius, & maximè intrinsecum, ac proinde dicitur naturale; debitum verò iustitiæ dicitur morale; nec ille res in eo casu extremæ necessitatis censetur alienæ, cum sint saltem quoad vsu, ut diximus, communes.

Aduertendum est etiam hic, asserere communiter DD. ob grauem necessitatem debitoris posse differri restitutionem, quandiu necessitas durat, Ita Petrus Nauarr. *l. 4. c. 4.* Lessius *c. 16. dub. 1.* & Bonacina *disp. 1. qu. vlt. punct. 1.* Sed hoc Gaspar Hurtadus *de Inst. disp. 9. diff. 2.* admittit quando res debita non est necessaria creditori ad vitam, nec ad statum, nec ad vitandum graue aliquod incommodum, quia tunc delatio non est contra voluntatem rationabilem creditoris, quia tunc creditor ex misericordia tenetur subuenire illi necessitati; non verò creditus verum, quando res debita est aliquomodo ex tribus dictis necessaria creditori, quia tunc dilatio est contra rationabilem voluntatem creditoris, quia tunc non tenetur ex misericordia subuenire illi necessitati, adhuc dilatione, quamvis res debita sit sub dominio debitoris.

An detur casus, in quo mulier teneatur reuelare spurium filium cum periculo vite, & fame?

RESOLVTIO XXXIII.

Respondeo, quod aliqui affirmant adulteram debere reuelare filium esse spurium, alij negant. Qui affirmant diuisi sunt. Aliqui enim dicunt adulteram hoc reuelare debere filio spurio, & inducere eum ad dimittendam hæreditatem vero hæredi, & hæc est opinio Richardi in *quodlib. 4. disp. 15. art. 5. q. 4. ad. 4.* Alij vero dixerunt adulteram debere reuelare hoc marito, ut assignet hæreditatem vero hæredi. Et hæc tribuitur Hostiensis in *summa, qua dicitur copiosa l. 5. tit. de pœnis, & remiss.* atque communiter Maior in *4. disp. 15. q. 17. Ad. q. 1. de ref. ad. 5.* dicunt cum discrimine vitæ, & famæ teneri ad reuelationem suæ culpæ. Alij dicunt quando hæreditas est ampla & copiosa, e.g. Marchionatus, Ducatus, Regnum, Comitatus, huiusmodi teneri ad reuelationem sui criminis, non obstante periculo vitæ & famæ, hanc tenent Soto in *l. 4. de Inst. & Iure q. 7. art. 4. ad secundum,* Couarruias *regula peccatorum p. 1. n. 6.*

Sed hæc opiniones mihi non placent, quia omnes conueniunt in hoc, quòd mulier huiusmodi adultera cum discrimine vitæ & famæ tenetur ad reuelationem sui delicti, licet deinde in modo reuelandi, & causa discrepent. Scotus ergo has opiniones in particulari impugnat ex fundamento generali; Et primò modum dicendi Henrici, qui dicebat reuelari debere hoc crimen filio spurio sic; aut filius crederet matri, aut non; si crederet non est probabile quòd propter hoc velit hæreditatem dimittere, quia pauci inueniuntur, qui ita perfecti sint, ut propter iustitiam seruandam foro conscientie dimittant magnas possessiones, quas in foro exteriori tenere possunt. Neque mater potest præsumere filium hoc facturum, nisi multum experta esset voluntatem filij. Cum ergo incertum sit ex hac reuelatione facta filio, sequaturam fore correctionem filij, & restitutionem habituram esse effectum, non debet se exponere periculo certo diffamationis apud suum filium. Si verò filius non crederet, tunc sequeretur duo mala. Primum diffamatio ipsius mulieris. Secundum quia ille filius teneret hæreditatem ut prius, & tamen haberet aliquam cognitionem quòd ad ipsum non pertinet, & quod est res aliena.

Contra secundum modum dicendi, scilicet quòd teneatur reuelare marito, arguitur: quia ex hac reuelatione sequeretur. Primò, quod mulier se diffamaret apud maritum; deinde ex hoc exponeret se periculo mortis propriæ; deinde exponeret maritum periculo vxorcidij: quia talis posset esse ad eum zelator sui honoris, quod illum occideret, ut multi faciunt, vel saltem illam perpetuo odio haberet, & à se, & ab actu coniugij expelleret. Præterea si maritus crederet vxori, non posset à spurio auferre hæreditatem, nisi in foro publico probaret filium esse spurium, & tunc mulier diffamaretur etiam coram tota patria. Ad ista autem omnia mala, quæ probabiliter euentura essent (ut in pluribus eueniunt) non debet se mulier exponere, propter incertum bonum hæredi itatis restituendæ.

Contra omnes autem in generali tenentes illam opinionem, siue hæreditas sit magna, siue exigua, siue mulier sit valde nobilis, siue non, facit ratio ista.

Anton. Diana Pars XI.

Quòd bona superioris ordinis plus valent, quam bona inferioris ordinis, ut supra, agendo de quantum restitutio est faciendæ, casu 4. ostendimus: Vita corporalis autem & fama sunt bona superioris ordinis, ut patet: ergo vita & fama non sunt commutanda pro quantumcunque magnis bonis fortunæ. Hæc est sententia communis, quam cum Soto tenent Gabriel in *4. disp. 15. q. 2. art. 2. concl. 2.* D. Antoninus *p. 2. tit. 2. c. 7. §. 4.* Caietanus in *summa verbo Adultera.* Angel. Sylu. *eodem verbo q. 1. Medina de ref. q. 3. concl. 2. causa 4.* Azor. *l. 5. c. 6. q. 2. & Canonistæ in c. offic. de pœn. & remiss.* Hæc assertio præter rationem efficacem adductam: confirmatur aperte *c. officij citato.* Nam ibi Papa decernit, quòd mulieri quæ supposuit partum marito non habenti filios, ne possessio alio deuolueretur, nolenti detegere hoc facinus marito, non debet denegari penitentia, & absolutio, sicut non debet denegari mulieri, quæ concepit ex adulterio, nec volenti detegere suum crimen, non est deneganda penitentia, & absolutio. Est ergo hæc sententia absque dubio vera.

His tamen non obstantibus. Ego puto posse dari casum, in quo mulier teneatur manifestare filium spurium marito cum periculo famæ & vitæ, & casus est, ut optimè obseruat Magister Marcus Serra in *2. 2. D. Thoma q. 62. art. 6. dub.* Quando bonum commune periclitaretur: ut si filius adulterinus esset noxius Regno, compellereturque subditos à fide apostatate, se ipsam mater detegere teneretur; sed hæc obligatio non esset iustitiæ commutariæ, sed legalis, vel charitatis, qua bonum commune præferre debet bono proprio. Ita ille, licet Hurtadus *de iuss. disp. 11. diff. 20.* existit in tali casu, non solum ratione charitatis, sed teneri ad id ex iustitia commutariæ.

An qui amisit alterius gemmam mille nummorum, putans esse tantum centum nummorum, teneatur restituere mille, an centum?

RESOLVT. XXXIV.

Teneri ad restituendum mille affirmat Eminentissimus Cardinalis Lugo; sed aduersus illum insurgit Ioannes Pontius in *curso Theologico disput. 52. quest. 2. conclus. 2. numero 6.* Vbi sic ait. Obiicies: Proiciens in mare gemmam proximi valentem mille nummis; quam tamen ipse putare valere tantum centum nummis, tenetur restituere mille nummos: ergo quamvis putaret ipsam valere duobus assibus, si valeret centum nummis teneretur restituere centum: sed non peccaret tamen, nisi venialiter: ergo damnificans cum culpa tantum veniali tenetur sub mortali ad restitutionem. Cardinalis de Lugo negat consequentiam, & dat disparitatem, quia in casu antecessentis intulit cum culpa mortali damnum graue, & eo ipso obligatur ad refarciendum totum damnum inde secutum, etiam si ignoretur: sic enim ei, qui est in mora restituendi, imputantur casus fortuiti sequentes, v.g. si non restituens librum alienum cum deberes, & postea comburatur, teneris ad valorem Domino restituendum: sed in casu, consequentis non infertur iniuria grauis; & consequenter non est obligatio restituendi consequentia damna non præuisa.

Hæc tamen doctrina difficilis est: nam in probatione primæ partis petitur principium: nec probatur sufficienter per illud exemplum de obligatione eius, qui est in mora restituendi librum ad satisfaciendum, si postea comburatur: Nam, vel est in mora culpabili

culpabili mortaliter, vel non est: si non est, non obligabitur in conscientia ad resarciendum damnum magis, quam proiciens gemmam, quam putat valere duobus assibus tantum, cum tamen valeat centum nummis, si est in tali mora tenebitur: quia cum culpa mortali fuit in causa, cur alius non haberet suum librum; & propterea tenetur restituere. Sed qui perdit gemmam mille nummorum, putans tantum esse centum nummorum, non est in causa culpabili, cur alius perdit gemmam mille nummorum, sed tantum centum: ergo non tenetur restituere nisi centum quantum ad obligationem conscientiae, seclusis legibus particularibus, quibus posset ordinari, vt restitueret mille, quae propterea deberet solvere cum à Iudice condemnaretur. Itaque porius negandum est antecedens obiectionis, Ita ille.

Sed si aliquis hic incidenter quaerat, An omitens data opera diligentiam adhibere, quam alias non teneretur, vt damnum proximi inferatur, teneatur ad restitutionem; Nagariùs respondet Pontius vbi supra ex Nauarro, & Turriano contra Cardinalem Lugo: Nec obstat cum ipso Lugo asserere, quod si quis tenet eo fine, sequatur pollutio nocturna, peccabit contra temperantiam; quamuis non peccaret contra illam cœnando, cum posset alias licite ad bonos fines, quamuis praeuideret pollutionem secuturam: ergo quamuis ex iustitia non teneatur quis adhibere maiorem diligentiam, quam adhibet ad cavendum damnum proximi, obligabitur tamen vt non eo fine faciat aliquid, vt sequatur datum illud.

Respondeo, quamuis torum concedatur, nihil haberi ad propositum; quia quamuis iniuste faceret & contra iustitiam; qui vellet interficere proximum, aut furari ab ipso, tamen nisi interficeret, aut furaretur, non teneretur ad restitutionem: ergo quamuis aliquis obligetur ex iustitia, vt non eo fine faciat aliquid vt sequatur damnum proximi, non sequitur quod teneatur ad restitutionem. Et si dicas, quod non ex illo animo praecise teneatur, sed ex eo, quod sequatur ex tali animo malum proximo.

Contra quia quamuis sequatur; quia tamen non sequitur, nisi mediante causa, quae secundum se licite applicari posset, negatur obligationem restitutionis inde concludi.

Hinc sequitur consequenter, occisorem ob cuius delictum alius, cui imponitur per errorem, punitur, non teneri ad restitutionem, etiamsi intendit, vt alter propterea puniretur: quia etiamsi intendere iniustam castigationem proximi sit peccatum graue; quia tamen castigatio ipsius non processit ex illa intentione, nisi mediante illo delicto, ex quo alias non sequeretur illa obligatio, non tenebitur ad restitutionem. Sed si modus quo committeret delictum esset talis, vt per se esset causa, vt alius puniretur, & eo fine illum adhiberet, vt verbi gratia, si interficeret illum alterius gladio, & data opera relinqueret gladium, vt cognosceretur esse alterius, & propterea alter conuinceretur delicti, tum teneatur ex iustitia resarcire damnum alterius.

An captus à latronibus, si cogatur irare se non denuntiatum illos Iudici, teneatur ad observationem talis Iuramenti?

RESOLVT. XXXV.

Respondent aliqui cum distinctione, si alias posset non denuntiare, iuramentum obseruandum, si teneretur, non esse: quia in primo casu posset sine peccato obseruare iuramentum, in secundo non posset, iuramentum autem de re illicita, non valeret, sed Iannes Pontius in *curso Theologico disp. 53. q. 3. conclus. 2. num. 13.* existimat secundum casum supponere aliquid, quod non est verum, nimirum quod posset teneri, saltem regulariter loquendo; quia non teneretur quis Iudice interrogante, denuntiare, quando ex denuntiatione immineret periculum mortis: sed si non obstante iuramento teneretur denuntiare, homines capti à latronibus semper essent in periculo mortis: quia latrones, nisi scirent sibi caueti per iuramentum verisimiliter aut semper, aut communius interficerent captos, ne denuntiarentur, quod cederet magis in praedictum Reipubl. quam si quis iuratus non denuntiare, adhuc denuntiaret. Itaque putat Pontius esse obligatum qui sic iuraret semper, ad non denuntiandum, nisi casus extraordinarius esset, in quo denuntiatio aliquotum particularium, ex conditione particulati eorum cederet in magnum bonum Reipubl. praeponebam malo, quod ex morte, quam inferrent tor, quot ad ipsos caperentur, ingrueret. Ita Pontius; Sed cogita an ex eius doctrina tribuatur delinquentibus occasio liberius peccandi, scientibus non esse accusandos vel denuntiandos in damnum publici boni. Itaque assero cum Valboa Magrouejo in *Lectionib. Salmanticensib. t. 2. cap. 1. de iurando. 82.* Si casus occurreret obligans sub praepcepto promittentem ad denuntiandum, verbi gratia, Si latro adeo nefarius esset vt eius denuntiatio Reipubl. expediret, tunc non obligaret iuramentum, quasi contra bonum publicum praestitum: sic etiam neque obligat si à Iudice interrogatus sit, & in hoc sensu puto intelligendum esse D. Thom. 2. 2. *quest. 89. art. 7. ad tertium.* Syluestrum *verbo iuramentum 4. q. 1. 2. & relati à Barboza in leg. alia 15. §. eleganter num. 23. ff. soluto matrim.* Si vero casus sit, in quo non teneretur denuntiare, & iurauit se non denuntiatum, quantum in se est & sponte, iuramentum obligat, dum iuridice interrogatus non fuerit, nam tale iuramentum homini praestitum est, & quod absque peccato impleri potest, vt in specie resoluit Soto de *Iustitia & Iure libr. 8. quest. 1. art. 7. ad 3.* Manuel Rodriguez 1. *tomo summae cap. 192. n. 2.*

Quod si iuramentum interponatur de non petenda huius iuramenti relaxatione, receptum est non esse validum, eo quod sit contra bonos mores, vt testatur Couarruias in *dicto c. quamuis pactum secunda parte §. 3. n. 2. Azor. l. 1. institutionum moralium capit. 7. quest. 6.* Cauendum tamen est ne istorum iuramentorum relaxatio in religionis catholicae damnum cedat, vt verbi gratia: si captiuus iurasset infidelibus apud quos iniuste detinebatur, se in suae libertatis pretium daturum eis mille aureos, tale iuramentum non esset relaxandum propter scandalum, & ne nomen Dei apud alios blasphemetur, vt resoluit Cœtætanus 2. 2. *quest. 88. art. 7. dub. 1.*

7. *dub. 1. & ibidem Aragon. concl. ultima. Soto d. lib. 8. quest. 1. art. 7. ad 3.* Qui docet idem esse dicendum si captiuus iurasset se illuc esse rediturum, nam proculdubio teneretur redire etiam cum mortis periculo propter eandem rationem. Idem Valentia 2. 2. *disp. 6. q. 7. puncto 4.*

Nota hic verò cum Lessio *lib. 2. c. 42. dub. 4. n. 19. & Castro Palao tom. 3. tract. 14. disp. 2. punct. 7. §. 5. n. 3.* Si Iuramentum de non accusando, vel denuntiando criminaliter, esset metu extortum, probabile esse non valere.

Quinam Praelatus potest relaxare iuramentum, quando contrahentes sunt diuersae Diocesis?

RESOLVT. XXXVI.

Pater Molina de *Instit. tom. 1. disputat. 111. & disput. 149.* & alij existimant talem relaxationem pertinere ad Praelatum eius, cui iuramentum est, & reddit rationem Molina: Nam Iudex relaxat iuramentum condonando illius obligationem loci sui subditi: ergo debet necessario habere iurisdictionem in eum, cui iuramentum praestitum est, Panormitanus verò in *c. si quis contra Clericum n. 3. de foro competentis*, quem sequuntur Socinus Arctinus, & Capycius relati à Mendosio in *additionibus ad Lapum alleg. 10. num. 5.* neuosè probat hanc relaxationem à Praelato iurantis fieri debere, ea ratione, nam is, cui relaxatur hoc iuramentum subditum suo Praelato.

Hanc verò quaestionem rectè sub distinctione explicat Felinus in *c. final. n. 24. de foro competentis*: nam aut ad relaxationem partis citatio non desideratur, & tunc vera est posterior opinio Panormitani, & aliorum: Si vero citatio desideretur, tunc aut extraneus est in loco iurantis; & tunc Episcopus iurantis poterit relaxare; si verò absens sit, necesse est recurrere ad Episcopum eius cui iuratum est, quia subditus citari nequit extra territorium, *l. extra territorium, ff. de Iurisdictione omnium Iudicum*, atque idèd quoties relaxatio pro solo foro conscientiae petitur, semper fieri debet ab Episcopo iurantis, eo enim casu nulla desideratur citatio, & idem eadem ratione dicendum est, quando solum petitur ad effectum agendi. Et hæc omnia docet Valboa in *lectionibus Salmantic. tom. 2. cap. 1. de iurando, num. 84.* cui adde ex Theologis Castrum Palaum *tom. 3. tr. 14. disp. 3. punct. 6. n. 2.* Et idèd cum ipso assero primò: Si Relaxatio petatur pro foro extraneo, Iudex Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus, poterit relaxationem concedere. Quia ratione contractus fortuitur contrahentes eo in loco forum, *cap. fin. de foro competentis*, & Iudex contractus est Iudex districtus.

Assero secundò: Solum Praelatus iurantis poterit concedere relaxationem iuramenti pro conscientiae foro, vel ad effectum agendi. Quia hæc relaxatio est dispensatio nomine ipsius Dei. Debet ergo dispensans superior esse eius, quo cum dispensat, & eius obligationem remittit: cum in illum iurisdictionem exerceat.

At si relaxatio non pro conscientiae foro tantum, nec ad effectum agendi; Sed absolutè concedatur ad rescindendum contractum, & eximendum iuramentum ab omnimoda obligatione; solum Iudex, qui reum citare potest, poterit relaxare. Quia ad hanc relaxationem citatio partis necessaria est, vt diximus: Vnde Episcopus iurantis iuramentum *Amon. Diana Pars XI.*

relaxare poterit omnino; si pars, cui facienda est citatio, sit eius subditus, aut sit in eius territorio; si verò si absens sit. Quia extra territorium nequit fieri citatio, nisi de consensu Superioris illius loci.

Sed an Iudex secularis cognoscere possit de nullitate relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico Iudice concessæ? Felinus *cap. 1. de iurando numero 22. & capite 2. numero 3. de sponsalibus*; Paz in *sua pract. 2. part. pralud. 2. numero 38. Sanchez lib. 3. Sum. capite 22. numero 4.* Affirmant id fieri posse, si relaxatio ab Ecclesiastico iudice concessa, sit euidenter nulla vel iniqua. Sed hoc cantè intelligendum est. Si enim nullitas, vel iniquitas relaxationis non appareat, sed probatione, & examinatione indiget, admittendum non videtur, posse secularem de tali relaxatione cognoscere, ne Iudex secularis superior fiat Ecclesiasticae potestati. Ita Palaus *vbi supra numero 9.*

An Exterus si veniat in Regnis vbi viget Bulla Cruciatæ animo solum illam sumendi, & statim redeundi, possit pro illo anno vti illius Privilegiis?

RESOLVTIO XXXVII.

VT si e. gr. è Regio Calabriae Messanam profisciscatur, Et negatiuè Responder Magister Gallego de Vera in *Bullam Cruciatæ cap. 1. Claus. 1. dub. 4.* vbi sic ait; Preguntase se vale la Bula à los estrangeros? Respondo que si, como habiten en nuestros Reynos, y sean moradores dellos. Porque la Bula es concedida à los vezinos, y moradores estantes y habitantes en los Reynos, y Señorios en esta clausula contenidos, y nombrados, pues dize desta manera y à los que à ellos vinieren, y en ellos se hallaren. Ita ille; cui adde Trullench. in *Bulla Cruciatæ l. 1. §. 1. dub. 5. n. 2.* & Ludouicum à Cruz *disp. 1. c. 1. dub. 3.*

Sed oppositam sententiam iudicat veram, & in praxi securam Pater Andreas Mendo in *Bullam Cruciatæ disp. 2. capite 3. numero 14.* Nam qui accipiendæ Bullæ causa ad locum Hispaniæ accedit, verè ad Hispaniam ditionem declinat: Bulla conceditur etiam ad eam declinantibus, vt verba ipsius iam relata demonstrant, nec additur, declinari debere alicuius negotij causa, ergo ibi Bulla conceditur, ne nos distinguamus, vbi ipsa non distinguit, alioquin non esset cur posset Bulla vti, qui solum obiter, vel fortè in Hispania esset. Nec ille quid agit in Bullæ fraudem iure enim suo vtitur, quo vti, non est facere malo dolo, *l. nullus videtur § 5. ff. de regulis Iuris. l. cum creditor § 5. ff. de Furtis. l. 3. §. is autem ff. de liber. homin. exhib.* cum pluribus aliis ibidem in Glossa citatis. Ille igitur dolo malo non facit, cum in accessu ad Hispaniam, qui ei non est prohibitus sed liber, nulla illicita fraus, nullus dolus malus reperitur.

Confirmatur exemplis. Validum est in Gallia matrimonium clandestinum, possuntque vir, & femina illuc commere, vt clandestinè validè nubant, quia nempe nulla lege prohibentur, iurèque suo vtuntur, vt tenet cum aliis Basl. Legionens. *l. 5. de matrimonia capite 9. numero 4.* Potest præterea quis, vt obligationem effugiat præcepti, transire ad alium locum propinquum, vt ibi non ieiunet, si ieiunetur in suo, quia in hoc non datur propriè & formaliter fraus, quæ tunc reperitur duntaxat, vbi adeest obligatio legis, qua quis per fraudem conatur

tur euadere; in loco autem eo propinquo non datur obligatio, quare non est dolus, sed obligationis fuga, quæ ex se mala non est, atque adeo eam sequendo iure suo utitur; sic docet Pater Fagundes *Præcep. 1. leg. 1. cap. 7. num. 7.* Imò Diana *tom. 1. tract. 9. resol. 40.* cum Medina & Ledesma asserit deobligatum esse à ieiunio, qui etiam recreationis causa, labore graui est fatigatus nec teneri ad laborem v.g. ludum pilæ relinquendum, ne ita defatigetur, cum suo iure utatur in ludendo. Demum, vt aha omittam, Salmanticæ, & Compluti, vbi nemo intra ipsa Oppida natus potest nobilem ferè omnium Collegiorum togam nancisci, licitum est feminis ab eis locis exire, vt proles in lucem edant sicque deinceps, aut Presbyteri sint, non excipi in præfenti, sed posse gaudere hoc Bullæ priuilegio.

Primò; quia in odiosis non comprehenduntur Cardinales, nisi exprimantur, hic autem non exprimuntur.

Secundò, quia ipsa non expressio indicat non comprehendere; alioquin non debuissent taceri, cum exprimantur alij Prælati in dignitate inferiores.

Tertiò, quia in Bulla lactiniorum pro Ecclesiasticis, cum simile priuilegium vescendi ouis concedatur Archiepiscopis, &c. quibus in præfenti negatur; non asseritur concedi Cardinalibus, quod signum est in præfenti illis non negari; alias cum ea Bulla concedatur alijs Prælati, non est cur deberet negari Cardinalibus illud priuilegium. Ita Mendo qui *disp. 3. 1. num. 5.* idem confirmat, sic enim ait: Cardinales S.R.E. iuxta dicta à nobis *disp. 18. m. 7.* non indigent hac Bulla, vt vescantur ouis, & lactinias in Regnis, quibus Bulla concessa est, cum ad hoc eis sufficiat Bulla communis, in qua asseruimus non excipi eos à priuilegio edendi ouis, & lactinias, etiam si Regulares, & Præbyteri sint, videantur sibi dicta. Hæc ille.

RESOLVT. XXXVIII.

Negatiuè Respondet Pater Bardi in *Bulla Cruciatæ par. 2. tract. 3. sect. 2. q. 3. n. 21.* vbi sic ait; Dicendum est Cardinales, si vt sic spectentur, gaudere, posse hoc indulto quoad cibos veritros, vt inquit Rodriguez in *addit. ad §. 6. nu. 9.* Ludouicus à Cruce, & Trullench. vt supra: Et ratio est, quia de illis nulla fit mentio in exceptione: dixi, vt sic, quoniam alio titulo possunt esse exclusi; Nam si essent Sacerdotes, Episcopi, Prælati, Regulares, &c. tunc non possent sui priuilegio quoad hunc effectum. Ita ille; qui citat Trullench, & Ludouicum à Cruz, quibus addo Ego Gallegum in *Bulla Cruciatæ, dub. 54.* & Doctissimum, atque amicissimum Patrem Antonium Escobar, & Mendoza in *Theolog. moral. lib. 7. sect. 1. cap. 27. num. 445.* Vbi sic ait, Cardinales, qui à priuilegio edendi lactinias excluduntur (vt vidimus) gaudent hoc indulto, si sint Patriarchæ, Archiepiscopi, seu Episcopi. Quia

illis personis secularibus hoc indultum conceditur quibus erat in Bulla magna prohibitum, atqui solis Cardinalibus, Sacerdotibus, Regularibus, aut aliquam habentibus prælaturam erant prohibita lactinias: Ergo, &c. At si Cardinales sint Presbyteri Regulares; non autem sint aliqua ex præfatis dignitate decorati, non gaudent indulto. Quia hoc non conceditur Presbyteris Regularibus, sed secularibus, nisi Presbyter Regularis sit Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, Episcopus, vel alius inferior Prælati, & Abbas. Hæc Mendoza.

Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet Andreas Mendo in *Bullam Cruciatæ disp. 18. capite 2. numero 7.* vbi sic asserit; Censet Cardinales, etiam si Regulares, aut Presbyteri sint, non excipi in præfenti, sed posse gaudere hoc Bullæ priuilegio.

Secundò, quia in odiosis non comprehenduntur Cardinales, nisi exprimantur, hic autem non exprimuntur.

Secundò, quia ipsa non expressio indicat non comprehendere; alioquin non debuissent taceri, cum exprimantur alij Prælati in dignitate inferiores.

Tertiò, quia in Bulla lactiniorum pro Ecclesiasticis, cum simile priuilegium vescendi ouis concedatur Archiepiscopis, &c. quibus in præfenti negatur; non asseritur concedi Cardinalibus, quod signum est in præfenti illis non negari; alias cum ea Bulla concedatur alijs Prælati, non est cur deberet negari Cardinalibus illud priuilegium. Ita Mendo qui *disp. 3. 1. num. 5.* idem confirmat, sic enim ait: Cardinales S.R.E. iuxta dicta à nobis *disp. 18. m. 7.* non indigent hac Bulla, vt vescantur ouis, & lactinias in Regnis, quibus Bulla concessa est, cum ad hoc eis sufficiat Bulla communis, in qua asseruimus non excipi eos à priuilegio edendi ouis, & lactinias, etiam si Regulares, & Præbyteri sint, videantur sibi dicta. Hæc ille.

Vnde licet prima opinio sit communis, secundam Patris Mendo existimo probabilem esse. Vnde sequitur ex his, quod Eminentiſſimi Domini mei Cardinalis Pimentel, Macullani, & Lugo, si essent in Regnis, vbi viget Bulla Cruciatæ, sumendo Bullam communem possent vesci ouis, & lactinias.

An habens Bullam Cruciatæ si confiteatur nullam faciens mentionem reſeruatorum adhuc desinat reſeruatio?

RESOLVTIO XXXIX.

Casus est practicabilis: nam confiteatur quis durante Bulla sua peccata, & obliuiscitur reſeruatorum; expirat Bulla: an postea virtute illius iam transactæ possit à reſeruatis absolui, ita vt reſeruatio fuerit ablata per illam, examinamus. Posse, tradidi in superioribus *disp. 23. à n. 25.* Vbi plures casus concernentes tractaui. Et huius sententiæ sunt Megalium 1. *part. Sum. lib. 1. c. 14.* Molfesius, Nuſius, Reginaldus, & Ludouicus à Cruce. Quod non solum intelligunt quando pœnitens poscit à Confessario, vt ipsum absoluat à reſeruatis, si forte ea commisit, sed quando nullam facit mentionem reſeruatorum; nam quando id poscit, clarius & communior est asserio, & eam sectatur cum Patre Suario, & Bonacina, P. Franciscus Bardi in *Bull. par. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 12. num. 106.*

Cæterum, quando pœnitens nullam facit mentionem

reſeruatorum sequitur opinionem oppositam ipse Pater Bardi *ibidem num. 103.* Mouetur: quia absolutio eam efficaciam habet quam recipit ab intentione Confessarij; sed huius intentio neque explicitè, neque simpliciter tendit ad reſeruata, quippè nulla præcessit neque confusa noticia de reſeruatis, sed solum de non reſeruatis, & intentio *absoluenſi* mensuratur à præcedenti noticia; ergo reſeruatio non tollitur à peccatis obliuſis, & ignoratis.

Et nominatim contra me negatiuam sententiam docet Pater Bardi in *Bulla Cruciatæ part. 2. tract. 6. capite 1. section. 12.* quia absolutio cum eam efficaciam habeat, quam recipit ab intentione Confessarij absoluentis, nequit operari vltra intentionem à qua procedit; proinde si intentio Sacerdotis, neque explicitè, neque implicitè se extendat ad peccata reſeruata, reſeruatio nequaquam desinere potest.

Sed dices, dum Confessarius absolutionem confert virtute Bullæ, impossibile est vt saltem implicitè intentionem non habeat absoluenſi quantum potest, atque adeo intentionem tollendi reſeruationem; si forte pœnitens innodatus peccatis reſeruatis inueniatur.

Respondet, id non esse impossibile: quia si pœnitens in confessione nullum proponit casum reſeruatum, neque petit à Confessario absolutionem generalem à reſeruatis ad cautelam, si forte in aliquod peccatum reſeruatum sit lapsus, de quo notitiam non habeat, nullum in Confessarij, & pœnitentereperitur actus, in quo saltem implicitè inuoluatur illa virtualis, & interpretatiua intentio, de qua supra egimus, & quæ ad minus esset necessaria ad tollendam reſeruationem ab obliuſis, & ignoratis: quia voluntas absoluenſi, vt sic, non includit voluntatem absoluenſi à reſeruatis; & patet: quia si nulla neque particularis, neque generalis, & confusa præcessit cognitio reſeruatorum, sed solum notitia de illis peccatis non reſeruatis, quæ hic, & nunc pœnitens in confessione manifestat, voluntas, seu intentio absoluenſi, quæ sequitur ex tali notitia, & ab illa mensuratur, nequit esse voluntas, & intentio absoluenſi à reſeruatis, atque adeo absolutio ista perinde se habet, ac illa quæ impenderetur à Confessario non habente iurisdictionem circa peccata reſeruata.

Sed his non obstantibus non recedo à sententia quam docui, & quam me citato docet nominatim contra Patrem Bardi Andreas Mendo in *Bulla Cruciatæ in Appendice capite 27. numero 147.* Quia nullus est Confessarius, qui non intendat absolue quantum potest; sed ille potest à reſeruatis; ergo ab eis vt potest, absoluit, & tollit reſeruationem. Patet hoc; Nam inquirò à Patre Bardi; Ille pœnitens inculpabiliter obliuſis reſeruatorum, verum dolorem generalem habens, manetne absolutus? Datur illi gratia iustificans? Non negabit: alias, quotidie plures peccati alicuius obliuſi fructum Sacramenti pœnitentiæ non reciperent: ergo Confessarius intendit absolue quantum potest, seu confert medio Sacramento gratiam, quæ omnia peccata delect. Supponimus enim, non velle illum ex malitia non absolue ab aliquo peccato, id namque etiam posset malitiosè intendere respectu peccatorum, quæ explicitè pœnitens confiteatur. Atamen hac malitiosa intentione seclusa, non mensuratur eius intentio notitiæ, quam tunc recipit, sic enim fieret, vt dum pœnitentes frequentissimè peccatorum obliuſcantur, Confessarius so-

lum attendens ad audita peccata, non se extendere quantum posset, ad alia peccata non audita, cum eorum, nec confusam notitiam habeat: Hæc enim non generatur ex auditione vnus, respectu alterius.

Hinc dum Confessarius excipit confessionem habentis Bullam, & eum absoluit intendit sanè tollere reſeruationem à peccatis, si forte pœnitens peccata reſeruata habeat, eorumque obliuſcantur. Nec est necesse Confessarium id expressè intendere: nam in illa intentione generali absoluenſi, quantum potest continetur. Roboratur hoc ex valde vſitata forma absoluenſi, in qua apponitur. *In quantum possum, & tu indiges, & licet hæc verba non exprimentur semper, datur intentio per illa significata.*

Non nego tamen, opinionem amicissimi Patris Bardi esse probabilem, sicut ipse fatetur nostram non carere sua probabilitate, quam præter Mendo rueret etiam nouissimè me citato Gallego de vera in *Bulla Cruciatæ c. 9. claus. 9. dub.*

An Abbates benedicti possint conferre Diaconatum, & Subdiaconatum suis subditis?

RESOLVTIO XL.

Ad hoc dubium sic respondet Brunus *part. 2. tract. 7. capite 3. propos. 5.* Videtur satis probabile, quod Abbates benedicti, qui participant in omnibus priuilegijs cum Abbate Cisterciensi, & quatuor Abbatibus principalibus eiusdem Ordinis, possint conferre Subdiaconatum, & Diaconatum Ordinibus iis, quibus possunt Tonfuram, & Minores conferre.

Quod Abbas Cisterciensis, & quatuor primi Abbates illius Ordinis sint hoc priuilegio decorati, ostendit vſus, & concessio Innocentij VII. Bulla, quæ incipit, *Expſcit tua deuotionis*, in qua hæc verba ad dictos Abbates directa habentur; At ne Monachi dicti Ordinis pro suscipiendis Diaconatus & Subdiaconatus Ordinibus, extra Claustrum hinc inde discurrere cogantur, tibi, & successoribus tuis, vt quibuscunque dicti Ordinis Monachis, alijs verò quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum successoribus, vt suorum Monasteriorum prædictorum Religiosis, quos ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines huiusmodi, alias ritè conferre liberè, & licitè possitis, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus, quibus constat hanc facultatem expressè illis impartiti.

Obiicies, Tridentinum *sess. 23. cap. 10.* dictis Abbatibus solum dat facultatem conferendi Tonfuram, & quatuor Minores, & *cap. 12.* vult vt Episcopus examinet Regulares præfatos ad sacros Ordines suscipiendos, ad probandum si digni sunt, cum clausula reuocatoria priuilegiorum Regularium, Respondetur, quod in locis, in quibus Tridentinum non est receptum nulla est super hoc difficultas, vt de Gallia affirmat Tamburinus *tom. 2. de iure Abbat. disp. 2. quest. 5.* vbi approbat vſum illius priuilegij in dictis Abbatibus ex eo, quod illorum Abbatia in Gallia sunt sitæ, licet existimet hoc priuilegium per Tridentinum esse reuocatum, Vbi verò Tridentinum viget, dubium oritur si clausula illius Concilij reuocet hoc priuilegium: Probauimus autem in primo tractatu, hanc

clausulam non sufficere, quod etiam in hac speciali materia censet Navarr. *Consil.* 13. *de privileg.* cum asserit, illam clausulam non esse ita expressam, quin illius coniecturæ dissolui possint. Ac proinde cum sit dubium de reuocatione illius privilegij, stat privilegium in suo robore, vralibi diximus, & probauimus dicto tractatu. Denique post Tridentinum illud privilegium fuit confirmatum, vt inferius dicitur, quod videtur omne dubium prorsus tollere; ac propterea asserendum posse dictos Abbates illo vti, non solum erga Regulares, & sæculares subditos; sed etiam erga non subditos, sicut de Minoribus Ordinibus superius ostendimus; cum sit in vtriusque par ratio.

Quibus sic stantibus insuper probatur propositio; quoniam, vt alibi probauimus, privilegia communicantium cum illo Ordine confirmata sunt, ergo sunt in suo firmo robore; ergo Abbates communicantes possunt illa facultate vti; Ac sic tenet Ioannes de la Cruz *de Statu Relig.* capite 8. *dub.* 1. *conclus.* 1. *sub finem*; & alij, qui (vt videbimus infra) sustinent in reliquis prædictæ Bullæ, *Exposit.* participare; cur enim potius in vno, quam in alio participent? Non potest assignari ratio sufficiens. Imò cum sit eadem ratio in his, ac in illis, debent in omnibus privilegijs participare, & non ab huius communicatione excludi. Ne dicas hoc privilegium concessum fuisse ob specialem notam Abbatum, aut Abbatiarum huiusmodi, quæ non tenentur in cæteris; nam responderetur illam notam in eisdem reperiri, vt videtur in motiuo, quo Innocentius ad illud concedendum impulsus fuit, quod constat partim ex verbis privilegij superius insertis, partim ex illis, quæ in principio Bullæ, in qua emanauit continentur, quæ talia sunt, *Exposit. tue deuotionis sinceritas, & Religionis promeretur honestas, vt tam te, &c.* Et quamuis hæc nota in illis non inueniretur, valeret pro eisdem Abbatibus; cum æquè principaliter in hoc privilegio, sicut in alijs communicent. Verùm cum vsus illius facultatis non vigeat in proximè dictis Abbatibus non audeo hoc privilegium illis absolute concedere; licet non habeam pro contraria sententia rationem, qua ei assentiri cogar; quo circa meum iudicium doctorum iudicio submitto. Hæc omnia Brunus.

Sed Pater Brunus multum faceret si sustineret privilegia Cisterciensibus concessa, nam vt obseruat Caltrus Palau *tom.* 4. *tract.* 27. *punct.* 14. *numero* 10. quidquid sit de potestate an Cisterciensibus concessa sit, illud est cerum, ea modo vti non posse, vt bene notarunt Navarr. *lib.* 3. *consil.* 14. *de Regular.* edit. 2. *Vasquez disputat.* 243. *capite* 4. *numero* 24. *Layman tractat.* 9. *capite* 7. *numero* 4. Censetur namque vsu, & consuetudine abrogata; idque indicauit Tridentinum nullam illius potestatis mentionem faciens, & solum permittens prædictis Abbatibus, alias potestatem habentibus, consuram, & ordines Minores conferre, non omnibus, sed solum Regularibus sibi subditis.

Verum licet daremus privilegia Cisterciensibus adhuc durare, vt aliqui asserunt, negandum est alijs Abbatibus communicari.

* *
*

An copula coniuialis inita propter delectationem inducat peccatum veniale?

RESOLVTIO XLI.

Casus potest frequenter accidere, & ad illum respondeo quod talis copula potest dupliciter considerari, & secundum se, & ratione circumstantiarum; Idèd quæro an considerata ex sui natura inducat peccatum veniale? Et affirmatiuè respondet Nicolaus Ysambert Professor Regius Sacræ Theologiæ in inlyta Academia Parisiensi *tom.* 3. *in 3. part.* *D. Thom. de Sacram. matrim. disp.* 1. *artic.* 6. *numero* 7. vbi sic ait. Ad auctoritatem Sancti Augustini explicantis prædictam particulam, prout significat condonationem alicuius culpæ: Responderetur cum istis locis agere de actu coniugali, vt tantum exercetur ex solo motiuo voluptatis, & ad id accommodatè prædictum locum Apostolus; nam talem actum esse peccatum veniale docet S. Augustinus expressè *lib. de bono coniugali cap.* 6. & Sanctus Gregorius *respons.* 10. *ad interrogaciones Sancti Augustini, & refertur* 3. *causa quest.* 4. *capit.* *Vir cum propria coniuge dormiens.* Ratio est, Vbi in exercendo actu ex se bono, & licito, ordo ei debitus subuertitur, & solum, vel saltem primò, intenditur quod ei est annexum, non autem bonum eius, & finis, tunc est aliquod peccatum, solum veniale, vt patet facile intelligi facta inductione: at qui dum actus coniugalis exercetur ob solum delectationem, vel principaliter, tunc debitus ordo inuertitur, quia ille primò debet exerceri ob aliquem ex suis finibus, cuiusmodi non est voluptas, cum sit bonum tantum delectabile, & non honestum, quod tamen solum est finis actionis humanæ; & voluptas, seu delectatio est tantum aliquid annexum actui coniugali, non autem finis eius; igitur actus coniugalis ex tali intentione exercitur, est aliquod peccatum, scilicet veniale. Vnde quia Sanctus Augustinus huic doctrinæ accommodat citatum textum Sancti Pauli, idèd hanc eius particulam, secundum indulgentiam, vel secundum veniam, explicat prout importat condonationem, & remissionem culpæ venialis.

Quod autem ibi Sanctus Augustinus loquatur de actu coniugali ex sola voluptate exercito, patet ex eo, quod citato *cap.* 10. *lib. de bono coniugali*, dicat talem actum concedi tantum libidini, & citato *cap.* 8. *de peccato originali*, dicat tunc esse peccatum veniale iuxta Apostolum 1. ad Corinthios 7. *quando coniuges lasciuendi voluptate ex futuanda libidine infernum, &c.* 78. *Enchiridij*, dicit actum illum fieri carnalis voluptatis causa; quæ omnes loquendi formulæ satis indicant eum loqui tantum de actu coniugali, vt ex sola intentione voluptatis accipiendæ exercitio, & ad id citatum locum Sancti Pauli accommodare.

Neque (vt id obiter soluamus) hinc sequitur alterum coniugem qui reddit debitum postulantem illud ex sola voluptate, similiter peccare, quia sic tantum cooperatur actui ex sua natura licito coniugatis, & ad quem alteri reddendum tenetur non autem cooperatur malæ intentioni alterius, sed supposita petitione debiti cooperatur copula, quæ non tantum est licita, sed etiam postulanti debita, & ordinatio illa ad solum voluptatem est tantum

tantum ab vno coniuge & non ab altero; idèdque solus ille peccat venialiter. Hucusque Ysambert, cui adde præter Sanchez, & Bonacinam à me vbi infra citatos, Hermannum Busenbaum *in Medulla Theologia moralis lib.* 6. *tract.* 6. *capite* 2. *dubitat.* 2. *§.* 1. *numero* 4. *Montesum in part.* 2. *D. Thomæ tom.* 1. *disputat.* 2. *§.* 3. *numero* 3. *Coninch. de Sacram. disputat.* 34. *numer.* 12. *Ochagauiam de Sacramento matrim. tractat.* 1. *question.* 2. *numero* 5. *Moure in Exam. Theolog. moral. par.* 3. *cap.* 20. *§.* 1. *num.* 6. *Fagundez in Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *n.* 3. & alios penes ipsos.

Hæc sententia est satis probabilis, sed probabilem etiam existimo negatiuam, quam breuiter olim docui *in 3. part. tractat.* 4. *resolut.* 116. & præter Basilium Pontium, Sancium, & alios, quos ibi adduxi, nunc iterum illam doceo contra quosdam incisos calumniatores cum Ioanne Pontio *in Cursu Theologia, disputat.* 49. *questione* 2. *conclus.* 3. *numero* 10. vbi sic asserit; Sed non video prorsus; cur coniuges non possint coire ob voluptatem solum, quando inde non sequeretur præiudicium generationis, aut alicuius alterius obligationis.

Dices cum Ysamberto, quando in exercendo actu ex se bono, & licito, ordo ei debitus subuertitur, & solum, vel saltem primò intenditur, quod est ei annexum; non autem bonum eius, & finis, tunc committitur peccatum aliquod, saltem veniale: atque id fit, quando actus coniugalis exercetur ob solum delectationem; quia delectatio est aliquid annexum ipsi, non verò finis eius.

Respondeo primò, negando voluptatem non esse finem aliquem copulæ maritalis.

Respondeo secundò, negando maiorem, quando non tenetur quis intendere finem principalem ipsius, nec prohibetur ipsi illud, quod est annexum: quando enim quis non tenetur ad intendendum finem alicuius actus, certe non tenetur allicere actum ad illum finem; nec vllus est actus, qui non possit haberi ob motiuum quodcumque non prohibitur absque peccato; non tenetur autem coniugatus hic, & nunc intendere generationem prolis, nec prohibetur ipsi agere ob delectationem aliàs non prohibitam, qualis est delectatio orta ex copula maritali per se: ergo non inordinatè, nec peccaminosè agit habendo talem copulam.

Confirmatur hoc; quia vel procurare sibi bonum delectabile non prohibetur, est honestum vel non est. Si sit honestum, ergo honestum est habere copulam maritalem, quoties non prohibetur, etiam si nihil aliud præterea intenderetur, nisi quando aliquis alius finis deberet ex præcepto intendi. Si non sit honestum, non erit inhonestum; quia nequit ostendi, ex quo capite esset inhonestum: ergo erit indifferens, & consequenter non erit peccaminosum.

Confirmatur secundò, quia aliàs peccarent coniuges quoties coiret, quando certi sunt, quod coitus non possit conducere ad generationem, vt sæpius cognoscunt, & sic malè facerent qui matrimonium incurrunt in ea ætate, in qua non possunt ad generationem concurrere; cum tamen determinent coire: quod sine sufficienti causa dicendum non est.

Itaque, vel Augustinus debet intelligi de peccato, id est de defectu consistente in minoris boni electione, vel concedendum est, quod ita existimauerit; sed tamen non propterea, ita teneri debet, quia

fundamenta oppositæ sententiæ præponderant ipsius auctoritati. Et eodem modo respondendum est ad auctoritatem Gregorij in responsione ad interrogationes Sancti Augustini, vt refertur *causa* 33. *quest.* 4. *capit.* *Vir cum propria coniuge.* Hucusque Pontius.

Et hanc sententiam latè probat doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de Matrimon. disputat.* 18. *section.* 7. *num.* 9. Ratio est, quia si in tali delectatione ex se esset culpa venialis, etiam minima, actus coniugij ex se habens illam delectationem sibi annexam, nullo pacto licitus esse posset. Vnde similiter nec potuisset esse licitus contractus matrimonij ordinatus ad prædictum actum coniugalem propter generationem prolis, cum nulla possit esse obligatio ad culpam venialem, ergo dicta delectatio, & voluptas carnalis ex se verè est licita, sicut & actus coniugij. Igitur per se licitus est contrahere gratia voluptatis ipsi actui coniugali annexæ. Firmo, quia sicut in natura rationali est appetitus honestus ad cibum quo vita conseruatur, ita etiam est appetitus moderatus ad generationem per quam ipsa natura multiplicatur, & sicut vt auidius appetatur cibus, natura addidit in cibo delectationem, ita vt auidius quoque appetatur generatio, addidit quoque eadem natura delectationem; est enim voluptas, & delectatio condimentum operationum, vt dixit Aristoteles 10. *Ethicor. capit.* 4. Ergo sicut licitum est ex se intendere delectationem illam, quæ est in cibo, vt auidius cibus appetatur, & eo fine cibum sumere; ita licitum ex se contrahentes matrimonium intendere delectationem illam, quæ est annexa generationi, & propter illam capiendam inire matrimonium, & actum coniugalem exercere. Quæ enim disparitas assignari potest, seruata moderata delectatione in vtroque appetitu, & vtraque operatione? Ita Perez; qui postea respondet ad argumenta contraria adducta à Sanchez, & alijs Aduersarijs. Vide etiam Egidium Trullench *de Sacram.* 1.7. *cap.* 11. *dub.* 2. & Gasparem Hurtadum *de matrim.*

Ita ex superius dictis apparet, copulam initam propter delectationem non inducere culpam venialem, quod intelligendum est secundum se, & considerata ex sui natura. Non nego tamen copulam initam ex voluntate, per accidens, & natura circumstantiarum (moraliter loquendo) posse sæpè culpam venialem continere; & idèd Martinus Perez vbi supra, cum nostram sententiam docuerit, postea *disputat.* 49. *sess.* 2. *numero* 5. sic asseruit. Dico terriò actum coniugalem exercitum solum ob capiendam delectationem carnalem ipsi actui annexam, vt auidius appetatur ob conseruationem speciei, esse immunem a culpa adhuc veniali, quia nimirum dicta delectatio, seu voluptas verè est licita, sicut & actus ipse.

Dico vltimò, nihilominus moraliter loquendo ferè semper esse excessum in tali actu, & venialem culpam. Vnde rarò accidit sine peccato veniali exerceri actum coniugalem. Ita communiter Sancti Patres, & Doctores. Ratio est vehementia voluptatis in exercitio talis actus, & nimius voluptatis excessus, qui in eo actu procuratur, à coniugibus; ergo moraliter loquendo ferè semper est excessus in tali actu, & venialis culpa. Vnde colligo, coniugatos venialiter peccare, quando cibus calidis, aut vnguentis, oleis, melleo, & alijs medicamentis vtuntur ad exercitandam, & accendendam magis voluptatem; quoniam hæc intemperantia voluptatis

luptatis est, & veniale peccatum. Ita ille, & ego.

Et ita hanc sententiam docet etiam Martinus de Sancto Ioseph in *Man. Confessar. tom. 1. libro 1. tractat. 49. de matrimon. numero 9.* & Leander de *Sacrament. tom. 2. tractat. 9. disp. 25. quest. 17.* asserentes, quod licet actus coniugalis, solum delectationis gratia habitus, ex genere suo, siue perse, non sit peccatum aliquod; tamen per accidens, & vt plurimum, siue moraliter loquendo, peccatum sit, sed veniale tantum.

Sed ego sententiam horum Doctorum admitto, quando copula inita fuerit cum nimia, & extraordinaria voluptate, secus autem si copula ob voluptatem inde capiendam si nimia non sit, vt bene aduertit Castrus Palau *tom. 5. disp. 3. pun. 3. numero 3.* non enim rationi dilionum est velle delectationem annexam copulæ coniugali, quæ ex se actus est iustitiæ, nec aliter puto docere Leandrum, & Perez. Vnde Martinus de San Ioseph *vbi supra dixit*, Pero entiendo quando se busca de masiado deleyte, que el ordinario, como dizen, se consigue de la misma obra, que on si es licita, y le ordeno la naturaleza por la necesidad del fin honesto.

Nota hic obiter primò contra Busembaum, *vbi supra numero 8. Syluium in 3. part. quest. 49. art. 6. consil. 5.* Sotum *in 4. dist. 3. quest. unica artic. 4.* Ledesma de *matrimon. quest. 49. art. 5. dubit. 4.* & alios, copulam initam ob sanitatem tuendam, vel conseruandam, non includere culpam venialem, etiam si actualiter nec proles, nec vitatio fornicationis intendarur. Et ita docet Martinus Perez, *vbi supra numero 4.* Dico igitur vsus coniugalem ob sanitatem corporalem, vel ob quemuis alium finem extrinsecum honestum, esse etiam licitum. Ita Doctores præcedentis dicti: Et ratio eadem est; Quia finis non est malus, sed licitus, scilicet restitutio, aut conseruatio sanitatis; medium etiam est licitum, scilicet actus coniugalis, & etiam conueniens ad eum effectum, vt Medici docent. Non igitur est vnde malitia deriuetur. Quod enim alio etiam medio possit vri ad conseruandam sanitatem, illamque tuendam, vel restaurandam, non conuincit culpam venialem: quia satis est vri medio ex se licito, & alijs conuenienti. Neque etiam vlla est, neque ostendi potest inordinatio in eo, quod quis relicto proprio fine operis, id assumat ad alium finem honestum, ad quem habet proportionem, & conuenientiam. Vnde etiam est licitus vsus coniugalis, etiam si quis ob paupertatem, vel ob alium licitum finem veller inefficaciter non sequi prolem ex honesto fine. Quia bonitas, vel malitia affectus inefficacis voluntatis ex motiuo pensanda est. Vnde hanc sententiam me citato tenet etiam Leander *vbi supra quest. 16.* & alij penes ipsum.

Sed quid dicendum, an actus coniugalis, factus solum ad vitandam incontinentiam eius qui petit debitum, seu ob propriam fornicationem vitandam, sit culpa venialis? Affirmat Syluius *vbi supra*. Affirmant similiter alij, licet non absolute, sed sub distinctione hac; Dicunt enim, tunc esse culpam venialem accedere ad coniugem vitandæ fornicationis causa, quando post alijs medijs ab incontinentia abstinere, aut fornicationem in se ipso vitare: minimè verò esse quando adhibitis alijs medijs nequit stimulo carnis sedare. Ita Petrus de Ledesma *vbi supra dub. 3.* & alij.

Sed ego puto absolute, talem actum nullo mo-

do esse peccaminosum, sed licitum, & honestum. Primò, quia sic colligitur ex illis verbis Apostoli 1. ad Corinth. 7. *propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat.* Secundò, quia vsus coniugalis, supposito lapsu naturæ, humanæ, ordinatur ex natura sua in remedium propriæ concupiscentiæ, quamuis minus principaliter quam proli generationem: ergo in dicto vsu coniugali, ob eum finem factum, nulla erit deordinatio. Quod autem alijs medijs præfectoribus possit quis mederi concupiscentiæ, parum refert, vt me citato firmat Leander *vbi supra q. 15.* & Castrus Palau *r. 5. d. 3. punct. 3. num. 5.*

Imò Ioannes Sancius in *Selectis disp. 23. numero 24.* addit, nostram sententiam esse veram etiam casu quo petens debitum, carnis molestiis non vexetur, quia satis est probabiliter timere vexandum fore. Et quidem si licitum est, & rationi rectæ consonum coniugali copula vri in conseruationem speciei, cur non licebit ea vri ob conseruationem proprii individui, cum ad huius conseruationem secundariò saltem referatur?

Et tandem non deteram hic apponere casum, quem ponit doctissimus, & amicissimus pater Escobar *in 2. edit. Theolog. moral. tract. 7. Examin. 9. capit. 9. numero. 201.* vbi sic ait; Postulat cum veniali culpa vir, quia iusta causa non adest, ad coniuge debitum cum situs variatione, causa scilicet voluptatis; ergo, num reddendo, venialiter etiam peccet femina: aut absolute possit abnegare? Henricus docet abnegare sub veniali debere. Ego cum Sancio iudico teneri ad reddendum; debet enim præsumere aliam subesse causam. Quod si sciat nullam aliam esse præter delectationem, adhuc existimo posse sine veniali reddere, imò debere; quia est immoderata illa voluptas maritum ad veniale asserat, debet femina præsumere illam maiorem voluptatem coniugij strictiorem dilectionem coniugij conciliare. Ita ille, & ego.

An declarationes Cardinalium sint tantum doctrinales, etiam si emanauerint facto verbo cum Sanctissimo?

RESOLVTIO XLII.

AN Declarationes Cardinalium sint tantum doctrinales, discrepant Doctores, plures ex illis pro affirmatiua sententia me adducum, & quidem ego illam docui *in part. 1. tractat. 10. resolutione 29.* Sed non viderunt quod ego postea *in parte 5. tractat. 2. ref. 96.* circa præsentem difficultatem iudicium meum dare nolui, & illud suspendi vsque dum Pontifex difficultatem determinaret. Hoc supposito quid dicendum est de Declarationibus communicatis, & approbatis à Pontifice? Et etiam in hoc casu non habere vim legis, sed tantum esse doctrinales, docet Vericelli *in qq. moral. tractat. 2. quest. 7. num. 21.* vbi sic ait; Est Sacra Congregatio, consulto Pontifice declarat, adhuc tamen ea declaratio non est lex generalis; Ratio est, quia eiusdem Principis declaratio propriæ legis, seu rescriptum, aut Epistola Principis respondentis, non facit ius generale quoad omnes, nisi expressè declarare se velle generalem legem sancire quoad omnes, eamque promulgari mandet, vt patet ex *legibus vt generales. Codice de legibus*, ibi, *vel per omnes populos iudicium program-*

matibus diuulgari, & ita intelligunt omnes tex. *in leg. final. Codice de legibus, & leg. 1. ff. de Constitut. Principum*, vbi Iason numero 10. ex Iacobo de Raunen, & Alberico, sic scribit, *Sententia Principis habet vim legis, intellige, quando in ea hoc fuit dictum: Secundo quando esset redacta in corpus iuris.* Et Iacobus de Raunen dicit, *Quod aduocati Curij Romane quando deficiunt eis iura, dicunt: Ego sic vidi interloqui Papam in simili casu: sed ista interloquutoria nihil faciunt, dabo quod sint vera, cum non sint redacta in corpus iuris.* Ita Iason, & Felius *in cap. in causis num. 3. de re iudicata, ac Alexander consil. 160. num. 9. lib. 7.* vbi ait, *Quod declaratio Principis alicui indici per rescriptum, aut Epistolam transmissa, non facit ius quoad alios, idem docent Suarez lib. 3. de legibus cap. 15. in fine, & Castro Palau tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 8. num. 7.* & Couar. *in 4. Decret. part. 1. cap. 7. §. 4. num. 15.* Ergo, cum Papa nullibi declarauerit se velle has Concilij Tridentini declarationes esse leges totam Ecclesiam obligantes, quamuis ab ipso approbarentur, tamen non constituunt ius generale quoad omnes.

Confirmatur ex doctrina Baldi *in l. 3. Codice de legibus*, vbi ait, *Quod sententia Principis non facit ius generale, quando Princeps non vult eam claudi in corpore iuris.* Hinc est quod Epistolæ decretales Summorum Pontificum, quæ non sunt clausulæ in corpore iuris, non sunt leges, neque tanquam leges allegantur in decisionibus causarum, vt ait Romanus *Consil. 512. numero 13.* Ergo cum Summus Pontifex nolit has declarationes, aut claudi in corpore iuris, aut eius auctoritate eas in vnum volumen redigi, signum est nolle eas vim legis habere.

Probatum quartò, quia plura signa sunt, ex quibus patet nolle Papam has declarationes esse leges vniuersam Ecclesiam obligantes. Primò, quia non publicantur. Secundò, quia non imprimuntur auctoritate Apostolica. Tertio, quia eadem auctoritate non sunt in vnum volumen redactæ, vt ceteræ leges. Quartò, quia idè Sixtus V. hanc Sacram Congregationem interpretum Tridentini instituit, quia Pius IV. prohibuerat quodcumque genus interpretationis in Tridentinum, quare quamuis istæ declarationes non sint leges, tamen cum tanta auctoritate, prudentia, & maturitate fiant, magnum est cunctis fidelibus beneficium, eas sibi proponi, quas possint inoffenso pede rursimè sequi. Quintò, quamuis Eminentissimi maturo consilio decernant, tamen non tanta diligentia, quantum par est vniuersales leges prodire. Sextò, sæpissimè inuicem hæ declarationes contrariæ sunt; ob dissidentes pro tempore Eminentissimorum interpretum opiniones: at leges vniuersales raro contrariæ sunt; nisi ex noua causa antiquæ corrigantur, prudenter enim Cleum censuit, *Meliorum esse statum Republicæ, qua legibus vitur deterioribus, sed firmis, ea qua frequenter eas commutat.* Latè & doctè Adamus Conozem *Politicorum lib. 5. cap. 13.* Septimò, leges vniuersales raro fiunt: at istarum declarationum infinitus est numerus. Verissimè Plato: *Apud quod plurima leges, ibi & lites.* Vide etudium Adamum Conzen *Politicorum lib. 5. capit. 11.* Octauò, frequenter decisiones Sacræ Congregationis prodeunt ex particularibus facti alicuius circumstantiis, quare nunc nequeunt esse leges vniuersales, Nonò, Sixtus V. concessit interpretati Concilij decreta: ar declarationis istæ sæpè alia iura declarant, & vltra vim verborum Tridentini, ac plerumque non interpretationes, sed

dispositiones dicendæ sunt. Decimò, sæpè fiunt inconsulto Pontifice contra formam Bullæ Sixti Quinti. Ex quibus omnibus probabilius mihi videtur eas non esse leges. Ita ille, qui postea *nu. 20.* sic concludit.

Ex dictis patet, declarationes Sacræ Congregationis etiam si factæ sint consulto Papa, tamen non tollere probabilitatem opinionis oppositæ illi, quam decernunt. Ratio est, quia non potest opinio, quæ erat probabilis ante declarationem, euadere improbabilis, & falsa, nisi vel conuincatur falsa euidenti ratione, vel noua lege oppositum statuatur, seu declaretur, sed istæ declarationes non habent vim legis; ergo, &c. Hæc omnia Vericelli.

Hanc etiam sententiam nouissimè docet Bruno Chaffaing, *de Priuileg. Regular. part. 1. tract. 1. c. 1. propos. 3.* vbi obseruat, duobus modis Pontificem Decreta Cardinalium confirmare, vno modo, illa supponendo tanquam consilium sibi à Cardinalibus datum, vt cum in bullis suis sic loquitur, *De consilio fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & postea Pontifex decreta illorum in sua persona pronuntiat, dicendo, Voluimus, & decernimus, &c.* Altero modo, cum Pontifex illa decreta supponit & exprimit in suis Bullis, vt à dictis Cardinalibus edita, & illa confirmat. His positis probatur ex *cap. cum dilectæ de confirmatione vili, vel inutili*, in quo Innocentius III. declarat, quod per confirmationem Sedis Apostolicæ aliquod nouum ius non acquiritur; sed antiquum, si quod est, conseruatur. Nolentes, inquit, quod ex inuocatione huiusmodi nouum ius Monasterio acquiratur; sed antiquum, si quod habet, per inuocationem priuilegij conseruetur. Ex quibus ratio nostra sic formetur: Confirmatio Papæ nouum ius rei, quæ confirmatur, nullatenus confert, ergo nec confirmatio Apostolica decretis Cardinalium apposita: ergo illa, quæ sic reperiuntur confirmata, non sunt leges, aut Canones, sed manent in statu, in quo ante confirmationem reperiuntur. Atque hæc ratio innititur etiam *Capit. Examinata, eodem titulo*, vbi idem Innocentius III. quandam sententiam contra iuris ordinem latam, & à prædecessore confirmatam, nullam & irritam declarat his verbis; Vnde non obstante confirmatione Papæ prædecessoris nostri, qui illud confirmauerat, sicut proinde latum fuerat, & ab vtraque parte receptum, decernimus ipsum irritum, & inane. Ex quibus verbis Glossa concludit, Et ita patet quod confirmatio nihil, vel modicum operatur: quia si aliquid iuuenit, confirmat illud, alias nihil operatur, Accedit, quod posito quod huiusmodi decreta vim Canonum, aut legum fortirentur, non tamen valerent contra priuilegia, nisi adhibita clausula reuocatoria, vt interius probabitur, (quæ tamen dictis Decretis non adhibetur) alioquin maiori essent roboris quam Bullæ, & Canones, qui illam requirunt ad priuilegia reuocanda.

Si autem obicias, Pontificem in dictis Bullis confirmandis eisdem Decretis apponere: *Inuolabilis Apostolica firmitatis robor, ac se velle dicta Decreta ab omnibus obseruari.* Respondetur, has clausulas adici non vt decreta, quæ simpliciter doctrinalia sunt, Leges, aut Canones fiant, sed vt in statu doctrinali remanentia, maiori cum reuerentia, & firmitate recipiantur, & obseruentur; quemadmodum approbationes, & confirmationes doctrinæ Sanctorum Augustini, Thomæ, & Bonaventuræ

uenturæ à pluribus Pontificibus factæ, non illis dederunt vim legis, sed eam magis acceptabilem Ecclesiæ Dei reddiderunt. Huc vsque Brunus, Et tandem nouissimè Antonius Escobar in *Theol. Moral. tom. 1. lib. 5. sect. 2. cap. 1. 2. probl. 3. numero 94.* censet, Declarationes Cardinalium maximi ponderis esse, ab iisque nulla ratione recedendum absque firmissimo fundamento; atamen vim legis non habere, nec illis necessario standum, nisi aliter per Sedem Apostolicam declaratur. Ita ille.

Sed circa præsentem difficultatem sic loquitur Pater Mendo in *Bull. Cruciatæ disp. 5. cap. 6. num. 41.* Congregatio autem Cardinalium ad hoc instituta est, vt si authenticè interpretetur aliquid, vim Iuris Ecclesiastici habeat, cum præstetur interpretatio ab his, qui vicem habent Legislatoris. Tunc autem authentica debet iudicari ea interpretatio, cum fuerit solito sigillo munita, & ab Eminentissimo Domino Cardinali Præfecto, atque à Secretario eiusdem Congregationis subscripta. Sic enim iussu Urbani VIII. ipsi Cardinale præceperunt pridie Kalendas Augusti, anno 1631. Aliæ verò interpretationes non authentice eiusdem Congregationis, dum esse illius constat, habent maximam probabilitatem; sed tantum sunt doctrinales, atque aded in conscientia non obligant. Quare si duæ Cardinalium declarationes inter se oppositæ circumferantur, non est potior vni, quam alteri assentiendi ratio. Ita Mendo.

Verum magis clare explicat hanc difficultatem Pater Hurtado *Var. tom. 1. tractat. 3. cap. 6. resol. 45. num. 160. cum seqq.* Docet enim, quod vt Cardinalium declarationes in Congregationibus factæ vim habeant obligandi in conscientia, requiruntur. Primum, quod sit certa si indubitata, signata sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium. Quam conditionem requirit Urbanus VIII. in quodam Decreto infra adducendo. Vnde non sufficit subscriptio cuiuscumque Cardinalis, etiam eiusdem Congregationis.

Secunda conditio est, vt in ipsa declaratione ponatur, & exprimat factum fuisse consulto Pontifice; hac enim conditione Sixtus V. in sua Bulla potestatem declarandi, & interpretandi Concilium dedit; existimo tamen non requiri quod hoc expressis verbis ponatur.

Tertia est, quod suis declarationibus Cardinales solum declarent, & interpretentur, non verò dispensent, restringant, aut amplient ultra vim verborum, & regulas Iuris. Hanc formam præscripserunt Gregorius XIII. & Sixtus V. suis Diplomatum. Quod si aliquid ultra limites prædictos præter Congregatio, necesse est in ea explicari id ortum habuisse ex peculiari commissione, aut voluntate Pontificis.

Quarta conditio est, vt prædictæ declarationes consentent notitia publica, qualis est illa quam Episcopus potest præbere in suo Episcopatu, declarando illas forma iudiciali, & quæ orti potest ex fama publica deriuata ex principio authentico. Circa quam conditionem aduertendum est, quod hodie, vt declarationes Cardinalium vim habeant obligandi in vtroque foro, non sufficit quæcumque fama publica, aut principium quod aliàs sit authenticum, sed hoc principium esse debet ex solito sigillo,

& ex subscriptione Cardinalis Præfecti, & Secretarij eiusdem Congregationis, vt ex Decreto Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. constat.

Quintam conditionem requirunt omnes ferè Auctores primæ sententiæ, quod scilicet publicentur; etenim vt omnes Doctores tradunt in materia de legibus, vt lex de facto obliget, requiritur publicatio, & intimatio, sine qua ad eius obligationem subditi excusantur. Et ex defectu huius conditionis asserunt quod DD. Cardinalium declarationes non obligant in conscientia; aut foro exteriori. Fateor huiusmodi conditionem omnimodè necessariam, cum obedientia essentialiter supponat cognitionem præcepti, & legis. Vnde vt declarationes hanc vim habeant publicari debent. Cæterùm hæc publicatio non debet fieri, sicut fit in constitutionibus, & legibus Ecclesiasticis, sed sit est quod publica forma, quam formam publicam, & authenticam nobis præscripsit suo Decreto Summus Pontifex Urbanus, quod sint exhibitæ solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, & Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium, qua forma posita, & speciali iussu Sanctissimi Domini nostri Urbani diuina prouidentia Papæ Octauæ Congregatio mandat, & præcipit, tam in iudicio quam extra adhibendam esse fidem. Hæc omnia Hurtadus vbi supra. Et *tom. 2. tractat. 12. cap. 1. resolutione. 5. numero 54.* Vide etiam præter Doctores citatos; Martinum de San Ioseph, in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 20. de Penit. numero 18.* Pasqualigum in *99. Can. Cent. 1. question. 6. numero 14.* Donatum *Reg. Regular. tom. 1. tractat. 8. question. 4.* Garthiam in *Summa Theolog. moral. tractat. 2. difficult. 5. dubit. 5.* Bordonum in *Conf. Regular. tom. 2. resol. 73. per totam*, in qua multas questiones circa materiam pertractat. Tu verò, amice. Lector, inter pugnantem Doctorum sententias, quoad præsentem difficultatem, illam sequere, quæ magis auctoritati Sacræ Congregationis fauet. Et reuera mihi omnino displicet opinio Bruni & Verricelli de declarationibus Cardinalium facto verbo cum Sanctissimo.

An quis possit sumere Bullam defunctorum pro duobus, aut pluribus.

RESOLVT. XLIII.

Ego interrogatus de hoc casu negatiuæ sententiæ amicissimi Patris Bardi olim adhæsi, qui in *Bulla Cruciatæ part. 4. tractat. 4. capite 4. section. 2. numero 9.* sic ait: Dico quarto, Bulla ista pro vno tantum defuncto applicari potest, & non pro duobus, aut pluribus. Probatur ex ipso textu, vbi de vna tantum persona singulari est sermo; est etiam alia efficax ratio, quia si vna eademque Bulla pro pluribus defunctis posset applicari, impediretur subsidium pro bello contra infideles; si enim quis intentionem haberet indulgentiam huius Bullæ applicare, verbi gratia, pro tribus defunctis, vnam pro illis sumendo Bullam, deminueretur subsidium illud, quod reportaret Cruciatæ, si pro vno quoque distinctam sumeret Bullam plures soluendo stipes. Ita ille.

Sed

Sed modò inuenio contrariam sententiam docere Andream Mendo in *Bull. Cruciatæ disp. 36. cap. 1. n. 2.* sic asserens; Aduertendum est fumentem hanc Bullam defunctorum posse determinare animam à Purgatorio liberandam; posse item eam à Deo determinandam relinquere; possedemum pro pluribus, vel pro omnibus Bullam hanc accipere, vt inter eas diuidatur fructus indulgentiæ, qui sufficeret vnam liberare.

Nec obest, quod in Bulla Hispana defunctorum asseratur: *en fauor de la anima de, &c.* quasi designando, restringendum esse accipientem ad animam determinandam: etenim id asseritur, quia semper, aut ferè semper, qui Bullam hanc accipit, in id intendit, vt aliquam animam determinatam à pœnis Purgatorij eruat; & intelligat accipiens se posse illam determinare non tamen tollitur per hoc, quod non determinet illam, & quod pro pluribus applicet hoc suffragium.

Postea in *Appen. disputat. 4. capite 10. numero 68.* respondens ad argumenta Patris Bardi asserit, nullam vim ingerere, nam accipiens vnam Bullam pro pluribus, agnoscit aut agnoscere debet, omnes illas non liberandas fore à Purgatorio per eam solam Bullam (hanc enim cognitionem, vel rusticus habebit, cum videat plures Bullas pro pluribus defunctis accipi, quod si per vnam Bullam plures animæ liberarentur à Purgatorio, vna pro omnibus sufficeret) sed quia non habet vnde plures Bullas accipiat; vel non vult accipere, & ex alio capite optat pluribus defunctis benefacere, hinc samit vnam Bullam pro illis, vt singuli aliquod leuamen pœnarum participant. Quare non minuitur subsidium Cruciatæ: nam vt singuli defuncti à Purgatorio liberarentur, plures Bullas ille acciperet: & statuto apud se, vnam dumtaxat accipere, quod subsidium minuitur in eo, quod illam pluribus applicet; Minuitur quidem respectu singulorum, pro quibus Bulla applicatur, eius effectus; sed hoc ab intentione applicantis dependet, qui, vt liberè potest nullam Bullam defunctorum, & plures accipere, sic valeat suffragium inter plures distribuere. Quare laudauerim pauperes, qui non possunt erogare pro pluribus Bullis elemosynam, & pluribus sunt defunctis coniuncti nexibus consanguinitatis, gratitudinis, aut amicitiae, si eis applicent Bullam, quam accipiunt. Et fortassis crecet subsidium Cruciatæ, si huius doctrinæ sint conscij, cum possit sæpè contingere, plures nullam Bullam defunctorum accipere, eum possent aliquam ex eo quod non valeant plures sumere, & plures sint defuncti, ad quorum leuamen conandum æquè tenentur atque aded, ne vnum alteri præferant, nullam Bullam accipiunt. Hæc omnia Mendo, quæ licet ingeniosè, & probabiliter excogitata sint; tamen ego non recedo à sententia Patris Bardi, cum sit magis conformis citatæ Bullæ, & modo loquendi omnium expositorum.

Obseruandum est tamen hic contra Carnillum in *exposit. Bull. Defunctorum part. 2. capite 9.* quod accepta Bulla defunctorum pro Anima Antonij, mox è flammis eripitur; quia indulgentia est totalis, & anima est in gratia, & effectus indulgentiæ est infallibilis (modo explicato supra) consequenter sequitur, animam eius, cui indulgentia applicatur, è pœnis illico liberari. Ita ex Trullench. Pater Escobar in *Theolog. moral. libro 8. section. 1. capite 38. numero 825. & alij.* Et quidem ex parte animæ præter statum gratiæ nulla alia dispositio

Anton. Diana Pars XI.

necessario requisita desideratur: ex parte verò indulgentiæ, cum totalis sit, totius pœnæ pluribus criminibus expiandis addictæ exæquat grauitatem.

Sed non deseram hic pro curiosis casum curiosum apponere, quem excogitauit Pater Mendo vbi supra *disputat. 36. capite 3. numero 23.* An animam, quæ à corpore soluta in Purgatorium est destinata, possit Pontifex ita liberare, vt nequaquam in Purgatorium ingrediatur. Et affirmatiuè respondet. Non enim, ait, reperio, cur nequeat Pontifex ante obitum asserere, (si iusta causa adfit) concedo indulgentiam plenariam per modum suffragij huic animæ, cum primum à corpore soluarur, illico ei applicandam, aut immediatè, aut medio opere, quod, vt conditionem exigo ab alio viuente, ab hoc apponendam, antequam ille moriatur, vt statim soluarur è thesauro Ecclesiæ quidquid debeat. Quæ enim repugnancia est, vt indulgentia concedatur pro tempore sequenti, sicut & alia priuilegia sic concedi possunt? Quod si sic indulgentia concederetur, iusta interueniente causa; certius esset quod absque pœnarum experimento anima bearetur, quam si in articulo mortis indulgentia plenaria ei fuisset concessa, & ab ipsa anima adhuc viuente obtenta: nam per eam indulgentiam omnis pœna remittitur; sed pœna correspondens culpis remissis; potest autem contingere, moribundum non soluiffe de aliquo, aut de aliquibus peccatis venialibus, eaque non fuisse remissa vsque ad instans post obitum: pœnaque pro eis, debita non fuit per eam Indulgentiam relaxata; sed est in Purgatorio soluenda: quod non contingit in casu posito, in quo indulgentia per modum suffragij applicetur pro primo instanti post mortem, in quo omnis culpa, si aliqua restabat, remittitur, medio actu doloris, quem tunc elicere animam defuncti, affirmant plures, vel per Dei condonationem. Huc vsque Mendo.

An adfit obligatio restituendi, si Beneficiarius omittat partem notabilem vnius horæ, vel si in officio vnius diei omittat plures versiculos, qui simul partem notabilem constituentur?

RESOLVT. XLIV.

Affirmatiuè nominatim contra me respondet Andreas Mendo in *Bull. Cruciatæ disputatio. 34. capite 2. numero 31.* Nam qui omittit aliquid in recitatione, malè ac absque titulo accipit fructus correspondentes parti omittæ: quo enim titulo, aut iure eos facit suos? Sed est obligatio restituendi id, quod malè, & absque titulo accipitur, vt est manifestum, ergo est obligatio restituendi fructus correspondentes illi parti Horarum omittæ. Nec probat quidquam aduersariorum fundamentum: nam leges Ecclesiasticæ in primis absolute iniungunt obligationem restituendi fructus omissionem Horarum; deinde, vt dignoscetur, quæ pars correspondet cuiuslibet Horæ, & proportio seruaretur, designant, quæ pars restitutionis pro singulis Horis sit præstanda, nec oportebat descendere ad designandam partem correspondentem omissioni partis vnius Horæ, tum quia semel posito quænam pars toti Horæ correspondeat

H

spondeat

spondeat, in quo aliquod potest esse dubium, facile cuius esset, designare portionem respondentem omissioni illius parti Horæ, iuxta eius quantitatem; tum quia, cum in qualibet Hora sint plurimæ partes, non poterat à Legibus determinari, quanta pars esset restituenda, siquidem maxima, maior, minor, aut minima pars valeret omitti. Non tamen negant eæ leges deberi præfatam restitutionem, quin potius eam iniungunt in obligatione absoluta generali, quam imponunt; ex qua nostræ resolutionis confirmatur. Hæc Mendo.

Sed licet hæc opinio satis probabilis, affirmatiuam puto etiam suam probabilitatem habere; & ut talem præter Doctores à me alibi adductos, illam admittit me citato Escobar à Corro de Hor. *Can. questione quinta, §. quarto numero 12.* Quia Constitutio Pij Quinti, quæ obligat ad restitutionem, loquitur speciatim de omissione recitandi torum Officium, aut vnam horam, & cum sit pœnalis non debet extendi ad omissionem partis etiam notabilis, quia res diuersa.

Idem etiam docet me citato Martinus de San Joseph in *Mon. Confessar. tomo primo, libro secundo, tractat. 3. de Oratione, numero quinto*, ubi sit ait, Cessa la obligacion de restituir en materia parua de la omission del Officio, mas en llegando à dexas de rezar parte notable, de manera que sea pecado mortal, se ha da restituir lo que cabe de los frutos à aquella parte, aora sea pequeña, ò graue cantidad. Solamente aora de diferencia, que si lo que cabe à aquella pequeña parte es cosa pequeña, obligará à pecado venial à que se restituira, si es materia graue à pecado mortal: aunque es probable, que si se dixò en vna hora parte pequeña, y en cada vna de las demas horas partes pequeñas, que todo junto haze materia graue, no ay obligacion de restituir, porque es probable, que ay distincto precepto de rezar qual quætera de las horas in particular, y assi los versiculos dexados en vna hora, no se juntan con los dexados en otra hora. Ita ille.

Et hanc sententiam probabilem esse, docere etiam existimo eundem Patrem Mendo, nam contrariam sententiam quam ipse contra me docet, vocat tantum vetiorem.

Sed hic obiter quero, an qui habet vnum beneficium iuste, & alterum iniuste, teneatur bis recitare Officium. Aliqui affirmant. Vide Trullench in *Decalog. tomo primo libro..... capite 3. dubiar. 12. questione 3. numero 25.* & Bonacinam de *Horis Canonicis questione secunda, punct. 4. numero 28.* At ego vtrumque nego, & assero constanter teneri statim demittere beneficia iniuste obrenta, & restituere fructus perceptos, & interim non teneri ad recitationem, quæ vel debet esse ratione beneficij, aut fructuum perceptorum. At neutrius ratione tenetur. Igitur, &c. Minorem probo; ad obligationem recitandi horas requiritur possessio beneficij, & ius saltem percipiendi fructus. At qui iniuste tenet beneficium, nec possessionem, legitimam nempe, habet, nec ius percipiendi fructus, cum vtrumque teneatur restituere, & secundum regulam iuris, quid non videretur cepisse, nec habere, cum necesse sit hoc omne alteri restituere, ut *in l. non videtur §. 1. de regul. iur. cum concordantibus*, de quibus glossa ibi. Igitur nec debet obligari ad onera ipsius beneficij. Tum etiam quia iu-

re naturæ nullum est præceptum Horas recitandi, sed tantum de iure positio Ecclesiastico, hoc autem ex omnium consensu deficit hac in specie. Igitur maiori ex ratione alterum deficere, est necesse. Fateor tamen, quod cum sit causa ob iniustam retentionem, ut Ecclesia careat debito obsequio ex omissione recitandi, tenebitur etiam eius ratione quid æquiualens restituere ipsi Ecclesiæ, non quia obstrictus fuerit oneri persoluedi Horas, sed quia causa fuit, ne persoluerentur per legitimum successorem in beneficio, supposito iuris positio præcepto, quo iustus beneficij possessor ad recitandum obstringeretur: & recitasse si possideret, credendum est.

At dices, nihil effectu, saltem interest inter hanc, & oppositam sententiam, cum ex vtraque idem effectus, & obligatio restituendi oriatur, & oppositi Doctores ad nihil plus obligant nisi ad restitutionem casu quo non persoluat Officium Diuinum iniustus possessor. Dicam ego, plurimum interesse inter nostram, & alteram opinionem. Nam si daretur obligatio recitandi ratione beneficij iniuste obrenti, ex omissione persoluedi hoc onus quotidie, oriretur vnum peccatum mortale distinctum ab altero peccato iniustæ retentionis beneficij, à quo cum eripit nostra opinio, cuius ratione non peccabit ex omissione recitandi, cum recitandi obligationem hac in specie tollat: & sic aderit vnum tantum peccatum iniustæ retentionis, & sicut malæ fidei possessor tenebitur restituere, non solum rem cum fructibus, sed & refarcire damna orta ex sua iniusta retentione. Et sic in nostro casu ad æquiualens persoluedum ob officium Diuinum Officium sua ex causa. *Argument. libro Patri 27. §. primo de Minoribus lib. si nauis 61. sine, de rei vindicat. cum similibus.* Et est noua, & vera huius dubij resolutio, necnon, & fauorabilis ipsi Beneficiario, cum cum immunem faciat à pluribus peccatis ex omissione recitandi Horas Canonicas, & attenda nostra opinione vnum tantum admittimus peccatum propter iniquam detentionem beneficij, cui et si videatur adiungi aliud contra Religionem ex omissione recitandi, cuius fuit causa propter iniquam detentionem beneficij; hoc est tantum consequenter, non principaliter, & censeo diuersum non constituere peccatum ex regulis communibus in materia de peccatis, de quibus Diuus Thomas 1. 2. *questione 71. articulo 6.* & cum eo communiter Doctores Theologi. Et hæc omnia docet Escobar à Corro de *Hor. Canonic. quest. 3. §. 5. num. 42.*

An possit absolui toties quoties virtute Bullæ Cruciatæ à casibus Papa reseruatæ, si sint occultæ

RESOLVT. XLV.

Affirmatiuè olim respondi, sed nominatim contra me, & alios negatiuam sententiam probabilior, & in praxi amplectendam esse putat Pater Bardi in *Bull. Cruciat. par. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 10. num. 87.* Et ratio est, quia cum Summus Pontifex absoluet, & simpliciter sine vlla limitatione, aut qualitate superaddita casus illos sibi reseruet; idcirco hi casus ita reseruati aliquid plus habent,

habent, quam illi qui omnino non sunt reseruati; ergo esse occultum, cum suapte natura non opponatur reseruati, ut de se patet, neque aliunde nos habemus declarationem per quam casus ex eo quod sint occultæ, cessent à reseruati, quod tamen Aduersarij non probant, cum id deberent sufficienter probare: igitur probabilius & congruentius dicimus non posse vi Bullæ casus istos toties quoties remitti, sicuti non reseruatos, hoc autem importat clausula illa, quæ in ipsamet Bulla habetur, dum sic dicitur: Aliorum vero Sedi Apostolicæ non reseruatorum, ac reseruatarum, toties quoties confitebuntur, absolutionem median- te salutari pœnitentia secundum culparum exigentiam, obtinere; & idem ita est dicendum, facultatem illam Episcopis concessam esse tantum in ordine ad casus, qui omnino & simpliciter eximuntur à reseruati Papali, & hoc manifestè patet; quia in illo Decreto Concilij absolutio Casuum, & Censuratum Summo Pontifici reseruatarum, etiam dum manent in occulto, non relinquunt in omnimoda libertate Episcopi, quia adhuc casus detinentur in reseruati Papali; nequeunt enim Episcopi prædictorum casuum absolutionem ad libitum respectu quarumcunque personarum, & in quocunque loco exercere, nam Concilium eam limitat ad subditos Episcopi, & in Diocesi Episcopi absoluentis, & quamuis hæc verba vario modo ab auctoribus intelligantur, ut videre est apud Suarez de *cess. tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 6. & sequentibus.* Sanchez lib. 2. in *Decalog. capit. 11. à numer. 2.* certum tamen est, & omnes fatentur, Concilium per illa verba: *Quoscuque sibi subditos, & in Diocesi sua per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputatum*, Limitationem aliquam apponere in facultate absoluedi à casibus Pontificiis occultis; proinde hi casus etiam occultæ non censentur omnino esse extra Papalem reseruati, & per consequens dum in Bulla conceditur facultas absoluedi toties quoties à casibus Summo Pontifici non reseruatis, id explicari debet de casibus, qui omni Papali reseruati tenentur.

Verum his non obstantibus, me citato affirmatiuam sententiam tenet Pater Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 23. cap. 3. numer. 72. cum seq.* qui postea in *Appendice disp. ar. 2. cap. 26. numer. 147.* nominatim contra Patrem Bardi ad eius argumenta respondet. Etenim Pontifex dum committit in Tridentino Episcopis facultatem ordinariam absoluedi à casibus sibi aliunde reseruatis, dummodò sint occultæ, tollit ab eis reseruati Pontificiam limitatque eam, quam apposuerat, ad eiusmodi casus non occultos: quæ reseruati ablata, consequens est ut virtute Bullæ possit toties quoties ab eis absolui. Nec signum appositum de perseverantia reseruati est efficax: nam ablata reseruati Pontificia, adhuc potest remanere reseruati Episcopalis, & designari cui Episcopo, & quorum pœnitentium absolutio reseruatur: quare Pontifex voluit, ut quisque Episcopus solum in sua Diocesi, & suos subditos absolueret valeat: Inde tamen non probatur, quod reseruati sit Pontificia; sicut etiam Episcopus non potest absolueret in aliena Diocesi saltem à reseruatis Episcopo illius Diocesi: quod non suadet eos casus habere reseruati maiorem, quam Episcopalem; sed solum actus iurisdictionis suis terminis, locis, & personis esse circumscriptos. Id in præfati contingit, Pontifice iurisdictionem conseruet limitante.

Anton. Diana Pars XI.

Et quidem ea limitatio non opponitur ablatiōni reseruati Pontificiæ; nec rectè intelligitur, quo pacto duret reseruati Pontificia, si inferiori Prælato non reseruatur illi casus: cum reseruati Pontificia id per se dicat, quod nullus Prælati inferior absolueret valeat. Itaque cum Tridentinum facultatem præstat Episcopis ad absoluedum à reseruatis occultis cum adhibita limitatione, perinde se habet ac si assereret, peccata, quæ sunt Sedi Apostolicæ reseruata, si sint occultæ, deinceps solum Episcopis in sua Diocesi, dum sint peccata subditorum, reseruata maneat. Sicut si in Religione, in qua peccatum verbi gratia peritij est reseruatum Superiori, statueretur, ut deinceps Confessarius Domus Religiosæ posset ab illo absolueret commemorantes in eadem Domo: quis dubitet, reseruati Superioris aufert, quamuis limitarentur Confessarius, & personæ? Atque ad eum Regularis, qui in id peccatum incidisset, si haberet priuilegium, ut per quemuis Confessarium absolueret à non reseruatis, posset per quemlibet absolui à peritio: similis est omnino casus, quem agitur sua seruata proportione. Hucusque Mendo.

Dico igitur posse quemlibet absolui toties quoties à casibus in Bulla Cœnæ contenti (excepta hæresi, de qua statim) si sint occultæ, & ab omnibus aliis reseruatis Pontifici in iure, vel qui in Decretis, aut Bullis specialibus sunt reseruati, & deinceps reseruati, dummodo, ut supra monui, non apponatur clausula derogatoria Decreti Tridentini, & dum casus sint occultæ.

Deinde aduertendum est, in opinione iudicante, irregularitatem esse censuram, & per Bullam Cruciatæ posse quem absolui ab irregularitate, quæ purè pœna est, & non simul inhabilitas, sanè posse absolui ab irregularitatibus, quæ purè pœnæ sunt, à quibus potest Episcopus absolueret vigore præfati Decreti Tridentini. Sed de hoc vltimo ego alibi.

Ex his inferitur, me olim Pagoni interrogatum rectè respondisse, posse absolutionem præstari virtute Bullæ toties quoties ab excommunicatione occulta contracta ob ingressum in Monasteria Monialium, & lata in Bulla Pij Quinti, & Gregorij XI I. I. quia ab ea potest absolueret Episcopus, cum in his Bullis Pontificum sibi reseruati illam censuram, non contineatur clausula derogatoria Tridentini.

Item posse quem toties quoties per Bullam absolui ab excommunicatione contracta ob delictum occultum delicti, esto ea fuerit reseruata post Tridentinum in Bulla Clementis VIII. etenim etiam Episcopus potest ab ea excommunicatione absolueret, cum in præfata Bulla non fiat specialis mentio derogatoria Tridentini.

Ratio omnium supradictorum est, quia virtute Bullæ potest quis toties quoties absolui à peccatis quæ non sunt Pontifici reseruata; sed eiusmodi peccata occultæ (idem dico de censuris) non sunt Pontifici reseruata, sed Episcopis, ergo potest toties quoties ab illis absolui. Suadetur Minor, nam reseruati ablata est per Tridentinum, dum Episcopis concessa est potestas absoluedi ab illis peccatis; sicut, si peccata essent aliqua Episcopis reseruata, & in aliquo Concilio, aut Synodo concederetur omnibus Parochis facultas ad absoluedum ab illis, posset sanè ab eis absolueret quisquis valeret absolueret à peccatis, à quibus Parochi absolueret possent. Vi-

de Mendo *ubi supra disp. 2.3. cap. 5. num. 62.* qui respondet ad argumentum contrarium adductum ab Henríquez. Hæc opinio a mente teneatur à Confessariis, nam in dies potest occurrere, & est satis consolatoria pœnitentibus. Quicquid carissimus Bardi dicat, contrarium esse in Praxi sequendam, non nego tamen opinionem doctissimi viri esse satis probabilem, nostram tamen præter Mendo, ubi supra docet nouissimè me citato doctus Pater Bertrandus Loche in *Resolut. Theologicis tract. 1. q. 1. artic. 5.* omnino videndus.

An Bulla Cruciatæ si sumatur, & postea culpabiliter amittatur, adhuc valeat?

RESOLVT. XLVI.

Negatiuam sententiam olim docui, & me citato illam probat Pater Bardi in *Bull. Cruc. part. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 3.* Sed nouissimè Pater Mendo in *Bull. Cruc. disp. 2.1. cap. 1. num. 3.* affirmatiuæ sententiæ adhæret, sic enim asserit, Censeo eo ipso quod quis Bullam acceperit, erogans pro ea elemosynam, licet postea culpabiliter, aut inculpabiliter eam amittat, aut rumpat, posse adhuc omnibus eius privilegiis frui. Iudicauit hoc probabile Basilius Legionensis in explicatione manuscripta Bullæ. Ita ille.

Et postea in Appendice nominatim contra Patrem Bardi *disp. 2. cap. 3. n. 173.* conatur multis rationibus suam firmare sententiam. Et præcipuè, quia retentio Bullæ non ex præcepto, sed ex consilio iniungitur à Pontifice, igitur etiam si non retineatur, quomodocumque retentio deficiat, poterit quis eius vti privilegiis. Etenim non exequi opus ex consilio iniunctum, valorem concessionis privilegij non detrahit, quantumvis ea non executio ortum habeat ex negligentia, quæ in præsentibus vocatur culpa, seu culpabilis non retentio. Ceterum retentionem Bullæ non esse iniunctam ex præcepto, sed ex consilio, & concedit vnus ex aduersariis Trullenchi; Ergo.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, & idèd nouissimè contra Patrem Mendo insurgit Magister Gallego in *Bull. Cruc. c. 14. Claus. 14. dub. 181.* ubi me citato sic ait, Digo lo segundo, si el que tiene la Bula la rompe maliciosamente, la pierde, & la quemada de proposito, no puede gozar de los indultos, facultades, gracias, e indulgencias que en ellas se conceden.

Este dicho es contra Andres Mendo de la Compañia, en el lugar à qui citado, el qual afirma, que el que ya auia tomado la Bula, si la rompiese maliciosamente, & de proposito la perdiese, y quemasse, con todo le valia la Bula que auia tomado, y podia gozar todo lo que en ella se concede. Su fundamento principales, porque el dezir el Papa y el Commissario General que se guarde la Bula, dize Mendo que no es mandato ni precepto, sino solamente consejo, luego aunque no la tenga en su poder el que la tomo, ora sea por culpa, & sin ella el no tenerla guardada, podrá vsar della, y le valdrá, porque no executar lo que se ordena por consejo, no quita ni priua del privilegio. Este fundamento es falso, porque expressamente dize el Commissario General en esta Bulla: y declaramos, que los que toman esta Bula, ayan de recibir esta Bulla, y guardar este sumario, y Bulla &c. Notese à quella palabra; Ayan de recibir, y guardar, que denota no consejo, sino mandato,

porque la traducion en Castellano, es conforme à la Bulla plumbea, & latina que concede su Santidad, y en la Bulla Latina se dize aun mas claramente, porque en ella se dize assi: *Ea qua decet puritate publicaretur illarum omnium summarium, quod etiam per omnes, qui illis vti voluissent, accipi, & per eos retineri debere, decretum, &c.* Notese la Palabra, *Retineri debere*, que deuon, y tiene obligacion de guardar dize el Sumo Pontifice, luego el guardarla no es consejo, sino mandato, y mas claramente Gregorio XIII. en la dicha Bulla Plumbea, & Latina, dize hablando deste punto en otra parte desta manera; *Item mandatur, vt Summarium hoc per omnes Christiani fideles ad prædictum bellum contribuentes, qui huiusmodi gratiarum participes esse voluerint, recipiant, & retineant, &c.* Notese à quella palabra, *Item mandatur*, que manda el Papa que se tome esta Bula, y se guarde para poder gozar las gracias que en ellas se concede: Luego si el Papa expressamente dize, que lo manda, coligese euidentemente que se violenta el texto de la Bulla, en dezir quel el Papa no manda que se guarde la Bula, sino que lo à consejo: y assi en esta doctrina fue singular el dicho Andres Mendo, y ningun Autor que aya impresso antes del año de 1652. ha enseñado tal doctrina, y por consiguiente no auiedo Autores que la enseñen, y lo que mas principales ni raxon que la pueda apoyar, sino es violentando el texto de la Bula, digo que esta doctrina de Andres Mendo no se puede seguir en practica. Ita ille. Cui etiam adde Ioannem Henriquez in *qq. pract. sect. 48. qu. 2. num. 5.* Remigium in *pract. Confess. tract. 7. c. 1. §. 6. n. 4.* Et me citato Marcus Sertius in *Bull. Cruc. disp. 1. difficult. 1. 2. §. 10. num. 2.* & 3. Anton. Escobar in *Theolog. moral. libro 7. section. 1. capite 2. numero 20.* & alios penes ipsos; Itaque non est defendenda sententia Patris Bardi, quicquid dicat Pater Mendo.

An si Petrus sumat Bullam Cruciatæ pro Ioanne, qui iam aliam acceperat, possit Petrus illam alteri applicare?

RESOLVT. XLVII.

Negatiuam sententiam olim docui, sed nouissimè me nominatim contra me insurgit Pater Mendo in *Bull. Cruc. disp. 2.1. cap. 2. n. 16.* quia ea intentio non solum est de traditione Bullæ, sed de vsu illius, quem Ioannes exerceat, at non obstante ea intentione, potest Ioannes non vti illa, sed tradere alteri eam Bullam, igitur intentio illa nihil operatur, alioquin etiam operaretur, vt nullus alius posset vti eiusmodi bulla propter rationem eandem aduersantium, nempe quia fuerat intentio Patri, vt nullus alius, nisi Ioannes, seu vt Ioannes, & non alter illa vteretur. Præterea ea intentio effectum non sortitur, donec Bulla acceptetur à Petro, habet tanquam implicitè imbibitam conditionem, si Petrus acceperit; ea enim, ad quæ opus est vt duo concurrant, alterutro deficiente non fortuitur effectum. Quare illa conditio non appositâ, liber manet Petrus ad applicandum alteri Bullam; sicut qui offert alteri nummos animo vero donandi, si non acceptentur, manet adhuc dominus eorum, potestque alteri donare. Itaque Bullæ applicatio quasi effectiua in suspenso est, donec acceptetur, & propter conditionem imbibitam;

tam; & quia dum offerens, & acceptans non concurrunt, non datur locus applicationi in exercitium redactæ, non est ad quem Bulla illa pertineat. Ita Mendo.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato tenet etiam Magister Gallego in *Bull. Cruciatæ c. 14. Claus. 14. dub. 178.* ubi sic ait, Preguntafe, si Pedro toma la Bula para Iuan, el qual ya la tenia tomada para si, si podrá Pedro aplicarla, y darfela à otro?

Respondo que no, porque realmente Pedro tomo la Bula para Iuan, con intencion de aplicarfela à Iuan, y no à otro. Esto dize tambien Alphonso Vega en el tomo 1. de la suma, c. 43. casu 6. el qual refiere que consultado desto el M. Bartolomeo de Medina, respondió lo dicho. Tambien dize lo mismo Antonino Diana 1. par. 11. resol. 95. otra cosa feria si Pedro quando tomo la Bula para Iuan, no dixo en su intencion, no la quiero aplicare à otro, sino que lodexò assi, teniendo intencion de tomar la Bula para Iuan, sin otra reflexiones e intenciones, si hallaque Iuan tiene ya tomada Bula, podrá Iuan aplicarfela à otro. A qui hablamos quando no se concede mas de vna Bula, que aora que se pueden tomar dos, se ha de dezir, que la ha de recibir Iuan, el qual si ya tenia dos Bulas, podrá Pedro aplicarla à quien quiescere en el sentido que hemos dicho. Hæc ille, cui assentior & ego.

An Peregrini incidentes in aliquo casu referuato illius Diœcesis, possint absolui à confessario non habente iurisdictionem absoluedi à referuatis?

RESOLVT. XLVIII.

Interrogatus de hoc casu, non vt responderem quid ego sentirem, sed an secundum aliquos opinio affirmatiua esset probabilis: Et affirmatiuè respondi, nam Leander de *Sacramentis to. 1. tract. 5. disp. 1. 2. q. 27.* negatiuam sententiam; quam ipse tenet, vocat probabiliorè. Ergo affirmatiua erit probabilis; & pro illa citat Fagundez, Vegha, Grassium, Petrum de Ledesma. Hanc sententiam etiam tanquam probabilem admittit Andreas Mendo in *Bull. Cruc. disp. 2.3. c. 2. num. 22.* vbi sic ait, Habentem peccata referuata in vna Diœcesi, non posse data opera ad aliam Diœcesim, in qua non sunt referuata, pergere, & ibi absolui declaratum fuisse in Sacra Congregatione Cardinalium die 19. Nouembris 1616. affirmat Zambellus, verbo *Casus n. 26.* Contrarium videtur probabile, si tamen confessarius habet facultatem absoluedi à referuatis in sua Diœcesi, nam id plures docent, quod autem data opera ille pergat ad aliam Diœcesim, non obstat, cum suo iure vtarur. Et quidem tunc ille iudicatur esse eius Diœcesis, in qua iudicio se submittit, & absoluitur secundum consuetudinem eius Diœcesis. Fateor, hanc doctrinam à prædictis Auctoribus tradi de Peregrinis, bona fide, & non data opera in aliena Diœcesi contentibus peccata, quæ in sua erant referuata, esto non sint in illa; sed non improbabiler fieri potest prædicta extensio. Quin, & Confessorem non habentem potestatem ad absoluedum à referuatis in hac Diœcesi, posse in illa absoluedi à peccatis referuatis in alia, docet Rodriguez in *summ. cap. 5. conclus. 2.* cum pluribus, quia pœnitens, qui hinc confitetur; iudicatur in illa.

atque incola huius loci, & iuxta forum huius absoluitur, in hoc autem loco, supponitur, non esse ea peccata referuata.

Ob hanc rationem pœnitens exterius, qui in hoc loco peccata hic referuata commisit, quamuis non sint referuata in loco, à quo discessit, nequit absolui, nisi ab habente potestatem circa referuata. Sic Caietanus in *summ. verbo Absolutio 2.* Probabile tamen est oppositum. Ita Mendo.

Sed vt meam promam sententiam, ego negatiuè adhæreo. Dico igitur Peregrinos, & aduenas ex recepta consuetudine æstimandos esse in ordine ad confessionem, sicut eos qui sunt incolæ eiusdem loci: neque enim Confessarij huius Ciuitatis debent, aut possunt interrogare singulos pœnitentes de patria, vel an sint Peregrini, & multo minus de casibus referuatis in sua Patria, quos certè nec Confessarius huius Ciuitatis, nec ipse pœnitens Peregrinus scire possunt. Debit ergo consuetudo, vt vtilis esset ad praxim; ita introduci, vt solum sit attendendum ad locum, in quo fit confessio. Vnde si pœnitens confiteatur aliquod peccatum, quod in loco, à quo discessit, non erat referuatum; in loco tamen Confessionis sit referuatum; Confessarius, qui in hoc loco non habet facultatem ad referuata, non potest eum absoluedi. Et ita sentit ex Suarez Cardinalis Lugo de *Pœnit. disp. 20. sect. 1. num. 72.*

An sumentes Bullam Cruciatæ lucentur Indulgentias, si Rex non expendat elemosynam contra Turcas?

RESOLVTIO XLIX.

Casus est curiosus, & à paucis, quos legerim, pertractatus, ad illum verò affirmatiuè respondet Pater Mendo in *Bullam Cruciatæ tract. Appendicis Miscellaneæ c. 2. nu. 9.* ubi sic ait Hinc respondendo quæstioni vulgari, an Bulla sumentibus prodesset; si Rex elemosynam ex illa congestam in alios vsus, & non in expeditionem, profunderet, affirmatiua pars est tenenda, quia obtinetur finis proximus intentus à Pontifice; sicut si indulgentiæ concederentur erogantibus elemosynam ad ornamenta altaris, seu Ecclesiæ, eam obtinerent erogantes, etiam si ea à colligentibus illicite vsurparetur. Ita ille; qui plus addit, videlicet. Hoc casu non teneri Regem ad restitutionem. Etenim Pontifex ei applicat præfatam elemosynam, vt reddatur potentior ad expeditionem contra infideles; eaque applicatio effectum absolute sortitur, dum redditur potentior, ac fit dominus eius pecuniæ; quam si profundat, postquam dominium obtinuit, & si peccet, nulli tamen iniuriam facit, nec contra iusticiam delinquit. Sicut bona Ecclesiastica tenetur Clericus post suæ familiæ decentem sustentationem, in pauperes ac pia opera infumere, ad id enim applicat illi Pontifex prouentus eiusmodi, vt se sustentet, ac reddatur potens ad pauperes sustentandos: at tamen, quamuis illicite eos prouentus infumat, restituere non tenetur, eo quod applicatio eorum fuerit ei absolute præstita, & dominium eorum adquisierit. Hæc omnia Pater Mendo.

Sed si aliquis curiosus inquirat, an Pontifex possit Bullam Cruciatæ reuocare, & non concedere. Respondeo, quod circa hoc dubium Pater Mendo *ubi supra in Bull. Cruc. disp. 2. cap. 6. num. 31. cum sequ.*

sic ait ; Affero posse Pontificem reuocare Bullam intra durationis annum , dum tamen sit specialis causa , & compensationem faciat his , qui illam acceperunt , si habeat unde faciat , & si non habeat , ad bonumque commune expediat reuocatio , posse sine compensatione reuocare , aliter autem non posse . Nam quando priuilegium est concessum per modum contractus lucratiui & onerosi , per se loquendo , non potest à concedente reuocari , nisi compensationem faciat ; quippe concedens , etiam si Princeps sit , pacta cum subditis inita seruare tenetur ; cum hæc ex naturali iustitia oriatur obligatio ; nec possit ille subditum pro libito bonis eius spoliare ; dominium namque eorum ordinarium non habet .

Sed priuilegium Bullæ Cruciatæ est onerosum , & per modum contractus lucratiui expeditum ; igitur Pontifex concedens solum potest intra durationis annum illud reuocare si ad sit specialis causa , & compensationem faciat his , qui illam acceperunt , si habeat unde faciat , & si non habeat , poterit id sine recompensatione præstare .

Elapso tamen anno sexennij , cum cessent rationes hucusque factæ , & Bulla sit gratia pendens à Pontificis beneplacito , poterit ab eo reuocari , non expectato sexennio , nisi forte in concessione Bullæ ad sexennium Pontifex ab Hispaniæ Rege aliquam summam elemosynæ acciperet in pium aliquod opus , tunc enim deberet iuxta dicta , recompensationem illi præstare , & etiam , si concessio ad integrum sexennium esset gratia remuneratiua alicuius obsequij erga Sedem Apostolicam specialis , & nondum remunerati , si remuneratio ex iustitia deberetur , nam si solum ex gratitudine , etiam ex gratitudine solummodo , recompensatio debetur . Sufficit autem , ut dicatur priuilegium irreuocabile , quod sit remuneratiuum ex gratitudine , cum nunquam de Principe præsumatur , obsequia sibi præstita , absque grati animi exhibitione signorum , manere irremunerata fore permissurum . Hucusque Mendo .

Et propter hanc limitationem de agendo de præfenti dubio sic asseruit nouissimè Ioannes Caramuel in *Theologia fundamentali fundam. 13. qu. 2. num. 345* . Simplex Sacerdos , qui missam celebrat pro stipendio , & sui laboris pretio , potest suam operam Petro addicere , liber enim & non mancipium est , at ex hypothesi , quod stipendium receperit , ex iustitia tenetur celebrare , aliàs peccaturus mortaliter . Si stipendium restitueret Sacerdos , non tenetur Petrus recipere , sed posset eum vrgere , ut staret contractui , ni forte grauis causa inopinata emergeret , tunc enim Petrus videretur debere pretium restitutum recipere , Sacerdotemque à celebrandi obligatione liberare .

Pariformiter de Romano Pontifice discurrebamus . Liberum enim ipsi Bullam Cruciatam concedere ; aut non concedere omnino fuit . Ceterum ex hypothesi , quod cum Regibus nostris conuenerit , & Principum Hispanorum obsequia præmio competentem donauerit (forte & acceptauerit proprii laboris pretium , quod vociferabantur aliqui , nemo probabat) transiit concessio in contractum , qui rescindi non poterit , ni obsequia recepta restituantur . Si restituantur ista ex nulla causa , adhuc non tenebitur Hispaniæ Rex ad quietescere , secus si detur vrgens , & grauis . Ita Caramuel .

Sed ab omnibus supradictis dissentit Pater Bar-

di in *Bull. Cruc. par. 1. tract. 2. cap. 6. sect. 8. §. 2. n. 14* . vbi sic ait ; Licet Rex Catholicus sit benemerentissimus de Ecclesia , tamen non tenetur Pontifex ex obligatione iustitiæ commutatiuæ remunerationem facere ex elemosynis Cruciatæ , cum possit remunerationem exhibere , concedendo ipsi Regi spirituales gratias . Neque inter ipsum Pontificem , & Regem aliquod intercessit pactum , quo mediante Rex obsequia præstanda in fauorem Ecclesiæ obtulerit , & Pontifex in recompensationem promiserit , concedere Cruciatam , vel aliud subsidium temporale . Ita ille ; qui postea §. 3. *num. 154* . sic subdit ; Dicendum est , per se loquendo , Pontificem , qui Cruciatam concessit , & ante elapsum tempus sine causa illam suspendit , non esse obligandum ad compensationem Regi faciendam .

Probat , quia cum Priuilegium Cruciatæ , ut ostensum est , sit omnino gratuitum , & non consistat in donatione aliqua , ac proinde sit veluti quædam delegatio , & dependeat à voluntate Pontificis , non præsumitur , Pontificem voluisse ex rigore iustitiæ se obligare ad compensationem in casu reuocationis , & à fortiori in hac sententia mihi expressè videtur esse Pontifex §. 9. *cit. numero 13. in fine* , distinguens enim ipse priuilegium gratuitum subdito concessum in illud , quod transfert dominium , & in illud , per quod conceditur facultas , &c. ut nos *sestione præcedenti distinximus* , & ponens discrimen inter hæc duo priuilegia , quoad reuocationem : ait , *Primum non posse reuocari , nisi ex iusta causa* , & subdit hæc verba ; *Licet si reuocetur non sit necessaria aliqua compensatio* . Particula enim illa , *licet* , cum sit aduersaria eorum , quæ antea idem author dixerat , facit hunc sensum ; quamuis priuilegium translatiuum iuris nequeat sine causa reuocari , tamen si reuocetur , non est necessaria aliqua compensatio : Si autem negatur obligatio compensandi quando sine causa reuocatur priuilegium , per quod in subditum gratuitò transfertur aliquod ius , multo magis id erit negandum , dum reuocatur priuilegium , per quod non datur dominium , aut ius in aliqua re : Igitur in casu , de quo agimus , si Pontifex absque vlla causa abrogat priuilegium , quod est purum priuilegium , consistens in facultate , ut est priuilegium Cruciatæ Regi concessum , ad nullam eidem Regi tenebitur compensationem .

Dices : Pontifex dum sine causa reuocat Cruciatam , aut simile priuilegium , aufert à priuilegiato ius quæsitum ipso priuilegiato inuito , ergo tenebitur ex iustitia ad compensandum ius læsum .

Respondeo . Per Priuilegium Cruciatæ , aut aliud simile non conceditur Regi , aut alteri Priuilegiato aliquod ius , sed solum licentia ad aliquod faciendum ; proinde ex reuocatione nulla fit iniuria Regi contra iustitiam , & per consequens non tenebitur Pontifex aliquod compensare . Hucusque Bardi .

Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem , quæ mihi sufficiat tantum proposuisse , nolo enim de meo aliquid dicere .

An

An quis lucratur Indulgentiam cum Medalia , seu grano benedictio mutuo accepto .

RESOLVTIO L.

Afirmatiuam sententiam docui in *part. 10. tract. 16. resol. 2* . nixus auctoritate Petri Marchantij ; nunc autem inuenio hanc sententiam docere etiam Sanctarellum *de Jubilæo cap. 15. dub. 3* . vbi sic ait : Se alcuno trouasse vna Corona benedicta , & la diceffe , guadagni l'Indulgenza concessa à detta Corona ? Rispondo . Deue costui far diligenza in trouar il Padrone , ma non trouandolo , può con buona conscienza tener quella Corona , & le medaglie , & grani benedetti , che in essa vi sono , & guadagnare l'Indulgenza concessa à quella Corona , perche nella Bolla del Papa si dice , che chi hauera quella Corona , la dirà , guadagni indulgenza plenaria . Hieron Gratian. *de Iub. part. 1. cap. 15* . Parimente guadagnara l'Indulgenza colui , che hà vna Medaglia benedicta prestatagli da vn'altra . Ita ille , qui citat Pinellum *de Indulgentiis cap. 11* .

Idem etiam docet doctus & amicissimus Pater Gobat *de Indulg. part. 2. cap. 13. quæst. 32. num. 378* . sic asserens ; Cum à Religiosis debeat abesse meum actum , frigidum illud verbum & quidquid malorum est , in vitam nostram inuehens , S. Chrysof. *Orat. de S. Philogonio* , Religiosi autem æquè ac cæteri , possint fieri composes Indulgentiarum , rebus piis concessarum , clarum est nil interesse , siue illud numisma sit tuum , siue alienum .

Quare si tibi suum Rosarium quispiam commoderet , æquè poteris indulgentiis illi adhaerentibus gaudere , ac dominus Rosarij . Et ita nominatim declaratur in indulgentiis quinque Sanctorum §. 13 . Vnde absolute infert Sanctarellus *loc. cit.* ex Hieron Gratiano , tibi obuenturas mei Rosarij indulgentias , si illud à me amissum reperisti , & orando percurristi .

Obseruo autem , inter formulas Indulgentiarum quoad præsens institutum , hoc discrimen , quod in formulis , quibus Pontifices erogant Indulgentias ad instantiam alicuius personæ , aut honorem alicuius particularis Sancti , consueuerint exprimere hanc facultatem , quod scilicet sit perinde , seu quis aliena , seu propria reuatur , sicuti videbis in formulis Sancti Caroli , Quinque Sanctorum , Cardin à Dierrichstain , Diuum Guilielmi , Maximiliani , Feriæ , Godefridi Bambergensis , Nostrorum Patrum Assistentium , Patris Hyacinthi Capucini , &c. At verò in aliis Indulgentiis omittitur hæc facultas , ut videre est in formulis Communionum Indulgentiarum Clementis VIII , Pauli V , Urbani VIII . Puto tamen esse hoc ipsum de his , quod de cæteris dicendum , tum quia ita habet praxis , tum quia ira haud dubiè sentiunt citari , tum quia id conuincunt allatæ paulò ante rationes , tum denique quia inspicimus in obscuris , quid plerumque fieri soleat . *cap. Inspicimus , de reg. iur. in 6. vide plura num. 431* .

Nec obest , quod Clemens VIII . anno 1597 . expressè veruerit , ne res indulgentiis affectæ transirent personam illorum , qui eas illo anno obtinebant , nam id vetuit , tantum de suis , & prædecessorum indulgentiis , sicut videre licet in Breui , quod satis mendosè refert Rodriquezj typographus

tom. 4. fol. 503 . correctius autem *tom. 2. parte 98. articulo 2* . In quo Breui alia vetat idem Pontifex , quæ certum est nec ab eius Antecessoribus , nec à Successoribus fuisse verita . Ita Gobat . Cui adde Quintanaduenam *tom. 1. singularium in Appendic. tom. 9. dub. 6. num. 9. & Andream Mendo in Bull. Cruciat. d. 20. cap. 2. num. 13* . afferentes ad lucrandas Indulgentias , & liberandas animas ex Purgatorio non esse opus habere ea grana aut imagines ut proprias , sed sufficiat habere commodatas ; cum verbum , *Habere* , non solum dicatur de dominio , sed etiam de possessione , & detentione iuxta iuris acceptionem , quam illustrat Rebuffus in *l. 143. de verb. signif.*

Et tandem hanc sententiam tenet Antonius Escobar in *2. edit. sue Theologia moralis tractat. 7. exam. 5. capite 8. §. 3. numero 66* . qui citat Henriquez . Habet igitur hæc opinio pro se septem Auctores .

Verum his non obstantibus cum Sanctissimus Dominus Noster Innocentius X . ex excessu benignitatis suæ dignaretur legere dictam meam *p. 10* . cum legisset hanc opinionem in loco citato , significauit mihi per Illustrissimum Dominum Sacristam hanc sententiam sibi non placere , & suam esse intentionem non lucrari Indulgentias , per Medalias mutuo acceptas .

Sed inquiramus pulchrum dubium , verum si reperiam medalliam quam amiseram , pereat indulgentia secundi numismatis , à me deputati in locum primi ? Videtur permanere indulgentiam in secundo numismate , & non redire ad primum , eò quod fuerit verificata conditio , ut posset eligi secundum . Et ita ego olim docui cum Cardinali de Lugo , & me citato tenet etiam Gobat *vbi supra numero 385* . At nouissimè inuenio contrariam sententiam nominatim contra Lugum docere Patrem Andream Mendo in *Bulla Cruciatæ disputat. 6. capite 2. numero 27* . vbi sic asserit ; Cum autem amittitur aliquod granum , seu imaguncula , cui erat concessa indulgentia , cum facultate ut ea amissa , alia substitueretur ; tunc si amittatur , potest substitui . Qua substituta , si prima reperitur , ait Cardinalis Lugo *tom. de penitentia dub. 27. numero 150* . substituta posteriori , non verò primæ affigi indulgentiam , quia fuit illa ritè electa , posita conditione amissionis primæ , cuius statim indulgentia cessauit . Contrarium censeo quippe primario & principaliter fuit concessa Indulgentia primæ , solumque secundæ conceditur , si illa amittatur , cum autem reperitur , iam cessat ratio ut in secunda sit , quæ indulgentiam habuit dumtaxat in primæ defectum , reperta verò prima , non est defectus illius . Non ergo iudicanda est ea indulgentia in perpetuum concessa secundæ , sed solum ut substituta alterius principalis ; natura autem substituti est , ut adueniente principali in munere cesset . Ita Mendo , Stantibus itaque his contrariis sententiis consulo si casus in praxi accidat , utrumque granum seruandum esse , nam certum est in alterutro esse Indulgentiam .

Notandum est tamen hic , quod licet Theologi asserant Indulgentiæ concessionem fieri debere signo externo , quando tamen loco amissi numismatis seu medalie aliud eligis , eique prioris Indulgentias , applicas ; non est opus quidquam loqui , aut aliud signum externum adhibere , nam illa sua applicatio , quam rectius designationem & substitutionem dixeris , non est concessio Indulgentiæ , non enim tu , sed Pontifex aut potius Deus immedi-

diatè concedit illam indulgentiam habentibus tale numisma à te deputandum, quia facultas concedendi indulgentias nunquam delegatur laicis, aut foeminis, & tamen ij possunt determinare grana, aut imagines, quidquid asserat Pasqualigus. Itaque illa sua applicatio seu designatio est tantum conditio, non autem causa Indulgentiæ. Et hæc omnia ex Cardinali Lugo docet Gobat *vbi supra* numero 384.

De quibusdam defectibus corporis in ordine ad celebrandam Missam.

RESOLVTIO LI.

Quidam Sacerdos Missam celebrando, non potest quando se signat signo Crucis manu tangere frontem, neque sumere Eucharistiam manu dextera, sed tantum sinistra: Quæritur, an isti defectus inducant irregularitatem, vt absque dispensatione Pontificia celebrare minimè possit? Et more meo breuiter, & resolutoriè deueniendo ad punctum difficultatis, negatiuè respondeo; quia tunc ex defectu corporis inducitur irregularitas, quando (vt ait Magister Cornejo in 3. part. Diui Thomæ, tom. 2. tractat. 5. disput. 12. quæst. 2.) talis defectus facit omninò hominem inhabilem ad celebrandum, vel quod non possit celebrare sine notabili deformitate aut horrore. Et hoc habetur in *Cap. Exposuisti, & cap. Presbyterum de corpore visitatis, & communiter tenent Doctores, vt Gibalinus de Irregular. capite 3. part. 2. quæst. 2. numero 2. Vallensis in Paratilis ad ius Can. l. 1. tit. 20. numero 2. Toleus lib. 1. capite 63. numero 3. Sayrus de Cens. libro 6. capite 7. Suarez disput. 57. sect. 2. numero 15. Castrus Palau tom. 6. disputat. 6. punct. 11. numero 3. Præpositus in 3. part. Diui Thomæ quæst. 5. de irregular. dub. 14. numero 113. Layman lib. 1. tractat. 5. part. 5. capite 7. numero 5. & 6. Sotus in 4. distinct. 25. quæstion. 3. artic. 3. Henricus Bufenbaum in Medulla Theolog. moral. lib. 3. capite 5. dub. 5. Ioannes Vvigers in Supplem. 3. part. D. Thomæ quæst. 27. dub. 9. numero 37. Mercetus etiam in Supplement. ad 3. part. quæst. 74. dub. 13. numero 4. Gesualdus in Theolog. moral. tom. 2. tractat. 25. capite 2. numero 2. Reginaldus tom. 2. lib. 30. numero 46. Lessius in 3. D. Thomæ capite 7. de irregular. dub. 1. numero 53. & sequentibus, Antonius Blondo de Censuris part. 2. artic. 15. numer. 3. Molina de iust. tract. 3. disp. 70. nu. 2. Henriquez lib. 14. c. 8. Auila de Cens. par. 3. disp. 3. dub. 1. Ioannes de la Cruz in direct. par. 2. de irreg. ex defectu corporis conclus. 1. Filliucius, Coninch. vbi infra, & alij penes ipsos.*

Sed in nostro casu ex defectibus superius dictis Dominus Consulens non redditur inhabilis ad celebrandum, nec celebrando cum dictis defectibus, celebrat cum notabili deformitate, & horrore. Ergo non est irregularis. Probat minor, nam quædò quis diceret, horrorem, & deformitatem notabilem apparere; quando Dominus Consulens dicendo Missam, & signando se signo Crucis non rangeret frontem, & sumendo Sacram Hostiam, illam sumeret cum manu sinistra, & non dextera; ego quidem talem deformitatem, & horrorem in his non agnosco. Deinde hæc omnia difficulter circumstantes obseruabunt, & si obseruarent, notabilem deformitatem, & horrorem non inducerent, vt dixi, ergo nullam irregularitatem inducunt.

Confirmatur nostra opinio, nam si sumere Sacram Hostiam cum manu sinistra esset res indecens, & quod deformitatem induceret, vtique Sacerdotes inclytæ Religionis Dominicane non sumerent Hostias in Sacrificio Missæ manu sinistra, vt faciunt, ergo.

Item considerandum est, quòd non sumus in casu quo Sacerdotium esset suscipiendum, sed in suscepto; nam vt obseruat omnium Magister D. Thomæ in 3. par. q. 82. art. ult. ad 3. dicendum est non esse eandem regulam in ordine ad susceptionem Ordinum, & administrandum in susceptis. Ratio est, quia is qui ordinem suscipere debet, hoc ipso quod est inhabilis ad eos exercendos, est etiam irregularis, & inhabilis ad eos recipiendos. Qui verò iam ordinatus est, si talis defectus superueniat, dummodo per illum non reddatur notabiliter deformat, potest exercere illa officia, à quibus non impeditur. Quod etiam notauit Palauus, Præpositus, & alij vbi supra, quibus adde Filliucium tom. 1. tract. 19. cap. 6. numero 158. Coninch. de Sacram. disputat. 18. dub. 13. numero 106. vbi sic ait; Quando defectus ordinato superueniant, tantum prohibent eum Ordinis vsum, quem sine scandalo, aut periculo exercere non potest. Itaque. Sed hæc non accidunt in casu nostro, vt suppono. Ergo.

Nec obstat dicere, per Rubricas Missalis Sacram Eucharistiam esse sumendam manu dextera; Nam respondeo, quod hoc in Rubricis asseritur, non quia talis cæremonia contineat in se aliquod particulare significatum, vt eleuatio, & fractio Hostiæ, & similia; sed ad maiorem commoditatem ipsa natura dicente se efficere; omnes enim actiones manu dextera complentur.

Adde: quòd Rubricæ Missalis non omnes sunt præceptiue, sed aliquæ sunt directiue. Vnde docet Antonius Escobar, & Mendoza in Theolog. moral. tract. 1. exam. 11. par. 1. capite 4. numero 41. & alij; non omnes Missalis Regulas ad mortale obligare, sed tantum illas, quæ sacrificij essentiam, vel quasi essentiam continent. Et illas Rubricas esse præceptiuas tenet Marchinus de Sacram. Ordin. part. 3. tract. 3. capite 6. numero 4. quæ frangunt aliquam legem Canonicam in corpore iuris contentam, vt de seruando ieiunio, integrando Sacrificio, de ara consecrata, de loco celebrandi non prohibito, de præmittenda Confessione post lethale, de benedictione vestimentorum, & eiusmodi, quorum singula in corpore iuris sunt expressa. Eas verò Rubricas dici directiuas, quæ nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubricis ponuntur cum verbis importantibus præceptum, qualia sunt *Mandamus, precipimus, & similia*. Quæ omnia cum non inueniantur in nostro casu, vt de se patet, in illo nullam culpam agnosco. Et dato quod cæremoniæ, de quibus loquimur si omittentur per se aliquam culpam inducerent, quia omittuntur in casu nostro ex iusta causa, nullam culpam inducere dicendum erit.

Non desinam etiam hic obseruare, quòd forsitan Dominus Consulens possit sumere Sacram Hostiam etiam manu dextera; nam licet non possit ad os suum illam appropinquare; videndum est an saltem possit, quasi faciendo Orationem demisso capite, illud adeò inclinare, vt recipiat in ore Eucharistiam intra digitos manus dextere existentem, & sic in rigore, & literaliter obseruaretur Rubrica Missalis. Suppono tamen hanc capituli inclinationem pro sumenda Sacra Synaxi à manu dextera posse fieri absque magna deformitate, vt quidem

quidem reor, quòd cum sit res consistens in facto, remitto videndam sapientissimis Theologis cum Domino Consulente commotantibus. Verùm omnia à me superius dicta, dicta esse volo saluo aliorum meliori iudicio, & præsertim doctissimi, & Illustrissimi Antistitis ipsius Consulentis.

An Prælati Regulares sint eligibiles in confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi.

RESOLVTIO LII.

Nominatim contra me affirmatiua sententia placet nouissimè Magistro Gallego in Bull. Cruciatæ. dub. 84. vbi sic ait Pero no puedo dexar de confesar que me agrada mucho la resolucioñ del Padre Maestro Fray Diego Nuño in addit. ad. 3. par. quæst. 8. art. 5. dub. 8. en la solucioñ de noueno argumento, el qual dize, que tiene parâ si por euidente que si se concede que el que es Parroco, solo por serlo sin otra aprouacion del Ordinario es elegible por virtud de la Bula (lo qual no admitte el Maestro Nuño, como diximos en la duda antecedente) se ha de conceder tambien necessariamente, que los Prælados de las Religiones, solo por serlo sin otra aprouacion del Ordinario, pueden ser escogidos por la Bula. Porque (dize Nuño) aunque los Prælados de las Religiones no son Ordinarios de derecho diuino; pero son Parrocos de derecho diuino en sus Conuentos; y muchas vezes acontece tener mas subditos que tiene vn Parroco de vna aldea pequeña, ò de vna Parroquia, ò Feligresia de pocos feligreses como acontece en muchos lugares donde ay multitud de Parroquias, y pocos vezinos. Luego si vn Sacerdote solo por ser Parroco, sin otra aprouacion alguna, es elegible por la Bula, lo qual admite, y concede el Maestro Ledesma, como vimo en la duda antecedente: Luego tambien se ha de dezir lo mismo de los Prælados de las Religiones, que son verdaderos Parrocos; aunque no absolutamente Ordinarios, y pues en la dicha duda, diximos con el Maestro Ledesma, y otros muchos Autores, que era muy prouable que el tiene Beneficio Parroquial, sin otra aprouacion alguna del Ordinario, es elegible por Bula, parece que es mas conuiniente à esta sententia el dezir, que los Prælados de las Religiones, solo por serlo, sin otra aprouacion penden ser escogidos por la Bula: y assi en esta parte, con mas ilacion y consequentia, me parece que hablo el Maestro Fray Diego Nuno que el Maestro Fray Pedro de Ledesma: y pues este consiella que hombres Doctos han dicho, que los tales Prælados, solo por serlo, pueden ser electos por la Bula, y no nombra Ledesma quien son estos hombres doctos, me ha parecido nombrarlos; Estos son los sapientissimos Maestros Fray Mançio de Corpore Christi, Fray Iuan Gallo, Fray Barolome de Medina, Fray Domingo Bñez, todos quatro de nuestra Orde de Prædicadores, y Capedratricos de Prima de la Insigne Vniuersidad de Salamanca, los quales refiere, y sigue por esta resolucioñ de que son elegibles por la Bula El Padre Entiquez lib. de Indulg. cap. 12. num. 3. in gloss. litter. R. & Iuan Valero Monge Cartuxo lo tiene espresamente in differensis viriusque fori, verb. Nullitas, difficult. 5. Huc vsque Gallego, pro cuius sententia ego alios adduxi in p. 5. ar. 12. resol. 51.

Sed non recedo à sententia negatiua; quæ præter Suarez, & Rodriguez, quos adducit Gallego, tenet Fagundez de Præcep. Eccles. pr. 2. lib. 7. c. 2. n. 39. Tatiburinus de iure Abbatum tom. 2. disput. 6. quæst. 17. Ludouicus à Cruz in Bull. Cruciat. disp. 1. c. 2. dub. 1. n. 9. Pasqualigus de Iubilæo quæst. 187. num. 2. & me citato Georgius Gobat de Iubil. cap. 3. n. 331. in fine, & me citato Andreas Mendo in Bull. Cruciat. disput. 2. cap. 2. n. 30. & me citato Pater Bardi par. 2. tract. 5. cap. 2. sect. 1. num. 6. idem docet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst. 63. Filliucius tom. 1. tract. 8. num. 275. Quintanaduenas de Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 20. n. 1. Cardinalis Lugo de Penit. disputat. 21. sect. 1. numero 10. & alij penes ipsos.

Dicendum est itaque contra Magistrum Gallego, Prælatos Regulares non posse eligi in Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ, neque tempore Iubilæi; Probat; quia; vt ait Pasqualigus, in tantum possent eligi, in quantum possunt eligi habentes parochiale beneficium, quibus possunt æquiparari, Prælati Regulares. Sed non possunt æquiparari, ergo nec etiam poterunt eligi. Minor probatur; Tum quia habentes Parochiale beneficium idèd habentur pro approbatis ad audiendas confessiones; quia per examen iudicatis sunt idonei ad curam animarum præcipuè in ordine ad administrationem Sacramentorum, quod non habet locum in Prælatis Regularibus; Imò in decreto Clementis VIII. §. 2. De reseruat. cas. pro Regular. prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi spontè accedant cum quia habentes Parochiale beneficium sunt declarati idonei pro excipiendis confessionibus secularium: vnde electio quoad ipsos concessa est intra ordinem confessariotum, qui pro secularibus sunt deputati. At Prælati Regulares non sunt intra hunc ordinem, & idèd facultas eligendi de vno ordine non potest extendi ad eos, qui non sunt intra illum ordinem.

Confirmatur. Habentes Parochiale beneficium non habentur pro idoneis à Concilio ex eo quod habeant curam animarum, sed ex eo quod non assumuntur ad ipsum nisi iudicentur idonei, & approbentur; vnde dispositio Concilij innititur approbationi de ipsis factæ, quæ est approbatio Ordinarij, aut Prælati alicuius maioris, aut Summi Pontificis. Hæc autem approbatio non adest quoad Prælatos Regulares; & idèd cum nec ratio dispositionis in ipsis habeat locum; imò nec etiam verba, quia non habent Parochiale beneficium, nec etiam habet locum dispositio l. Quod Constitutum ff. de testa. milit. c. l. 4. §. Toties ff. de damn. infest.

Assero igitur, quod Prælati Regulares neque sunt Parochi, neque habent beneficium, &c. Non sunt Parochi, quia nequeunt cogere subditos, vt ipsi confiteantur, sed tenentur iurisdictionem alijs delegare; neque habent beneficium; nam licet habeant iurisdictionem ordinariam, tamen cum non habeant ius percipiendi fructus, eosque in suam vtilitatem conuertendi, dicuntur potius habere officium Ecclesiasticum, quàm beneficium; & idèd vt Prælati non tenentur recitare horas Canonicas, nisi sint in Sacris, quapropter sine approbatione Episcopi non sunt per Bullas eligibiles. Ex quibus patet responsio ad ea, quæ pro sua firmanda sententia adduxit Gallego, vbi supra.

Et ex his etiam sequitur à fortiori contra aliquos, quos ego alibi reprobauit, extra tempus Iubilæi, vel sine Bulla non posse Prælatos Regulares audire

audire confessiones secularium absque Episcopi approbatione, ut optime obseruat Mendo, *vbi supra num. 31. Pasqualigus numero 6. Cespedes de exempt. Regular. cap. 6. dub. 107. numero 2. & alij à me alibi adducti.*

An Regulares, militarium ordinum, etiam si sint Sacerdotes, possint frui privilegio Bullæ Cruciatæ vescendi ouis, & lacticiis?

RESOLVTIO LIII.

Negatiuam sententiam docet Pater Bardi in *Bulla Cruc. part. 2. tractat. 3. capit. 2. sect. 2. §. 4. num. 28.* vbi sic ait. Quæres, an hi Equites gaudeant priuilegio isto, etiam si sint in statu Sacerdotali; videtur affirmatiuè respondendum, quia in Bulla Latina, sine vlla limitatione declaratur ipsos comprehendere sub hoc indulto, sic enim asseritur (& sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, &c. comprehenduntur omnes cuiusuis militiæ Regulares) & ideo nonnulli, quos citato nomine refert Villalobos *num. 9.* partem affirmatiuam amplexi fuerunt, sed eos reicit ipse Villalobos, & merito, quia non est verisimile plus concessum fuisse, in ordine ad hunc effectum Presbyteris Religiosis, quam Sæcularibus, cum illi maiori teneantur obligatione ad vitæ perfectionem acquirendam, quam isti. Ita Bardi.

Sed eius, & Villalobi sententia mihi non placet, & ideo altero Regulares ordinum militarium etiam si sint Sacerdotes, posse diebus Quadragesimalibus edere oua, & lactinia: Et ita hanc sententiam tradit & probat Andreas Mendo in *Bull. Cruciat. disputation. 18. capite 3. numero 20.* & postea nominatim contra Patrem Bardi in *Append. disputat. 2. capite 10. num. 47.* vbi verisimilitudinem quam ipse adducit, asserit non virgere: Si enim Pontifex voluit concedere illis, & non istis prædictum priuilegium, non debemus examinare, an congruentius fuisset, negare: imò supponere, fuisse congruentius, quibus ductus moueretur ad concessionem: easque attigi loco relaro, facileque excogitari possunt causæ mouentes ad indultum concedendum. Itaque respondeo, esse verisimile, plus concessum fuisse Presbyteris militarium equestrium quam aliis, quia ex ipsis Bullæ verbis explicatis in proprio sensu, quin adhibeatur impropria restrictio, id constat. Ita Mendo.

Et hanc sententiam nominatim etiam contra Patrem Bardi tenet Magister Gallego in *Bull. Cruciatæ dub. 58.* vbi sic ait. No obstante esto se ha de dezir que los tales Religiosos aunque sean Sacerdotes pueden comer huevos, y lacticiis en la Quaresma con la Bulla: porque la misma Bulla Pumblea à Latina se lo concede con estas palabras; *Et sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, & lacticiis comprehenduntur omnes cuiuslibet militiæ Regulares.* Pues si la misma Bulla latina habla vniuersalmente con todos los Regulares de las ordenes militares, siendo los tales Freyles verdaderamente Religiosos de las dichas Ordenes militares, parece claro, que la misma Bulla les concede à ellos tambien este indulto: y aunque la tradicion Castellana dize, Cavalleros de los Ordenes militares, no obsta, porque la traduccion atendio à que semejantes Religiones militares, es su principal instituto de Cavalleros militares, à quien ayudan

los Freyles, que todos juntos componen vna Religion militar: y assi tomo la traduccion la denominacion de lo mas principal, llamando los Cavalleros de las Ordenes militares. Empero la Bulla Pumblea à Latina hablo vniuersalmente, como hemos dicho. Esta doctrina se platica en el insigne Conuento de S. Maria del Monte del Orden Militar de S. Iuan, en la Diocesis de Tolèdo, segun me certifico D. Frei Miguel de la Solana Sacerdote del dicho Orden, natural de la muy honrada villa de Carrascola del Campo, en la Diocesis de Cuenca: y lo mismo deuen platicar los Conuentos de las otras Ordenes Militares. Ita ille; qui restatur ex Mendo hanc sententiam docuisse etiam Basilium Pontium de hoc casu interrogatum.

Verum in fauorem amicissimi viri Patris Bardi obseruo, eius sententiam nouissime docere Antonium Escobar & Mendoza in *Theolog. Moral. tom. 1. lib. 7. sect. 1. capite 11. numero 116.* vbi sic ait; Laicis sæcularibus, & Equitibus Militarium Ordinum (dummodo hi Presbyteri non sint) conceditur, sine vlla temporis distinctione posse ouis, ac lacticiis vesci. Ita ille. Et paulò infra *num. 130.* sic ait; Equites Ordinis Militaris, qui verè Religiosi sunt, & matrimonium contrahere nequeunt, verbi gratia Diui Ioannis, tempore Quadragesimæ ouis, ac lacticiis vesci possunt. Quia instituti sunt ad seruendum Ecclesiæ fortiter dimicando aduersus hæreticos, & infideles. Non autem nomine militarium comprehenduntur Religiosi militares Clerici, quamuis non sint Sacerdotes, quos Freyles vocitant, & Choro inferunt: hi enim tenentur ab ouis, ac lacticiis abstinere. *Rodriguez §. 6. num. 11.* Sic Escobar.

At mihi magis placet sententia contraria, quam supra adduximus; nam in Bulla Latina postquam absoluerit conceditur fumentibus Bullam Cruciatæ indultum vescendi ouis, & lacticiis in diebus Quadragesimalibus, adiungitur; Et sub hoc indulto vescendi carnibus, ouis, & lacticiis comprehenduntur omnes cuiusuis militiæ Regulares. Et immediatè post auditur; Patriarchis verò, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque inferioribus Prælatibus, necnon aliis personis Regularibus, & qui in ordine Presbyteratus fuerint sæcularibus, id minime conceditur, nisi sexagenarij fuerint. Ex quibus verbis colligitur, Religiosos Militares etiam Sacerdotes, posse frui priuilegio edendi oua, & lactinia; cum solum sæcularibus sacerdotibus id denegetur.

Nota hic etiam obiter, quod in ieiuniis ex voto, pœnitentia, ac Iubilæo extra Quadragesimam possunt sæculares ouis vesci. Idem de Sacerdotibus, ac Regularibus assero. Sed si incidant in Quadragesima, possunt sæculares ouis vesci, non Presbyteri, ac Regulares. Ita Escobar, & alij.

An aliquando possit quis absolui à peccatis reservatis commissis post finitum tempus Iubilæi.

RESOLVT. LIV.

Adheret negatiuæ sententiæ, Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Lugo de *Sacrament. pœnitent. disp. 20. sect. 8. numer. 134. cum sequent.* Quia, ait ipse, licet propter causam iam inceptam pro-rogetur iurisdicção; non tamen pro-rogetur alia iurisdicção

An virtute Bullæ Cruciatæ possit quis absolui à casibus reservatis post annum publicationis elapsum?

RESOLVTIO LV.

risdicção; sed illa, sola quæ prius concessa fuerat, & ad eadem faciendâ: prior autem iurisdicção fuerat ad absolueudum à peccatis, & censuris contractis intra tale tempus, & non ad aliud: ergo si manet eadem iurisdicção, manet ad idem obiectum, nempe ad eadem peccata, & censuras: nam si esset ad alia, esset alia iurisdicção de noua acquisita, non eadem protogata.

Confirmatur, & explicatur: quia causam esse inceptam, non facit quod propter connexionem, & vnionem confessionis possit confessarius absolueri ab aliis peccatis diuersis, eo quod non possit absolueri ab illis prioribus sine istis nouis, sed solum dat ius ad perficiendam eandem solum causam, quæ cœpta fuerat, & circa idem. Confessio autem cœpta fuerat circa peccata iam commissâ, nec potuit incipere confessio, aut iudicium circa nondum commissâ: ergo ab illis solum prioribus potest absolueri, ratione causæ inceptæ. Pone enim postea commississe peccatum hæresis, ad cuius absolutionem non datur facultas in Iubilæo; poteritne absolui postea ab hoc peccato, quia confessio circa alia cœpta fuerat? Nemo id concedet: ergo, neque ab aliis reservatis commissis post tempus Iubilæi absolui poterit: tam enim reseruatæ sunt hæc peccata, sicut hæresis, cum Pontifex solum abstulerit reseruatiorem eorum, quæ committerentur intra tale tempus: ergo, sicut non abstulit etiam concomitanter reseruatiorem hæresis propter connexionem cum aliis, aut propter confessionem inceptam; sic nec abstulit reseruatiorem eorum, quæ tempore sequenti committerentur.

Concedo tamen, si post cœptam confessionem pœnitens commisit alia reseruatæ intra tempus Iubilæi, ab illis postea posse absolui: quia licet confessio circa illa non fuerit cœpta; per Iubilæum tamen acquisiuit priuilegium, & ius, ut absolueretur ab omnibus commissis intra illud tempus; sicut postea possent commutari vota, quæ de nouo fecit intra illud tempus post commutata alia, & post factam, ac finitam confessionem. Admitto etiam id posse confessarium cœptam confessionem, quam tunc perficere non potest, relinquere perficiendam ad hebdomadam sequentem: per hoc tamen non poterit acquirere iurisdicctionem nouam, aut eam extendere ad id, ad quod prius non extendebatur. Et hæc omnia asserit Lugo, *vbi supra*, qui postea responderet ad aliqua argumenta, quæ pro aduerso adduci poterant.

Et huic sententiæ ego libenter adhæreo, non nego tamen affirmatiuam sententiam esse probabilem, ut docet Andreas Mendo in *Bull. Cruc. d. 22. cap. 3. num. 28.* Pasqualigus de *Iubil. quest. 252. num. 8.* & me citato Quintanaduena de *Iubil. duarum hebdomadarum cap. 22. n. 3.* vbi sic ait; Si à vno pot causa iusta le prorogo la confession el Confessor para despues de las dos semanas, puede ser absuelto de los casos reservados, y censuras, en que cayere despues dellas, como sea antes de la Confession del Iubileo: porque sino se hazia incapax de ganarlo, y dando el Pontifice al Confessor potestad para prorogar la Confession, y absolucion, y Iubilæo, tambien la da para lo necessario, para la execucion destes actos, que es la absolucion de reservados. Ita ille, qui adducit etiam Faustum, & Bossium, quibus etiam adde Patrem Bardi in *Bulla Cruciatæ par. 1. tract. 2. c. 6. sect. 3. §. 4. n. 53.*

Potest enim euenire, ut aliquis incipiat confessionem in fine anni, modo declarato: sed antequam illam perficiat, labitur in casum reseruatam post elapsum annum prioris Bullæ. Quærimus an vi huius præcedentis Bullæ, sicuti potest absolui à peccatis patris intra annum, quorum causa dicitur pendens, ita etiam valeat absolutionem obtinere à peccato illo reseruatæ, in quod post annum, durante tamen confessione, est lapsus?

Et affirmatiuam sententiam docuit Mendo in *Bulla Cruciatæ disp. 23. capit. 3. num. 28.* exemplo Iubilæi, ut in superiori Resolutione probabiliter diximus.

Sed Pater Bardi in *Bulla Cruciatæ part. 1. tract. 2. cap. 6. sect. 3. §. 4. num. 52.* profus adhæret negatiuæ sententiæ, & opinionem affirmatiuam falsam putat, & assignat differentiam inter Iubilæum, & Bullam Cruciatæ. Pro qua re supponendum est, hæc duo inter se differre, videlicet, opera præscripta esse tempore determinato alligata, & ius consequendi fructum esse pariter affixum definito tempore. In Iubilæo autem habetur primum, & non secundum, ut patet ex ipso diplomate, & quoad primum est manifestum ex textu; quia opera, quæ iniunguntur, solent alligari vni, aut alteri sequenti hebdomadæ, & quoad secundum a ius assequendi fructum Iubilæi non esse alligatum: nunquam enim restrictio, aut alligatio quoad priuilegium apponi consuetum, est in ipso diplomate Iubilæi: & ideo licet aliquis non præstans opera iniuncta in illa hebdomada designata vtilliter, quoad consecutionem Iubilæi, ea apponat hebdomada elapsa: tamen si intra eam hebdomadam ponat prædicta opera, ius ad effectum Iubilæi semper remanebit in ipso pœnitente. Secus res se habet in Bulla Cruciatæ; quia cum opera, tum ius ad fructum Bullæ, est affixum tempore determinato, nempe anno promulgationis; proinde eo transacto, & facta alterius Bullæ promulgatione, prior Bulla totam amittit efficaciam. Et hoc declaratur in ipso diplomate contextu, in quo Pontifex & Commissarius expressè in §. 29. sic habent. Item declarant, quod expirante anno, omnes prædictæ facultates, gratiæ, & indulta expirent, tantumque poterunt causæ pendentes ad finem perducere. Ex quibus patet discrimen inter Iubilæum, & Bullam Cruciatæ in ordine ad acquirendum fructum transacto tempore præfixo, quo ambo diplomata durant; hoc autem discrimen non aduertens recentior ille, vtraque pro vno habuit, & eandem Iubilæi & Cruciatæ rationem esse existimauit.

Sed si quis inquireat causam huius differentiarum: dicimus, immediatè esse voluntatem Pontificis; nam cum vtrumque priuilegium ab ipso liberè, & gratuito emanet sub diuersa forma vtrumque concedere voluit; ita tamen non sine aliquo congruo fundamento; ideo enim statuit omnes gratias, & facultates Cruciatæ, elapso anno promulgationis, expirent; quia singulis annis publicatur noua Bulla, & ideo si duraret ius vtendi veteri Bulla, impeditetur efficacia subsequens Bullæ. Hæc autem ratio non militat in Iubilæo, qui non conceditur

ditur singulis annis, sed raro, & gratia concessa per ipsum Iubilaeum sunt tantum tres, nempe, absolutio à referuatis, commutatio votorum, & indulgentia, quae non habent tractum successiuum, sicuti habent facultates concessae per Cruciatam quae sunt plures, & non finiuntur unico actu, ut sunt indulgentiae acquirendae quolibet die, comestio ciborum prohibitorum, absolutio à casibus. Episcopo referuatis toties quoties, & quaedam aliae similes; proinde ne vna Bulla quoad vsum alteram impediret: valde conueniens fuit, ut transacto anno promulgationis, & adueniente noua Bulla, expiraret antiqua quoad omnes facultates, & gratias, quae per ipsam concedebantur. Et haec omnia docet Bardi loco citato.

Verum postea idem pater Mendo in *Appendice Bullae Cruciatæ disp. 1. capit. 16. num. 60.* sententiam quam olim docuerat, iterum docet, & nominatim contra Patrem Bardi respicit differentiam inter Iubilaeum, & Bullam, quia, ait ipse, ius consequendi fructum ex Iubilaeo extraordinario, ut porè radicatum in ipso, acquiritur, durante Iubilaeo, etsi postea fructus obtineatur: ergo eodem modo alligatum est ius in Iubilaeo ac in Bulla, sicut etiam virtute Bullae fatetur Pater Bardi, posse fructum absolutiois obtineri ea transacta: quare ius in vtroque est alligatum tempori: secus consecutio ipsius fructus, quae dari potest & post Iubilaeum, & post Bullam. Et quidem si durante Iubilaeo non acquireret quis ius, ut postea fructum obtineret; quo iure illum postea postea consequi? Ego nullam disparitatis umbram in Bullam, & Iubilaeum quoad hoc percipio.

Contra secundò: Iuxta doctrinam Patris Bardi, qui incepit confessionem virtute Bullae, habet ius ut etiam expirante Bulla, absoluitur: at si commisit noua peccata referuata, non potest à peccatis antecedentibus absolui, quin etiam absoluitur ab his referuatis: ergo valet cum illo eodem iure ab eis absolui. Probo consequentiam: Primò, quia illud ius non tollitur per haec noua peccata, nec potest effectum sortiri, nisi à nouis peccatis etiam absolutio praestetur: Secundò, quia eatenus virtute Iubilaei elapsi, potest quis à peccatis denuò commissis absolui, quatenus acquisit ius virtute Iubilaei ut absolueretur, & illud ius per noua peccata non extinguitur, nec potest ad effectum perducì, nisi etiam à nouis peccatis simul absoluitur; ergo pariter id ipsum in Bulla contingit.

Dicit Pater Bardi, nouum peccatum esse nouam causam, & ex mente Pontificis Bullam praecedentem non extendi, nisi ad causas pendentes. Contra, quia absolutio à peccatis antecedentibus erat causa pendens, quae ut finiatur, opus est, absolui à peccatis nouis; atque adèdè tora ea confessio sumenda est ut causa pendens, etsi aliquod peccatum sit nouum cum pro formali causae pendens sit illud aggregatum, quod conficit Sacramentum, & in ordine ad rationem causae pendens, quasi materialiter se habeant noua peccata. Id ipsum in Iubilaeo cernere est, quod admittit Pater Bardi: quare eius disparitas inter Iubilaeum, & Bullam minus firma est iudicanda. Hucusque Pater Mendo.

Quid verò ego sententiam dicam breuiter, sententiae Patris Bardi magis adhaereo, sed non existimo cum ipso sententiam Patris Mendo esse falsam, puto enim sua non carere probabilitate;

sicut in superiori Resolutione quoad Iubilaeum, licet Cardinali Lugo ad haereticum, contrariam autem sententiam tanquam improbabilem non damnauit.

Nota hic etiam quod si loquamur de casibus referuatis ante finitum tempus Cruciatæ, putat Henriquez lib. 7. c. 11. num. 3. quod in casu quo Confessarius ex iusta causa non possit perficere Confessionem inchoatam, debet absolue pœnitentem à referuatis, postmodum opportuno tempore reliqua peccata auditurus. quia iam Bulla prolapsa non viger indulget. Sed ego purò, quod si Confessio incipiat tempore habili, intra terminum scilicet publicationis Bullae, potest Confessarius de cetero totam audire pœnitentis Confessionem, illumque à referuatis, & Censuris absolue. Quia causa illa habili fuit tempore cœpta. Vnde Escobar in *Theolog. moral. tomo 1. libro 7. sect. 2. capit. 33. Probl. 64. numero 655.* rectè existimat, instante anni suae Bullae termino, posse Confessarium pœnitenti maius tempus concedere ad vberiore peccatorum referuatorum, aut voti emissi recordationem: si huius speciem memoria non tenet, aut illorum numeri non satis recordatur: & post annum Bullae exactum eum potest à peccatis referuatis absolue, & eorum commutare. Hinc elicio iurisdictionem Commissarij, ac ministrorum Cruciatæ durare, quousque omnes causae inceperat spectantes ad commodum Cruciatæ finiantur. Vide Magistrum Gallego in *Bull. cap. 9. dub. 116.*

An pueris habentibus vsum rationis ante septennium liceat manducare carnes?

R E S O L V T. L V I.

Nominatim contra me ad propositam quaestionem negatiue respondet Leander de *precepto Eccles. tract. 5. disp. 2. quest. 42.* Putat enim legem abstinendi à carnibus, & lacticiis, obligare pueros itatim ac vsum rationis obtinuerint, siue id illis contingat ante, vel post septennium. Ratio est. Quia vsum rationis in quacumque contingat aetate, facit pueros capaces culpae: ergo & obligationis per legem, nisi aliàs materia legis, aut intentio Legislatoris, aut consuetudo declaret. Hanc etiam sententiam tenet Merolla *tomo 2. disp. 4. capite 3. dub. 38. num. 45 1.* & alij penes ipsos. Quibus adde nouissimè Patrem Mendo in *Bull. Cruc. disp. 18. num. 3. & 77. & Appen. disp. 2. cap. 15. num. 82.* docentem, pueros si eis acceleretur vsum rationis ante septennium, non posse edere oua & lacticia absque Bulla Cruciatæ.

Sed licet haec opinio sit satis probabilis, ego tamen non recedo ab affirmatiua, & ita me citato docet Ioannes Henriquez in *qq. Pract. sect. 16. quest. 19. numero 47.* vbi sic ait, Opiniones de aliquos Doctores, quae si antes de compliri siete años tueren los niños vso de razon, no pueden comer carne en los dias prohibidos, pero sino rruieren vso de razon la podran comer, hasta que cumplan los siete años. Esta opinion es de Manuel Rodriguez, y Villalobos.

Pero mas prouable es que de ninguna manera estan obligados los niños à esta ley, hasta que cumplan los siete años de edad. Esta opinion es de Diana, el qual aduertte que es tan verdadero, que aunque

atunque aya costumbre en contrario, pueden seguramente los niños comer carne no rruiendo siete años; porque si ninguna ley, ni precepto expreso obliga antes de auer cumplido siete años, menos obligará el precepto de costumbre. Ita ille, cui adde etiam me citato Martinum de Sac. Ioseph in *Mon. Confessio. 1. lib. 2. tract. 3. de Ieiunio n. 4.* Qui loquens de pueris sic ait; Y aunque conste, que antes del seprenio se les acelerò el vso de la razon, se les puede dar carne, y manjares prohibidos, porque antes de los siete años no les obliga ninguna ley Ecclesiastica. Et ad ea quae frequentet accidunt leges adaptentur speris casibus raro contingentibus, l. nam ad *ca. ff. de legib.* Ita Martinius.

Et ex Societate Iesu huic sententiae etiam adhaeret doctus Pater Antonius Escobar in *Theol. Moral. tract. 5. exam. 13. pr. 4. cap. 3. n. 52.* Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit etiam Pater Bardi in *Bull. Cruc. par. 2. tract. 3. cap. 4. sect. 5. nu. 10.* loquens contra Mendo de ouis & lacticiis. Et hanc sententiam probabilem esse putant ipsimet Aduersarij, ut Merolla *vbi supra.* Imò magis generaliter loquens Escobar à Corro de *vroque foro, art. 6. num. 34* sic ait; Limita quarto in minore non compore mentis, qui legibus non ligatur, l. *Impuberem 23. de furis. l. 1. §. Impubes 32. ad Syllan. l. Infans 12. de Sicariis. Clem. 1. vbi DD. de homic. Amplia dictam quartam limitationem, ut procedat quamuis conster ante septennium vsum habere rationis, quia raro hoc contingit, & leges ad ea, quae frequentius accidunt tantum adaptantur, l. nam ad *ca. de legib.* Ita Escobar.*

Et tandem hanc sententiam ex Dominicanorum familia late sumat Magister Marcus Serra in *par. 2. tomo 2. quest. 96. art. 1.* vbi haec asserit; Pueri non tenentur legibus humanis cum primum rationis vsum habent, sed quando perueniunt ad annos, in quibus communiter lumen rationis oriri solet, & pueri vsum rationis habent ut in pluribus. Cuius rationem assignat Sanctus Antoninus 2. *part. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Nam leges adaptantur secundum ea quae ut in pluribus accidunt. Sicque non intendunt obligare ante illud tempus, in quo communiter lumen rationis oriri solet. Vnde si ante illud tempus in aliquo puero vsum rationis acceleratur, hoc est per accidens, & non obligat illum ad leges humanas obseruandas; ac propterea non tenetur confiteri semel in anno, nec à carnibus & lacticiis abstinere in diebus ieiunij, nec alia praeccepta Ecclesiae seruare: Quodnam autem sit huiusmodi tempus non eodem modo explicant omnes. Quid nam dicunt esse annum qui immediatè post septennium sequitur, nempe annum octauum; in illo enim communiter solet lumen rationis oriri. Alij maiorem aetatem, & plures annos assignant; nam ut ait Sanctus Antoninus *vbi supra,* ut in pluribus in octauo anno puer nondum habet vsum rationis. Sed hoc contingere dicit secundum opinionem quorundam, *In masculo quando habet decem annos & dimidium, & aliquantulum ultra; & in femina quando habet nouem annos & dimidium, & aliquantulum ultra.* Vnde tunc & non antea Ecclesiae legibus tenebuntur. Magister Soto verò ad hoc adhuc maiorem aetatem requirit, nempe annum duodecimum, *In 4. enim distinct. 12. quest. 1. artic. 11. ad finem corpor.* loquens de praeccepto Ecclesiastico sumendi Eucharistiam ait; Pueri non obligantur vsque ad duodecimum annum quando aliis tenentur Ec-

Anton. Diana Pars II.

clesiae legibus. Idem dicit *distinct. 18. quest. 1. art. 3. ad finem corpor.* Loquens de praeccepto Ecclesiastico Confessionis Sacramentalis. Ex quo sequitur pueros ante hanc aetatem, etiam si vsum rationis habeant, non peccare carnes aut lacticia in diebus prohibitis comedentes; quod expresse dicunt multi recentiores. Hucusque Serra.

Sed eius sententiam libenter admitto, quod pueri ante septennium etiam si vsum rationis accepererent, non teneantur ad praecceptum abstinendi à carnibus; sed ab ipso Serra recedo, dum cum Soto asserit hoc etiam procedere ante annum duodecimum, itaut possint comedere carnes, cum pueri ante illud tempus non teneantur ad praeccepta Ecclesiae; sed hanc opinionem esse improbabilem optimè notauit contra Emmanuel Sà, Pater Henricus Busembaum in *Medulla Theolog. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 3. dub. 2. num. 2.* Vnde Reuerendissimus Magister Sacri Palatij opinionem Emanuels Sà in editione Romana correxit, & ad alium sensum reduxit. Et sic communiter contra Serram tenent Doctores.

Dico igitur non esse admittendum id quod habet S. Antonin. *part. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2.* Cordubens. *Sum. quest. 40.* Victoria *relect. 2. de venientibus ad vsum rationis, n. 11.* & apud Salas *de legibus disp. 14. sect. 13. num. 126.* pueros non teneri ad confitendum semel in anno, nisi sint proximi pubertati, id est, anno decimo cum dimidio, si sint mares; & anno nono cum dimidio, si sint foeminae: quia vsum rationis qui sufficit ad peccatum mortale, communiter non habetur nisi ad annos proximos pubertati, qui sunt in masculis annus decimus, cum dimidio; & in foeminis annus nonus cum dimidio. Contra enim est: quia id est falsum, si loquamur in ordine ad forum conscientiae, & Dei; non autem solum ad forum exterius, in quo communiter non praesumitur quis esse doli capax secundum iura, nisi sit proximus pubertati.

Eidem est etiam de eo, quod habet Soto in *4. dist. 12. quest. 1. art. 11. & distinct. 18. quest. 1. art. 3. & lib. 7. de iustitia quest. 3. a. 2.* & Henriquez lib. 8. *de Eucharistia cap. 42. num. 2.* eos non teneri ad eandem annuam confessionem vsque ad annum duodecimum: Et quòd habet Emanuel Sà, eos non teneri vsque ad annos pubertatis: quod idem vniuersaliter de omnibus legibus Ecclesiasticis, quod non obligent vsque ad annos proximos pubertati, docet S. Antonin. *1. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2. citat.* & vsque ad annos ipsos pubertatis docent aliqui apud Salas *disp. 14. sect. 13. cit. num. 127.* Contra enim est: quia si sunt capaces peccati, sunt etiam capaces remedij contra peccatum, quod est confessio; neque vlla est ratio, quare ad illam non teneantur, etiam lege Ecclesiastica, cum praesertim verba ipsa talis legis clarè expriment, quod omnes teneantur postquam peruenierint ad annos discretionis; & eò ipso, quod conceduntur etiam ante annos pubertatis, vel proximos pubertati, esse capaces peccati, conuincuntur etiam esse capaces legis, & obligationis, ut diximus; & si sunt capaces obligationis per leges Diuinas, & naturales, nulla est ratio, quare etiam non sint capaces obligationis per leges Ecclesiasticas, & humanas; quidquid sit de praesumptionibus pro foro externo, ut diximus.

Et similiter non videtur admittendum id, quod habet Henriquez lib. 13. cap. 49. num. 2. quod post vsum rationis ad aliquod tempus possint pueri trahi lacticia in diebus prohibitis, & quod ita habet

habet consuetudo, vt etiam tradit Ledefma 2. par-
te 4. quæstion. 17. articul. 6. dub. secundo in fine, &
aliqui alij Doctores apud Bonacinam disputat. prima
de legibus quæstion. 1. punct. 6. numer. 8. quam consue-
tudinem etiam Bonacina ait, non esse reprobandam,
vbi est legitime recepta: contra enim est,
quia est communis sententia aliorum, & communi-
nis vsus Ecclesiæ; & quia nulla est ratio, quare de-
beant ceteri esse soluti specialiter ab hac lege com-
medendi lacticia, & ea quæ habent originem à
carnibus, si non sunt soluti à lege comedendi car-
nes, & vniuersaliter non sunt soluti à legibus Ec-
clesiasticis.

Neque consuetudo, quæ in contrarium adduci-
tur, est facile admittenda, nisi pro aliquo loco suffi-
cienter probetur. Et hæc omnia docet Baldellus to-
mo primo, libro quinto, disputat. 3. numero nono, cum se-
quenti. Merolla tom. 1. disputat. 4. cap. 3. dub. 38. n. 438.
& 448. cum sequenti; Escobar vbi supra numero 33.
Caltrus Palaus tomo primo, tractat. 3. disp. 1. punct. 24.
§. secundo, numero 5. qui citat Sanchez, Salas, Azo-
rium, & alios.

Itaque pace viri docti Magistri Serra non est ad-
mittenda eius opinio, & præsertim quod ante an-
num duodecimum possit pueris ministrari esus car-
nis, hoc enim est contra communem vsum Eccle-
siæ, & Populi Christiani, nemo enim audeat in ta-
li ætate pueris ministrare carnes.

Sed quid dicendum si puer, cui ante septennium
acceleratus est vsus rationis, an si occidat aliquem
incurat in irregularitatem? mihi placet opinio
negatiua aliquorum, de quibus Magister Serra vbi
supra, sic ait; Eximunt tamen nonnulli infantes
ante septennium habentes plenum vsum rationis,
ab irregularitate si occidant; nam cum infans ge-
neraliter ab illa excipiat in Clement. si furiosus, &
hoc sit beneficium legis, amplè est intelligendum
de quocunque infante, etiam si plenum rationis
vsu habeat. Et quidem aliqui absolute docent
pueros impuberes non incurtere irregularitatem.
Vide Castrum Palaum vbi supra numero nono, & me
ipsum alibi.

An equitantes teneantur ieiunare, si iter sit
solum vnus diei?

RESOLVTIO LVII.

CAsus potest frequenter accidere. Pasquali-
gus in Praxi de Ieiunio decis. 316. numero 6. di-
stinguit, sic enim asserit: similiter nec equitan-
tes mihi videntur immunes à ieiunio, quando
iter est breue, & equus placidus, & obtempe-
rans, atque gressu facili, & sine agitatione ince-
dens; licet enim tunc interueniat aliquis labor,
non tamen tantus est, vt generet multam lassitu-
dinem, quæ non possit tolerari à ieiunante abs-
que multo incommodo. Si verò iter sit plurium
dierum, & præsertim in ætate, quando calor
conspicit equitantes, tunc equitantes erunt im-
munes à ieiunio etiam ab initio itineris, vt do-
cent Filliucius, & Bonacina supra citati, quia non
est attendendum solum præfens status, sed etiam
futurus. Ita ille.

Sed absolute me citato contra illum tenet Lean-
der de Præcept. Eccles. tractat. 5. disputatione 3.
quæstione 105. Quod equitantes non teneantur
ad ieiunium casu quo iter sit aut plurium dierum,
aut nimis longum, etiam si non sit plurium, sed

solum vnus diei. Ratio est; Quia in hoc casu
quamuis equus sit placidus, & gressu facilis,
&c. nihilominus tamen equitans valdè defatiga-
tur, & lassatur ex agitatione equi, & longitudi-
ne itineris, quæ maximam molestiam affert iti-
nerantibus, vt experti satis sumus. Ita Lean-
der, qui postea quæstione 102. etiam me citato
magis individualiter docet, cum qui vnico die
decem, aut octo leucas conficit deobligari à ieiunio.

Et nouissimè inuenio hanc sententiam docere
doctum Patrem Andream Mendo in Bulla Cruciatæ
disp. 13. c. 1. n. 4. vbi sic ait, Non damnabo peccati
eum, qui etiam equitans facit iter, si non ieiunet,
dum die ieiunij viam vnus diei perambulet scilicet
nouem, aut decem Leucas Hispanas; quia illa
via per diem continuata ex se affert etiam equi-
tanti laborem sufficientem ad excusandum à ieiunio,
quod communiter accidere quisque experi-
ritur in corporis defatigatione, variisque circum-
stantiis in itinere frequentibus. Sic sensit consul-
tus à me Patet Petrus Hurtado de Mendoza, vir
apprimè doctus, vt eius scripta manifestant; sic
etiam & alij vt tutum in praxi affirmant. Ita
Mendo, & Ego.

Quanam quantitas sanguinis requiratur
vt Ecclesia remaneat violata,
& quanam quanti-
tas feminis?

RESOLVT LVIII.

SUPpono quod modus, quo polluitur Ecclesia,
est per effusionem sanguinis hominis viuentis,
modò sit iniuriosa, & intra templum, aut locum Sa-
crum fiat, vt Cæmeterium, & in magna quantita-
te: non enim sufficit, quod guttatim effundatur, vt
statim dicemus numer. 19. Ita docent communiter
Doctores, Henriquez lib. 9. de Missa cap. 27. numer. 5.
Soar. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. Secundo violatur, Azor.
tom. 1. institut. moral. lib. 10. cap. 26. quæst. 13. §. Qua-
res an si Sylu. verbo Consecr. 2. numer. 5. & verbo Inter-
dictum 4. quæst. 3. Palud. in 4. quæstion. 2. art. 3. Sotus
ibid. quæst. 2. art. 3. ad 2. Nau. cap. 25. numer. 85. & cap.
27. numer. 256. Graphis lib. 2. decis. anr. cap. 48. nu. 22.
Patet ex cap. Si Ecclesia de consecr. dist. 1. vbi dicitur
expresse oportere illam effusionem esse iniuriiosam,
ita tamen ab omnibus Doctoribus intelligitur.
Vnde si non sit iniuriosa, id est, si à peccato mortali
excusetur, quocunque modo excusetur nec erit
sacrilegium mortale, nec Ecclesia polluetur: vt si
quis occidat in sui defensionem: si casu sanguis ef-
fundatur, aut phreneticus alium vulneret, aut Chi-
rurgus dum vulnus curat in Ecclesia, vel venam,
aut tumorem incidit, effundat sanguinem inculpa-
tè. Ita Henriquez, Soar. Sylu. Nauar. citati, &
communiter Doctores.

Hoc supposito, quæro quanam quantitas san-
guinis inducat pollutionem Ecclesiæ; Respon-
dent citati Doctores, debere esse notabilem.
Ergo modica non sufficit: Concedunt hoc; sed
quanam dicenda sit modica, explicant. Et
hoc Layman libro 5. tractat. 5. capite 5. numero 7.
& Dicastillus de Sacrament. tomo 1. tract. 5. dispu-
tatione 4. dub. 7. numero 116. cum Glossa vbi infra,
remittunt arbitrio Episcopi. Sed hoc est effuge-
re difficultatem Henricus Bulebaum in Me-
dulla Theologia Merulis libro 6. tractat. 3. c. 4. dub. 4.
ait

ait, esse pauculas guttas, non explicat, quot gut-
tæ. Cardinalis Lugo de Sacram. Euchar. disput. 20.
sect. 2. numer. 52. putat vniam vel alteram guttam non
esse quantitatem notabilem. Eligius Bassèus in
Floribus Theologiæ Moralibus extendit ad tres gut-
tas, Nimis scrupulosè loquuntur hi Doctores, &
Riccius teste Pace Iordano tom. 1. lib. tit. 12. numer.
47. ausus est dicere, quod nisi quantitas sit aded
modica, vt vniam vel alteram guttam non excedat,
inducit violationem, sed merito aduersus supradic-
tos Doctores insurgit Iordanus vbi supra. Ego
verò probabiliter puto cum Stephano Fagundez
de Præcept. Eccles. præc. 1. lib. 3. c. 14. numer. 14. non
sufficere effusionem sanguinis quod guttatim ef-
fundatur, quia vt ait ipse numer. 19. ad violationem
Ecclesiæ non sufficere quamcunque effusionem
iniuriiosam sanguinis: sed requiri magnam effusio-
nem, imò enormem, vt docet Sylu. verbo Consecra-
tio 2. numer. 5. §. secundus, & Nau. cap. 27. numer. 256.
quia iura requirunt effusionem: effusio autem lar-
gitem denotat. Præterea, Toletus etiam lib. 1.
summa, cap. 32. numer. 1. magnam copiam sanguinis
requirit. Eandem requirunt etiam Soar. tom. 3. in
3. par. disput. 81. sect. 4. §. secundo, & Azor. tom. 1.
Instit. moral. lib. 10. cap. 26. quæst. 13. & Pan. in capit.
Proposuiti de consecr. dist. 1. & Graphis lib. 2. decis.
anr. cap. 48. numer. 5. & est optimus textus in cap. Re-
uertimini. 16. quæst. 1. & in cap. cum illorum de sent.
excom. & Glossa ibi, verbo, effusio. Nam vocabulum
effusionis ex se copiosum sanguinis fluxum signi-
ficat: quod est valdè notandum, ne dicamus, per
quamcunque emissionem modici sanguinis pollui
Ecclesiam. Ita Fagundez, qui etiam addit, quod
nec etiam polluitur, si magna copia effundatur de
naso, quia est organum sanguinis, vt optimè ani-
maduertit Graphis citatus nu. 25. & Sotus in 4. dist.
12. quæst. 2. art. 3. conclus. 8. ac proinde, quæ esset
iniuriosa, & peccaminosa effusio respectu alterius
partis, non esse respectu nasi, iuxta hos Docto-
res.

Quidquid in contrarium nominatim contra me
asserit Franciscus Lugo de Sacram. l. 5. c. 6. quæst. 8.
numer. 51. qui etiam pro difficultate de qua actum
est, sic ait; Notandum est primò, requiri sanguinis
effusionem, quæ planè significat copiam effusi san-
guinis, vnde, si parum sanguinis defluat, non vio-
latur Ecclesia, vt docent communiter Doctores.
Hæc autem quantitas proportionaliter sumi debet
ad partem vnde fluit; sunt enim partes corporis ex
quibus inflicto leui vulnere, vel ictu facile defluit
multum sanguinis: ex aliis autem etiam inflicto gra-
ui vulnere vis parum erumpit. Gontinget ergo sæ-
pius, vt quantitas effusi sanguinis, quæ respectu alte-
rius partis sufficeret ad constituendam mortalem
culpam, & ad violandam Ecclesiam quia supponeret
grauè vulnus, respectu nasi vel auriculæ non suffi-
ciat, quia manet ex vulnere leui. Ita ille. Sed ego ab-
solute sententiam Fagundez vbi supra probabilem
puto.

Notat etiam cum Hurtado de Sacram. disput. 4. de
Sacrificio Missæ difficult. 3. qui ait non sufficere quod
sanguis effluat intra Ecclesiam, si vulnus factum fuit
extra, benè tamen si vulnus factum fuit in Ecclesia,
quamuis sanguis non effluat intra Ecclesiam, sed ex-
tra, & quamuis sanguis non perueniat ad pavimen-
tum Ecclesiæ.

Nota hic obiter, me olim insinuasse in par. 6. tra. 6.
ref. 47. Si aliquis percussus in Ecclesia non fudit
in illa sanguinem sed extra, non violari Templum.
Sed quia video hanc opinionem esse contra com-
Anton. Diana Pars XI.

munem, nunc absolute ab ipsa recedo. Quoniam
Ecclesia non tam polluitur per ipsum contactum
sanguinis decidentis in pavementum, (vt aliqui pu-
tant) quam per actionem iniuriiosam, qua caularum
effusio, & omnis propria malitia formaliter con-
tinetur. Quare dum hæc tota ponatur in Eccle-
sia, quamuis sanguis colligatur in vase, vel percus-
sus egrediatur ex Templo, priusquam sanguis ef-
fluat, pollueretur Ecclesia. Contra verò, si quis per-
cussus extra locum Sacrum ingrediatur illud, & in
Ecclesia sanguinem mittat, non polluet illam Non
enim attendendum est, vbi sanguis effluat, nam
illa censetur effusio materialis, sed verum percus-
sio fiat in loco Sacro, nam ista censetur effusio for-
malis.

Sed magis difficultas extat, an quod dictum est
de sanguinis effusione vt censetur Ecclesia pollu-
ta, procedat etiam in alio casu in quo polluitur ex
seminis humani effusione peccaminosa, & affirma-
tiuè communiter tenent Auctores. Vnde Dicastil-
lus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 7. n. 118.
sic ait; Violatur Ecclesia humani feminis effusione
illicita mortaliter intra Ecclesiam facta, siue vo-
luntaria pollutione, siue copula carnali, Requiritur
etiam quod sit copiosa, vt nomen, Effusio, signi-
ficat, & aliqui notant, sufficere si effusio fiat in-
tra Ecclesiam, quamuis non perueniat ad pavimen-
tum. Requiritur etiam quod sit notoria; si enim
non publicè constet non sufficit vt Ecclesia sic
polluta etiam respectu eorum, qui fortè id sciunt,
etiam si qui patrauit delictum, qui non tenetur
se manifestare. Non requiritur autem quod Ecclesia
denuntietur à Iudice polluta. Neque simile de
Censura locum habet, quidquid aliqui dicant.
Scio Suarium indicare id esse probabile. Sed cum
pollutio hæc Ecclesiæ non sit interdictum, vt
ipse docet tom. de censur. disput. 37. sect. 1. numer. 28.
non est cur ea denuntiatio requiratur, nec id est vsu
receptum. Ita Dicastillus. Vide etiam Anicum in
Curs. Theolog. tom. 7. disp. 33. sect. 12. n. 337. vbi do-
cet, effusionem feminis debere esse in aliqua suffi-
cienti quantitate, vt notat nomen Effusio, & Cardi-
nalis Lugo vbi supra numer. 55. requirit etiam effu-
sionem copiosam feminis non vnus, vel alterius
guttæ, vt dixerat antea de sanguine.

Sed vt verum fatear si consideremus iura, non
videtur requiri vt semen in copia effundatur, Nam
Canone, Ecclesiis, ita dicit Concilium Nicænum:
Ecclesiis semel consecratis non debet iterum con-
secratio adhiberi, nisi ab igne exustæ, aut sangui-
nis effusione, aut cuiuscunque femine polluta fue-
rint. cap. verò, Ecclesia, ita ait Gregorius IX. Si
Ecclesia non consecrata cuiuscunque femine fue-
rit, aut sanguinis effusione polluta, &c. Ex qua
loquendi diuersitate videtur colligi ius non requi-
rere effusionem feminis, seu copiam, vt Ecclesia ex
eo capite polluat videturque posse congruentia
adferri, quod emissio cruoris in parua quantitate
rardè sit mortalis, saltem non ita facile supponi pos-
sit esse mortalis: voluntaria verò feminis emissio
peccaminosa est peccatum mortale, quamuis se-
men non effundatur in copia, & Ecclesia in suo fo-
ro non potest facile contrarium præsumere. Vi-
detur ergo statuisse, vt Ecclesia non pollueretur
propter sanguinis omissionem, nisi ea esset copio-
sa pollueretur verò propter mortalem emissionem
feminis licet non copiosam. Et ita obseruat Ioan-
nes Præpositus in 3. part. quæst. 83. art. 3. dub. 2. numer.
155. verum postea non audeat à communi senten-
tia recedere, à qua tamen inuenio recedere Pacem
Iordanum

Jordanum *tom. 1. lib. 5. tit. 109.* putat enim quod si actus est completus emissionis feminis, siue multum, siue parum sit emissum sequitur violatio; & huic sententiæ ego libenter accedo. Vide dictum Jordanum. Et quidem quomodo possemus cognoscere veritatem & feminis quantitatem; & eadem est ratio de paruo, ac magno semine, dummodo actus luxuriæ sit consummatus.

Sed an ex pollutione in somnis polluat Ecclesia, Syluester, Tabiena, Nauarrus, Henriquez, Finclius, quos sequitur Bonacina de *Matrimon. quæstion. 4. punct. ultim. numero 19.* censent, Ecclesiam non polli per pollutionem in somnis contingentem, quamuis indirectè voluntaria fuerit in causa. Rationem reddit Bonacina, quia non est libera, & per consequens non habet annexam irreuerentiam loci Sacri, propter quam Ecclesia polluta censetur. Mihi videtur indirectè voluntarium satis habere libertatis ad mortale peccatum, si legem violat. Sic homicidium commissum in somniis, vel ebrietate, si fuit voluntarium in causa, quamuis indirectè duntaxat, est mortale peccatum contra iustitiam; nam obligat iustitia non solum ad non occidendum, sed etiam ad tollendam causam, vnde præuidetur homicidium fecurum. At castitas non obligat ad auerendam causam pollutionis in somnis euenturæ, quamuis illicitam in alio genere. Quare peccans mortaliter in nimio cibo, vel potu, non peccat contra castitatem, quamuis inde præuideat fecuram esse pollutionem in somnis præter intentionem, vt larè docent Vasquez *1. 2. disp. 115. num. 9.* Sanchez de *Matrim. lib. 9. disp. 45. num. 17.* Igitur idè non violatur Ecclesia per talem pollutionem, quia non est mortale peccatum in genere luxuriæ. Et ita docet Franciscus Lugo de *Sacram. lib. 5. cap. 6. quæst. 9. num. 58.*

An in supradictis casibus si Sacerdos celebret Missam in Ecclesia polluta remaneat consecrata. Et an requiratur sententia Iudicis declarantis locum Sacrum esse violatum?

RESOLVT. LIX.

QVò ad primum negatiuè nominatim contra me tenet Franciscus Lugo de *Sacram. l. 5. c. 5. quæst. 12. num. 99.* vbi sic ait; Sententiam affirmantem ego non auderem in praxi complecti, quia non reputo illam probabilem per locum intrinsecum. An verò per locum extrinsecum tot Authores reddant illam tutam in praxi, iudicent alij. Ita ille adhærens eius germano Cardinali Lugo à me alibi adducto.

Sed nouissimè præter alios à me adductos, affirmantem sententiam tanquam probabilem admittit Dicastillus de *Sacram. tom. 1. tractat. 5. disputat. 4. dub. 7. num. 113.* vbi sic asserit; Vtrum autem, si interim dum violatio Ecclesiæ durat, bona fide quis in ea sacrificet, sufficiat hoc vt non sit necessaria alia reconciliatio, aut consecratio; non omnes consentiunt. Impugnat Layman, quia nullo Iure, aut ratione fulturn videretur; nam si celebratio Missæ esset instar reconciliationis, idè dicendum esset si Sacerdos mala fide in Ecclesia polluta celebret; quod planè falsum est (inquit Layman.) Verùm Sà expressè id concedit, & non putat planè falsum; sed potius putat cum alijs, quorum nomina non refert, satis magnam esse reconciliationem, seu benedictionem, ipsam celebrationem. Itaque cum Auila saltem pro-

babilem sententiam puto, Vnde iuxta eam sequetur, quod si Episcopus dispenser, vt in violata Ecclesia celebretur, etiam manebit reconciliata. Ita Dicastillus.

Vnde parum modestè præter morem suum hanc sententiam falsam appellauit Amicus in *Curs. Theologia disp. 33. sect. 12. n. 345.* contra quem adduco me citato Patrem Tamburinum de *Sacram. l. 1. c. 1. §. 4. n. 5.* asserentem hanc opinionem esse probabilem, & responder ad argumenta quæ contra me adducit Eminentiissimus Cardinalis Lugo, & ex his tenet etiam mecum probabiliter, quòd si Sacerdos diceret Missam cum vestimentis non benedictis, & in Calice non consecrato quòd supradicta remaneret consecrata.

Quoad secundum, videlicet an post Concilium Constantiense requiratur ad violationem publicam sententia Iudicis declarans locum Sacrum esse violatum? Affirmatiuam sententiam alibi probabilem existimau; Sed nominatim contra me insurgit Franciscus Lugo *vbi supra numero 92.* quia violatio loci Sacri non est interdictum propriè, nec intelligitur nomine interdicti, vel Censuræ, quod docuit etiam Suarez *tom. 5. disput. 37. sect. 1. numero 28.* Quare decretum Concilij Constantiensis ad Ecclesiæ pollutionem non extenditur. Et Cardinalis de Lugo testatur esse Romæ praxi receptum, vt Ecclesiæ reconciliantur, etiam si violatio denunciata non fuerit. Ego verò reor, eandem esse praxim aliorum Diocesum. Vnde soluitur fundamentum contrarium, & certè verba Concilij Constantiensis aliter refert Suarez eo *tom. 5. disput. 9. sect. 2.* ac retulerat *tom. 3. disp. 81. sect. 4.* Videatur vtrobique. Hæc Lugo.

Et hanc sententiam existimo probabiliorē, non tamen nego affirmatiuam suam non habere probabilitatem, & idè Martinus de San Ioseph in *Mon. Confessar. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de Eucharist. numero 7.* sic asseruit; Tingo por muy probable sententia la que dize, que en estos casos non basta, para que quede la Iglesia poluta, que sean publicos, sino que se requiere de mas desto, que por sententia de juez se declare, que por los tales delitos està la Iglesia poluta; porque esta pena es como censura, y de la misma manera que en la censura ha de interuenir en ellas sententia de juez, como en el descomulgado, que no se ha de euitar, hasta que por sententia se sepa, que incurrio en la descomunión, Peña *3. part. 4. quæst. 64.* & satis probabile iudicant Suarez *tom. 3. in 3. part. disputat. 81. sect. 4.* Fagundez *Eccles. præcept. lib. 3. capite 14. numero 34.* y lo confirmo, porque de similibus simile est iudicium, quando est eadem ratio, *l. non possunt, & l. sequenti. ff. de legibus, §. reitè in str. mandati.* Ita Martinus. Sed licet hæc opinio vt dixi speculatiuè loquendo probabilis sit, tamen Praxi, quæ est sequenda est in contrarium.

Vtrum vnus ex Iudicibus ad quos eiusdem cause decisio spectat, possit contra proprium sensum iuxta alterius Collegæ opinionem sententiam ferre.

RESOLVTIO LX.

DE hoc casu olim interrogatus fui à Clemente Merlino Sacræ Rotæ Auditore, & tunc respondi, quòd si vnus Iudex suam sententiam profert, possit tamen postea deponere propriam conscientiam,

conscientiam, ac secundum opinionem alterius Iudicis ferre sententiam. Sed hanc difficultatem magis clarè nunc inuenio pertractatam ab amicissimo Patre Baldi de *Conscient. disput. 4. capit. 28. vbi num. 2.* rectè aduertit quæsitum hoc duobus modis formari posse. Primò inquirendo, an Iudex iste possit adhæreere opinioni sui Collegæ, & hoc ob autoritatem illius, deponendo tamen & relinquendo propriam sententiam, & iudicando veriorē opinionem sui Collegæ per rationes extrinsecas, nempe per illius autoritatem. Secundò, an Iudex retinendo proprium sensum, contra illum possit sententiam ferre, sequens dictum alterius Collegæ, atque ad conscientiam deponere, non relinquendo tamen propriam opinionem, sed putando licitum sibi esse adhæreere dictis alterius Iudicis, eidemque causæ definitionem committere.

His suppositis asserit Pater Bardi posse ab vno ex Iudicibus deponi conscientiam, alterius Iudicis opinionem sequendo, si illam existimet probabilem, & tutam in praxi, relinquendo propriam sententiam, & fidem alteri præstando, qui creditur doctior, & peritor, &c. priori illo modo, qui est declaratus. Probatur conclusio ex iis, quæ supra diximus de electione opinionum, & in hoc casu particulari melius interdum faceret Iudex adhærendo alterius Collegæ opinioni, quem existimat in his materijs magis doctum, versatumque quam proprium dictamen.

Secus verò dicendum est in secundo casu, nam illicitum esset profere sententiam iuridicam contra proprium sensum non depositum, sequendo alterius Collegæ dictamen, eo posteriori modo qui explicatus est.

Probatur hoc secundum dictum, nam Iudex si modo explicato procedit, non satisfacit proprio muneris, imò contra illud agit: ergo non poterit contra proprium sensum iuridicam sententiam ferre iuxta dictamen alterius Collegæ: Pater consequentia si verum est antecedens; nam vnusquisque ex iustitia tenetur procedere secundum regulam proprii officij; antecedens autem, in quo huius controuersia difficultas consistit, probatur sequenti d. scilicet. Munus Iudicis est se gerere secundum intentionem, & finem illum, ob quem Respublica ipsam constituit ad seruatiōem boni communis: at Respublica in constituendis Iudicibus, & in radenda eisdem potestate iudicandi vult, vt vnusquisque cum sinceritate dicat, quid sentiat; aliter si Iudex iuxta alterius sensum iudicaret, non ipse, sed alius, cuius sententia ducitur, esset Iudex, & sic totum Tribunal constans ex pluribus Iudicibus: verbi gratia, ex tribus, seu quatuor reduci potest ad vnum tantum Iudicem, quod est contra finem intentum à Republica; imò dico ego destrueretur essentia ferendi sententias, collegialiter; nam id videtur necessarium, quia, vt inquit Scipio Rouitus in *consilijs suis consil. 8. num. 10.* præsentia vnus potest trahere alios in suam sententiam, & potest trahi in aliorum sententiam.

Et ita hanc sententiam nouissimè amplexus est etiam Pater Iacobus Ragius de *Regimine Regularium Cent. 2. r. 6. dub. 144. n. 3.* Et hæc omnia à Iudicibus menti tenenda erunt, nam sæpiùs in praxi euenire poterunt.

Sed hic obiter, & remissiue quæram, an Iudex in iudicando possit sequi opinionem probabilem quæ versatur circa ius, relicta probabiliore? Eminentiissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de *Iust. tom. Anon. Diana Pars XI.*

2. disput. 37. sect. 10. numer. 115. nominatim contra me negatiuam sententiam tener. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua quam docui, putando illam esse probabilem.

Et ita tenent Rua, Martinez, Aluarez, Morta, Delrius, & alij, quos ego ciuitati in *par. 2. tract. 13. resol. 3.* quibus nunc addo me citato doctissimum Patrem de Lugo de *princip. Theol. moral. par. 1. de conscient. c. 3. q. 8. n. 66.* Caspensem in *Curs. Theol. tom. 1. tract. de conscient. disput. 3. sect. 8. numer. 55.* & seq. Fagundez de *Iust. lib. 5. cap. 18. num. 4.* Petrum à Sancto Ioseph in *Idea Theol. moral. lib. 1. capite 3. Resolut. 4. §. 5.* & me citato Dicastillum lib. 2. de *Iust. tract. 1. disp. 5. dub. 9. num. 181.* Texedam in *controu. Theol. moral. tom. 1. lib. 1. tract. 2. controu. 7. numero 7.* Hurradum *tom. 2. tract. vlt. resol. 6. numero 274.* me citato Possentium in *Resolut. 99. moral. vers. Iudexi num. 10.* & 14. me citato Lessium in *Resolut. variar. post. 1. 2. D. Thoma verb. Professio, cas. 13. numero 32.* Ioannem de Soria in *Epilogo summarum par. 2. tract. 2. sect. 1. disp. 2. de Iudice fol. 561.* & me citato Martinum de San Ioseph de *Ordine Iudiciario cap. 18. numer. 4.* Hac quedum *controu. Theol. tom. 2. tract. de conscient. controu. 18. §. 3.* Samuelium de *elect. Tr. 3. disp. 4. controu. 17. conclus. 3. num. 1.* me citato Escobar in *Theol. moral. tract. 6. exam. 6. c. 6. numer. 14.* & in *2. editione Lugdunensi nu. 45.* & alterum Escobar Iuristam me citato de *Confess. sollicitan. part. 2. q. 2. §. 1. n. 28.* Cutelium in *addit. ad præct. Mancini appendic. de opinione probabili dub. 6.* Cornejum in *par. 2. D. Thoma tract. 8. q. 19. disput. 3. dub. 6. num. 8.* Serra in *1. 2. D. Thoma tom. 1. quæst. 19. art. 6. dub. 4. ad 3. argum. & in 2. 2. tom. 2. quæst. 67. art. 3. dub. 2. conclus. 7.* & *quæstion. 71. art. 3.* Gasparem Hurradum de *Iust. & iur. disput. 1. de Iudicio forensi difficul. 19.* & de *actibus humanis disput. 4. difficult. 21.* & me citato nouissimè Machadam de *Perfetto Confess. tom. 1. lib. 6. par. 2. tract. 1. docum. 7. num. 3.* & me citato Guazzinum in *tract. moral. lib. 2. defens. 3. cap. 26. num. 20.* & me citato Larream in *Allegat. fiscal. par. 1. allegat. 61. num. 11.* Pasqualigum nostrum in *moral. decis. 5. Medinam in par. 2. quæst. 19. art. 6. conclus.* Salas in *par. 2. quæst. 8. disp. vn. sect. 6. num. 70.* qui notat esse communem Theologorum.

Videat modo Eminentiissimus Dominus Cardinalis de Lugo quot sapientissimos viros contra se habeat, apud quos inuenies soluta omnia argumenta ab ipso, & alijs in contrarium adducta. Vnde ex his ego infero à fortiori cum Francisco Lugo de *conscient. par. 3. cap. 3. quæstion. 7. num. 66.* & Sancto in *Select. disput. 44. num. 54.* posse Iudicem vt libere iudicet in his casibus; An fructus in d. strales mistos bona fide consumptos, possessor bonæ fidei factus inde ditior teneatur restituere? Secundò, num filij reorum lætæ Maiestatis Dinizæ, vel humanæ, geniti ante patrem crimen, afficiantur pœnis iure statutis in eorum filios? Tertio, num infantes expositi reputentur filij legitimi, vel illegitimi? Quarto, An Iuspatronatus possit adquiri præscriptione? Quintò, num Pater teneatur filiam naturalem dotare? Sextò, num protectio annulet actum sequentem? Septimò, non tempore pestis possit fieri testamentum cum minori testium numero? Octauò, num collatio beneficij facta vel infami, vel irregulari sit ipso iure nulla? Nonò, num Episcopus dispensare possit in impedimentis matrimonium derimentibus, quoties impedimentum est occultum, & ad Papam, vel alium habentem potestatem dispensandi non patet recurus ob paupertatem, vel alias causas, &

& ex separatione matrimonij sequeretur scandalum? Decimò, An hodie stante Tridentino *sessio. 24. capite 1. de Reformat.* si beneficiatus contrahat matrimonium sine Parocho, vel testibus, amittat ipso facto beneficium? Quapropter in his, & similibus poterit Iudex iuxta quam maluerit opinionem iudicare. Imò nunc secundum vnam, nunc secundum aliam, nisi varietas pariat scandalum.

An Religiosus tactibus alium polluens incidat in casum reservatum Clementis VIII.

RESOLVTIO LXI.

Negatiuè respondeo cum Andrea Mendo in *Bulla Cruciatæ disput. 24. capite 4. numer. 47.* vbi sic asserit; Exigitur autem à Pontifice ad hanc reservationem, vt lapsus carnis sit opere consummatus, scilicet in sua specie, vt. grat. in specie fornicationis, vt actus veneris cum pollutione fuerit habitus, nempe viri; nam feminae pollutio non requiritur ad consummationem actus; quare tactus, oscula, verba libidinosa, aliaque obscena signa, cum non sint actus consummatus, sed inchoatus, aut inceptus, ad consummationem tendens, aut disponens, sub hac reservatione non includuntur. Similiter in specie peccati contra naturam pollutio voluntaria huic subiacet reservationi, non verò distillatio voluntaria, etiam animo libidinoso procurata, quia non est actus consummatus in ea specie. Præterea coitus cum femina, si absque pollutione contingat, quantumvis hæc procurata fuerit, est extra hanc reservationem, ob rationem nuper dictam. Rursus consilium, auxilium, fauor ad actus libidinosos consummatus ab alio consequendos non comprehenduntur in præsentem, quia etsi habeant malitiam specificam reductiuè, quam illi actus habent, tamen in præsentem, vt ex verbis Pontificis constat, non manent obnoxia reservationi hæc circumstantia scandali, suasionis, & similes sicut nec periculum incidendi in lapsum carnis consummatum, quantumvis sit voluntarium, & proximum. Hinc etiam si quis turpiter alium tangens, eius pollutionem procuraret, eaque sequeretur, quin tamen se ipsum pollueret, non subiaceret reservationi præsentem; nam in ipso non dabatur lapsus carnis proprius consummatus in aliqua specie luxuriæ; solum autem proponitur reservabilis eiusmodi lapsus proprius. Ita Mendo.

Sed si aliquis hic querat, vtrum lapsus carnis voluntarius opere consummatus sit reservatus, quando non fuerit perfectè consummatus cum seminis emissionem?

Affirmatiuè responderet Suarez *tom. 4. de Religion. libro 2. capite 18. numero 12.* vbi sic habet: Solum aduerto, quod peccatum peruenit ad pollutionem esse in omni rigore opere consummatum, & consequenter sub illa reservatione comprehendit; quia illud peccatum habet propriam speciem, in qua consummatur, iuxta doctrinam Diui Thomæ 2. 2. *questio. 154. artic. 11.* & hoc satis est, vt sit reservatum, quomodo non perueniat ad consummationem illius actus, quem fortasse peccans intendebar, vel in quem natura sua actus impudici ordinabantur, copulam scilicet carnalem. Hactenus Suarez. Ex quibus verbis sentire videtur, non solum copulam

imperfectam, de qua nunc agimus, verum etiam & quamlibet pollutionem ex actibus impudicis prouenientem. Vnde si animo libidinoso ad mulierem accederet Religiosus, & illius tangens manum incurreret in pollutionem, existimat eum hunc casum incurrere.

Hanc etiam sententiam tenet Ioannes de Trinitate, in *Exposit. Cas. Ordin. Sancti Francisci cas. 3. numero 1.* vbi ita asserit; Constat igitur ex dictis, quod in hoc tertio casu reservatur tantum copula carnalis, siue copula sit naturalis, siue sodomitica, siue bestialis: quamlibet enim istarum verè & propriè dicitur, & est copula, & lapsus carnis. Idem absque dubio asserendum est, etiam si in copula non interueniat seminatio. Nam si deficiente seminatione copula non esset hic intelligenda, sequeretur quod copula impotentium ad seminandum non esset in præsentem casu, sed in sequenti tactum impudicorum, & enormium reservata. Ex quo consequenter inferretur, quod prædicti impotentes ad seminandum, quomodocumque coirent, nullo modo dicerentur carnaliter copulari, sed impudicè tangere, & tangi. Est igitur affirmandum, quamlibet copulam carnalem, siue in ea interueniat seminatio, siue non, in hoc tertio casu reservari. Hæc ibi.

Sed aduersus hanc sententiam insurgit me citato Iuniperus *de cas. reservat. cas. 9. disputat. 11. questio. 2. numero 2.* Quia Summus Pontifex largitur superioribus facultatem reservandi lapsum carnis voluntarium opere consummatum, non verò attentatum; atqui quando intra vas non seminatur, sed extra, est peccatum illius speciei, in qua committitur attentatum, sed non consummatum; igitur Religiosus, qui ita peccauit, non comprehenditur sub hoc casu. Minor huius syllogismi ostenditur ex communiori Doctorum sententia in peccato sodomia; vbi asserunt, quod quando semen intra vas non immittitur, non dicitur sodomia consummata, quia quando lex aliquod prohibet delictum, intelligitur de delicto consummato. Vnde inquit Pater Sanchez *lib. 10. de matrimon. disput. 4. numero 13.* quod quando semen intra vas naturale, vel præposterum non immittitur, non est concubitus consummatus, sed attentatus: Atqui copula, quam reservabilem superioribus proponit Pontifex debet esse opere consummata in sua specie; igitur ex quo semen non est intra vas immisissum, non erit opera consummata; & ideò non reservata in hoc casu.

Vnde *quest. 3.* ex his idem dicendum esse putat me citato de copula sodomitica; notat tamen, & bene, Religiosum patientem incurrere etiam hunc casum, nam tale peccatum in vtroque est eiusdem speciei, hoc autem intelligit quando sodomia ex parte agentis est consummata; nam non est cur ex parte patientis sit reservata, & non ex parte agentis. Vide etiam Reuerendissimum Patrem Bordonum nunc merito Generalem suæ Religionis in *consil. Regni. 10. r. resolut. 48. num. 22.* vbi etiam docet, quod patientis verè sodomiam, incidit in casum, licet ipse non seminet; subdit tamen oppositum non esse improbabile.

An

An absolutio ab excommunicatione tam à iure, quam ab homine lata, obrepta virtute Bullæ Cruciatæ, valeat etiam pro foro externo.

RESOLVTIO LXII.

Olim de hoc casu satis dixi, nunc interrogatus de illo à quodam Equite Hierosolymitano, assero pro affirmatiua sententia, præter Doctores à me alibi citatos, stare Bobadillam in *Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 46.* & Garziam de *Benef. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 55.* Quibus ego addo nouissimè Antonium Escobar *Theolog. moral. 10. 1. lib. 7. sect. 1. cap. 3. Probl. 41. num. 586.* & Andream Mendo in *Bulla Cruciatæ.*

Probatur primò, quia in Bulla Cruciatæ conceditur potestas absoluedi absque vlla limitatione fori interni: ergo non est à nobis adhibenda, cum beneficium Principis debeat latam habere interpretationem, 1. *Beneficium ff. de consir. Princip. §. 1. 28. titul. 34. part. 7.* & in dubio debeamus interpretari actum, vt pleno iure valeat, quam debiliore, *leg. Quoties la 2. ff. de rebus dubijs.* Secundò, cum Pontifex intendit, vt solum pro conscientia foro absolutio, & dispensatio proficit, vt videre est in facultate concessa Episcopis à Tridentino *sess. 24. c. 6. de reformat.* & in dispensationibus, quæ à Sacra Pœnitentiaria expediuntur. Cum ergo in Bulla Cruciatæ id non expresserit, pro vtroque foro prodesse absolutio debet. Tertio, absolutio pro solo conscientia foro est nimis limitata, & restricta, ita vt nequeat absolutio simpliciter dici: siquidem virtute illius non potest absolutus se publicè, & in exteriori foro diuinis immiscere, quin possit per Iudicem puniri. At in Bulla Cruciatæ conceditur absolutio à censura simpliciter, & absolute: ergo de absolute simpliciter, & absolute intelligenda est.

Deinde, quia similis concessio facta fuit à Pio V. in quodam Iubilæo anni 1568. die 17. Octobris, & in aliis Iubilæis à Gregorio XIII. & XIV. concessis. Ij enim Pontifices postquam in præfatis Iubilæis concesserunt facultatem absoluedi à censuris reservatis, explicarunt huiusmodi absolutio nem non prodesse in foro externo, seu contentioso, nisi parti satis fecerint pœnitentes, quæ proxima verba aperte innuunt, talem absolutio nem, satis facta parte, etiam in exteriori foro valere; ergo similiter cum Cruciatæ absolutio nem à censuris concedat, cum partis læsæ satisfactione, & non limitet huiusmodi absolutio nem ad forum internum: satis probabiliter asseri potest, etiam parte satis facta in exteriori foro valere.

At his non obstantibus negatiuam sententiam plures sustinent, quos citat & sequitur Castrus Palaus *tom. 4. tract. 25. punct. 9. num. 9.* qui tamen addit, quod est absolutio data à Confessario pro foro externo non proficit; sed illa non obstante, possit Iudex aduersus absolutum procedere, ac si absolutus non fuisset: tamen si de absolute fidei faciat; temperandus est rigor in punitione.

Quod si roges, qualiter probabis te esse absolutum, vt Iudex credere teneatur, affirmat Medina in *instruct. Confessor. cap. 12. in fine.* Rodriguez in *addit. ad supradictum §. 9. numero 51.* te sufficienter id probate, si schedulam à Confessario accipias, in qua ipse Confessarius testetur, te virtute Cruciatæ ab-

soluisse parte satisfacta. Scio tamen Ledesinæ 2. *part. 4. quest. 26. art. 1. col. penult.* & Ioan. Gutier. *qq. Canon. lib. 1. capite 2. numero 17.* non probari dictum testimonium, quia est testimonium Confessarij, qui in iudicio forensi non admittitur vt testis, cum sit Iudex pro solo conscientia foro constitutus, ob quam causam Rodriq. addit, adducendos esse duos testes, qui absoluteioni interfuerit, & de illa restitificari possint. Nauarr. verò *lib. 5. consil. tit. de sentent. excommunicat. consil. 26.* sentiens non esse sufficientem schedulam Confessoris ad faciendam fidem, neque esse tutum adducere testes, qui absoluteioni, quæ frequenter datur in Sacramento Pœnitentiæ, interfuerit, asserit, prædictam schedulam à Confessario affirmante, satisfacta parte, absoluisse, debere accipi coram Notario, & testibus, & Notarium in fine schedulæ testari debere, te fuisse à Confessore prædicto absolutum, tali die, & loco, &c. & ad illius absoluteionis fidem faciendam illam schedulam datam fuisse.

Cæterum Palaus, *vbi supra num. 12.* existimat, solum testimonium Confessarij ostensa Bulla, sufficere vt Iudex teneatur credere, te fuisse absolutum, vt rigorem pœnæ ordinariæ temperet. Nam cum satisfacta parte, non agatur de præiudicio tertij, videtur Confessario credendum, qui ob officium Iudicis in foro conscientia incapax non est testificandi ex licentia pœnitentis, & in illius fauorem in foro externo: Si enim contrahens secundas nuptias ob acceptum nuncium de morte vxoris, qui falsus fuit, excusatur à pœna, quibus afficiendus erat ob contractum matrimonium, vi uenit coniuge: quia prudenter processit, fidem testi aliâ idoneo adhibens, vt probat *text. in Cap. in presentia, de sponsalibus:* cur non poterit Iudex te excusare à censura violatione ob dictum Confessarij testantis te absoluisse? Certè potest. Ita Palaus.

Et hæc omnia hinc inde asseriebant Doctores circa præsentem difficultatem ante quamdam Constitutionem Urbani VIII. sed post illam absoluteurè docent, absoluteionem obreptam ab excommunicatione virtute Bullæ Cruciatæ non valere pro foro externo; & ita tenet nouissimè Magister Gallego de Vera in *Bulla Cruciatæ capite 9. dub. 114.* vbi sic ait; Preguntasse, si la absoluteion de la descomunion que le puede hazer por la Bulla, vale tambien para el foro exterior?

Encontrados estan los Doctores en esta parte, anfi dentro de la Escuela de Santo Tomas, como entres los de à fuera, afirmando vnos, que vale para el foro exterior, y negando lo otros Y Antonio Diana refiere muchos Aurores por entrambas partes, (y yo podia añadir le muchos, como lo hago en esta obra; pero no es necesario, como se vera) en la 1. p. 11. 1. de *Bul. ref. 25.* y en la 5. p. *ref. 3.* y los refiere fielmente.

Pero ya no ay que cansarnos acerca desto, porque su Santidad de Urbano VIII. que es el que al presente concedio la Bula de la Santa Cruzada, dirimio esta duda y controuersia en vna Bula suya, y motu proprio, cuyo titulo es, *Innoatio Constitutionis felicis recordationis Clementis VIII.* su data en Roma à diez y nueue de Junio de mil y seicientos y treinta: digo, que dirimio esta controuersia, explicando expressemente, que la Bula de la Cruzada, no aptouechaua para el foro exterior, sino solo para el foro de la conciencia; y asiendo tratando en la sobre dicha Bula, y motu proprio de la concession que haze en la Bula, de

que el Confessor elero por ella, podia absoluer de todos los casos referuados, aun de los contenidos en la Bula de la Cœna (excepto el crimen de la Heregia) dize el Papa Urbano VIII. que la tal facultad, *Non nisi in foro conscientia, non autem in foro externo suffragatur.* Trae toda esta Bula Antonino Diana, en las adiciones secundarias, que andan en las impresiones nueuas, al fin de la tercera parte de las obras de Diana. Hæc ille.

Qui quidem poterat in confirmatione suæ sententiæ adducere nostrum carissimum Concium Patrem Bardi, nam in *Bulla Cruciatâ part. 1. 2. tra. 2. cap. 5. sect. 1. numero 12.* sententiam Magistri Gallego ante illum docuerat, sic asserens; Denique conclusio ista est iam definita ab Urbano VIII. in Constitutione 105. edita anno Domini 1630. die 19. Iunii, quæ reperitur in *tom. 4. Bullarj,* & incipit: *In specula militantis Ecclesiæ* Declarauit enim Pontifex, absolutionem datam etiam à referuatis in Cœna Domini, non suffragari nisi in foro conscientia, non autem in foro externo; proinde omnia alia opinio contraria hodie nequit practicari. Ita Bardi.

Sed vide ne verba Urbani VIII. possint intelligi vt Bulla non suffragetur pro foro externo directè, & immediatè, secus quæ indirectè, & eo modo quo supra Doctores explicare laborant. Et quidem Pater Escobar scripsit post dictam Bullam; Pater Mendo illam nominatim ponderauit, & tamen nullam difficultatem habuerunt circa verba à Gallego, & Bardi adducta, imò sententiam affirmatiuam, vt supra tenuerunt; Ideo tu cogita. Ego interim non recedam à sententia negatiua Patris Bardi, & Magistri Gallego.

Dubia circa quandam irregularitatem.

RESOLVT. LXIII.

Circa casum, de quo interrogatus fui more meo breuiter, & clarè ad primum dubium respondeo; Actiones Domini Consulenti non fuisse factas tanquam à Ministro Iustitiæ: Ergo non potuerunt inducere irregularitatem ex defectu lenitatis. Probo consequentiam, quia nulla irregularitas incurritur, nisi sit in iure expressa, vt est *textus clarus in cap. Is qui de sent. excom. in 9.* Sed iura, quæ imponunt irregularitatem ex defectu lenitatis tantum loquuntur de illis, quæ concurrunt ad mortem tanquam Ministri Iustitiæ, vt patet discurrendo per omnes textus iuris Canonici; Ergo. Et ita hanc sententiam ex Vasquez, Turriano, & Hurtado olim docui, quam postea omnes scriptores amplexi sunt. Et ita docet me citato Eminentissimus Cardinalis Lugo de *Penitent. disp. 22. sect. 2. num. 33.* & me citato Pater Magister Lezana in *Summa tom. consult. 48. num. 76.* & me citato Balleus in *Flor. Theolog. moral. verbo irregularitas 5. num. 3.* & me citato Bauuius in *Theolog. moral. tom. 2. 1. 11. de irregul. quest. 23.* & me citato Cœlestinus in *Compend. Theolog. moral. tract. 4. cap. 5. quest. 5.* & me citato Machadus de *Perfict. Confess. tom. 1. 1. 1. part. 3. tract. 18. docum. 5. num. 5.* & me citato Serra *tom. 2. in 2. 2. Diui Thomæ, quest. 64. art. 8.* & me citato Ciardinus *controuerf. forens. tom. 2. controu. 203. num. 27.* & me citato Antonellus de *Regimin. Eccles. Episc. tom. 2. lib. 2. cap. 8. numer. 8.* & me citato Verricelli in *qq. moral. tract. 1. quest. 19. numer. 3.* & me citato Ioannes Pontius in *Curs. Theolog.*

disput. 46. quest. 15. conclus. 5. num. 157. & me citato Brunus de *Præleg. Regular. part. 1. tract. 5. cap. 4. propos. 3.* & me citato Constantinus à Casto in *collect. Theolog. moral. tract. 4. sect. 1. capite 4.* & me citato Guazinus in *tract. moral. lib. 2. defens. 6. cap. 45. num. 60.* & me citato Brucchi in *Prompt. Confess. part. 5. cap. 5. de Irregul.* & me citato Pasqualigus in *qq. Canon. cent. 4. quest. 327. numero 1. & quest. 395. numero 4.* & me citato Baucius in *Miscellan. cas. conscient. tomo 2. opusc. 1. quest. 193.* & me citato Carolus Zambellus *Auêtor decis. Bononiæ. anno 1641. Mensis Aprilis cas. 2.* & nouissimè me citato Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 28. numero 547.* Idem etiam docet Caspensis in *Curs. Theolog. tom. 2. tract. 25. sect. 13. num. 86. & 93.* Escobar in *Theol. moral. tract. 4. exam. 6. cap. 5. num. 138.* Zambellus in *Repert. Moral. verb. Irregularitas numero 57.* Castrus Palauus *tom. 6. tract. 29. disput. 6. punct. 14. §. 3. num. 7.* Valencia *tom. 3. disput. 3. quest. 16. punct. 4. §. Sed contraria sententia.* & §. Porro non est Pellizarius in *man. Regular. tomo 2. tract. 7. cap. 5. sect. 4. n. 173.* Martinon *tom. 5. disp. 62. quest. 6. n. 65.* Remigius in *Præleg. Confess. 6. cap. 5. §. 1. num. 3.* Hos omnes Doctores in fonte vidi, & plures ex ipsis in meis operibus sparsim adduxi, sed nunc plures alios addidi, & in vnum congeffi, vt facilius inueniri possint. Itaque hanc sententiam tenent triginta Doctores. Vnde ex his apparet illam esse satis probabilem, ne dicam certam, quod nemo, nisi Bardus negabit.

Nec obstat dicere, supradictam opinionem non posse in casu nostro applicari, in quo Dominus Consulens, omnia quæ aduocati exercere solent, exercuit. Ipse enim direxit causam, consuluit, reprobauit scripturam factam à fisco, &c. Respondeo hæc non officere, quia facta sunt à Domino Consulente extrajudicialiter, & tanquam persona priuata, nec vilam scripturam nomine proprio subscripsit, nec vllum Aduocati munus in iudicio exercuit. Ergo, &c.

Sed dato quòd Dominus Consulens in dictam irregularitatem incurrit, Respondeo ad secundum dubium quod posset dispensari ab Episcopo vigore Concilij Tridentini *sess. 24. capite 6. de Reform. vel à Confessario Regulari priuilegiato* (suppono, vt ex facto patet, homicidium de quo est questio esse adhuc occultum.) Probatum prima pars ex dicto decreto Concilij Tridentini vbi conceditur Episcopis facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto proueniens, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario. Atqui homicidium ex defectu lenitatis non dicitur propriè homicidium; homicidium enim est factu iniustum lege humana, & Diuina prohibitum, vt ex Sancto Augustino *lib. 1. de libero arbitrio cap. 4.* tradit Sanctus Thomas *2. 2. quest. 64. artic. 6.* Ergo Episcopus in homicidio iusto poterit dispensare.

Et ita hanc sententiam docent Doctores, quos citat & sequitur Barbofa de *Potestat. Episcopi part. 2. allegat. 39. numero 4.* Quibus ego plures alios addidi in *part. 4. tract. 2. resolutione 69.* & nunc addo me citato ex Societate Iesu Patrem Bannium in *Theolog. Moral. tom. 2. tract. 11. quest. 59. §. Dico sexto, ver. est tamen contraria opinio;* & Machadum de *Perfict. Confess. tom. 1. lib. 1. part. 3. docum. 8. num. 21.*

Vnde ex his Cardinalis Caietanus in *Summa, verb. Irregularitas numero 2. & 4.* Sic ait; Scito quoque

quoque quod appellatione irregularitatis homicidij voluntarij non venit irregularitas propter occisionem hominum in bello iusto, aut iudicio iusto: quoniam vbi non interuenit homicidium, ibi non inuenitur irregularitas homicidij. Constat autem quod quando homo iuste occiditur, non committitur homicidium; quoniam homicidium species est criminis, non enim significat occisionem hominis qualemcunque, sed iniustam; ergo non est ibi irregularitas homicidij siue voluntarij, siue innoluntarij.

Cum quo tamen stat quod interuenit in huiusmodi alia irregularitas, puta causa sanguinis vsque ad mortem. Et hæc idè sint adiecta, vt sciant priuilegiari in dispensatione Irregularitatum circa homicidium voluntarium, posse dispensare in omnibus casibus occisionis humanæ in quibus non interuenit crimen homicidij. Nec sint de cætero propter hæc solliciti ad petendum dispensationem à Papa; quia ipsi possunt dispensare. Hucusque Caietanus.

Quod autem idem dicendum sit de Confessariis Regularibus, probatur ex priuilegijs eis concessis à Sixto IV. & Iulio II. quæ refert Hinojosa in *dir. Decis. Regul. verb. Dispensatio in sacris* fol. 187. & Brunus Chaffaing de *Priuileg. Regular. p. 1. tract. 5. cap. 4. propos. 1.* vbi sic ait, Potest Sacerdos Regularis dispensare sæculares super omnibus irregularitatibus occultis, super quibus Episcopus ex concessione Tridentini dispensat, ac consequenter in quibusdam irregularitatibus ex homicidio voluntario iusto, vel iniusto contractis. Ita ille, qui postea latè hanc conclusionem confirmat. Et idem docet etiam Bassus *Flor. Theol. verb. Irregularitas 15. num. 10.* Martinus de San Ioseph *post. Regul. S. Francisci in Compend. de las facultades de los Confessores, verb. dispensare, num. 3.* Pellizzarius in *man. Regul. tom. 2. tract. 7. cap. 3. nu. 90.* & Caspensis in *Curs. Theol. tom. 2. tract. 25. sect. 13. num. 120.* qui citat Rodriguez, Cordubam, Ioannem de la Cruz, Sayrum, & Henriquez.

Verùm, si Episcopus, & Confessarius Regularis nollent has opiniones ad praxim deducere; Respondeo ad dubium tertium posse Dominum Consulentem ad Sacram Pœnitentiam confugere, nam vt ex facti narratione apparet, hoc homicidium non est publicum, & licet actiones factæ à Domino Consulente circa cooperationem ad illam necem à pluribus sciantur tamen nesciunt per illas irregularitatem incurrisse; & dato quod hoc scirent, hodie vt apparet talis scientia remaneret tantum apud quinque personas, vt patet in facto mihi exhibitio: Vnde delictum non potest dici publicum, sed occultum, vt ego probaui ex pluribus Doctoribus in *part. 7. tract. 2. ref. 15.* quibus nunc addo Emanuelem Sà *verb. manifestum, num. 4.* vbi sic ait, Occultum dicitur, quod tale non est etiam vbi possit probari, & quod penè est occultum: id est difficile probari; Denique etiam quod quinque sciunt, occultum dicitur.

Itaque ex his omnibus apparet, Dominum Consulentem vel irregularitatem non incurrisse; vel dato quod incurrit, posse super illam Episcopum, vel Confessarium Regularem priuilegiatum dispensare, vel ad Sacram Pœnitentiam recurrere quod securius putarem; Et licet ego sciam aduersus aliqua ex superius dictis plures Doctores; probabiliter contrarium asserere, tamen existimo, ea quæ diximus à Doctoribus citatis non minus probabiliter, ac validè

sustineri, ac doceri. Ita sentio, saluo aliorum meliori iudicio.

An Monachi satisfaciant præcepto Diuini Officij si priuatim recitent, iuxta ritum Breuiarij Romani?

RESOLVTIO LXIV.

Negatiuè responder Pasqualigus in *qq. moral. cent. 3. quest. 225. per totam.* Primò quia ita declarauit Sacra Rituum Congregatio: Cuius declarationis tenor est; Sacra Rituum Congregatio censuit & declarauit, omnes Monachos, & Moniales, qui & quæ militant sub Regula Sancti Benedicti posse, & debere vt Breuiario Benedictino nuper de mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ edito pro omnibus Religiosis, qui militant sub Regula S. P. Benedicti, non obstante quod aliqui exempti in præteritum vsi fuerint Romano, vel alio Breuiario. Et ita declarauit die 24. Ianuarij 1616. A. Mar Episcop. Cardin. Gal. I. P. Mugantius Secrer. Sacræ Congregationis.

Secundò, quia si quis obligatus ad recitandum secundum Breuiarium Romanum, recitaret secundum aliud Breuiarium non satisfaceret obligationi, vt declarat Pius V. in dicta Bulla præfixa Breuiario, ibi Statuentes, quoscuque qui horas Canonicas ex more, & ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, iure vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui Diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum post hac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi, psallendique minus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse: Si ergo non satisfacit, mortaliter peccat. Ergo cum mutata officium ex vsu Romano in alium sit peccatum mortale quoad eos, qui tenentur secundum ritum Romanum recitare, erit etiam mortale mutare Monasticum in Romanum quoad eos, qui tenentur secundum ritum monasticum recitare, cum militer eadem ratio, atque adeò eadem iuris dispositio, *l. illud. ff. ad leg. Aquil. & l. Nauta. §. fin. ff. nam. canones, & l. Titio. ff. de furtis.* Ita Pasqualigus.

Verùm ego contrariam sententiam olim tanquam probabilem docui, & nunc iterum contra Pasqualigum doceo, & me citato tenet Caramuel in *Theol. Regul. disput. 109. numer. 1392.* & me citato Marcus Vidal in *Arca Theol. Moral. tit. Flor. Canon. Inquis. 2. numer. 43.* qui citat Suarez, Sanchez, & Lessium; quibus adde etiam me citato Patrem Magistrum Lezanam in *summ. tom. 3. verb. Breuiarium numero 3.* vbi sic ait; Quamuis quilibet Religiosus teneatur, etiam sub mortali, dicere Horas Canonicas iuxta Breuiarium pro suo Ordine approbatum, iuxta Romanum videlicet, illi qui eo vtuntur, & iuxta Benedictinum, Dominicanum, & Carmelitanum, horum Ordinum Religiosi, quod maximè tenet verum quoad Chorum, cum pro illo magis vigeat hoc præceptum. Nihilominus, provt plures probabiliter credunt, prædicti Benedictini, Dominicani, & Carmelitani, & quicumque alia extra Chorum recitantes, possunt

possunt uti Breuiario Romano, nisi in ipsorum Religionibus sit prohibitio de hoc. Ratio est, non solum quia cum Ecclesia Romana sit mater omnium Ecclesiarum, idem conformare se illi semper licitum videtur: sed etiam, quia Pius V. in Bulla *Quod à nobis*, quæ est 64. inter Constitutiones ipsius in 2. tom. Bullar. ordinavit, ut Breuiarium Romanum à se editum ab omnibus reciperetur, ab hoc onere exceptis eos, qui à ducentis annis aliis Breuiariis utebantur; adiiciens, quod si illud velint recipere, possint illo uti in Choro, si ita Episcopo, & toti Capitulo magis placuerit. Ex hoc enim denotatur, quod ad vrendum illo extra Chorum non requiratur consensus Episcopi, vel Capituli, ac per consequens, quod possint illo uti priuatim extra Chorum. Ita ille, qui limitat hanc sententiam nisi sit circa hoc specialis prohibitio in Religione, ut est in sua Religione Carmelitana.

Idem etiam docet Pellizzarius in *Man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 8. sect. 1. num. 18.* Quærit enim, an Regulares, qui non tenentur uti Romano Breuiario, possint eo uti extra Chorum, etiam sine consensu Superioris & Capituli, si in Choro vrantur proprio Breuiario. Et respondet non videri improbabile quod possint, stando præcisè in Bulla Pij V. Et probatur, quia ex vna parte Pius V. in illa sua Bulla non adstringit habentes Breuiarium ante annos 200. receptum, ad vrendum nouo Breuiario, sed solum permittit, ut non teneantur uti nouo Breuiario, datque facultatem, ut si velint uti nouo, id facere possint, etiam in Choro; modò ad id habeant consensum Episcopi, & vniuersi Capituli: ex alia parte talis consensus Episcopi, & Capituli requiritur solum ad seruandum Breuiarium nouum in Choro, non autem ad illud vrendum extra Chorum: & sic quando Pius V. loquens de vsu noui Breuiarii, dicit, ut in Choro dicere, & psallere possint permittimus; subintelligenda videtur dictio, *Etiã*, præmittenda ante verba illa, *in Choro*, ita ut legatur, ut id etiam in Choro dicere, &c. quomodo cum dictio, *Etiã*, sit ampliatiua, sensus erit omnibus Ecclesiasticis habentibus Breuiarium ante 200. annos receptum, tam secularibus, quam Regularibus permitti vsum Breuiarii noui, non solum extra Chorum, sed etiam in Choro, dummodo quoad hoc posterius adsit consensus Episcopi & Capituli, modo supra explicato.

Quæ limitatio merito requiritur ad vrendum nouo Breuiario in Choro, non autem ad vrendum extra Chorum in priuata recitatione; cum vsus Breuiarii noui in publica recitatione facienda in Choro sit res longè maioris momenti, adeoque non nisi cum magna consideratione (qualis supponi potest, interueniente consensu Episcopi, & Capituli) induci debet. Etcertè quod ante verba illa, *in Choro*, subintelligi debeat dictio, *Etiã*, inde constat, quod alioqui sequitur Breuiarium nouum de consensu Episcopi, & Capituli posse quidem adhiberi in Choro ab habentibus Breuiarium antiquum ante 200. annos receptum, non item extra Chorum: cum alioqui consensu sufficiens ad recitandum in Choro iuxta Breuiarium Romanum, à fortiori sufficere debeat ad recitandum extra Chorum; quod utique patet esse absurdum. Videbitur autem hoc absurdum, si ante verba illa, *in Choro*, subintelligamus dictionem, *Etiã*, quare ea omnino videtur subintelligenda stante doctrina Felini alios referentis in *cap. Significasti nume-*

ro 10. & seqq. de foro compet. quod theorica Iuris habet cessare argumentum à contrario sensu, cum ex eo sequitur absurdum, seu contrarium Iuris quod euenit in præfenti casu. Huc vsque Pellizzarius.

Vnde ex his patet responsio ad Declarationem Sacræ Congregationis, de qua etiam non constat authenticè, nempe interpretandum esse ad mentem Pij V. de recitatione publica, & non priuata, quod probatur auctoritate Patris Lezana, qui vbi supra fecit mentionem de dicta declaratione Sacræ Congregationis, quam adducit Pasqualigus, & ramentum hoc non obstantè tenuit tamquam probabilem affirmatiuam sententiam. Ergo secundum Lezanam dicta Declaratio loquitur tantum de recitatione in Choro, & non priuatim; nam alioquin Lezana docuisset contra id quod determinauit Sacra Congregatio.

An meretrix semper teneatur restituere accipiendo aliquid à filiis familias, qui alienare non possunt?

RESOLVT. LXV.

Causa est practicabilis, & aliqua, ac strictè circa illum loquitur Trullench in *Bulla Cruciatæ libro 3. cas. 17. numero 9.* Verùm optimè temperanda esse obseruat Pater Mendo in *Bull. disput. 34. cap. 19. numero 204.* aliàs multi scrupuli insurgent, cum filij familias in Curia, in Academiis, aliisque in locis non exiguis sumptus cum feminis impudicis, adhuc occultis faciant, quas ad restitutionem obligant viri docti, & timorati in omnibus casibus. Censeo igitur, tunc eas teneri ad restitutionem, cum immodici sumptus sunt à filiis familias: Etenim licet Parentes, (idem dico de Curatoribus respectu minorum) sint inuiti circa filiorum culpas, & lasciuiendi licentiam; attamen si semel peccent, iudicantur spontanei circa eos moderatos sumptus cum feminis, & sciunt, hoc ipso quod cum eis turpiter agatur, aliquid fore insumendum, circa quod absolute non sunt inuiti. Et discrimen versatur circa hoc inter eos, & Prælatos Religiosorum: nam illi sunt veri Domini suarum facultatum, & possunt permittere, quod à filiis etiam turpiter operantibus transferatur dominium aliquorum munerum, & quod valida sit donatio à filiis facta, & conuentio cum feminis: quod nequeunt præstare Prælati; quia munus gerunt dispensatorum duntaxat, non Dominorum. Cæterum Curatores in ordine ad facultates minorum succedunt loco parentum quoad hoc, quare eis permittere valent quod possent Parentes.

Et quia hic casus potest etiam accidere circa Religiosos: apponam ad hoc etiam verba dicti Patris Mendo *vbi supra numero 203.* sic asserentis; Teneatur autem restituere quæcumque femina impudica, quod accepit à non potente alienare. Et quidem si à Religiosis accipiant; alienum retinent: quippè Religiosus nihil proprium habet, cuius dominium transferre possit, arque aded opus habet facultate Prælati, ut aliquid donet. Prælati autem facultatem concedere non valet, ut subditus præter aliquid in ordine ad actum turpem consequendum, ut in simili diximus *cap. 14.* Attamen, si femina sit meretrix publica, & aliquid à religioso acceperit non excedens mercedem debitam operis corporis, quas locauit, censeo posse post actum turpem illud sibi

sibi retinere; quia actum completo iusta est solutio, & ad eam valet Prælati licentiam indulgere. Quare meretrix in vtroque foro potest petere quod sibi pro actu turpi debetur, eo quod solutio sit iusta, & si ex iniquo actu sequuta. Aliæ autem feminae similem actionem non habent ad exigendum, & retinendum quod accipiunt, actioque solum in illis datur ex conuentione partium, quæ est quidam contractus: ea autem conuentio facta cum Religioso, non solum est illicita, sed inualida: quia sit cum eo qui alienare non potest. Sicur ludus est quidam contractus onerosus, & lucrum inde aduersum à Religioso excedens id, ad quod potest licentia Prælati extendi, seu id, ad quod de facto extenditur, inualidus est, & lucrum nequit reportari, quia obtingit à non potente alienare.

Id autem discrimen inter vtrumque intercedit, quod ad ludum, in quo exigua quantitas exponitur iacturæ, potest à Prælato facultas concedi, ut potè ad actum non peccaminosum, imò honestum si fiat debitum cum conuentione cum femina, etiam si conuentio sit de exigua quantitate, quia est peccaminosa, & contra votum castitatis. Nec femina hæc, securo actu, gaudet aliquo titulo, ratione cuius retineat acceptum à Religioso; cum id non sit pretium locationis, siquidem ipsa non locat operas sui corporis, quod est proprium publica meretricis, & conuentio antecederet facta ei non fauer: nec donatio gratuita Religiosi transfert dominium, cum non possit donare. Imputet autem sibi hæc femina quod omnia perdidit, quando quidem cum Religioso non potente insumere quidquam turpiter conuenit, aut quasi contraxit. Hæc omnia Mendo.

Sed ego hanc vltimam sententiam, probabiliter limito, in casu quo Religiosus habuisset licentiam expendendi pecunias generaliter in quoscumque vsus, nam tunc probabiliter, ut dixi, meretrix à dicto Religioso pecunias accipiendo non teneretur illas Monasterio restituere. Et idèd præter alios sic asserit Cardinalis Lugo *de Inst. tom. 1. disputat. 3. sect. 7. numero 142.* Non puto improbabilem sententiam, quæ dicit, quando Prælati, dat subdito plenam, & liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, non intelligi limitasse suam intentionem solum ad vsus honestos, & pios, sed potius abstulisse (quantum erat ex parte sua) totum impedimentum, ut vsus ille non esset contra votum paupertatis ob defectum licentiæ, atque idèd recipientem ab ipso, non teneri aliquid restituere. Ita ille, & ego larè alibi.

Non nego tamen contrariam sententiam esse probabilem, & consulendam; Quæ retenta, subdit Lugo *n. 143.* pro praxi posse frequenter eos qui ob turpia acceperunt à Religiosis, excusari ab onere restituendi etiam retenta sententia contraria, quia licet ab initio donatio fuisset inualida propter malum titulum, nunc tamen potest idem, qui dedit, & aliunde habens licentiam ad vsus licitos, potest, inquam, mutato animo, donare illud eidem feminae, verbi gratia, quia pauper est, aut ob alium titulum honestum, ad quam donationem licitam habet sufficientem facultatem.

Sed post hæc scripta inueni Magistrum Nicolaum Brauo, virum quidem doctum in *Tractatu Monastico capite 20. numero 4.* distinguere duo genera rerum, scilicet earum, quæ procedunt ab ipsa communitate, & sunt & vocantur propria domus, ut potè ab eius iuribus ut sic profectæ; & earum

quæ proficiuntur ex peculiari ratione huius vel illius, & vocantur elemosynæ, aut depositum illorum singularium. Et hoc non ob aliquod dominium, aut proprietatis possessionem (absit) sed propter permissionem Prælati, & destinationem ad vsus singularis personæ, dum ex Missis, aut Concionibus, vel scriptis, vel donatiuis confanguineorum, aliisque modis, cum respectu ad eas conceduntur ex consensu, & licentia Abbatis, & ab eius nutu dependentes in vsu; cuius neque in consumptilibus dominus est Monachus, taliaque mobilia, aut pecuniæ, neque in ratiociniis, neque in sumptibus domus admiscuntur: & quodammodo extranea, & adiectiua reputantur, vltimè differentia in praxi, & notorio discrimine assumata à Petro de Ledesma, qui rem retigit 2. *part. summ. tractat. de statibus capite 4. de statu Religiosorum pag. mihi 66. column. 2.*

His suppositis, postea *num. 12. & 13.* quantum ad obligationem restituendi Religiosorum differentiam esse censet, ut omnino illa constringat respectu bonorum prioris generis, modo possibili Monacho ad satisfaciendum, quod inde, vel corraferit; vel læserit, ex bonis posterioris generis, priuando se illis, aut abstinendo ab aliis sibi concessis, &c. in aliis verò bonis secundi generis, ut non vigeat restitutio eo modo. Quod quo pacto ita sentiam iam declaro.

Et quidem id ita esse mihi persuadeo ex differentia admittenda inter illa duo genera bonorum, quam loco citato recognouit Ledesma, & quam reuera videmus praticari. Nam si quis Abbas, aut Prior, vel minister rerum temporalium, in reddendis rationibus deficiat, cogitur auctoritate Superioris, & Ordinis satisfacere, & restituere defectum, de elemosynis illis, aut deposito, sibi peculiariter permisso, nec ignorat Religiosorum illud ad dominium Domus, & Communitatis læsæ pertinere; ergo considerat illud quodammodo alienum, & indebitum domui, cui per illud satisfactum esse vult. Similiter si Religiosus malè expendat eas elemosynas, aut peculiare depositum, etiam si quoad mores, si Prælati sciat, corrigatur, reprehendaturque, tamen de restitutione expensis, nec ad ratiocinium venit, nec curatur, tanquam si sibi soli damnum intulerit. Quæ signa sunt voluntatis Religionis, aut Superioris, non sanè conscientie peccatum, aut potentis illud suo consensu, & licentia excusare; sed remittentis obligationem restitutionis, quam non reputat iniuriosam domui, & quia restitutio adhuc impropria, qualis est omnis facta à Religioso, qui nunquam in rigore de suo restituit; in hoc secundo genere bonorum, adhuc est magis impossibile. Nam etsi per impossibile ea fieret, satis erat restitutionem fieri eidem elemosynis, & peculiari deposito, & tamen manebat adhuc in conditione bonorum secundi generis, in quibus Religio, aut Superiores nunquam ab inferioribus expectunt satisfactionem, aut restitutionem. Sed quasi admittunt ut ij, qui seiplos defraudauerunt,

patiantur damnum & peccati, & amissionis, absque aliquo alio.

Hucusque Magister Brauo.

* * *

*

An Capitulum Generale alicuius Religionis possit restringere, & limitare usum privilegiorum?

RESOLVTIO LXVI.

Negatiuè responder Pasqualigus in 99. Moral. Cent. 4. quaestio. 331. numero 8. ubi sic ait; Hinc autem fit: quòd nequeant Superiores Religionis, aut etiam Capitulum Generale limitare, aut restringere usum privilegiorum, si omnibus & singulis concessa sint contra id, quod docent Mirand. in Manual. tom. 2. quaestio. 43. artic. 4. Portel in dub. Regularium verb. Privilegium, num. 78. Rodriguez tom. 1. quaest. regular. quaestio. 17. artic. 5. Lezana tom. 1. summ. capit. 18. numero 56. Neque valet ratio in oppositum, quod non sit praesumendum, quod Pontifex ut zelator obseruantiae regularis velit, quod subditus utatur privilegiis contra voluntatem Superiorum; quia cum veritati cedat praesumptio l. Nuptura ff. De iure dos. & l. cum de indebito ff. De probat. & constat de voluntate Pontificis, quod subditi habeant proprium ius ad usum privilegiorum, dum omnibus & singulis concedit, atque adeò personaliter non est inducenda praesumptio voluntatis contraria; praesertim quia non est contra Regularem obseruantiam, quòd subditus utatur gratiis maiorum Superiorum independenter, & contra voluntatem minorum, cum minores debeant se conformare maioribus, non minus quam subditi immediatis superioribus. Nec privilegia sunt contra regularem disciplinam, si non contineant abusum. Ita ille.

Sed ego prorsus talem sententiam reiiciendam puto, & affirmatiuam tenendam esse existimo. Et ita praeter Mirandam, Portel, Rodriguez, & Lezanam à Pasqualigo adductos, tenent communiter Doctores. Et ita me citato tenet Bordonus in Conf. Regular. tomo 2. resolut. 52. numero 316. & me citato Bassæus verb. Privilegium 4. numero 11. & me citato Pellizarius in man. Regul. tomo 2. tract. 8. capit. 1. numer. 62. & 63. Quibus etiam adde doctum Magistrum Donatum tomo 1. tract. 13. quaest. 20. Brauum in tract. Monast. capit. 7. num. 11. Tamburinum de iure Abbatum tomo 1. disp. 16. quaest. 9. Hieronymum Rodriguez in Compend. ref. 116. numero 26. Bellasium in Prompt. Regul. verb. Priuileg. num. 6. Suarez de Relig. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 22. r. 14. & alios.

Probat hanc opinio; nam ut bene obseruat Suarez ubi supra, & contra Regem Angliae libro 4. capit. 7. numero 12. & 25. & capit. 13. numero 7. quamquam privilegium Apostolicum sit datum in fauorem verbi gratia Abbatum, aut aliorum subditorum Ordinis, eo pacto intelligitur datum, ut simul habeat secum imbitam moderationem ab ipso Pontifice concessam supremis potestatibus Ordinis, prout illius augmento, & conseruationi, iuris de causis visum fuerit expedire. Itaque Regula illa; Inferior non potest abrogare, &c. locum habet solum, quando inferior restringit, aut tollit privilegium contra voluntatem eius, cui concessum est: quod certe non euenit in casu nostro, cum in Capitulis Generalibus ac Prouincialibus, in quibus suppono eiusmodi privilegia abrogari, adsit interpretatiua voluntas totius Religionis, cui concessa sunt dicta privilegia: quod est talem restrictionem, aut ablationem privilegij fieri de

consensu habentis privilegium. Praeterquam quod Papa concedens privilegium in fauorem Religionis censetur illud conferre iuxta ordinem debitum, & magis consentaneum ipsi Religioni, quamdiu expressè non declarat in contrarium: debitus autem ordo Religionis petit, ut inferiores Praelati pendeant à Superioribus, & consequenter credendum est hanc esse mentem Papae concedentis talia privilegia: quomodo non potest dici inferior auferre facultatem concessam à Superiore; quippe quae non est concessa simpliciter, sed cum hac subordinatione.

Et quidem cum privilegia principaliter concedantur toti Religioni, & tota Religio in Capitulo Generali censetur existere, sequitur, eam, si iudicauerit ita expedire, posse à se tota abdicare usum illorum, & consequenter etiam à proprio Generali, cum nemo cogendus sit uti suo privilegio. Ita sentiunt viri docti à me consulti.

Vnde ex his patet responsio ad argumenta à Pasqualigo adducta pro sua firmanda opinione; quae licet vim haberent, quod nego, procederent seclusis privilegiis ad faciendum, quae habere Regulares certum est. Leo namque X. concessit quod Generalis Minorum in suo Capitulo Generali, & quilibet Prouincialis in suo Capitulo Prouinciali, cum consensu tamen eiusdem Capituli, vel maioris partis, declarare possit, & valeat utrum ab usu alicuius concessionis, viua vox oraculo facta abstinere debeat, ac si concessio huiusmodi per Sanctitatem suam suspensa, vel reuocata fuisset, & haberetur in supplemento Ordinis, fol. 94. concess. 296.

Id item concessit Gregorius XIII. Superioribus Illustrissimae Religionis Societatis Iesu, ut possent scilicet iudicula Apostolica, quomodocumque haec concessa, limitare, eorumque usum prohibere, prout habetur in Compend. Societatis Iesu. Gratiarum usus, §. 2. quod extenditur ad superiores Mendicantium, ob communicationem privilegiorum.

Et idè rectè in Actis Capituli Generalis nostrae Religionis Clericorum Regularium celebrati Romae apud Sanctum Siluestrum Montis Quirinalis 1610. mensis Maij, sic habetur; Decreuerunt Patres ut Compendium Privilegiorum, & facultatum Nostrae Congregationis Clericorum Regularium à Patre D. Alexandro Peregino Clerico Regulari concinnè dispositum, & virilibus annotationibus auctum publico nostri Ordinis commodo Typis excudatur, excusumque ad singulas nostras domos quam primùm transfinitur. Nemini verò licitum sit ab ea die, qua praedictus libellus transmissus fuerit, aut quomodolibet innotuerit, absque licentia admodum Reuerendi Patris Nostri Generalis aliquo alio Privilegio uti, praeterea, quae in iam dicto Compendio continentur ac alia quae apud nos sunt in usu, dummodo non sint à Summo Pontifice reuocata; D. Theodosius Nigri-folius Secretarius.

An Dæmoniaci, Energumeni, & Arreptites sint irregulares, si omnino à vexatione Dæmonis liberati sint?

RESOLVTIO LXVII.

Affirmatiuè responder Glossa in cap. Communiter d. 33. vers. de iis, Vgolinus cap. 55. §. 1. num.

num. 4. Rosella verb. viuius, num. 3. Tabiena, Sylu. & Angel. verb. corpore vitiat. Maiol. lib. 2. cap. 17. Sayr. lib. 6. cap. 9. num. 14. Quibus subscribunt passim recentiores, affirmantque magno consensu Dæmoniacum etiam liberatum ea vexatione, non posse ad ordines promoueri. Vide Hurtadum de Irregul. diff. 15. num. 54. & Cornejo in 3. par. tom. 2. tr. 5. de Irregular. disp. 13. Caspensem in Curs. Theol. tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 16. num. 105.

Sed mihi magis placet opinio negatiua Patris Godelini de Irregular. cap. 3. quaest. 2. controu. 8. m. 22. nisi ex memoria recentis morbi remanserit aliqua infamiae nota, & occasio offensionis. Et ita tradit Canon. 73. Apostolor. Si quis dæmonem habeat, ne fiat Clericus, sed neque cum fidelibus precetur, purgatus autem recipiatur, & si fuerit dignus fiat. Quid clarius? neque vllam exigunt dispensationem Apostoli, sed indefinitè, & absolute pronuntiant, à dæmone liberatum, tum in consortium aliorum fidelium, tum in Clerum admittendum esse, si aliunde dignus sit; itaque absolute exponunt Balsam. & Zonaras Monachus. Confirmatur, quia ratio propter quam arceret à Clero dæmoniacus, est, ne furoris tempore Sacerdotium contumelia afficiatur, & diuinum numen blasphemis profcindatur, ut ait Balsam. & quia non potest non offendi populus, si quem scit dæmone vexari, videat Sacra perficere, uti monet Gelasius Episc. ad Episcopos Lucaniae cap. 21. Et denique quia immundus censetur, qui dæmoni praebet hospitium ex Zonara.

Quae rationes omnes cessant in eo qui liberatus omnino est; non verò in eo, qui per interualla tantum fuerit, cum enim periculum sit, ne quo tempore ministretur, furore corripitur, in Clerum coopartari non decet, quod sapienter aduertit Balsam. qui idcirco ait longè aliam esse rationem participationis mysteriorum, & Sacrorum Ordinum, quamuis ab utraque ea susceptione dæmoniacum prohibeat hic Canon, quia loquitur de Energumeno qui perpetuò insanit, dum enim lucidis interualtis vitur, si tunc neque enuntiet, id est, prodar mysterium, quod arcanum erat, & solis quondam fidelibus explicatum, neque blasphemet, donati poterit Eucharistia, uti Timoth. Alexandrin. respondet ad tertiam interrogationem, quam hac ratione cum isto Canone conciliant Balsamon, & Zonaras.

Nec obstat cap. Clerici, & cap. maritum dist. 33. nam ad illa responder Godelinus, & postea sic subdit; Maneat itaque quòd asserimus, Dæmoniacos plene liberos in Clerum admitti posse ex Canone Apostolico, cui nulla posteriora iura derogauit, ut falso dixit Suar. disp. 51. sect. 1. num. 7. cum nulla proferantur; quare non fuerit opus dispensatione, nisi quatenus erit penes Episcopum arbitrari, an omnino Energumenus ille sit personatus: additi tamen, infamiam & scandalum, quod ex recenti vexatione generari possit, aliquando inducere hanc Irregularitatem, quae est mens Gelasij cap. 21. Epistola ad vniuersos Lucaniae Episcopos, atque hanc nostram sententiam docet, & communem esse contendit Bartholomaeus ab Angelo, Dialog. 5. §. 180. & 183.

Nora etiam; Dæmoniacus post Ordines susceptos illis abstinere debere, ubi tamen curati fuerint iudicio Episcopi, & vnus anni spatio liberi, poterunt sua officia reperere. Ita omnes ex cap. Communiter d. 33. quod ut monui ex Concil. Tolera. 11. cap. 13. datum primum fuit, neque vllus ab utraq;

A non. Diana Pars XI.

verò ad vltiorem ordinem promoueri valeant; liquet ex Superiori asseritione, dicendumque omnino est id posse, si infamia non obstat, & prorsus perlanari fuerint.

Sed quid dicendum de amentibus? Dico itaque quod amentia sine dubio constituit irregularem; non solum quando est perpetua, sed quando fuit ad tempus, itaut licet sanitatem recuperauerit, adhuc sine dispensatione promoueri non possit; vt colligitur ex cap. maritum 53. dist. Et tradit ex communi Sanctus Antoninus 3. part. tit. 8. c. 5. Maiol. lib. 2. de irregular. cap. 14. Suar. disp. 51. sect. 1. num. 3. & 4. Sayrus lib. 9. thesauri, cap. 13. num. 3. Auila 7. part. disp. 3. dub. 4. Bonacin. tom. 1. disp. 7. de irregular. quaest. 2. part. 1. num. 1. & alij. Quod intelligendum est de amentia, quae sit per modum habitus, scilicet fundata in naturali complexione, & propria organorum laesione, non de illa, quae prouenit ex aliqua febris, aut qualitate transeunte, qua cessante cessat amentia: haec enim non secum trahit indecentiam; vt bene aduertunt supra. In Clerico tamen iam promotio amentia non deicit illum ab usu ordinis, nisi solum quamdiu ducat, aut periculum in talem defectum incidendi, & aliquam Sacramento irreuerentiam praestandi. Quapropter expedit ne absque iudicio Episcopi ordinibus ministrandis se immisceat, vt aduertit Sayrus lib. 6. thesauri cap. 13. num. 3. in fine. Argum. cap. Communiter 33. dist.

In hac irregularitate extimat Maiol. dicto lib. 2. cap. 14. & indicat Sayrus supra, posse Episcopum dispensare non solum ad vtendum ordinibus susceptis, sed etiam ad illos suscipiendos. Sed contrarium est probabilius solius Pontificis auctoritate posse ordinari, qui semel in amentiam per modum habitus cecidit, quia nullibi inuenitur concessa Episcopo haec potestas, vt notat Suarez de censur. disp. 51. sect. 1. num. 3. Bonacina alijs relatis disp. 7. quaest. 2. part. 2. num. 23. Vide etiam Cornejo, & Hurtadum, ubi supra, qui etiam addit, quòd qui post ordinationem incidit in furiam ex cerebri indispositione, aut in morbum caducum, poterit ministrare si possit absque periculo cadendum; imò quamuis sit aliquod periculum, si raro cadat, & non euomat spumas, poterit, adiuncto socio qui possit Missam perficere, si forte post consecrationem incepram corripatur morbo.

Nora etiam hic obiter, amentem ordinatum si non licitè validè ordinari, nam vt obseruat Marchinus de Sacrament. Ordin. tractat. 1. part. 4. cap. 4. num. 15. in duobus Sacramentis tantum usus rationis perfectus requiritur ad valorem Sacramenti, nempe, in Pœnitentia, cuius materia sunt actus pœnitentis per proprium consensum, & in Sacramento matrimonij, quod includit pro materiali humanum contractum, qui mutuo contrahentium consensu perficitur. At in alijs Sacramentis, praecipuè in Baptismo, & Ordine non requiritur de necessitate Sacramenti consensus aliquis, vt constat in puero baptizato, & ordinato: idèd amentem capacem esse Ordinationis, docent Sanctus Thomas 3. part. in addit. quaest. 30. art. 2. Reginaldus in foro pœnitentia tract. 1. lib. 30. num. 30. Molfesius in Summa tract. 2. cap. 16. num. 2. Sotus in 4. disp. 25. quaest. 1. art. 2. vers. Contra hanc vero conclusionem, qui tamen loquitur de perpetuo amentibus; hoc est, qui nunquam usum rationis habuerunt.

Itaque dicendum est quaedam esse Sacramenta, quorum materia sunt actus humani, vt in Pœnitentia actus pœnitentis, & in Matrimonio contra-

K hentium

hentium consensus: & hæc non possunt pueris, vel amentibus validè conferti; quia tunc deficeret ipsa Sacramenti materia. Alia verò sunt Sacramenta, quæ habent pro materia rem aliquam inanitem, vt Baptismus aquam; Ordo instrumenta tangenda; Eucharistia panem, & vinum; & sic de cæteris: & hæc possunt puero, aut amenti validè conferti: quia eorum valor non pender à voluntate suscipientis.

Improbatur quedam opinio pertinens ad sponsos de futuro.

RESOLVT. LXVIII.

IOannes Salas in 1. 2. tom. 2. quest. 74. tr. 13. dub. 6. sect. 16. nu. 117. docuit, sponsis de futuro esse permissum aspectus pudendorum; Ergo dum legi hanc opinionem, improbabilem existimaui, & casum communicatus cum doctissimo concine nostro Patre Iosepho Augustino Societatis IESV libenter in nostram sententiam iuit, quam nunc inuenio docere etiam Patrem Antonium Escobar in 2. editione Theolog. moral. tract. 1. Examin. 8. cap. 3. num. 74. vbi sic ait; Sala, pudendorum permittit aspectus, quia non tantam habent connexionem cum copula quam tactus. Ast ego semper hanc sententiam, ob commotionis immoderantiam, improbabilem iudicaui. Sanchez citatus ait licere oscula, & tactus externos, etiam si securitè pollutio prævideatur, dummodo adsit iusta causa sponso, scilicet ad vitandam inurbanitatis, seu austeritatis notam. Porro alia adsunt alegandæ notæ huiusmodi documenta, & idèd illicitam esse dixerim tam obnoxiam periculo demonstrationem. Ita ille; & quoad hoc vltimum contra Sanchez etiam ei adhæreo.

Nota tamen, Escobar vbi supra num. 73. existimare non esse mortale in coniugis absentia verenda propria libidinosè atrectare, si huiusmodi tactus ad illicitum actum non referantur, etiam si adsit pollutionis periculum, quia licet non referantur actu, tamen ordinantur sua ex natura ad conjugalem actum. Et citat Ioannem Præpositum in 3. part. q. 6. de Bonis Matrimonij dub. 26. num. 188. Sed Præpositus in dicto loco apertè dicit dictos tactus verendorum non esse mortale, si absit pollutionis periculum. Vnde ego puro illa verba in Codice amicissimi Parris Escobar fuisse scripta, & impressa errore amanuensis, vel impressoris; Et idèd vbi dicit, *Etiam si adsit pollutionis periculum*, cortige, *Et si, absit pollutionis periculum*; nam alioquin dictam opinionem non admitto, nec illam Præpositus docuit.

Idem Pater Escobar n. 66. querit an inter Coniuges quilibet tactus sint liciti, & quæcumque oscula, & affirmat ex Filiucio (nam Typographus ex errore apposuit Fagundez) licere, quoties non ad est pollutionis periculum; sed ipse à piaculo veniali non excusat propter mollietudinem nimiam speciatim in obscenitè indicat. Et ego sententiæ Parris Escobar adhæreo; Aduerto tamen, quòd Filiucius non dixit absolurè dicta oscula licere, nec excusant à peccato veniali, sed tantum à mortali; vt patet ex ipsius verbis tom. 2. tract. 30. c. 10. num. 195. sic enim ait: Oscula in partibus inhonestis à fortiori esse peccata mortalia, hæc enim in iis partibus non fiunt, nisi ex amore libidinoso, & deprauato, & practicè loquendo semper sunt oscu-

la libidinosà inter non conjugatos. Inter hos autem etiam non sint censenda peccata mortalia, tamen increpandi sunt qui hoc faciunt, tanquam operis arguentis animum nimis mollem, libidini deditum. Ita Filiucius. Itaque non dissentit ab Escobar, quibus adde Roccaful vbi infra.

Nota etiam dictum Patrem Escobar numero 67. asserere ex Fagundez, mortiferum esse vitile membrum in os vxoris immittere, Ego hoc etiam olim docui, & nunc me citato docet Ioseph Roccaful in Praxi Theol. moral. tom. 2. libro. 4. de 6. præcepto Decal. capite 2. numero 200. quia hoc non est simpliciter osculum pudendorum, sed quædam irumatio diuersæ speciei cum periculo consummandi præposere.

De quibusdam Confessionibus, quoad earum validitatem.

RESOLVT. LXIX.

AD hoc dubium Eminentissimo Domino meo Cardinali N. ex Germania transmissum, Respondeo breuiter: Dico igitur Confessiones factas non fuisse inualidas, & idèd non reiterandas probatur, quia fuerunt factæ cum habentibus titulum coloratum, & errorem communem. Vnde in hoc casu pia Mater Ecclesia supplet defectum iurisdictionis, quæ illi deest, nam Ecclesia non est minus pia, neque prouida circa sollicitudinem suorum fidelium, quam sit lex civilis, quæ non patitur suos subditos ab officiali potestate casu carente decipi, sed eius gesta, vtilitatem subditorum respiciendo, decernit valida & summa supplendo potestatem, quæ in suis ministris deficit. *Barbarius ff. de officio Prator.* Ita Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 22. & Alij penes ipsum.

Immo ego puro contra Sanchez, sufficere in tali casu solum errorem communem absque titulo colorato, ita me citato docuit Basilius Pontius de matrim. l. 5. c. 20. n. 7. & postea docuerunt, me citato Bordonus in Consil. reg. tom. 1. resol. 86. nu. 50. & me, citato Syluius in resol. var. verbo matrimonium 11. & me citato Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. qu. 102. & me citato Hurtadus in var. resol. tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 7. num. 2018. & me citato Busenbaum in medulla Theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 3. n. 8. & me citato Possentius in recollet. quest. moral. cap. Miscellan. pro Regularibus num. 17. & me citato Longhus in tabulis Sacram. tab. 2. cap. 59. numer. 13. & me citato Cutellus in addit. ad Praxi. 4. Mancini. dub. 29. & me citato Pellizzari in manual. reg. to. 2. tr. 8. c. 2. sect. 2. n. 62.

Quibus omnibus adde Bardi in Bulla Cruciat. part. 2. tr. 5. cap. 1. sect. 12. n. 157. Sancium in Selectis disput. 44. num. 3. Molfesium in summa 10. 1. tract. 7. cap. 13. num. 21. Machadum de Perfect. Confes. tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. docum. 8. numer. 2. Castum Palaum tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 10. n. 9. Bossium de cæsis si Regularibus Conscientia cas. 225. Genuensem in Praxi cap. 59. & alios.

Sed quicquid sit de hac opinione; Certum est, quòd in casu nostro non solum ad est error communis, sed etiam titulus coloratus. Ergo necessario dicendum est Confessiones, de quibus quaeritur fuisse validas, nec iterandas.

Verum Domini Consulentes putant hac doctrina non indigere, Nam asserunt se habere verum titulum. Probatur, quia Decretum Concilij Tridentini sess. 23. cap. 15. de reform. vt optime obseruat è Societate

Societate Iesu Pater Hermannus Busenbaum Germanus in Medulla Theologiae moralis edita Monasterij Vuestphaliæ Anno 1656. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 1. procedit, & obligat in illis Regionibus, vbi est vsu receptum; Sed in Archiepiscopatu Coloniensi in ordine ad Dominos Consulentes, dictum decretum non fuit vnquam vsu receptum, vt patet. Ergo non obligat.

Et ita in specie loquentes de Concilio Tridentino docet etiam Andreas Dunallius tr. de Pontifice part. 3. q. 7. Nauarr. Conf. 1. de conf. q. 3. & 8. Sala de legibus disp. 13. sect. 3. in fine, Cenedus in qu. Canon. q. 21. per totam, Gasias de beneficiis part. 11. cap. 5. §. 3. nu. 23. & ex Societate Iesu Paulus I ayman Germanus in Theol. moral. lib. 1. tractat. 4. cap. 3. num. 4. vbi sic ait; Ex quo inferre licet, v. g. Tridentini Concilij constitutiones, quæ hæctenus receptæ, aut in praxim deductæ non sunt, vim obligandi non habere. Ita ille, & alij.

Sed in nostro casu, vt supponunt Domini Consulentes; constitutio Concilij Tridentini nunquam fuit vsu recepta. Ergo non obligabit.

Et ratio est, quia præsumitur Pontifices leges condere, & promulgare sub tacita conditione si à Populo acceptentur, quia hoc videtur pertinere ad suauè regimen Populorum, & magis conforme legislatorum benignè voluntati; Quod optime confirmat dictum Gratiani §. leges c. 3. dist. 4. Leges instituuntur cum promulgantur; firmantur cum moribus ventium approbantur. Et in l. de quibus ff. de legib. vbi ita habetur, Leges nulla alia ex causa nos tenent, nisi quia iudicio Populi receptæ sunt. Et idèd Baldellus in Theol. moral. tom. 1. lib. 5. disput. 18. num. 25. individualiter pro casu nostro sic asserit; Decreta Concilij Tridentini quamuis sint lata pro omnibus Prouinciis, & Regnis Christiani Orbis, de facto tamen obligant illa, in quibus fuerunt promulgata, & vsu recepta, & non obligant alia, quia hæc ipsa fuit mens & intentio Concilij, vt obligarent aliqua, etiam scotim, & independentè ab aliis, si solum in aliquibus fuissent promulgata, & vsu recepta. Ita Baldellus.

Sed vt dictum est, Decretum Concilij de quo est difficultas, non fuit, vt suppono, à principio vsu receptum. Ergo, &c.

Et tandem ad confirmationem supradictorum non deferam hic apponere verba Marrini Becani de legib. tr. 3. c. 6. q. 8. n. 4. vbi individualiter pro casu nostro sic ait; Hinc sequitur, multos subditos in Germania legitime excusari, quando non seruant leges Concilij Tridentini, aut Bullæ Cænæ Domini, quia scilicet illæ leges in multis locis vsu receptæ non sunt. Ita ille.

Vnde etiam individualiter Amicus, in cursu Theolog. tom. 5. disput. 5. sect. 5. n. 93. obseruauit, quòd excusantur in Germania, qui non obseruant leges Concilij Tridentini à suis maioribus non acceptas.

Quæ quidem omnia adèd vera sunt, vt probabiliter asserunt plures Doctores, quòd in dubio. An lex fuerit vsu recepta, non obligat in conscientia, vt docet Azorius part. 1. libro 2. capite 19. qu. 12. Præpositus in p. 2. D. Thom. q. 94. disp. 1. dub. 9. num. 31. & nouissimè me citato Anton. Escobar, & Mendoza in Theol. moral. lib. 5. sect. 2. c. 14. Probl. 4. num. 120.

Sed in nostro casu certum videtur Concilium non fuisse vsu receptum; Nam post dictum Concilium publicatum Anno 1562. Sub Adulpho I I I. Archi. episcopo, omnes Archidiaconi id quod antea Anton. Diana Pars XI,

faciebant, postea vsque ad hunc diem per spatium centum annorum fecerunt, scientibus, & videntibus Sereniss. Archiepiscopis, qui in exercitio suæ iurisdictionis dictos Dominos Consulentes reliquerunt. Ergo, &c.

Nec obstat dicere, Concilium omnes consuetudines abrogasse, hoc enim non officit, quia vt dictum est, receptum non fuit; Et dato quòd vsu receptum fuisset, postea per contrariam consuetudinem abrogatum fuisse dicendum est; Nam vt obseruat Amicus, vbi supra num. 94. Si lex feratur cum clausula. Quacumque consuetudine non obstante, vt loquitur Tridentinum dicta sess. 23. cap. 15. de reformat. non tollit consuetudinem de futuro, quòd etiam docet Ioan. Maria de Castilento in Polyaniha Theologiae moralis verbo Consuetudo, difficult. 12. Suarez de legib. lib. 7. c. 7. n. 2. & Villalobos in Summa tom. 1. tract. 2. difficult. 39. n. 8. cum amicissimo, & sapientissimo Arriaga in cur. Theol. tom. 5. disp. 24. col. 6. sub tex. 1. num. 37.

Tamen in Diocesi Coloniensi videtur aliquo modo remansisse, vt saltem appareat in casu nostro, & in aliis; ergo, &c.

Adde quòd aliquis dicere etiam posset, dato, fuisset Concilium Tridentinum vsu receptum in casu nostro nihil officit, quia Pastores inuestiti, ac instituti à Dominis Consulentes, recipiunt ab ipsis beneficia, curam animarum habentia. Ergo non indigent approbatione Episcopi, quia Concilium in dicta sess. 23. cap. 15. eximit, qui beneficia Curata obtinuerunt, ab approbatione Episcopi, etenim eo ipso, quòd alicui animarum cura demandatur, sufficienter declaratur idoneus ad Confessiones audiendas, & idèd superiores Regularium, qui habent adnexam Parochiam, designant Vicarium absque approbatione Episcopi, vt obseruat Amicus in cur. Theolog. tom. 8. disp. 15. sect. 3. n. 97.

Nec supradictis obstat Bulla Urbani V I I I. lata die 12. Septembris 1628. quia loquitur de priuilegiis, & forsitan non fuit in Diocesi Coloniensi publicata, vt necessario volunt aliqui; sed melius, ea quæ diximus supra in ordine ad Concilium Tridentinum, applicanda sunt ad dictam Bullam.

De quibusdam Sponsalibus.

RESOLVT. LXX.

Priora sponsalia non officere, sed posteriora obseruanda esse firmiter existimo.

Moueor ad id tenendum, quia dicta Sponsalia fuerunt contracta cum impedimento diuine, sine conditione, si Papa dispensauerit. Nec facit quòd tacitè subintelligatur conditio, sed est necesse, vt expresse apponatur l. condiciones extrinsecus, de cond. & demonstr. gloss. in c. 1. §. ille vero, in verb. conditionem, de sponsal. in 6. Quod rectè docet Sacra Rota in Valentini matrimonij, die 10. Nouembris 1595. coram Seraphino, tom. 2. decis. 1156. n. 1.

Et dato, & non concessio, quòd dicta sponsalia fuissent contracta sub dicta conditione, si Papa dispensauerit, etiam sequuta dispensatione dicendum est, non posse suffragari, cum post illam non interuenit nouus consensus; & ratio est, quia ius perpetuè prohibet dicta sponsalia, & propterea, nec sub conditione contrahi potuerunt, l. inter stipulantes 82. §. Sacram. ff. de verb. oblig. vbi si res à commercio eximatur, super ea obligatio non contrahitur, & contracta extinguitur, nec reuincit impedimento cessante,

cessante, leg. continuis 137. §. cum quis. ff. eodem tit. Deinde ut actus retro extendatur, oportere quod potuerit intercedere à principio, l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. Sed matrimonium, & sponsalia non potuerunt esse à principio temporis quo fuerunt inita, obstante impedimento, ergo non potuerunt retrahri. Secundum asserto rationem, quod ex facto à iure improbatum non potest oriri aliqua obligatio, l. cum lex ff. de fideiusso. Sed in contractu condicionali sola spes est in obligatione, & propter illam spem contractus retrahitur, sed in nostris terminis nulla fuit obligatio ratione prædicta, ergo opus est nouo consensu.

Dicendum est itaque quod intentio Papæ, quando dispensat in gradu prohibito, sit solum dandi facultatem contrahendi, non autem approbandi, & rariu habendi quod illicitè gestum est. Card. in c. super eo, & ibi Abbas num. 8. & Præpos. nu. 5. de cond. appof. Aret. conf. 142. Syluester in verb. matrim. lib. 3. q. 9. Sotus super 4. distin. 29. q. 2. art. 1. & alij.

Et ita nostram sententiam, præter Doctores quos hinc ad satietatem possum adducere, Sacra Rota Romana perpetuò docuit, ut patet apud Seraphinum ubi supra, & apud Manricam decis. 205. & apud Gregorium XV. decis. 410. & in causa Taurinensi sponsalium die 2. Decembris 1594. coram Gypso, & in causa Vlixbonen. matrimonij 21. Iunij 1613. coram Sacrato, & in causa Colimbrien. sponsalium 26. Octobris 1616. coram Buarto, & in Bononien. transactionis 5. Decembris 1607. coram Coccino decis. 374. num. 6. & 7. & nouissimè coram eodem in vna Hispalensi sponsalium die 6. Martij 1637. cuius decisionem omninò videndam inuenies imptressam in fine meæ sextæ Partis decis. 2. in qua adducuntur ad satietatem Doctores pro hac sententia, & validissimis rationibus confirmatur, responderetur ad argumenta contraria.

Deinde, dato & non concessio, supradicta sponsalia priora fuisse valida, nec consensus nouus esset in illis necessarius; tamen dicendum est, adhuc obseruanda esse secunda sponsalia, vt potè coniuncta cum copula: & ratio est, quia quando duo contendunt, vnus de lucro acquirendo, alter de damno vitando, huic potius fauendum est, quam primo: sed secunda femina damnum patitur, & id agit, vt damnum euitet; prior verò vt luctum acquirat; ergo illi potius fauendum est, quia prior, vel nullum, vel leue patitur nocumentum; & confirmatur exemplo contractus venditionis, in quo secunda venditio, sequuta traditione, præualeat priori, l. quoties C. de rei vendic. Et idè hanc sententiam tenet, me citato Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 2. quest. 19. & me citato Bossius de matrim. capite 3. §. 28. numero 90. & me citato Martinus de San Ioseph in monit. Confess. tom. 1. libro 1. tract. 6. de matrim. num. 13. Idem docet Pontius de matrim. lib. 12. capite 14. numero 4. Caspensis in Curs. Theolog. tom. 2. tractat. 26. disput. 1. sect. 11. §. 6. numero 88. & ex Societate Iesu, Rebellius l. 4. quest. 8. sect. 4. numero 56. Coninch de Sacram. disput. 23. dub. 4. concl. 4. numero 34. Castrus Palau tom. 5. disput. 1. puncto 22. numero 6. Lessius in 3. par. D. Thom. capite 3. de Sacram. matrim. dub. 5. numero 53. Reginaldus to. 2. l. 3. n. 218. & Escobar in Theol. moral. tract. 7. exam. 9. c. 6. n. 106. & alij penes ipsos.

Nec aduersus superius dicta obstat opinio Sanchez de marr. lib. 1. disp. 46. n. 5. Trullench de Sacrament. lib. 7. c. 2. dub. 8. memb. 4. Vvigers in Supplem. 3.

Partis 9. 43. dub. 5. n. 14. Texedæ tom. 2. lib. 4. tract. 1. controu. 5. q. 2. n. 260. & aliorum, asserentium prima sponsalia valere, etiam si posteriora fuerint contracta cum copula, non inquam hoc obstat: nam respondeo primò, nostram sententiam esse probabiliorem, vt patet ex decisionibus Sacræ Rotæ.

Respondeo secundò opinionem Sanchez, & aliorum non obstat in casu nostro, sed potius fauere; nam dictam opinionem Sanchez, & alij limitant in casu, quo secunda femina cognita, & ignara priorum sponsalium notabile damnum pateretur; sed hoc damnum in casu nostro contingeret, vt luce meridiana clarior est, ergo &c.

Et tandem, dato quod omnia superius dicta non extarent, sed prima sponsalia essent firma; tamen hodie adesse iustam causam ab ipsis resiliendi, apertissimè patet, propter superuenientes simultates, & odia orta inter sponsam, & sponsum, quæ quidem præbere causam resiliendi à sponsalibus tradunt communiter Doctores; Ita Hurtadus de Matrim. disput. 2. difficul. 14. num. 51. & 53. Perez de matrim. disput. 9. sect. 11. n. 5. Præpositus in 3. par. D. Thom. q. 9. de sponsalibus dub. 9. n. 87. Vvigers in 3. part. Suppl. q. 43. art. 3. causa 10. n. 2. Raguc. in Lucerna Parochorum, de Sacram. marr. q. 13. num. 7. Alarius in Canon. Conscien. lib. 5. verb. sponsalia, num. 14. Bizozerus de Sacram. par. 2. c. 1. mem. 3. n. 14. Mercerus in Supplem. 3. part. 3. quest. 43. articulo 3. Opatuius de Sacram. tra. de matrim. disp. 1. q. 8. n. 105. & alij penes ipsos.

Et idè, vt habetur in Praxi Genuensi c. 14. n. 5. fuit decisum in Rota Romana in vna Toletana matrimonij die 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino, & in alia Aquilegen. sponsalium 10. Decemb. 1599. coram Pamphilio; abstinendum esse à coactione, non obstante, quod sponsalia essent iurata, ex quo testes sponsi dicebant, ipsum abhorrere nuptias, & asserere, omne malum potius electurum, quam illam in vxorem ducere. Sed totum hoc accidit in casu nostro, ergo, &c. Nota verò, quod quando Iudex desistere debet à conditione ob scandali timorem, vt est in casu nostro, non est necesse, vt id iuridicè sibi constet, sed sufficiens circumstantiæ extraiudiciales. Ita contra Ledesnam docet Pax Iordanus in Var. Elucubr. Tom. 1. l. 3. tit. 7. num. 203. Sanchez de Marr. to. 1. lib. 1. cap. 20. num. 6. cum alijs.

Dicendum est itaque ex omnibus superius dictis, sponsalia posteriora, de quibus loquimur, esse obseruanda; & sponsum habere iustam causam à prioribus resiliendi, & ideo non posse cogi, nec excommunicari.

Primò, quia priora sponsalia fuerunt contracta cum impedimento dirimente, & absque conditione, si Papa dispensauerit; & licet postea fuerit obtenta dispensatio, tamen non fuit iterum renouatus consensus.

Secundò, quia posteriora sponsalia coniuncta fuerunt cum copula, ac ingens, & irreparabile damnum mulier pateretur, si priora firma remanerent.

Tertiò, quia post prima sponsalia contracta, gratia diffidia, & capitales inimicitia ortæ sunt inter sponfos, ergo &c.



TRACTATUS III.

Miscellaneus.

An Hæretici iusto bello capti fiant serui capientium? Et alia curiosa enucleata inuenies?

RESOLVTIO PRIMA.



ESOLVTIO huius dubij pendet ex alio, an hodie inter Christianos ius captiuitatis cesset. Et negatiuam sententiam docet Iurifconsultus Henricus Bocerus tractat. de bello, edit. 3. libro 1. capite 15. numero 5. vbi sic ait. Etiam liberi homines captiuitate in seruitutem capientium rediguntur, d. l. cum loca, 36. ff. de religiosis l. adeo quidem, 7. in princ. ff. de acquirend. rer. dom. §. penult. Inst. de iure personarum, & §. item ea, qua ex hostibus. Inst. de rer. diuis. Idque iuri Diuino non solum contrarium non est, sed etiam omninò consentaneum, quippe quo vnus seruatorum, & seruitutis permittitur, siue vetus, siue nouum Testamentum spectes, Exod. capite 21. Leuit. 25. Deuteron. capite 15. Ephes. cap. 6. Timoth. 1. cap. 6. Tit. cap. 2. Coloss. cap. 3. & 4. Galat. capite 5. Eoque iure in seruitutem rediguntur, qui deuictis hostibus capiuntur, Deuteron. cap. 21. Vnde mirari non facis possum, Doctores, qui tradunt, hodie inter Christianos propter charitatem Christianam non esse tolerandam seruitutem, & proinde, captos ex hostibus de consuetudine, capientium seruos non fieri, Bartol. in d. l. hostes, 24. in fin. ff. de cap. & postlim. reuer. Angelus in d. §. item ea num. 2. & 3. Inst. de rer. diuis. Sed obligari eos duntaxat ad certam quodammodo speciem homagij, seu fidelitatis, secundum diuersos Gentis cuiusque mores, aut soluere ipsos capienti Litron, quod tansonem, seu financiam vocant. Ita ille.

Sed mihi placet opinio affirmatiua, quam communiter tenent Doctores, vt amicissimus, & Sapientissimus Caramuel in Theol. mor. l. 2. n. 348. Tannerus tom. 3. disput. 2. q. 6. dub. 5. nu. 68. Layman lib. 2. tractat. 3. cap. 12. num. 57. Villalobos in Sum. tomo 2. tract. 5. difficul. 13. num. 2. Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 11. Malderus in 2. d. Thomæ, qu. 40. art. 1. dub. 6. asser. 7. Lessius lib. 2. capite 5. dub. 4. num. 12. Albericus Gentilis de iure belli lib. 2. cap. 15. Euerhardus vol. 2. conf. 15. num. 15. Ioannes Harprechtus in Instit. Iust. tom. 2. l. 2. tit. de rerum diuis. & acquis. §. item ea qua ex hostibus 27. num. 10. & Angelus num. 2. & 3. Myfengerius num. 4. Schneidevvin numero 2. Gilkenius numero 6. quibus etiam adde eruditum Iurifconsultum Hispanum Balthazarem Ayalam de iure, & officij bellicis libro 1. capite 5. numero 19. Alciatum in l. hostes. ff. de verb. signif. Boëtium decis. 178. Demauderium in praxi crimin. capite 82. numero 7. & 8. Couarruias in capite peccatum par. 4. de rec. iur. in 6. par. relect. §. 11. numero 6. Quibus omnibus adde Bofoldam in Synop. Polit. Doctrin. lib. 2. par. 2. c. 1. n. 32. Georgium Bechtium tract. de Secur. & sal. conduc. c. 4. n. 88. Fabium Capycium Galeotani respons. Fiscal. 13. n. 147. & nouissimè Anton. Diana Pars XI.

eruditissimum Nicolaum Vernulæum in Politica lib. 4. tit. 10. cap. 12. Itaque hodie inter Christianos propter charitatem Christianam, & quos magis fratres inuicem, quam seruos esse decet, ius captiuitatis, & postliminij cessat: ac proinde etiam iustissimo bello capti de consuetudine generali, capientium serui non fiunt.

Verum difficultas est, an hoc priuilegium extendatur ad Hæreticos, & negatiuè responderet Iacobus Granado in D. Thomam 2. 2. controuers. 3. tractat. 13. disput. 4. sect. 8. numero 72. vbi sic asserit: Dico secundo, licitum est in bello iusto subicere seruituti innocentes, qui pertinent ad Rempublicam, aduersus quam geritur iustum bellum; quia id pertinet ad supplicium, quod iuste bellans sumere potest de hostibus; non enim solum punire potest in se ipsis, sed etiam in partibus, & bonis suis, quamuis in his culpa non fuerit: excipe tamen si bellum sit Christianorum cum Christianis, tunc enim non fiunt captiui (quod intellige de Christianis Catholicis, non de Hæreticis) licet derineri soleant, donec detur in præmium aliqua pecunia capientibus eum. Ita ille.

Sed, pace viri docti, ego affirmatiuè sententiæ adhareo, quam tueretur Sylu. in 2. 2. D. Thomæ, q. 40. art. 1. quaritur, 3. concl. 4. Suar. de Charitat. disput. 13. sect. 7. n. 13. Trullench in Decal. tom. 2. l. 5. c. 2. dub. 5. n. 10. Hurtadus vol. 2. d. 169. sect. 11. §. 114. & Ioannes Vvigers in D. Thomam 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 5. n. 67. vbi ita ait: Obseruandum est tamen inter Christianos, quasi iure Gentium esse receptum, vt capti bello non efficiantur mancipia, quamuis possint iuste derineri, vt puniantur, si nocentes sint, vel pretio, seu litro redimantur. Priuilegio autem hoc ex consuetudine fruuntur etiam Hæretici, quia saltem aliquo modo Christum, & libertatem per eum nobis datam profitentur: non sic verò fruuntur illi Apostatæ, qui recedunt omninò à professione Christiani nominis, sed ex consuetudine tales bello capti, aut superati, etiam in seruitutem rediguntur. Ita ille: Cui adde Bannez in 2. 2. q. 40. artic. 1. dub. 12. ad 1. argum. Caspensem in Curs. Theol. to. 2. tit. 17. disput. 7. sect. 1. n. 17. Ledesnam in Summa, tom. 2. tract. 3. c. 13. concl. 36. Non est igitur audiendus doctus Granado; licet eius sententiam post hæc scripta inuenio docere etiam Ægidium Trullench in Decal. to. 2. l. 1. c. 2. dub. 5. n. 10.

Sed hic obiter quæro, an militibus sit concessum ab hostibus emptio, vel donatione accipere bona mobilia aliena. Et affirmatiuè responderet Emanuel Sà in primis editionibus, verb. bellum, n. 4. Cuius sententiam mordicus tenet doctissimus Dicastillo de Iust. lib. 2. tract. 2. disput. 10. dub. 17. §. 8. n. 427. vbi ita ait: Putant verò aliqui, hoc priuilegium esse concessum tantum militibus hæc bona ab hostibus capientibus; non tamen si emptio, aut donatione accipiant, quia tunc putant debere prioribus dominis restitui. Verum mihi placet quod docet Sà loco cit. in primis edit. standum scilicet in hac re consuetudini; solet enim esse consuetudo in locis maritimis, vt id fiat. Hæc Dicastillo.

Sed pace tanti viri, opinio Emanuelis Sà, nunquam mihi placuit, & nominatim contra illum insurgit Castrus Palau tom. 1. tract. 6. punct. 4. num. 27. ita asserens: Aduerto, hoc priuilegium esse concessum militibus hæc bona ab hostibus eripientibus, non tamen si emptio, aut donatione accipiant, quia tunc debent prioribus dominis restitui: esto contrarium placeat Emanueli Sà loco cit. edit. Complut. quod in Romana expunctum est. Hæc Palau.

laus: cui adde Trullench. in Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. num. 5. Bassæum in Flor. Theol. verb. bellum, numero 19. Itaque assero, quod si credatur, dominum non esse recuperatum rem ab hostibus malè possessam, ut ferè semper contingit, poteris eam ab illis vili pretio emere, ea intentione, ut si dominus comparuerit, illi reddas, quia in hoc nullam illi irrogas iniuriam, sed potius viliter eius negotium geris: Quapropter, si ipse postea velit rem tibi reddi, reddere tibi debet pretium pro illa datum, tam in foro conscientiarum, quam exteriori. Tum quia hostis non tenetur de euctione, tum quia nomine ipsius, & ex præsumpta eius voluntate pretium dedisti. Idem est dicendum de iis rebus cultui Diuino dicatis, quas Hæretici usurpant à Catholicis, & vili pretio vendunt; poteris, inquam, illas emere, ex præsumpta dominorum voluntate. Credendum enim est, dominos Catholicos potius velle, ut villi pretio emantur, & cultui Diuino applicentur; quam quod ab Hæreticis detineantur, & in vsus prophanos infumantur. Et hæc omnia tenent Molina disput. 118. Valquez Opusc. de restit. cap. 9. §. 2. dub. 5. numero 28. Bonacina de restit. disput. 2. quæst. ult. section. 1. punct. 12. numero 14. Reginaldus tom. 2. lib. 2. capite 8. section. 4. numero 117. Granado in 2. 2. controu. 3. tractat. 1. 3. disputat. 4. section. 9. numero 81. Arriaga in Curs. Theolog. tom. 5. disputat. 5. sect. 4. numero 53. & alij, vbi infra. Verùm in fauorem amicissimi Patris Dicastillo, non desinam hic adnotare, eius sententiam, & Emanuelis Sà, tanquam probabilem admittere Tannerum tom. 3. disputat. 6. quæstion. 6. dub. 9. numero 77. in fine, & quidem Doctores circa præsentem materiam multum deferunt consuetudini. Vide Hurtadum de Char. vol. 2. disput. 169. sect. 12. §. 127. in fine. At ego, ut dixi, contrariæ sententiæ Castri Palai, & aliorum adhareo.

Sed in ordine ad materiam, de qua dictum est in hac resolutione, dum hæc scribo accidit casus. Plures venerabiles Religiosi Hispani ex iuclita Societate Iesu, & inter illos celeberrimi, & nunquam satis laudatus Pater Petrus Pimintel veniebant ad Comitiæ Generalia, Romæ celebranda, super duas naues Ianuensium, & Hamburgensium, quæ aggressæ, & post longum prælium à militibus Gallis captæ fuerunt, qui ad Tolonum cum præda reuersi, per multos dies dictos Religiosos ibi detinuerunt, & omnia, quæ secum adducebant ab illis abstulerunt, & ut pecuniam inuenirent, impudenter, ac parum modeste eorum corpora exquisierunt. Non defuit aliquis Aulicus, qui asseruit, hoc licitè à dictis militibus factum fuisse, quia ardet bellum inter Regem Gallum, & Hispanum; sed dicti Patres erant Hispani, ergo. O sciola, & frigida conscientia! Dico igitur, supradictos milites commisisse peccatum furti, & incidisse in Canonem, *Si quis suadente diabolo*, & ad restitutionem bonorum ablatorum teneti. Nam, licet bellum extet inter Gallum, & Hispanum, non potest Hispanus Ecclesiasticos Gallos capere, ac eorum bona abripere, nec Gallus Ecclesiasticos Hispanos. Et ratio est clara, quia bona Ecclesiasticorum sunt bona innocentium, quæ ob delictum alterius occupari non possunt: tum quia sunt specialiter delicata, & à iurisdictione seculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum grauari: tum quia Ecclesiastici partem constituunt distinctam à Republica ciuili. Ergo propter eius culpam puniri non debent. Sic ex communi sententia docet Valentia 2. 2. disputat. 3. quæstio. 16. punct. 3. vers. hic autem. Suarez

disputat. 13. de Charitat. sect. 7. numero 14. Coninch. disput. 31. dub. 7. num. 118. Bonacina disput. 2. de restit. g. ult. sect. 1. punct. 12. §. 3. num. 18. Molina disput. 121. concl. 3. Filiucius tom. 2. tractat. 29. cap. 9. num. 187. Hurtadus de Mendoza vol. 2. disput. 169. sect. 12. §. 127. Petrus Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. tr. 6. tit. 2. g. 3. concl. 3. Becanus, de Charit. cap. 2. §. quæst. 12. num. 1. & q. 12. n. 6. Syluius in 2. 2. D. Thoma. qu. 40. art. 1. quæritur, 6. concl. 4. Layman lib. 2. tract. 3. c. 12. num. 111. & 13. Caietanus in 2. 2. D. Thoma. quæst. 40. art. 1. Calpenis in Curs. Theol. 10. 2. tr. 17. disp. 7. sect. 1. num. 18. Malderus in 2. 2. g. 40. art. 1. dub. 6. asser. 5. Castrus Palaus tom. 1. tr. 6. disp. 5. punct. 4. n. 18. Villalobos in Summ. tom. 2. tra. 5. difficult. 12. n. 19. Ioannes Vigiers in 2. 2. D. Thoma. quæst. 40. art. 1. dub. 5. n. 59. Dicastillus de Inst. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 16. §. 7. num. 402. Bassæus verb. bellum, n. 11. & alij penes ipsos.

Sed audiamus Patrem Arriaga in Curs. Theolog. tom. 5. disput. 48. sect. 4. numero 50. sic asserentem: Aduertendum, ab ea regula excipi ordinariè Ecclesiasticos omnes, quorum bona non possunt auferri compensationis gratia, quia illi nullo modo censentur pars Reipublicæ in ordine ad illud bellum: neque eorum bona faciunt vnum quilibet cum bonis Reipublicæ, sed sunt omnino exempta. Ita ille. Vnde Reuerend. Magister Sacri Palatii Pater Candidus, tom. 2. disquis. 17. art. 8. numero 2. tanquam certum firmavit, bona Clericorum ex proposito in bello iusto struere non esse licitum, quia sunt exempta à Iure. Et tandem Theophilus Alarius in Can. Conscientia, libr. 7. verb. bellum, numero 8. hæc ait: Ciuitate in prædam data, omnia bona possunt diripi, sed tunc cauere debent Duces, ne res Ecclesiasticarum personarum diripiantur; non enim sunt membra Reipublicæ, & populi inimici, alioquin tenentur ad restitutionem. Sic ille, qui citat Angelum, verb. bellum numero 1. Itaque Ecclesiastici, Monachi, & Religiosi Hispani, & Galli, quoad bellum inter eorum Reges, non habentur tanquam pars populi; sed tanquam alia pars separata, & exempta: ergo cum fundamentum belli sit iniuria, & supradicti nullam iniuriam contulerint, ut suppono, necessario dicendum est, hostes siue Gallos, siue Hispanos, nec in Ecclesiasticorum personas, nec in bona posse aliquod detrimentum, aut grauamen inferre. Hinc ex Doctoribus Gallis obseruat Alexander Chalfaneus Parisinus lib. 2. Decretal. tit. 34. quod in personis Ecclesiasticis pignorationes, & Enexorismos, siue ut antiqui Græcorum locuti sunt, *Androlibias*, prohibet Gregorius X. in cap. vn. de iniur. in 6. Quod etiam ex Doctoribus Hispanis notauit Hurtadus de Mendoza, vol. 2. disput. 169. sect. 12. §. 127. vbi sic ait: Bona Ecclesiastica non possunt diripi à Victore: quia iure gentium in honorem Dei sunt immunia. Idem est de bonis personarum Ecclesiasticarum: si verò aliqua ex illis dedit bello causam iniustam, aut auxilium, eius bona videntur obnoxia prædæ; tum in pœnam delicti, tum in compensationem damni ab ipsa illari; simile enim comperio in gloss. capit. 8. & si pignorationes de iniuria in 6. vers. prægranantur, vbi macha in Clericum, probatur esse interdita, nisi ipse sit debitor. Ita Hurtadus.

Confirmatur superius dicta ex alia doctrina à me alibi allata ex pluribus Doctoribus, nempe, etiam Clerici, v. g. Hispani in conflictu belli actu pugnant contra Gallos, ante obtentam victoriam posse bonis expoliari, imò & occidi; sed post partem victoriam, minimè: Et idèd apponam hæc verba Patris de Ledesma in Summa, tom. 2. tractat. 3. cap. 12.

cap. 13. conclus. 5. 8. vbi sic ait: De si non es licito tueri los bienes de la Iglesia, & de los Clerigos; Prueuiale de el derecho, en el qual se determina, que los tales bienes sean exemptos. Pero hæc de aduertir, que si los Clerigos actualmentè estan peleando, los pueden matar, y despojar: proque entonces los Clericos se han conuertido en enemigos. Pero alcanzada la victoria no es licito matar los Clerigos, ni despojarlos. Porque el Principe no es juez de los Clerigos; si no es quando estan actualmentè peleando. Ita ille. Cui adde Reuerendiss. Candidum tom. 1. disquis. 17. art. 8. dub. 2. Si igitur Clerici non subduntur quoad expoliationem bonorum Principi laico, nisi in ipso conflictu belli, quando actu pugnant, bone Deusi quo pacto in casu nostro milites Galli potuerunt capere, detinere, & expoliare dictos Religiosos, qui Romam ad Capitulum Generale pergebant, & qui nunquam contra Gallos actu pugnarunt?

Sed omnia superius dicta audiant præfati milites, contra quos inuehimur, etiam confirmata ab ipsismet Hæreticis. Et idèd Hugo Grotius de Iure belli, lib. 3. cap. 11. n. 10. sic ait: In hac classe ponendi sunt hi, qui Sacra curant; nam ut hi ab armis abstinere, mos ab antiquo fuit gentium omnium: atque idèd vicissim vt in alios temperabatur. Sic Philistæi hostes Iudæorum non nocebant Collegio Prophetarum, quod erat Gabæ, vt videre est 1. Sam. 105. & 10. & sic ad alium locum, vbi simile erat Collegium, tanquam se positum ab omni armorum iniuria, cum Samuele confugit Dauid, 1. Sam. 19. 18. Cretenfes, narrat Plutarchus, cum bellis intestinis colliderentur, omni noxa abstinentiæ à Sacerdotibus. Notat Strabo, olim cum rota Græcia armis feruere, Elcos, vt potè Ioui Sacerdos, & eorum hospites in alta pace vixisse. Sacerdotibus merito hac in parte æquantur, qui vitæ genus simile elegerunt, vt Monachi, quibus peninde ac Sacerdotibus parci volunt Canones, naturalem æquitatem sequuntur. Hæc Grotius. Sed quidquid ipse asserat cum omnibus Theologis, in nostro casu Sacerdotes, & Religiosi iniuste, & iniuriose capiuntur, detinentur, & expoliantur. Et quidem si Iudex Laicus incipit in excommunicationem, si detineat Clericum post delictum commissum ultra 20. vel 24. horas, vt ex pluribus firmat Farinacius de inquis. quæst. 8. numero 118. & à fortiori concedit Castrus Palaus tom. 2. tract. 12. disputat. 1. punct. 6. numero 14. Quid, quæso, dicendum erit de supradictis militibus, qui non per spatium 24. horarum, sed per multos dies tot viros Religiosos innocuos, & innocentes vinctos detinuerunt; Vnde in Censuram Canonis, *Si quis suadente Diabolo*, incidisse non est dubitandum, primò propter captionem, & detentionem dictorum Patrum iniustam, & violentam; secundò propter ignominiosam actionem, quam circa illos exercuerunt, contrectando immodeste eorum corpora, si forsitan pecuniam absconditam retinerent: Quæ quidem actiones, cum fuerint statui Clericali nimis iniuriosæ, nemo negabit Censuram dicti Canonis induxisse, per ea, quæ præter alios Doctores docet amicissimus Pater Garzias in Summa Theolog. mor. tractat. 1. difficult. 3. dub. punct. 2. numero 11. & 13. vbi sic ait: Se intende à qui por manos violentas qualquier accion iniuriosa, & contumeliosa, hecha contra persona Ecclesiastica, que consista en hecho, & en obra. De à qui es lo primero que incurre en esta censura el, que ce-

tiene, & encierra à alguna persona Ecclesiastica en carcel publica, & en lugar, particulas, aora sea en su misma casa, & en agena, en este, & à quel apofento, como no pueda salir: esta decidido c. nuper, iuncta Glossa, de sent. excom. yes comun sentir de los Doctores. Ita ille. Et iam hæc omnia milites Gallos fecisse cum dictis Patribus Societatis aperte constat; ergo in Censuram Canonis incidisse non est dubitandum. Nec obstat dicere, quod postea dicti Patres dimissi fuerunt, & solus Pater Petrus Pimintel detentus, tanquam filius Excellentissimi Comitatus de Beneuento. Nam respondeo, quod fuerunt dimissi post tot iniurias ipsis illatas, & bona ipsorum ablata. Et detentio Patris Pimintel quo pacto potest iustificari? ergo character Sacerdotalis; & exemptio Ecclesiasticorum, quæ ex Iure Diuino eis competit, non habet idem privilegium cum filiis Magnatum Hispaniæ, quod habet cum aliis? ergo verba Canonis, *si quis suadente* non includunt Ecclesiasticos primæ, & eximie nobilitatis? Sunt nugæ nugarum, quæ cogunt nos exclamare, & tempora! & mores! optime itaque dixit Zoellus in Decretales lib. 1. tit. 34. n. 4. & Balthasar de Ayala de iure & officijs bellicis, lib. 1. c. 5. n. 25. non parcentes Ecclesiasticis in bello, in Censuram Canonis incidere. Vide etiam Canisium in l. 2. Decret. tit. 24. num. 8.

Sed quid dicendum de bonis mercatorum Ianuæ extensum? idem quod dictum est de bonis Patrum Societatis; Contra enim iniustitiam fuerunt ab ipsis ablata, ergo sub peccato mortali tenentur dicti milites restituere. Quod apertissimè probatur; Nam bellum inter Gallos, & Hispanos non abstulit aliis nationibus commercium, cum ipsis de Iure Gentium sit concessum, & proueniens ex his, quæ docet Lorca in 2. 2. D. Thom. q. 40. art. 1. sect. 3. disp. 5. 2. num. 7. Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. c. 2. dub. 3. n. 13. & alij. Vnde poterant impunè Mercatores Ianuenses, & alij, & cum Gallis, & cum Hispanis Mercatoribus inire contractus, & in eorum Regno peruenire, discedere, seu habitare. Si tamen hoc ipsis interdictum à Gallis, vel Hispanis ex aliqua iusta causa non fuerit, quod non esse prohibendum manifestum est: ergo illicitè dictos milites Gallos bona dictorum mercatorum abstulisse apparet; quia non sunt hostes, nec partes Reipublicæ Hispaniæ, cum qua Gallus bellum gerit; sed sunt Ianuenses, quorum Respublica cum Rege Gallo amicitiam exercet.

Confirmatur hæc veritas ex doctrina omnium Theologorum, asserentium quòd quando capitur in bello iusto aliqua Ciuitas, pro hostibus habendi non sunt quoad bonorum direptionem peregrini, mercatores, exteri, hospites, & quicumque non sunt partes Reipublicæ hostilis, quamuis in terra illius inueniantur. Ita docet à Victoria Relect. de Iure belli, numero 36. & patet ex cap. Innouamus, de irregula, & pace, & ibi præter veteres, ex neotericis Canonistis, Canisius, Venatorius, Honorius, Citronius, cum aliis Theologis vbi supra citatis; quibus adde Andream Duallium Doctorem Gallum, & Professore Regium in Inclira, & celeberrima Academia Sorbonæ in 2. 2. D. Thoma. tract. de Charit. 9. 16. art. 5. ergo à fortiori necessario sequitur, in casu nostro non potuisse milites Gallos diripere bona mercatorum Ianuensium innocentium, & actu Ianuæ habitantium. Sed ego plus addo in fauorem mercatorum Ianuensium, & contra dictos milites Gallos, quòd etiam si dictæ naues essent Hispanorum, & adducerent merces Hispanorum,

& simul merces Ianuensium, si capta fuissent à Gallis, non possent isti retinere merces Ianuensium; sed illæ ipsi essent restituendæ. Ita casum decisum inuenio in terminis terminantibus, vt dici solet, Georgio Braudlachte Iuriconsulto Vvestaphilio in Decade Consultationum post Historiam Pacificationum Austro-Hispano-Gallicarum, *consult. 8. num. 28. fol. mibi 107.* vbi sic ait: Si nauis Hispanica (flagrante bello inter Hispaniarum, & Galliarum Reges) mercibus partim ad Hispanos, partim ad Germanos, aliosue Gallos non hostes populos, pertinentibus, Oceanum pertransiret, & à Gallis militibus caperetur, merces istæ Germanorum, vel alterius tertij, non cederent Gallis militibus, sed vel Germanis, vel dicto tertio, ad quem pertinent, essent restituendæ. Ita ille. Quanto magis idem in casu nostro dicendum est, in quo naues captæ non Hispanorum, sed Ianuensium erant, & mercimonium tertij innocentiae adducebant. Et ideo hanc sententiam docet etiam in terminis Hugo Grotius, *de Iure belli, lib. 3. cap. 6. num. 5.* vbi sic asserit: Liqueat & hoc, vt res aliqua, nostra iure belli fiat, requiri, vt hostium fuerit: nam quæ res apud hostes quidem sunt, puta in oppidis eorum, aut intra præsidia, sed quorum domini nec hostium sint subditi, nec hostilis animi, ex bello acquiri non possunt, vt inter cætera Æschinis dicto iam loco ostenditur, Amphipolim, quæ vrbs esset Atheniensium, Philippi bello in Amphipolitanos, ipsius Philippi non potuisse fieri: nam & ratio deficit, & ius hoc mutandi per vim dominij odiosius est, quam vt produci debeat. Quare quod dici solet, hostiles ceteri res in hostium nauibus repertas, non ita accipi debet, quasi certa sit Iuris Gentium Lex, sed vt præsumptionem quandam indicet, quæ tamen validis in contrarium probationibus possit elidit. Atque ita in Hollandia nostra iam olim anno 1338. flagrante cum Anstiacis bello frequenti Senatu iudicatum, & ex iudicato in legem transisse comperit. Hæc Grotius, cui adde nouissimè R. Z. *de Iure Feudali p. 2. sect. 8. §. 5.* cuius libellus impressus est Lugduni Batauorum anno 1651. apud Philippum de Croij. Et ratio horum omnium est; quia, vt docet Georgius *vbi sup.* & Ayala *de Iure belli lib. 1. c. 15. n. 15.* vt res aliqua, nostra fiat iure belli, requiritur, eam hostium fuisse; nam quæ res apud hostes quidem sunt, & in eorum nauibus, castris, ciuitatibus, & prædijs inueniuntur, quarum tamen domini hostes effecti non sunt, illæ per nos bello, & occupatione acquiri non possunt, sed tertio non hosti restitui debent.

Dicere autem, quod ex culpa Capitanei Ianuensium deuentum est ad prælium. Respondeo, quidquid sit de hoc, nihil officere pro casu nostro; nam eius culpa potuit quidem transferre ius in Gallos circa eius bona, non autem circa bona aliena innocentum, & transferre eorum dominium in alios. Et ratio naturalis dicitur, innocuum non esse puniendum ex culpa nocentis. Pœna enim debet tenere suos auctores, & delinquentes, vt patet ex *l. Sancimus. C. de pœnis l. crimen, ff. de pœnis c. iam itaque q. 4. cap. queris. de Conf. dist. 4.* cum aliis vulgatis iuribus. Et hæc omnia superius dicta pro veritate scripsi.

An remigantes possint absolui à quocunque Sacerdote ab omnibus reservatis, tanquam constituti in proximo periculo mortis?

RESOLVTIO II.

DE hoc casu dum hæc scriberem interrogatus fui nomine cuiusdam Capellani tremeum Melitensium, & adduxi me ipsum in *par. 5. tract. 3. res. 61.* sed quia quærebant Auctores, qui absolute assererent partem affirmatiuam, attuli Ioannem Henriquez in *qu. moral. sect. 5. part. 1. num. 1.* vbi sic ait: Algunos Doctores citatos por Tomas Sanchez afirman, que el que esta codenado à galeras, non esta en peligro necessario de muerte, y consequentemente no esta en esse articulo. Peromas creo, que el non parecer à estos Doctores, que no es peligro de muerte el estar, en galeras, es por no auer visto lo que alli passa, que por saltar la cosa alguna para articulo, y peligro muerte. Y essi yo que he visto los peligros que alli ay, iuzgo con Manuel de Sa que este es verdadero articulo de muerte: porque si segun todos los Doctores el primer dia que yn enfermo cae de dolor de costado, ò de polmonia, ò modorra, entra en el verdadero articulo de muerte y noes menester esperar à pue este el enfermo agonizando, quien puede dudar de que el primer dia que vn hombre entra en galeras, tenga la muerte mas à los ojos, que el enfermo mas peligroso? Este punto se ha disputado en conclusiones en vna Religion muy graue, y los Maestros mas doctos que alli assistieron, resoluieron que la opinion de Manuel de Sa era probable, y lo mismo me respondiò à mi vn Padre muy docto de la Compañia de Iesus. Ita ille, cui adde etiam Duardum in *bullæ Cœne lib. 3. §. 2. quest. 2. num. 6. & 25.* & licet Sanchez contrarium doceat, puod non censetur esse in proximo periculo, eò vel maximè, quod superueniente necessitate longioris peregrinationis solent habere Sacerdotes pro confessionibus excipiendis. Verùm hac ratione non obstante, adhuc putarem posse absolui, Et ratio est, quia licet non semper sint in proximo actuali periculo, tamen illud semper probabiliter timent; sic Mazzucchellus *de cas. reser. disp. 1. q. 3. difficul. 28. n. 106.*

Sed quid dicendum de obsessis, & obsidentibus de hoc casu etiam interrogatus fui, annis elapsis tempore obsidionis Ciuitatis Cremonæ auxilio Dei, & prudentia, ac fortitudine Excell. Marchionis de Carazena ab incurfu Gallorum feliciter liberatæ, & tunc adduxi Mazzuchellum, *vbi supra numero 99.* sic asserentem. Tertio enumerantur obsessi, & obsidentes; Intellige tamen cum triplici limitatione. Primo, quod nomine obsessorum ij tantum veniant, qui actu incumbunt defensionem Oppidi, vel Ciuitatis obsesse; non verò alij, qui in loco tuto recepti possunt esse immunes ab iuribus inimicorum, nisi forte etiam ipsi probabiliter timerent in ipsos crudelius post expugnationem, quæ verisimiliter timeretur, scilicet iurum hostem, & ante expugnationem desperarent omnem copiam confessionis habentis legitimam auctoritatem absoluendi.

Secundo, quod bellum sit vtinque iustum; ideo obsidio sit iusta ex parte obsidentium, & ex parte obsessorum sit iusta defensio.

Tertio, quod qui obsidentur de proximo expugnentur

gentur bombardis obsidentium, & pariter obsidentes ipsi arceantur de propè bombardis obsessorum. Vnde si ij qui obsidentur, non expugnantur bombardis obsidentium, aut obsidentes ipsi à longè starent; Tunc quia non censerentur in proximo mortis periculo, inde est, vt non possint à simplici Sacerdote absolui. Sicuti nec obsidentes ipsi absolui possent, quoties ex parte illorum bellum esset iniustum, neque obsessi, dato quod ex parte illorum esset iniusta defensio. Hæc ille, qui citat Bossium, Ripam, Syluestrum, & alios.

Nota etiam non deesse Doctores, asserentes mulieres etiam grauidas, quæ sint vicinæ partui, & dolores iam sentiant posse à reservatis absolui; licet alias peperissent, & fuissent expertæ se non periclitari in partu, nec pari notabilem difficultatem, quales sunt feminæ rusticæ, quæ modicam difficultatem in pariendo patiuntur, etiam gemellos pariant. Ratio autem horum Doctorum est, quia quælibet mulier grauida, licet sit assueta faciliter parere, tamen est reputanda in mortis periculo, cum partus de sua natura sit res periculosa. Et sicut qui plures tempestates maris euasit, adhuc tamen censetur in mortis periculo si in noua maris tempestate sit; ita mulier ea, quæ partui est proxima, censenda est in mortis periculo: non obstante quod aliàs experta sit se parere sine difficultate; & periculo; tum quia posset contingere, vt in vtero haberet gemellos, vel partum maiorem solito: Et ita hanc sententiam præter alios Doctores à me citatos tenet Magister Inojosa in *directorio vers. circa absolutionem à peccatis fol. 306.* vbi sic ait: Quis verò censendus sit articulo mortis, scite opus est; ne forsan mortaliter distinguentes articulum, & periculum probabile, negemus periclitanti spirituale subsidium ab Ecclesia constitutum in articulo mortis salubriter præstitum. Piæ namque doctrinæ multum ardet sententia Siluestri, & Nauarri, docentium quod periculum mortis licet naturaliter, & physice differant, non tamen moraliter in materia fauorabilissima animabus periclitantibus, & indigentibus spiritualibus auxiliis. Iura namque, quæ huiusmodi remedijs pie prouiderunt, nullatenus ad vim terminorum ardentur, sed ad necessitatem potius, quæ utrobique viget. Vnde ille dicitur positus moraliter in articulo mortis, quo arbitrio boni viri naturaliter est in periculo mortis, propter infirmitatem, vel propter violentiam, quando bellum actuale aggeditur, vel mare (vbi solent nauigantes periclitari) vel quando etiam mulier grauida vicina est partui quantumcumque assueta facile parere. Ita ille. Sed in his omnibus superius dictis ego non recedo à sententia, quam docui, *vbi supra res. 61. & 62.*

Sed noranda est hic obiter doctrina singularis Ioannis de Soria in *Epilogo summarum parte 2. tract. 1. resolutione 1. disp. 6. §. circa Casus reservatos,* vbi docet, quod quando confessor absoluit pœnitentem in aliquo casu reservato, non habens iurisdictionem, si pœnitens credit se fuisse valide absolutum, non est quod postea confessor labore; càm enim pœnitens fuerit absolutus ab omnibus peccatis, fuit etiam indirectè absolutus à reservatis per infusionem gratiæ. Demum hæc opinio ex absolutione prolata, mihi non placet; ideo pato sequendam esse sententiam Martini de San Ioseph in *mor. 1. Confess. tomo prima, libro primo, tractat. 25. de pœnitent. numero 10.* vbi sic ait. Quando

el penitente se confessò con, buena fee, però la absolucion fue inualida, como de casos reservados de que no pudo absoluer al penitente; esta obligado el confessor à auisarle del yerro, para que se confiese otra vez, porque el confessor es Pastor espiritual y deve mirar por su utilidad espiritual en caso graue como este, donde el mismo confessor causò el daño; Però si se ha de seguir graue daño del auiso, no ay para que darle donde no ha de auer utilidad, que solamente auia de seruir de boluer à confessar los pecados, cosa que no es de tanto momento, que se aya de obligar con tan graue daño, saluo en peligro de muerte, donde se puede temer, que no se boluerà mas à confessar, que à qui siempre se recipien bien semejantes auisos. Ita ille, cui adde Remigium in *pract. Confess. tr. 5. cap. 5. §. 20. num. 3.*

An qui vnica explosione tormenti bellici occiderit decem homines, committat decem peccata in confessione necessario fatenda?

RESOLVT. III.

NEGatiuam sententiam sustinet nouissimè Pater Ioannes Pontius in *Cnr. Theolog. disp. 45. quest. 7. conclus. 2. numer. 53.* vbi sic asserit; Obicit, qui furatus est centum nummos, debet illam quantitatem explicare, nec sufficeret dicere, quod furatus est decem, aut quantitatem sufficientem ad peccatum mortale, & tamen illa circumstantia non mutat speciem; similiter qui vno actu, verbi gratia vna explosione tormenti bellici interficit mille homines, præsertim intentione determinata tor interficiendi, debet id confiteri, & non sufficit dicere, quod interfecerit vnum, aut aliquos homines, vel aliquem numerum: sed illa etiam circumstantia non mutat speciem. Dices has circumstantias explicandas propter restitutionem annexam, quæ respectiue ad tantam quantitatem damni deberet fieri.

Contra, quia suppono quod restituisset integrè ante, aut quod ipse sciret suam in hoc obligationem, & quod id diceret confessario: tunc non obligaretur ex hoc fine, & tamen obligaretur; ergo solutio hæc non subsistit.

Hæc obiectio est difficilis, & de ea fuscè agit Cardinalis de Lugo, qui tandem concludit non esse necessario has circumstantias confitendas, nisi si interrogetur pœnitens à Confessario; Quam doctrinam confirmat auctoritate Marulli, & Megalæ in *institutione Confessoriorum 1. part. lib. 5. cap. 12.* qui id expressè tenet de voluntate interficiendi plures homines, & nostri Em. Rodr. *tom. 2. sum. cap. 44. numero 23.* dicens enim, qui in peccato audit plures confessiones successiue non tenentur ad confitendum numerum confessionum, de quo tamen, ac de numero hominum occisorum, ac quantitate furti est eadem ratio. Et præterea, quia qui detrahit alicui familiæ non solet confiteri, nec interrogari de numero illius familiæ, nec qui præbet scandalum aliquibus præsentibus solet confiteri, aut interrogari de eorum numero.

Circa hoc vix video profus vllam differentiam inter peccatum furti, & interficiendi plures homines; vnde videtur se qui ex conclusione, quod

non teneatur quis per se ad confitendam quantitatem furti, aut numerum hominum, quos vno actu interfecit, quia neutra circumstantia mutat speciem. Sed addo contra Lugo, penitentem non teneri consequenter ad confitendam talem circumstantiam, sed sufficere quod dicat, furatus sum quantitatem mortaliter peccaminosam, & interfeci aliquos homines. Et si confessarius petat quantam, aut quot, ipsum posse dicere: non teneor ad hoc confitendum, impone mihi quamvis penitentiam conformem peccato mortali talis speciei; & instrue, ut vis conformiter. Huc usque Pontius, cui adde Martinum de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 11. de penitent. numero 4.* vbi sic ait, No comete mas de vn pecado el que con vn solo acto de voluntad qui so matar veynte hombres, ò conocer carnalmente dies mugerer; y assi no tiene obligacion à declarar el numero de las personas, baxa que diga que qui so matar algunos hombres, &c. Porque como va dicho es muy probable, que en vn mismo acto no puede auer doblada malicia, numero distincta. De lo dicho se sigue que se vno mata con vn impetu de ira de vna, vel ocho personas, no comete mas de vn pecado. Ita ille; qui etiam citat Cardinalem Lugo, & postea in *num. 10.* subdit, no pecan mas de vn pecado numero el casado que adultero con muger casada; ni el Religioso que pecò con Monja, porque pecar con persona del mismo estado agrava dentro de la misma especie. Et hanc sententiam nouissimè tenet Constantinus de Castro in *Collect. Theolog. moral. tract. 1. cap. 6. art. 3. sect. 3.* vbi sic ait, Volens vno impetu iræ occidere plures homines eiusdem rationis, vno sermone detrahens de pluri-bus, aut plures conuitiis afficiens, aut vnico icu plures occidens, non committit plura peccata, quot obiecta sunt eiusdem rationis, circa quæ versantur hæc cogitationes, locutiones, & operationes eodem tempore, sine morali saltem interruptione: sic ille. Sed licet hæc opinio sit probabilis, ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam nouissimè docet Hermannus Busembaum in *medulla Theolog. moral. lib. 1. tract. 2. cap. 3. dub. 6. num. 3.* Ioannes de Soria in *epilogo summana part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa circumstantiam*, & Pater Verricelli in *qq. moral. tract. 8. quest. 17. n. 7.* vbi sic ait, Respondeo igitur, quod quando quis occidit tres homines vno icu, debet explicare se tres occidisse, quando autem non occidit, sed voluit eodem voluntatis actu tres occidere, sufficit dicere, semel optaui occidere. Ratio disparitatis est, quia quando occidit, tunc ad sunt tres consummationes eiusdem prauæ voluntatis; certum est enim faciendum esse opus externum, seu consummationem peccati, nequit autem id explicari, nisi dicendo se tres occidisse: At verò in actu interno non consummato; cum vnus sit, neque multiplicetur ex multiplicitate obiectorum, proinde sufficit explicare semel habuisse actum voluntatis occidendi, tacendo an vnum: plures, aut quot homines occidere voluerit; Ita ille. Displicet etiam id, quod Martinus de San Ioseph asserit supra, nam quando coniugatus, cum coniugata adulteratur, tunc contrahit duplicem, & inter se diuersam speciem malitiæ adulterij, vnam propter fidem fractam propriæ vxori, alteram propter cooperationem, qua cooperatur coniugatæ, ut marito fidem datam frangat; sed frangere fidem differt specie à peccato cooperationis frangendi fidem. Ita-

que in hoc casu faciunt duplicem iniuriam; coniugatus enim facit iniuriam vxori suæ vtendo aliena, & marito alienæ vtendo ipsa. Religiosus etiam facit iniuriam Deo, qui vouit castitatem, quatenus ipsemet frangit votum suum, & aliam iniuriam, quatenus concurrat cum altera persona ad frangendum alterum eius votum.

Quæ ratio est melior, quam alla, quam adducit Cardinalis de Lugo; nempe quod in peccato talium ex circumstantiis illis vtriusque personæ sint malitiæ distinctæ speciei, nam diuersæ speciei peccatum est violare votum suum, & concurrere ad violationem voti alterius.

Hæc enim ratio supponit falsum, nam prorsus eadem specie malitiæ est in hoc, quod tu ipse furaris, & quod concurras cum alio ad furandum, & in procuranda pollutione propria, ac aliena. Vide Sotiam, & Verricelli *locis citatis*, & Pontium *num. 71.*

An in peccato sodomia sit necessarium explicare in confessione, qui nam fuerit agens, vel patiens.

RESOLVTIO IV.

Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo nominatim contra me affirmatiuam sententiam conatus est firmare, sed hoc non obstante ferè omnes, qui post ipsum scripserunt, nostram sententiam negatiuam amplexi sunt, & præter Lupum Mazzuchellum, Bordonum, Gesualdum, Macchadum, & alios à me alibi adductos hanc sententiam, me citato nominatim contra Cardinalem Lugo tenet doctus Ioannes Pontius in *Cur. Theolog. disputat. 46. quest. 7. conclus. 2. numero 67.* vbi sic ait: Dico secundo non esse necessario explicandum in peccato sodomitico, quod quis fuerit agens, vel patiens, quia vtique peccat contra naturam, & vtique alterius peccato cooperatur. Vnde quamuis agens soleat pollui, non verò patiens, tamen patiens cooperatur ipsius pollutioni.

Itaque confessor quando significat aliquis se commisisse peccatum sodomiticum cum alio, intelligit abundè, quod vel ipse polluerit se, & sic fuerit agens, vel quod cooperatus fuerit pollutioni alterius; non apparet autem esse differentia specifica inter vtamque pollutionem factam per mutuam cooperationem, ratione cuius quis debeat explicare quod ipsemet pollutus fuerit, & consequenter fuerit agens. Si tamen patiens præter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione, videretur quod ratione huius deberet explicare quod esset patiens, ut sic explicaret secundum peccatum de pollutione propria, quæ non solet ordinariè sequi, nec consequenter explicantur explanatione commixtionis sodomitiæ. Ita Pontius, cui adde me citato Mareum Serium *tom. 1. disputat. 4. quest. 28. numero 5.* & me citato Rocaful. in *praxi Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. de priuile. Decalogi cap. 11. numero 178.* & me citato Possentium in *recol. lect. quest. moral. verb. sodomia numero 4.* & me citato Remigium in *prax. Confess. tractat. 2. capite 6. §. 12. numero 21.* & me citato Verricelli, in *quest. moral. tract. 4. quest. 8. numero 2.* & me citato Longum, in *Tabulis Sacram. tab. 2. cap. 56. num. 5.* & me citato Bictium in *prompt. Confess. part. 2. cap. 14.* Vnde & auctoritate

auctoritate Doctorum, & rationibus remanet satis probabilis nostra sententia aduersus Dominum meum Cardinalem Lugo, cui tamen adhæret Leander de Sacram. *tom. 1. tr. 5. disp. 8. quest. 6.*

An post Concilium Tridentinum omnimoda exemptionis Regularium Priuilegia confirmata sint?

RESOLVT. V.

Affirmatiuam sententiam mordicus sustinet Magister Antonius Hinojosa ex ordine Prædicatorum in *directorio Decisionum Regularium verb. Confirmatio fol. 121.* vbi sic ait, Grauiissima sese offert controuersia, ex cuius decisione, & dubia quam plurima dissoluentur, & scrupuli inde suborti (Deo dante) prorsus tollentur, an scilicet Mendicantium Ordinum priuilegia, Concilij Tridentini Sacris Decretis extincta, ac postmodum à Summis Pontificibus suscitata, iterumque ab eisdem modificata, & à successoribus conuassata, & iuris communis apicibus reducta, habeant nunc aliquam vitam, & vim, quantumcunque valeant litteræ reuocatoriæ, quantumque nobis præstiterint confirmatoriæ.

Ratio dubitandi inde consurgit, quia vt ex Saero Concilio Tridentino patet abrogata sunt ibi quam plura Ordinum Priuilegia, alia restricta, alia confirmata. Deinde oppositio litterarum Apostolicarum, quæ non modo à diuersis Pontificibus, sed ab eodem emanarunt, dum idem reuocant quod concesserat, dubia quadam confusione veritatem obscurat.

Prima assertio: pro certo habendum est nunquam fuisse reuocatum declarationem illam, Pij Quinti 21. de Iulio millesimo quingentesimo septuagesimo primo in gratiam Ordinis nostri factam, cuius meminimus supra verbo Absolutio prima, & est infra scripti tenoris. Quæcunque ergo litteræ Apostolicæ reuocatoriæ priuilegiorum aduersarij Decretis Concilij Tridentini, non derogant huic concessioni, innixæ non priuilegio, sed iuri communi. Quod probant verba Pontificis eiusdem cum ait, *falsa, seu minus vera intelligentia Decretorum Concilij Tridentini præmissa grauamina* (hoc est fratribus ab Ordinariis illata) itreperunt. Et cum eiusmodi decretorum declaratio, non nisi ad nos spectet, modo & forma infra scriptis declaranda censuimus.

Relinquitur ergo, quod circa hoc non veniunt quæstiones intelligendæ. Cum prædicta concessio non sit ex priuilegio, sed ex iure Concilij per Pontificem declarata.

De priuilegiis verò concessis ante Concilium, & per Concilium abrogatis, post Concilium item nouiter concessis, & iterum restrictis vel reuocatis, diligenter examinandum est.

Secunda assertio: Pius Quartus qui in fine celebrationis Concilij Tridentini præerat Ecclesiæ Dei & eiusdem Concilij decreta, & canones confirmauit: confirmauit etiam nostra omnia Priuilegia.

Nam licet idem Pius Quartus anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo ex certa scientia, & potestatis plenitudine confirmauerit omnia Fratrum Minorum priuilegia, cum restrictione exceptis, scilicet contrariis Concilio Tridentino; postmodum tamen absque vlla modifica-

tione confirmauit omnia priuilegia Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, cum quo communicant Ordines Mendicantes, licet ipse non sit de numero Mendicantium.

Constat hoc, & obiter dissoluit quod in oppositum obiici posset. Nam Pius IV. licet in confirmatione decretorum Concilij omnia quorumcunque priuilegia reuocauerit, ut videtur est in motu proprio confirmatio Concilij: hæc tamen reuocatio non derogat concessioni præfatæ priuilegiorum, vt potè anterior posteriori; Bulla enim confirmationis Concilij reuocatoriæ priuilegiorum expedita fuit anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto 13. Kalendas Februarij, Confirmatio verò seu Innoatio priuilegiorum facta fuit postea mense Iunio eiusdem anni. Hac confirmationis Bulla ostensa tunc Academiæ Salamantiniæ, affirmare Doctores tum Theologici, tum vtriusque iuris prudentes, posse Mendicantes vi huius priuilegij, non obstantibus recentis Concilij decretis vt omnibus priuilegiis, sibi iam dudum concessis; & hæc subscriptio cum authentico præfatæ Bullæ seruatur Mexici Indiarum Occidentalium in Collegio Sancti Pauli Augustiniano. Hoc stante, stetit videtur integra nostra priuilegia, ac in antiquum robur restituta in Pontificatu Pij IV. cui successit Pius Quintus.

Tertia assertio, Pius Quintus viuz vocis oraculo, Fratribus Minoribus omnia prædecessorum priuilegia absque vlla restrictione, vel obstantia Concilij Tridentini in foro conscientiarum tantum concessit 13. Martij 1567. Authenticum Ministris Generalis eiusdem Ordinis Aloyij Purei facientis fidem de oraculo sibi facto, asseruarunt in eodem Mexicano Collegio.

Idem Pius V. motu proprio anno Domini 1570. 18. Ianuarij de nouo concessit Ordini Prædicatorum omnia priuilegia à suis Prædecessoribus, & ab Ecclesiarum Prælatibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliisque Dominis temporalibus indulta, & voluit illa pro expressis haberi; etiam si necessario essent particulariter exprimens, non obstantibus Cancellariis regulis editis, & edendis, ac aliis quibuscunque Apostolicis, nec non prouincialibus, generalibus, vel specialibus Constitutionibus Apostolicis. Et addidit alias fortissimas non obstantias insolitas apponi. Habetur authenticum in Archiuo Patris Prouincialis Prouinciæ Sancti Vincentij de Chiapa nostri Ordinis Indiarum Occidentalium, ex quibus constat, nos reductos ad pristinum statum, quo ante Concilium Tridentinum priuilegiis nostris in amplissima concessione potiebatur. Quia denud conceduntur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus generalibus, vel specialibus Apostolicis.

Et maximè notandum, hanc nouam Pij V. gratiam factam fuisse post proprium motum eiusdem, restrictiuum priuilegiorum, ideòque priuilegia nostra, quæ per illum nobis reddita non fuere, denud nobis integra restituit, quia concessa sunt post motum proprium modificatiuum: hæc enim concessio facta est 18. Ianuarij 1570. motus autem moderatiuus 17. kalendas Iunij, & 16. Kalendas Iulij exiit alius anno 1567. Et vtiliter restrictiuit priuilegia taliter concedendo, quod non contrarietur expressè decretis Concilij Tridentini.

Idem adhuc Pius Quintus 27. Septembris 1571. Pontificatus sui anno VI. omnia, & singula priuilegia

privilegia, indulta, concessionis, prerogativas, & alias quascunque gratias Ordini nostro, & eiusdem pro tempore existenti Magistro Generali, Fratribus, ac Monialibus approbavit, confirmavit, & innovavit, omniaque & singula perpetuum obtinere firmitatem, absque vlla restrictione decrevit.

Idem tandem piissimus Pontifex 7. Julij. 1571. motu proprio omnia privilegia Societati Iesu, cum qua reliqui Mendicantium Ordines communione acvincuntur absque vlla limitatione concessit cuius authenticum servatur in praedicto Collegio Mexicano. Ergo tempore Pij Quinti omnium privilegiorum cumulo ditati fuimus, ac si Concilium non precessisset, cui successit in Pontificatu Gregorius Decimus Tertius.

Quarta decisio: Cerrissimum est, nunquam per Gregorium XIII. revocata fuisse nostra privilegia in foro conscientiae, nec defuncti Doctores asserentes non fuisse etiam in exteriori foro abolita vel restricta, quibus ipse in hac parte non assentior. Et haec omnia docet Hinojosa ubi supra qui postea late hanc quarantam conclusionem stabilire conatur.

His tamen minimè obstantibus, contrariam sententiam sustinendam, & practicandam esse puto, cum opinio Patris Hinojosa sit contra stylum, & praxim Romanae Curiae, & adversus Religiosum Hispanum, alium Religiosum Hispanum adducam, & is est Pater Magister Nicolaus Brauus in *tractatu Monastico* cap. 1. num. 8. cum sequen. ubi inter alia sic asserit. Solum potest esse dubium de privilegio illo Pij, quod incipit, *Est Mendicantium*, & quod etiam pro nostra observantia Hispaniae, sicut pro aliis expeditum habemus 1. 3. privileg. 8. ubi plura non obstante Concilio conceduntur. Et quidem hoc, dum duravit eius valor, ritè frui poteramus; Veruntamen cessavit iam per revocationem Gregor. XIII. in Bulla, quae incipit, *In tanta rerum & negotiorum mole*, & tanquam si tales litterae nunquam emanassent. Et quamvis Henriquez lib. 7. de *Indulgent.* cap. 24. in fine sub verbo *videtur*, dicat non fuisse promulgatam, aut vsu receptam hanc revocationem Gregorij: Sed oppositum tenet Flavius Cherubinus in *Compend. Bullarum* t. 2. constit. 9. Gregor. XIII. Schol. 1. Quaranta ad eandem Bullam, Paulus Piafecius in *praxi Episc.* 2. part. cap. 3. art. 6. n. 8. Emanuel Rodriguez tom. 3. quest. 74. art. 16. Tamburin. tom. 1. de iure *Abb. disp.* 17. qu. 1. num. 16. & ita censet cum eisdem, & aliis.

Obstices ex eodem Henriquez; & ex Bullario Emanuel Rodrig. Idem privilegium esto sit revocatum à Gregorio XIII. ac fuisse antea confirmatum pro foro conscientiae à Pio Quinto Minoribus ad instantiam Generalis illorum, sed viuae vocis oracula non fuerunt revocata, ut porè quae pro foro conscientiae concessa nullum in exteriori foro dissidium pariebant, ut ait Emanuel tom. 1. quest. 8. art. 9. Vel quia nomine constitutionum non censentur revocata oracula, ut ait Henriquez ubi supra Llamas 4. part. summ. cap. ult. §. ultimo, & eisdem citatis cum aliis. Tamburin. ubi supra *disp.* 16. quest. 2. num. 11. ergo, &c. Nihilominus etiam si haec ita essent, solum assequuntur, illud viuae vocis oraculum fauere Minoribus, quibus immediatè datum & concessum est. At verò cum nostrum non fiat nisi per extensionem, quae non communicat aduersantia Concilio modo dicto; nihil prodest, prout dixi num. 8. praeterea etiam viuae vocis oracula revocata sunt primò à Gregorio X V. excipiente quae facta sunt Cardinalibus; deinde absolute etiam Cardinalium manu firmata ab Urbano.

VIII. anno 1631. ut constat ex Bullis apud citatum Tamburinum tom. 2. *disp.* 15. quest. 7. licet Leander recens & diligens Auctor tom. 2. *tract.* 9. de *marrim. disput.* 24. quest. 16. velit non esse revocata oracula, quae ante constitutionem dicti Gregorij X V. sortita sunt effectum, quod de effectu in individuo concedo, ut quod iam in aliquo casu, & persona virtute Oraculi factum inuenit revocatio, maneat & non irridetur, nec amplius assequitur declaratio Authentica Card. ab ipso adducta; Non verò quod in specie maneat vsus oraculi validus, sic enim inanis esset revocatio, quae ut sic ad praecedentia etiam referret. Aliud est, quando oracula vnius Pontificis determinatè per alterius Bullam, aut constitutionem confirmarentur, ita ut transeant in constitutionem, quod non praestat quavis concessio aut confirmatio, ut obstat revocationi, nisi adiunctis aliis congruentiis, & rationibus ab eodem in suo casu adductis, quod facilius admitto. Caeterum in nostro puncto neutrum habet vim, aut locum. Hucusque Brauus; & quidem iudica, tu amice Lector, si sit verisimile assertum Hinojosa, nempe Pium I V. in illa confirmatione Privilegiorum voluisse derogare statim post annum id quod Partes Concilij Tridentini tam mature paulò ante considerauerant, & in illo sacro coetu stauerant, & inde si nunc confirmarentur omnia privilegia alicuius Religionis ex certa scientia non addita illa limitatione, dummodo Concilio Tridentino non sint contraria, manebunt confirmata, & restituta omnia, etiam si contraria sint Tridentino quod difficile creditur est, alias per confirmationem privilegiorum Societatis Iesu, in qua non ponitur illa limitatio, ut refert Suarez lib. 8. de *legib. cap.* 19. num. 2. omnia illius privilegia revocata per Concilium esse restituta, quod tamen etiam ipsa societas non agnoscit ex vi talium confirmationum; ut obstat Merolla t. 3. d. 6. c. 5. d. 2. *difficult.* 1. num. 46.

Et quoad doctrinam de clausula ex certa scientia in qua se fundat Hinojosa: aliqua olim differui in part. 10. contra Vitalen. nunc assero, aliquos docere hanc clausulam non sufficere, quando Princeps concedit privilegium contra legem habentem clausulam derogatoriam ad privilegia, ita Pannon. in *cap. nonnulli de rescriptis* n. 10. & ibi felin. num. 5. & seq. Moneta de *comm. ult. vol. cap.* 7. numer. 178. Et hanc sententiam tenentur sequi Doctores: qui dicunt confirmationem privilegiorum factam cum clausula, *ex certa scientia*, non restituere privilegia à iure revocata, idem videtur aperte sentire Decius *conf.* 341. n. 10. dum a se legit, maiorem vim habere, seu potentiorum esse clausulam derogatoriā non obstantibus, &c. quàm clausulam, *ex certa scientia*; Assentior tamen Patri Hinojosa non omnia privilegia Ordinum Mendicantium fuisse revocata per Concilium Tridentinum etiam in decretis, in quibus statuitur contrarium ipsis privilegiis: Itaque non omnia decreta Concilij, etiam ea quae sunt contraria nostris privilegiis, servanda sunt cum derogatione ipsorum: sed solum illa cum revocatione privilegiorum intelliguntur observanda, in quibus statuitur aliquod contrarium privilegiis observandum, non obstantibus privilegiis.

* *

* *

An

An Regulares teneantur servare dies festos ab Episcopo indictos.

RESOLVT. VI.

Negatiuè respondet Hinojosa in *tract. decis. Regul. verb. festum fol.* 234. sic enim asserit: Licet ius commune in *cap. final. de fer.* praecipiat fidelibus servare festa, quae Episcopus cum Clero, & Populo servanda stauerit, non tamen huiusmodi constitutio facta per Episcopum ligat Fratres Mendicantes: quia constitutionibus Episcopi non subduntur, ut habes verbo exemptio; Nec Papa praecipit per illud *cap. final.* Fratribus illa festa servare; alia omnia eiusmodi festa essent de iure communi sicut dies Dominici, imò & ipsimet Episcopi tenerentur illa iure communi servare. Neque etiam per illud *cap. final.* datur Episcopi facultas statuendi dies feriatis, quia ante illud eam habebant iure divino.

Quid ergo fecit Pontifex per illud *cap.* Respondetur, quòd limitavit potestatem Episcopis, seu dedit eis formam statuendi observantiam festorum, ut scilicet non sine Clero, & populo id faciant, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

Adversus praedicta obstant haec verba Concilij Trident. Dies etiam festi, quos in Diocesi sua servandos Episcopus praecerit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus serventur. Sed si post Concilium omnimodae exemptionis regularium privilegia confirmata sunt, ut habes verbo Confirmatio privileg. huius statuti non subiciuntur, tutius tamen erit illa omnino servare. Video enim Doctores, exemptionis Regularium tutores, eorumdem privilegiorum post Concilium confirmationem affirmantes, docere, regulares ad huiusmodi festa ab Episcopis praecpta, servanda teneri. Et quidem non consequenter loquuntur: Nam vel restitutionem privilegiorum exemptionis omnimodae, non obstante Concilio negent, vel obligationem ad observanda statuta Episcopi tollant.

Saltim ergo ratione scandali ad huiusmodi festa servanda tenebantur; sicut ad festa, quae Populus voverit etiam si Episcopus confirmarit, ad quae secluso scandalo non tenentur Regulares, quia eiusmodi votum est personale. Hucusque Hinojosa.

Sed affirmatiuam sententiam prorsus sustinendam esse praxis vniuersalis omnium Regularium demonstrat, & ita hanc sententiam probat Lezana in *summa tom.* 1. cap. 9. num. 46. Sanchez in *summa tom.* 1. lib. 4. cap. 15. num. 22. Tuschus, Riccius, & Rodriguez, quos sequitur Barbosa de *potest. Episc.* part. 2. allegat. 105. à num. 32. Leander de *praecptis Ecclesiae* tr. 1. *disp.* 3. q. 17. ubi firmat hanc conclusionem, Regulares non teneri ab servanda ieiunia indicta ab Episcopo, teneri tamen ad festa servanda. Sed licet Episcopis praecipientibus dies festos, obedire teneantur Regulares iuxta dicta, illa tamen Regulares, qui privilegium habent à Sede Apostolica ne possint ab Ordinariis obligari per censuras ad aliquid faciendum, non possunt obligari ad hoc per censuras ab ipsis Episcopis impositas. Vnde declaratio quaedam Sacrae Congregationis quam ex Sello in *Select. Canon. cap.* 2. nu. 11. refert Barbosa in *Collect. bullar. verb. festum*, in qua dicitur declarasse Sacrae Congreg. in vna Ostiensi anno 1627. Regulares posse compelli per censuras Anton. Diana Pars X I.

ab Episcopis ad observantiam festorum, intelligi debet (casu quo illa declaratio sit authentica) de Regularibus non habentibus tale privilegium, ut obstat Lezana in *summa tom.* 3. *ver. exemptio Regularium num.* 11. Sed quoad hoc non defuncti Doctores asserentes, Regulares exempti quoad ea, quae vigore Concilij Tridentini subduntur Ordinariis, vel ab illis vigore d. Concilij Tridentini possunt compelli, possunt & excommunicari, & docent Doctores, quos citat & sequitur Meroll. tom. 3. *diff.* 7. cap. 5. dub. 12. num. 210. idem tenet Bordonus tom. 1. *ref.* 7. num. 9. Rubens in *Aphor. Episcop. verb. regulares num.* 7. Piafecius in *praxi part.* 2. c. 3. art. 6. n. 58. Soltzanus tom. 2. lib. 3. c. 17. n. 57. & segg. Cenedus in *quest. Canon. quest.* 26. n. 16. Gratianus in *decis.* 132. *Marchia num.* 15. Nouar. in *summa Bullar tom.* 1. *tit. de processibus n.* 2. Campanilis *Rubr.* 12. c. 13. n. 167. Lazarius de *blasphem. quest.* 10. n. 55. Ciardinius lib. 1. cap. 50. n. 21. Armendus *addit ad Recopil. leg. Navar. lib.* 1. *tit.* 14. c. 18. §. 31. de *process.* n. 7. Salzedus in *praxi Dial. cap.* 3. *littera A. ver. quae potestas* 31. Paë in *Annal. Iur. Pont. lib.* 1. *tit. de maior. & obed. n.* 11. Lauretus de *Franchis in controvers. inter Regulares, & Episcop. quest.* 6. Salgatus de *protection. regia part.* 2. c. 9. n. 109. Machadus tom. 2. 4. part. 6. *tract.* 10. *docum.* n. 4. Thaumudo tom. 1. *decis.* 62. n. 11. & *decis.* 63. n. 9.

Sed quicquid sit de hac quaestione quam ego alibi pertractavi, esto Regulares cogi possint ad observantiam festorum, non tamen quò ad octavas, prout ex declaratione Sacrae Congregationis, & Aldana in *compend. resol. Iur. Canon. lib.* 1. *tit.* 3. n. 10 & quamvis etiam Regulares obligentur ad observantiam festorum ab Episcopis indictorum, non tamen obligari ad festa votiva populorum; eò quod Concilium solum loquatur de festis indictis ab Episcopo, tenet Naldus in *summa verbo festum n.* 4. & Nouarius *supra* n. 1. limitandum tamen est; si enim festa votiva dicantur ea, quae ex devotione observantur à Populo, ad illa quidem non tenentur Regulares, nisi ex quadam debentia, ut videlicet Populus conformetur; si verò festa votiva dicantur ea, quorum observantiam Populus vovit, aut promisit, probabilius est ad ea teneri Regulares, non solum quando ea cum Populis observare voverunt, sed etiam quando, casu dato, illis inconsultis Populi cum Episcopo tale votum emiserunt; sunt enim ciues, & membra Reipublicae saecularis participantque illius bona, ac per consequens debent conformari cum ipsa in his, quae pertinent ad communem utilitatem dummodo contraria non sint Ecclesiae libertati, Vasquez in *l. 2. disp.* 167. n. 34. Sanchez lib. 4. in *decalog. c.* 15. n. 21. credo tamen haec vota non obligare Regulares, qui ea non emiserunt, nec acceptarunt propria obligatione voti, quia impossibile est aliquem obligari propria obligatione voti sine propria voluntate & consensu, Suarez tom. 2. de *Relig. tract.* 6. lib. 4. cap. 9. Neque ex vi praecpti Ecclesiastici Episcopi, vel Praelati Ecclesiastici, cuius auctoritate sunt, propter exemptionem Regularium ab Ordinariis, sed solum ex vi iuris naturalis, quod praescribit ut pars Reipublicae conformetur toti corpori; vide etiam Layman lib. 4. *tract.* 7. cap. 1. n. 5.

L

An

An in iudicijs Regularium nomina Testium sint reo manifestanda?

RESOLVT. VII.

Hic casus fuit his diebus agitatus in sacra Cōgregatione deputata super negotiis Episcoporum, & Regularium, & de illo interrogatus respondit, quod licet aliqui Doctores videantur negatiuè respondere, tamen intelligendi sunt quando non agitur de re graui. Dico igitur culparum differentiam attendendam esse; nam in leuioribus culpis, in quibus nullum reo imminet periculum consideratione dignum, prudenter facit Superior, qui denunciarum, & Testium nomina occultat, id enim maximè conducit ad animorum tranquillitatem, & pacem inter Religiosos conseruandam, & contrario iustè vereri potest, rixas, & odia in Religionis perniciem fore excitanda.

At verò in grauioribus criminibus, de quibus nos agimus, in quibus de punitione publica agitur & Religiosus periclitatur, constat diligenter verum oportere inuestigare, & idè Testium nomina aperienda, & maximè vbi ab extrinseco Religiosus accusatur, & nomina Testium in his causis publicari debere in Sacra Minorum Religione esse constitutum tradit Emanuel Rodriguez 2. tom. 9. 3. artic. 1. in fine, & q. 15. artic. 1. in fin. quod si præfati DD. culparum differentiam considerassent, non vtique esset inter eos disceptatio, sed satis fuit hoc Superiori remittere arbitrio, quod nos in hoc consistere arbitramur, manifestumque facit Innocentij III. illa constitutio in d. cap. per rnas in sin. de Simonia. Et ita hanc sententiam præter Rodriguez vbi supra, tenet Ioseph Aldarte de Religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 24. num. 8. & 9. Victorinus Mancus de modo procedendi cap. 7. num. 8. Pellizarius tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 2. num. 115. & Martinus de San Ioseph in ordine iudiciario c. 14. num. 1. vbi sic ait, Se han de publicar no solamente los dichos de los testigos, sino tambien sus nombres, para que les pueda tachar el reo defendiendose, Clarus vbi supra. Rosas sing. 140. Salzedo ad Bernard. Diaz c. 128. littera C. en las cosas de la fee manda el derecho no se publicuen los nombres de los testigos, ni acusadores, c. ult. de heret. l. 6. el Padre Miranda quæst. 23. artic. 1. can. 2. y guala las causas de la fee en esta parte con las de los Religiosos, quando son criminales, porque en ellas es cosa notoria. Se procede extraordinariamente, y de plano: lo mismo fiende nuestro hermano Fray Ioseph de Santa Maria tract. 4. cap. 19. in fine, y ambos seguian por Paz tom. 1. part. 4. temp. 9. numer. 170. Peron creo yo no miraron el cap. final de heret. lo que dispone Bonifacio VIII. en el es, que se callen los nombres de los testigos en causas de heregia, quando amenazare graue peligro à los mismos testigos por la potencia de las personas contra qui en se inquiera, pero añade luego. Cessante verò periculo supradicto, accusatorum, & testium nomina, proce in alijs sic iudicijs publicentur. No hizo el barato el derecho en cosa tan graue que pensare estos Padres, pues quiere que si se callaren los nombres de los testigos en causas de heregia, sea en caso que à menaze graue peligro à los acusadores y testigos, y que entonces se manifesten los nombres al Obispo Diocesano, y la glosa señalando que peligro ha de ser que llama Bonifacia graue; dize que se ha de temer la muerte, ortuncació de miem-

bros de los testigos, o de sus patientes, o destrucion y afolamiento de sus haziendos; o cosas semejantes. Vease esta glosa verbo periculum: y que no le auiendo, manda el mismo Capitulo se publiquen los nombres de los testigos: y en el §. ceterum y penultimo enearga las conciencias à los inquisidores que no miraren bien si ay peligro, o no. Por donde se e chara de ver la importancia de la materia presente, pues en la causas de la se procede el Pontifice con tan gran recato, como se ha visto y assi resoluiendome, me parece que no se puede seguir la opinion de Miranda sino es con tres limitacione; la primera, que sea en causas ordinarias, como de priuatio de officio de Prelado, por mal gouerno, o otros que no sean infamatorios y graues por que en tratandose de delictos infamatorios y graues, se ha de hazer publicacion de testigos, y de sus nombres si las pidieren los reos. Ita ille; alias limitaciones videbis penes ipsum.

Verum si in aliquo graui casu Superior putauerit expedire, quod alicuius Testis Religiosi nomen supprimatur, quia graue periculum immineret, optimè faciet si nomen non publicari præceperit, veluti quia reus & si iam in carcere detinetetur eius tamen factio, & partiù studium timeri potest, ne per potentiam iniuriam, vel graue damnum inferant testi; Tunc autem Superior ponderet verba Archidiaconi; sicut & Fimericus in directorio expendit; ait enim: O tu quicumque Index, in tali causa benè aduerte verba ista, nam non dicit leue periculum, sed dicit graue, noli igitur reum priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei. Ita in cap. final de hereticis in 6. direct. 3. part. quæst. 76. Itaque tantummodò in graui testium periculo nomina occultet.

Deinde, vt nullo modo id admittat, vbi accusator, vel Testis esset externus; tum quia nullum poterit à Religioso timeri periculum; tum etiam quia laici Religiosis oppidò infesti sunt, & valdè verendum est, ne per iniuriam eos falsis accusationibus, & depositionibus opprimere conentur, cap. laicos c. laici 2. q. 7. c. de cetero, de Testibus.

An legatum relictum viduis pauperibus possit dari ab executoribus Testamentariis pauperibus vitam cœlibem gerentibus?

RESOLVT. VIII.

Casus est curiosus, practicabilis, & à nemine quod sciam pertractatus, & prima facie negatiuè videtur respondendum. Primò ex capite. Vidua 16. distinct. 34. vbi vidua definitur quæ sit, cuius maritus mortuus est.

Secundò, quia communis vsus loquendi qui maximam in his verbis auctoritatem habet. l. liberorum §. quod dicitur, Cass. ff. de legat. 2. viduam illam appellat, quæ maritum habuit, & amisit, non autem cœlibem vitam egit.

Tertiò, quia vidua dicitur ab iduo iduas, verbo antiquo, quod separare, diuidere, priuare significat; Vnde idus appellant diem diuidentem mensem. Hinc, & Horat. lib. 4. Carmin. ode 11. ad Phillidem inquit.

*Idus tibi sunt agenda
Qui dies mensem Venere marina
Finit Aprilem*

Vidua

Vidua igitur dicitur à viro separata, seu orbara marito, Authore Macrobio l. 1. Saturnal. c. 5. & hinc verbum Viduare pro priuare, & orbare Virgil. 8. Æneid.

Tot ferro saua dedisset

Funera, tam multis viduas esset cinibus urbem.

Et idè ex his Couar. præf. quæst. cap. 7. n. 2. Vult. ad d. l. vnio num. 6. & 7. Matth. Stephan. d. lib. 1. de iurisdict. c. 3. num. 26. & seqq. Menoch. arbit. ind. quæst. lib. 2. Cent. 9. 2. Casu. 166. num. 8. docent feminas vitam cœlibem agentes non gaudere priuilegio leg. vn. C. quando Imperat. viduis concessio ab Imperatore Constantino.

Verum sententia affirmatiua satis mihi probabilis videtur: Probatior, quia appellatione Viduæ, femina quoque cœlibem vitam agens comprehenditur, per l. malum 242. §. Viduam, inquit non solum eam, quæ aliquando nupta fuisse, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari. Et quamquam vulgo respondeant, verbum Viduæ in d. l. 242. de Virgine vsurpari, non ex sermone proprietate, sed ex interpretatione, & notatione nominis, id quod satis erunt fundamenta pro sententia priori supra adducta; in dubio autem non præsumatur legistorem recedere voluisse à sermone proprietate l. non aliter ff. de legat. 3. Deinde significationem latam & impropriam non esse admittendam in illis, quæ aduersus iuris communis regulas constituta sunt, Couar. d. q. 7.

Cæterum hæc responsio fundamentum nostrum minimè euertit, nam in toto tit. ff. de verb. signif. explicatur quænam proprie sint verborum significationes; ergo, &c. quibus ita præmissis non est difficile responsio ad contraria argumenta; Nam etsi in adducto cap. 16. nomen viduæ ita strictè accipiat, vt eam denotet, quæ virum amisit, in vsu tamen iuris largiorem, & pleniorum eius esse significationem patet ex adducta l. 142. Sic etiam secundum argumentum ex communi vsu loquendi petitur, non valdè refragatur; siquidem attendendum potius quomodo in vsu iuris verba vsurpentur l. 103. de verb. signif. in vsu autem iuris Viduam dici & illam, quæ cœlibem vitam agit, euincit d. l. 142.

Ad tertium, respondetur illud valdè esse lubricum ex allusione vocis contra apertissimum iuris Textum deductum. Et tandem pro confirmatione nostræ sententiæ adduco Hieronymum Theulserum in Select. disp. vol. 1. disp. 3. Thesi 10. littera B. vbi loquens aduersus citatos Doctores de priuilegio concessio in dicta l. vnica, sic ait, Quod verò de viduis hinc dicitur, rectè ad eas feminas porrigitur, quæ cœlibem ducunt vitam, & si maiores sint 25. annis, argum. l. 242. §. Viduam, de verb. signif. quia eadem ratio subest infirmitas sexus, & iudicij imbecillitas; ita ille, qui citat Bartolum, & alios. Vnde remanet satis probabilis nostra opinio.

Sed quia incidit sermo de dicta lege vnica Constantini Imperatoris, Quæro primò an priuilegio dictæ legis quis renunciare possit? Negat Matth. Stephan. d. l. 1. de iurisdict. cap. 31. numer. 38. Schr. tr. feud. part. 10. cap. 2. numer. 361. quia non ipsarum persona personarum miserabilium gratia beneficium habere concessum; sed magis dantis causa, miserationis scilicet gratia. Secundo, quia renunciatio misericordiæ, cuius fauore hoc priuilegium nititur, placet moribus aduersari censetur; Sed mihi magis bonis affirmatiua sententia, pro qua facit primo, quod quilibet possit beneficio suo pro se producto renunciare l. pen. C. de pact. atqui benefici Anton. Diana Pars XI.

cium d. l. vnica est beneficium personarum miserabilium; Igitur ei renunciare queunt. Et quamquam dissentientes negent priuilegium hoc miserabilium personarum gratia introductum esse, contrarium tamen meo iudicio ex Constant. constitutione relucet manifestissimè, cauet siquidem ne miserabiles istæ personæ terminos prouinciarum suarum cogantur excedere.

Secundò, quod possit beneficio prædicto renunciari probat quoque vocula cogantur, nec enim cauent Imperatores ne miserabiles personæ excedant terminos prouinciarum suarum, sed ne cogantur eos excedere, quod si igitur spontè excedere voluerint, renunciando suo beneficio minimè prohibentur.

Nec mouent contrariæ opinionis fundamenta; nam ad prius ex prædictis patet responsio. Ad posterius respondendum est aliud esse misericordiæ renunciare, & aliud renunciare beneficio ex commiseratione aliqua à Principe sibi concessio.

Quæro secundò, quænam sint personæ miserabiles, quæ in dicta lege vnica comprehendantur? Menoch. arbit. Indic. l. 2. cent. 1. casu 66. n. 1. Scrad. de feud. part. 10. sect. 2. num. 25. Matth. Stephan. libro 1. cap. 31. num. 36. Sicut ad d. l. vnica. n. 5.

Statuunt arbitrio Iudicis hoc relictum esse, quia miserabiles personæ sunt quæ ob fortunæ iniuriam commiseratione dignæ sunt, quod cum infinitis modis fieri possit, rectè placuit, hoc Iudicis arbitrio relinquendum esse.

Secundò, quia nullibi in iure definitum est quænam sint personæ miserabiles; proinde Iudicis arbitrio hoc relinquetur. Verum circa hanc opinionem habeo magnam difficultatem, quia quicquid in iure definitum, ac determinatum non est, censetur relictum esse arbitrio Iudicis, atqui quænam sint personæ fortunæ iniuria miserabiles, definit Constant. in d. l. vnica. nempe pupilli, Viduæ, diurno morbo fatigati, & debiles; igitur huius determinatio arbitrio Iudicis relicta non videtur. Et sanè cum Imperat. Constant. in præf. d. l. vnica. aperte ordinat, se beneficium in præfati lege Viduis, pupillis, vel diurno morbo fatigatis, & debilibus tribuere, illosque solos complectatur, palam est eum in vers. quod si per miserabiles personas, non alias quam diurno morbo fatigatos, & debiles intelligere, ideo tu cogita. Verum stando in opinione contraria, dubium est an inter personas miserabiles in d. l. comprehensas annumerari debeant studiosi, affirmat Neutlerus vbi supra cum Menochio lib. 2. de arbit. Indic. cent. 1. casu 65. numer. 26. at alij negant ex ratione superius adducta; Vnde si studiosis competeret beneficium l. vnica. tum absque dubio eius aliqua fuisset mentio facta in auth. habita C. ne filius pro patre. cum ibi Imper. Frederic. omnia priuilegia studiosis indulta, referat, atque enumeret, atqui de huiusmodi priuilegio illic non meminit Fredericus, consequens igitur est, illud non competere studiosis.

Nec obstat, quod miserabilibus personis Constantinus voluerit beneficium suum competere d. l. vnica. ver. quod si in verbo alique fortuna iniuria miserabiles, fortunæ iniuriæ suppositi d. auth. habita C. ne filius pro patre, ibi, quis enim eorum non miseratur?

Respondetur: Impetat. Constant. per fortunæ iniuriam miserabiles, non intelligere alios, quam diurno morbo fatigatos debilesque, vt supra in questione præcedenti ostensum fuit.

Secundò, non obstat quod vbi eadem est ratio, ibi quoque idem ius sit constituendum. Atqui in studiosis,

studiosis, litterarum causa peregrinantibus eadem sit ratio, quæ in Viduis, & pupillis, diuturnoque morbo fatigatis, ergo, idem quoque ius in illis obtinet, quia illis personis Constantius non alia de causa tribuit hoc beneficium, quam quia sint iniuriæ magis expositæ, quam alij; iam verò quis ignorat studiosos peregrinantes litterarum causa vel maximè expositos esse iniuriæ hominum; id quod etiam satis significat Frider. Imperat. in d. *urb. habita*, eoque nomine ipsos commiseratione dignos iudicat.

Nam etsi ponatur, eandem rationem militare in studiosis, quæ in Viduis, pupillis, & diuturno morbo fatigatis, tamen argumentum ab identitate rationis desumptum nõ procedit in exorbitantibus, atque privilegiis specialiter contra ius commune indultis l. 14. ff. de l. l. quod contra, de reg. iur. maximè cum Constantius non de quibusvis personis miserabilibus, sed determinatè, atque in specie de certis quibusdam loquatur.

Præterea non resistit quod d. l. unic. pauperibus succurrit secundum authorem nostrum, & ab ipso allegata hac eadem Thesi littera C. atqui studiosi sunt pauperes per Text. in *urb. habita* vers. quis enim eorum Cod. ne filius pro patre, & ibi interp. Covar. 6. præf. quæst. 3. nam respondeo propositionem negando, quoniam, ut ad præcedentem objectionem respondimus, & prox. quæst. notavimus, Constantius pupillis tantum, Viduis, & diuturno morbo fatigatis succurrit, non aliis. Non igitur aliter pauperibus, quam si & ipsi sint pupilli, Viduæ, aut diuturno morbo fatigati debilesque: equidem non inficior, quin studiosi sint homines miserabiles, & pauperes. Verum quod sint tales, atque ex illorum numero, qui Constantini consistit, comprehenduntur, hoc videtur negandum; ergo. Idè etiam in casu isto tu lector cogita, nolo enim aduersus opiniones communiores Doctorum me opponere.

An aliquis post annum quinquagesimum quintum liberetur à Ieiunio?

RESOLVT. IX.

Affirmatiuam sententiam in aliquo casu posse sequi declarauit nouissimè Remigius in tract. *confessar. tract. 3. cap. 4. §. 3. numer. 1.* vbi sic ait: Finalmente algunos indiferentemente escusan de la obligacion del ayuno à todos los que han cumplido cincuenta y cinco años Tol. l. 6. cap. 4. in addit. Angel. ver. *Ieiunium* num. 15. que despues de auer enseñado la doctrina comun idem dico de senibus, &c. dize assi.

Estas opiniones elija el prudente Confessor, no para enseñarlas absolutamente al penitente; sino para dissimular quando algunos desta e dad sentien de masiada afflicion en sus ayunos. Ita ille.

Sed licet hæc sententia possit secundum aliquos procedere quoad mulieres, illam tamen, non amplector quoad homines, ut etiam fecit Leander de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 8. quæst. 18. & quidem non parum laboramus in defendendo opinionem asserentem viros sexagenarios excusari à Ieiunio, quod nouissimè scrupulosè nominatim contra me non auctè probare Pater Ermanus Busenbaum in *medulla Theologia moralis* l. 3. tract. 6. cap. 3. dub. 2. num. 2. verum præter alios alibi à me adductos nostram sententiam tenet Castrus Palaus tom. 7. di-

sp. 1. 3. punct. 2. §. 5. numer. 6. vbi sic asserit; Valdè probabilem reputo sententiam, quæ asserit sexagenarium annum terminum esse infallibilem obligationis Ecclesiastici ieiunij finiendæ, quia nullus est, cuius natura ab anno sexagesimo non decrescar, & in interitum tendat. Sicuti nullus est cuius natura vsque ad 21. annum non crescat, & augetur; Nam esto viribus valeat, & pluribus adolescentibus robustior sit, atramen comparatione suæ virilis ætatis infirmus est, & robore diminutus & in singulos dies maiorem sustinebit debilitatem. Si enim ex medicorum iudicio teste Lessio libr. 4. cap. 2. dub. 6. numer. 41. Senectus à quadragesimo quinto, vel quinquagesimo incipit, quid mirum est si omnes sexagenarios appellemus senes in interitum tendentes, eosque à ieiunij lege excusamus: cuius obseruatio, & si presenti statui non videatur grauius obesse, obest tamen futuro, cui consulendum est; præterea concedamus non omnes senescere, at sexagesimum frequenter contingere, leges autem non hunc, vel alium casum specialem spectant, sed communiter contingentia, leg. nam ad cass. de legib. neque obest, quod consuetudine, autoritateque Doctorum firmatum non sit sexagenarios à ieiunij lege solui, sicuti firmatum est adolescentes tertio septennio obligari: quia inde solum probatur horum obligationem esse certam, aliam incertam & dubiam, & sub opinione tantum positam.

Nota etiam contra amicissimum Patrem Bardi, quod dictus Palaus loco citato adhæret etiam nostræ sententiæ, videlicet annum sexagesimum in isto casu sufficere esse inceptum, quod nouissimè etiam docuit Ioannes de Soria in *Epilogo summarum* part. 2. tr. 1. sect. 5. disp. 2. §. circa excusationem à ieiunio, Leander de præcept. Eccles. tr. 5. disp. 8. num. 17. Franciscus Britius in *promptu. Confess. part. 2. c. 1. de 2. præcept. Eccles.* vbi sic ait; Chi fece voto di digiunare certi giorni dell' anno per tutta la vita, giunto alli 60. anni non è più tenuto, come non è tenuto per precetto della Chiesa, che va del pari col voto. Sic ille, Nota quod dixit, *giunto alli 60. anni*; ergo sufficit quod annus sexagesimus sit inceptus: quod verò dictus Auctor asserat id, quod etiam ego alibi docui num. 9. adolescentem vuentem vigilia alicuius sancti, vel feriis sextis vitæ suæ in perpetuum ieiunaturum, deobligatum esse cum annum sexagesimum compleat, quia illud votum eodem modo intelligendum est, ac si absolutè voluisset omnibus sextis feriis ieiunare, illa particula vitæ suæ, & in perpetuum non expressa; quia opus non erat exprimi, cum tacitè insit in voto absoluto, cuius obligatio perpetua est; argum. l. *Conditiones, qua extrinsecus, ff. de conditione, & demonstrat.* At votum ieiunandi omnibus sextis feriis explicandum, & interpretandum est, sicuti præceptum Ecclesiasticum ieiunij, cum aliud ex intentione vuentis non constat: Ergo cum, præceptum Ecclesiasticum ieiunij sexagenarios non obliget, neque etiam obligabit votum ieiunandi. Hæc inquam adè non admittit Layman, ut nostram sententiam probabilem putet, eo quod votum intelligendum sit instar præcepti Ecclesiastici quoad modum, & formam ieiunandi, non tamen quoad personas, si quidem ea, quæ nullo præcepto Ecclesiastico astringuntur ad ieiunandum, ut sunt adolescentes 21. minores voto abstringi possunt. Sic ergo censendi sunt Sexagenarij robusti se voluisse obstringere, eum votum ieiunandi absolutè emittunt, & maximè cum expriment toto vitæ suæ tempore,

Aliqua practicabilia circa negotiationem Clericis interdici-
tam.

RESOLVT. X.

Quæritur primò, an Clericis sit interdictum emere vvas, ut vinum ad vendendum faciant. Ne-gatiuè respondet Catolus Antonellus de *Regimin. Eccles. Episc. l. 6. c. 7. n. 14.* vbi sic ait; An verò Clerici possint aliquid lucrari ex honesto artificio? Respond. affirmatiuè ex c. *nunquam, de consec. dist. 5. c. clericus vitium, & c. seq. 91. dist.* etiam sine necessitate; differt siquidem negotiatio ab artificio; quia negotiatio tunc dicitur, quando res empra non mutata forma, alteri venditur; artificio verò dicitur, quando prima forma totaliter est mutata, ut ibidem dicit Genuensis numero 2. & alij. Vnde licitum est Clericis emere vvam ut vinum faciant; vel oliuas ut oleum vendant. Ita ille.

Sed contrariam sententiam tenet Dicaillus de *iustit. libro 1. tractat. 9. disputatione 1. dub. 5. numero 2; 8.* & Castrus Palaus *tom. 3. tractat. 16. disputatione 4. punct. 13. §. 3. numero 4.* vbi sic asserit; Affinis negotiatio prohibita est conductio, quæ Clericis in Sacris, & Religiosis interdicitur expressè cap. 1. & 3. 21. *quæstion. 3. & capit. 1. ne Clerici, vel Monachi.* Sed non qualibet conductio hac prohibitione continetur; nam si conducas agros, ut per te, tuosque colonos colas in tui sustentationem, non peccas; Item si proprios agros aliis loces, ut tenent Doctores omnes. Illa ergo conductio est prohibita, quæ supponit emptionem eo sine conductiois factam, ut si emeris prædia, vel animalia ad conducendum; vel est conductio spectans venditionem subsequendam, ut si conducas agros colèdos non in tui sustentationem, sed ad vendendos fructus, & inde lucrum comparandum. Quocirca infero Molin. *dicta disputatione 3. 22. vers. secundum est.* cum Lassarre de *decimis capite 19. numero 56.* esse Ecclesiasticis, & Religiosis interdictum vvas emere, ut vinum per conductos ministros vendant. Et hæc sententia mihi placet. Sed quid dicendum si emas lanam, ut ex ea pannum conficias, præsertim per interpositas personas? Marcellus Vvipe in *praxi iudiciali capite 33. numero 4.* Antonellus *vbi supra*, & alij asserunt hoc Clericis non esse interdictum; sed ego adhæreo affirmatiuæ sententiæ cum Castro Palaus *vbi supra*, & Gutierrez *quæstion. practic. libro 7. quæstione 39. numero 42. & 53.* Verum non desinam hic adnotare quod Fagundez de *contractibus libro 5. capite 11. numero 29.* putat probabilius non esse Clericis interdictum sub peccato mortali emere vvas, ut vinum per operarios efficiant; vel lanam, ut vestes faciant; tamen firmiter tenet supradictos teneri ad gabellam, quia ait ipse, licet hoc prescè, & in rigore loquendo, non sit Clericis prohibitum, neque possit dici negotiatio, nihilominus sunt quamnam res, quæ Ecclesiasticos non decet, ac proinde tanquam res indecentes ex voluntate interpretatiua Principum, Sacrorumque Canonum censendi sunt. Clerici illas exercentes ad gabellam illarum in conscientia teneri, & idè numero 34. postea sic asserit; secus esset si Monasterium solam vnam emeret, non ut per Monachos suos, sed per operarios laicos ad id pretio conductos, ferrum ad vendendum conficeret, esset enim

potè, vel in perpetuum. Verum his non obstantibus non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & aliis, & quam merito contra Layman nouissimè tenet Pater Castrus Palaus *vbi supra*, nam ait ille, ponimus adolescentem sic vuentem nihil de senectute cogitasse, neque expressè voluisse votum pro senectutis tempore extendi, sed absolutè prolatum esse, quo in euentu certum est non obligare vuentem, quoties ex eius obseruatione notabile corporis detrimentum imminet, ut ipsemet Layman ibidem fateatur, at consuetudo excusans sexagenarios etiam robustos à lege ieiunij, nititur periculo moraliter certo grauis nocentem, & diminutionis virium pro futuro tempore; ergo cessat eius obligatio; vnde in presenti modus obligationis voti in personam refunditur, ac proinde instar præcepti Ecclesiastici sexagenarios deobligare videtur. Excessit igitur in sua censura Pater Layman, & nostra sententia est satis probabilis.

Sed hic discutendum est dubium, de quo his diebus, interrogatus fui, An si quis absque causa in die ieiunij sumeret collationem serotinam manè, & serò postea cœner, peccet saltem venialiter.

Et negatiuam sententiam tenet Ioannes Sancius in *selectis disput. 35. num. 2.* vbi ita ait; poterit tamen accipi refeccio parua hora vndecima diei, absque causa, prandium differendo ad noctem, immò ieiunium fore perfectius, & strictius reor. Quò enim tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior, & longior corporis afflictio; Quod sane est Legislatoris menti magis consentaneum; tolerabilius enim fert aliquis angustiam famis per spatium viginti quatuor horarum protractam, si comedat ad vsque saturitatem in medio temporis, quam si in tertia parte.

Sed hanc sententiam puto non esse approbandam, nam esto dilatio prandij ad noctem ieiunij difficultatem augeat, & consuetudini antiquæ conformior sit, tamen sumptio collaruncule meridiane cum intentione postmodum prandendi, aliena est ab vsu & consuetudine Ecclesiæ, ac proinde sic antequam absque causa peccatum veniale inducit; Et ita hanc sententiam præter DD. à me alibi adductos, tenet me citato Martinus de S. Joseph in *mon. confessar. to. 1. l. 2. tr. 6. de Ieiunio nu. 5.* sic asserens; Hazer colacion por la mañana, ò à medio dia en dia de ayuno sin causa es pecado venial, y no mortal. Dize sin causa, porque si laay, no serà peccado alguno tomar por la mañana la colacion, y la comida à visperas, y sera causa bastante la flaqueza de estomago, ò la falta del sueño la noche, ò el caminar, estudiar, ò predicar. Hæc ille. Vnde ex his ego olim consului quosdam viros nobiles potuisse absque peccato veniali in diebus quadragesimalibus sumere collationem serotinam manè, & serò comedere, quia volebant in illis diebus dare operam venationi, & ita in terminis docet Castrus Palaus *tom. 7. disput. 3. punct. 2. §. 3. n. 6.* Posita (ait) honesta causa, qualis esset refeccio itineris, negotiorum facilius expeditio, hospitium dimissio, vel receptio, venatio, seu piscatio etiam ob finem tantum animi relaxandi, & aliè similes absque vllò peccato veniali poterit manè, vel in meridie refectionem suam prandio in noctem dilato. Sic Palaus, & ita dicendum puto, si quis vir nobilis animi relaxandi causa veler, in die ieiunij post prandium se exercere in ludo pilæ, vel vt vulgò dicitur *giocare al maglio.*

enim quædam negotiatio indecens, & idè ex voluntate interpretatiua Sacrorum Canonum Principumque secularium ex tali modo indecentis negotiationis, tenerentur ad gabellam, sicut dicitur *numero 29. de iis Ecclesiasticis, & Religiosis*, qui uvas, & lanam emunt, vt vinum, & pannum conficiant per suos operarios ad videndum. Ita ille. Imò plus addunt aliqui ex lana propriorum animalium conficere pannos per conductos ministros ad vendendum, genus est prohibita negotiationis, gabellaque inde debetur, vt ex probabiliori sententia defendit. Ita Gutierrez *vbi supra num. 38. Palaus loco citato, & Molina disput. 342.* Nota etiam non esse negotiationem prohibitam si ex propria vena ferrum etiam per ministros laicos faciant, vt vendant. Si tamen venam ad hunc finem emant, vt non per se ipsos, sed ministerio laicorum ferrum faciant, & vendant, aliqui dicunt esse illicitum quos affert Molina *d. disputat. 342. §. Siluester*. ipse tamen merito cum aliis contrarium tenet, quando non sola vena, sed prædium etiam, cui adhæret vena, emitur, & in hoc rectè Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Iust. tomo 2. disput. 26. sect. 3. numero 3.* non agnoscit discrimen inter rem emptam, aut ex Testamento habitam, cum vtraque sit illius Monasterij, v. gr. quod potest fructus rei suæ etiam per laicos operarios extrahere, & vendere. Et tandem possunt Ecclesiastici etiam Religiosi animalia emere, quæ in propriis agris, & prædiis nutriant, vt cum creuerint, vel partus excusserint, illa illorumque fructus vendant, item possunt miliam, aut iumentum emere, vt cum creuerit, & inferuerit, carius vendant, præterea possunt licite locare aliis propria prædia, agros, & iumenta, vt ea locent; sed vt alij eas ab illis pretio conducant, genus est negotiationis, illis illicitum, de quo ad gabellas in conscientia tenentur. Conducere etiam possunt prædia ad suam, suorumque sustentationem, non lucri causa; Si tamen lucri causa, non causa propriæ sustentationis, vt dixi, agros alienos, aut salinas conducant, vt fructus, vel saltem exinde confectum vendant, esset id negotiatio, proindeque gabellam ex ea deberent; si verò ex propriis salinis saltem efficiant, vt venalem faciant; negotiatio non esset, nec ad gabellam tenerentur. Eodem modo si greges alienos conducant, vt fructus, id est, partus, lac, caseum, lanam, vendant, negotiatio est, si fiat lucri causa, non ad sustentationem vitæ, secus si ex propriis gregibus hæc eandem venderent; quoniam esset venditio rerum suarum. Hinc licet dicendum sit, Clericos posse etiam pecunias aureas, quas habent permutare pro argenteis cum lucro, quia nec hoc est propria negotiatio; tamen hoc non videtur admittendum, quando pecunias illas aureas ab aliis acceperunt ad emendum pro illis aliquid, & libi eas reseruant, vt postea maiori valore permittent, rem commissam pecunia argentea exequendo. Ita Cardinalis Lugo *de Iust. tomo 2. disput. 26. sect. 2. num. 10.* & Lezana *ver. negotiatio quoad Regulares n. 5.*

Quæro secundo, an Clericus, vel Religiosus peccet mortaliter, si vna, vel altera vice negotietur? Affirmatiuè respondet Castrus Palaus *tomo 3. tr. 16. disp. 4. punct. 13. §. 3. numero 6.* vbi citat Molinam, Salonium, Morlam, Rebelliam, & Gutierrez. Ratio est, quia in *cap. 1. ne Clerici vel Monachi cap. final. de vita, & honest. Clericor. cap. negotiatioem, cap. fornicari 88. distinct.* Clericis, & Religio-

sis prohibita est negotiatio, sed ad veram negotiationem non requiritur repetita emptio & venditio, sed in vna tantum emptio & venditione consistere potest; vt manifestè probat Textus in *cap. eiciens 88. distinct.* ibi, *qui verò rem comparat.* Ergo ex vnico tantum actu negotiationis peccatum mortale esse potest. Adde ex vnico actu gabellam debitam esse, iuxta *leg. regiam 7. tit. 18. lib. 9. recopilat.* ibi: No aya lugar en lo que los Clerigos vendieren por via de mercaderia, trató y negociacion, vbi solam venditionem spectat, tamen si mercatorem non constituat, vt pluribus allegatis firmat Gutierrez *pract. quæst. lib. 7. quæst. 93. a numero 42.*

Sed ego alibi docui cum pluribus Doctoribus, Clericos, vel Religiosos non peccare mortaliter, si semel, vel bis negotiationem exercent, & nunc etiam idem probabiliter assero, & hanc sententiam tenet Antonell. *de regimine Eccles. Episc. lib. 6. cap. 7. numero 16.* Marcellus Vulpe in *praxi Iudiciali cap. 33. numero 9.* & me citato Lezana *tomo 4. ver. negotiatio quoad Regulares numero 4.* idem etiam docet, me citato, Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Iust. tomo 2. disput. 26. sect. 3. numero 24.* vbi sic ait; Non desunt qui negent negotiationem esse in Clerico peccatum mortale ante monitionem, & secluso scandalo, ita Caietanus in *summa verbo Clericum*, Michaël de Palao *de contractibus lib. 2. cap. 10.* & videtur consentire Rodriguez in *summa tomo 2. capit. 1. numero 2.* dummodò negotiatio non sit turpis; alij tamen communitè, & melius fatentur, hoc esse præceptum graue, vt pœnæ censurarum indicant, dicunt verò vniam, vel alteram emptionem ad lucrandum factam, secluso scandalo; & nisi negotiatio esset in maxima summa, non esse materiam grauem, quia iura ciuilia loqui videntur ferè semper de clerico exercente negotiationem, eive inistentem, negotiatione victum quærente, &c. quæ omnia non verificantur de vno, vel altero actu. Ita ille, qui citat Salas, Salsedum, Cenedum, Malderum, & Lessium, quibus adde Ioannem Vvigers *de iust. tr. 5. capit. 5. dub. 2. numero 6.* Dicastillum *lib. 2. tract. 9. disp. 1. dub. 4. & 5. numero 234.* Pellizzarium *tomo 2. tractat. 6. capit. 10. numero 6.* Dicendum est itaque non peccare Clericum mortaliter vnium, aut alterum actum negotiationis exercente neque enim quis dicitur exercere negotiationem, aut esse negotiator, quamuis ex occasione aliquando & rarius faciat aliquem actum negotiationis, vt bene aduertit Morla *loc. cit.* & videtur quoque hic esse sensus, & mens Caietani, quando dicit non peccare mortaliter si absit contumacia, contemptus, temeritas, quæ non omninò absunt, quando quis assidue negotiationi incumbit; Secus quando tantum vnus, aut alter exercetur actus; Nota tamen quod licet hæc opinio sit satis probabilis; hodie magis communis, contra quam, Palaus, & Molina asserit, tamen illam credo non esse in foro externo à collectoribus spoliatorum amplectendam ex his, quæ docet Riccius in *Praxi tomo 3. resolut. 201. numero 3.* ex quadam Bulla Pij Quinti.

Quæro tertio, an possit v. g. Episcopus tenere cymbam piscatoriam pro eius vsu, & suæ familiæ, prædicatorum, hospitem, &c. & pisces qui postea supersunt vendere? Negatiuè prima facie videtur respondendū; Nam licet piscatio sit Clericis interdicta, *leg. legatis seruus ff. de legat. 4.* tamen hoc limitatur, si pisces venderent, ita ibi Albericus, & Sebastianus

Sebastianus Medices *tract. de venat. & piscat. q. 60.* Verùm ego ad casum propositum affirmatiuè respondeo, nam Episcopus in tali casu primariò dictam cymbam piscatoriam tener ad suam, Prædicatorum, hospitem, & suæ familiæ sustentationem; Si vero postea pisces vendat superfluentes, hoc est per accidens, nec principaliter ab ipso intentum, vel in fraudem; ergo hoc ei licitum erit. Probatur à simili quia vt obseruat Marcellus Vulpe in *praxi iudiciali c. 17. num. 17. & c. 33. n. 11.* Molina *de Iust. tract. 1. disput. 342. num. 41.* Castrus Palaus *tomo 3. tract. 16. disp. 4. pr. 13. §. 3. num. 6.* Pellizzarius *tomo 2. tract. 6. cap. 10. pr. 8. num. 11.* Ermanus Busenbaum in *medulla Theologia moralis lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 7. num. 15.* Genuensis in *praxi cap. 77. num. 12.* & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo *vbi infra num. 18.* possunt Clerici emere pro victu suo, & familiæ in abundantia, & si quid superest postea vendere, etiam si vendat carius quam emerat. Nec hoc diceretur negotiatio, neque teneretur soluere gabellam; quod docet & concedit Gabriel Peytra *de manu regia tom. 5. cap. 10. nu. 3.* vbi sic ait, Illud tamen semper prænotandum duco, quod si contingat, vt Clericus aliquid emat, pro vt vinum in propriis vsus, & postea illud vendat, quod superexcreuerit, vel illo iam non indigeat, quod non ex eo amittit suum priuilegium, vt ab omni tributo sit immunis, ita ille Itaque cum in casu nostro certum sit non esse interdictum Episcopo tenere cymbam piscatoriam ad sumendos pisces pro sua, prædicatorum, hospitem, & totius familiæ sustentatione; sequitur ex dictis, pisces remanentes, & qui supersunt posse illos vendere absque nota negotiationis, & onere alicuius gabellæ; Et ratio est, quia illa piscatio non efficitur ab Episcopo (vt in casu fortiori notauit Eminentissimus Lugo *de Iust. tomo 2. disp. 26. sect. 3. nu. 19.*) in fraudem, & directè ad vendendum, sed primariò, & sincero animo ad proprium vsum, ac prædicatorum, hospitem, & familiæ sustentationem, ergo licitum ei erit pisces superfluentes absque solutione gabellæ & alicuius statuti obligatione per alios vendere, & ita ego interrogatus de hoc casu ab Episcopo Pisaurienti respondi, quod etiam firmavit doctus Pater Magister Lezana.

An secluso alio priuilegio, & ceteris paribus in solutione alicuius debiti, creditor antiquior, & pauperior sit præferendus creditori posteriori.

RESOLVT. XI.

Pvlehra, & quotidiana dubia, & ad primum affirmatiuè respondet Salonijs *2. 2. quæst. 62. art. 8. in fine*, Valentia *tomo 3. disp. 5. quæst. 6. pun. 10.* Toletus in *summa lib. 5. capit. 25. vers. vltimum tenent.* Idem docet Rebellius *libro 2. quæst. 19. conclus. 6.* Omnes bi Authores putant integrè soluendum creditori qui prior est tempore, & nihil sequentibus, si nihil residuum fuerit. Probant, quia illa regula Bonifacij Octauij, quæ est *54. de regul. iur. in 6.* qui prior est in tempore prior est iure, generaliter proposita est sine vlla restrictione à Papa, qui omnium Christianorum Pater, & Doctor est, vt definit Tridentinum sessione vltima, & ad quem pertinet leges ciuiles corrigere, quando à fide, & bonis moribus aberrant, pro vt fecisse sæpius constat, & probat Syluester *verbo lex. §. 10.*

Secundò probant, quia non solum in restitutione facienda creditoribus hypothecariis habet locum regula illa, sed etiam in multis alijs. Nam in Capitulis, & Congregationibus antiquiores tempore habent ius prælationis quando cætera sunt paria, vt in sedendo, in ferendo suffragia, in dicendo sententiam, in subscribendo, & in habentibus gratias expectatiuas in eadem Ecclesia, vel Academia. Item qui prius impetrauit litteras Apostolicas præfertur, & præualet posteriori.

Confirmantes supradicta cum priora sponsalia posterioribus etiam iuratis secundum iura, & Doctores præferantur, & qui prius locauit operas alicuius, præfertur locanti posteriori in operis ff. locati; atque idem est de emente prius, quando posteriori non est facta traditio, vt supra dicebamus, & sic de alijs propter hanc tertiam rationem, hæc opinio mihi videtur valdè probabilis, non minus quam sequens; quæ ratio confirmari potest, quia quando prius debitum contrahitur, debitor est magis soluendo, quam postea, quando noua debita accedunt. Vnde rationi consonum est, vt primus creditor non fraudetur propter debita posteriora.

Et idè hanc opinionem præter Doctores citatos tenet etiam Emanuel Sa *ver. restitutio n. 61.*

Sed contrariam sententiam docet Stephanus Fagundez in *Decal. tom. 1. lib. 7. cap. 34. num. 2.* quæ citat Lessium, Molinam, Vasquez, & Valderium quibus ego addo Baunium *part. 3. lib. 4. cap. 36. q. 5.* Reginaldum *tomo 1. lib. 10. numer. 248.* Bannez, & Aragon *in 2. 2. quæst. 62. art. 8.* Petrum Nauarra, *de restitut. lib. 4. cap. vlt. dub. 5.* Gasparum Hurtadum *de Iust. disputat. 7. difficult. 7.* Layman *lib. 3. tract. 2. c. 11.* Nauarra *cap. 18. num. 53.* qui testatur de quotidiana praxi. Et probatur hæc opinio, quia huiusmodi præferentia nõ datur; nec colligitur ex iure positivo Canonico vel Ciuili; Nam regula citata solum applicatur debitis realibus, seu habentibus hypothecam, non autem debitis personalibus, qui non habent aliquam hypothecam, & id satis colligitur ex multis rationibus, quæ priores in pigore *ff. priuilegia ff. de priuileg. credit.* Nec sumitur ex iure naturali, si enim esset de iure naturali, non negaretur in iure postiuo, sed supponeretur, quia leges & iura postiuua ciuilia & canonica supponunt ius naturale, & non negant illud, alioquin iniusta essent.

Secundò, quia ex præcisa antiquitate non sequitur maior iniuria, nec maius damnum absolute loquendo, quia debitum posteriori potest esse longè maius, ac proinde maius incommodum patietur creditor eo breuiori tempore, quam creditor antiquior, vt patet. Accedit, quod ex eo quod creditor prior patiatur damnum ex maiori duratione grauius, & grauius, quam creditor posterior; inde solum inferitur, quod damna emergentia, si dentur, debeant prius restitui antiquiori creditori, non tamen sequitur ius prælationis, & præferentia in solutione debiti, seu capitalis, nec etiam debitor sit impotentior, quando debita contracta fuerunt, vel ex mutuo, vel ex empto, vel ex permutato, nec præsumendum est posteriora debita facta fuisse in fraudem priorum creditorum, dum id non constat, & euidenter probatur.

Itaque secundum hanc sententiam dicendum est omnes creditores personales, seu chirographarios æquales ius habere ad bona debitoris, etiam si alij sint priores tempore, & alij posteriores; ac

proinde bona debitoris esse eis pro rata diu denda, ita ut qualis fuerit proportio debiti ad debitum, quoad quantitatem, talis sit proportio eius quod unusquisque accipit, ad id quod alij accipiunt.

Quid ego sentio dicam breuiter. Sciant igitur Confessarij; & poenitentes in foro conscientiae utramque sententiam esse satis probabilem, & tutam in praxi, & ideo securè, cui voluerint possunt adherere, & ita teneri Dicastillus *de iust. lib. 2. tractat. 2. dispnt. 11. dub. 5. num. 67.* Dixi in foro conscientiae, nam obseruat Dicastillus exteriori Iudices priorem sententiam sapius amplecti, & quidem temporis praerogatiua ceteris paribus, non videtur contemnenda; sed ut verum fatear, ego neque Iudici in foro exteriori hoc onus imponere, nam opinio negatiua ut bene obseruat Hurtadus *loco citato* fundatur in *lege privilegia ff. de priuileg. credit.* & ratione constat, quia debitum antiquius, nullo iure positiuo praefertur, quia nullum pro eo extat, nec iure naturali; quia debitum minus antiquum, non est minus quasi intensiue, nec est minus strictè debitum ex iustitia quam antiquius. Praedicta autem regula, quae tantum est iuris positiuo & non naturalis, tantum traditur pro debitis realibus, seu hypothecariis, non pro personalibus, ut in dicta lege indicatur.

Quoad secundum dubium, videlicet an ceteris paribus creditor pauperior sit praefendus pauperi, Respondeo affirmatiuam sententiam docere D. Thomam. *opusc. 73. capite 19. Rebellum lib. 2. quast. 19. num. 13. Sa verb. rest. num. 62. Valent. tom. 3. disp. 3. quast. 6. punct. 11. Medina de rest. quast. 2. dub. 3. & alij asserentes, prius esse soluendum creditori pauperi, quam non pauperi, & inter pauperes pauperiori. Probatur haec opinio ad Diuo Thoma, quia magis laesus est ablatione suorum, & magis indiget; Medina vero probat quia restitutio ordinatur ad vitandum damnum proximo illatum, sed multo magis damnum euenit posteriori, quando est pauper, si debitum ei non soluat, quam priori non pauperi, ergo, &c. secundò quia prius recedendum est à maiori iniuria. Et hanc sententiam probabilem putat Lessius *l. 2. c. 15. dub. 7. & Malderus tr. 4. cap. dub. 8.**

Sed ipsi merito negatiuam sententiam tenent, cui ego adhæreo, & illam etiam docet Gaspar Hurtadus *de iust. disp. 7. difficul. 5. Fagundez in Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 34. num. 5. Vasquez opusc. de restit. cap. 11. dub. 3. num. 39. Baunius tom. 3. lib. 4. cap. 36. quast. 4. Turrianus in 2. 2. disp. 19. decal. 3. Dicastillus de iust. lib. 2. tractat. 2. disp. 11. dub. 6. numero 68.* asserentes non esse ordinem aliquem praerogationis inter debita non pauperi, & debita pauperi, & inter debita pauperi, & debita pauperiori, sed eis omnibus soluenda esse debita, seruata proportione geometrica, & merito, quia nullo iure praefendus est creditor pauper non pauperi, nec pauperior pauperi; non iure positiuo, quia nullum tale extat, nec iure naturali iustitiae, quia dicta paupertas non sufficit ut praerogatio sit debita, quia si sufficeret, maximè ratione misericordiae; ratione autem huius nequit esse debita, quia ut supponimus, tunc non obligat misericordia, nec est debita ratione iustitiae, quia iustitia non est minus debita solutio diuiti, quam pauperi, nec est minus debita pauperi, quam pauperiori, nec in retentione debiti pauperi sit maior iniuria, quam in retentione debiti pauperiori sit maior, quam in retentione debiti

minus pauperi, ut patet, & quamuis aliquando omisso solutionis debiti pauperi, aut pauperiori sit causa cessationis alicuius lucri, aut passionis alicuius damni, ratione cuius potest esse maior iniuria in retentione eiusdem quantitatis debita pauperi, aut pauperiori, haec tamen maior iniuria non sufficit ad praerogationem, sed tantum ut pro rata attendendo ad lucrum cessans, & ad damnum emergens fiat maior solutio pauperi, aut pauperiori; si cut etiam debet fieri maior creditori cui debentur centum, quam creditori cui debentur quinquaginta.

Itaque sententiam negatiuam horum Doctorum sequendo, duo assero: Primum est, si creditor pauper existat in extrema necessitate, vel quasi extrema, ratione illius praefendum esse, quia in eo casu charitas obligat debitorem ad consulendum pauperi ex proprio; quando ergo magis obligabit eum ad consentiendum, ut debitum pauperis, praefertur suo in solutione.

Secundum est, sublato eo casu praedictae extremae, vel quasi extremae necessitatis, pauperem ratione paupertatis non esse praefendum; fundamentum est, quia non praefertur iure positiuo ut patet, nulli enim in iure reperitur talis praerogatio. Non iure naturali, ex eo enim quod pauper sit, solum ei de iure naturali debetur elemosyna ex charitate, quando fieri potest sine iniuria tertij; sed in necessitatibus ordinariis, & communibus, si praefertur, fiet iniuria aliis creditoribus; ergo non est praefendus; tandem quia necessitati ordinariae satis consulitur dando ei partem debiti pro rata, sicut datur aliis, & quia ex maiori damno sequitur praerogatio, sed ad summum quod ceteris paribus detur ei maior quantitas; & petitio illa implicita, & tacita solum obligat ex charitate.

An priori petenti debitum liceat prius soluere.

RESOLVT. XII.

Suppono, quod ex eo quod creditor aliquis prius solutionem exigit, nullam acquirit praerogationem contra eos, qui ratione hypothecae, vel ratione priuilegij, iuxta dicta supra, eum antecedunt; Immo si haeres debitoris soluat prius petenti, sciens id fieri cum praerogatione praerogationem habentis, tenebitur huic de damno respondere: aut si debitor soluerit, poterit prior à posteriori recuperare, ut tradunt Nauarrus *cap. 17. num. 52.* & Siluester. *v. restitutio 7. quast. 8.* Colligitur autem ex *l. pupillus 24. §. Quae in fraudem Creditorum.* Hoc supposito ex Vasquez, Turriano, & aliis ad quaesitum Respondeo negatiuè Layman, Hurtad. *de iust. disp. 7. difficul. 6.* docet enim petenti siue in iudicio, siue extra ceteris paribus non esse prius integre soluendum, & merito, quia non iure naturali, quia ex natura rei ex eo quod ego petam, quod mihi debetur, prius quam alius, quod ipsi ante meam petitionem debetur, mihi nihil iuris noui acquirō, nec alij aliquid sui iuris adimo; nec iure aliquo positiuo communi, seu Caesareo; quia nullum tale extat. Addimus, nec iure aliquo positiuo communi, quia iure Castellae *l. 11. tit. 14. part. 5.* petenti in iudicio, & prius obtinenti sententiam, quamuis non petierit executionem sententiae, est prius integre soluendum, quam aliis creditoribus personalibus, quamuis prius petierint solutionem

tionem, si non obtinuerint prius sententiam.

Quod si iure naturali, & positiuo communi, creditori petenti etiam in iudicio, & iure Castellae extra iudicium, immo in iudicio ante obtentam sententiam non est prius integre soluendum, multò minus non petenti, quamuis debitor velit via gratificationis, in quo DD. conueniunt, quia in eo infert iniuriam reliquis creditoribus; quia non habent minus ius; nec sunt peioris conditionis, quam ille cui ob solam gratificationem fit integra solutio, & non solum debitor, sic soluendo peccat contra iustitiam in reliquos creditores, sed etiam ipse creditor, cui fiat illa solutio eam accipiendo, ut contra Molinam *disp. 536.* & contra Lessium *cap. 15. numero 41.* & contra Filliucium aduertunt Valquez Turrian. Siluestr. Azor. Rebell. & Bonac. *dispnt. 1. quast. 8. punct. 2.* quia tunc creditor accipiendo cooperatur iniustitiae debitoris soluentis in damnum aliorum creditorum, ac proinde tenetur ad restitutionem excessus solutionis aliis creditoribus; etiam si in foro exteriori illis negetur actio contra ipsum, tenetur autem ad restitutionem, quicquid dicat Bonac. quamuis creditor eam solutionem acceperit bona fide, ignorans inuincibiliter eam solutionem fieri in damnum aliorum creditorum, si ea solutione factus est ditior, quam esset si ea solutio non fuisset illi facta, quia tunc tenetur ad eam; non ratione iniustae accptionis, quia non fuit formaliter iniusta ob bonam fidem; sed ratione rei acceptae, ratione scilicet excessus, quem habet ob accptionem illius solutionis, quamuis tantum materialiter iniustam; & tenetur ad eum excessum non primo loco, sed secundo loco in defectum debitoris à quo solutionem illam accepit.

Sed his minime obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Ioannes Vvigers *de iust. tract. 3. cap. 5. dub. 6. num. 23.* Baunius *tom. 3. lib. 5. capite 36. quast. 6.* Fagundez in *Decalog. tom. 2. lib. 7. capite 34. num. 6.* asserentes, debitorem posse licite soluere creditori prius petenti, quam aliis posterioribus petentibus, quia inter eiusmodi creditores prius diligentia exigentis, faciat eum iure potior, quemadmodum hypothecae, aut aliud priuilegium ut patet ex citata *l. Idem,* locum potest habere, quando sunt plures eiusdem omnino ordinis habentes hypothecae, tunc enim qui prius tempore petit, videtur inter eos esse iure potior. An verò hoc intelligatur de petitione in iudicio, & post sententiam latam, an etiam de petitione priuata, & extra iudicium, dubitant aliqui; sed de vtraque id intelligit Azor. & id alij supponunt; fundamentum est, quia creditor ratione petitionis acquisiuit nouum ius personale; & consequenter in eo casu habet duplex ius in debitorem, vnum ratione debiti, alterum ratione petitionis, & alij non petentes vnum tantum habent ius. Vnde petens praefendus est aliis non petentibus: An etiam praefendus sit aliis creditoribus posterioribus petentibus, poterat esse maius dubium, quia hi etiam habent duplex ius eiusdem rationis; sed ius, quod in antiquitate, seu temporis prioritate fundatur non est priuilegium; Vnde qui prius petit, non videtur praefendus aliis posterioribus petentibus. At dicendum est aliud esse ius petitione debiti, aliud ius antiquitatis, seu contractionis ipsius debiti. Et ideo ius petitionis inducere nouum priuilegium, ius autem contractionis nullum priuilegium inducere; nam illa prior petitio fuit veluti quaedam apprehensio manus creditoris in rem sibi debi-

tam, & non est negandum maius ius habere qui prius apprehendit, quam qui posterius; contractio autem debiti, fuit veluti quaedam dimissio ex parte creditoris, quare manifestum est esse diuersam rationem inter priorem petitionem debiti contracti, & inter priorem contractionem ipsius debiti.

Mihi verò in hac difficultate placet breuiter respondere cum Patre Dicastillo. *de iust. lib. 2. tra. 2. disp. 11. dub. 7. num. 70.* Dico igitur, si sint plures creditores personales, inter quos nullus sit hypothecarius, nec habens priuilegium praerogationis supra alios; & aliquis ex illis petat ante alios solutionem debiti siue in iudicio, siue extra, probabilis est opinio quod possit; imo teneatur debitor ei integre soluere; etiam si tempore posterior esset. Fundamentum esse debet, quia ita videtur statutum iure positiuo, ut diligentia posterioris creditoris faciat eum potior, & conferat ius praerogationis, sicut hypotheca, vel priuilegium. Ita videtur statutum; *l. pupillus ff. qua in fraudem creditorum, & l. quod autem sciendum est eodem titulo, & l. inter eos ff. de re iudic.*

Dixi autem esse probabile, quia est etiam probabile quod docet Azor. *tom. 3. lib. 4. cap. 36. qu. 6.* ubi ait, Haec leges potius videri negare actionem creditori posteriori petenti contra diligentior, quam diligentiori concedere ius praerogationis. Ex naturali autem iure per petitionem solum priorem non acquirit tale ius. Molina verò affirmat habere tale ius, quando in iudicio posterior prius petit. At verò quando extra iudicium petit, non audeat peccati damnare debitorem prius soluentem; sed ait se consulturum illi, ut bona tradat distribuenda creditoribus pro rata.

Ex assertione nostra posita colligitur; asserendum esse tertio, debitorem etiam tempore posteriori licite posse petere, & accipere solutionem sui debiti, quando timet debitorem non fote soluendo: Vnde ad nullam tenebitur restitutionem aliis faciendam.

Vnde ex his confessariis, vel poenitens poterit, ut ei placuerit respondere, & cui voluerit gratificare; nam quae diximus cum Dicastillo satis probabilia sunt.

An debitor sciens statum suum deficere, possit integre satisfacere alicui non petenti, qui alioquin ius praerogationis non haberet, & an iste teneatur restituere?

RESOLVT. XIII.

Respondeo licite non posse, quia iura id non concedunt quandoquidem enim hic ius praerogationis non habet, sed cum ceteris pari iure concurrat, & vigilantia in petendo non faciat eum potior, quia non petit; non licet debitori praestare huic solutionem integram cum praerogatione aliorum, qui iure pares, aut potiores sunt, & inter pares singulis aliquid soluendum est pro rata secundum quod vires debitoris ferunt; Et ita hanc sententiam tenet Malderus *de iust. tract. 4. cap. 6. dub. 6.* Turrianus *in 2. 2. capite 19. dub. 3. numero 6.* Ioannes Vvigers *de iust. tractat. 3. capite 5. dub. 6. numero 4.* Molina *tract. 2. disp. 256. Lessius lib. 2. cap. 15. dub. 5. num. 4.* Rebell. *libro 2. quast.*

quest. 39. concl. ult. Fagundez in Decal. t. 2. l. 7. c. 34. n. 9. & alij.

Sed difficultas est de creditore. Prima sententia affirmat, non posse prædictum creditorem integrum debitum retinere, & teneri illud pro rata, & pro portione debitorum inter se, & alias diuidere eam; ita Bonacin. *disputat. 1. quest. 8. punct. 2. num. 23.* Valquez *opusc. de rest. cap. 1. n. 99.* Turtianus, *vbi supra.* Baunius *tom. 3. cap. 26. quest. 8.* cum debitor in tali casu peccet contra iustitiam commutativam soluendo vni integrè cum damno, & præiudicio aliorum; igitur creditor peccat contra iustitiam accipiendo, & retinendo id quod excedit partem sibi contingentem, attenta proportione aliorum debitorum, & consequenter tenetur excessum aliis restituere. Consequentia patet, quia idè debitor peccat contra iustitiam, quia creditores habent ius ad suas partes, & consequenter habent ius, vt bona debitoris inter eos diuidantur pro rata, & pro portione debitorum; sed creditor accipiendo lædit ius aliorum, & facit eis iniuriam; ergo similiter tenetur eis ad restitutionem pro rata illis contingenti.

Secundò, quia creditor retinet id, quod non erat ei debitum in tali casu, illæ enim partes debebantur aliis, qui habebant ius ad illas; ergo non potest eas retinere. Ergo tenetur eas restituere.

Verùm mihi placet contraria sententia, quam sustinet Molina *tom. 3. de iust. disp. 536. à num. 42. §. hoc loco est obseruandum*, Lessius *lib. 2. cap. 15. dub. 5. num. 41.* Malderus *tract. 4. cap. 6. dub. 6.* Sayras *lib. 20. tract. cap. 10. num. 34.* Rodriguez *tom. 3. Summ. c. 46. num. 13.* qui dicunt hunc creditorem quantumvis sciat hoc fieri cum detrimento aliorum, securum esse in vtroque foro; fundamentum sumitur ex *leg. qui autem §. apud Labeonem ff. de his, qui in fraud. credit. & ex leg. pupillus ff. eodem;* vbi in eo casu negatur actio aliis creditoribus ad petendum in iudicio excessum, quam prædictus creditor iam habet, attenta quantitate debitorum aliorum creditorum; sed huiusmodi leges sunt iustæ; ergo etiam vim habent in foro interiori, & consequenter hic creditor in neutro foro tenetur restituere. Probat. *verum.*

Secundò, quia totum id, quod accepit huiusmodi creditor, suum est; ergo non peccauit accipiendo, nec retinendo illud.

Nec obstat id quod asserit Bonacina, quia creditor hic accipiendo facit contra iustitiam commutativam, contra ius aliorum habentium æquale ius; Sed hæc illatio Azorij nulla est, & Bonacina petit principium, de hoc enim disputamus, scilicet an iste benè accipiat, quamvis debitor malè conferat, & quidem sæpissimè contingit, vt collatio sit mala, & receptio bona, vt in prodigendo dante, & in accipiente. Item in collatione Sacramentorum ab excommunicato se ingerente, & in multis aliis. Deinde (quidquid sit de his, & aliis casibus) in nostro sic probo, quia si iste creditor prius pereret, licitè acciperet; ergo etiam si tunc non petens recipiat, nullam facit aliis iniuriam. Nam quando accipit, approbat solutionem alterius, & est quasi virtualis quædam petitio; Et quidem si antecedenter ad ipsam solutionem in ea occasione solùm dicat: ego peto, solue mihi; His tantùm verbis tota aboletur iniustitia. Quod autem illa verba expressè dicat, vel non dicat, nullius momenti videtur esse; atque adeo non facit iniuriam; Et ita præter Doctores citatos tenet Dicastillus *de iust. lib. 2.*

tract. 2. disp. 1. dub. 8. num. 74. qui etiam asserit. Eum qui sic accipit ad nullam teneri restitutionem, quia non accipit rem alteri obligatam, atque adeo non tenetur ratione rei acceptæ, præterea nec ratione iniustæ acceptionis vt probauimus; quod idem putat dicendum esse, quamvis alij creditores habeant priuilegium personale prælationis sine hypotheca; idemque dicendum siue acceperit pretium ab ipso debitore, siue illo iam defuncto, ab ipsius hærede; atque etiam si debitor, vel hæres scienter id fecerint cum damno creditorum, & in eorum fraudem; quæ omnia habentur in *d. l. quod autem, §. apud Labeonem, & §. sciendum, & l. pupillus ff. qua in fraudem credit. & l. ult. C. de iur. deliber. à §. & si præfatum, vbi solum conceditur prælatio creditoribus hypothecariis; non verò personalibus. Vbi *gloss. verb. repellantur, & hoc non solum in foro exteriori, sed etiam in foro conscientie, vt dictum verum esse existimo.**

Ex his inferit tria corollaria: Primum est, si hæres debitoris præferat vnum creditorem aliis, posse hunc tuta conscientia retinere id, quod ab eo accepit, quia eadem est ratio de hærede atque de ipso debitore, quem hæres repræsentat.

Secundum est, si ad manus creditoris res aliqua peruenerit, & quæ non sit hypothecata aliis creditoribus, posse cum illa compensare suum debitum, quia in hoc non facit iniuriam, aut violentiam suo debitori, quia occultè (vt suppono) suum damnum compensat, quicquid sit de detrimento aliorum, quod illè non intendit; nec ex hac compensatione sequitur per se, sed per accidens, non enim hic creditor tenetur cum tanto suo detrimento aliis conferere, & à se offerre rem quam iam possidet; eò enim ipso, quod possessor est, melior est illius conditio.

Tertium est, si res, quæ ei detur à debitore, vel ad eius manus occultè peruenerit, alioqui erat hypothecata aliis creditoribus, teneri tunc in conscientia illis satisfacere ratione rei acceptæ, quæ habet huiusmodi onus.

Verùm ex dictis esset hic discutiendum, quando ex contractu oneroso, vel titulo gratuito accepit aliquid à debitore, teneatur restituere? sed me remitto ad ea, que docet Dicastillus, qui *num. 85.* ponit casum nouum, vt ipse ait, videlicet non posse virum uxorem indotatam, & non habentem vnde alatur ducere; quando ille non est soluendo creditoribus; quod videtur ex dictis colligi, nam si quis soluendo non est nec titulo gratuito, neque oneroso, non potest pactum aut contractum inire, quo nouum debitum contrahat, quod resultet in damnum priorum creditorum, atqui uxorem ducere indotatam, & non habentem alimenta est nouum contractum inire; vnde nouum debitum in damnum priorum creditorum contrahat. Secus est si illa asserat dorem sibi sufficientem, aut artè, qua possit se alere. Ita ille. Sed ego puto, hanc doctrinam non procedere, si aliquis non possit se continere, nisi indotatam sumeret in uxorem; nam in tali casu creditores essent irrationabiliter iniurij, nec puto quod dissentiret amicissimus Dicastillus: sicut etiam dicendum esset de illo, qui inuentus cum puella ad euitandas inimicitias, & periculum vitæ, coactus esset sumere illam in uxorem, nulla dote sibi assignata. Nota etiam famulum seruientem domino, quem nouit impotentem ad soluendum creditoribus, non posse stipendium ab eo accipere, aut receptum retinere, nisi casu quo tantumdem domino acquisierit seruendo: quia dominus

minus non potest illi soluere sua debita quando adstrictus est præcedentibus creditoribus, quibus non est soluendo; cum neque contractu gratuito, neque oneroso possit Dominus in fraudem creditorum bona alienare, nec ille famulus accipere, Idè consilium daretur his famulis, vt omninò discederent; Vide Rebellium *dub. 8. q. 16. sect. 3. n. 10.* Molinam *disp. 330. num. 7.* Valentiam *t. 3. disp. 5. qu. 22. pr. 4.*

His tamen non obstantibus puto cum Hurtado *de iust. disp. 7. difficult. 8.* & aliis; Quod quoties contractus est necessarius debitori ad id ratione cuius potest omittere solutionem priorum debitorum; tunc posse licitè cum debitore celebrari contractum, & contrahentem cum illo posse ab eo licitè accipere solutionem illi contractui correspondentem, quamvis debitor ob eam solutionem fiat impotens ad solutionem priorum debitorum, quia tunc creditores priores non erunt rationabiliter iniurij in omissione solutionum priorum debitorum, dicimus id esse quod necessarium est debitori ad conseruandam vitam, vel salutem, vel honorem, vel famam, vel statum iustè acquisitum.

Vnde debitor suis bonis quamvis debitis, & quamvis eorum expensione fiat impotens ad soluenda debita, potest decenter sustentare uxorem, & etiam filios, qui non possunt decenter sustentari, & conducere famulos, medicum, & alios sibi necessarios, & expendere necessaria ad testamentum, & ad inuentarium bonorum; quia id cedit in bonum hæreditatis, & aliorum creditorum. Et tandem non deseram hic adnotare ipsum Dicastillum *vbi supra num. 80.* probabile existimare, quod docet Molina *disp. 328. num. 10. & disp. 329. num. 6.* Lessius *lib. 2. cap. 15. dub. 19. num. 168.* Nauarra *de rest. lib. 3. cap. 4. num. 218.* & alij, dum docent, Eum, qui aliquid accepit, siue oneroso, siue gratuito titulo non teneri in conscientia restituere, etiam si nouerit tradentem fieri impotentem ad soluendum ceteris, dummodo non induxerit illum vel ad donandum, vel ad tradendum; sed ipse ex se donauerit, aut vendiderit; quamvis ex illa acceptione per accidens sequatur alteri damnum.

Nota hic obiter, amice Lector, me olim dixisse non esse improbabilem sententiam aliquorum Doctorum, asserentium ordinem restituendi præscriptum à legibus obligare tantùm in foro externo, & non conscientie, sed Pater Hurtadus *tom. 2. tract. 8. cap. 4. ref. 37. num. 463.* parum modestè, bona eius venia, inuehitur contra me, sed illam sententiam vt ego feci, non putat improbabilem doctus Magister Serra Dominicanus *in 2. 2. D. Thoma quest. 62. art. 8. fol. 268.* & illam tenet Machadus *romo 1. lib. 2. parte 3. tractat. 23. docum. 5. numero 9.* & Marcus Serius *romo 1. tractat. 2. disputat. 5. difficult. ult. quest. 15. numero 2.* concedo itaque Patri Hurtado suam sententiam esse probabiliorè, & communiorè, & illam ego teneo; id quod nego cum DD. *supra citatis*, & aliis à me alibi adductis est, opinionem contrariam non esse ducendam improbabilem.

An Papa sit dominus bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum?

RESOLVT. XIV.

NOUISSIMÈ Michaël Tarrada *in amplitudine Beneficiorum disput. 1. quest. 1. num. 37.* Affirmatiuam sententiam docet, sic enim ait; Summus Pontifex est dominus absolutus rerum, & personarum Ecclesiasticarum. Communis & verissima opinio Doctorum *in cap. qua in Ecclesiasticum, de constitutionibus, & in cap. 2. de præbendis in 6.* Textus *in cap. inter, de fide instrumentorum cap. proposuit de concess. præbenda, Clement. 1. vt sit pendente,* Glossa *in Canone consequens distinction. 11.* Panormitanus *in disp. 1. incipiente Episcopus colum. 1.* Barbarius *in dist. cap. quod translationem num. 92. & 93.* Mendoza *in reg. 6. cancell. quest. 1. num. 3.* Rebuffus *in tr. nominationum quest. 1. numer. 54. cum duobus seqq.* Idè potest ptiare de potentia absoluta quolibet Prælatos, vel beneficiatos etiam sine causa *cap. 20. de donation. Glossa in Canone per principalem 9. q. 3.* & hanc verissimam asserit esse sententiam Abbas *in cap. 1. de voto Innocent. in cap. inquisitioni de re iudicata DD. in dist. cap. 3. de præbend. in 6.* Decius *in cap. ult. de confirmat. vili notatur in cap. ex gestis,* licet ibi fuerit iusta causa deponendi Anastasium Cardinalem tituli Sancti Marcelli de Clericis non residentibus, Corraus *in cap. 1. secund. part. sua paraphrasis,* vbi dicit, quod priuatio potest fieri in qualibet parte mundi à domino Papa tanquam Episcopo totius orbis, Archidiaconus, & Ioannes Andreas *in cap. 1. de constit. in 6. extranag. Sancta, de elect. in comm. Gomez in præmio regul. cancellaria 9. 2. vers. considerata,* & quoad hoc nullum esse dubium debet, quicquid dicat Rebuff. *in tract. nomin. 9. 15. n. 30.*

Hoc tamen non facit Summus Pontifex, licet illud de iure possit, Guillelmus de monte Lauduno *in clement. Romanus de præbendis,* quia sanctus est *can. in sancta de consecratione distinct. 1. can. 1. distinct. 70.* vbi est bonus Textus Symmachi Papæ, & omnes in sua iustitia, iureque confouet *cap. licet, de acate, & qualitate,* suum cuique seruari desiderans *can. fuit semper 9. quest. 3.* quia iura cuncta in serinio sui peccatoris habere dignoscitur *disto cap. 1. de constit. in 6.* Idè nec ad dexteram, nec ad sinistram omninò declinat, sed incedit via regia, prout ipse asserit in sua decretali vna, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Obiicies; id quod nostrum est non potest à nobis tolli sine nostra culpa toto *rit. de restit. spoliat.* sed beneficia sunt beneficiorum, vt est communis & vera opinio Doctorum; ergo non possunt eis auferri sine illorum culpa. Respondeo maiorem quidem esse veram quoad inferiores Papæ, sed non quoad Papam, qui omnimodam habet potestatem in res & personas Ecclesiasticas per *c. proposuit de concess. præbend.* cum infinitis aliis.

Instabis nemini debet fieri iniuria ab vilo siue Papa, siue Imperatore *c. nuper de donat. inter virum, & uxorem,* & probatur argumento deducto ex *cap. ex parte de foro compet. qui eo casu peccat eo grauius, quod sunt maiores ceteris Gloss. in capit. 3. verb. maiores de transl. Episcopi,* sed si auferrentur beneficia possessoribus legitimis à Papa fieret eis iniuria

iniuria. Ergo non potest Summus Pontifex illa tollere. Respondeo concessa maiore, nego minore; Ille enim non censetur facere iniuriam, qui iure suo vititur *cap. cum Ecclesia de elect. c. dilectus de officio legati*, licet inferatur præiudicium alteri secundario, quod tanquam consecutum non consideratur. Hucusque Tarrada.

Sed Papam non esse dominum, sed summum administratorem bonorum Ecclesiasticorum tradunt communiter Theologi, & idem ex hoc Lessius *de iust. lib. 2. cap. 2. dub. 5. num. 19.* infert, quod Papa non potest vnus Monasterij bona sine iusta causa dare alteri Monasterio, vel Ecclesie absque peccato iniustitiae: cuius ratio non est alia, quam quod non habeat illorum dominium, sed solum ius administrationis. Et hoc etiam docet Caramuel *in Theolog. Regular. disp. 56. nu. 825.* vbi sic ait, Quodcumque Benedictinorum Monasterium (idem dicitur de quacunque Congregatione habente bona in communi) habet verum, perfectum, priuatum, & actuale dominium proprietatis in omnia illa bona tam mobilia, quam radicable, quæ sua dicuntur. Dominium iurisdictionis immediate pertinet ad Abbatem domus, quæ est mater eiusdem Monasterij: hic enim ex natura rei ni dentur sanctiones legitime, quæ aliter disponant, habet dominium iurisdictionis in omnesquisitiones, vt videbimus inferius suo loco. Dominium iurisdictionis supremæ pertinet ad Pontificem Maximum, ad quem spectat etiam dominium politicum perfectum, ratione cuius poterit, si detur causa grauis id exigens, bona vnus Monasterij dare alteri eiusdem, vel alterius Ordinis, vel alij Ecclesie. Causam grauem id exigentem postulo, vt Pontifex possit bona vnus Monasterij dare alteri, vt præcludam aditum adulatoribus, & ostendam dignitatem Pontificiam ad bonum publicum Ecclesie esse institutam, non autem ad confusionem, & turbationem singularium: Non posse Pontificem pro arbitrato suo sine causa bona vnus Cœnobij sibi adsumere, vel alteri aut Monasterio, aut Ecclesie dare (Ecclesie etiam nomine Episcopus intelligit; & S. R. E. Cardinales) docet Lessius subscribens cœmuni Doctorum opinioni. Quoniam ad hoc, vt Pontifex Summus possit sine causa bona mei Monasterij auferre, debet habere in bonis dicti Monasterij ius dominij actualis, quale habet secularis in suis bonis, & quale ipsemet Pontifex in bonis Capuccinorum, & Fratrum Minorum de Obseruantia. Cæterum in bonis aliarum Religionum dominium actuale non ad summum Pontificem pertinet, sed ad communitatem. Ita ille.

Hanc autem sententiam tenet Layman *lib. 3. tractat. 4. cap. 10. num. 15.* vbi sic ait; Quid de summo Pontifice sentiendum, vtum bona Ecclesie arbitrato suo alienare possit? Respondeo cum Nauarr. *Comment. de spoliis clericorum §. 2. & 3.* licet Papa Canonici iuris solemnitatibus absolute loquendo astrictus non sit, sicut alij Prælati: tamen, & ipse naturali, ac diuino iure prohibetur alienationes inuitiles efficere, cum bonorum Ecclesie non dominus, sed Summus administrator à Christo Constitutus sit, non ad dissipandum, sed ad dispensandum. Quare, ita distinguit Nauarr. *cit. §. 3. num. 8. iuncto §. 15. num. 4.* Quod alia alienatio rerum Ecclesiasticarum facta à Papa est iusta, & valida, quæ videlicet rationabili causa nititur: alia est valida, & non iusta, si absque rationabili causa res vnus Ecclesie in aliam Ecclesiam, aliūmque pium usum transferatur: alia denique neque iusta, neque va-

lida, si res Ecclesie sine rationabili causa in usum prophanos alienentur, verbi gratia laicis sine iusta causa donentur. Huc vsque Layman, cui adde Dicastillum *de iust. lib. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 15. numero 19. & tract. 15. disp. 1. dub. 6. part. 2. num. 262.* asserens Pontifices esse constitutos à Christo administratores bonorum Ecclesiasticorum, non autem dominos.

Hoc etiam docet Episcopus Malderus *de iust. tract. 1. c. 4. dub. 8.* firmans Papam non esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, ne quidem specialiter pertinentium ad Ecclesiam Romanam, *non licet 12. quest. 2.* neque enim potest pro suo arbitrio hæc bona alienare, sed tantum vt fidelis, & prudens dispensator; idem etiam dicit Fragof. *1. 2. lib. 3. disp. 9. §. 4. num. 1.* Turcremata *in Summa 1. 2. cap. 113.* Sanchez *in Sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 96.* Vnde Tannerus *1. 3. disp. 10. q. 6. dub. 8. n. 311.* Loquens de dominio bonorum Ecclesie dixit, vel esse penes ipsam communitatem Ecclesiasticorum, vel penes solum Deum, vel Christum Dominum. Ergo Papa dicendum est esse de talibus bonis tantum summum administratorem.

Et idem occasione illorum verborum D. Pauli *1. Cor. 4. Sic nos existimemus homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei:* hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, dicit Sorus *de iust. lib. 3. qu. 6. art. 2. ad 5.* Non est opus argumento; vbi Apostolica tuba canit, à qua ius Canonicum discrepare non potuit, nec credendus est Pontifex assensisse vnquam assentioni decentium esse eum dominum. Et idem D. Thomas *in 2. 2. q. 63. art. 2. ad 1.* in quo loco Cardinalis Caietanus sic ait; sub nomine Ecclesiastici Prælati clauditur etiam Papa, est enim Christi minister, & dispensator ministeriorum Dei; idem oportet fideliter dispensare, & *quest. 43. art. 8.* addit, quod si quis aliquid acceperit à Papa sine causa dante, tenebitur restituere, sicut depositarius, & dispensator. Ita Caietanus. Et idem Sanctus Magister in ead. *2. 2. quest. 100. artic. 1. ad 7.* sic ait; Quamuis enim res Ecclesie sint eius (hoc est Papæ) vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius vt domini, & possessoris. Idem docet ibidem Caietanus tradens Papam non esse dominum rerum Ecclesiasticarum, sed dispensatorem, nec de plenitudine potestatis posse ad libitum dare bona Ecclesie cui voluerit, sed teneri fideliter dispensare, vt recta ratio suadet, iuxta illud. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur, sic Caietanus.

Quæ quidem omnia antea dixerat D. Bernardus ad Eugenium Papam *de considerat. 1. 3. cap. 1.* Dispensatio (ait) tibi credita est, non data possessio. Si pergis vsurpare, & hanc contradicere tibi qui dicit meus est orbis terræ, & plenitudo eius; possessionem, & dominium cede huic; tu curam illius habes; pars tua hæc, vltra ne extendas manum.

Verum his non obstantibus Filliucius *tom. 3. tract. 44. cap. 3. num. 10.* putat esse opinionem probabiliorē illam, quæ asserit Pontificem esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, & vsque ad *num. 56.* late discurret, quo pacto Pontifex possit alienare bona Ecclesiastica, vel auferre bona alicui Ecclesie, & dare aliis Ecclesiis, aut beneficium vni collatum, alteri tradere, & idem quando hi casus occurrerint, dictum Filliucium adi, & non pigeat, qui licet vt diximus teneat, Papam habere verum dominium bonorum Ecclesiasticorum,

ficorum, & beneficiorum, tamen in supradictis casibus sæpius arctat, vt par est, manus Pontificis, & eius auctoritatem, & demonstrat quando illicitæ tali vt eretur dominio.

Sed quid ego sentiam in hac quaestione dicam breuiter. Absit quod cum Soto parum modestè Canonistas assentatores Pontificis vocem; displicet tamen id, quod asserit Filliucius, eorum opinionem esse probabiliorē: itaque adhæreo sententiæ Theologorum assententium, Papam non esse dominum bonorum Ecclesiasticorum, & beneficiorum, sed tantum summum administratorem; Et idem præter Lessium *vbi supra*, & alios, vide Molinam *de iust. tractat. 2. disputat. 29.* Fragosum *tom. 2. lib. 3. quest. 1. num. 5.* Azorium *tom. 2. lib. 6. cap. 12. quest. 7.* Stephanum Fagundez *in præcepto Decalogi to. 2. l. 8. cap. 22. num. 2. cum seq.* Probatur nostra sententia ex D. Paulo *ad Cor. 4. fol. 147.*

Secundò, quia si Papa esset verus dominus omnium beneficiorum, posset omnes fructus eorum in suam propriam, & peculiarem vtilitatem conuertere, & pro libito eis vt, quod nemo sanæ mentis dicit. Et tandem iura, quæ allegantur pro opinione, & parte contraria, & præcipue Clementina *1. vt lite pend.* quæ commendat plenam, & liberam dispositionem supreamque dispensationem summorum Pontificum, circa omnia beneficia Ecclesiastica, Episcopatus etiam, & Archiepiscopatus, eò tantum tendunt, vt Papa non sit dominus, sed supremus dispensator illorum; & quod dicatur libera, id tantum significat quod Papa nullum agnoscat superiorem in terris, non tamen vt sit dominus illorum. Vnde cum ita sit libera, & suprema, vt nullum superiorem habeat, non excusatur à peccato. Libera ergo plenitudo potestatis summi Pontificis in beneficiis respicit tantum facultatem conferendi beneficia valide, vt sibi placuerit, cum à nemine pendeat, & nemo ei contradicere valeat, non tamen vt illicita prouisio desinat esse illicita.

Distinguentum est igitur inter beneficiorum prouisionem, & priuationem, & de primo negotio asserit summum Pontificem prouidere licite beneficia cuiquamque voluerit, dummodo prouisus idoneus sit comparatione non digni; & dummodo conferat digniori respectu digni: si tamen dignis, relictis dignioribus; aut indignis, relictis dignis conferat, asserit peccare, sed prouisionem tenere, quia est summus dispensator, & non habet iudicem in terris. Ex his inferitur, quod Papa non possit de plenitudine potestatis licite auferre beneficia iis, qui illa pacifice obtinent pro merito arbitrato suo absque vlla causa, & satisfactione illorum, qua de re duæ sunt opiniones. Probat hoc Fagundez ex variis rationibus, & respondet ad omnia ea, quæ Canonistæ adducunt aduersus superius dicta, præsertim ad Textum *cap. 2. de præbend. in 6. & Clem. 1. vt lite pend.* merito igitur teste Sarmiento libro *1. Select. capite 8. n. 25.* Pius V. dicere solebat Pontificem non esse dominum beneficiorum, sed dispensatorem, & proinde beneficia non esse manalia.

Vtrum pro administratione Sacramenti extrema Vnctionis, si addatur oleo consecrato maior quantitas olei non consecrati, remaneat hoc non obstante consecratus?

RESOLVT. XV.

Casus est curiosus; & quod mirum videbitur, affirmatiuam sententiam tenet Magister Hinojola *in Directorio decisionum Regularium verbo baptisimus fol. 49.* vbi sic ait, Oleum non consecratum additum consecrato totum fit consecratum, etiam si sit maior quantitas non consecrati; secus de oleo addito chrismati dicendum est.

Hoc probatur, quia licet stando in vera philosophia per mixtionem resultat vnus tertium, stando tamen in iure Canonico sic videtur, Papam respondisse, qui in his sacramentalibus magnam habet potestatem; nam per rati habicionem consecrantur Ecclesie, aliis si per huiusmodi mixtionem, seu partium additionem censeretur corruptæ partes præexistentes, repletemus omnia scrupulis, & cum communiter fiat huiusmodi permixtio olei consecrati, & non consecrati, nec permixtionem sunt prudenter cauti in mensuranda quantitate olei superaddendi, maneremus dubij de cõsecratione Sacerdotum oleo, & chrismate inunctorum, de confirmationis, & extremæ vnctionis validitate.

Quod, & in philosophiæ iuribus fundari potest, quia quando duo liquores qui admiscuntur, sunt eiusdem speciei, habentque qualitates indiuiduales valde similes eiusdem virtutis, & vigoris, vt duo vina alba, vel duo olea, non fit verè admixtio, nulla fit corruptio, neque resultat aliquod tertium; sed est vnio, & continuatio illarum partium; & quamuis maior quantitas suppedat minori, cum non habeant contrarietatem qualitarum, non miscuntur per mutuam actionem, & passionem, nec maior quantitas destruit minorem, sed per diuisionem partium quantitatarum, subintrans alter liquor illorum diuidit per commotionem partes alterius in minores minimis. Hoc idem de oleo non consecrato superaddito etiam in maiori quantitate oleo consecrato, quod totum remanet consecratum, consulitur tamen rationabiliter, ne in minimo excessu quantitatis superfundatur oleum non consecratum, quia quamuis vtrumque sit eiusdem speciei in esse entis, in esse tamen moris (vt ita dixerim) in esse (inquam) consecrati, & non consecrati differunt specie, atque adeo prudenter cauendum est, ne tanta sit quantitas olei superaddendi, quod suffocet consecratum, hoc est, non omnino penetretur vnde quaque à partibus olei consecrati.

Si verò oleum non consecratum superaddatur in maiori quantitate chrismati, proculdubio totum remanet non consecratum propter liquores speciei differentes, nempe balsamum, & oleum, & propter qualitates specificas, & indiuidualiter dissimiles, ex quorum mixtione corruptis partibus, tertium quid resultat. Dixi in maiori quantitate; quia forsitan si in quantitate equali superaddatur oleum chrismati, non fieri tam perfecta commixtio ad corruptionem partium sufficiens. Cum chrisma præter balsamum, habeat etiam oleum, ratione cuius nequit pugnare cum oleo superaddito.

Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, & aduersus Patrem Dominicanum alios

M Magistros

Magistros Dominicanos opponam, & hi sunt Ioannes de la Cruz in *Direct. conscient. de extrema vnt. dub. 6. conclus. 1.* & Petrus de Ledesma in *Summa* tomo 1. tractat. de extrema vntione capit. secundo concl. 4. difficult. 3. sic asserens, Hæc de aduertir, que quando al talazeyte bendito, y consagrado se le añade otro azeyte que no este bendito y consagrado, hæc de añadir poco à poco, y en menor cantidad para que el oleo bendito, y consagrado conuierta en su naturaleza al que no lo esta. Porque si fuesse mayor la cantidad del azeyte que no està bendito, y consagrado todos perderia, la consagracion, y bendicion. El exemplo esta llano en el agua bendita, la qual pierde la bendicion si se echan mayor cantidad de agua que no este bendita. Pero si la echan de menor cantidad toda queda bendita. Ita ille; cui adde Henriquez libro 3. capite 8. numero 2. Dicastillus de Sacrament. tomo primo, tractat. 7. disputatione 1. dub. 7. numero 74. vbi testatur hanc esse communem sententiam Doctorum, idem docet Præpositus in 3. part. D. Thoma questione vnic. de Sacrament. extrem. vnt. dub. 3. numero 19. Trulench de Sacrament. libro 5. capite vnic. dub. secundo, numero tercio. Dico igitur, quod licet Parocho oleum non consecratum miscere consecrato, quando timet fore, vt totum oleum plurimorum non sufficiat pro toto anno, nam tunc vtrumque censetur consecratum per admixtionem, modo quod additur sit minoris quantitatis, quam consecratum, nam dignum trahit ad se minus dignum. Probat hoc exemplo aquæ benedictæ. Vnde etiam non graueor hic apponere verba Lessij in 3. part. de Sacrament. extrem. vntione. capite 1. dub. quinto, numero 11. vbi sic ait; Animaduertendum est in necessitate posse addi oleo benedicto aliquid olei non benedicti, vt habetur in capit. quod in dubiis, de consecratione Ecclesie, & Altaris; quod intellige, modò id quod additur, minus sit quantitate, vel si non sit minus, saltem fiat additio sensim. Si enim id quod additur, superet, vel etiam æquale sit, & confestim addatur, id quod auctum est, non censetur esse idem quod ante fuit. Si autem sensim fiat additio, semper censetur esse idem, quod immediatè ante erat. Vnde cum antea esset benedictum, etiam post additionem censetur esse benedictum. Vide Siluestr. verbo aqua benedicta, & Fumum ibidem. Est enim eadem ratio additionis ad aquam benedictam. Hæc Lessius.

An si quis lauet corporalia ante primam lotionem factam à Diacono, peccet venialiter?

RESOLVT. XVI.

Negatiuè respondet noster doctus Siculus Pater Tamburinus opus. de Sacrament. missæ l. 1. c. 2. §. 2. num. 1. vbi sic ait, Certum est corporalia, purificatoria, & similia lauari saltem ex conuenientia debere à Diacono in vase ad hoc præparato, lotionemque mitrendam esse in piscinam lacram, vel sacrarium, quodd, hic, nihil aliud est, nisi locus in pariete, seu sub terram defossus, & ab aliis profanis vsibus separatus, in quem hæc lotio, & similia proici ob reuerentiam, solent.

Secundò. Notant autem communiter Doctores, hoc intelligendum esse de prima lotionem, nam hæc,

per Diaconum habita, possunt laici sine scrupulo, & fœminæ, præsertim Sacræ Virgines, ea melius lauare, tergere, & reficere.

Tertid. Dubium ergo superest, an si laicus sine necessitate ea in prima lotionem lauet, peccet; & nõ peccari quidem mortaliter certum sit, quia non est materia grauis. Peccari autem venialiter multi supponunt, ex eo quia si ea tangere, ex ipsorum sententia, iis non licet sub culpa veniali, multo magis non licebit lauare.

Verum probabile est, nec esse veniale, licet sit optimum consilium vt à Diacono, vel Subdiacono, vel habentibus ad id priuilegium in prima lotionem lauentur: Ratio est, tum quia Doctores supra probabiliter docentes, non esse veniale tangere, videntur etiam probabiliter docere, nec esse lauare: in lotionem enim nil aliud tandem interuenit, vt idem Suarez ibidem fatetur, nisi quidam contactus, tum quia vt ibi, ita hic, non constat impostam esse obligationem sub vilo præcepto. Ita Tamburinus.

Sed hæc opinio mihi non placet, est enim cõtra communem, vnde præter alios Dicastillus de Sacrament. to. 1. tr. 5. dispu. 4. dub. 11. n. 227. docet hoc prohiberi per Canones, quod nulla consuetudine abrogatum est, nec ait cum Siluestro rationabiliter abrogari, quod etiam auctoritate plurimorum Franciscus Lugo de Sacrament. lib. 5. cap. 8. num. 62. qu. 7. & Castrus Palau tradunt tomo 4. tr. 22. punct. 10. num. 13. Vnde Regulares secundum aliquos, habentes priuilegium tangendi, & lauandi corporalia, non possunt illa lauare, nisi post primam lotionem factam à Diacono; & idem Magister Hinojosa in Directorio decisionum Regularium verbo corporalia fol. 155. sic asserit: Corporalia, & Calices tangere reuerenter concessit Sixtus IV. omnibus fratribus Clericis, vel laicis. Concessit etiam omnibus Monialibus Sanctæ Clare, & Sororibus Tertij Ordinis Minorum, quod possint corporalia, & purificatoria cõtingere, dum tamen prius lota sint à Fratribus, Ecce clarè, & expressè non conceditur dictis personis lotio prædictorum. Inuenies enim maximam rigorem in iure propter periculũ alicuius reliquiæ corporis, vel sanguinis Domini ibi detentæ. Quapropter nisi corporalia sint prius lota à ministris, scilicet Sacerdote, vel Diacono, lauari non possunt ab aliis Fratribus, & Monialibus; immò nec à Subdiacono, quia omnibus rigorosè prohibetur huiusmodi lotio, nisi Diaconis, non tamen negatur Fratribus etiam laicis tangere corporalia, vel calices, quia non est periculum in hoc, & absolutè conceditur per priuilegia.

Nihilominus Calistus III. concessit, vt Fratres laici possint calices contingere, lauare corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica, quam concessionem vsus interpretatur, quod præcedere debeat lotio à competenti ministro, vt dictum est. Ita Hinojosa.

Sed verum vt fatear, non video ad quid deseruiret priuilegium concessum Regularibus lauandi, si illa non possent lauare, nisi post lotionem factam à Diacono; nam hoc absque priuilegio licitum est etiam laicis: Ad id verò, quod asserit Pater Tamburinus, posse laicos absque culpa veniali tangere corporalia; ergo, & lauare, nego antecedens; & iam alibi hanc sententiam ego non approbaui, nam quidem difficilè discedo ab aliqua opinione, quam video communiter docere Doctores.

An

An priuilegium Eugenij IV. concessum Benedictinis, & Gregorij XIII. Patribus Societatis, vt eorum professi nondum in Sacris constituti non teneantur persolvere horas Canonicas; sit communicabile aliis Religionibus?

RESOLVT. XVII.

Non defuere aliqui nouitatum amatores, & ad laxiorem vitam inclinati, affirmatiuè sententia adherentes ex communicatione priuilegiorum, quam inter se habent fere omnes Religiones, vt patet ex bullis Pontificis alibi à me adductis. Posset aliquis hanc sententiam confirmare auctoritate Mandosij, & Felini in tr. de priu. ad instar q. 4. vbi ait, Generalem concessionem priuilegiorum, referentem se ad priuilegia alteri concessa, non minus operari, quam si priuilegiato omnia, & singula alterius priuilegia sigillatim, ac specificè concessa, illaque in concessione feriatim narrata fuissent, quia relatum dicitur esse in referente l. affe 10. ff. de hered. Inst. & ita refert consuluisse Stephan. Bertand. consil. 149. Illud est generale n. 2. volum. 1. in antiq. Card. Paris. consil. 22. Mandatum n. 5. l. 4. & ante eos Oldrad. consil. 100. factum tale est n. 8. vers. & præsertim in casu nostro, eandem sententiam videntur supponere aliqui recentiores, qui de hac materia tractantes, indistinctè asserunt, priuilegia alicui Religioni concessa, per generalem communicationem factam à Põtificè communicari alteri.

Sed hanc sententiam in casu proposito proferri reiciendam esse puto; & idem Antonius Hinojosa in Directorio ver. hora Canonica fol. 283. sic ait; Eugenius IV. concessit Monachis S. Benedicti, quod Clerici professi in sacris non constituti, ad horas Canonicas recitandas ex debito minimè teneantur: quia verò communicatio priuilegiorum, semper censetur valida, nisi contrarietur, vel professione, vel obseruantia Religionis, alias multa concessa laxioribus, nullo modo communicantur strictioribus, quia ad ædificationem, non ad destructionem dantur. Idem huius priuilegij communicatione non gaudent ceteri Mendicantes, vtpotè repugnantis eorum obseruantia, & salubri consuetudini. Ita ille, cui adde ex eadem in clyta Religione doctissimum Magistrum Hyacinthum Donatum in praxi Regularium to. 1. tract. 7. quest. 14. num. 10. qui loquitur de priuilegio concessio Societati Iesu. Confirmatur vsu omnium Religionum, quæ nunquam ausa sunt dictis priuilegijs vti. Nec valet ratio in contrarium adducta.

Falsum est enim per communicationem Religiones omnibus priuilegijs vni Religioni concessis, posse absolutè vti, nam aliqua priuilegia, non obstante communicatione, non possunt inter se Religiones communicare, vt rectè obseruat Donatus, vbi supr. de priuilegio exemptionis soluenti decimas alicui Religioni concessio, vel de quarta funerali, & idem supradictæ doctrinæ dandæ sunt aliquæ limitationes. Igitur primò debent excipi priuilegia exorbitantia, quæ scilicet non sunt solita concedi, sed tardè, & cum difficultate conceduntur; hæc enim non veniunt in generali communicatione, nisi in specie exprimantur, juxta reg. in generali 81. de reg. iur. in 6. vbi dicitur in generali concessione non venire ea, quæ quis verisimiliter non esset in specie concessurus. Sic tenuit Rota

Anton. Diana Pars XI.

Romana decis. 55. numero 14. & 15. parte secunda diuers. vbi hoc ampliat, etiam si communicatio esset facta cum illis verbis, in omnibus, & per omnia, & hanc opinionem sequuntur etiam Butr. consil. 19. sub numero 9. Socinus in l. 1. numero tercio in fine ff. de legat. primo, vbi Iason num. 21. versicul. primo limita, Ripa numero 8. versicul. & ita intellige, Crot. numero 10. Paris. numero 24. in fine, Natta consil. quarto, numero sexto, lib. primo, Tamburin. de iure Abb. tom. 1. dispu. 17. quest. 2. numer. 4. eamque videtur apertè approbare Nauar. tom. 2. consil. titul. de priuileg. consil. 13. num. 4. vbi ait: Per generalem confirmationem priuilegiorum non censeri confirmata priuilegia exorbitantia. Alias verò limitationes inuenies apud Merollam tom. 3. dispu. 6. c. 4. dub. octauo per tot. Ad auctoritatem verò Mandosij pro affirmatiua sententia in principio adductam, respondeo. Illud commune dictum, quod expressum in specie dicitur quod fit per relationem ad aliud, non esse vniuersaliter verum, sed pati exceptiones supra allatas. Ratio autem est, quia expressio, quæ fit per relationem ad aliud, non est vera expressio, sed ficta, vt in l. iura §. fin. vers. perinde digest. de verb. oblig.

Ex dictis sequitur Patres Capuccinos cum ex suis statutis non excipiant sæcularium confessiones, non posse vti priuilegijs concessis aliis Ordinibus quoad absoluendum à reseruatis, aut dispensandum sæculares, & si ij à Papa obtineant facultatem audiendi confessiones sæcularium in genere, vel in specie, non ided censeri iis communicata dicta priuilegia, nisi specialiter iis concedatur, vt possint communicare de præfatis priuilegijs. Et ita docet Bordonus in consil. Regul. tom. 2. ref. 52. n. 75. & Pellizarius in manual. regul. tom. 2. tr. 8. capite 1. sect. 3. n. 45.

Vnde ex superius dictis à fortiori apparet cauendum ab opinione amicissimi Caramuelis, & aliquorum asserentium, Moniales, & Professos Religionum, nondum sacris ordinibus ordinatos, minime obstrictos esse ad persoluedas horas Canonicas, ex consuetudine; sed hanc sententiam ego alibi reprobaui, & nouissimè, latè, & rectè reprobat Franciscus Bardi ex in clyta societate Iesu præstantissimus Theologus in selectis l. 8. qu. 1. & 2. vbi responder ad argumenta Caramuelis, & ad fatietatem etiam me citato nostram sententiam probat.

An negotiorum gestor teneatur de culpa leuissimè?

RESOLVT. XVIII.

Casus erit quotidianus, & affirmatiuam sententiam tenet Hermanus Vultorius l. 1. dispu. 11. Iacobus Cuiacius in leg. 3. ff. depositi, Donellus lib. 15. commen. 25. & ibi Oualdas Helligerus. Probat primò hæc opinio, nam in leg. 24. C. de vsuris Philippus Imperator haud obscure significat, à negotiorum gestore exigi diligentiam exactissimam, non solum exactam, dum de matre liberorum suorum negotia gerente ita rescribit, si mater tua minor annis constituta negotiaque quæ ad te pertinent gesserit eum omnem diligentiam præstare debeat, vsuras pecuniæ tuæ, quam administrasse fuerit comprobata præstare compelli.

Ecce hic mater omnem diligentiam in gerendis, & administrandis liberorum negotijs præstare compellitur, quod si igitur omnem diligentiam

M 2 quam

quam culpæ leuissimæ apponi dictum est; Et si à matre omnis exigitur diligentia, multò magis exigitur ab extraneo.

Non equidem me latet, vulgo interpretes dissentientes respondere, omnem diligentiam in d. l. 24. non absolutè de omni diligentia, quam etiam diligentissimus Pater familias adhiberet, sed de omni diligentia matris, quam suis propriis rebus adhibere solet, intelligendum esse; quæ diligentia opponi solet non leuissimæ sed leui culpæ.

Verùm hæc interpretatio admittenda non videtur; Primò, Quia est planè diuinatoria, nec vllò fundamento suffulta, cum Imperator non dicat omnem diligentiam matris; vel omnem diligentiam, quam mater suis rebus adhiberet, sed absolutè & simpliciter omnem diligentiam; cum igitur Imperator non distinguat, nec nos distinguere debemus.

Secundò, Quia diligentia, quam quis suis rebus adhibet, opponitur culpæ latæ, ita vt si eam in alienis rebus non præstiterit, latam culpam, seu culpam eam, quæ dolo proxima est, commiserit; pro quo Textus est in l. 12. ff. de depositi, vbi ita scribitur; Quòd Nerua diceret, latiore culpam dolum esse Proculo displicebat, mihi verissima videtur. Nam si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstat, fraude non caret, nec enim salua fide minore iis, quam suis rebus, diligentiam præstabit.

Facit etiam pro hac sententia lex 11. ff. de negot. gest. leg. 2. l. C. mandati, & §. 1. in fin. de oblig. qua quasi ex contractu nasci.

Verùm communis opinio, cui ego adhæreo, tenet, quòd non de leuissimæ, sed de lata solùm, & leui culpa negotiorum gestor conueniri possit, & ita quoque Anton. Faber in l. 11. ff. de negot. gest. Petr. Faber ad l. 2. de reg. iur. Et ratio est, quia in leg. 20. C. de negot. gestis, Imperatores Diocletianus, & Maximilianus hoc clarè significat, dum ita scribunt, Tutori, vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit, quippe superioribus quidem necessitas muneris, administrationis finem, huic autem propria voluntas facit, ac satis abundeque sufficit, si cui, vel in paucis amici labore consulatur, secundum quæ super his quidem quæ nec tutor, nec curator constitutus vtro quis administrat, cum non tantùm dolum, & latam culpam, sed & leuem præstare necesse habeat, à te conueniri potest.

Hic latæ duntaxat & leui culpæ, non etiam leuissimæ sit mentio, at hanc silentio Imperatores præterierunt non fuisse, si & ipsa præstanda esset.

Secundò, Confirmat insuper hanc sententiam non parum, quòd ex huiusmodi quasi contractu negotiorum gestorum, nihil planè cominodi ad gestorem perueniat; sed totus contractus ad solius Domini, cuius negotia gesta sunt, vtilitatem spectet, atqui certi, & expediti iuris est, quòd cum contractus ad solius creditoris, & agentis pertinet commodum, debitor de leuissima culpa conueniri non debeat, lib. 5. ff. commodat.

Tertidò, Præterea, si ad exactissimam, & summam diligentiam negotiorum gestor obligatus esset, atque de leuissima culpa teneretur, nemo facile alterius negotia curaturus, & suscepturus esset, cum præsertim nro amore Domini, nec vllò sa-

cro adductos, negotia aliena quisque suscipiat: hinc sepè maximo cum detrimento absentium, indefensa relinqueretur ipsorum negotia, ad quæ tamen getenda amici inuitandi potius videntur d. §. fin. in fin. de oblig. qua quasi ex contractu.

Quartò, accedit his Textus in recept. sent. Pauli l. 1. tit. 4. pr. vbi dicitur, qui negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam rebus eius, pro quo interuenit, præstare debet; exactam, ait Imperator, non exactissimam, atqui exacta diligentia opponitur culpæ leui, exactissima verò culpæ leuissimæ, proinde cum à negotiorum gestore exigitur duntaxat exacta diligentia, significatur, ipsum de leui saltem culpa teneri.

Quintò cui simile est quòd in l. §. pupilli 6. §. vlt. ff. de negot. gest. à negotiorum gestore exigitur, vt diligens sit, non etiam vt sit diligentissimus, cui consequens est in negotiorum gestore culpam leuem, & non leuissimam vindicari.

Sed hic etiam intrat alia curiosa questio, nam hæredes tutorum si negotia à tutore defuncto cæpta perfererint, habent actionem negotiorum gestorum, & aduersus ipsos actio negotiorum gestorum tenetur de eo sanè, quòd dolo, aut culpa tutoris perperam gestum est, datur in hæredes actio l. 1. C. de hered. iur. sed vtrum de dolo saltem, & lata culpa, an verò etiam de leui culpa defuncti tutoris conueniri possint, controuersum est.

Sunt enim, qui hoc affirmandum existiment, è quorum numero sunt Cuiac. l. 3. obseru. 30. & 21. obseruat. 2. Notam. 1. amicab. respons. 23. Mercetius 2. opin. 24.

Primò, Etenim constat inter omnes actionem tutelæ non solùm de dolo, & lata culpa, sed de leui etiam culpa competere l. 23. ff. de reg. iur. atqui hæc actio tutelæ in hæredes est transitoria, vt quæ ex quasi contractu descendat, & rei sit persecutoria §. 1. de perpet. & temp. act. Hinc itaque dicendum videtur hæredes quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

Secundò, Accedit, quòd cum hæredes tutoris de dolo defuncti, adeoque de eius delicto conueniantur, multo facilius de leui culpa conueniri possint.

Tertidò, Idem confirmat l. 4. paragr. 1. ff. de fideius. vbi Vlpianus Negligentia, ait, planè propria heredi non imputabitur; ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligentiam heredi imputari colligit.

His tamen non obstantibus mihi magis placet opinio Antonij Fabri l. 1. coniect. 12. qui contendit hæredes tutoris de lata solùm culpa, non etiam de leui teneri.

Primò, Hoc si quidem expressè Vlp. confirmat in l. 4. ff. de magistr. conueniend. In qua non similiter ait, hæredes magistratuum, vt ipsi tenentur; nam nec hæres tutoris negligentia nomine tenetur; nam magistratus quidem in omne periculum succedit: Hæres ipsius dolo culpæ proximæ succedaneus est. His verbis diserte asserit Vlp. hæredem tutoris negligentia nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quàm culpam leuem intelligit.

Respondet Cuiacius, quòd Vlp. dicit, hæredem tutoris non teneri negligentia nomine, id non de negligentia tutoris; sed de propria ipsius heredis negligentia exaudiendum; Verùm præterquam quòd hoc diuinatorium sit, refellitur etiam eò, quòd heredem tutoris similem dicit Vlp. heredi Magistratus, atqui Magistratus heredis nulla potest esse propria culpa in eo, quòd non idoneè sa-

tis

ris datum sit, relinquitur itaque quòd hæres negligentia tutoris nomine non conueniatur: accedit, quòd longè facilius quis de propria culpa, quàm aliena teneatur, Si itaque, vt Cuiacius concedit, hæres tutoris non tenetur de culpa propria, multo minùs conueniri poterit de culpa aliena, tutoris videlicet. His adde, quòd l. C. subiiciat hæredem culpæ dolo proximæ succedaneus esse: quibus verbis luculenter Vlp. significat, sibi de culpa ipsius tutoris, ac Magistratus, in quam hæredes illorum succedant sermonem esse.

Secundò, De qua culpa hæredes magistratuum tenentur, de eadem, & hæredes tutorum conueniri queunt. Siquidem ad hæredes tutorum, ad hæredem Magistratum, & vice versa quoad propositum thema bonum, ac validum argumentum ducit, probat l. 4. & l. 6. ff. de magistr. conueniend. Atqui hæres magistratus de culpa solùm lata conueniri potest l. 2. C. de magistr. conuen. In qua Alexander Imperator in hæredes magistratus cuius non lata culpa pupillo non sit idoneè cautum, ait non solum actionem dari; Et in l. 4. ff. eodem, dicitur hæredem magistratus in culpam dolo proximam, hoc est in latam culpam succedere; & in l. 6. ff. eod. tit. Hæredem magistratus teneri, si tanta fuerit magistratus culpa, vt omnem cautionem omitteret: Item non aliàs in hæredes actionem dandam, quàm si euidenter magistratus cum minus idoneis fideiussoribus contrahat: Quocirca, & tutorum hæredes non de alia, quàm de lata culpa conueniri poterunt.

Respondet hic quoque Mercetius adductam l. 4. magistr. conueniend. intelligendam de culpa ipsius heredis propria, quam contraxerit in perficiendis illis, quæ per tutorem defunctum inchoata, non verò absoluta fuerunt, & perfecta l. 1. & l. ostendimus ff. de fideius. & nominat.

Sed Cuiacij, hanc, & Mercetij responsionem ad Vlpiani responsam non quadrare dicendum est.

An in dubio filius presumatur impensas factas pro patre animo donandi fecisse.

RESOLVT. XIX.

Affirmatiua sententia ex Bartolo, Alexandro, & aliis docet Hieronymus Teutlerus, in Selett. disput. vol. 2. disp. 10. thes. 3. littera D. Quia correlatiuorum hæc est natura, vt quòd dispositum est in vno, idem quoque dispositum sit in altero l. final. C. de iudic. Viduit. tollen. Atqui Pater, & filius sunt correlatiua, idcirco sicut pater sumptus suppedians filio, non habet eorum repetitionem, quia donandi animo subministrasse præsumitur: ita quoque filius impensas pro patre faciens præsumatur donandi, & non repetendi animo eas fecisse.

Secundò, accedit, quòd alimenta pietatis intuitu facta repeti non possunt l. ex duobus in fine. ff. de negot. gest. filius verò in dubio videtur impensas in patrem factas, pietatis intuitu fuisse, igitur illarum repetitionem non habebit.

Verùm huic sententia obstat lex 12. C. de negot. gest. vbi Imperator filio impensarum repetitionem denegat, si donandi animo pecuniam dederit, ex quo colligitur, quòd si non donandi animo filius debitorum patris soluerit, nec eo animo soluisse probari possit, repetitionem soluta pecunie habeat.

Et quamquam particulam, Si, ibi idem significare velit, quòd quia, prout quandoque particula ista Anton. Diana Pars XI.

non conditionem, sed causam, & rationem in legibus nostris significat: tamen quia sua natura conditionem significare solet: Idcirco ab hac gemina eius, & natua significatione non est recedendum, argum. l. non aliter. de legat. 3.

Nec valet argumentum ex natura correlatiuorum deductum, nam responderetur argumentum hoc tunc demum habere vim concludendi, quando eadem est correlatiuorum ratio, atqui in proposito diuersa est ratio patris, & filij, quia liberi non ita iure naturæ primæuo suos progenitores alere tenentur, quemadmodum hi illos, cum liberi debeant parentibus alimenta ex obligatione duntaxat antidotali.

Ad secundum responderetur, alimenta quidem pietatis causa facta repeti non posse, Verùm filium in dubio non censeri alimenta pietatis causa fecisse, vt arguit d. l. 12. in verb. si donandi animo pecuniam dedit.

Sed quia opinio affirmatiua est communis teste Surdo de aliment. tit. 6. q. 9. num. 7. in fine, ideo tu cogita, nolo enim singularium opinionum auctoritatem esse.

Sed quid dicendum circa impensas patris circa filios? Respondeo ex affectu gerentis, & alimenta suppeditantis præsumitur, & conicitur illum animum repetendi non habuisse.

Cui tamen præsumptioni, & coniecturæ in dubio solui locus est; nam si constet, patrem, aut matrem animo repetendi aliquid in liberos erogasse, sine dubio repetitio competet, ex lib. 1. C. de negot. gest. vbi Imperator dicit: siquid autem in rebus eorum vtiliter, & probabili more impendit, si non hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderit, id negotiorum gestorum actione consequi potes; Nota tamen quòd etsi parentes sumptus in liberos erogatos repetere possint, si ostenderit se non animo donandi, sed repetendi sumptus illos fecisse, illos tamen sumptus, quos ex iuris publici necessitate fecerint, non repetere, etsi de illis repetendis & recipiendis expressè protestati sint.

Ratio autem hæc est, quòd impensas iure debitas faciens soluerit id, quòd debuit, debiti autem soluti nulla sit repetitio l. 26. §. pen. ff. de condit. indeb. Et cum ad has impensas faciendas actionem habeat is cui debentur, multò magis habebit ad eas seruandas & retinendas exceptionem l. inuitus §. 1. de reg. iur.

Vide si filium in bonis nihil omninò habentem pater aluerit, educauerit bonis artibus, instituendum curauerit quantumuis testatus sit pater se ea quæ impendit ita erogare, vt aliquando repetat, non tamen repetat, cum ea coactus fecerit, l. si quis à liberis §. 1. §. 2. si mater ff. de agnos. & alend. liber. Sed difficultas est, quando colligatur impensas factas pro filiis fecisse animo repetendi; Respondeo, quòd hic animus colligitur si expensas in librum expensarum Pater retulit. Secundò si mater necessitate aliqua rei suæ, vel temporis aluit, non videtur materna pietate aluisse; & alimenta donare voluisse, vt si mater dum à marito peregre mortuo reuertitur, liberos, quos secum ducebat aluerit temporis causa, quia illis vitaricum decrat; Itemque si mater negotia filij gerens alimenta suppeditat, non censetur ex materna pietate subministrasse, nec donasse, & ideo cessat it repetitio dicit. leg. 34. quoniam administratio negotiorum filij suscepta, matrem hæc facere cogebat, quæ ad tuendum filium, & res eius

M 3

eius pertinerebant; Atqui huiusmodi necessitas animo donandi planè contrariatur, quia in necessitatibus nemo est liberalis l. 18. ff. de aliment. legat. Donell. 15. Comm. 16.

Tertio cessat in matre animus donandi impensas, quando pater filij, cuius interest filium alere, est superstes, ac diues, & filium in potestate haberet; nam tunc mater reperit, quod in causam suorum alimentorum impendit, cum verisimilis donandi animus non adfuerit, l. si quis à liberis §. si mater ff. de agnos. & aliend. lib. Menoch. dict. casu 88.

Et tandem quarto præsumitur animus repetendi impensas, quando magna est impensa; tunc enim cessat præsumptio donandi, cum nemo præsumatur suum iactare voluisse, quæ causa iusta, vel modica sit impensa iudicis arbitrio relinquendum esse ait Menochius d. casu 88.

Notentur hæc pro praxi, nec facile in aliis inueniuntur; nec ita clarè loquitur Teutlerus in Selet. disp. vol. 1. disp. 10. Thesi 3. nec mihi placet eius distinctio inter expensas in personam factas, & impensas factas in rem; vt illæ in dubio præsumantur donatæ; hæc vero non item, quam suam distinctionem confirmat exinde, quod in d. l. 11. C. de negot. gest. de impensis in personam factis expressè asseritur, quod in dubio præsumantur animo donandi factæ, contra verò de impensis in rem factis, non præsumantur donandi animo factæ, nisi is, cuius negotia gesta sunt, docuerit impensas animo donandi esse factas d. l. 34.

Vt enim taceam, quod in dict. leg. 34. non loquatur de impensis in rem factis, sed de alimentis, quæ sunt personarum expensæ, non potest eum ex ea leg. 34. quod impensæ istæ de quibus ibidem agitur, non præsumantur donandi animo factæ, si casus supra recensiti excipiantur.

Ex dictis sequitur, quod vitricus in dubio non censetur animo donandi, sed repetendi potius impensas fecisse, & idèd etiam expensas in priuignos factas repetere possit, nisi constet, ipsum paterno quodam affectu, & animo donandi eas præstitisse, sub hac quippe conditione datur vitrico expensarum repetitio, si paterno affectu eas fecerit, quæ conditio frustrà adderetur, si non in dubio animus repetendi in vitrico præsumeretur.

Quid verò si vitricus bona priuigni administrans alimenta priuigno petebat anne, vel tunc repetitionem habeat? Idem dicendum puto. Etenim Paulus Iuriconsultus in l. 34. de negot. gest. de ania in nepot. alimenta suppeditante, expressè scribit; eum si negotia administrauerit nepotum, verisimiliter eos de re ipsorum propria aluisse.

De sequestrando Nouitio à Religione, vel puella pendente lite matrimonij, vt eorum voluntas cognoscatur.

RESOLVT. XX.

Quoad primum assero cum Fagundez in Decalog. tom. 2. lib. 3. cap. 31. num. 11. dupliciter posse extrahi nouitium à Religione.

Primo à potestate publica ad instantiam conanguineorum, vel parentum, & tunc deponitur, seu depositatur nouitius in aliqua Religiosorum domo, vel secularis magnæ virtutis, & confidentiæ, vt examinetur de voluntate, & vocatione, ad

quod examen Nouitius non accedit spontè, & voluntariè, sed ex imperio potestatis publicæ; voluntariè enim, & sponte ipse poterit Religionem deserere, si voluerit: ad id enim nouitius tempus statutum est, vt videat an sibi Religio conueniat: & vt Religio experimentum faciat an ille sibi sit utilis. In hoc ergo examine duo sunt communiter recepta.

Verùm est, potestatem secularem non posse cogere Religionem ad ita exponendum nouitium, depositandumve, nisi illi ex parte Religionis vis fieret manifesta, & verò si extra hunc casum ministri seculares id tentarent, grauissimè peccarent, & vim inferent Religioni viurpando iurisdictionem Ecclesiasticam, impediendoque iniuste nouitium, vel exponendo illum sine causa iusta, & legitima periculo perdendi Religionem, & excommunicationem Concilij Tridentini. Sess. 25. cap. 18. de Regularibus, ipso facto impositam iis, qui sine iusta causa personam aliquam retrahunt à Religione, incurrunt, si fuerit femina, non masculina ipsa persona, quæ extrahitur, vel tali periculo exponitur, de qua re supra egimus, num. 7.

Alterum est quando id fit ex auctoritate Ecclesiastica Summi Pontificis, vel Nuntij Apostolici, & tunc vt licitè fiat, debere dari, & præcedere sufficientem causam ab ipso prius examinatam, & approbatam, v. g. si ei prius constet ingressum non fuisse legitimum ex aliquo defectu, vel nouitium fuisse deceptum, aut leuiter motum; probatio verò huius causæ incumbit parentibus nouitij, vel aliis, qui illius egressum requirunt, vnde si fiat sine causa iusta, vel sine sufficienti examine causæ, erit illa depositio, & extractio illicita, & peccaminosa, quia fieret moralis violentia Religioni, & quia exponeretur nouitius graui periculo Religionis deserendæ, vt optimè notat Rebellius 1. part. lib. 5. quest. 15. in fine, & Molina tom. 4. tract. 4. disp. 51. conclus. 1. §. secunda verò pars, non tamen incurreretur excommunicatio in Concilio Tridentino imposita ipso facto iis, qui quouis modo sine iusta causa impediunt Religionis ingressum, nisi persona, quæ sic impeditur, sit femina, quia Concilium loquitur duntaxat de impediendis feminis, quæ excommunicatio, cum sit pœna, non est extendenda ad personas masculinas, vt num. 7. diximus; imò affirmat Rebellius allegatus, & optimè, tenent Prælatos Religionis ex officio, prædictos nouitios in eo casu defendere, quantum licitè potuerint; caueant igitur ex dictis, iudices laici non se introumittere in tali casu, nisi vis illata nouitio sit manifesta, & iudices Ecclesiastici non ad simplicem querelam parentum, sed causa sufficienti examinata prius, & probata, nouitios extrahant in loco tertio pro eorum voluntate cognoscenda.

Quoad secundum punctum, sic asserit Genuensis in praxi Archiepiscopi Romæ impressa anno 1609. apud Iacobum Mascardum cap. 15. Sed an iudex secularis possit se introumittere, & sequestrare puellam in loco tuto ad finem tollendi violentias? Et veritas est, quod si matrimonium est iam contractum, & mouetur quæstio super eo ex aliqua causa, cum quæstio sit merè spiritualis, non potest iudex laicus aliquo modo se introumittere d. c. tuam, & sic procedit c. cum locum, si verò non est contractum matrimonium, nec pendet lis coram Ecclesiastico, poterit iudex laicus ex officio sequestrare puellam, ne illi inferatur violentia, cum Reipublicæ intersit scandala, & violentias illi.

Textus

Textus est in l. prima C. de nupt. ubi notat Bald. Benè verum est, quod postquam iudex laicus sequestrauerit puellam, poterit etiam Episcopus, ad quem spectat concedere licentiam contrahendi, ponere eam in alio loco, & explorare eius voluntatem; Nam ad ipsum præcipue pertinet prouidere, ne matrimonia sint coacta, vt supra dixi, & aliàs non concedere licentiam contrahendi.

Verùm ego obseruo, quod supradicta verba non inueniuntur impressa in vltima editione dictæ praxis directæ ad Cardinalem Bisciam, & editæ Romæ apud eundem Mascardum anno 1630.

Vnde ex his apparet, primam sententiam Genuensis non placuisse postea censoribus Romanis & quidem hanc potestatem in tali casu, non solum Episcopo, sed etiam iudici laico competere, tradit Emanuel Themudo in decisionibus Olyssiponensibus tom. 2. decis. 258. num. 1. vbi sic ait, Hæc causa deducta fuit in iudicium, Vicarij Generalis dubitate cœpit, quid in causa agere deberet, cui respondi præ nimia inter me, & ipsum amicitia, quod quando timeretur persuasio ad contrahendum, ipsam sequestrari posse puellam in domo tuto, & honesta etiam ex officio, quinimò etiam iudex secularis orphanorum, & multò melius Rex in hoc casu potest manus apponere, vt in effectu vulnerata iam causa euenit, & bona inuentariata; qui citat Couarruuiam, Azeuedum, Auendanum, Riccium, & alios.

Omninò tamen certum est, quod pendente licite super matrimonio, videlicet super electione viri inter concurrentes in vnam puellam, nè illi inferatur violentia, & eius consensus sit liber.

Itaque quod in tali casu potest Episcopus puellam sequestrare ad finem explorandi voluntatem, & locus tutus in hoc proposito decreto iudicis assignatus, poterit esse, vel Monasterium, vel domus paterna cum matre, & patre, fratre, & aliis fororibus nubilibus, & cum hi aderint, non erit reponenda in Monasterio, vt tradit decisum per Rotam Grassis in vna de diuortijs, sed si timeatur iniusta persuasio per dictos conanguineos, non erit ibi reponenda, vt in vna Romana decisum fuit coram Blanchetto 1565. Sed in hoc multum valebit Officium Iudicis, vt eam non reponat in loco suspecto.

Etsi interuenerit casus, vt ad tollendam suspicionem coactionis, necesse sit extra Oppidum, vel Ciuitatem puellam extrahi, si tutè id fieri potest, tunc communibus expensis, scilicet sponsi, & sponsæ, ipsa sponsa adducetur. Casus autem poterit esse, si timeatur præsentia Principis, vel alicuius Potentis.

Et ita præter Doctores citatos tenet Raguccius in Lincerna Parochi de matrimonio quest.

128. Et in casu contingenti iudex Ecclesiasticus nè deferat videre

Gutierrez de matrim. cap.

27. & secundum eius doctrinam se gerere.

An si ex intentione renouandi Ecclesiam vnus paries post alterum successiue destruat, & adificetur de nouo tota Ecclesia, amittat consecrationem?

RESOLVT. XXI.

Affirmatiuè respondet Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 16. vbi sic ait; Si minores partes parietum per temporum interualla coruant, & reficiantur; itavt nunquam maior parietum pars simul destructa sit, vtrum nihilominus Ecclesia execrata censeri debeat. Ita affirmat Abbas in cit. c. proposuisti num. 8. de consecrat. Ecclesia; saltem si tota Ecclesia per temporum interualla secundum partes suas deiecta, & nouiter ædificata sit, quia in veritate non est eadem Ecclesia, licet moraliter consecratur.

Contrarium verò docet Gloss. in cit. c. de Fabrica, vbi pro regula traditur, quod Ecclesia successiue reparata, non est iterum consecranda. Idem docet Syluestr. verbo consecratio 2. quest. 3. Ibidem Tabiena num. 3. Suarez part. 3. tom. 3. disp. 91. sect. 4. Casu 6. Nyo. cap. 87. n. 258. Sà verb. Ecclesia num. 18. Conincl. q. 83. art. 1. numer. 335. Probatur primò: Quia moraliter censetur eadem Ecclesia, sicuti, & eadem nauis, licet subinde pro destructis tabulis nouarum accessio, & reparatio fiat. Hucusque Layman.

Verùm ego sententiam Nauarri amplector cum Patre Dicastillo de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 7. num. 133. nec intentio operantis in hoc casu potest nocere, neque enim sufficit quod simul habeat intentionem destruendi omnes parietes, si de facto non simul omnes, aut maiorem partem destruat, nam quando destruitur vna pars tantum, & adiungitur Ecclesiæ antiquæ permanenti, illa adiunctione qua fit pars totius integræ Ecclesiæ, manet illa pars consecrata; itavt si quis vellet non ulterius progredi, consecratio maneret. Quod verò postea velit, vel non velit progredi ad diruendos alios parietes, omninò per accidens est: Vnde idem iudicium erit de secunda parte, quam postea diruit, atque etiam de reliquis, quæ successiue diruuntur; itavt nunquam sit tota, vel maior pars Ecclesiæ deiecta.

Negandum ergo est, quod assumit Layman, in hac scilicet, vt potè moralis, multum valere intentionem; nam quando moralis æstimatio sumitur ex re ipsa externa, non sufficit intentio, sed requiritur simul res ipsa seu effectus externus Physicus, ex quo resulter effectus moralis. Sic ad censuram, pœnam, aut etiam irregularitatem incurrendam ex homicidio, aut ex percussione personæ Sacræ, quantumvis intentio operantis fuerit ea perpetrandi peccata, & coram Deo peccet; moralis tamen effectus irregularitatis, vel censure non resultat, nisi effectus ipse sequatur; imò in nostrâ etiam materia, etiam si quis velit simul verbi gratia dispositio tormentis toram, vel maiorem partem Ecclesiæ diruere; si tamen verè non diruat, sed vnam partem, eamque minorem, non erit Ecclesia execrata, non enim intentio diruendi execrat, sed dirutio ipsa. Pari ergo ratione etiam si quis in animo habeat totam Ecclesiam diruere; si tamen illam non diruat totam simul, sed per partes Ec-

M 4 clesia

clesia non execrabitur; neque enim destructio Ecclesie etiam totius, illam execrat, sed simultanea destructio in factu esse, ita ut in aliqua duratione sit verum dicere; nunc tota Ecclesia, vel maior pars illius diruta est. Quod in eo casu dicere nunquam est verum. Ergo, &c.

Et ita hanc sententiam præter Dicastillum sustinet ex Suarez, & Barbosa, Pater Castrus Palaus tom. 4. tractat. 2. punct. 8. n. 15. vbi sic ait; Aliqui limitant hanc sententiam, ne procedat quando animo reparandi omnes, vel penè omnes parietes successiue illorum destructio, & reparatio fit, quia censeri debet ea destructio in communi æstimatione, ac simul contigisset.

Sed verius cenfeo hanc limitationem admittendam non esse; Doctores enim absolute docent, non indigere Ecclesiam noua consecratione si paulatim & successiue reparatio illius fiat, neque vllam de hac intentione mentionem faciunt, & meritò, quia prædictæ rationes eodem modo procedunt, siue destructio & reparatio minoris partis ex intentione destruendi, & reparandi maiorem Ecclesie partem fiat, siue non. Etenim quod magis dignum trahat ad se minus dignum; ita ut maior pars consecrata præexistens minorem partem aduenientem consecratam reddat; ex eo præcisè pendet, quod minor pars non consecrata maiori consecrata vnjatur, non ex intentione, quod alia pars de nouo destruenda, & reparanda postmodum sit, talis enim destructio, & reparatio cum priori destructione, & reparatio, non est coniuncta. Item non impedit esse vnam Ecclesiam moraliter & non diuersam, quod à principio intendis illam integrè destruere, & reparare, si tamen successiue, & interpolatè destruxeris, & reparaueris, sicuti non est diuersus populus, cuius personæ successiue pereunt, & aliæ de nouo succedunt; tamen si Deus illas personas interimens intendat tandem omnes interimere, & nouas creare. Ita Palaus. Et hanc opinionem tenet etiam Cardinalis Lugo de Sacram. Euchar. disput. 20. sect. 12. n. 65.

Sed ipse n. 66. dubitat, quando reuera ex quatuor Ecclesie parietibus ferè duo corruerent; nam licet tunc maneat maior parietum pars, verè tamen non videtur manere Ecclesia, quis enim dicat, Ecclesiam esse duos parietes paulò plus absque relictò? Consecratio autem Ecclesie non manet, nisi maneat Ecclesia; Sic enim Calix, vel Alba non manent benedicta, quando ita amittunt magna ex parte formam artificialem, vel non sint Calix, Alba, &c. vt infra videbimus. Vnde si manicæ separantur ab Alba perditur benedictio; minus autem retinent formam Ecclesie duo parietes absque relictò, quam Alba sine manicis. Sicut ergo vt Calix, vel vestis retineat benedictionem necesse est, vt possit vtcumque, licet ægrè deseruire ad suum vsù: Sic Ecclesia tamdiu retinebit consecrationem, quamdiu erit Ecclesia; & tamdiu erit Ecclesia, quamdiu licet ægrè possit deseruire ad vsus Sacros, quod moraliter iudicandum erit.

Verùm contrariam sententiam ipse Lugo probabilem, & tutam in praxi esse existimat, quod etiam docet Pater Dicastill. loco citato, quibus ego adhæreo.

An quis peccet mortaliter si absque iusta causa retrahat aliquem ab ingressu Religionis?

RESOLVT. XXII.

Suppono cum Ioanne Vvigers de inst. tract. 4. cap. 3. dub. 4. num. 9. posse aliquando ex iustis rationibus alicui sine peccato dissuaderi Religionis ingressum, vel amplexum: eiusmodi autem causæ censentur à DD. esse in primis si ille bona fide credatur melius in sæculo militaturus Deo, quam in Religione illa, quam meditabatur, siue propter Religiosorum conuersationem minus ei accommodatam, siue propter corporis infirmitates, quia nec ipsi Religioni expedit infirmiores suscipere, propter quos oporteat monasticam disciplinam relaxare.

Secunda causa esse potest, si impedimentum habeat in respectu ad Religionem, quam cogitat, ad quod forsitan ipse non attendebat.

Tertia si parentes opera eius indigeant, de qua alibi plura sunt dicta.

Quarta si quis videat eum potius propter temporales commoditates Religionem cogitare, quam propter spirituales profectum. Idem debere alienum esse ab eo, qui Christum secundum consilia Euangelica sequi intendit, significat ipse Christus Luca 4. vbi ad adolescentem non admittit ad suum discipulatum.

Notat etiam circa hæc Malderus loco supra citato, quod sicuti permittit Deus mala, vt inde eliciat bona; ita & Diabolus subinde excitare homines ad Religionem, vt inde euentum mala, quæ aliquando probabiliter euentura sperat, & conuincit, vt quando ex respectu humano obseruat eos à se, vel ab aliis ad illam moueri: quare opus est bona discussione, discretionem, & probationem vtrum spiritus à Deo sit. Et sanè parentes sæpius grauius peccant, dum proles sine discrimine, & examine protrudunt ad monasteria, vt se à sumptibus liberent, vel vt hæreditas inter pauciores diuidatur: sicuti & illi Magistri reprehendendi sunt, qui inducunt, & quasi pertrahunt indifferenter quoslibet, quos apprehendunt Religioni futuros viles, siue propter ipsorum media temporalia, siue propter dotes naturæ, non satis attendentes vtrum in persona eluceant signa, ex quibus prudenter possit iudicari, quod à Deo ad eiusmodi statum ordinentur ac vocentur, & hinc postmodum lacrymæ, & tot incommoda.

Hoc supposito ad difficultatem propositam affirmatiue respondet Nauarrus in Man. cap. 12. num. 44. & Doctores communiter; Sed non deseram hic obseruare Filliucium, contrarium docere, nisi in raro casu; Vnde tom. 2. tract. 32. cap. 6. num. 171. sic ait; Dico secundo retrahens nouitium, vel alium volentem ingredi, non ex iusta causa, sed ex vanis rationibus ob spem honorum, diuitiarum, voluptatum, difficilem vitam Religiosam, & molestias, quas passurus esset, absque eo quod adhibeat vim, merum, vel fraudes, ad nihil tenetur Religioni, quia hæc nullum ius acquisiuit adhuc in eum; nec ipsi retracto, quia supponimus non decessisse fraudibus, &c. Sed tantum profuisse rationes quidem mundanas, & vanas; ex quibus tamen voluntariè, & liberè alter inductus est ad egressum, quare peccauit tantum vt plurimum venialiter; in aliquo casu

casu, vt insignis Religiosus sperabatur, etiam mortaliter. Ita ille, & post illum nouissimè Pater D. Constantinus à Castro Mortariano in Collect. Theologia moralis tractat. 2. capit. 2. artic. 1. §. 4. Sed ego non recederem à sententia communi, quæ vt diximus in tali casu peccatum mortale constituit læditur enim charitas erga proximum in re graui.

Notandum est hic obiter, quod qui vi, vel fraude Nouitium, vel alium impediuit à profitenda Religione, quamvis ex Iustitia non teneatur se vel alium loco eius ponere, obligatur tamen ex iustitia Religioni compensare temporale damnum, si quod patiat, & proinde restituere tantum quanti valebat spes commodi, quod ex eius donatione, vel industria fuisset expectatum. Notandum tamen est, si Nouitium vel professus putetur fraudem satis aduertisse, tunc alterum ex iustitia non videri obligatum de istis damnis; quia non poterit dici fraus propriè fuisse causa egressionis, nec ipsa egressio censeri potest eis inuoluntaria propter aliquam ignorantiam. Similiter quidam probabiliter existimant, seductorem non amplius ex Iustitia teneri de sequentibus damnis, quando vim, vel fraudem amouit, & seductum sic restituit suæ libertati, interea temporis, dum illi adhuc integrum est redire. Ita Less. supra cap. 17. & alij, quia tunc non videtur alter censendus causa, quod Monasterium priuatur spe commodi, sed potius ipsemet, qui ex plena libertate non vult redire; secus si tunc ei non sit integrum redire propter impedimenta interiecta per egressum; immò si occasione violentiæ, vel fraudis factum sit, quod mutauerit omnino animum, videbitur seductor dicendus causa damni, non obstante quod vim, vel fraudem tempestiue remouerit, secus si ex aliis causis animum mutauerit.

Sed difficultas mouetur circa Religiosum profectum, quando quis eum sine vi, vel fraude ex monasterio seduxit, vtrum hic ex Iustitia teneatur Monasterio de eiusmodi temporalis commodi carere; vt si monasterio aliqui prouentus notabiles, aut elemosinæ soleant obuenire ex eius functionibus, vt ratione concionum, aut professionis litterarum, &c. quæ occasione eius absentia siue egressionis cessant, quidam non improbabiler id affirmant.

Sed pars negatiua magis communiter à Doctoribus tenetur, ita Sotus, Nauarra, Salonijs, & Malderus, quos citat, & sequitur Vvigers vbi supra.

An Episcopi possint condere leges Ecclesiasticas in sua Diocesi?

RESOLVT. XXIII.

Ad hanc questionem nouissimè sic respondet Constantinus à Castro Mortariano in Collect. Theolog. moral. tractat. 1. cap. 7. artic. 3. vbi sic ait; An Archiepiscopi, & Episcopi valeant in suis Diocessibus leges statuere non est ita certum. Nam negantem partem tueretur Medina in 2. part. 96. art. 5. dub. 2. conclus. 1. Gallego de cognat. Spiritual. cap. 2. r. num. 18. Manuel 1. rom. sum. 2. editio c. 237. num. 1. in fine. Arbitranturque nullo pacto posse Archiepiscopum vel Episcopum ex se solis condere leges absque consensu totius Synodi. Ratio

eorum est, quia Episcopus non est Superior in Synodo Diocesana: sed se habet ad illam instar Decani ad capitulum Ecclesie Cathedralis: Vnde Imol. lib. 2. Cod. gran. n. 22. de præbend. ad finem, docet Episcopum in Synodo Diocesana non definire, sed simul, cum illo alios non ibi congregatos habere suffragium decianum; ergo Episcopus ex se solo sine Synodo non habet potestatem condendi leges.

Affirmantem partem probabilior, ac communior tenent Thom. Sanchez de mat. lib. 8. d. 33. & alij apud ipsum, putantque posse Episcopum ferre leges, etiam independentem à consensu Synodi. Ratio singularis ipsius Sanchez est, quia solus Episcopus (inquit ipse) habet suffragium decianum in Synodo Diocesana, cæteri verò assident illi, vt Consilium præbeant.

His tamen non obstantibus (saluo semper, &c.) ego dicerem, Episcopum ex se, & independentem à Synodo habere quidem potestatem ferendi leges per modum præcepti, hoc est duraturas vita eius durante, non verò modum statuti, hoc est permanentes etiam post mortem ipsius, nisi sint acceptatæ in Synodo. Prima pars deducitur ex sexta conditione (superius art. 1. allata) ad valorem legis requisita. Secunda pars patet, quia æquum est, & rationi valde consonum, posse saltem independentem ea statuere, quæ ad bonum commune, salutemque animarum expediunt; Generales quoque Religionum, quæ à Summo Pontifice sunt approbatæ non possunt condere leges per modum statuti, id est obligantes etiam post mortem ipsorum, nisi accedat consensus Capituli Generalis, vel prouincialis, concurrente maiori suffragiorum parte: Prior pars patet ex probatione nostræ conclusionis de Episcopis quoad primam partem; Secunda pars est clara. Possunt tamen legem ferre per modum præcepti, &c. Patet ex probatione secundæ partis conclusionis nostræ de auctoritate Episcoporum aliàs esse nugatoria ipsorum auctoritas, si ex se non valent independentem præcipere saltem ea, quæ ad obseruantiam regulæ sunt commodata. Tum quia Religiosi Prælati obedientiam vouerunt, ergo, &c. Hucusque à Castro Mortariano.

Sed eius sententiam, sicut neque primam ego refellendas esse cenfeo, & secundam omnino tenendam esse puto; Dico igitur, quod Episcopi habent in sua Diocesi potestatem condendi leges, quæ totam Diocesim obligent.

Vbi aduerte non obligare eos, qui legitime per Superiorem potestatem sunt exempti iuxta modum exemptionis; item eos, qui præscriptione eam exemptionem obtinent. Vnde Religiosi priuilegiati huiusmodi legibus Episcoporum non obligantur, nisi quatenus per Superiorem iubentur eis parere, prout aliquoties constituitur in Concilio Tridentino.

Eas verò leges non possunt condere antequam sint consecrati, sed postquam sunt confirmati quia per confirmationem accipiunt iurisdictionem ad quam pertinet potestas leges condendi.

Dices, huiusmodi leges non solent extra tales Synodos ferri.

Resp. vt non soleant, non censentur per id Episcopi suæ potestati derogare, vel quasi præscriptione restringi.

Vtrum Episcopi hanc potestatem habeant immediate à Christo, an verò habeant à Pontifice cõtrouertitur, cuius resolutio pendet ex resolutione questionis

quæstionis, quæ petitur, quo iure Episcopi sint Superiores Sacerdotibus quoad iurisdictionem, de qua dictum est in materia de ordine. Constat si iure diuino habeant potestatem leges condendi, illos habere cum subordinatione ad supremum Pontificem, à quo dependent in sua gubernatione, & proinde iustis de causis Pontifex eorum facultatem potest restringere quoad materiam, & modos legem ferendi; immò potest impedire.

Dicendum est igitur Episcopos haberet potestatem iure ordinario condendi leges Ecclesiasticas in suis Diocæsis; Ratio est, quia Episcopi sunt Pastores ordinarij, & Principes Ecclesiæ post summum Pontificem, & idè ex vi sui muneris, egent potestate condendi statuta suis subditis conuenientia. At potestas, quæ conuenit alicui ex vi proprij muneris competit iure ordinario. Ergo, &c.

Vnde Sapientissimus, & amicissimus Arriaga in *curfu Theologia tom. 4. disp. 18. sect. 3. num. 39.* ex his infert; Primò posse à Pontifice aliquem erigi Episcopatum, in quem Episcopus non habeat ius ferendi leges, vel posse eam potestatem ei cum limitatione concedi, vt scilicet requiratur consensus capituli, aut etiam Cleri, & hoc minimum approbant illi, qui absolutè de facto illis negant eam potestatem sine consensu capituli, vt Panormitanus *cap. vlt. de offic. legati*, vbi citat pro se Ioannem Andream, & fauere videntur aliqua iura *cap. scilicet Nonit.* & immediatè sequens de iis, quæ fiunt à prælato, licet non expressè ibi de legibus agatur, sed in primo de electione Abbatis, & Abbatissæ, in secundo verò solum dicitur, non decere, vt Episcopus relictis capitularibus, aliorum consilia sequatur ad statuta consuecenda, per quod tamen non videtur insinuari inualiditas eorum.

Secundò infero, omnes Episcopos, qui de facto habent potestatem condendi leges, eam habere ex concessione summi Pontificis: Vnde ad dignoscendum, quantum illa potestas possit extendi, videndum est quomodo in particulari sit concessa addo tamen de facto, iuxta dicta supra, eos habere ordinariam potestatem leges ferendi, etiam si expressè illis non concedatur de nouo; vt constat ex *c. 2. de maior. & obed. c. 3. de consuet. in 6.* quod ita intelligendum est, vt etiam sine consensu capituli eas possint ferre, nisi fortè expressè ad id obligentur.

Exciptiantur tamen aliqui casus, Primus, si leges illæ oppositæ sint Pontifici; eo enim ipso nullæ sunt, quia inferior non potest quidquam contra Superiorem facere, vt per se notum est; id quod intelligendum est siue expresse, siue implicite contrariæ sint legibus Pontificiis, & iuri communi, quia neque indirectè, neque directè inferior potest contra Superiorem. Secundus casus est, si expresse Papa sibi reseruauit causas illas, aut materiam, vt videtur sibi reseruasse causas omnes grauiorès, & maioris momenti, vt cõmuniter docent Authores: ponuntur autem inter grauiorès, mutare quadragesimale ieiunium, vnam Ecclesiam alteri subicere, aut duos Episcopatus in vnum coniungere, vel è contrario, vnum in duos diuidere vel quæ pertinent ad nouam fidei declarationem, aut quæ concernunt statum vniuersalis Ecclesiæ v.g. continentia Sacerdotum, &c. Ego tamen hæc omnia exempla non censeo pertinere ad eam tertiam exceptionem, sed ad secundam; quod scilicet non possit

Episcopus quidquam contra ius commune, & contra leges ipsius Pontificis: etenim ieiunio quadragesimali est lex expressa Pontificis; Item de continentia Sacerdotum. Circa Episcopatus verò à fortiori id constat, quia eorum diuisio, & iurisdictione est à Pontifice, & non potest Episcopus alium loco sui Episcopum eligere: Item declaratio rerum fidei nullo iure ad Episcopum spectat; male ergo hi casus excipiuntur, vt reseruatiõis Pontificiæ, cum vel Episcopus independentè ab omni reseruatiõne accidentali Pontifici careat iure ad illos casus, vel illi sint expressè contra leges alias Pontificias, quæ illos concernunt: Sed quidquid sit, an sub hac, an sub illa exceptione, illi verè excipiuntur.

Quod verò dictum est de Episcopis, dicendum est etiam de Patriarchis, & Archiepiscopis; hi enim possunt in suis particularibus Diocæsis leges condere, quia illarum sunt Episcopi, extra autem illas, non possunt, nisi speciali iure, aut præscripta consuetudine, vel priuilegio apostolico eis concessum sit. Ita sumitur ex *Can. vsque ad Can. conquestiui 9. q. 3. & cap. duo simul de offic. ord.* ex quo inferitur, solum Archiepiscopum absque Concilio Prouinciali non posse statuta condere, totam Prouinciam obligantia.

Idem dicendum est de Abbatibus sæcularibus habentibus iurisdictionem Episcopalem in eorum Territorijs, seu quasi Diocæsi: hi enim possunt iure communi ordinario leges ferre suos subditos obligantes, nisi eis sit specialiter prohibitum; aut ex consuetudine, vel peculiari institutione requirant communitatis, vel capituli consensum. Ratio verò est, quia hæc potestas ferendi leges est iurisdictionis, & per se, ac iure ordinario cõiuncta est cum iurisdictione Episcopi.

Sed hinc oritur difficultas, an ad ferendas leges Episcopus teneatur adhibere consensum, vel saltem consilium capituli? Affirmatiuè respondet Pasqualigus in *Theol. tom. 1. disp. 50. sect. 8. n. 46.* & ante illum Merolla *tom. 2. disp. 1. cap. 4. dub. 3. diff. 2. num. 15.* Verum ego negatiuæ sententiæ adhaereo.

Dico igitur quod non eget Episcopus per se loquendo consensu capituli, vel Cleri, aut populi, vt ferat leges; sed potest illas ferre per se & independentè ab omni alio; cum habeat potestatem, & regimen quasi Monarchicum suæ Ecclesiæ, neque vllò iure siue naturali, siue canonico sufficienter probetur talis dependentia. Quod enim Panormitan. in *cap. final. de offic. leg. num. 6. offert ex c. nouit. & c. quando de his, quæ fiunt à Præl.* non probat vniuersaliter, vt ipse intèdit, quod Episcopi non possint facere vlla statuta sine consensu, vel consilio sui capituli, sed solù particulariter in certa materia, id est in negotijs ipsius Ecclesiæ quæ sine dubio non sunt tractanda, vel definienda ab ipso Episcopo sine cõsilio totius capituli, vel partis sanioris illius, vt dicitur *c. quanto cit.* Et idem est de institutione festi, quæ similiter ab Episcopo nõ est faciendæ sine consensu Cleri, & Populi *cap. 1. de consecr. disp. 3. & cap. final. de feriis*, quamuis iam quoad Populum id sit abrogatum consuetudine, vt notat Suar. *tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus festis cap. 1. n. 9.* & Azor. *par. 2. lib. 1. cap. 26. quest. 2.* extra hæc verò, quæ specialiter sunt determinata in iure, non esse definienda sine consensu, vel consilio capituli, vel Cleri à solo Episcopo, & quæ specialè rationem, aut necessitatem ad id præ se ferunt, liberè, & licitè potest Episcopus statuta, & leges per

per se condere, non requisito consensu, vel Consilio vllius alterius, vt notat Felin. *c. cum omnes num. 11. de consuet.* & communis sententia apud Suarez *lib. 4. de legibus cap. 5. num. 2.* Salas *de legibus disp. 8. sect. 7. numer. 41.* Valquez *1. 2. disputat. 153. cap. 2.* Bonac. *de legibus disput. 1. quest. 1. puncto 3. numero 24.* & Baldell. in *Theol. moral. tom. 1. lib. 5. disput. 5. num. 18.*

Vnde ex dictis patet responsio ad argumentum Pasqualigi, concedo enim per testes ab ipso adductos, Episcopum circa negotia Ecclesiæ debere requirere consilium capituli. Sed non video quo pacto ipse ex illis testibus, qui loquuntur in casu particulari, possit deducere generaliter, quod Episcopus in ferendis legibus, teneatur Consilium capituli requirere.

Notandum est tamen hic obiter, quod quæ dicta sunt de Episcopo respectu suarum Diocæsis, & legum, seu constitutionum eorum, dicenda etiam sunt de Cardinalibus respectu Ecclesiarum suorum titulorum, & de Legatis respectu Prouinciæ, in qua legatione funguntur: habent enim in illis non minorem potestatem Episcopali.

Itaque Legati, summi Præsules, seu nunciij Apostolici possunt in sua Prouincia leges, seu statuta facere, quæ mortuo ipso Legato perseverent, docet à summo Pontifice, vel habente ab eo potestatem, verbi gratia ab alio Legato potestatis æqualis reuocentur. *c. 2. & vlt. de offic. legati in 6. Suar. l. 4. c. 6. n. 4.*

An capitulum sede vacante habeat potestatem condendi leges pro tota Diocesi?

RESOLVT. XXI V.

Negatiuè respondet ex Glossa, Felino, & Maldero Pater Pasqualigus in *Theol. tom. 2. disput. 150. sect. 1. 2. num. 63.* vbi sic ait; Dicendum est Capitulum sede vacante non habere potestatem legislatiuam. Probat: Non est afferenda potestas legislatiuam in aliquo, quæ conueniat per communicationem, nisi constet fuisse communicatam. Nõ constat autem fuisse communicatam *capitulo sede vacante*, Ergo Minor probatur. Nam iura loquuntur solum de administratione Ecclesiæ, vt constat ex *cap. si Episcopus, de supplenda negligentia Prælatorum in 6.* & Trid. *sess. 24. cap. 16. de reformat.* Administratio autem non importat potestatem legislatiuam, sed tantum gubernatiuam. Confirmatur, sede vacante nihil potest innouare, quod præsertim verum est, si leges tenderent in præiudicium Episcopi, vt possunt tendere. Confirmatur secundò. Capitulum sede vacante non habet plenam potestatem Episcopalem *cap. 2. ne sede vacante*, ergo non potest ferre leges, quia ferre leges est actus magis supremus quam potestas, & idè in *cit. cap. 4.* Pontifex arguit, Capitulum non posse conferre beneficium, cum talis potestas non sit in iure expressa: Vnde cum neque sit potestas legislatiuam expressa in iure, non est concedenda capitulo, Ita ille: qui poterat etiam in sui fauorem adducere Salas *de legibus disput. 8. sect. 15. num. 86.* & Arriagam in *cur. Theol. tom. 4. disp. 18. sect. 4. num. 6.*

Probatur itaque hæc opinio primò, quia manifesti iuris est, sede vacante nihil esse innouandum,

scilicet *cap. 1. ne sede vacante*, Est autem satis notabilis innouatio, si capitulum possit leges Episcopi reuocare.

Secundò. Hæc potestas non videtur iure expressa, nec vsu recepta, atque adeò videtur subblata.

Tertio. Iurisdictione capituli sede vacante non est per modum status permanentis, sed per prouisionem, donec prouideatur Episcopus.

Quartò. Episcopi congregati possunt leges Prouinciales condere; igitur idem dicendum erit de capitulis, si omnes Episcopi moriantur, quod sanè certum est non posse. Hæc & similia videri possunt reddere illam sententiam probabilem.

Sed ego opinionem affirmatiuam sustinendam esse puto, quam tueretur Granatus in *part. 2. D. Thoma contr. 3. tract. 3. part. 1. disp. 3.* Baldellus in *tract. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 8. num. 7. cum sequent.* qui hanc sententiam vocat communem, Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 23. num. 22.* Præpositus in *part. 2. D. Thoma. quest. 95. disput. 1. dub. 3.* Martinel in *p. 2. quest. 91. art. 3. dub. 2. conclus. 16.* Antonius Escobar. & Mendoza in *Theolog. mor. lib. 5. sect. 1. cap. 2. num. 13.* Villalobos in *summa tom. 1. tract. 2. difficult. 2. nu. 11.* qui hanc sententiam communem vocat; idem docet Rocaful. *tom. 1. part. 3. lib. 7. cap. 8. num. 71.* Panormitanus *cap. cum olim, de maior. & obed. num. 54.* Felinus *can. cum omnes de consuet. num. 9.* Siluestr. *verb. capitulum. quest. 6.* Bonacina *disp. 1. quest. 1. punct. 3. num. 29.* Suarez *lib. 4. de legibus cap. 6. num. 14.* Pauin. *de potest. cap. sede vacante quest. 6.* & ratio est, quia capitulum sede vacante succedit in administratione temporalium, & spiritualium rerum totius Diocæsis, *cap. cum olim de maior. & obed. & cap. vnic. eod. tit. in 6. cap. si Episcopus, & cap. vlt. de supplenda neglig. præl. in 6.* & Trident. *sess. 24. cap. 16.* Sed administratio esse non potest sine iurisdictione. Ergo succedit in iurisdictione Episcopi. Ergo in potestate ferendi leges. Probo hanc consequentiam; quia fauor, & potestas restringi non debet sine manifesto Textu, & ratione; atqui nullus est Textus neque ratio firma denegans capitulo potestatem leges ferendi, & ex alia parte in generali administratione potest seruari proprietate verborum contineri. Ergo, & confirmo; Capitulum sede vacante præstat omnia officia iurisdictionis, quæ præstat Episcopus, nisi ei specialiter sit prohibitum, & sic dispensat in Irregularitate, in Denunciatiõibus matrimonij, in Interstitijs, in Illegimitate ad Ordines, & ad beneficium simplex, vt ex proprijs materijs constat, & tradit Bonacina, Salas & alij *supra*. Sed potestas condendi leges est potestas iurisdictionis, & ex alia parte non est denegata capitulo: ergo potest. Adde, exercitium huius potestatis non esse Ecclesiæ, neque Episcopo successori damnosum potius quam potestatem imponendi præcepta, quam nullus dubitat Capitulum habere, quia legem esse per modum statuti vel præcepti, parum Ecclesiæ interest dum durat præceptum; aduersante autem nouo Episcopo, iam liberum illi est statutum abrogare, si expediens esse non iudicat.

Confirmantur supradicta, quia potest occurrere necessitas corrigendi aliquas prauas consuetudines, ergo potest capitulum per leges pœnales tali necessitati prouidere, ergo erunt de se perpetua, quia hoc est de ratione legis. Neque in hoc potest esse aliquod graue præiudicium Communitatibus vel

vel Episcopi futuri; quia omnes fatentur, posse Capitulum sede vacante, generalia præcepta ferre pro tota Diocesi; quod ergo illa ferantur per modum legis, parum refert, habito respectu ad tempus vacationis Ecclesiæ, postquam autem Ecclesia habuerit Episcopum, ille poterit reuocare huiusmodi leges, ergo neque illi præiudicium fit, neque Ecclesiæ, cum per hunc modum illi sufficienter subueniatur, sicut subueniretur per simplicia præcepta generalia. Adde quod per simplicia præcepta non ita bene subuenitur; sicut subuenitur per leges, seu statuta, quia simplicia præcepta obligant tantum incolas: statuta verò obligant etiam aduenas, & peregrinos.

Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos tenet Merolla *tom. 2. disput. 4. cap. 4. difficul. 2. num. 147.* Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 3. n. 12.* Cardinalis Tuschus *tom. 1. littera C. conclus. 56. n. 10.* & alij penes ipsum.

Nec obstant argumenta in contrarium adducta, nam ad primum responderetur *capitulum primum ne sede vacante* citatum, non videri ad rem si bene consideretur, solum enim agi de separanda Abbacia quadam ab Episcopatu post mortem Episcopi, cui fuerat vnita, & quidem per Pontificem à quo id erat petitur, quod non concedit Pontifex, ne sede vacante quidquam ea in re innovaret, quod non videretur bene aptari ad præsens negotium.

Ad 2. Resp. sufficienter ostendi ex capitulis à nobis citatis, nec eam potestatem videntur amisisse per non vsu, quia non tenentur quolibet euentu omni potestate sibi competente, vt possint indicare non esse operæ pretium nec prudens pro tanto tempore quidquam innovare. De cætero, quod capitulum sede vacante absoluat ab excommunicatione pater ex *cap. vnico de maior. & obed. citato.*

Ad tertium Resp. id non impedire quo minus id possit, cum sit illi iure concessum.

Ad quartum dico, non ita esse certum vtrum id non possit, quod si non possit dicendum id fieri, quod Pontifex non censetur id consentire, quia nullo modo est conueniens. Quaranta in *summa bullar. verbo, Concilium provinciale, asserit ante Conc. Trid.* Capitulum Metropolitanum potuisse Concilium provinciale celebrare. Ex his etiam inferitur responso ad ea, quæ in fauorem suæ sententiæ adduxit Pasqualigus *vbi supra.*

Ex his inferitur Capitulum sede vacante posse leges latas ab Episcopo prædecessore abrogare; neque hoc obstat Textui in *cap. nouit, ne sede vacante*, quia ibi solum dicitur, ne sede vacante aliquid de bonis pertinentibus ad Ecclesiam, & dignitatem Episcopalem innovetur; sicuti neque Episcopus Ecclesiæ vocantis sibi subiectæ alienare potest *cap. si quis Episcopus 10. quæst. 2.* Non tamen aliquid dicitur de innovatione legum, quapropter immeritò nomen status Episcopi, mutauit Felinus in statum.

Nota etiam hic obiter, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis etiam viuente Episcopo posse absque eius consensu leges, & statuta ferre obligantia suos capitulares in his, quæ pertinent ad rectam, & ordinariam gubernationem Ecclesiæ, quia absque Episcopo in his rebus procedunt. Ergo signum est habere in illis iurisdictionem, atque adeò imponere posse leges, seu præcepta; Nam gubernatio sine vi coactiua fieri rectè non potest, & colligitur ex *cap. cum omnes de constit. vbi supponi videtur posse Canonicos irrequisito Episcopo ius in se ipsos statuere, quia tamen ius quod ibidem statuerunt,*

omnibus commune non erat, idè à Papa reuocatur: in rebus autem grauioribus, quales sunt abrogatio aliquarum constitutionum, & alienatio, vel venditio alicuius fundi, necessarius est consensus Episcopi, & sæpe Pontificis, ex *cap. cum accessissent de constit. & ita tenet Panormitan. cap. cum omnes num. 4. & Felinus ibi numer. 8.* Glossa *cap. 2. verbo statum de verbor. significat. in 6.* Siluestr. *verbo lex. quæst. 4.* Salas *disput. 8. sect. 16. num. 84.* Bonacina *disput. 1. q. 1. part. 3. num. 31.* Suar. *lib. 4. de leg. cap. 6. num. 11. & 12.*

An potestas legislatiua Ecclesiastica sit fœminis delegabilis?

RESOLVT. XXV.

Negatiuam sententiam ex Victoria, & Soto docet Pasqualigus in *Theolog. tom. 2. disputat. 50. sect. 15. num. 79.* quod probat, nam in Ecclesiæ institutione mulier exclusa ab omni Ecclesiastico officio; ergo non potest illi delegari potestas legislatiua. Antecedens desumitur ex illo 1. ad Corinth. 14. *Mulieres in Ecclesia taceant;* nõ enim permittitur eas loqui sed subditas esse, sicut lex dicit, si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent, turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Et hoc est de iure diuino; Nam subdit Apostolus, *cognoscant quæ scribo, quoniam Domini sunt manibus data, & 1. ad Timoth. 2. Mulier in silentio discat cum omni subiectione.* Docere autem mulieri non permittitur, neque dominari in virum, sed esse sub silentio; Conseq. probatur. Non potest Pontifex inuertere ordinem institutionis Ecclesiæ, cum sit talis ex ordinatione Christi, ergo.

Dices solum sequi, quod non possit mulier docere, & exercere actus publicos iurisdictionis spiritualis ex officio, non autem ex delegatione. Contra, si ex delegatione ferret leges, adhuc faceret actus prohibitos secundum institutionem Christi; Nam loqueretur in Ecclesia, & doceret, quia lex est loquutio, & doctrina dirigens circa agenda. Secundo; secundum institutionem Christi mulier coarctatur vt sit subdita, & non dominetur in virum; si autem ferret leges, egrederetur terminos subiectionis, & dominaretur in virum.

Verùm his non obstantibus ego affirmatiuæ sententiæ adhaereo, hanc sententiam ex Bonacina, & Salas docet amicissimus, & doctus Pater Nicolaus Baldellus in *Theol. moral. tom. 1. lib. 5. disp. 6. num. 11.* vbi quaerit, vtrum saltem de potestã absoluta possit mulieri delegari iurisdictione Ecclesiastica ad ferendas leges, quæ obligent per se ad mortale, & ad præcipiendum directè in virtute Sanctæ obedientiæ, & responderet probabilissimum esse posse quod possit; sic enim quod possit illi comunicari iurisdictione ad ferendas censuras, sicut & potest de potentia absoluta comunicari laico admittit Palud. in *4. d. 19. qua. 2. art. 1. ad. 5.* Nauar. *conf. 73. de sent. excomm. lib. 5.* Suar. *de censuris disp. 2. sect. 3. num. 7.* Henriquez *lib. 13. cap. 24. num. 1.* Sayr. *lib. 1. Theaur. cap. 5. num. 17. & lib. 4. capite 2. numero 10.* Salas *disput. 8. cit. d. capite legibus sect. 19. num. 94.*

Et quemadmodum cum muliere, quæ polleat sapientia & sanctitate, potest dispensari, vt publice, & in Ecclesia doceat, vt de facto fuit dispensatum cum Sancta Catharina Senensi, quæ dicitur non semel habuisse sermonem ad Papam, & ad Cardinales

Cardinales; Ita etiam potest dispensari, vt leges Ecclesiasticas condar, & præcipiat v. g. aliquod festum, vel ieiunium etiam directè sub mortali, cum præsertim oppositum non sit posituè, de iure diuino, neque hoc sit actus ordinis, vt est v. g. confessiones audire, & Sacramentaliter peccata absolueret, quod *capit. noua de pœnit. & remis.* specialiter dicitur esse absonum, & absurdum vt fiat ab Abbatis; eo quod Clauis regni Cælorum neque etiam Beatissimæ Virgini datæ sunt, quamuis aliqui dignissimæ atque excellentissimæ super vniuersos Apostolos.

Et idè nostram sententiam, præter Salas, Bonacina, & Baldellum tenent etiam Castrus Palau *tom. 1. tr. 3. disp. 1. conclus. 23. n. 31.*

Sed si aliquis curiosus quaerat, si Regnum aliquod, vel Principatus pertineat ad Regnam, eaque nubat, ad quem pertineat leges condere: Varij fusè id disputant.

Sed dicendum cum plerisque pertinere ad Regnam; ad virum autem non nisi de assensu Reginae.

Prob. ad eum pertinet leges condere, & Regnum administrare, cuius est dominium, dominium autem est Reginae; illius igitur est potestas leges condendi, & adeoque ad eam pertinet condere leges; Nec refert quod maritus vocetur Rex, & honoretur tanquam Rex, quia potestas leges condendi non sequitur titulos honoris, sed solum ius dominij, & Regni, quod est penes solam Reginam.

Obiicies, vir est caput mulieris, igitur illius est leges condere; non verò mulieris.

Resp. Neg. conseq. in nostro casu, & dico virum esse caput mulieris quoad rem æconomicam, & familiæ administrationem, mulierem autem posse esse caput viri quoad politicam administrationem, quod satis patet, quia nullus negare potest eam esse caput politicum ciuium si maneat in nupta.

Et hanc sententiam docet Præpositus in *part. 2. D. Thome. q. 95. disput. 1. dub. 3.*

An mulier sit homo?

RESOLVT. XXVI.

Risisti-ne? Enigma dissoluam, quod pro praxi satis necessarium esse videbis. Quæro igitur sicut fœmininus sexus masculino continetur, an quoque hominis appellatione contineatur fœmina? Respondeo, quod hoc in dubium reuocauit Iacobus Cuiacius, quinimò serio affirmauit appellatione hominis non contineri fœminam, motus autem fuit *l. 38. §. qui abortiois ff. de pœnis*, in qua hoc asseri videtur, quod fœmina homo non sit, cum homini illi opponatur, verba textus istius hæc sunt: *Qui abortiois, aut amatorium poculum dant, et si dolo non faciunt; tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte honorum, relegantur, quod si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiantur.* Ex hac igitur oppositione infert Cuiacius, & alij nonnulli ipsum secuti, mulierem non esse hominem, nec hominis appellatione comprehendit.

Sed tamen grauius errat Cuiacius, cum textu iuris euidentissimo doceri possit, fœminam hominem esse; Nam in *l. 152. de verb. significat.* ait Gaius, hominis appellatione tam fœminam, quam mascululū

contineri non dubitatur, quibus verbis significat I. C. fœminam non minus esse hominem atque mascululum, & hoc adeò esse certum, vt de eo non dubitetur.

Ad *d. l. 38.* responderetur, hominem ibi non opponi mulieri, sed cum illic agatur de duobus poculis amatorio, & abortiois, subiecti per relatione poculo abortiois mulierem, quæ sola abortire potest: poculo vero amatorio hominem, vtrumque sexum comprehendentem, cum certum sit vtrique sexui hoc propinari; nam per hominem intelligitur is qui in vtero est, de quo nondum constat an masculus sit futurus, an fœmina, quique tam facile possit nasci fœmina quam masculus, vt proinde hic ipse textus rectè consideratus sententiam nostram perspicuè demonstrat, atque euincat & fœminam in iure hominem appellari.

Itaque generaliter receptum est, masculinum concipere fœmininum *l. qui duos 60. in fine ff. de legat. 3. l. inter stuprum 101. ff. de verb. significat.* cum alijs adductis per Franc. Molin *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 16. à princ.* Quod alij ex propria significatione, vel ex interpretatione comprehensione venite tenent, vt per gloss. in *lib. 1. ff. de verb. significat.* Rimin. *Jun. conf. 737. num. 4. l. 7.* Alexand. *conf. 55. col. ult. vers. præterea illa verba lib. 3. & conf. 17. col. 3. vers. quarto quia lib. 7.* Bero. *conf. 113. numero 1. lib. 2.* Cephal. *conf. 484. num. 32.* Angulc. *conf. 64. n. 2. lib. 6.*

Hinc in constitutione odiosa, & pœnali continente odium rationabile sub masculino, fœmininum comprehenditur, Tiraqu. in *tract. de viroque veterat. part. 1. §. 1. glos. 9. num. 233.* tum quia etiam in pœnibus dispositum de masculis regulariter ad fœminas extenditur, Bal. *l. ne passim. 13. C. de iur. & fact. ignor.* Hyppolit. de *Matril. l. si quis viduam 5. num. 5. cum sequen. ff. de question. Idem Hyppolit. l. 1. num. 261. cum 8. sequentibus C. de rapt. virg.* vtque adeo, vt etiam pœna *l. quisquis 5. C. ad l. lul. maiest.* licet illa lex vtatur termino masculino, in fœminis locum habeat gloss. *d. l. quisquis §. ad filias, & ibi Iacob. But. Bald. Alberic. Oldrad. Petr. Cyn. Hieron. Gigas tract. de crimin. l. 1. Maiest. rub. de pœn. committ. crim. l. 1. maiest. quæst. 15. num. 7. rubric. de pœnis quas filij incurrunt. pater committente crimen l. 1. maiestatis quæst. 17.* Angel. in *tract. de malef. ver. & huius tractata l. tua Paria, vers. & aduertendum est, Angel. §. interdum infit de hered. quæ ab intest. deferunt;* Vbi attestatur hanc opinionem communiter receptam, tum quia hoc casu contrarium in fœmina statutum non reperitur, & certum est, quod fœminæ regulariter vtantur eodem iure quo masculi, nisi tantum in casibus specialibus in iure expressis. Hoc tamen fallit in illis casibus in quibus inter fœminam, & masculum ratio diuersitatis assignari potest: Ideoque iudico, licet Vassallus habens rem cum vxore, matre, filia vel sorore domini, feudo priuetur, Vassallum tamen habentem rem cum marito, patre, filio, vel fratre Domini, feudo non priuetur; quia hoc casu maxima diuersitatis ratio militat. Secundò hoc fallat vbi agitur de odio irrationabili; Cùm itaque irrationabile sit, quod filius innocens propter delictum patris plectatur, Ergo iudico consuetudines feudales disponentes, quod propter feloniam Vassalli, filij feudo priuentur, non extendi ad Vassallam fœminam eiusque liberos; Et confirmatur ex eò, quod aliqui Doctores tradunt, licet pœna *d. l. quisquis C. ad l. lul. maiest.* de masculo loquentis, etiam extendatur ad fœminas delinquentes, hoc tamen habere locum tantum quoad

N puniendum

puniendum ipsas delinquentes, secus autem esse quoad poenam liberis infligendam. Oldr. d. l. quifquis, ibi Albertic. de Rosat. n. 4. Salicet n. 9. C. ad l. Jul. maies. Hieron. Gigas in traët. de Crimin. l. se maies. rubric. de poenis quas filij incurrun. p. a. com. mittente crimen l. se maies. q. 17.

Vnde ex his ego olim interrogatus, an in legato relicto filiis v. g. Perti, comprehenderentur filiae foeminae; Respondi affirmatiue, ex regula quod nomine filiorum, filiae etiam continentur.

Quomodo probetur aetas minorum ad gaudendum beneficium restitutionis in integrum.

RESOLVT. XXVII.

Suppono hoc loco iuxta c. auditis de in integrum restitutione, est reducere aliquem in eum statum, in quo erat ante laesionem. In iure ergo minoribus duplex priuilegium concedi solet; Alterum, vt quando contractum celebratum cum aliquo suo incommodo, possint illum rescindere, tanquam initium, & non obligantem, in l. de inutil. stipular. §. 1. secundum priuilegium est restitutio in integrum id est in pristinum ius, & statum; ita vt si ipsis forte expediat propter laesionem, rescindantur contractus validi, qui cum ipsis celebrati sunt, vel certe aequetur rei pretium, si in pretio laesi sunt tam infra, quam supra dimidium, modò laesio notabilis sit; Ita explicat Menoch. de arbit. l. 2. centur. 1. cas. 75, & alij. Grauitas autem aut leuitas laesionis attendi solet respectiue ad solam quantitatem de qua agitur; in re enim centum nummorum grauis est laesio in decem nummis; si tamen res esset mille nummorum, non esset grauis quantum ad externum forum, vt rescindantur lites. In foro tamen conscientiae facienda esset ea restitutio; nisi remittatur liberaliter, aut praesumatur remissio. Ita Molina. disp. 573. num. 10. Rebell. lib. 1. de contract. quaest. 8. sect. 5. num. 49. & 52. & alij quos referunt. Haec autem laesio non tantum spectari debet in damno emergenti, sed etiam in lucro cessante. Modò videndum est, cui competat remedium restitutionis.

Respondeo, Priuilegio restitutionis in integrum gaudere minores, Ecclesiam, loca pia, & Rempublicam, gaudere etiam debet homines rudes, & mulieres, quae ignorant iura. Vltius etiam filij familias quoad contractus onerosos, vel lucrosos de licentia Patris celebratos, vt ad sororam dotes, vel ad alias similes causas. Insuper vt notabam, milites pro eo tempore quo in militia sunt, & qui Reipublicae negotia gerunt. Contra quos omnes non currit praescriptio de tempore restitut.

Eodem modo gaudet Princeps supremus quoad bona suae Coronae, & Fisco pertinentia, quia reputantur esse bona Reipublicae, vt colligitur ex dicta republica, & leg. rempublicam C. de iur. reipublica, lib. 11. & leg. fin. tit. 19. part. 6. Praeterea eodem fruuntur vniuersitates scholasticorum, & merito cum plures minores sub se contineant, vt docuit Panormitan. in c. 1. de in integrum restitut.

His suppositis circa superius dicta aliqua curiosa, & practicabilia discutienda sunt; & circa aetatem minorum; Nam dico minoribus 24. annis Praetor in integrum restitutionem pollicetur, si iudicij imbecillitate lapsi perhibentur. Minoribus inquam 25. annis adeò vt extremus dies 25. & hora eius vl-

tima à momento in momentum computetur, ac restitutioni locum faciat.

Quamuis enim aliàs dies anni vltimi postremus coeptus pro completo habeatur, l. o. ff. de muneribus, & honoribus. leg. 74. §. Fabius. §. ad S. C. Trebell. tamen in loco res secus sese habet leg. 3. §. minorem tert. ff. de minoribus, l. fin. C. de temporibus in integrum. Et ratio haec est, quod in edicto Praetoris non simpliciter dicatur, quod cum minore 25. annis gestum est; sed quod cum minore 25. annis natu gestum est; hoc autem verbum Natus, siue natiuitas, significat momentum nascendi; accedit etiam fauor minoris, qui suadet extendi potius, quam restringi tempora minorennitatis propter beneficium restitutionis, quod aetati huic tributum est.

Sed difficultas est, an ad probandam aetatem minorennem standum sit assertioni parentum? affirmatiue respondet Menochius d. cas. 116. Mauritius de in integrum restitut. c. 3. 17. Bartol. ad l. etiam, ff. de probatione. Idque stabiliri opinantur l. 16. ff. de prob. vbi Terentius Clemens etiam matris (inquit) professio filiorum recipitur; sed & aui recipienda est.

Et in l. 1. C. si minor se maior. dixerat, itidem talis professio parentum de liberorum aetate pro iusta, ac legitima probatione admittitur.

Sed contra hanc sententiam facit, quod nulla in causa probatio suspensa admitti debeat, atqui parentum testimonium in causa liberorum est suspectum §. 9. & seq. 1. de testam. propter affectionem, qua liberos suos prosequuntur, & propter arctissimum necessitudinis vinculum, quo liberis copulantur parentes. Vnde etiam in l. parentes 6. Cod. de testibus, parentum testimonium in causa liberorum simpliciter improbat, & l. Testes ff. de testibus: Testis idoneus pater filio, aut filius patri non est.

Et quamquam Ioan. Mauritius ad haec leges respondeat, fauore speciali minoris aetatis receptum esse, vt ad eius probationem admittantur parentes eius, aut specialitatis rationem esse, quia praesumantur parentes ex mente, & intentione legis perfectius, imò verius aetatem nosse quam alij, arg. l. de tutela Cod. de restitut. in integrum.

Sed tamen haec responsio neruam argumenti propositi non infringit, quandoquidem praesumptio ista legis non vt oportebat, probatur, & tanquam fortassis patentibus de veritate in proposito melius constare possit, quam aliis, periculum tamen subest, ne in gratiam liberorum veritatem occultent, ac falsum deponant testimonium, quo pars aduersa non parum grauetur; Quod sanè eo magis hac in causa praecauendum, cum sit praedicialis, atque aliis causis, & quaestionibus praedicialium faciat.

Nec obstant Textus paulò supra adducti, loquuntur enim de quauis parentum assertioni; sed de parentum professionibus; etenim sic constitutum moribusque apud Populum Romanum erat receptum, vt qua die filius nascebatur, ab ea parentes intra 30. dies apud acta profiteri necessum haberent, quo simul de statu illorum, & de aetate constare posset. Huiusmodi igitur professio, & publica assertio parentum de aetate liberorum admittitur ad aetatem probandam, quia has professiones ab omni suspitione falsi vindicat tempus, quo eduntur, nam quo tempore parentes liberos sibi natos apud acta profitentur, nondum vlla lis est cum liberis, nec sciunt parentes vtrum haec professio liberis nocitura sit, an profutura, & si profutura, quibus in causis, & quando profutura sit; vt non possint dici patres aliquod commodum inde captare liberis, aut reliquos velle laedere. Omni igitur suspitione hinc

hinc remota, meritò placuit his professionibus fidem haberi, quod tandiu faciendum est, donec contrarium fuerit probatum.

Concedo tamen, his non obstantibus, quod liberis, in quibus parentes describunt, & annotant liberorum natales, probatur aetas, & quidem plenè, Maur. de rest. in integ. c. 3. 20. Menoch. l. 2. praesumpt.

Fundamentum huius extat in l. 2. §. 1. ff. de excusat. vbi Modestinus scribit, aetatem probari, aut ex natiuitatis scriptura, aut aliis demonstrationibus legitimis; per scripturam natiuitatis proculdubio intelligitur liber parentum, in quem natiuitatem liberorum annotant.

Nec obstat ei, quod supra de testimonio parentum super aetate liberorum deponentium, dictum est, quod videlicet non valeat, nec vllam fidem, vel auctoritatem mereatur.

Siquidem quae res professioni parentum fidem conciliat, eamque ab omni suspitione liberat, ea quoque scripturae huic parentum auctoritatem impetrat: Siquidem eo tempore, quo in scriptura ista natiuitas liberorum à parentibus annotatur, sciri non potest vtrum falsa aetatis annotatio aliquando profutura, an verò obfutura sit liberis. Proinde quia tam nocere quam prodesse potest falsa aetatis annotatio, idcirco non praesumantur parentes contra veritatem id scripsisse, vt quos nulla alia ad id trahat affectio, quam vt quandoque possit eis esse solatio si in memoriam aetatem filiorum reduxerint. Diuersa itaque ratio est testimonij, siue assertionis parentis, & liberorum, in quos suorum filiorum natiuitatem consignarunt: hi enim comparantur professioni parentum, non etiam testimonio, seu assertioni eorum.

Ceterum Iacobus Menoch. d. praesumpt. §. 1. n. 10. scripturam huiusmodi parentum non plenè, nec verè, sed duntaxat praesumptiue probare natiuitate liberorum statuit: praesumptiue idcirco, quia verisimile non sit quod pater, mendacium scripserit, quippe, quod nulla tunc subsuerit causa, quae impellere potuerit eum aliter scribere, quam ipsa veritas: plenè autem idcirco non probare, quia iure cautum non sit tantum fidei esse illi scripturae tribuendum. Et dict. l. secund. ff. de excusat. tutor. interpretatur de publicis professionum tabulis, in qua scilicet professio parentum de aetate suorum liberorum relata fuerit apud acta.

Sed in memoriam sibi reuocare debebat Menochius, quod 2. arbit. l. d. q. 116. monuit, quia probatio natiuitatis difficilis admodum sit probationis; Idcirco ad eam probandam admitti probationes alias impotentis.

Quae omnia à fortiori procedunt, quando aetas minorennis probatur ex libro paraciali, in quem Parochus referre solet nomina, & cognomina eorum, qui ab eo baptisma suscipiunt, quod esse certissimum aetatis testimonium ait Ioann. Maur. d. tr. c. 3. 21. quandoquidem exinde nulla fraus resultare possit, cum id hac praecipue intentione agant Plebani, vt sciant quosnam parochianos habeant, & vt incidenter de aetate eorum pateat: qui cum nihil utilitatis, aut commodi pecuniarij sint ex eo assecuturi, praesumantur verè aetatem descripsisse.

Nota hic obiter, quod olim interrogatus, an qui in loco domicilij volebat suscipere sacros ordines, & nimis distaret à loco originis, in quo natus erat pro habenda fide Parochi de aetate, An inquam Episcopus potuisset illum ordinare, si eius parentes de necessaria aetate deposuissent. Et affirmatiue respondi.

Anton. Diana Pars XI.

Nec obstant superius dicta de patentum assertioni, nam in isto casu non aderat damnum tertij, neque praesumendum aut timendum erat, parentes voluisse deponere falsum, nam redundaret in damnum filij, qui in suspensionem incidebat, & postea si celebrasset, in irregularitatem, & ab Episcopo seuerè puniendum esset. Ergo, &c.

Accedit, quod opinio cui ego superius non adhaesi, suam habet probabilitatem, & illam praeter alios tuetur Hieronymus Teutlerus in disp. select. vol. 1. disp. 11. Thest 8. vbi sic ait; Tertio edicit Praetor de Minoribus, quos ob inconsultam aetatis facilitatem lapsos vel circumscriptos mero officio in pristinum statum reponit; siue Patresfam. sint, siue filijfam. siue masculi, siue foeminae, in hac omnium primò aetas probanda venit, circa quod, assertioni obstetricum consanguineorum, vicinorum, imò & parentum statum; Libri quoque in quibus parentes filiorum natales describunt, multoque magis paraciales probant. Ita ille.

An restitutio in integrum competat minoribus etiam post Annum 25.

RESOLVT. XXVIII.

Respondeo hoc restitutionis beneficium perferuare quadriennio post completam minoris aetatem, iuxta l. fin. C. de temporibus in integrum restitut. l. 8. tit. 19. p. 6. comparatione inquam contractuum, qui tempore minoris aetatis celebrati fuerint, vt deciditur leg. si minorem C. de in integrum restitut. l. 2. regia tit. 19. p. 6. & pluribus firmat Anton. Gomez t. 2. de contract. c. 14. n. 7. Molina d. disp. 573. vers. porro remedium.

Hoc autem quadriennium datum ad restitutionem in integrum petendam, vtile esse debet, ita vt si toto quadriennio, vel parte impeditus fueris, vel ob aduersarij malitiam, vel ob tui absentiam, aliudve impedimentum ex illo non est computatio quadriennij facienda, sed eo deducto addi debet quantum necessarium fuerit, vt quadriennium habile enumeretur, vt colligitur aperte ex cap. 1. & 2. de in integrum restitut. & leg. fin. §. fin. C. de temporibus in integrum restitut. Regula namque iuris aperta est, impedito legitime non currere tempus iure definitum.

Quando verò dubium fuerit an quadriennium transierit opponenti se restitutioni incumbit probatio, quia petens restitui suam intentionem habet fundatam; Secus verò eum dubium est, an contractus tempore minoris aetatis celebratus fuerit, nam eo euentu petenti restitutionem probatio incumbit, vt potè suae intentionis fundamentum. Sicuti habetur in l. si minorem inuncta Glossa fin. ibi C. de in integrum restitut. & l. 2. reg. tit. 19. p. 6. Semper namque petens restitutionem probare debet tempore minoris aetatis contraxisse, & ex eo contractu, attentis circumstantiis laesum notabiliter esse, sicuti notauit Molina d. disp. 573. vers. porro, & vers. ad eum.

Sed ex his oritur difficultas à nostris Theologis non tacta, vtrum praedictum quadriennium detur restitutioni duntaxat petendae, an etiam finitidae, Donellus lib. 21. cap. 10. Fornerus rerum quosid. §. in fine, & alij nonnulli statuunt sufficere si intra quadriennium postulata fuerit in integrum restitutio.

Sed Duarenus in loco supra citato arbitratur, quadriennium illud Iustiniani constitutione praefixum esse non modo petendae, sed finitidae quoque in integrum restitutioni, idque hisce de causis.

N 2 Primò

Primò Quia Iustinianus *in dicta l. fin.* expressè continuum quadriennium obseruandum ait ad interponendam contestationem, finiendamque litem, quibus verbis luculenter vtrique docet Iustinianus, quod intra quadriennium & petenda, & terminanda sit in integrum restitutio.

Et quamquam non desint, qui textui manum admoueant, & pro finiendam legant *ineundam*, Item *inchoandam*; quia tamen omnium Codicum constans lectio huic emendationi refragatur, ideo non facillè recipienda erit.

Secundò. Accedit ad huius confirmationem etiam textus in *Clementin. unic. de rest. in integrum*, ubi Clemens Pontifex ab Ecclesia aduersus lapsum temporis, in quo se læsam affirmat, in integrum restitutio peti potest, & causa huiusmodi restitutionis finire debet intra quadriennium continuum à tempore læsionis, etiam si minus quadriennium tempus læsionis existat.

Tertiò. Quin etiam sententiam hanc veteribus legibus (à quibus *d. l. fin.* non præsumitur recessisse, nisi id manifestè appareat argum. *l. præcipimus C. de appellat.*) consentire exinde apparet, quòd olim annus utilis dabatur non tantum ad incipiendam sed ad finiendam quoque litem, *l. 39. ff. de minoribus leg. 5. & 6. C. de temp. in integrum*. Quocirca cum in huius utilis anni locum successerit quadriennium continuum; Idem quoque de eo asserendum videtur, quòd nempè num tantum ad petendam, & incipiendam, sed ad peragendam restitutionis litem concedatur.

Deinde vtrum non reclamante, nec prohibente aduersario, etiam post quadriennium elapsum fieri possit in integrum restitutio controuersum est.

Pro negatiua opinione facit primò, quòd tempus quadriennij præscriptum, & præfinitum sit à lege, fas autem non sit à forma præscripta à lege recedere.

Secundò, quòd restitutio sit aduersus ius commune; igitur restitui potius quam ampliari, & extendi debeat argum. *l. quod verò ff. de legibus l. quod contra ff. de reg. iuris*.

Ego verò affirmatiuæ sententiæ adhæreo, nam quilibet iuri pro se introducto renunciare potest, vel expressè, vel tacitè *l. penult. de pactis*, atqui in fauorem eius, aduersus quem restitutio petitur, receptum est, vt intra quadriennium peti debeat restitutio, nec eo elapso, amplius postulari, debeat, igitur huic fauori suo potest renunciare, ac permittere vt tempus restitutionis prolongetur, & post etiam quadriennium petatur: id quòd facere videtur dum sibi exceptionem, qua aduersarium, post quadriennium restitutionem petentem repellere possit, competere sciens, ea non fuit usus.

Accedit, quòd in *l. 6. C. de temp. in integr.* petente actore non dilatetur, vel prorogetur quadriennium, petente autem reo prorogetur: Itavt talis prorogatio prosit quoque actori. Cui sanè consequens est, quòd si actori consentiat reus, & prorogationem fieri permittat; tunc etiam post quadriennium peti possit restitutio. Nihil tamen refert expressè an tacite consentiat reus.

Nec obstat argumentum adductum pro negatiua sententia: nam responderet, si forma à iure præscripta rem alicuius familiarem spectet, tum ab ea, consentiente, & volente eo, ad cuius utilitatem pertinet, recedi posse arg. *l. 7. §. 14. ff. de pact.* in proposito autem forma petendæ restitutionis quoad temporis definitionem præscripta in *l. fin. C. de tem.*

in integr. rest. rem familiarem, atque fauorem, & utilitatem eius concernit, aduersus quem restitutio petitur; Itaque ab hac forma ipso consentiente expressè, vel tacitè recedi potest.

Et tandem difficultas est, vtrum si minore tempore quadriennio quis læsus sit, quadriennium nihilominus ad restitutionem concedatur? vt puta rem meam mobilem possidisti per triennium, & vsu cepisti, me ex iusta causa absente, quaeritur hinc, quia tempus læsionis est duntaxat triennium, an ad restitutionem triennium, an verò quadriennium mihi concedatur? Et quòd tantum duntaxat temporis, quantum est ipsum læsionis tempus concedatur, & non quadriennium, si illud minus est quadriennio, tenuit Iason, & Bartol. qui potissimum moti fuerunt *l. 1. parag. conditionalis ff. qua in fraud. credit.* vbi disponitur, omnia in statum pristinum reponi, & si conditionalis fuerit obligatio cum sua conditione, sin verò in diem, cum eadem die esse restituendam; si autem talis esset, cuius dies finiretur, restitutionem intra tantum tempus postulandam, quòd superest obligationi, non vtrique intra annum.

Secundò. Suam præterea sententiam probari putant, eo quòd in *l. 26. parag. 8. ff. ex quib. causis minor.* vbi dicitur: Quoniam per absentiam, quia non toto tempore aliquem exclusit; vt si rem tuam possederim vno minus die statuto in vscapionibus tempore deinde Reipublicæ causa abesse cœperim, restitutionem aduersus me vnus diei faciendam.

Verum hæc Iasonis, & Bartoli opinio mihi non placet; dico itaque quòd etsi tempus læsionis minus sit quadriennio; tamen ad petendam restitutionem quadriennium dari.

Primò, Quia hoc prope disertis verbis scriptum est in *Clement. unic. de rest. in integr.* in qua expressè, & ad litteram disponitur, Ecclesiam toto quadriennio posse restitui: etiam si ipsum læsionis tempus minus quadriennio extiterit. Verba Pontificis hæc sunt; Ab Ecclesia aduersus lapsum temporis, in quo se læsam affirmat, in integrum restitutio peti potest, & restitutionis huiusmodi causa finire debet intra quadriennium continuum à tempore læsionis, etiam si minus quadriennium tempus, læsionis extat, sed non fiat restitutio, nisi ad tantum tempus, quantum se læsam probabit.

Equidem Bartolus ad hoc fundamentum respondet; Singulare esse in Ecclesia, quòd si minus quadriennio sit tempus læsionis, tamen quadriennium ei ad restitutionem petendam indulgetur, proinde existimat specialitatem hanc arguere ius commune esse in contrarium, arg. *l. 1. ff. ad municip.*

Sed hoc ipso manifestè petitur principium, quòd tanquam verum & indubitatum præsupponitur à Bartolo, specialiter in Ecclesia receptum esse, quòd de ea in *d. Clement. unica* disponitur.

Secundò. Accedit, quòd in *l. fin. C. de temp. in integrum restit.* à Iustiniano Imperatore præfixum est quadriennium petitioni restitutionis in integrum, nulla penitus facta distinctione læsionis maioris, siue minoris temporis; hinc igitur dicendum semper, & indistinctè restitutionem intra quadriennium posse peti, siue maius, siue minus fuerit tempus læsionis quadriennio.

Quæ verò in contrarium à Iasone, & Bartolo adducuntur, exigui sunt momenti, non enim allegatæ leges loquuntur de tempore ad petendam in integrum restitutionem competente, sed de tempore per restitutionem in integrum restituendo, & hoc solum volunt, quòd restitutio non plus temporis reddat

reddat, quam læsio abstulerit; Sed si vna fortassis die aliquis lusit sit, tunc ad vnam diem restitui possit, sic tamen vt eius diei restitutio intra quadriennium continuum postulari queat.

An beneficium restitutionis in integrum competat minoribus, fideiussoribus, vel consortibus eiusdem litis?

RESOLVT. XXIX.

Quoad primum respondeo negatiuè; probatur permissimè ex *l. 1. §. 1. ff. de minoribus*, vbi ita scribitur: In causæ cognitione verfabitur vtrum soli ei succurrendum sit, an etiam his, qui pro eo obligati sunt, vt puta fideiussoribus; Itaque si eum scirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fideiussoris pro eo, non est æquum fideiussori in necem meam subueniri; sed potius ei deneganda erit mandati actio: In summa perpendendum erit Prætori cui potius subueniat, vtrum creditori, an fideiussori, nam minor captus neutri tenebitur.

Et in *l. 1. C. de fideiuss. minor.* Severus, & Antonin. Imperatores ita scribunt: Postquam in integrum ætatis beneficio restitutus es, periculum euictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogaris, sed ea res fideiussores, qui pro eo interuenerunt, excusare non potest, quare mandati iudicio, si pecuniam soluerint, aut condemnati fuerint, conuenies, modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non iuuaberis.

Et in *l. 2. C. eo tit. Imp. Dioclet. & Maxim.* Si ea quæ tibi vendidit possessores interposito decreto Præfidis, ætatis tantummodo auxilio iuuatur, non est dubium fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui, verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse manifesti iuris est vtrique personæ tam venditricis, quam fideiussoris consulendum esse.

Et ratio cur fideiussoribus non proficiat restitutio in integrum minoris, satis perspicua est, quæ etiam haud obscure indigitatur in *d. l. 13. ff. de minor.* quòd nempè iniustum, & iniquum foret fideiussori in necem creditoris subueniri, qui in securitatem obligationis eum accepit.

Et ita hæc sententiam præter alios tenet etiam Castus Palaeus *tom 6. tract. 12. disp. 1. punct. 19. §. 1. n. 10.* vbi sic ait; Quòd, restitutionis beneficium non competit fideiussoribus minoris; eo quòd sit beneficium personale ob ætatis, & iudicij debilitatem minoribus concessum, *leg. in causa 1. ff. de minor. leg. 2. C. de fideiuss. minor.* & aliis. Quinimò neque in hoc casu datur fideiussori recursus contra minorem, pro quo intercessit. Vnde si actionem mandati intentaret, restitueretur aduersus eam minor, vt ex dicta *leg. in causa 1. C. de fideiuss. minor.* aduertit plures referens Gomez *d. c. 14. n. 9.* Exceptio tamen, quæ minoribus competit non ex persona, sed ex causa, puta ex re iudicata, ex non numerata pecunia, ex præscriptione, ex nouatione, ex iureiurando, ex dolo, ex metu, &c. fideiussori competit etiam minore inuito, *l. exceptiones qua ff. de exceptionibus tit. gener. l. in omnibus 3. ff. de reg. iur.* & aliis ab Ant. Gomez congestis. Hucusque Palaeus, cui adde Hurtadum *de contr. disp. 2. diff. 15.*

Sed maior difficultas est, vtrum beneficium hoc restitutionis in integrum minoribus 25. annis tributum, consortibus quoque eiusdem litis proficiat Verbi causa, aliquis cum minore 25. annis commu-

Anton. Diana Pars XI.

nem habuit causam & litem, aduersus hos pronunciauit iudex, minor contra Iudicis sententiam in integrum restitutionem impetrauit, quæstio est vtrum hæc restitutio proficiat minori duntaxat, an ipsius quoque socio, & consorti; Ita vt pro huius quoque parte sententia rescissa intelligatur.

Et quòd proficiat consorti voluit Bartol. in *l. unic. C. si com. ead. causa n. 5. & 6. Gomez 2. part. resol. 14. num. 10.*

Fundamenta, quibus opinio horum nititur, hæc sunt.

Primò, quòd beneficium vnus proficiat consorti & socio litis confirmare videtur *l. si communem 10. ff. quemadmodum seruitus amitt.* vbi Paulus: Si communem fundum ego, & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur, tamen propter pupillum, & ego viam retineo.

Causæ, & facti species hæc est: Ego & pupillus communem fundum habemus, illi fundo seruitus debetur, quæ quidem seruitus amittitur tempore non vtiendo, nisi pupillo debeat, quia longiori tempore opus in rebus pupilli vsu capiendis *leg. bona fidei ff. de acquir. domin.* Respondet Paulus; & mihi, & pupillo succuri, adeoque beneficium tributum pupillo, consorti ipsius, & socio prodest. Consimiliter quoque beneficium restitutionis tributum minori, ipsius quoque consorti & socio proderit.

Præterea iure sic constitutum est, vt si vnus ex pluribus sociis, & consortibus eiusdem litis appellauerit, & pro hoc in altera instantia lata sit sententia, tum victoria non solum ipsi appellanti, sed & ceteris consortibus proficiat, qui non appellauerunt *l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus appell. l. si qui separatim §. 1. ff. de appell.* quòd si itaque vno appellante, & vincente, victoria prodest aliis non appellantibus, cur non consimiliter, & restitutio in integrum vnus, prodesset alteri?

Verum ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam tueretur Donellus *lib. 21. cap. ult. Herigius part. 2. q. 19. num. 37. cum sequent.* Duarenus *ad leg. unicam Cod. si in communi ead. caus.* Mauritius *de restit. in integr. c. 14. & alij.* Et ratio est, quia in *leg. unica C. si in communi*, eademque causa Imperatores Diocletianus, & Maximilianus in hæc verba rescribunt. Nec si maior viginti quinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus de iure vestro quicquam minuere potuit, nam si cognitis quæ gessit, his consensum post viginti quinque annos ætatis commodatis; quamvis ille maior pro portione suæ restitutionis auxilium implorare possit: Vobis tamen ad communicandum edicti perpetui beneficium eius ætas patrocinari non potest.

Hic aperte Imperatores negant beneficium restitutionis ceteris consortibus esse communicandum.

Pro qua eadem opinione etiam facit, quòd in *l. 3. §. 4. ff. de minoribus*, Vlpianus expressè negat beneficium in integrum restitutionis filio minori competens, prodesse debere patri, quia prætor promiserit auxilium minori non maiori; eisdemque propositum fuerit succurrere minori non verò maiori *l. 23. eod.*

Cum igitur Prætor patti maioris, ne quidem tertiam, & intermediam personam minoris succurrere velit, palam est, nec consorti per minorem esse subueniendum restitutionis auxilio.

Accedit, quòd beneficium restitutionis non tantum reale, sed & personale sit minoris scilicet

N 3 personæ

personam tributum; at personalia beneficia personam non exeunt, nec solis, & consortibus villo modo profunt.

Nec obstant in contrarium adducta, nam ad primum respondeo, beneficium restitutionis vnius socij, ceteris non prodesse per supradicta, nisi causa & res sit individua, aut res, & causa omnino sit connexa, ut qui in *d. l. si communem* 10. agit de feruitute, quæ non recipit diuisionem *l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.* Hac itaque in causa propter socium, etate minore, maiori succurritur.

Ad secundum responderetur, quod in *l. 1. C. si vnus ex pluribus, & d. l. si quis separatim §. vlt.* dicitur id hoc modo esse accipiendum, quod si vnus ex pluribus appellauerit, qui vna sententia damnati sunt, vnius appellacione tamen ceteris proficit, si scilicet vna eademque fuerit defensionis. Hinc Hinc igitur elucet differentia, quæ est appellacionis, & restitutionis: Nam in appellacione eadem est causa omnium, quia vnus æquæ atque alter appellare potest, hoc duntaxat inter eos incertum est, quod vnus appellat, alter non, quamuis alter appellare potuisset, at in restitutione in integrum idem dici non potest, vnus enim restitui potest, alter non potest: minor inquam restitui potest, maior non potest, etiam si vellet. Argumentum proinde à separatis, & dissimilibus procedit. Ita Duarenius in loco supra citato;

*An competat restitutio in integrum minori-
bus, si contractus iuramento
firmauerint?*

RESOLVT. XXX.

Affirmatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Hieronymus Teurlerus *select. disputationum vol. 1. disp. 11. Thesi 9. littera B.* Probat. Primò, quia in minore, & eo cuius ætas nondum stabilis est, & quali decet iudicio firmata, iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis *cap. quando, de iureiur. cap. inter cetera 2. q. 4. c. Et si Christi de iureiur.*

Atqui vinculum esse iniquitatis in minore si efficeret, vt ipse læsus non posset restitui in integrum, provt aliàs, æquitas suadet. Igitur iuramentum non obstat, quo minus minor in integrum restitutionem petere possit.

Secundò. Accedit huic, quod qua facilitate minor ad contrahendum inductus censetur, eadem quoque facilitate intelligatur inductus ad iurandum arg. *l. doli mali versio. diuersum ff. de nouat. quocirca cum propter facilitatē istam, & ætatis imbecillitatem minor aduersus contractum restituatur, consequens videtur vt propter eandem rationem aduersus iuramentum quoque restitui valeat.*

Tertio. Quin etiam nemo censetur renunciare iuri, quod ignorat sibi competere, *l. mater decedens §. ceterum ff. de inoffic. Test. l. legitimam ff. de petit. hered. c. veniens de iureiur.* Minor autem propter ætatis, & iudicij imbecillitatem beneficium à iure concessum ignorare præsumitur, & ignorantia iuris minorem excusat, *leg. 9. ff. de iuris & fact. ignor. l. 2. ff. de iure fisci.* Idcirco iuramentum non excludit beneficium restitutionis in integrum.

Alij verò hanc sententiam affirmatiuam non admittunt, si minor de hoc suo beneficio fuerit certioratus: Idque propterea quod iuramentum non trahitur ad incognita per communem Ca-

nonitarum theoreticam, quam sumunt ex *l. final. ff. ad municip.* & iuramento semper insit tacita illa clausula, si res maneat in illo statu, vt notant Canonistæ *ad cap. cum contingat. extr. de iureiur.*

Atqui vt modò fuit ostensum, beneficium restitutionis in integrum est minori incognitum, vt qui licitè ac impunè iura ignoratè possit. Igitur nisi de beneficio isto fuerit certioratus, datur ei in integrum restituitio; & ita post Dynum, & Cynum, statuit quoque Sichardus *ad autb. Sacramenta puberum C. si aduersus vendit.*

Verùm absolutè negatiuam sententiam tenendam esse purò; nam iuramentum seruari debet propter conscientiam, nè ipsa vulneretur, quodcumque absque dispendio, & interitu salutis æternæ seruari potest, *cap. quamuis de pact. in 6. & cap. cum contingat, de iureiur.* quin etiam tale non seruatur iuramentum in summum discrimen animæ deducitur: Est siquidem generale præceptum Dei, quo vetamur vsurpare nomen Domini Dei timere ac frustra; & in *Psalmo 15.* Inter notas viri boni, atque beati ex præscripto, & mente diuinæ legis, vna hæc recensetur, vt sit is, qui iurat damno suo & non mutat.

Quocirca iuramentum à minore super actu licito licitè præstitum, seruari debet, nec illud per in integrum restitutionem rescindi, & mutari potest.

Nullam insuper dubium est, quin maiori 25. annis in integrum restitutio non concedatur, *l. 1. & 3. ff. de minoribus.* Atqui constans est omnium Canonistarum sententia, quod iuramentum minorem faciat maiorem, vt tradit Iason *ad d. autb. Sacramenta, n. 55.* igitur iuranti minori seruate contractum, non est danda restitutio in integrum.

Denique in *l. si mulier ff. ad S. C. Velleianum* non inuatur mulier S. C. Velleiano si ab ipsa initus, iuratusve contractus fuerit, & hic de minore dicendum si contraxerit, & contractum seruare iurauerit; quia eius, & mulieris quoad propositum non est diuersa ratio.

Confirmatur hæc opinio ex Textu *l. 1. C. si aduersus vendit.* cuius hæc sunt verba: Si minor annis viginti quinque emprotri prædij cauisi, nullam de cetero te esse controuersiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter præstito seruare confirmasti, neque perfidia, neque periurij me auctorem tibi futurum sperate debuisti.

Eandemque sententiam confirmat quoque subiecta *Authentica Sacramenta puberum eod. tit.* In qua Fridericus Imperator: Sacramenta puberum spontè facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inuolubiliter custodiantur; per vim autem vel per iustum metum extorta, etiam à maioribus (maximè ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.

Equidem constitutionem hanc Friderici vulgè antiqui glossatores improbant; eo quod multos ad summam redegerit paupertatem, vt Baldus scribit; Multorumque animas in infernum detruxerit, teste Cyno: ob quod etiam Fridericus Septimus eum animaduertisset authenticam istam multis afferre perniciem, cogitauerit de ea tollenda, sed morte præuentus, quod facere destinauerat, prætermisit.

Sed hos omnes Iuriconsultos veteres nimis licentiosè loquutos fuisse, ne dicam amplius dicendum est; & ita nostram sententiam docet Castus Palaus *10. tr. 12. disp. 1. punct. 19. & n. 9.* vbi ex dicta authentica nec in contractibus iuramento firmatis cessare

cessare restitutionem in integrum.

Et idèd Hurtadus *de contract. disp. 2. diff. 16.* sic asserit; Minor, qui ex contractu venditionis fuit considerabiliter læsus, quia vindidit minoris iusto, restituendus est in ius pristinum quoad pretium, nempe reducendo illud ad iustum, & si læsus fuit quia ipsi non expediebat venditio, restituentus est; Ita ille.

Sed nota cum Layman *l. 3. r. 4. c. 11. n. 4.* esse discrimen inter restitutionem minoris, & Ecclesiæ: si enim minor pubes contractum à se celebratum spontaneo iuramento firmauerit, rescissionem postea, vel restitutionem petere non potest, iuxta *Authenticam sacramenta puberum C. si aduersus venditorem, & c.* Sin autem Prælati iuravit se contractum seruaturum, non idèd Ecclesiæ præiudicatur, quod minus restitutionis beneficio frui possit, sicuti notauit Gloss. in *c. 1. de rest. in integrum in 6. ver. contractum*, Abb. *c. 1. n. 16. extra eod.* Idem docet Dicast. *de iust. l. 2. r. 3. disp. 1. dub. 16. n. 374.* qui etiam notat sub nomine Ecclesiæ gaudentis priuilegio restitutionis in integrum, comprehendendi pia loca omnia, *l. omnia C. de Episc. & Cler.* Personæ verò Ecclesiasticæ in propriis bonis, aut iuribus læsæ non gaudet hoc priuilegio, quia vt ait Abb. in *c. 1. n. 15. de rest. integr.* in Cessat tunc communis fauor Ecclesiæ. Si verò personæ Ecclesiasticæ læsæ sunt in aliquo per se spectante ad iura beneficij gaudent eo priuilegio, ita cõmuniter Doctores. Vnde fit personæ Ecclesiasticæ læsas in locatione beneficij, non posse restitutionem in integrum exigere, ea enim læsio secundum se non spectat ad ius beneficij.

Nota verò, quod sicut in minoribus quadriennium petendi restitutionem computatur à die, ex quo incipiunt esse maiores, quadriennium in Ecclesiâ incipit à die factæ læsionis, vt constat ex *c. 1. de rest. in integrum in 6.* Excipe nisi iusta causa postulet vt Ecclesiæ atque etiam Reipublicæ, (de qua postea dicemus) restitutio concedatur post elapsum quadriennium, vt notauit Gloss. in *c. 1. hoc tit. in 6. Molin. disp. 574. & alij.*

Causæ verò sunt, prima, læsio valdè enormis secundum boni viri arbitrium, teste Gloss. & Abb. in *c. 1. de in int. rest. n. 2.* ita Couar. *1. resp. 3. n. 11. Less. c. 17. n. 66.*

Secunda causa, est inculcata ignoratiã aut aliud iustum impedimentum, quod minus intra quadriennium restitutio petatur; legitime enim impedito non currit tempus iure definitum, argumento *c. 1. & 2. eod. tit. in 6.* vbi dicitur. Si Ecclesiâ spatio quadriennij beneficium restitutionis petere negligerit omittat, postea admittenda non est.

Vide etiam Cast. Pal. *vbi supra n. 11.* qui etiam *n. 14.* cum Gloss. *fin. in c. 1. de in integ. rest. num. 2.* Greg. Lop. *l. fin. tit. 19. pa. 6.* Couar. *1. var. c. 3. n. 13.* Eman. Acoft ain *l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. 1. par. n. 73. & seq.* Mol. *l. 2. disp. 574. post med.* Paul. Layman *l. 3. sum. sect. 5. tr. 4. c. 11. circa finem*, Ecclesiæ & Reipublicæ si enormiter læsa sit competere restitutionem in integrum, non solum infra quadriennium habile à contractu, sed etiam post longissimum tempus triginta annorum ex *c. ad nostram de reb. Eccles. non alien. vbi* ob enormissimam læsionem transacto quadriennio restituitur Ecclesiæ ob pietatem, & fauorem publicum. Vide etiam Dicastillum *n. 376.*

*Alia practicabilia circa beneficium re-
stitutionis in integrum.*

RESOLVT. XXXI.

Quæro primò, an quando læsio contingit tantum in pretio possit v. g. minor agere ad rescissionem contractus: Possit tantum ad repartitionem pretij, & non ad rescissionem contractus, putant aliqui, quos citat & sequitur Castus Palaus *7. tr. 12. disp. 5. pun. 19. §. 2. n. 9.* Quia, cum restitutionem, tam ius civile, quàm canonicum, inducat, nam *leg. Patri §. item ex diuerso ff. de minoribus*, inquit; Si minori pretio quàm oportuit vendiderit adolescens, emptor quidem iubere debet prædium cum fructibus restituere; si autem ad solam prædij restitutionem agere adolescens possit, emptor cogendus non esset prædium cū fructibus restituere, sed restituito pretio prædium retineret. Idèd habetur, *leg. quod si minor §. restitutio ff. eodem.* Ibi itaque, si in vendendo fundo circumscriptus restituatur, iubebit prætor emptorem prædium cum fructibus reddere, & pretium recipere, ad idem est, *leg. siquidem C. de prædijs minorum.* Canonicum verò ius, eam restitutionem apertius indicat in *c. 1. de in integ. restit.* vbi de conductione prædiorum modo censu laicis concessa inquit Textus. Cum Ecclesiâ iure minoris debeat semper illæsa conseruari, ea possessio, quæ in eius damnum data constitit ad ipsius conuenit ius, & proprietatem redire. Ratio verò desumitur ex natura restitutionis in integrum, quæ est in pristinum statum repositio: at si solum defectus pretij suppleretur, in pristinum statum non reponeretur minor; non enim re haberet cum fructibus, quam haberet si venditio non intercessisset.

Verùm licet hæc sententia sit satis probabilis, non minus probabilem contrariam existimo, quam tuetur Molina *l. 4. disp. 573.* Lessius *l. 2. c. 17. dub. 9. num. 63.* & Layman *lib. 3. sect. 5. tr. 4. cap. 1. n. 1.* Vbi sic ait; Si minor ex contractu emptionis, aut venditionis debita cum solemnitate instituto læsus fuit, quia vendidit rem minoris iusto, vel emit iusto plus, quamuis infra dimidium pretij iusti, restituendus erit, pretium contractus ad æqualitatem reducendo. Sin autem læsus fuit, quia non expediebat ei rem vendi, aut emit rescindetur contractus Prætoris officio, & dabitur ei actio aduersus quamuis rei venditæ possessorem. Ita ille; cui adde Couartuaniam *lib. 1. var. cap. 3. n. 14.* Gomez *de contract. tom. 2. c. 4. n. 7.* & alios.

Et ratio est, nam restitutio est reparatio læsionis facta, reddit enim restitutio quod per læsionē ablatū erat *leg. quod si minor §. restit. ff. de minoribus;* Sed læsio tantum in pretio contingit; ergo si iustum minori concedatur, satisfactum esse censetur.

Et idèd Gaspar Hurtadus *de contract. disput. 1. difficul. 15.* sic ait; Minor qui ex contractu venditionis fuit considerabiliter læsus, quia vendidit minoris iusto, restituendus est in ius pristinū quoad pretium, nempe reducendo illud ad iustum; & si læsus fuit, quia ipsi non expediebat venditio, restituentus est. Hæc ille.

Quæro secundò, an minor aduersus minorem, vel Ecclesiâ aduersus Ecclesiâ gaudeant beneficio restitutionis in integrum? Affirmat Castus Palaus, *vbi supra n. 3.* quia minoribus, & Ecclesiis concessum est priuilegium petendi restitutionem, neque vllibi restringitur ne aduersus alios minores,

vel Ecclesias petant, neque ipsis minoribus, aut Ecclesiis est privilegium concessum impediendi hanc restitutionem; ergo petere possunt. Et confirmo, mulier fideiubens uti potest Velleiano contra aliam mulierem, in cuius favorem fideiussit, ut habetur *l. si sine. Cod. ad Velleianum*, & ibi Baldus; & filiusfamilias uti potest Macedoniano adversus alium filiumfamilias, *l. si filium ff. ad Macedonianum*, non alia ratione, nisi quia aliis mulieribus, vel filiisfamilias non est concessum privilegium prædicto Velleiano, aut Macedoniano derogans; at in præsentibus non reperitur minoribus, aut Ecclesiis privilegium concessum derogans restitutioni in integrum. Ergo, &c.

Sed opinio nem negantem, docet Layman, *vbi supra num. 2.* sic asserens; Deinde si Ecclesia de lucro cessante agat adversus alteram Ecclesiam, cum lucrum illud acquisitum iam est, præferatur illa altera Ecclesia, tanquam in possessione existens, & certans de iure acquisito non perdendo, sicuti notavit Sanchez *l. 6. disp. 4. n. 15.* nam Ecclesia contra Ecclesiam quippe pariter privilegiatam non restituitur, si ex tali restitutione altera Ecclesia pariter, aut magis lædenda sit, per ea, quæ docet Abbas *in cit. cap. auditus n. 8.* Hæc Pater Layman.

Vnde ego puto utramque sententiam probabilē esse; & hæc posterior quam negat, magis procederet si petens restitutionem adversus possidentem; nam eo casu agit de lucro captando, & possidens adversus quem intentatum actio de lucro perdendo, seu de damno vitando, in quo euentu hic privilegiatus obtinet ex doctrina Gom. *in §. rursus n. 27. instit. de action. Dec. consil. 67. vol. 1.* qua ratione inquit Baldus *in l. 2. C. de priuil. offic.* privilegia concessa scholaribus per *Aut. habita C. ne filius pro patre, non competere eis adversus alios scholares*, & Couarr. *pract. c. 7. n. 4.* negat posse viduam habentem privilegium in Curia litigandi, illuc suos adversarios convocandi, non posse adversus aliam viduam eo privilegio uti; sed ut dixi sententia affirmativa est satis probabilis, & forsitan probabilior.

Quæro tertio, an in restitutione in integrum, restituenti sint fructus percepti? Difficilis quæstio, & scitu necessaria pro foro conscientie; affirmat Emanuel à Costa *reperi. l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liberis, & posthumis 2. p. n. 11. & seqq. Cou. l. 1. var. c. 3. n. 1.* & alij apud ipsos: Ducuntur ex *leg. quod si minor §. restitutio ff. de minoribus*, ibi, si in fundo vendendo circumscriptus restituitur, iubeat prætor emptorum fundum cum fructibus reddere, & pretium reddere ad idem est *lex patri §. si pecuniam digest. eodem tit. & l. si præd. digest. de prædiis minor.*

Hoc tamen temperant, ut non procedat in restitutione extraordinaria ex beneficio Principis.

Sed negativam sententiam adversus Couarruuiam, & alios tenent Theologi, & idem illam tenet Molina *tr. 2. disp. 575. post medium*, Lessius *l. 2. c. 17. dub. 10. n. 70.* propendit Paul. Layman *l. 3. sum. ff. 5. tr. 4. cap. 11. in fine*; Castus Palaus, *vbi supra §. 4. n. 4.* asserentes in hoc casu per se nullam possidentis incumbere obligationem rem cum fructibus restituendi, nam cum illius sit legitimus dominus, non est vnde hæc obligatio oriatur; ex eodem namque quod rem illam à minore acceperit, solum subiit obligationem restituendi illam, sed non fructus peti restitutionis beneficio, quia fructus domino rei à qua procedunt, competunt. Neque obstant leges pro Couarruuiæ sententia adductæ, asserentes

prædium cum fructibus restituendum esse minori vendenti, reddito emptori pretio, quia intelligi debent de fructibus à re pendentibus, vel post restitutionem concessam perceptis.

Mihi verò in hac difficultate libet respondere cum verbis Gasparis Hurtadi *de contr. disput. 1. diff. sic. 15.* vbi sic ait; Observandum est quod quando restitutio fit ratione læsionis ex contractu, siue omnino valido siue claudicante ex parte minoris, si restitutio fiat ratione læsionis provenientis ex donatione, non solum restituenda est res donata, sed etiam fructus illius (exceptis expensis factis in perceptione eorum) in quo Doctores conveniunt, quia tunc minor non solum est læsus quoad rem donatam, sed etiam quoad fructus illius, si verò restitutio fiat ratione læsionis ex contractu oneroso, ut ex iusta venditione, non sunt restituendi fructus, quia tunc minor quamvis fuerit læsus in ipsa re, quia minori non expediebat eam vendere, non tamen in fructibus, si res fuit à minori tradita iusto pretio, quia tunc pretium adæquatur rei, quamvis postea habitura fructus, ad proinde tunc solum fuit læsus in re ipsa, quia ipsi non expediebat eam vendere, & non quia habitura erat fructus, quia attenda re, & eius fecunditate vendita fuit iusto pretio, quod est verum etiam quando maior cum quo contrahit non sit dominus rei, nec fructuum, ut contingit, quando traditur res ex contractu claudicante, potest tamen tunc eos retinere, quia minor naturaliter est obligatus ad rem, & ad fructus, & non est læsus in fructibus.

Addimus, ex contractu oneroso iusto, aut quando tradita fuit iusto pretio, quia quando tradita fuit pretio minore, etiam sunt restituendi fructus proportionate servata ad læsionem quoad pretium; quia si res vendita fuit dimidio pretio, restituendum est dimidium fructuum; & si defuit tertia pars iusti pretij restituenda est tertia pars fructuum; sic de alijs, quia tunc minor non solum fuit læsus in ipsa re; sed etiam in parte fructus correspondente defectui pretij, quia non solum fuit læsus, quia vendidit rem, quam ei non expediebat vendere; sed etiam; quia quasi media pars, vel tertia pars rei venditæ, fuit abque pretio, & consequenter fructus in ea parte virtualiter contenti. Ita Hurtadus, & ego. Vide etiam Reginaldum *tom. 2. lib. 25. cap. 9. sect. 2.* & Bonacinam *de contract. disp. 3. q. 1. pun. ult.*

Et tandem; an Ecclesia læsa in contractu cum laico possit petere restitutionem; non solum coram iudice ipsius laici, sed etiam coram iudice Ecclesiastico; Couarruuias *d. lib. 1. var. cap. 4. num. 2.* Caldas *in leg. si curatorem habens, verbo implorandum n. 32. C. de in integrum restit. propendit tantum posse peti restitutionem coram iudice rei, & non coram iudice Ecclesiæ.*

Verum mihi placet contraria sententia, quam ruerit Gutierrez *Canon. qq. lib. 1. cap. 34. num. 10.* Perez, Lopez, Auendañ. & alij quos citat, & sequitur Castus Palaus *vbi supra §. 8. num. 5.* quod non solum habet verum in bonis Ecclesiæ pertinentibus ad fabricam, sed in bonis mensæ capitularis, antequam singularibus adiudicentur, quia verè sunt proprie bona Ecclesiæ, cum capitulum Ecclesiæ Cathedralis, Ecclesia in iure nuncupetur *c. Apostolica 56. dist. cap. cum Clerici, de verbor. signific. & vtrouque Glossa.* Vnde si in his bonis Ecclesia lædatur, restitui potest per iudicium ordinarium ipsius Ecclesiæ.

Non

Non tamen extendenda est hæc doctrina ad ipsos Clericos, quoad bona ipsa ibi propria, seu patrimonialia.

De licentia, quam potest dare Parochus, vel Ordinarius assistendi matrimonio.

RESOLVT. XXXII.

Quæro primò: an Parochus non Sacerdos possit concedere licentiam Sacerdoti assistendi matrimonio? Suppono Parochum non debere, necessario esse Sacerdotem; sed valet matrimonium contractum coram Parocho, vel ordinario non Sacerdote; nam Concilium solum exigit assistentiam proprii Parochi: at sic est, quod quamvis hic Sacerdos non sit, verè Parochi nomen, & auctoritatem propriè retinet, ergo sic declaravit Eminentiissimi Cardinales, ut refert Basilius *lib. 5. cap. 15. num. 1.* cui adde Doctores, quos citat, & sequitur Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 9. disp. 7. quæst. 22. qui quæst. 23.* firmat etiam neque peccare sic assistens matrimonio.

Quæro secundò: an licentia concessa pro ministrandis Sacramentis, includat licentiam assistendi matrimonio. Respondet negativè Hurtadus *de matrim. disput. 5. difficul. 11. num. 38.* vbi docet ad assistendum matrimonio non requiri licentiam specialem, sed sufficere generalem, qua conceditur facultas ad exercendum officium Parochi, quod etiam declaravit Congregatio Cardinalium, & meritò, quia assistendo ex ea licentia, satisficit Tridentino, requirenti licentiam ad assistendum; quia ea est vera licentia ad id, quamvis sub verbis generalibus collata; imò sufficit, quod licentia ad assistendum, siue specialis siue generalis, conferatur verbaliter, quia licentia verbalis est vera licentia, cui non obstat declaratio Cardinalium, in qua dicitur sufficere licentiam generalem in scriptis datam, quia non dicitur requiri, sed sufficere.

Ea verò, quæ speciali nota sunt digna, tunc censentur omiſsa, quando non conceduntur specialiter, aut modo æquivalente concessioni speciali, concessio autem facultatis generalis ad exercendum officium Parochi æquivaleret licentiæ speciali ad assistendum matrimonio, quia hæc includitur in illa; concessio verò facultatis ad ministrandum omnia Sacramenta non æquivaleret, nec sufficit, quia assistere matrimonio, non est Sacramentum matrimonij administrare: quia nec Sacerdos assistens, nec Parochus est minister, sed tantum ipsi contrahentes. Ita Hurtadus, qui citat Henriquez, & Coninch. Sed ex Basilio Pontio, Castus Palaus, *tom. 5. disp. 2. punct. 23. num. 1.* aliter procedit, affirmans sufficienter prædictis verbis licentiam assistendi matrimonio esse concessam, quia esto in rigore matrimonium non administratur à Parocho, vel Sacerdote, improprie tamen ministratur, quatenus eius præsentia nomine Ecclesiæ matrimonij administrationi necessaria est; sicque fuit à Sacra Congregatione decisum, teste Farinac. *vol. 4. pag. 275.* ibi requiritur commissio generalis administrandi Sacramenta, vel si hæc absit expressa, vel specialis licentia.

Et licet Hurtadus asserat, Congregationem sequi opinionem communium tanquam probabilē, illa tamen supposita, puto non esse ab ea recedendum.

Ego verò, ut meam sententiam promam, dico

non sufficere si Parochus concedat alicui licentiam ministrandi omnia Sacramenta; nam talis licentia intelligenda est, sicut clausula Bullæ Cruciatæ concedens similem licentiam, quæ intelligitur de Sacramentis poenitentie, & Eucharistie, quæ sunt maxima necessitatis, Placet tamen quod rectè observat Sanchez *disp. 35. num. 8.* prædictam doctrinam esse veram, quando Parochus præfens eam licentiam concederet; nec est coniectura probabilis voluisse includere etiam matrimonium; secus quando Parochus in absentia relinquit substitutum, tamen si solum illi dicat, ut administret Sacramenta vice ipsius; tunc enim sufficiens est illi licentia ad matrimonium, quia est illum vicecuratum substituere, dum ipse abest. Et hæc omnia docet Perez *de matrim. disp. 41. sect. 1. n. 8.*

Quæro tertio: An Parochus non proprietarius ab Episcopo delegatus, & amobilis ad nutum illius, possit matrimonio assistere, & ad id licentiam conferre; posse ipsum assistere non est dubium difficultas est; an etiam possit licentiam ad id conferre, Sotus *in 4. disp. 18. quæst. 4. art. 3.* & Bartholomæus Ledesma *de poenitentia dub. 13.* docent, non posse, quia prædictus est delegatus; qui autem est delegatus, nequit alterum subdelegare.

Sancius verò *lib. 3. disp. 31.* Henriquez, & plures alij docent, posse, quod etiam declarat Congregatio Cardinalium, & meritò: quia ille est verè Parochus, quamvis delegatus; ergo potest ad id licentiam conferre, quia ex Tridentino sufficit licentia Parochi. Et idem ob eandem rationem dicendum est de Vicecurato plenè delegato à Parocho proprietario, ut contra Basilius advertit Sancius, quod verum credimus non solum in absentia, sed etiam in præsentia Parochi proprietarii, quia etiam in præsentia illius est verus, & proprius Parochus, quamvis non proprietarius, sed delegatus, & mercenarius.

Quod autem delegatus non possit iurisdictionem subdelegare, non obstat, quia eam licentiam concedere, non est subdelegare iurisdictionem, quia assistere matrimonio, ad quod conceditur, nõ est actus iurisdictionis; præsertim quod delegatus, quamvis nequeat iurisdictionem ad omnem causam sibi delegatam delegare, potest tamen ad vnam, vel ad alteram, ac proinde posset ad assistendum matrimonio, quamvis id esset iurisdictionem concedere.

Et hæc omnia docet Hurtadus *de matrim. disp. 5. difficul. 10. n. 34. & 35.* cui adde Castus Palaus *t. 5. disp. 2. pun. 13. n. 8.*

Quæro quartò: An sufficiat ad validitatem matrimonij licentia Parochi extorta per vim, & metum. Respondeo affirmativè, quia contractus lucrativi, in quibus nihil rependitur, ut sunt simplex promissio, & donatio, tamen metu gravi extorti, validi sunt iure naturæ, & iure positivo. Nam sunt simpliciter voluntarij; Qui enim metu coactus consensit, absolute consentit voluntariè, omnibus n. consideratis vult. Est etiam in illis contractibus titulus iustus; nam contractus donationis v.g. titulus legitimus est ipsemet titulus donationis, qui solū importat donationem liberalem, id est nullo pretio recepto. Et quamvis hic titulus reperitur cum admixtione involuntarij ratione metus, dicitur titulus iustus, id est titulus cui ius non resistit, ipse annullans, metus verò iniuriæ, quæ in tali donatione intercedit, nihil obest; tū quia iniuria nõ est immediata causa contractus, sed consensus contrahentis;

cum

tum etiam quia tametsi iniuria possit esse sufficiens causa ad reuocandum consensum, & contractum irritandum, non tamen est sufficiens ut ipsum reddat omnino irritum, ut constat in contractu cui dolus causam reddit, qui etsi iniuria interueniat, non est tamen iure naturæ irritus, sed irritandus, quia talis dolus versatur non circa substantiam contractus, aut materiæ, sed circa causam contrahendi, quæ est extrinseca rei, & accessoria, ac proinde non tollit consensum, qui sit sufficiens ad naturam contractus.

Itaque per hanc assistentiam nihil conceditur Sacerdoti, quod in eius dominium transeat, quippe solum conceditur eius personali assistentiæ valor, ut matrimonium firmet, cum ergo prædicta licentia sic extorta non irritetur à iure, efficitur validam esse.

Et hanc opinionem tenet Sanchez l. 3. d. 39. n. 23. Coninch. disp. 27. dub. 3. n. 29. Perez de matr. d. 41. sect. 5. n. 2. Hurtadus disp. 5. diff. 2. n. 39. Castrus Palaus t. 5. disp. 2. punct. 13. n. 3. & alij penes ipsum, Ex quo inferitur validum esse matrimonium quando testes, vel Parochus dolo vocati, aut vi adducti, & contra eorum voluntatem detenti, assistunt matrimonio & intelligunt consensum, ita ex pluribus docet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. g. 39. qui quest. 40. querit an in tali casu valeat matrimonium, si Parochus assistens inuitus, & affectans non intelligere, aures & oculos occludens, nihil eorum, quæ agebantur vidit.

Et contra Sanchez lib. 3. disp. 39. num. 6. & Bonacinam respondet valere dictum matrimonium; & ita respondit Sacra Congregatio in hæc verba; Et quid si Parochus adfuerit, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidit, vel audiuit, vitum tale matrimonium sit nullum? Respondit Congregatio, matrimonium non valere, si non intellexit, nisi ipse Parochus affectasset non intelligere. Et quidem merito (addit Basilius) ita responsum est. Nam eò ipso quod Parochus affectat non intelligere, admonitus primò velle matrimonium contrahere eos qui adfuerunt, sanè iam ignorare non potest consensum contrahentium, atque ad eò testis esse potest eius consensus apud Ecclesiam. Huic tam apertissimæ decisioni frigide respondet Thom. Sanch. inquit enim, horum verborum sensum esse, nisi Parochus consulto, & data opera, fingat se non intelligere; cum tamen reuera non intellexisset; quasi qui vocatus ad hoc ut adsit matrimonio, & monitus à contrahentibus se velle contrahere, potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahi, quamuis postea aures occludat. Huc vsque Basilius lib. 5. c. 2. n. 12. cui adde Martinum de Sancto Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de Sacram. matrim. num. 18. vbi sic ait: Es valido el matrimonio aunque sea prohibido por el ordinario, en que assistieron el Parroco, y testigos llamados por engaño, ò traídos por fuerza, y que con ella los detuieron, y entendieron el consentimiento de los contrayentes.

Y lo dicho es verdad aunque el Parroco: despues de enganado procure no ver ni entender el consentimiento de los que se casan, que delante del se da tapando las orejas, y cerrando los ojos: porque en diziendole que quieren contraher matrimonio; no puede ignorar antes entiendo el consentimiento dicho, y puede ser testigo del, contra Pontium loco citato num. 5.

Quæro quintò. An licentia, concessa assistendi matrimonio sufficiat, si sacerdos ignoret licentiam

datam esse, si à suo Nuncio fuerit acceptata. Et negatiuè respondet Pontius lib. 5. cap. 28. num. 8. vbi sic ait; concessa tamen licentia uti non potest is cui conceditur, nisi illi innoteat, nec enim satis est, quod concessa iam fuerit ad eius petitionem, & innouerit Nuntio, vel Procuratori, ut latè ostendo in tract. de confess. contra Sanctum. Vnde neque satis existimo, si contrahentes dicant se licentiam habere, ut eos iungere matrimonio possit, solent enim in eo innumeræ fraudes interuenire: nisi forsitan ad eò virtute, & auctoritate polleret qui diceret, ut de eius veritate nullo modo dubitari posse videatur, de quo Thomas Sanchez disp. 37. Ego tamen peterem licentiam ostendi etiam à quocunque viro quantumvis virtute præstanti; nec enim in hoc vlla irrogaretur iniuria, quod in tantum momenti, & ex qua valor matrimonij pendet diligenter conaretur extraneus sacerdos suo muneri satisfacere, quibus fauet decisio Rotæ apud Seraphinum 1099. Quando autem reuocatur, debeat innotescere ei cui conceditur, & quando expiret, vel reuocatione, vel concedentis morte, definitur potest ex his, quæ dixi supra isto libro, & ex his quæ dico in tractatu de confessione in simili de licentia ad audiendas Confessiones. Ita Pontius; cui adde Hurtadum de matrim. disp. 3. diff. 13.

Sed sententiam affirmatiuam Sanchez, post illum tenet Coninch disp. 27. dub. 3. n. 3. & Castrus Palaus tom. 5. disp. 2. punct. 13. num. 6. quia cuiuslibet beneficij, priuilegij, dispensationis, facultatis, & gratiæ concessio, à puncto acceptationis factæ à Nuncio ad id specialiter destinato habet effectum, ut communiter Doctores tradunt, & colligitur ex c. si tibi absentis, de prob. in 6. Ergo idem est dicendum de prædictæ licentiæ concessione, cum nullum sit fundamentum aliam conditionem nouam exigendi; nam quod Sacerdos ea vi non possit licite, quovsque sibi innotescat esse concessam per accidens est, neque valorem licentiæ impedit, sicut neque cuiusvis alterius facultatis.

Verum ego non recederem à sententia Basilij. Pontij negatiua, quam etiam tuetur Martinus Perez de matr. disp. 41. sect. 2. n. 5. & id eò dico, licentiam illam assistendi matrimonio concessam à Parocho non valere Sacerdoti, donec ipse sciat eam esse sibi concessam; nec satis esse quod fuerit concessa ad eius petitionem, & innouerit Procuratori vel Nuncio. Ratio huius conclusionis eadem est, ac præcedentis, quia credi non potest Tridentinum, & Parochum velle ut licentia concessa valeat, & sit vera licentia quovsque is, cui conceditur, possit ea licite assistere, quia ad id conceditur. At qui ignorat licentiam esse sibi concessam, quamuis iam acquisitam acceptatione à nuncenquit licite ea assistere matrimonio.

Secundò, quando prædictam licentiam à Parocho petit Sacerdos per litteras, vel Nuncium ab eo missum, & ipse Parochus eam concedit, non valere à tempore, quo id Nuncio intimatus, sed vt valeat, oportere, ut ipsi sacerdoti nota sit talis licentia per litteras Parochi mandato scriptas, vel per Nuncium ab eo directam.

Tertiò, idem purò dicendum de prædicta licentia obtenta per Procuratorem non valere à tempore, quo id Procurator intelligit, sed à tempore, quo priuilegiatus habet notitiam per illum.

Quartò, assero non esse facile credendum contrahentibus se habere licentiam, ut alienus Sacerdos

cerdos matrimonio assistat, nisi sint personæ valde fide dignæ; ita communiter Doctores; Ratio est, quia in his, quæ pertinent ad forum externum, vt pertinet dicta licentia, est difficile credendum partibus. Firmo, nam licet in foro pœnitentiæ ad quem pertinent confessio, Eucharistia, & extrema vinctio credatur se habere licentiam dicenti, ar in foro externo, & in rebus spectantibus ad ipsum non creditur, vt constat ex cap. sicut, de senten. excomm. Vbi probatur non adhiberi fidem excommunicato, dicenti se absolutum esse ab excommunicatione, nisi excommunicatus litteras absolutio-nis ostendat, aut alio modo legitime de eius absolute-tione constet: non alia de causa, nisi quia pertinet ad forum externum; & ad externam Ecclesiæ gubernationem non creditur dicenti se habere licentiam, nisi aliàs personæ sint valde timoræ, & fide dignæ; Nam etiam notant Doctores, Paludanus, Angelus, Syluester, & Nauarrus, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 3. disp. 37. num. 3. tametsi in cap. sicut de sent. excomm. dicatur non esse credendum excommunicato dicenti se absolutum esse nisi id legitime ostendat; nihilominus tamen satis esse, si excommunicatus sit persona digna, & asserat se absolutum esse; ergo similiter in matrimonio est dicendum.

Quæro sextò: quid si Parocho interdictum sit ab ordinario, ne vlli Sacerdoti licentiam ad assistendum matrimonio concedat? Respondeo, concessione, si fiat, illicitam fore: validam tamen esse dum prohibitioni non est adiectum decretum irritans, vt decisum à Congregatione Cardinalium testatur Sanchez lib. 3. disp. 31. num. 2. Salcedo c. 73. sua practica §. primum igitur dubium Zeball. q. 604. num. 73. Gutierrez cap. 67. per totum, & colligitur manifestè ex cap. 2. de matr. contr. contra interdict. Eccles. Idem censeo dicendum de licentia concessa Sacerdoti sub onere præmittendi denunciations, indagandi impedimentum, aliamve diligentiam præstandi; dum enim non additur decretum irritans, censeri debet prædictam diligentiam præcipi non in vi conditionis, sed oneris, & obligationis, maxime si sit diligentia quam ius commune postulat, vt tradit Sanchez dicta disp. 32. & 33. & Coninch. disp. 27. dub. 3. n. 33.

Sed Martinus Perez de matrim. disp. 41. sect. 4. num. 4. putat quod si in commissione facta Sacerdoti dicatur, coniunge aliquos matrimonio, si per solertem indaginem inueneris eos non esse impeditos, dictum Sacerdotem inualide interesse; ea informatione non præmissa. Ratio est, quia illa verba conditionem important alio modo quam iure inest, & formam specialem inducunt; nam aliud est dicere si fuerint idonei; tunc enim non inducitur conditio, quia iure inest, & exprimitur modo quo inest, aliud verò si inueneris esse idoneum; quia petitur informationem fieri, quod iure non inerat, & id eò talis clausula inducit formam, & conditionem.

Ex his ego olim rectè, interrogatus respondi, quod si Episcopus per se, vel per constitutionem Synodalem interdicat Parochis dare licentiam assistendi, nisi Sacerdotibus approbatis ab Episcopo, & Sacerdos cui data est licentia non sit ex approbatis, sit valida dicta licentia, assistentia, & matrimonium ipsum.

Respondi inquam validum id totum esse, nisi Episcopus, aut constitutio Synodalis expressè addat decretum irritans aliter gesta; Ratio est, quia id speciale statutum est in fauorem matrimonij, vt

irritum non reddatur ex simplici prohibitione, sic constat ex cap. 2. ibi; licet enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens, vt ob id solum Sacramentum coniugij dissoluatur. Igitur quamuis Episcopus, vel Synodalis constitutio simpliciter prohibeat, dum non addit decretum irritans, matrimonium non irritabitur. Firmo amplius; nam Tridentinum Session. 24. de matrim. cap. 7. præcipit Parochis ne intersint vagorum matrimonio, nisi præmissa diligenti informatione, & Episcopi licentia, & tamen si Parochus his non seruatis intersit eorum matrimonio, est validum. Ergo si coniungere aliquos matrimonio contra Concilij prohibitionem, vel dare licentiam alteri ad coniungendum absque diligentia ibi præscripta, non reddit illud irritum, à fortiori non reddet simplex Episcopi, vel Synodi prohibitio.

Nota hic obiter, Parochum criminofum, & infamem infamia iuris, posse assistere matrimonio. Vnde sequitur primò, quod talis Parochus possit dare licentiam alteri Sacerdoti assistendi matrimonio, tradit Sà supra, & sequitur ex variorum doctrina.

Sequitur secundò, infamem, criminofum, &c. posse substitui, quia Concil. solum requirit conditionem sacerdotij in substituto, & ita docet Prepositus in 3. part. quest. 4. de matrim. claud. dub. 14. n. 99. fol. 927.

De testibus necessariis ad contrahendum validè matrimonium.

RESOLVT. XXXIII.

Certum est, ad matrimonij valorem præter Parochum, vel alium Sacerdotem de licentia Parochi, requiri, & sufficere duos testes, coram quibus contrahatur, nec sufficere vnum testem. Cum eò de Parocho patet, quia Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. illo primo, expressè irritat matrimonium non contractum coram Parocho, vel Sacerdote de eius licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus. Est verò doctrina certa, quando statutum requirit ad certum actum duo personarum genera, personam vnus generis non posse vtriusque vicem gerere, atque ad eò statuto, vt valeat actus coram presbytero, & tot testibus, presbyter ipse non potest esse vnus ex illis testibus. Cum ergo Tridentinum exigat duo genera personarum, nimirum Parochum, seu Sacerdotem de eius licentia, & duos saltem testes præsentibus, non poterit Parochus, vel ille Sacerdos obire munus Parochi, & simul vicem alterius ex illis duobus testibus supplere.

Hos tamen testes necessarium non esse rogatos, quia ea qualitas à Concilio non exigitur, vt bene notarunt Gregor. Lop. leg. 1. verbo sin testigos it. 3. par. 5. Caldas Pereira de empt. & vend. cap. 6. n. 22. Henriquez lib. 1. cap. 3. num. 9. Sanch l. 3. disp. 4. n. 7. Gutierr. de matrim. cap. 44. num. 77. & cap. 55. in fine: Quinimò sufficiunt, quamuis vi detenti, & repugnantes intersint, modo percipiant contractum celebratum, sicut de parocho diximus, quia ea vis nõ impedit, quin possint de matrimonio testari, vt tradit Zeball in suis quest. pract. quest. 604. n. 82. Sanch l. 3. d. 39. n. 9. Coninch d. 27. n. 44. Cenedo pr. & Can. q. l. 1. q. 30. n. 108. ad finem.

Nota tamen, eos qui contrahunt coram Parocho coacto, per se loquendo peccare mortaliter. Probatur

batur, quia gravem iniuriam irrogant ipsi Parocho, ut ministro Ecclesiae ab ipsa deputato ad auctorizandum matrimonium; ergo peccant graviter contra Religionem, vel contra aliam Sacram. Peccant verò contra iustitiam, aut mortaliter, aut venialiter pro quantitate violentiae. Dixi per se loquendo; nam posset contingere ut esset gravis necessitas contrahendi, & absque iusta causa noller Parochus assistere; tunc enim posset dolosa æquiuocatione vocari Parochus, non tamen vi cogi, quia privati nequeunt id efficere.

Tamen hoc non procedit quoad testes, & ideò assero eos qui contrahunt coram testibus, coactis, vel dolo adductis, non peccare graviter, contra Religionem, sed solum venialiter: Patet, quia ipsi non gerunt vires Ecclesiae, auctoritatem præstando ipsius nomine, matrimonio, quod Parochus præstat, sed solum obeunt testium ministerium, quod æquè præstare possunt vi detenti, aut ad aliud dolo vocati; esset tamen culpa venialis contra Religionem, quia non servatur debita reverentia Sacramento. Peccant verò contra iustitiam aut mortaliter, aut venialiter pro quantitate violentiae ipsis illata; hæc enim ex qualitate iniuriæ pensanda est, an sit mortalis; similiter dico de testibus, si absque iusta causa noller assistere, & esset gravis necessitas contrahendi, posset vocari dolosa æquiuocatione, sed nulla vi cogi; id enim officium est non privata, sed publicæ potestatis. Ita Perez de matrim. disp. 40. sect. 10. num. 6. & 7.

Nota etiam, Parochum, & alios duos testes simul interesse debere matrimonio, nec sufficere si successivè coram illis explicent contrahentes consensum. Patet, quia Tridentinum copulativè exigat assistentiam Parochi, & testium, ut possint testificari de matrimonio, tanquam de vno, & eodem contractu; at non plenè constat, quando non sunt simul physice Parochus, & testes, cum sint testes singulares; Vnde non sufficere simulitas moralis, ut sufficit simulitas materiæ, & formæ in aliis Sacramentis; quia hæc assistentia Parochi, & testium desideratur à Tridentino, ut per eos possit plenè constare de contractu matrimonij invito.

His suppositis difficultas est, an dicti testes pro validitate matrimonij debeant esse omni exceptione maiores, videtur affirmativè respondendum; eò quod Concilium eorum præsentiam exigat, ut de matrimonio constet ex eorum testimonio, at testes minus idonei non plenè probant. Quinimò sæpè à testimonio dicendo repelluntur, uti sunt infames, aut alio vitio notati. Ut ergo fini Concilij fiat satis, necessario testes omni exceptione maiores debent adhiberi, quales, spectato iure antiquo ad probationem matrimonij requirebantur, iuxta textum, in capit. super eo el. 2. de testibus, & leg. 16. titul. nono, part. quarta, & tradit aliis relatis Mascard. de probation. conc. 1023. n. 4. Anton. Gab. tom. 3. commun. opin. lib. 1. titul. de testibus conclus. 8. numero tertio, versicul. contrarium. Adde, causa matrimonialis est causa ardua, & gravis, neque debet tractari per quoscumque iudices ex Textu, in cap. 1. in fine de consanguin. & affin. At in causa ardua non admittitur testis, cuius fides ob aliquam rationem infirmari possit cap. licet §. quaquam autem, de probat. ergo.

Sed communis sententia est in contrarium, & ideò Martin. de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 15. de matrim. numero 22. ait; No es

necesario que los testigos sean mayores de toda exception como tengan uso de razon, basta que sean qualesquiera, aunque sean infames, descomulgados, padres, parientes, mugeres, y aun infieles, porque estos quando son puestos por testigos en escritura de instrumento son suficientes, aunque no lo sean para deponer en juicio por las tachas que les pone el Derecho glos. Aubert. de testibus, §. & licet verò de supplicis, Baldus l. parentes n. 1. versicul. sed sic latius Codice de testibus. Anton. Gabriel alios referens tomo tertio, commun. lib. 1. titul. de testibus con. 10. n. 50. & con. 13. n. 13, demas deque la autoridad del Parcho; ò otro Sacerdote, que ha de asistir cò ellos, suple los defectos de los testigos. Ita ille, qui citat Henriquez, Sanchez, & Hurtadum. Et ratio est, tum quia testes omni exceptione maiores difficilè inveniuntur; & sic daretur occasio maioribus damnis, & litibus, quibus Ecclesia intendit obviare in contractu matrimonij; tum etiam, quia cum ius Tridentini sit odiosum, & nullus testis in eo excipitur, non est cur restringendum sit ad dictos omni exceptione maiores, præsertim cum matrimonium favorabile sit; tum denique, quia seclusa prohibitione legis admitti possunt testes inhabiles ex mutuo consensu partium, seu contrahentium, ut constat; hæc verò in matrimonio nec lex aliqua vetat, nec sine consensu contrahentium admittuntur; ergo.

Ex his ego consului ad constituendum procuratorem pro matrimonio contrahendo nõ fuisse necessarium certam ætatem, nec qualitatem aliam, præter eam, quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum rationis usum, ut de testibus diximus. Ratio est, tum quia in procuratore tamen requiritur certa ætas, ut annorum vigintiquinque ad iudicia; sed non in Procuratore ad matrimonium; iudicium enim est inter contrahentes, contractus verò inter consentientes celebrantur; Vnde quælibet ætas in procuratore ad illos constituta, est idonea, dummodo sit capax consensus; tum etiam quia tamen ad alia negotia desideraretur in procuratore certa ætas; non ideò requiretur in procuratore ad matrimonium, quia nulla profus eius industria desideratur, quia tantum explicat consensum absentis. Vnde durissimum videtur posse puerum quatuordecim annorum se ligare matrimonio, & ad id capacitatem sufficientem habere & non ad exprimendum consensum alterius contrahere volentis; tum denique quia cum matrimonij contractus sit cæteris favorabilior, non quæcumque cæterorum contractuum valorem impediunt matrimonij impedient valorem, nisi iure exprimat de ipso matrimonio, ut constat de muto, surdo à natura, qui nullum contractum inire potest, iure communi id prohibente, & tamen in illa prohibitione generali contractuum non includitur matrimonium; nam mutus simul, & surdus, si intellectum habeat per spicacem; itavt signis edoceri possit quid sit matrimonium, & signis indicare consensum, validè contrahit illud, sicut & potest confiteri, & absolui.

Et hæc omnia docet etiam Martinus Perez de matrim. disp. 40. sect. 10. num. 7. & Præpositus in 3. part. quest. 4. de matrim. clandestino dub. 14. n. 95. & 98. Reginaldus in Praxi tom. 2. l. 3. rep. 23. Rebelius p. 2. l. 2. q. 8. & alij penes ipsum.

Et tandem pro complemento dictorum in superioribus Resolutionibus, quæro hæc, An matrimonium

monium inire coram testibus, & Parocho, si iste sit intrusus, non obstat quòd addit error communis, an adhuc dictum matrimonium sit validum; negatiuè respondet Sanchez, Perez, & alij. Ego autem satis probabiliter contrarium sentio ex his, quæ alibi adduxi, & ideò novissimè nostram sententiam probabilem dicit Martinus de San Ioseph in mon. confess. 10. l. 1. r. 5. de matr. n. 14. cui adde Castrom Palaum tom. 5. disp. 2. punct. 13 §. 10. n. 9. quia præscriptione, & consuetudine iurisdictionis acquiritur, eamque tribuere potest qui est in possessione delegandi, tamen si verum titulum non habeat, argum. textum in Aub. de rebellionibus, seu novella 44. cap. 1. in fine, ubi documentis propter vitiatam contrahentium non infirmandis, quippe utilitati publicæ maxime expedit, ne gesta ab eo, qui communiter posse existimatur invalida sint, cum Respublica defectum suppletur.

Vide etiam, me citato, eruditum, & amicissimum Patrem Laurentium Longum in tabulis Sacramentorum tab. 2. c. 59. & me citato, Possestium in revolut. quest. moral. c. miscell. pr. regularibus sect. 3. n. 17. & me citato Busenbaum in medulla Theologia moral. l. 6. r. 4. in p. 2. dub. 5. n. 8. & plures alios, quos ego alibi adduxi contra Escobar à Corro, qui parum modestè hanc sententiam sigillatus est.

Quadam practicabilis circa Parochum, & eius licentiam assistendi matrimonio, ad ornatum Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de Reform.

RESOLVT. XXXIV.

IN sequenti Resolutione factis explicabitur quis veniat sub nomine Ordinarij ad assistendum matrimonio; nunc verò aliqua discutienda sunt de Parocho, & de ipsa licentia assistendi matrimonio; Et suppono quòd Parochus vnus contrahentis, si in eius Parochia matrimonium celebratur, validè & licite matrimonio assistit. Et hoc verum censeo, etiam si Parochus extra propriam parochiam assistat, ita contra Nauarr. c. 25. n. 144. Ludovic. Lopez 1. p. institut. c. 86. §. præterea & 2. part. de matrim. c. 39. Henriq. l. 1. c. 3. n. 2. Rodr. p. 1. sum. c. 218. n. 5. Zebal. d. quest. 604. c. 60. Basil. Ponce l. 5. c. 16. n. 4.

Et post alios docet Leander de sac. 10. 2. tr. 9. disp. 7. quest. 16. Spino de testam. glos. 15. num. 42. Sanch. l. 3. disp. 19. n. 8. & 14. Coninch disp. 27. n. 22. Gutier. tract. de matrim. c. 62. n. 5.

Ratio videtur manifesta, nam Concilium solum exigit parochi assistentiam, non autem exigit quòd in propria parochia assistat, neque eius fini necessarium erat, cum eius assistentia vbicumque matrimonium celebraretur clandestinæ nuptiæ vitantur, ob cuius causam assistentia Parochi à Concilio postulatur.

Sed difficultas est, An licitè extra propriam Parochiam assistat? Negant Salzed. pract. capit. 73. paragr. undecimo, in noua edit. Henriq. libro 11. cap. 3. numer. 2. Rodriq. 1. tom. sum. cap. 219. numer. 7. Basilus Ponce disp. libro 5. cap. 16. numer. 11. Coninch. disputat. 27. dub. 2. numer. 19. Mouentur, quia nequit sponso benedicere; ergo neque eorum matrimonio assistere. Verius tamen cessante scandalo oppositum existimo cum Spino Glos. 15. numer. 42. Segura Daualos director. iudic. Ecclesiast. 2. part. capit. 15. numer. 49. Sanchez libro 3. disputat. 19. numer. 18. & 19. Gutier. cap. 62. numer. 6. Anton. Diana Pars I X.

eo quòd prædicta assistentia nullibi prohibita inueniatur; & licet sponso benedicere non possit, ut tradit Concil. sess. 6. cap. 5. & cap. 24. sess. 1. de reformat. non inde infertur eorum matrimonio non posse assistere, cum hæc assistentia magis urgeat, & benedictioni solemnè necessario coniuncta non sit; Verum an etiam validum sit illorum matrimonium, cui Sacerdos ex commissione parochi assistit extra parochiam committentis? Negant plures relati à Sanch. l. 3. disp. 35. n. 1.

Quia est Ordinarius exercere possit, extra territorium iurisdictionem voluntariam, & delegatum inferiori Principe eam exercere nequit, ut ex l. 2. de officio proconsul. tenent Bartol. in l. 1. num. 40. Codice de Summa Trinitat & fid. Catholic. & in dicta l. 2. numero secundo, Francisc. Marchio decis. Delphinat. 117. in fin. 2. part.

Sed dicendum est similiter delegatum assistere matrimonio posse extra parochiam committentis, ac potest committens, quia suam illi potestatem delegat, neque est vllus textus, aut ratio ex quibus hæc delegatio restricta censetur, ut pluribus firmat Gutier. disp. c. 62. de matr. numer. 10. neque verum est iurisdictionem voluntariam, quam ex assistentia imitatur non posse extra locum committentis delegatum exercere; potest vtiq; tam in audiendis confessionibus, tum in conferendis beneficiis, ut probabilior fert sententia apud Sanch. lib. 3. disp. 34. n. 1.

Et tandem obserua, aliquos docere, non sufficere presentiam Parochi vnus contrahentis in Parochia alterius, sed necessariò requiri in parochia foemina, presentiam parochi foemina; sed contrariam sententiam ego olim docui, & me citato nunc docet Leander qu. 15. & omnia superius dicta; præter Doctores citatos firmat Martinus Perez de matrim. disp. 40. sect. 2. sper totam.

Nota hæc etiam primò, incolas loci in quo non viget Tridentinum, non posse validè matrimonium inire absque Parocho, & testibus in loco vbi Concilium viget; secus autem dicendum est de incolis loci, in quo viget Tridentinum, nam validè potest contrahere sine Parocho, & testibus in aliis locis in quibus non viget, ita conuenit Henriquez, Rodriguez, Syluium, & alios docet ex pluribus Leander de Sacram. tom. 2. r. 9. disp. 7. q. 11. qui notat procedere etiam si in fraudem legis Tridentini proficiantur ad locum, vbi non viget, ut ibi sine Parocho, & testibus contrahant.

Quia probabilius est, quòd si prædicti incolæ bona intentione contraherent, valide contraherent, ut nuper est habitum; ergo etiam valide contraherent, quamuis cum dicta mala intentione contrahant; nam contractus non læditur ex bona, vel mala intentione; Secundò, quia dicti incolæ in tali casu vtuntur iure suo; at qui vtitur iure suo non dicitur in fraudem legis facere; ergo.

Vide etiam Martinum Perez de matrimonio disp. 39. sect. 6. per totam, & Bossium de matr. c. 4. §. 10. n. 18. Præpositum in 3. par. D. T. b. q. 4. de matr. clandestino dub. 7. n. 42.

Nota secundò dati casus in quo valeat Epicheia quoad decretum Concilij de presentia Parochi, & testibus, nam ego modo certum existimo Christianos habitantes in Prouincijs infidelium, & in eis natos, in quibus Tridentinum non fuit promulgatum valide contrahere absque Parocho, & testibus; Ratio est manifesta, quia decretum Tridentini in eis Prouincijs non habet vim ex defectu publici

publicationis ab ipso Tridentino requisita ad idem dicendum de Christianis captiuis, & mercatoribus, & quibuscumque aliis habitantibus in dictis Prouincijs, & natis in Prouincijs Christianorum, in quibus Tridentinum non est promulgatum, nec viget, quia etiam isti valide contrahunt absque Parocho, & testibus, cum Trident. non habeat vim in suis Prouincijs neque in Prouincijs infidelium, in quibus habitant.

Item puto validè contrahere captiuos apud infideles sine Parocho, & testibus, quamuis ad eas Regiones ducti sint post publicationem, & receptionem in sua parochia, nec animum ibi permanendi habeant.

Et ita, me etiam citato tenent Doctores quos adducit, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 7. quæst. 13. qui cum Sanchez, & Pontio idem putant dicendum esse de matrimonio contracto inter Christianos mercatores, qui inter infideles commorantur, mercium congregandarum, (vel alia ratione) causa.

Nec obstat dicere, si captiuus possint in locis infidelium contrahere matrimonium absque Parocho, & testibus, quia ibi non est receptum, nec promulgatum Trident. decretum, certè nullis alijs legibus Ecclesiasticis ieiunij, abstinentiæ carniuum, vel auditionis sacri tenerentur, cum ibi nec recepta, nec publicata sint. Respondeo diuersas esse rationes, nam vt alia Ecclesiæ leges vbique obligent, sat est, quod sint promulgatae in qualibet fidelium Diocesi, vel in curia Romana; at decretum Tridentini vt obliget, specialem publicationem postulat in qualibet parochia, vel loco habitantis. Cumque apud infideles hæc conditio deficiat in illis locis, hoc decretum nondum obligandi vires accepit, & consequenter qui in illis contrahunt, licet domicilium ibi non fixerint, non tenentur seruare solemnitates in eodem decreto contentam, quia vt dictum est contractus celebrandus est iuxta solemnitates loci contractus.

Et ideò Præpositus, *ubi supra n. 45.* sic asserit, ex his patet quid sit dicendum de Christianis captiuis à Turcis, vel commercij causa degentibus apud infideles, quos aliqui existimant non posse valide in illis locis contrahere sine Parocho, & c. si Trident. in loco domicilij sit receptum ante illorum captiuitatem; alij dicunt non posse si non habeant animum ibi permanendi, sed ex dictis patet posse quouis loco. Ita ille.

Sed limitanda venit superior sententia in locis, in quibus fuit promulgatum Concilium Tridentinum, licet postea in manibus infidelium, vel Hæreticorum deuenierint, & sic hodie in Hollandia, vt ego alibi probaui fideles non possunt contrahere matrimonium absque presentia parochi, & testium: Et ex dictis sequitur à fortiori Iudæos, qui aliquibus in locis habitant intra terminos patriarchatum, in quibus seruatur ea Tridentini constitutio, illa non adstringi, quod etiam dicendum de infidelibus commorantibus in dominio Regum Catholicorum, in quo Trident. hac in parte est receptum. Expediret tamen per ciuilem potestatem aliquem modum eis præscribi, quo de illorum matrimonio posset constare, quia etiam in rebus Reipublicæ Ciuili, vt vitentur incommoda, quæ ex matrimonijs clandestinis nata sunt, hoc præmissis.

Dico primò, baptizati habentes domicilium in loco, in quo constitutum Tridentini est legitime

promulgata, & exacti sunt dies 30. à publicatione, & ibi contrahunt, necessariò debent seruare formam præscriptam, vt matrimonium validè ineant; est certa, & apud omnes recepta; & ita docet Præpositus *ubi supra n. 31.*

Et tandem nota tertio. Magnam difficultatem adesse, quam habitationem contrahentes habere debeant in Parochia, vt eos Parochus coniungere possit, Basilius Pontius nimis laxè, dicit illius Parochiæ, in qua etiam per transitum habitas esse tuum Parochum, vt te possit in matrimonium iungere.

Sed hanc sententiam tanquam improbabilem refellit Castus Palauus & alij communiter. Aliqui verò nimis strictè putant, necessariò contrahi domicilium debere, vt possit Parochus illorum matrimonio assistere; sic Rota in nouis, *decis. 643. n. 2. & 3. vol. 1. Segura 2. part. direct. indic. c. 15. n. 48. Man. Rodrig. 1. t. sum. 2. edit. c. 219. n. 6. Henric. 1. 11. de matr. c. 3. n. 3. Spinò Specul. in stat. gl. 15. n. 41. Petr. de Ledesma de matr. quæst. 45. art. 5. punct. 3. post dub. 4. §. dico tertio.*

Mihi verò placet opinio media; & ideò assero non solum illum verum Parochum tui esse ad matrimonium, in cuius Parochia habes domicilium, id est habitationem animò perpetuo manendi, dum commodior non se obtulerit, sed etiam illum, in cuius Parochia decernit maiori parte anni commorari animò postmodum in proprium domicilium reuertendi, qualiter procedunt Scholastici in vniuersitate, & Mercatores in curia, & mercenarij locantes opera, sic latè probat pluribus relatis Sanchez lib. 3. disp. 13. à num. 12. Gutier. cap. 63. de matrim. à num. 13.

Quibus adde Præpositum in 3. parte D. Thoma quæst. 4. de matrim. clandest. dub. 9. numero 58. & Bossium de matrim. cap. 4. §. 2. num. 9. Immo quoad hoc, vt valeat matrimonium inibi coram Parocho habitationis celebratum, non est opus expectare, vt maiori anni parte hi in Parochia, vel Diocesi habitent, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habent incipiunt habitare, efficiuntur Parochiani, & possunt ibi omnia sacramenta, ordine excepto, recipere ab ordinario, vel Parocho habitationis. Ita Gutierrez dicto cap. 63. num. 20. August. Barbosa de poss. Episc. dist. allegat. 32. num. 64. & de Parochia d. cap. 21. num. 35. Sanchez lib. 3. dist. disp. 23. num. 14. Basilius Pontius lib. 5. cap. 13. d. §. 1. num. 4. Et ego dicto casu 13. num. 33. ob eam rationem, quod sicut ad domicilium simpliciter acquirendum, nulla requiritur temporis habitatio, sed statim ac quis incipit habitare cum animò perpetuo manendi, illud acquirit. Ita statim ac incipit quis habitare, animum habens habitandi non ad modicum, sed ad longum tempus, contrahit, seu acquirit quasi domicilium; & efficitur quasi incolæ, & Parochianus.

Et ideò ex Barbosa Bossius *ubi supra §. 10. n. 18.* testatur, Sacram Congregationem in Senatu 17. Maij 1610. declarasse validum fuisse matrimonium cuiusdam iuuenis cum meretrice, qui dubitauerat illud in propria Ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Tridentini solemnitates; eo quod iuuenis patentes impedimentum eiusdem facillè facturi erant, & propterea ad Urbem Romam se transtulerunt, & coram testibus, & parocho in Parochia, in qua aliquantulum morati erant, contraxerunt per verba de presentia.

Quis

Quisnam sub nomine Ordinarij comprehendatur, ad ornatum Concilij Tridentini sess. 24. cap. 3. de reform. & aliorum textuum iuris Canonici.

RESOLVT. XXXV.

DE hac quæstione latè agit Antonius Gomez in Bullam Cruciatam per c. 4. per totum; omnes verò conueniunt Episcopum, vel Archiepiscopum in sua Diocesi esse ordinarij, non tamen comparatione subditorum suffraganeorum, quia comparatione horum ordinarij non est, nisi in casibus specialibus, vt deciditur cap. pastoralis in princ. de offic. ordinarij. Casus autem speciales sunt primò, si actu visitaret suffraganeos; etenim eo tempore ordinarij censetur teste Henriquez lib. 19. cap. 13. num. 3. Sanch. lib. 3. disp. 28. num. 3. & 4. Suar. t. 4. in 3. part. disput. 15. sect. 1. n. 14. Coninch. de matr. disputat. 17. num. 17. Secundo extra tempus visitationis denegata ab Episcopo licentia, fueritque causa ad Archiepiscopum per appellationem deuoluta: tunc enim causa cognita & sententia prolata, cui locus appellationi nõ sit, poterit eo matrimonio assistere, vel licentiam concedere, sicut resoluunt Spinò de testam. gloss. 15. nu. 39. Segura direct. indic. Ecclesiast. 2. p. cap. 15. num. 50. alijs relatis Sanch. lib. 3. disputat. 28. num. 4. Gutier. de matrim. cap. 66. num. 3. Deinde censetur ordinarij Cardinalis respectu subditorum Ecclesiæ sui tituli, quia habet iurisdictionem quasi Episcopalem ex textu in c. his quæ, de maior. & obedi. & tradunt Nauarr. lib. 4. consil. tit. de sponsal. cons. 47. alijs tit. clandestin. de sponsal. cons. 14. num. 1. Sanchez d. disputat. 28. numer. 7. Gutier. cap. 66. num. 9. Item sunt ordinarij omnes Legati Põtificis in Prouincia suæ legationis, possunt enim quidquid potest Episcopus, vt probat Sanchez n. 8. Gutier. n. 10. & lib. 1. canonic. quæst. c. 11. n. 6. Coninch. disputat. 27. dub. 2. num. 16. Præterea censeri ordinarij capitulum Sede vacante, seu eius Vicarius resoluunt Coninch. n. 17. Gutier. dicto cap. 66. n. 5. Sanchez loco allegato, & alij communiter. Itè ordinarij censetur Abbas Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ, vt colligitur ex capite Ioannes de testam. & tradit Henriquez l. 11. de matr. capite 3. num. 4. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 45. artic. 5. punct. 3. paulò ante dub. 4. Sanchez dist. disputat. 28. numero 6. Gutier. c. 66. n. 6. Denique omnes illi, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent comparatione subditorum ordinarij censentur, vt bene comprobant Sanchez Gutier. Coninch. loco alleg. An vero Vicarius Episcopi Generalis in Hispania Prouisor dicendus est ordinarij, negat Gomez, *ubi supra n. 2. & Sotus in 4. dist. 28. q. 4. art. 3. verbo circa concessionem.* Petrus de Ledesma quæst. 45. de matrim. artic. 5. punct. 3. dub. 4. & ideò asserunt, seclusa speciali commissione, quod non possit assistere matrimonio, nec Sacerdoti licentiam concedere. Mihi verò placet contraria sententia, quam tuetur Petrus Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 4. Sanchez lib. 3. disput. 29. num. 18. Gutier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 19. num. 13. & tract. de matrim. cap. 66. n. 12. & cap. 69. num. 9. Coninch. disp. 27. dub. 2. n. 17. Layman lib. 5. Sum. tract. 10. 2. p. c. 4. num. 5. Basil. Ponte lib. 5. cap. 11. num. 1. Gaspar Hurtado disp. 5. de matr. diff. 9. n. 32.

Et ratio est, quia ordinarij est qui habet iurisdictionem ordinariam, & iurisdictione ordinaria est, Anton. Diana Pars XI.

quæ vel lege, vel Canone, vel consuetudine conceditur, & habetur l. 1. l. & quia ff. de iurisd. omni. iud. l. 2. C. de officio eius, qui vicem alterius gerit c. à iudicibus §. 2. q. 6. ibi ordinarij verò sunt, qui ab Apost. & Ecclesiasticis, vel ab Imper. vt sæculares legtimam potestatem accipiunt c. 1. & c. conquerente, de officio Ordinarij, & alijs capitibus eodem titul. in Decretalibus, & in 6. quare cum Episcopus dum Vicarium constituit generalè, ei non conferat iurisdictionem, sed supposita electione, & constitutione in Vicarium Generalem ei à Canone tribuatur, vt constat ex dicto cap. licet, & ibi Gloss. & scriben-
tibus de officio Vicarij in 6. verè, & propriè est ordinarij, & consequenter vigore Tridentini potest assistere, & alteri licentiam assistendi matrimonio concedere.

Nec obstat dicere, quod inquit Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reformat. cognitionem causatum matrimonialium ad solum Episcopum pertinere, tacitè eius Vicarium excludens. Respondeo, quod estò asserat ad solos Episcopos pertinere causatum matrimonialium cognitionem, non obinde Vicarium excludit; oportebat namque expressè illum excludere, vt factum est sess. 24. c. 6. ibi eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum, sicuti annotauit Flamin. lib. 3. de resignat. benef. quæst. 12. num. 20. & 21. Sanchez. lib. 3. disputat. 29. num. 16. Gutier. cap. 69. num. 7. Adde etiam ex ratione Vicariatus non deberet causas matrimoniales Vicarius Episcopi cognoscere, adhuc non infertur valide assistere matrimonio non posse, siquidem Parochus causas matrimoniales non cognoscit, & tamen valide assistit, & licentiam concedit, quia est ordinarij.

Hinc notandum est, quoties in aliquo decreto mentio fit ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, intelligi non tantum Episcopum, sed omnes habentes iurisdictionem ordinariam; quia omnes illi ordinarij sunt: atque adeo nomine ordinarij comprehenduntur Vicarius Episcopi, cum verè ordinarij sit, quare cum in Tridentino mentio fiat ordinarij, comprehenditur quoque Vicarius Episcopi. Idem dic de Vicario Capituli Sede vacante, & aliorum habentium iurisdictionem Episcopalem, eum verè ordinarij sit.

Hæc autem non sunt extendenda ad Vicarium foraneum; hic enim neque ordinarij est, nec per se assistere matrimonio potest, aut licentiam concedere, nisi ea potestas ei fuerit specialiter commissa, vt ex communi sententia docet Sanchez d. disp. 29. n. 20. Gutier. c. 67. n. 16. & c. 69. n. 12.

Nam licet Vicarius Foraneus alicuius partis Diocesis dicatur etiam Vicarius propriè in ea parte, in qua vices Episcopi gerit, iuxta gloss. in clem. 2. verbo Foraneos; de rescriptis, Bertachin. tract. de Episc. p. 8. l. 4. tit. de Vicario Episcopi. n. 17. & alios quos citat Sbroz. de Vicar. l. 1. q. 20. d. n. 1. tamen, cum non gerat vices Episcopi sui in eodem loco, in quo Episcopus non dicitur propriè Vicarius illius, Bartol. in l. 1. ad finem ff. quis, & a quo Couarr. pr. q. c. 4. n. 8. Menoch. de arbit. l. 1. q. 12. n. 15. Spinò, & Sbroz. locis citatis. Quare etiam non est ordinarij, cum non habeat potestatem ordinariam, vt dixi in tractatu de triplici Iubilæi priuilegio sess. 3. casu 2. §. 3. n. 60. circa finem, Sed delegatam, nec cum Episcopo constituitur idem tribunal, & auditorium, vnde ab eo ad Episcopum appellatur, quapropter Vicarius Foraneus neque matrimonijs valide assistere, neque alijs assistendi licentiam dare, ex vi sui officij, seu delegationis in Vicarium foraneum potest; sed ad hoc ei specialis Episcopi commissio necessaria

tiam tener Leander de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 8. q. 19. & Martinus de San Ioseph in monit. confess. tom. 1. lib. 1. tr. 4. de ordine num. 10. vbi sic ait, Quando el Obispo dà vn beneficio à Clarigo de otro Obispado, solamente co fin de ordenarle, puede hazerlo assi, porque esta no es fraude pues ya tiene beneficio en su Obispado, y no pide mas el Derecho, ita Vgolinus de officio Episcopi c. 25. §. 3. & verba generaliter prolata referuntur ad omnia, l. quidam ff. de tritico vino, gloss. final. C. de hered. de lat. Huculque Martinus.

Igitur ius solum requirit quod quis beneficium legitime obtineat, vt ratione illius ad ordines promo-vere possit; Nec distinguit quo fine, aut ratione quis illud obtineat: ergo nec nos distinguere debemus. Nec quid obstat fundamentum contrarium; dicendum enim nullo modo fraudem legis facere, qui vitur iure suo, quod lege ipsa nititur; Sed hæc omnia procedunt in casu nostro à Patre Bardii appposito. Ergo.

Sed si aliquis hinc inquirat, An supradictus Episcopus in tali casu possit dispensare in Interstitiis cum ipso prouidendo; Negatiue respondet Marius Antoninus l. 1. var. resol. 112. cas. 28. cum non possit iudicare de necessitate, vel utilitate Ecclesie non suæ, & citat Nauarum, sed male.

Mihi verò magis placet opinio affirmatiua, quam ex Garzia, & Barbosa tenet Bardii vbi supra, quibus ego addo Leandrum loco citato q. 20. & Martin. de San Ioseph n. 7. vbi sic ait, Para adquirir domicilio de beneficio basta tener le simple; porque el cap. nullus de temporibus ordinand. in 6. absolute pida beneficio sin distinguit que sea simple, d. de residencia, y sin distincion se ha de entender de qualquiera beneficio, l. de pretio ff. de publicis in rem actio, cap. solita de maiorit. & obed. c. l. 1. & l. prospexi ff. de legat. prestan.

Y qualquiera de estos beneficios dà derochu al Obispo donde caen para que pueda dispensar en los intersticios al tal beneficiado, argum legis si vt certo, §. si duobus, & ibi gloss. verbo dominum, ff. commo-dati. Ita Martinus.

Nec obstat argumentum in contrarium adductum à Mario Antonino, nam ad illud respondet Bardii negando non posse fieri iudicium ab Episcopo isto de necessitate, aut utilitate alterius Ecclesie, quamuis non suæ, quia vel loquitur de iudicio priuato ex eo præcisè quod nequeat scire ea que pertinent ad alienam Ecclesiam, vel de iudicio iuridico: si de primo, hoc est merè per accidens, & tunc non posset dispensare, non ex defectu potestatis, sed ex defectu causæ ignoratæ sufficientis ad dispensandum; si de secundo, quamuis Ecclesia illa non sit sua; nihilominus per accidens ratione promouendi quæ iam est effectus subditus, poterit Episcopus iudicium legitimum ferre; Inde est posse etiam dispensare in illegitimitate ad minores ordines, sicut potest Episcopus domicilij.

An celebrare extra locum sacrum sit peccatum mortale.

RESOLVT. II.

Pro sententia negativa, secluso scandalo & contemptu alibi adduxi Sotum, & Sà, quibus nunc addo Ludouicum Lopez in instructorie conscientia 10. 2. c. 79. ante §. superest, & horum sententiam nouissimè in aenio nolle reprobare Franciscum Lugo de sacram. lib. 5. cap. 6. qu. 2. num. 20. vbi sic ait, Fa-

teor hanc secundam sententiam esse communem, & tutam, & veram, & omninò tenendam in praxi. Quod autem quidam oppositam notare velint, & nimis liberam, absurdamque compellent, non omninò probò, cum habeat pro se, præter Sotum, & Sà viros planè doctos & pios, Magistrum etiam sacri Palatii cum aliis DD. quorum opera correctus Sà retinuit adhuc illam sententiam, quam etiam Azor iudicat probabilem, dum hanc secundam solum vocat probabiliorem.

Plures item huius secundæ partis Auctores nullam notam inurunt primæ. Sanè sicut rigor antiquorum Canonum moderatus fuit quoad temporum consecrationem, vt iam sufficite templi benedictio, vel sola deputatio Prelati; Sic etiam videtur consuetudine temperari; quatenus non requiratur summa necessitas, sicut olim requirebatur in cap. sicut non alij, de consecrat. disp. 1. sed honesta commoditas sufficiat ad celebrandum extra locum sacrum, dum autem comoditas honestatur deuotione particulari frequenter celebrandi, vel audiendi sacrum, quod aliter raro fieret, prima sententia putat excusari mortale peccatum, quod secunda sententia probabilior negat. Huculque Lugo.

Sed ego puto certissimè affirmatiuam sententiam tenendam esse, quicquid asserat Lugo, & sententia Soti, & Sà est singularis, & contra communem, contra praxim Ecclesie, & prohibetur in cap. nullus, de consecr. disp. 1. & in Concilio Tridentino sess. 22. cap. de euitandis in celebr. miss. & præter Doctores quos etiam, me citato adducit Lugo vbi supra n. 19. hanc sententiam, me citato tenet Leander de Sacramen. tom. 2. tract. 8. disputat. 6. qu. 15. Vvigerus in 3. part. D. Thoma q. 83. dub. 15. num. 66. Tannerus tom. 4. quest. 10. dub. 2. num. 28. Mercerus de Sacram. qu. 83. artic. 3. propos. 1. qui omnes nominatim contra Sotum, & Sà merito insurgunt.

Hanc etiam sententiam præter Hinojosam in direct. tr. de panis verbo baptismus fol. 321. docet Martinus de San Ioseph in mon. confess. to. 1. l. 1. tract. 14. de Euchar. n. 6. Bassæus in floribus verbo missa v. n. 1. Tamburinus opus de sacrificio missa lib. 1. cap. 4. §. 1. num. 2. Cardinalis Lugo de Euchar. disput. 20. n. 48. Machadus tom. 1. lib. 4. part. 1. tract. 11. docum. 1. numer. 2.

Et quidem si ad panem terrestrem manducandum, sunt domus & certa loca deputata 1. Cor. 11. Nunquid non habetis domus ad manducandum, &c. quanto magis decet, vt non vbiue & quouis in loco, sed in locis tantum Deo sacratis sacrosanctis mysteria celebrètur, & panis ille diuinus comedatur, Præpositus in 3. part. D. Th. q. 83. art. 3. dub. 1. num. 146. & Amicus in Cur. Theolog. tom. 7. disp. 33. sess. 12. num. 331. & 332. vbi sic ait, Sotus putat vix vnquam per celebrationem extra locum ad diuinum cultum deputatum peccari mortaliter, modo absit contemptus. Quæ sententia merito non probatur à Vasquez disput. 233. cap. 1. in fine, eò quod iura non nisi in necessitate concedant missarum celebrationem extra loca Deo consecrata, vt habetur Canon. 1. de consecrat. disp. 1. consecrationem, inquit, Ecclesiarum, & Missarum celebritates non alibi, quam in sacratis Domino locis absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus. Vbi verbum, Debere, præceptum importat, quod cum sit in materia graui, obligat ad mortale. Ita Amicus.

Et contra Sotum nominatim ex ipsomet ordine Patrum Prædicatorum insurgit etiam Magister Marcus Serra in 3. part. D. Thoma quest. 83. artic. 3. Dicen-

Dicendum est igitur, extra casum necessitatis præceptum esse Ecclesiasticum obligans sub mortali, vt missa tantum celebrètur in Ecclesia consecrata, aut benedicta ab Episcopo, vel in Oratorio ad diuinum cultum dedicato, & ab Ordinario designato.

Vndè caueant Sacerdotes ab opinione Soti, & Emanuelis Sà, non obstante ea, quæ in eorum fauorem adducit Pater Lugo, vbi supra, & idè non deferam aduersus illos apponere hinc verba Patris Dicastilli de Sacram. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 6. num. 85. & 86. vbi sic ait, Quapropter merito reicitur ab aliis Sotus in 4. distinct. 13. q. 2. art. 3. qui dixit non opus esse magna necessitate, vt in hoc mortale peccatum excusetur. Quæ doctrina (ne amplius dicam) falsissima est, nam capite nullus id præcipitur sub comminatione depositionis, & cap. sicut, de consecrat. distinct. 1. expressè dicit Pontifex non licere extra Ecclesiam celebrare, nisi summa coegerit necessitas.

Minus adhuc probabile est, quod ibidem asserit Sotus, & cum eo Sà verbo missa n. 26. scilicet non esse mortale etiam absque necessitate dicere missam extra Ecclesiam, & absque vlla alia facultate, si absit contemptus, & scandalum, quod sanè absurdum satis esse probat Suarius disp. 81. sess. 3. nam etiam si ex deuotione quis celebrètur in sua priuata domo, & secrete, peccat mortaliter, transgrediendo scilicet Ecclesiasticum præceptum in re grauissima. Ita etiam contra Sotum Nauarum c. 25. n. 32. & alij Doctores communiter. inter quos Diana citandus cum multis. Huculque Dicastillus.

Heu quondam noster, mortuus est enim dum hæc scribo, & quidem intra spatium vnus anni amisi ex Societate Iesu tres Sapientissimos, & amicissimos Vicos Patrem Antonium Quinlanaduenas, P. Franciscum Lugo, & Patrem Ioannem de Dicastillo. Omnes eodem cogimur, omnium versatur vna, serius ocyus fors exitura.

Nota tamen, quod præter peccatum mortale, nullam tamen penam suspensionis, vel interdicti ipso iure incuruntur huius præcepti violatores, quicquid asserit Siluest. verb. missa 1. q. 3. §. 5. & Hentiq. 9. c. 27. moti ex c. Episcoporum de priuileg. in 6. quia ibi non est sermo de celebrantibus extra locum sacrum, sed de celebrantibus, vel celebrare facientibus in loco interdicto per censuras Ecclesie, quibus Ecclesie ingressus interdictur. Sicuti benè notarunt Suar. disp. 811. sess. 3. non longè à principio, Egid. q. 83. art. 3. dub. 1. Penam verò depositionis, quæ à Siluestro Papa in d. c. nullus Presbyter, imponitur, non ipso iure, sed ferenda est, vt est, vt ex textu constat, & ita etiam docet Castrus Palaus 1. 4. tr. 22. punct. 8. n. 3.

An Regulares possint dispensare cum secularibus in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis, in quibus potest dispensare Episcopus?

RESOLVT. III.

PVlchra questio, & ad illam negatiue respondet Angelus Possestius in recollectione questionum moralium verb. Irreg. c. 7. n. 16. vbi sic ait; In omni irregularitate, in qua Episcopus dispensare valet; etiam Regulares valent confessari; intellige quoad Fratres, idem tenet Petrus Bellonus verb. Irregularitas num. 12.

Verum alij affirmatiue respondent, vt Rodriguez, & Ioannes de la Cruz, quos citat, & sequitur Ludouic. Caspensis in curs. Theol. tom. 2. tr. 25. disp. 5. sess. 17. num. 120. & Bassæus verb. irregul. num. 10. Pellizarius in man. reg. t. 2. tr. 8. c. 3. n. 90. & contra aliquos Priuilegium coarctantes, Martinus de San Ioseph in reg. D. Francisci in declar. breuium verbo dispensare fol. 575. vbi sic ait, Parece que los Auctores que han hecho mencion deste priuilegio, se han conjurado para cercenarle, y aun destruyrle, proque Corduba super compend. vers. absolutio quoad saculares; annotatione ad §. 20. Dize que los Minimos no usan del para dispensar irregularidades de seculares, y que se le dixo vn Provincial de los Minimos y esto no obsta para que aunque sea assi, las demas Religiones por participacion no puedan usar del, pues en los priuilegios se comunica el derecho de vsur, y no el vsuò no vfo de la Religion, à quien se concedio, vt benè Frater Ioannes de la Cruz in epitom. priuileg. fol. mibi 163. y es doctrina llana; Henriquez t. 1. l. 7. de indulgent. cap. 28. §. 5. dize que los Minimos usan deste priuilegio para las irregularidades de los seculares, pero que solamente dispensa el Prelado de los Minimos; Menos tiene fuerza esta razon, porque si es priuilegio absoluto, no se deue restringir à los Prelados ni se deue distinguir donde el derecho no distingue; cap. solita de maioritate, & obedientia, l. de pretio ff. de publica in rem actio. y el Padre Vega de la Orden de los Minimos in summ. verb. absolutio cas. 44. §. dixit que lo dicho afirma que Sixto IV. concedio à los suyos este priuilegio para dispensar con los seculares en las irregularidades, y no restringe à los Prelados, y lo dixera si fuera assi; Portel. 1. p. resp. mor. cas. 3. n. 2. dize quel priuilegio se concedio no solo à los Prelados, sino à los Confessores Religiosos Minimos, pero que no aconsejara se vse del, porque nunca oyo dezir que Religioso alguno aya vsado de tal priuilegio para irregularidades, pareçeme es escrupulosa la cautela de lo Portel, pues el vsuò de semejantes priuilegios siempre es muy secreto, y en el Sacramento de la Penitencia, y quando sea assi, que no se aya vsado del no se ha perdido por esso; pues Sixto V. en el año de 1587. confirmo nuestros priuilegios, esten d no esten en vfo, y Paulo V. en el año de 1609. lo confirmò tambien absolutamente sin hazer exception de los que no estauan en vfo, con que todos quedaron confirmados assi los concedidos inmediatamente à nuestra Religion, como los que se auian decho nuestros por participacion de otras Religiones.

Non pretendo darme fuerza al priuilegio de Sixto IV. de la que el se tiene, porque no le he visto autentico; però heme alargado en este para que viendo mis razones los hombres doctos, las dem autoridad, si le les deue dar. Huculque Martinus de San Ioseph.

Et hanc sententiam sine supradictis limitationibus impugnatis, tenent Doctores; à me superius adducti, quibus adde ex Prædicatorum familia Magistrum Hinojosam in Directorio Decisionum Regularium verbo dispensatio in saculares fol. 187. vbi docet, quod dispensare possunt Fratres confessores, cum secularibus in quacumque irregularitate; super qua ordinarius dispensare potest concessit Sixtus IV. & Iulius II. Ita ille.

Et tandem non deferam hic apponere verba Portel in resp. c. 1. cas. 3. n. 1. & 2. sic asserentis, Ego pro remedio istius, vel similis impediti dixi, quod si

Episcopus in hoc casu posset dispensare via ordinaria, nos etiam possemus per privilegia: nam Sixtus IV. concessit Patribus Minimis, ut possent audire confessiones secularium; eosque absoluerunt ab omnibus censuris, & cum illis dispensare in omnibus irregularitatibus reservatis ordinario; habetur in *compendio mendicantium vers. absolutio quoad seculares* 2. §. 20. Circa quam concessionem, licet Corduba anno, ad *compend. in dicto* §. 20. dicat Patres Minimorum non, uti ista concessione quoad dispensationem vltius irregularitatis cum secularibus, & ita se auduisse à quodam Provinciali Ordinis Minimorum. Ad quod ego dico, quod ille Provincialis forte non erat tam doctus, ac fuit Vega Pater Minimorum, ac doctissimus, qui in *Summ. verb. absolutio casu. 43. dicitur que lo dicho*, refert idem privilegium Sixti IV. illis concessum ad dispensandum cum secularibus in irregularitatibus modo supradicto, & non dicit in sua Religione abstinere à tali dispensatione, quod debuit dicere si ita esset. Præterea Rodriguez r. 1. q. 61. ar. 3. referens idem privilegium ait, Iulium Secundum declarasse, & extendisse idem privilegium Sixti IV. datum Minimis, ut intelligeretur eos id posse etiam circa seculares, & Ecclesiasticas personas.

Tertio; Henriquez r. 1. l. 7. de *Indulgentiis* c. 28. §. 5. ait, Patres Minimorum Romæ uti illo privilegio Sixti IV. quod seculares, etiam dispensando in irregularitate modo supradicto, quamvis autem ibi Henricus dicat solum Prælatos Minimorum sic dispensare, ego video, quod verba privilegij id non specificant de solis Prælati, sed concedunt illud Patribus Minimis. Volui hæc semel fuisse ponere, ut designat quis mirari, si dicentem me audiat, posse Regulares aliquando dispensare cum Clericis, vel secularibus in aliqua irregularitate: datur enim clarum privilegium, & affirmatur à tribus Doctoribus supra citatis gravibus, & recentioribus. Et nihilominus his non obstantibus, ego non confuso, ut Regulares hodie virtute illius privilegij dispensent cum secularibus in aliqua irregularitate, quia video non esse in usu apud Religiosos, nec de tali usu unquam audiri. Hucusque Portel.

Qui licet, ut vidisti, asserat, quod cum dictum privilegium non videatur esse in usu apud Patres Minimorum, eiusque usus non leuem parere possit offensionem in ordinariis, consultum est, ut etiam Regulares aliorum ordinum eo gaudentes per viam communicationis ab illo abstineant, quod, & ego suadeo, non tamen præcisè ex eo, quod præfatum privilegium non sit in usu apud Patres Minimorum, quibus primo, & per se concessum est: siquidem non repugnat privilegium non esse in usu apud eum, cui per se primo concessum est, & tamen eo uti posse, qui per viam communicationis de illo participant.

Dicendum est igitur, quod in communicatione privilegiorum communicatur solum ius vendi, non autem usus, & non vsum; ideoque privilegia concessa alicui certo ordini, & postea communicata aliis ordinibus, ex æquo modo supradicto non tolli respectu horum, nisi legitime præscribantur; idque etsi ordo, cui primo concessa sunt dicta privilegia, vsum illorum amiserit, aut etiam contra ipsum quoad ea fuerit legitime præscriptum, ita Rodriguez r. 1. q. 5. n. 19. ex Panorm. in c. cum accessissent, de *constit.* & Siluestr. P. *privileg.* §. 11. quos sequitur Suarez, sup. c. 16. n. 17. & probant, quia posterior concessio privilegiorum non pendet à priori, ac proinde inter tales concessionem datur tantum

anteccessio temporis, & sic mutatio facta in vno non potest nocere alteri; cum quo ad hoc non sit facta communicatio, ut patet.

Itaque ex mente supradictorum Auctorum possunt hodie confessarij Regulares dispensare super quascunque irregularitates, etiam cum secularibus, in quibus potest Episcopus, & præsertim vigore Concilij Tridentini *sess. 24. c. 6. de reform.*

Vnde ex his posset aliquis inferre, posse confessarios Regulares dispensare in irregularitate veræ bigamiæ quoad ordines minores, & simplex beneficium, quia aliqui Doctores asserunt Episcopum posse in hoc casu dispensare, contra quos ego sentio in p. 4. r. 2. ref. 72.

Secundò, possent etiam dispensare super irregularitate occulta ex defectu natalium, quia secundum aliquos talis irregularitas est dispensabilis ab Episcopo, contra quos ego, ubi *supr. ref. 64.*

Tertio, possent dispensare in irregularitatem ex defectu lenitatis; nam non desunt Doctores concedentes hoc Episcopis, contra quos ego *ref. 66.*

Quartò, possent dispensare in irregularitate contracta ex mutilatione alicuius membri, cum id possit Episcopus facere secundum aliquos contra quos ego *in ref. 71.*

Quintò, possent dispensare super aliqua irregularitate si delictum fuit deductum ad forum contentiosum, etiam iudicio finito punitum, hoc n. facere posse Episcopum tradunt plures Auct. penes me ipsum *ref. 97.*

Sextò, possent dispensare in irregularitate occulta hæreticis, per ea quæ ego dixi in *part. 7. tract. 2. resolut. 25.* posse hoc facere Episcopum, contra Suarez.

Septimò, possent dispensare in irregularitate contracta in bello iusto; nam hoc secundum aliquos Episcopis conceditur, ut patet apud me ipsum *ubi supra resolut. 27.*

Octavò, possent dispensare in irregularitate contracta ex homicidio causali etiam publico, & homicidio voluntario ex repentina rixa orto, & excessu in sui defensionem facto, per ea, quæ dixi *supr. ref. 29. 31. 32.*

Et ita videtur dicendum in aliis casibus, in quibus Episcopis licitum est super irregularitates cum secularibus dispensare; Nam in his posse confessarios Regulares etiam dispensare vigore privilegij Sixti IV. & Iulij II. tradiderunt Doctores superius adducti.

Vnde si hæc opinio esset admittenda, magnam auctoritatem haberent confessarij Regulares, & poenitentes in multis casibus circa incursionem irregularitatum essent immunes petendi dispensationem à Pontifice, vel ab Episcopis.

Sed his minimè obstantibus ego nolo esse Auctorem huius opinionis; Imò contrariam expressè & absolute teneo, Assueverant itaque Regularibus dico ne omninò tali privilegio utantur, nam opinionem affirmativam minimè admittendam esse puto.

An in aliquo singulari casu consecratio Episcopi possit fieri absque Bullis presentibus ipsius confirmationis, si de illis moraliter constet iam expeditas fuisse.

RESOLVT. IV.

SUPpono de consecratione Episcopi esse maximam necessitatem in illa Ecclesia, quæ multum distaret ex Romana Curia, & de hoc casu ego interrogatus fui ab Eminentissimo Principe, & Domino meo amantissimo Cardinali Tiulio, & in facti contingentia accidit in India in personam Fratris Bernardini de Cardenas Episcopi de Paraguay, & tunc ego affirmativè respondi, & nunc inuenio nostram sententiam firmare validissimis rationibus sapientissimis, & amicissimis Ioannes Solorzanus in politica nouissimè edita, & idè sic ait, *lib. 4. c. 5. in fine.*

Lo que estos dias he visto poner en question, y por esso lo juzgo por digno de rematar con ello este Capitulo, es, si podra vn Obispo consagrarse en las Indias ò en otra parte antes de haver recibido las bulas Apostolicas de su promocion, y confirmacion, y solo con la noticia, ò certezga bastante de que ya le estan despachadas, porque parece en esta forma se consagro de proximo el Reuerendissimo D. Fr. Bernardino de Cardenas Obispo del Paraguay por mano del Reuerendissimo del Tucuman, precediendo informacion que ruieron por bastante de que ya estauan despachadas las bulas, aunque por algunos accidentes no auian llegado a su poder.

Y no falto quien lo estrañasse, y escribiesse al Consejo, era caso nuevo, y en que ambos auian incurrido en graues penas y censuras; Porque segun lo que despues de otros refiere Augustin. Barbosa in *pastoral. 1. p. tit. 1. c. 5. n. 5.* aunque dentro de la Curia Romana se pueda consagrar vn Obispo con sola la notoriedad, ò vna voz oraculo, de que ya esta criado por tal, fuera della no se permite sin ver las Bulas, y leer las al tiempo de consagracion, y aun el ceremonial, ò Pontifical Romano dize se pongan sobre la cabeza del consagrando, Pordohd parece que si se haze la consagracion sin preceder estos, incurrirà el consagrante en las penas de los que ordenan à Clerigos subditos de otros Prelados sin su licencia, c. 2. & fin. de *temp. ordin. lib. 6.* y el consagrandò en las que incurre el Clerigo que se ordena sin licencia de su ordinario, c. eos de *temp. ord. l. 6.* Trid. *sess. 6. c. 5.* & *sess. 14. c. 2.* & *sess. 23. c. 8. de reform.* ò el Obispo que se mete à exercer iurisdiccion en su Iglesia antes de auer despachado las bulas della, de que habla vna extrauagante *Extrau. 1. de elect. inter comm.* en cuyo argumento, dizen vnas glosas, Abad y otros muchos Autores Gloss. in l. final. C. de *Consul. l. 12.* & in *cap. nobilissimus 97. dist. 8.* in c. *Lugduni 9. q. 2.* Abbas in c. *nostra de rescriptis*, Felinus in *rubric. de constit. n. 5.* Rebuffus de *mandat. apostol. §. 1. verb. litteras.* & in *praxi tit. de rescriptis ad benef. n. 17.* & *seqq.* Boët. *decis. 89. n. 1.* & *decis. 149. n. 6.* Gutierrez. *alleg. 3. n. 7.* que aunque la gracia del Obispo, ò beneficio haze con solo el verbo fiat del Papa, hara mal el Cabildo que le recibiere por Prelado, sino mostrate el titulo, ò letras de su dignidad aunque por otras vias le conste ser cierto, que esta promouido.

Però sin embargo desto el consejo despues de auer ponderado el caso con su acostumbra da aten-

cion, y prudencia, se contentò con escruer à los dichos Prelados, informassen lo que auia pasado en el, y con aduertirles se auia estrañado, lo que se dezia, que auia hecho, y que podria estar sujeto à muchas fraudes, è inconuenientes, si en otras ocasiones se continuasse, y se perjudicaria el Patronazgo Real, que esta en Costumbre de empiar juntamente con las bulas la prouision para que se cumplan, y al Obispo se le acuda con sus fructos, y rentas, que llaman executoriales.

Sin poner duda de que la consagracion huiese sido valida, porque esso no la recibe, supuesto la verdad de que ya estaua criado este Obispo, como se coglie de los textos citados *d. c. 2. c. eos.* & *c. final. de temp. ord. l. 6.* y que ay Autores que dizen; que los tres meses, que se dan à los Obispos para Consecrarse, despues de su promocion, ò confirmacion *c. cum olim de dolo.* & *contumac. cap. prouidenda.* *vbi gloss. verbo consecratione de elect.* Trident. *sess. 7. de reform. c. 9.* & *sess. 23. de reform. cap. 2.* cum aliis apud March. de *ord. r. i. part. 2. c. 11. n. 6.* corren desde el dia de la noticia della, como lo diremos en otro lugar infra hoc *l. c. 13.* laqual noticia tiene declarado la Rota Romana, que la puede vno tener por cartas particulares, como lo refiere Farinacio in *seleçt. 1. p. tom. 2. decis. 475. n. 74.* y segun esto bien parece, que pues en el caso de que se trata la huera bastante, se pudo licitamente pedir, y recibir la consagracion.

Especialmente las Indias donde por la gran distancia de los lugares, y riesgos de tan largos caminos, y nauigaciones puede succeder que muchas vezes, no solo se detangan, sino se pierdan las bulas, y donde por el mismo respeto esta introducido que con sola la cedula de la presentacion Real entren luego à gouernar los Obispos nombrados, como lo dexo dicho en otro Capitulo *sup. hoc lib. c. 4.*

Alo qual se llega que aunque es doctrina comun y corriente, que la confirmacion, y qual quiera otra gracia apostolica regularmente se ha de probar por las letras Pontificias, como refiriendo otros muchos lo enseña Alexandro Ludouiso *dec. 471. n. 12.* esto no excluye que tambien en algunos casos se pueda probar por testigos, ò por otro genero de probanca como lo resuelve vna decision de Rota, y latamente Tamburino, y Don Francisco Salgado *Dec. 27. de rescr. in nouis, de iure Abbas. 1. r. disp. 16. q. 2. de reuoc. Bullar. 2. p. c. 26. n. 30.*

Y por lo menos en el fuero interior de la conciencia, es comun opinion, que ni para tomar la posesion, ni para ganar los fructos, es necesaria la expedicion de las bulas, y basta saber que este echa la gracia, y aun en el exterior se admite lo mismo si se presentaran antes de la sentencia definitiva de pleyto que sobre esto se huuiere mouido, como despues de Ludouico Gomezio, y otros lo enseña Nauar. in c. *accepta oppos. 8. n. 30. rurs. spoliat.* y no puede parecer mucho, ni nuevo, que digamos, que la confirmacion se pruebe por cartas particulares, pues la presentacion se prueba por ellas, como lo dixè vn Texto *c. ea noscitur de his, qui sumi à Prelatis.* y latissimamente Nicolao Genoa *de scriptura priuata l. 3. q. 26. n. 1.*

Demas que en el caso propuesto, no he hallado ley Canonica inferta en el Derecho, ni fuera del que imponga pena alguna al Obispo, que con noticia, aunque no sea plénamente probada, de la confirmacion Pontificia consagrarse, ò recibiere la consagracion.

Y assi aunque las aya de suspension, y otras en casos que parecen semejantes; no hablando como no hablan con los Obispos en nuestros terminos no estan cõprehendidos: en ellas sin expresse mencion; Porque nunca se suelen comprehender, ne comprehenden en las generales y absolutas disposiciones penales, como esta dispuesto en Derecho *c. quia periculosa, de sent. excomm. in 6. c. si compromissarius §. huiusmodi de electione l. 6.* Maiolus, Mandosius, & alij apud Riccium *in praxi aurea resol. 2. 1. 1. num. 1.* y se estiende no solo a los Obispos consagrados sino a los electos, y confirmados como lo prueba tambien August. Barbof. *de iure Eccles. lib. 1. c. 9. à num. 25.* trayendo algunos bucuos de- xemplos.

A losquales yo añado el del que se dexa ordenar por vn Obispo que auia ya renunciado su Obispado, al qual se le pone espresse pena de suspension por Derecho Canonico *c. 1. de ord. ab Episc. qui ren. Episc.* y vemos que esta pena no daña ni comprehende al que se dexò consagrar por el tal Obispo como lo resuelue Bonacina *3. 2. disp. 3. g. 1. punct. 9. n. 12.* y lo mismo dize el Padre Suarez, *de cens. disp. 3. 1. sect. 1. n. 53.* tractando de la pena de los que se ordena por salto, y resoluiendo que no comprehende al Obispo que en esta forma se consagrate. Como ni tampoco la pena de la estraauagante de Pio II. contra los promouidos, y ordenados antes de la edad legitima, que señala el Derecho, no comprehende a los que se consagran antes de la que para esto se requiere, como la nota y resuelue en Mar. Alterius, *de cens. 2. 2. disp. 10. de suspens. c. 4. p. 165.* dando razones que conducen mucho a nuestro proposito.

Pero aun llegando mas a lo individual de las penas, que como diximos, incurren los que ordenandõ se dexa ordenar sin letras de sus Prelados *d. c. 2. c. eos. c. fin. de temp. ord. in 6.* Trident. *vbi supra,* tampoco se aplican a nuestro caso, porque no hablan se limitan comunemente quando no ay dolo, o quando se consieren las ordenes al no subdito con esperanza de que el Prelado proprio las ratificara, y tendrà por bien conferidas, como despues de otros autores antiguos lo resueluen los modernos, Acuña *in notis ad c. illud el. 1. n. 3. 7. 1. disp. Diana 2. p. tr. 4. ref. 191.* y March. *de ordin. tr. 1. p. 5. c. 11. n. 11. y 12.*

Y vltimamente no es adaptable a este caso *Extran. in iuncta, de elect. inter comun. cum alijs sup. cit.* que ponderamos para probar que no puede vn Obispo ser recibido por su Cabildo, si no presenta sus bulas en forma probante: Porque sus terminos son muy diferetes de los del. Y solo hablan en los que sin letras apostolicas, quieren entrometerse en la administracion de sus Iglesias, y no de los que se consagran sin ellas: y tampoco aquella estraauagante pone pena a los mismos Obispos, sino a los Cabildos, como por su contextura parece, y lo notan Vgolin. *de pot. Episc. cap. 2. §. 1. Labor. 4. tom. 2. c. 25. num. 10.* y referiendo a Parisio, Azor. y otros, Barbofa *in collect. ad d. extranag. num. 5. & Rolatius lib. 1. de iur. Eccles. c. 9. num. 24. ego sub hoc l. c. 4.* y mejor que todos el Doctor Nauarr. *d. c. accepta n. 13.* que doçtamente adierte, que la disposicion de aquella estraauagante es exorbitante de la disposicion del Derecho comun, que regularmente de rãta fee a los testigos, como a los instrumentos *l. in exerendis C. de fid. instrument. y que por el conseqüente no se ha de estender a otro caso, fuera del que alli expresse: exemplificandolo en*

algunos que va proponiẽdo, y concluyendo finalmente que no procede en el fuero de la conciencia. Lo qual sigue tambien Iuan Baler. *de differ. vtriusque fori verbo obedientia, diff. c. 4.*

Hæc omnia Solorzanus *vbi sup.* quæ hic apponere per extensum volui, quia resolutionem affirmatiuam a me Eminētissimo Triultio datam, scio a quodam Theologo, tunc fuisse, sed immerito impugnatam, sed non expugnatam.

Notandum est hic etiam, quod in eadem causa Episcopi de Paraguy interrogatus ab eodẽ Eminētissimo Cardinali Triultio, An eius Consecratio sine duobus alijs Episcopis assistentibus fuerit valida, respondi affirmatiuè ex priuilegio Summorum Pontificum concessio Regibus nostris pro Indijs, vt patet apud Solorzanum, *de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. cap. 6.*

Nam licet ad valorem ordinationis requirantur tres Episcopi ex institutione Christi, tamen hoc procedit de iure ordinatio; nam ex commissione Pontificis dicendam est, duobus etiam, aut vni soli hoc ministerium posse conuenire; vt ego late probaui *in part. 8. tract. 1.*

Immo non improbabiler mibi videtur in principio nascentis Ecclesiæ Apostolos dispersos per varias mundi plagas id fecisse, quod Gregorius dicitur permisisse Augustino Cantuariensi; quis enim credat Apostolum v. g. Thomam in Indiam pergentem habuisse ad manum pro consecrandis Episcopis necessarijs in vastissimis Regionibus duos vel tres Episcopos, qui secũ nouum Episcopũ consecrarent? Itaque iuxta potestatem Apostolicã quam vnusquisque Apostolus habuit per totum mundum a Christo, potuit Thomas, & quilibet alius Apostolorum pro presenti indigentia id facere: habuerunt enim eam potestatem Apostoli proculdubio, quam posset habere, modò vnus Episcopus ex commissione Pontificis. Vnde sicut modò Pontifex per semetipsum, si vrgeret necessitas id posset facere; ita etiam tunc non solus Petrus; sed ceteri Apostoli potuerunt; nec credendum est Christum, ita semper & pro semper alligasse potestatem consecrandi Episcopum tribus, vt ex nulla dispensatione, & in nullo casu a paucioribus fieri posset; & ita docet Dicastillus, *de sacram. 1. 1. tract. 6. disp. 1. dub. 10. n. 170.*

An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando iam est conclusum negotium iniustum?

RESOLVT. V.

IN affirmatiuam sententiam inclinat Thomas Hurtadus *2. 2. tr. 12. cap. 1. §. 3. n. 1418.* vbi sic ait, Sed alicui posset videri non improbabile, quod si quis scit, quod omnes electores alicuius gremij seu partialitatis, quorum est maior pars sufficiens ad electionem Canonicam faciendam, sunt determinati ad eligendum indignum; possunt ad euitandum notabile damnum, aut persecutionem iniustam concurrere meo suffragio externo non consentiendo interius in eius electionem; & hoc siue primus idem suffragium, siue medius, siue vltimus. Quia quantum ad hoc nihil interest. Probatum primò, quia in hoc casu quis non est causa, aut concausa electionis indigni, sed electores, qui sunt illius partialitatis, & est maior pars, & tam constans in sua determinatione, vt moraliter sit certum executuros, quod semel determinatur. Rursus non

non consentit interius, imò potiùs dicenti electioni indigni, solumque exterius præbet suffragium ad euitandum damnum imminens, quod rationabiliter timetur; quare materialiter duntaxat suffragatur electioni indigni. Vnde suffragatio in isto casu sit illi inuoluntaria moraliter.

Dixi hoc non videri alicui improbabile, siue suffragium immittam primus, medius, aut vltimus; si moraliter sim certus, quòd maior pars vtorum erit pro indigno. Hoc est contra Malderum, Syluium, & alios ex citatis, quatuus enim primus dem suffragium, est materialiter, vt me defendam, & consecrẽm ins quod habeo ad me conseruandum indemnem, non quia consentiam electioni, quæ certò moraliter ab alijs est concludenda, sicut D. Thomas. *2. 2. q. 100. art. 6. ad 3.* dicit licitum esse illi, qui habet ius ad beneficium pecunijs redimere vexationem, & auferre impedimenta, secus si non habuerit ius ad beneficium; quare in hoc casu non teneatur quis primus dare suffragiũ ad restitutionem. Vnde in ordine ad electionem indigni non sum moralis causa efficiax damni postiuè moraliter ad illã conferens, cum antecederet sciam alios sine meo suffragio electionem perfecturos. Quare antecederet non in ius in electionem, sed solum materialiter consero suffragium sine consensu in electionem. Huc vsque Hurtadus.

Sed hæc omnia sint probabilia alijs iudicandum relinquo; & an possint applicari, quando in Parlamento, seu Comitij Regnorum concludendum esset aliquod donatiuum.

Verum idem Hurtadus superius dicta limitat in casu, in quo Conciliarij Regij sententiam iniustam ferunt, & postquam pro maiori parte conclusa est, vltimus qui aduenit confirmat, & approbat sententiam iam conclusam; sed tamen mandata executioni de omnium consensu quamuis vltimus non fuerit causa sententiæ iniustæ, fuit tamen causa partialis eius executionis, quæ immediatè affert dampnum patri læsæ, & sic concurrat ad illud infertendum, si vltimum suffragium influit, vt citius sententia iniusta executioni manderetur. Et quidem ita est quando nomine omnium subscribentium sententia exequitur, nisi qui non concurrat ad sententiam proferretur se subscribet; vt moti satisfaciatur; non verò quia sentiat; quod similiter dicendum est in examinarijs Synodalibus, quando enim omnes concurrunt ad approbationem dubio procul citius mouetur Episcopus ad conferendum beneficium, quam si non omnes concurrant. Ita ille.

An Priuilegium concessum Regularibus, vt possint initiari sacris Ordinibus extra tempora, extendatur etiam ad Nouitios?

RESOLVT. VI.

DE hoc casu Panormi interrogatus Pater Ioseph de Augustino inclytus Societatis Iesv Theologus negatiuè respondit, sed tunc ego in sententiam affirmatiuam inclinaui, nulla auctoritate Doctorum fretus, nunc autem inuenio hanc sententiam docere Patrem Thomam Hurtado *var. 2. 2. tr. 12. cap. 1. ref. 33. n. 1874.*

Quia, ait ille, nomine subditorum in fauorabilibus sunt Nouitij, qui priuilegijs professorum gaudent, ad quod probandum, me citato, alios etiam adducit; Deinde asserit ex declaratione Clementis

VIII. facta Monachis Fulienfibus, Nouitij ligantur reservatione casuum, vt tenent præter ibi citato Salas *1. 2. disp. 14. sect. 5. in fine*, Pègrinus in *additionibus ad const. Theatinorum pp. 3. q. 8. & satis probabile dicit Marchinus vbi sup. p. 6. c. 4. n. 12.* ergo multò melius gaudebunt priuilegijs ordinandi se tribus diebus festiuis; quare sicut est tutum in praxi, quod Nouitij potest Superior cõcedere dimissorias; ita est tutum in praxi, quod titulo beneficij; si quod habent, possit concedere, quod ordinentur tribus diebus festiuis; sic enim cogentur mendicare, quæ fuit ratio motiua Pij V. vnde tutissimè, & sapientissimè P. Suarez *1. 4. de relig. tr. 8. l. 2. c. 29. n. 12.* de Abbatibus, qui possunt subditos professos minoribus initiare, quod possint etiam Nouitios. Vt late ibi probat, nec est incõueniens, quod Nouitius si mutet voluntatem ad sæculum redeat cum caractere Ordinum Minorum, quia ipsemet Nouitius voluit ordinari. Quare minus graui fundamento Marchinus *p. 2. c. 20. n. 13.* dixit opinionem Suarez videri minus tutam, & rationabilem.

Difficultas tamen existit an dictum priuilegium concessum Societati extendatur ad alias Religiones per communicationem priuilegiotam, & negatiuè aliqui respondent, & idèd forsitan Pater Ioseph de Augustino ad casum propositum negatiuè respondit.

Sed ego non recedo a sententia, quam alibi docui, nempe hoc priuilegium hodie extendi ad alias Religiones, & præsertim ad nostram, quæ ex bulla particulari gaudet omnibus Priuilegijs Societati Iesv concessis.

Et idèd hanc sententiam firmiter docet Ioannes de Soria *in Epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 9. §. circa interstitia*, Hurtad. *vbi sup. n. 1848.* qui addit, quod tali priuilegio sine scrupulo possunt se confirmare Domini Episcopi.

Nec obstat clausula apposta in priuilegio Gregorij XIII. in qua se fundant Authores Societatis Vasquez, & alij; nam ad illam responder Magister Donatus *in praxi Regularium 1. 1. tr. 7. q. 8. fol. 80. & postea n. 17.* sic ait, ac proinde per priuilegia dictæ Societati concessa; ceteri Regulares ad ordines possunt promoueri absque interstitijs, & extra tempora, & sine examine de cantu, & hoc ob amplissimam confirmationem, & extensionem, & in nouationem Priuilegiorum factam per subsequentes, & antecedentes Romanos Pontifices, quibus charitatiuè placuit, gratias; & priuilegia Societatis præfate ad alios regulares extendere; illisque non solum in genere; sed etiam in specie, & nominatim, & de nouo sine aliqua limitatione concedere.

Quapropter isthæc prohibicio in fine constitutionis Greg. XIII. apposta non potest impedire; quominus generalis, & absoluta communicatio Priuilegiorum Societatis Iesv, vel aliarum Religionum facta alteri Religioni, has etiam gratias comprehendat.

Tum quia Generalis communicatio cum qualitate, & clausula, *quorum tenores, &c.* omnia complectitur, quia hæc clausula, vt diximus *in tract. de clausulis claus. 11.* habet vim specialis, & individue derogationis, & expressionis cum omnibus suis qualitatibus, & tollit derogatorias derogatoriarum, quod est derogare omnibus iuribus, & constitutionibus derogantibus, & derogaturis priuilegio, in quo est apposta, & derogat omni clausulae resistenti: ergo.

Tum etiã ex quò Romani Pontifices in amplis

& absoluta priuilegiorum communicatione, excipiunt vnum, scilicet quatenus Sac. Conc. Trid. Decretis, necnon Regularibus dicti ordinis institutis non aduerfentur, censentur omnia alia concedere, quia exceptio firmat Regulam in contrarium vt supra diximus.

Tum item, quia in huiusmodi priuilegiorum communicatione, veniunt priuilegia Cisterciensium, & Cruciferorum, quibus in specie per Greg. XIV. anno Domini 1591. fuerunt concessa prædictæ Societatis priuilegia, vt patet in eius Bulla, quæ incipit, *Illius, qui pro Gregia*, & refert Hieronymus à Sorbo in addit ad Comp. Mend. verb. communicatio.

Quibus adde, quod à concessione generali qualificata non est recedendum, nisi vbi aliter constat de voluntate concedentis; cum præcisè sumus in beneficio Principis sine præiudicio alicuius tertij, quod beneficium de iure latè interpretandum est. Hæc omnia Donatus *vbi supra*.

Qui etiam q. 9. probat, quod non sit necessaria licentia Patris Generalis, vel Prouincialis, ad hoc vt cæteri subditi Mendicantes actualiter gaudeant, aut vt possint priuilegijs Societatis Iesv. Quia Gregorius XIV. absolute, & independenter concessit Cisterciensibus priuilegia omnium Ordinum, & Cruciferis, in specie omnia priuilegia Societatis Iesu absq; vlla limitatione, & restrictione, quod etiam nobis fecit Clemens VIII. anno 1604. id ipsum Urban. VIII. concessit Religioni Scholarum Piarum sine restitutione, & deducta omni dependentia, vt est videre in *sua const. 15. in 4. tom. Laert. Cherub.* non indigemus Prælatorum facultate pro Priuilegiorum vsu; vbi enim lex non limitat, nec distinguit, nec nos limitat, aut distinguere debemus, & ita pro hac sententia Donatus plures Doctores, me etiam citato adducit.

Claudam itaque hanc resolutionem cum verbis Martini de San Ioseph in *mon. confess. t. 1. l. 1. r. 5. de ord. n. 13.* sic asserentis, Algunos Autores afirman, que despues del Concilio Tridentino no pueden los Religiosos ordinarse fuera de los tiempos en que por Derecho pueden los Obispos celebrar ordenes generales. Valquez *tom. 3. in 3. part. disput. 246. cap. 5. num. 50.* Suarez de *legibus lib. 8. cap. 17. num. 8.* Hurtadus *diff. 23. & alij.* Porque diyen que el Concilio Tridentino no abrogò los priuilegios que auia en contrario: y que el que despues concedio Gregorio XIII. à los Padres de la Compania, es incommunicable à las demas Religiones por auerlo assi ordenado el mismo Pontifice. Para mi es cosa cierta que oy pueden todos los Religiosos que tienen Communicacion de los priuilegios de las demas Religiones ser ordenados en qualquier tiempo de todas ordenes en tres dias de Domingo, & de fiesta continuos, & interpolados. La razon es, porque lo concedio assi Clemente VIII. à los Padres de la Congregacion de S. Iuan Baptista de Portugal en priuilegio dado a 23. de Nouiembre de 1596. y por communicatio gozan deste priuilegio las demas Religiones, que la tienen por autoridad Apostolica de mas de que el mismo priuilegio concedieron Alexand. VI. y Eugen. IV. à los Monjes Geronimos, y Benitos. Villob. *tract. 11. diff. 13. num. 6.* donde de la razon, porque no estan reuocados estos priuilegios por el Concilio Tridentino, y cita à Fr. Manuel Rodriguez, y el priuilegio de Gregorio XIII. concedido à los de la compania, se comunica à nuestra Religion de los Menores, y à otras muchas que tiene Communicacion posteriores al de

Gregor. XIII. que hizo incommunicable. Hæc ita Martinus.

Cui adde Magistrum Hinojosa Dominicanum in *Directorio dec. reg. verb. confirmatio fol. 128.* vbi sic ait, Indubiè habendum est, non omnia priuilegia Ordinum Mendicantium fuisse reuocata per Concilium Tridentinum, etiam in decretis, in quibus statuitur contrarium ipsis priuilegijs: Itaque non omnia Decreta Concilij, etiam ea, quæ sunt contraria nostris priuilegijs, seruanda sunt cum derogatione ipsorum, sed solum illa cum reuocatione priuilegiorum intelliguntur obseruanda, in quibus statuitur aliquod contrarium priuilegijs obseruandum, non obstantibus priuilegijs.

Probarur, quia licet prima lex, & constitutio tollatur per secundam legem contrariam, licet non fiat mentio de prima: lex vèd priuata, hoc est scriptum, vel priuilegium, non tollitur per sequentem legem, vel constitutionem, nisi fiat mentio de ea, vnde secundum Hostiensem nec ius commune sufficit tollere priuilegium, nisi faciat de eo mentionem; etià si tale priuilegiu non sit concessum cum clausula quod non reuocetur nisi fiat mentio de eo de verbo ad verbum, sed simpliciter; cū ergo in multis Concil. Trident. capitulis quamplura decernantur absque reuocatione priuilegiorum, quamuis contraria quidem ipsis priuilegijs, nihil per huiusmodi amiserit roboris nostra priuilegia, sicut omnino amiserit per decreta, quæ præscribunt aliquid obseruari, non obstantibus priuilegijs; ac inter priuilegia ab huiusmodi decretis illata, illud vnum est, quod possint Mendicantes extra tempora ad ordines promoueri: Ita Hinojosa.

Sed an quando quis ordinatur in tribus diebus festiuis, possit ordinari in festis duplicibus. Prima opinio negat. Secunda opinio affirmat, quam præter Doctores à me alibi citatos tenet etiam Angelus Possentius in *recollet. q. mor. verb. ord. n. 34.* & Ioannes de Soria in *Epilog. summar. p. 2. r. 1. sect. 1. disp. 9. §. circa tempora*, asserentes, quod quando ordines permittantur conferri diebus festis, intelligunt qualibet festa duplicia in Ecclesia, etiam si non sint in Populo: Tertia opinio distinguit de festo duplici ordinario, & de duplici maiori; in primo casu negat posse ordines conferri, concedit tamen in secundo casu.

Et ita tenet Thomas Hurtadus *vbi supra var. 2. r. 12. c. 1. ref. 33. n. 1852.* qui etiam addit posse dictos ordines ministrari in diebus festiuis, quæ Urbanus VIII. in sua Bulla abstulit ab operum seruilium cessatione, Omnes istæ duæ opiniones sunt probabiles, sed primam existimo probabiliorem, communiorem, & ab Episcopis sequendam.

An recipiens ordines extra tempora vel sine litteris dimissorialibus, vel ante legitimam aetatem, incurrat suspensionem.

RESOLVT. VII.

Negatiuam sententiam docet ex Dominicanorum familia Magister Antonius Hinojosa in *Directorio Decisionum regularium litt. O. fol. 326.* vbi sic ait, Ordines Sacros recipientes extra tempora, vel ante legitimam aetatem, vel sine dimissorijs incurrant suspensionem ipso facto per extrauagantè Pij II. quam videre est apud Nauar. *c. 26. n. 69.* Syluest. Ioan. Bernard. & Soto tenent hanc sententiam propter hanc extrauagantem.

Sed

Sed Armilla *verbo irregularitas §. 82.* dicit ex Tabiena, quod non fuit recepta hæc extrauagans. Quorum opinioni subscribendum videtur, quoniam ea, quæ sunt de iure positio, oportet ad hoc quod ligent sufficienter promulgantur, & etiam quod vsu vrentium recipiantur, & cum huiusmodi extrauagantes non sint in corpore iuris, apparet de non sufficienti eius promulgatione. Non esse autem vsu vrentium receptam constat ex autoritate Armillæ, & Tabienæ. Item quia in Concil. Trident. *sess. 23. cap. 12.* ponitur ætas ordinandorum, & *cap. 13.* quod non recipiantur duo ordines eodem die, &c. quod si quis ab alio quam à proprio Episcopo ordinatus fuerit, si ipso facto suspensus ab ordinibus susceptis, & *sess. septima capit. 10.* ponitur pœna ex *cap. sede vacante, & ordinato.* Vide nulla mentio si extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel sine dimissorijs, quis ordinatus fuerit. Ex quo videtur (tanquam solum dispositioni Concilij. Hucusque Magister Hinojosa.

Cuius sententia si esset probabilis, plures suspensiones à Clericis euitarentur, & à petendis dispensationibus immunes essent.

Possit hæc opinio confirmari ex alio casu simili, quem adducit nouissimè doctus, & amicissimus Pater Escobar & Mendoza in *sua theol. moral. tom. 1. lib. 5. sect. 2. probl. 14. num. 121.* vbi ita asserit; Antonius itaque dubio ac ancipiti est animo, num lex excommunicationem, seu suspensionem, seu irregularitatem præ se ferens sit vsu recepta, nec ne? Potest Antonius tuta conscientia eam partem amplecti, quæ negat legem receptam esse: ex. gr. Extrauagantem Pauli II. contra alienantes bona Ecclesiastica dubitas esse receptam, quia aliqui putant quoad pœnas non tenere; poteris quidem sine pœnæ reatu mitiorem tibi partem eligere. Ita Ille.

Sed ego circa præsentem casum puto profusum non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam præter alios docet Egid. Bassæus in *floribus verbo ordo 4. n. 4.* vbi sic ait; Ordinatus extra tempore legitima absque speciali summi Pontificis dispensatione incurrit suspensionem ab ordinis executione, vt habetur in Extrauaganti Pij II. cum ex sacrorum; & hæc suspensio est perpetua à solo Papa dispensabilis; licet sit occulta sit, Episcopi ex Trid. *sess. 24. c. 6. de reformat.* ab ea absolueri possint. Ita ille.

Dices, quando dubitatur an lex fuerit promulgata, & ab vsu recepta, tunc non obligare legem etsi censuram, vel irregularitatem imponat, docent Azor. *tom. 1. lib. 2. cap. 19. quest. 12.* Salas *1. 2. tract. 8. sect. 18. num. 196.* valde probabile censet Castro Pal. *tract. 1. disput. 3. punct. 7. num. 4.* Probatur, quia tunc lex non possidet, cum nondum constet an sufficienter imposita sit quoad vim coercitiuam; lex enim non obligat sine promulgatione §. *in his autem insit. de contrahend. empt.* Nec item obligat secundam aliquorum sententiam donec acceptetur, & vsu recipiatur, vt tradunt Nauar. *cap. 23. num. 41.* Rebell. *part. 1. lib. 1. qu. 5. num. 7.* Dum ergo dubium est, an lex fuerit promulgata, vel acceptata, dubium est consequens an vnquam obligauerit, & per consequens an fuerit vera lex; & ideo non possidet, quamuis censuram, aut irregularitatem imponat.

Sed dicta constitutio, vt obseruat Hinojosa dubitatur an fuerit vsu recepta, ergo non obligabit.

Respondeo, in dubio de acceptance teneri subditos ad obseruandam legem, quia verè possidet

Antan. Diana Pars XI.

lex, dum constat latam esse: Siquidem habet pro se iuris præsumptionem; & alleganti non esse receptam incumbit onus probandi. Quare dum id non probat, tenetur ad legis obseruationem. Secus est de promulgatione, quia lex esse non potest sine promulgatione, nec verè dicitur lata donec ritè promulgetur, ita Sanch. *l. 1. Decalog. cap. 10. num. 35.* Filliuc. *tract. 2. 1. numer. 164.* Manuel *tom. 1. regul. quest. 6. punct. 4. num. 44.* & de peccat. *disp. 2. q. 4. punct. 7. num. 19.*

Sed constitutionem Pij II. esse promulgatam, & vsu receptam patet ex stylo, & Praxi Romanæ Curie, à qua omnino minimè recedendum putat; & ita in facti contingentia sic ordinat, ne deserant dispensationem petere à Summo Pontifice; etsi res sit occulta à Sacra Pœnitentiaria, vel ab Episcopo; Sed, an in tali casu, quis possit obtinere dispensationem virtute Bullæ Cruciatæ vel Priuilegiorum Regularium, vide me ipsum alibi. nunc tantum sufficiat pro curiosis adduxisse opinionem Hinojosæ, & illam improbare, ac in eam vltimam sententiam circa præsentem difficultatem aperuisse.

Nota verò, quod ea, quæ dixi contra Hinojosam militant etiam contra Patrem Escobar; Nam video stylium, & Praxim Curie Romanæ esse in contrarium, videlicet constitutionem Pauli I. esse vsu receptam, & quidem etiam seclusa praxi Romana absolute loquendo, videtur mihi magis probabilis opinio, asserens quod quando adest dubium, si lex sit vsu recepta necne, præsumendum esse acceptatam, quia in tali casu possessio, & præsumptio non est pro libertate, sicuti putat Castro Palaus, sed, vt diximus, pro lege; & probatur, nam onus probandi legem non esse receptam, pertinet ad illum qui hoc asserit, proinde dum non probatur, lex manet veluti in sua possessione & rigore; neque vrget ratio Azorij, nempe in materia odiosa, qualis est lex pœnalis, posse subditum amplecti opinionem, quæ asserit, legem non esse vsu receptam, nam contra hoc facit, cum possessio se teneat ex parte ipsius legis, & non ex parte subditi, seu eius libertatis; proinde Azorius, qui suam sententiam fundat in hac ratione, nihil pro se probat.

Ita præter Doctores supra citatos tenet Hermannus Busenbaum in *medulla Theologia moralis l. 1. r. 2. c. 1. dub. 3. n. 6.*

Sed dices, omnia superius dicta, secundum opinionem, vt diximus probabiliorem procedere, quando sumus in dubio, sed non quando adfuerint opiniones Doctorum hinc inde, sed in casu Patris Hinojosæ de Bulla Pij II. adfuerint opiniones pro vtraque parte, & sic contra alios Auctores Armilla, & alij asserunt, dictam Bullam non esse receptam; Ergo in tali casu asserit Sanch. in *summa 10. l. 5. c. 10. num. 45.* Baldellus in *theol. moral. 10. l. 5. disputat. 9. num. 4.* & alij posse subditos opinionem negatiuam sequentes absque peccato legem illam non seruare, quia vnique licitum est amplecti opinionem probabilem.

Sed in tali casu Merolla in *theol. 10. 1. disput. 3. c. 3. dub. 2. corollar. 8. n. 129.* & Bard. de *conscient. disputat. 6. capite 2. dub. 2. numer. 5.* oppositum defendunt, nam in pari casu melior est possidentis conditio, proinde cum pro vtraque parte, nempe pro receptione, pro non receptione sint probabiles opiniones, potior videtur conditio legis, ex cuius parte se tenet possessio, & ad illam rationem, quæ pro se adducit Sanchez, videlicet posse ab vno quoque eligi probabilem opinionem; responderet

P

Merolla

Merolla id esse intelligendum, quando nulla est possessio pro altera parte, nam possessio facit præualere partem, cui possessio adhæret.

Verum ne nimis urget, ut dictum est, Praxis contraria, quam video hic Romæ seruari quoad dictam Constitutionem Pij II. Vnde videtur vsu recepta, & idem non obstantibus supradictis, nolo à stylo Curie recedere, qui dictam constitutionem receptam supponit.

An Episcopus, qui renunciauit Episcopatu, possit eligi in Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ. Idem queritur de Parocho, qui beneficium reliquit.

RESOLVT. VIII.

Alus hodie praticari posset cum Reuerendissimo, & amicissimo Laurentio Gauotti olim Episcopo de Vigintimiliis, an inquam si esset in Sicilia, vel Hispania esset per Bullam eligibilis in Confessarium, & affirmatiuam sententiam tenet Thomas Hurtadus *var. 10. 2. tr. 1. 2. c. 1. dub. 3. n. 187.* vbi sic ait; Ex quo colligitur, quod Parochus, qui reliquit beneficium parochiale resignatione, commutatione, aut per Religionis ingressu, & actu illud non habet, licet non possit etiam ouium præteritarum confessiones audire, potest tamen virtute Cruciatæ eligi ab illis, & aliis quibuscumque totius Diocesis; Ita Ludouicus de la Crux *vbi supra dub. 7.* Ioannes de la Crux *part. 2. de Sac. pœnitentia q. 9. dub. 8. concl. 4.* dicentes id esse probabile, & absolute tenent Villalobos *10. 1. tr. 27. claus. 9. §. 1. n. 4.* Rodriquez *§. 9. citato n. 4.* Acosta *in explicat. Bullæ q. 39.* Fay *in additionibus ad 3. part. q. 8. art. 5. disp. 3. concl. 4. ad 3.* Ratio est, quia iste per derelictionem beneficii, non amisit approbationem de idoneitate; sed solum iurisdictionem actualem, ergo potest eligi virtute Bullæ.

Tum etiam quia dum Concilium exigit, quod quis habeat beneficium Curatum, ut possit secularium confessiones audire, hoc requiritur tantum ut possit audire, etiam si non eligatur; sed ratione iurisdictionis beneficio annexæ; non tamen est necessarium, quod habeat actu beneficium Curatum, ut virtute priuilegij possit eligi ut absoluat ratione iurisdictionis concessæ à Pontifice. Quæ sententia quidquid alij dicant, valde probabilis est, & tuta in praxi, quod multo magis erit verum in Episcopo qui Episcopatum relinquit, nisi beneficium curatum auferatur per sententiam iuridicam ob defectum scientiæ, aut ob delictum. Tunc enim auferatur idoneitas requisita à sacro Concilio. Vnde sacerdos priuatus absolute à sancto Inquisitionis Tribunali audiendi confessiones, nullo modo potest eligi, etiam virtute Bullæ Cruciatæ, quia est declaratus non idoneus. Si verò sit priuatus solum ad tempus, poterit eligi. Hucusque Hurtadus.

Sed ego non recedo à sententia negatiua quam olim docui, & me citato tenet nouissime Bardi *in Bull. Cruciatæ part. 2. tr. 5. c. 2. sect. 3. num. 18.* & me etiam citato Marcus Serius *in Bullæ Cruciatæ disp. 1. diff. 10. §. 8. qu. 3. num. 8.* & me citato Gallego *in bullam Cruciatæ cap. 9. dub. 7. 1.* vbi sic ait; Preterea, supposito que el que tiene actual beneficio Curado, sin otra aprouacion, es elegible por virtud de la Bula, ea opinio muy prouable si ya no tiene el tal beneficio actualmente, sino que le tuuo, y ya no es Parocho actualmente porque le

renunciò, ò permutò, ò por sentencia le priuaron del?

Respondo que no es elegible por la Bula, porque hablando el Concilio Tridentino en la session veynte y tres *cap. 15. de reform.* de los que pueden ser Confesores, dize que solamente son los Sacerdotes que estan aprouados por el Ordinario, ò tienen beneficio Paroquial, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, por que por el mismo Caso que tenia beneficio Paroquial se dize aprouado por el Ordinario, y en dexandole parece que no esta ya aprouado por el Ordinario.

Y esto se confirma por lo que dize la bula plumbæ latina, que pueda escoger por la bula qualquiera Confessor secular, ò Regular aprouado por el Ordinario; y hablando de los Regulares dize, *Regularibus semel tantum approbatur*, luego hablando de los demas confesores, no son eligibles por la Bula los que alguna vez fueren aprouados, sino los que actualmente lo estan, pues à solo los Religiosos se concede esto especialmente. De manera que se ha de ponderar la palabra del Concilio que dize obtineat, de præsentè, y assi excluye auerle tenido del beneficio, que distinta cosa es, obtiner, ò obtinuit, tener de presente ò auer tenido, distintas cosas son.

Et hanc sententiam præter Doctores citatos, etiam me citato tenet Hermannus Busenbaum *in medulla Theologia moral. h. 6. tr. 4. c. 2. dub. 1. n. 1. in fin.*

Nec obstat dicere, quod ex eo, quod à Parocho auferatur beneficium, malè infertur auferri approbationem; Nam ista non videtur dependere in suo seruari ab illo, licet in fieri iuxta iuris dispositionem dependeat, & confirmatur; nam approbatio fundatur in illa idoneitate, quam habet Confessarius, quæ cum non tollatur ablato beneficio, consequens est ut ipsa remaneat post testimonium tacitum datum à superiore conferente beneficium de sufficientia ipsius confessorij.

Respondeo, quod in iis, quæ dependent de iure positio, non est recedendum à verbis eiusdem iuris, nisi aliqua occurrat ratio, qua nos cogat explicare ipsum ius, quæ quidem ratio in hoc casu non apparet; addo rationabiliter fuisse ita dispositum, ut approbatio ista, tantum maneat, dum manet vsus beneficii, nam sæpè contingit, ut beneficiarius, quoad mores mutetur in peius, & committendo aliqua delicta iuste priuetur & beneficio, & approbatione; Interdum etiam occurrit ut in ipsomet habente beneficium agnoscat insufficientia, quæ prius fuerit ignota, & idem suspenditur ab officio, proinde iure optimo potuit disponi, ut relicto beneficio, vel Parocho impedito ab administratione Sacramentorum per suspensionem, deperdat approbatio data intuitu eiusdem beneficii, & hæc omnia docet Bardi *vbi supra.*

Nota vero in fauorem Patris Hurtadi, quod præter Villalobos, & Rodriq, suam sententiam nouissime sequitur ex Societate Iesu Pater Andreas Mendo *in bullam Cruciatæ disp. 2. 2. c. 2. §. 7.*

Nota etiam, Pellizzarium *in man. reg. 10. 2. tract. 8. cap. 3. num. 41.* docere, me citato, Parochum resignato beneficio parochiali ingredientem religionem posse eligi in confessarium virtute Iubilæi, ac Bullæ Cruciatæ, eo quod non desinat esse approbatus per resignationem beneficii, sed solum amittat iurisdictionem, quæ ei confertur à Papa vi Iubilæi, &c. probat item illum posse à Prælo regulari exponi ad audiendas confessiones secularium; stante quod Confessarij Regulares iurisdictionem

nem recipiunt immediatè à Papa per suum Prælatum.

Immo Cespedes *de exempt. d. 119. n. 3.* dicit cum Peyrino *tom. 3. de priuileg. cap. 4. num. 22.* Parochum regularem amotum à Parochia, posse adhuc audire confessiones in ea diocesi, & probat, quia hic Regularis non est minus approbatus ad confessiones, quam ij, qui simpliciter approbantur, scilicet verè dicatur Confessarius approbatus, & ut talis vi Iubilæi possit eligi à quocumque, ut apud Cardinalem de Lugo *disp. 21. de pœn. sect. 1.* plures docent; sicut ergo simpliciter approbati ad confessiones, possunt semper excipere confessiones si discedant à Diocesi, & redeant; sic & poterit Regularis Parochus amotus à Parochia; Idem docet de Parocho seculari Villalobos *tract. 9. difficult. 55. num. 5.* & Rodriquez, putans ex resignatione Parochiæ non desinere approbationem, quod bene negant Bordonus *resolur. 7. num. 47.* Bossius *sect. 3. de Iubilæo casu 2. §. 2. num. 56.* alique, nisi eo fundamento, quod approbatio Parochi importat actualem habitationem beneficii parochialis, ut constat ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 15.*

Non desinam tamen hic apponere pulchrum dubium, An sit per bullam Cruciatæ eligibilis Confessarius, cui Episcopus licentiam confitendi abstulit, & affirmatiuè respondet Leander *de Sacram. 10. 1. tract. 5. disput. 11. q. 65.* vbi sic ait; Qui Parochiale beneficium habuit; sed iam non habet, quia illud reliquit, vel cum alio simplici commutauit, non indiget noua approbatione Episcopi, ut per bullam in Confessarium eligatur, quia nisi alius Episcopus expressè auferat ab illo approbationem, vel suspendat, donec iterum examinetur (in quo casu consentio authoris, affirmantibus) noua indigere approbatione, in sua approbatione perseuerat; ac proinde capacitatem habet ut per bullam eligatur, ut optime DD. primæ sententiæ.

Nec enim quod careat actuali iurisdictione aliquid obstat, cum Bulla non exposcat iurisdictionem audiendi confessiones, in eo, qui eligitur, sed tantum approbationem, nam iurdictio delegata, supposita approbatione per ipsam bullam conceditur; Immo idem dicendum cenfeo de illis Confessoribus, à quibus licentiam audiendi confessiones auferre solent Episcopi, quod scilicet nisi simul cum reuocatione licentiam, approbationem auferat, semper remaneant eligibiles virtute bullæ huiusmodi Confesores, etiam si seculares sint. Ita ille.

An Confessarius absolvens aliquem sine iurisdictione, teneatur penitentem admonere de defectu.

RESOLVT. IX.

Alus curiosus, & praticabilis, & ad illum negatiuè responderet nouissime Ioannes Pontius *in cur. Theol. disputat. 46. q. 11. concl. 6. num. 149.* vbi sic ait; Quæres quomodo se gerere debet Confessarius quando sine iurisdictione absoluit, aut sine sufficienti dispositione penitentis; aut non obligabat ad restitutionem faciendam, ad quam debebat obligare, & quam propter eam penitens non faceret, quia putat se non esse obligatum ad illam faciendam. Quantum ad defectum ob eandem iurisdictionis, quando absolutio ex illo capite est inualida.

Respondeo, mihi probari sententiã Antonini, Sil-
Anton. Diana Pars XI.

uestri, Nauarri, & Ioannis Valeri, non teneri cõfessarium ad aliquid significandũ pœnitenti; sed sufficere, quod satisfaciatur Deo pro proprio peccato, nisi pœnitens esset in statu, in quo verisimiliter nõ crederetur postea vilo modo confessurus vlla peccata.

Ratio est, quia quamuis non sit verè absolutus, nisi habuit contritionem, tamen cum procedat bona fide prima sequenti confessione erit in statu gratiæ, non obstante priori defectu: quia peccata rum malè confessa, condonabuntur indirectè postea virtute alterius Confessionis sequentis.

Vnde non videtur fieri ipsi tantum malum, ob quod Confessarius deberet infamare se dicendo, quod absoluerit malè.

Dixi autem, nisi pœnitens esset in statu, &c. quia tum periculum damnationis eterne pœnitentis sufficienter obligaret Confessarium ad significandum defectum proprium.

Dices cum Ioanne, Medina, Soto, Corduba, Vasquez, Suarez, quos sequitur Cardinalis de Lugo, eum, qui est causa alicui non obseruandi præcepti diuini propter ignorantiam quam causauit in ipso, debere tollere illam ignorantiam, præsertim si potest sine graui damno. Sed Confessarius sic absolvens, est causa cur pœnitens non confiteatur valide sua peccata; ut tenetur ex præcepto diuini; quia putans se validè absolutum, ignorat se teneri ad confitenda iterum ea peccata: ergo.

Probarur maior, quia si quis diceret alicui, obligato ad audiendam missam, quod non esset obligatus, aut quod fornicatio simplex non esset prohibita, deberet postea significare contrarium.

Respondeo, distinguendo maiorem, quando non obseruauit illud præceptum sufficienter, quantum est ex parte sua concedo, quando obseruauit, nego maiorem, & cõsequentiã, quia pœnitens in nostro casu iam satisfecit, quantum est ex parte sua, precepto de confitendis illis peccatis. In casu autem missæ, & fornicationis non solum non obseruabit præceptum, sed committet actum oppositum.

Posset etiam distingui maior alio modo, quando periculum esset quod si non tolleretur ignorantiam, alia similia peccata sæpius committerentur, aut venirentur in cognitionem erroris illius, qui causauit ignorantiam, aut aliquod aliud detrimentum graue succederet, concedo; quando non, nego.

In casu autem ignorantie de obligatione audiendi missam, & fornicationis, & de prohibitione fornicationis, illud periculum esset; non verò in casu confessionis inualidæ ex defectu iurisdictionis in Sacerdote. Hanc responsonem præfero priori, & videtur mihi valde notanda. Hucusque Pontius; cui adde Ioannem de Soria *in epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa casus referuatos*, cuius verba alibi adduxi.

Sed hanc sententiam ego alibi non admisi, & nunc iterum nõ admitto, est enim contra communem sententiam Doctorum, demptis aliquibus, & ita me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disput. 11. q. 134.* vnde in te tam graui non grauior hic apponere verba sapientissimi Iacobi Grauiadi *in 3. part. D. Thoma contr. 7. tract. 10. disput. 10. num. 5.* Ferrius (asserit) defectus committi potest in aliquo essentiali sine quo Sacramentum pœnitentiæ fuit nullum, ut si pœnitens absolutus esset sine dolore requisito, aut confessarius absoluisset sine iurisdictione; & tunc non est dubium, quin teneatur confessarius vocare penitentem, & petita licentia detegere veritatem, & curare ut legitime confiteatur; excusari tamen aliquando posset con-

cessarius ab hac obligatione, si inde resultaret sibi damnum, quod præponderat, ut bene Suarez *sect. 6. num. 7.* notat autem Ledesma in *tract. de penitentia capit. 22. dub. 6.* tam pro hoc casu, quam pro aliis, in quibus tenetur confessarius monere penitentem, petendam esse ab eo licentiam (nisi forte iterum ad confitendum eidem reuertetur) quia sine illa non potest agere cum illo de rebus in confessione iam peractis extra confessionem: unde si nolit penitens eam concedere, liber erit confessarius ab obligatione, quod ego verum puto saltem, quando confessarius nihil positiue dixit penitentem, unde proneretur damnum tertie personæ, nam si dixisset mala fide, & peccando lethaliter, eum non teneri ad restituendum, videbatur confessarius obligatus non restitutionem, si penitens non restituit; Si verò id dixit bona fide, & non peccando lethaliter, non tenetur ad restituendum: addit etiam Ledesma, & bene, si penitens sit absens, monendum esse per litteras à confessario, dicente se habere negotium non leuis momenti, quod cum illo tractari oportet; & obtenta licentia tractabit, non verò aliter.

Hæc omnia Granadus *loco citato*; addam etiam hæc verba Remigij in *pract. confess. tr. 5. c. 5. §. 20. n. 3.* vbi sic ait, Quando el confessor absoluió el penitente de algunos casos reservados sobre que no tenia autoridad, deve procurarla del superior, y pedir licencia del penitente para hablarle acerca de su confesio, y absoluerle, si esto se puede hazer sin escandalo porque aliás le ha de dexar en su buena fe; y como dize Henriquez, no auisarle nada de su absolucion inualida, porque se puede creer que ya esta en gracia, por la que dió el confessor de los peccados, sobre que tenia autoridad, y iurisdiccion directa, y de los reservados indirectamente. Fuera de que semejante persona se ha de constituir en gracia por otra confesio con qualquier Sacerdote que la haga, haziendole de attrito contrito, y consequentemente no padecerá niuno daño espiritual dela absolucion antecedente. Es tambien buen consejo, que el confessor que cometio algun yerro en la confesio, procure si el penitente se viene à caso à reconciliar, dezirle dissimuladamente, se acuse de todo lo que otra vez se acusó y absoluerle; nam hoc satis est, ut noua absolutio cadat in totam illam materiam superiorem, que illi vno verbo sufficienter nunc explicatur. Ben es verdad que si el penitente estuuiesse enfermo, y cercano à la muerte quedaria el confessor obligado ad auisar le del defecto cometido, y azet que se confesasse nueuamente por amor del peligro de su alma, si muriesse con la inualida absolucion. Ita ille.

Nota verò, quod etiam est tenendum ex Pontio, *vbi supra n. 150.* Quantum ad defectum confessarij, ex eo quod eius culpa penitens non significauerat omnia sua peccata, aut circumstantias ex se necessarias; si defectus fuit talis, ut eius occasione penitens verisimiliter committeret similem errorem iterum, ut si confessarius diceret, non esse necessarium exprimendas circumstantias mutantes speciem aut numerum peccatorum; tenetur admonere penitentem si absque graui detrimento poterit, siue culpabiliter, siue inculpabiliter commisit defectum; quia hoc exigit charitas, ut scilicet caueat errorem proximi in re tam necessaria, præsertim cum ipse fuerit causa ipsius. Excusabit autem ad hoc graue detrimentum, quia illi errori potest cauere in aliis confessionibus

per alium confessarium, quem credibile est non omisurum interrogare de similibus circumstantiis, aut numero, si ipsemet penitens omittat illa specificare.

Si quis in articulo mortis confiteretur confessario prorsus ignaro, an confessio, hoc non obstante, esset valida.

RESOLVT. X.

Negatiue respondet Ochagania de *Sacrament. tractat. 2. de penitent. questione 38. numero 4.* Vasquez in *3. part. tomo. 4. question. 93. art. 3. dub. 2. numero 2. & 3.* vbi sic ait, Subdit tamen Siluester, quod confessio huiusmodi facta in extrema necessitate etiam ignorantissimo sacerdote confert gratiam, & esset verum Sacramentum; sed postea elapso periculo necessario iteranda: Unde aliqui idem docent, quando aliquis bona fide confiteretur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum. Hæc tamen duo, in primis malè cohærent esse verum sacramentum, & validam confessionem, & iterandam, cum nullus teneatur peccata legitime confessa iterum confiteri, maxime quando ei non imponitur ab alio noua obligatio, ut supra explicauimus; sed solum attendimus institutionem Sacramenti. Præterea opinio hæc falsa est, quia in extrema necessitate non variantur ea quæ sunt de essentia Sacramenti, & quæ requiruntur ex parte ministri; ita sunt tunc necessaria sicut extra illum articulum, quod similiter verum est, quando confessio fieret bona fide; neque enim bona fides amplius efficere potest, quam à culpa excusare noua penitentem accedentem ad sacerdotem ignorantem.

Nihilominus sententiam Siluestri in extrema necessitate ita censentem veram, si tamen sacerdos, non esset prorsus ignarus, sed aliqua peccata etiam communia ignoraret, alia verò bene distingueret; si tamen alius non esset sacerdos, hæc enim locum haberet ratio, ne fieret integra confessio, aut licet ex parte penitentis fieret, si ex parte sacerdotis non integrè iudicaretur, valida esset, sicut enim necessitas excusat penitentem ab integra confessione ex parte ipsius; sic necessitas ex parte sacerdotis, & hæc esse potest ignorantia, ut diximus. Sed tunc non esset repetenda confessio omnino, sed tantum ex ea parte, qua non fuit integra ex parte sacerdotis, quia cætera peccata verè confessa fuerunt: extra illum verò casum; etiam si alius non sit, non potest fieri sacerdoti ita ignorantem confessio, cuius tamen oppositum insinuare videtur Syluester, & ratio huius colligitur aperte ex dictis. Ita Vasquez.

Sed hanc sententiam falsam vocat nouissimè Thomas Hurtadus *vix. to. 2. tr. 12. c. 1. ref. 34. §. 2. dub. 4. n. 2069.* At ego libenter abstineo, à censura opinionum Doctorum virorum; relicta itaque censura audiamus rationem Hurtadi, quia ait in illo articulo mortis, quando non adest alius sacerdos, nisi ille prorsus illiteratus, cum in illo casu, nullus sit casus reseruatus, nec fieri debeat nec possit aliqua detentio absolutiois, sicut sufficit quod quis det signa contritionis, absque eo quod explicet aliquod peccatum in particulari, circa quod exercetur iudicium sacerdotis in particulari, ut in illo articulo possit absolui (ut tenent Auctores contrarij) dans signa penitentiae, absolutio valida erit absque

dubio,

dubio, si verba absolutionis proferantur cum intentione faciendi quod facit Christus, quam cum non possit habere sacerdos amens, omnino validè non absoluit.

Sed non deseram hic etiam apponere verba Cardinalis Lugo de *pen. disp. 21. sect. 4. n. 37.* vbi ita asserit; Peccat qui ineptum eligit ad hoc officium, & non solum prælarus, sed etiam penitens, qui habet facultatem eligendi confessarium, & scit hunc non esse idoneum; licet sit approbatus, peccat eum eligendo, nisi talis sit penitens, qui sua doctrina possit supplere infirmitatem confessarij, ut dictum est.

Excipitur casus necessitatis, ut in articulo mortis, in quo licet sacerdos sit ignarus, & indoctus, debet audire confessionem, & absolueret; quia scientia Confessarij requiritur ad integritatem confessionis: cum autem in illo periculo non requiratur materialis integritas, sed sufficiat percipere aliquod peccatum, vel etiam peccatum in genere; non obstabit confessarij infirmitas in eo casu; Unde idem dicendum erit, quando Christiani, qui apud infideles in seruitute detinentur non habent nisi vnum sacerdotem ignarum, & indoctum, ut docet Suarez *num. 6.* quia illa etiam reputatur necessitas mortaliter extrema. Hæc Lugo.

Nota verò, quod post hæc scripta inuenio sententiam affirmatiuam Thomæ Hurtadi, docere etiam plures Doctores, quos citat, & sequitur Leander de *Sacr. to. 1. tr. 5. disp. 11. q. 105.* sed ut verum fatear non videtur loqui de Sacerdote prorsus ignaro, de quo loquebatur Valq. *vbi supra*; sed de Sacerdote ignaro; ita ut peccet audiendo confessionem; de quo etiam loqui videtur Eminentiſſ. Lugo; Unde non videtur obstare sententia Vasquezij.

Verum ego libenter adhæreo sententiæ Thomæ Hurtadi, dummodo talis sacerdos ignarissimus proferat formam, & habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.

Sed difficultas est, an in tali casu si æger v. g. conualuerit, teneatur denuò illa peccata confiteri, & negatiue respondet Thomas Hurtadus *vbi supra n. 2070.* Quia confessio illa valida est, verumque sacramentum, penitensque ex parte sua peccata omnia subiicit clauibus & iudicio Ecclesiæ, ergo non manet obligatus iterum illa confitendi ex vi sacramenti, nisi aliàs in penitentiam hæc obligatio ei imponatur.

Itaque qui in periculo mortis validam fecit confessionem sacerdoti omnino illiterato, iam quantum est ex parte sua, sua subiicit peccata clauibus, de quibus, etsi nescierit iudicare sacerdos, sicut non obstat validitati confessionis, ut mihi est euidentis, ita non inducit obligationem faciendi aliquam restitutionem; Ille tamen qui confessus est, datus duntaxat signis contritionis tenebitur extra periculum subiicere peccata clauibus, quia ea in speciali nunquam subiicit.

Sed circa hoc habeo maximam difficultatem, & ad argumentum Hurtadi respondeo distinguendo, quod ille talis subiicit omnia peccata clauibus materialiter concedo, subiicit omnia peccata clauibus formaliter, & nego: ergo tenetur nouam confessionem repetere. Probo consequentiam, nam si Germanus v. g. in periculo mortis omnia peccata sua confessus esset lingua Germanica cum confessore Italo, qui idioma Germanicum nesciret, & cui saltem propter tunctionem pectoris, vel per alia signa contritionis, absolutionem impenderet; vtrique postea teneretur confessionem repetere, quia fuerint illa peccata materialiter clauibus subiecta, non

Anton. Diana Pars XI.

tamen formaliter; sic etiam si quis omnia peccata confiteretur cum confessario, qui per medietatem confessionis dormiuit, si postea penitens id sciret, teneretur saltem illa peccata à confessario non audita iterum confiteri; quia non fuerunt clauibus subiecta formaliter, sed materialiter.

Sic, & in casu nostro contra Hurtadum dicendum erit, & ita hanc sententiam præter Sancium ab ipso citatum, docet alter Hurtadus ex Societate de *Sacramentis disp. 10. de pen. diff. 15.* vbi sic ait; Obseruandum est, in quo non pauci conueniunt, in casu extreme necessitatis non solum validè, sed etiam licitè confessionem fieri sacerdoti sic ignorantem, dum percipere possit facta penitentis, ut peccata; sicut etiam in casu extreme necessitatis validè, & licitè fit à penitente confessio peccatorum in genere, & in communi, quando aliud non potest. Imò non tantum in casu extreme necessitatis, sed etiam in casu grauis necessitatis id potest licitè fieri, ut si defectu aliorum confessariorum populus aliquis longo tempore destitutus maneret, quia tunc melius erit confiteri sic ignorantem, postea tamen si adsit confessarius idoneus, & non ignorans, repetenda est huic confessio suo tempore. Ita ille.

His tamen non obstantibus puto sententiam Thomæ Hurtadi esse satis probabilem, nam in supradictis casibus confessarium saltem, suppono, cognouisse peccatum sub confusa ratione peccati, quod sufficit ad validitatem absolutionis, & ne illa peccata denuò sint confitenda, & ita docet Ioannes Præpositus in *3. part. D. Thom. q. 7. de ministerio penitentia dub. 9. n. 66. & 69.* vbi probat, quod ut sacerdos validè absoluat, sufficit, ut saltem cognoscat peccatum sub confusa ratione peccati. Prior pars ab omnibus supponitur, & patet; quia nisi generalem rationem peccati possit percipere, non potest scire utrum illi subiiciatur materia sacramenti.

Confirm. non alia de causa requiritur ut præter externum forum verborum aliquo modo percipiatur peccatum, & id, quod profertur, quam ut peccatum aliquo modo cognoscatur.

Posterior autem pars patet, quia in articulo mortis talis notitia sufficit ad valorem absolutionis; ergo ea ex se sufficit ad huiusmodi valorem; videtur etiam patere in eo, qui confiteretur peccatum abstractum, cuius conditionem sacerdos planè ignorat, an scilicet sit veniale, an mortale, solum aduertens esse peccatum; eo enim casu validè absolueret: si non requiratur maior notitia actualis ad valorem absolutionis; non potest solidè requiri maior habitus, tenet Suarez *disp. 28. sect. 2. n. 12.*

Unde dico, quod si penitens tali sacerdoti bona fide integrè sit confessus sua peccata quoad numerum, & speciem, non tenetur confessionem repetere, quia vere totam suam causam exposuit, ut in re se habuit, & propterea in hoc foro requiritur, & contrarium innumeros scrupulos pareret, dum quis perpetuo esset anxius, num confessarius intellexerit grauitatem, & speciem peccati.

Confirm. si confessio deberet repeti, eo quod confessarius non percepisset conditionem peccati, sed iterisset in generali ratione, eadem deberet repeti, quod certe ingens tormentum afferret conscientis; sic enim vnusquisque poterit dubitare, num confessarius bene intellexerit casum, præsertim si postmodum aduertat illum non esse ita doctum, quod laqueum conscientis iniicit; dixi bona fide, quia si quis mala fide procedat quærens, vel potens aduertere confessarium esse ignarum, & qui causam non possit diiudicare, tenetur confessionem

P 3

repetere;

repetere; cum enim in eo mortaliter peccauerit, non est legitimè dispositus ad absolutiorem recipiendam, qui tamen confitetur in eo loco expositis, non facillè sibi debet scrupulum hac in parte facere. Et hæc omnia docet Præpositus, *vbi supra* quæ satis faciunt in fauorem, & pro probabilitate sententiæ Patris Thomæ Hurtadi.

*An Religiosi peccent mortaliter assistendo
agitationibus taurorum.*

RESOLVT. XI.

Negatiuè responder; sed tantum peccare venialiter sustinet Thomas Hurtad. *var. tom. 2. tr. 8. cap. 7. resolut. 78. sect. 2. num. 716.* & Remigius in *pract. confessar. 5. cap. 7. §. 3. n. 4.* vbi sic ait, Es muy prouable que los Clerigos, y Religiosos no pecan mortalmente en ver lidiar los toros, porque parece leue la materia del precepto, como la de otros muchos que se hallan en el Derecho, que no porque los Pontifices los han puesto con pena de defcomunion; luego se colige que su materia es graue, mientras no huuiere temeridad en su trasgrefion, contumacia, o menos precio, quando non adest temeritas, contumacia, vel contemptus quantum ex præcepto iuris positui pendet, non inducit peccatum mortale, quamuis aliqua precipiantur sub pœna excommunicationis. Ita Remigius, cui adde aliquos, quos tacito nomine adducit Villalobos in *summ. tom. 2. tr. 12. diffc. 20. n. 13. in fine*, quos etiam adducit, nec improbat Machado *tom. 2. lib. 5. part. 2. tr. 2. docum. 9. n. 2.*

Imò sententiæ Hurtadi expressè videtur adhærere Pellizarius in *Man. Reg. tom. 2. tr. 6. c. 14. q. 24. num. 27.* vbi sic asserit; Rodriguez addit; Regulares etiam seclulo scandalo assistentes agitationi taurorum, aliarumque ferarum bestiarum peccare; quod tamen mihi non omninò placet; cum iuxta alias dicta non sit improbable secundum aliquos DD. ex sola excommunicatione maiori ferenda non certo argui prohibitionem, quæ sit sub ea obligare sub peccato mortali, nisi aliunde id colligatur, quod certè non videtur colligi in præfenti casu, quo non subit periculum scandali; vt facillè constabit consideranti.

Sed ego prorsus affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto, quam nominatim, & acriter contra Hurtadum tenet nouissime Magister Gallego Dominicanus in *Bull. Cruc. cap. 14. claus. 14. dub. 182. & cap. 9. claus. 9. part. 2. dub. 128.* vbi citat, Lopez, Gutierrez, Palacios, Soriam, Suarez, Valquez, Salas, Trullench, Rodriguez, & Villalobos, quibus adde doctissimum Episcopum Segobiensem Dominicanum Franciscum Araujo in *part. 2. D. Tho. q. 97. disp. 3. sect. 3. diffc. 3. fol. 661.* vbi sic ait, Hinc colligo primò, peccasse mortaliter olim quoscumque Clericos Sacris initiarios, beneficiarios, & Religiosos assistentes agitationi taurorum contra prohibitionem Pij V. & Gregorij XIII. & modo peccare mortaliter Religiosos, qui tali agitationi assistunt contra prohibitionem Clementis VIII. qui dictam legem pœnalem, & prohibitionem prædecessorum Põtificum ad solos Religiosos restrinxit, intellige etiam seclulo scandalo, & contemptu.

Hoc collorarium probant Ludouicus Lopez *2. parte instructar. cap. 31.* Gutierrez *tom. 2. quæst. Coninch cap. 7. Palacios in 3. disp. 37. q. 7.* Lorca hic *disp. 3. dicit. §. secunda regula, Suarius disp. 18. sect. 3. om. citati, & Salas sect. 9. num. 58.*

Primò, quia habet pœnam grauem arguentem in transgressione lethale peccatum, scilicet excommunicationem maiorem ferendam, fit enim huiusmodi prohibitio sub pœna excommunicationis absolute, quæ in iure supponit pro maiori excommunicatione; eo quod analogum per se sumptum stat pro famosiori, dum autem non additur verbum aliquod significans latam, aut ipso iure incurrendam, supponit proferenda.

Secundò, quia lex humana in materia graui non minus obligat, seclulo scandalo aut contemptu, quàm lex diuina, hæc autem obligat ad mortale, ergo & illa. Minor est nota, & maior pater, quia auctoritas huius legislatoris etiam est à Deo, de qua propterea Paulus dixit, *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*, & Christus in Evangelio, *Qui vos spernit, me spernit.*

Tertiò probatur, quia semper iudicatur obligatio sub mortali, quoties à iure Canonico, vel à iudice Ecclesiastico aliquid præcipitur sub excommunicatione absolute, & simpliciter, nam intelligitur de maiori, quæ incurri non potest nisi propter peccatum mortale ex *cap. 1. & cap. Romana, de sententia excommunicationis in 6. & cap. nemo onze q. 3. & cap. corripiantur 34. q. 3.* desumpto ex Augustino *q. 39. in Denter. & lib. 2. de Ciuit. cap. 11.* dicente, Hoc agit nunc excommunicatio, quod in veteri testamento interfectio; vnde Theologi citati suam regulam desumpserunt; ergo cum dicta prohibitio assistentiæ agitationi taurorum, sit sub excommunicationis pœna, absolute, ac proinde maioris, quæ grauissima est, & aliàs debet proportionari culpæ, vt docet Augustin. *de corrept. & gratia cap. 11.* & quia nullus prudens rector aliquando proleui culpa serio minatur mortem, qualis est excommunicatio etiam comminata, seu ferenda, consequens est, eam obligare sub culpa mortali. Hucusque Araujo.

Ex quibus patet responsio ad argumenta, quæ pro sua sententiâ firmam adducit Hurtadus loco citato.

Et post hæc scripta inuenio nostram sententiam docere etiam Iosephum Roccafal. in *praxi Theol. moral. tom. 2. part. 3. n. 5. pr. Oual. cap. 6. n. 15. fol. 93.* sic itaque asserit, tres sunt Bullæ de hac re; Prima Pij V. Secunda Gregorij XIII. & Tertia Clementis VIII. ex quibus quid modo tenendum sit, ne omnes referre cogamur breuiter dicimus; Primò, Clementem VIII. in suo motu proprio anno 1596. 3. die Ianuarij sustulisse omnes excommunicationes in ordine ad Clericos, & laicos, exceptis Religiosis; vnde Principes, & superiores licitè possunt concedere licentiam agirandi taurorum, & Clerici in Sacris illis interesse absque peccato mortali; Religiosi autem non possunt; an vero Clerici interestes peccent venialiter; prima sententiâ asserit peccare venialiter, ita Villalobos *tom. 2. tr. 12. diffc. 12.* & hoc propter indecentiam & quia antea erat prohibitum *cap. sententia sanguinis, ne Clerici, vel monachi*; secunda sententiâ asserit non peccare, si absit scandalum, & modestè assistant, sententiâ verò Gutierrez *lib. 8. quæst. Canon. c. 7.* dicentis peccare mortaliter non ipsis rigida est. Dicimus secundò, Religiosos incurrere peccatum, si adsint, quia non abstulit hoc C. Lemen. VIII. quod est apud Pium V. & Gregorium XIII. Ita Roccafal, cui etiam adde doctum, piũm, & amicissimum Magistrum Lezanam in *Summa quæst. regul. tom. 1. cap. 10. num. 7.* & Caltrum Palaum *tom. 6. dispnt. 4. punct. 37. n. 22.*

Sed

Sedan in ista prohibitione comprehendantur Religiosi sacris ordinibus non initiati, vel Religiosi laici, respondeo cum Machado *r. 2. l. 5. p. 2. tr. docum. 9. n. 3.* vbi sic ait; Si esto entendi a tambien son los Religiosos los legos y los demas que non de orden Sacro, es dudoso entre los Doctores, Rodriguez y otros afirmo que si; iuzgando que los comprehend la constitucion referida de Clemente VIII. Si bien Villalobos y otros sciente lo contrario, como no interuenga escandalo; fundase, en que como consta de la Bula de Pio V. referida en ella, non est auan comprehendidos los legos, ni los demas Religiosos que no fueren de orden Sacro; y la declaracion de los demas Pontifices no les pone nueva obligacion. Ita ille.

Non nego tamen sustineri etiam posse Religiosos in Sacris Ordinibus non constitutos comprehendendi in dicta prohibitione. Ratio est, quia licet à Pio V. sint exclusi; tamen à Clemente Octauo videntur comprehendendi; & ita tenet Pater Lezana *vbi supr. & Pellizarius in Man. Regul. 1. 2. tr. 7. c. 2. sect. 3. q. 17. n. 212.*

Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam etiam sustinet Castrus Palaus *vbi supr.* & ad rationem Patris Lezang respondeo, non ebitare decretum Clementis Octauo, quia illud decretum non inducit nouam obligationem, sed quæ lata erat constitutio Pij, & Gregorij aduersus Religiosos in suo robore relinquit, quocirca intelligendum est de monachis, fratribus, & Regularibus, qui Clerici sunt. Ex his à foriori inferunt moniales sub hoc decreto non comprehendendi, quia nullatenus sunt Clerici Regulares.

Et ita ex Bonacina, & Villalobos docet Castrus Palaus *vbi supr.* quicquid in contrarium de monialibus asserat Auila, *de cens. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 4. conclus. 6.* Illud est certum nouitios sub nomine regularium in hoc decreto non comprehendendi, quia propriè, & strictè non sunt regulares. Item neque equites militarium Ordinum; etiam si minoribus ordinibus fuerint insigniti, quia expressè excipiuntur in dicta Bulla Gregorij, & notant relati Doctores. Canonici verò Regulares, & Fratres Clerici ordinum militarium sine dubio comprehenduntur, quia verè sunt Regulares.

Et tandem ad ornatum huius materiæ assero, festis diebus peccatum mortale esse tauris in circo, vel in foro agitare, quia hoc prohibitum est Magistratibus à Pio V. sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, nequa derogatum est à Gregorio XIII. & à Clemente Octauo, sed potius ab iisdem confirmatum.

Verum hanc conclusionem temperant Nauarr. *c. 15. n. 19.* Ludouic. Lopez in *suo instructor. 1. p. c. 70.* Bonacin. *d. 2. de cens. q. 4. p. 7. n. 12.* ne procedat in agitatione taurorum, ita moderata, vt ex ea sequi probabiliter non possint raptura personalia mortis, vulneris, offium ruptura, sicuti si præcisus cuspidibus agitentur, aut cornibus colligatis, quia cessat ratio finalis, ob quam hæc constitutio lata est, nempe ob vitandas mortes ex prædicta agitatione frequenter contingentes, vt in proemio dicitur. Ex quo sumenda est ratio finalis legis, Augustin. *l. fin. ff. de hered. instit. ven.*

Sed hanc limitationem cum Gutierrez non probat Castrus Palaus, *vbi supr.* quia Gregor. XIII. agitationem taurorum permittit, prouiso per eos, ad quos spectabit, ne exinde alicuius mors quoad fieri possit sequatur; & hæc permissione non obstante, prohibet non diebus festis agitentur. Ergo agitati

taurorum, etiam remotis periculis, diebus festis illicita est. Præterquam quod esto ex agitatione taurorum præcisus cuspidibus, aut cornibus colligatis non adit æquale periculum, ac si cuspidibus integris liberi, & expediri agitentur, nihilominus periculum perfectè non vitatur, cum possint homines in alium leuare, & in terram proicere, pedibusq; conculcare. Adde agitationem taurorum diebus festiuis non tantum prohiberi ob damna, quæ inde prouenire solebant vitanda, quàm ob honorem festorum, quæ diuinis laudibus, piisque operibus, non autem huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent.

Hoc autem intelligendum est, si in circo, vel foro agitentur; nã si extra forum, vel circũ agitatio fiat, libera fugiendi tauri facultate relicta, non est locus huic prohibitioni; eaque de causa cõmuniter diebus festis agitantur tauri per plateas, & calles Ciuitatis fimbibus longis pedes, vel cornua ligati absque vilo scrupulo, vt tradit Nauarr. *c. 15. n. 18.*

Alia vero dubia circa præsentem materiam non solum in ordine ad Hispaniam, sed etiam extra illam, vicebis penes Bonacinam, Palaum, Auilam, & alios locis citatis.

An Inquisitores Hispani Præsides consiliorum, & consiliarij, &c. teneantur ieiunare.

RESOLVT. XII.

Negatiuè responder Pasqualigus in *Praxi de Ieiun. dec. 325. n. 4.* vbi sic ait, Ex quibus colligitur, quod, si quis per totum fermè diem in negotiis difficillimis occupatur, vt contingere potest in oratoribus Principum, Præfectis Urbium ducibus exercituum, qui semper negotia difficilia animo reuoluunt, non teneri ad ieiunium, si quidem talis occupatio plurimum consumit spiritus, & inducit notabilem debilitatem, & idem censendum est de cæteris ministris, qui plurimum occupantur in negotiis publicis. Ita ille. Vnde P. Hurtadus *var. 1. 2. tr. 10. c. 9. n. 140.* subdit hæc verba.

Hæc doctrina valde notanda est, cum sit nimis conformis rationi, & sic Præsides consiliorum, consiliarij viri, & similes securè sunt excusati ab obligatione ieiunij; si enim Lectores, & Prædicatores deobligantur à ieiunio propter vnã lectionem, aut sermonem vnus horæ (spatio durant, cum isti ministri spatio quinque, vel trium horarum assistant tractantes negotia difficilia, & diuersa, obligari ad studendum, vt rectè decident causas; multò magis excusabuntur non solum diebus Consilij, sed etiam diebus festiuis, & feriatis; ita respondi interrogatos, antequam viderè auctorem istum, Hucusque Hurtadus, cuius doctrina esset etiam applicanda auditoribus Rotæ pro die in quo, vt Romæ dicimus informantur, & in die seq. in quo student.

Et quidem Hurtadus pro sua firmam sententiâ adducere poterat non solum Pasqualigum, sed Lessium *l. 4. c. 2. dub. 6. n. 43.* dicentem, omnes nequeunt officio suo fungi cum ieiunio, etiam si labor non sit nisi ingenij, exemptos iri ab illo, quia parum refert qualis sit labor, si non patitur secum ieiunij vsum.

Quo fit, ait Sancius in *selectis disp. 54. n. 17.* excusatos iri iudices à ieiunio, dum ob magnam occupationem caularum defatigantur, aut defari-

nulla constet particula, per quam significetur per illud derogari iuri communi, non plus debet extendi, quam verba eius sumpta in sua significatione nativa patiantur; quare cum forma iuris per Concil. Trident. introducta postulet in quolibet cuiuscunque secularis confessario hanc approbationem, ut conditionem sibi essentialiter requisitam ab absolvendum Sacramentaliter quemlibet saecularem, Episcopus vi praedicti privilegij non potest valide confiteri alicui Sacerdoti sibi non subdito, non approbato.

Dixi sibi non subdito; si enim sit ei subditus, tunc potest illum approbare pro confessionibus excipiendis; & eod ipso, quod illum sibi deligit in proprium confessarium, censetur simul eum ad id approbare.

Quaero quintò: An quis possit confiteri cum Sacerdote idoneo, non tamen ab Episcopo approbato, si fuerit expositus à Parocho ad audiendas confessiones in sua Parochia? Resoluto huius quaestionis pender ab illa, an hodie post Concilium Tridentinum possit Parochus delegare Sacerdoti simplici, ut in Parochia suarum omnium confessiones excipiat.

Et affirmatiuam sententiam nominatim contra me sustinet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tr. 12. c. 1. §. 2. dub. 1. per totum*. Quia Concilium solum derogat privilegijs & consuetudinibus; atqui Parochi id non habent ex privilegio, aut consuetudine, sed à iure diuino, & positivo humano, cum secundum utrumque habeant potestatem ordinariam, quo eod ipso delegari potest, & exceptio privilegiorum, & consuetudinum firmat regulam in contrarium.

Et idem ex his Hurtadus hanc sententiam vocat valde probabilem, non solum speculatiuè, sed etià practicè & probabilem esse fatetur etiam Leander *de sacr. t. 1. tr. 5. disp. 11. q. 56. in fine*.

Vnde Ioannes de Soria in *Epilogo summ. p. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa iurisdictionem ordinariam*, sic ait; Non potest Parochus facultatem concedere simplicem Sacerdoti ad suorum omnium confessiones audiendas, quia quamuis autoritas eius sit ordinaria, restricta fuit à Concilio. Sed probabiliter contrarium defenditur à multis grauissimis Theologis, affirmando, Concilium contra hoc nihil sancisse, quia autoritas Parochi est ratione officij, & per consequens ordinaria, quare licet Parochus eam poterit delegare simplici Sacerdoti ad confessiones suorum audiendas. Ita ille.

Verum ego non recedo à contraria sententia, quam olim docui, & illam me citato tenet Leander *ubi supr.* vide me ipsum in *p. 10. r. 16. ref. 75.* vbi hanc sententiam practicè improbabile existimaui.

Concedo tamen posse Parochum exponere in sua Parochia ad confessiones excipiendas alium Parochum; nam Parochi possunt vbique locorum absque alia Episcopi approbatione confessiones audire de licentia Parochi, & ita tenent Doctores, quos citat & sequitur Sancius in *Select. disp. 44. nu. 28.* & Leander, *de sacr. t. 1. tr. 5. disp. 11. q. 62.* quia ex Tridentino *loc. cit.* ut aliquis censetur idoneus ad confessiones audiendas, sufficit quod aut sit approbatus ab Episcopo, aut habeat parochiale beneficium, ergo qui beneficium parochiale habuerit non indigebit approbatione Episcopi, ergo optime poterit vbique confessiones fidelium excipere; etià si privilegium eligendi confessarium non habeat, quomodo Parochus proprius non contradicat.

Vnde ex his consulto Dominis Episcopis, ut in Synodo Diocesana, vel per edictum prohibeant

quod nullus audeat in suis Diocesis confessiones audire sine eorum expressa licentia.

Et idem Ioannes Praepositus in *3. p. D. Thoma q. 8. de approbatione ministri dub. 4. n. 22.* sic ait, Episcopi in suis Diocesis possunt prohibere Parochis, ne delegent iurisdictionem alijs; quam à se approbatis, etiam irritando delegationem secus attentatam, quod rationabiliter facere possunt, ut aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis Diocesis confessiones excipiunt. Ita ille.

Sed si queras hic obiter An Regularis in aliqua Diocesi approbatus, si forte dimittatur è Religione (quod non raro euenit in Societate Iesu) possit vi talis approbationis audire confessiones in ea Diocesi, etiam postquam dimissus est.

Respondeo non posse, non quidem ex defectu approbationis, quae durat vsque dum reuocetur, sed ex defectu iurisdictionis quam ille Regularis habebat à Papa ex privilegio Regularibus concessio, ac proinde cessat hoc ipso, quod ille desinit esse Religiosus, vnde fit, ut eiusmodi Regularis per delegationem Parochorum, nec non per Iubilaeum, ac Bullam Cruciatam in dicta Diocesi eligi possit in confessarium; vtpote qui reuera est approbatus ab ordinario loci, & de nouo modis supradictis acquirat iurisdictionem, quae sola illi derat; Et ita docet Pellizzarius in *man. Reg. c. 2. tr. 8. c. 3. sect. 2. n. 38.* ex doctis Neotericis à se consultis.

Sequitur eadem materia, & in ordine ad Regulares.

RESOLVT. XIV.

Quaero sextò, An quis possit eligere in confessarium Superiore Regularium ab Episcopo non approbato? Caspensis in *cur. Theol. t. 2. tr. 24. disp. 5. sect. 7. n. 63.* me citato affirmatiuam sententiam probabile putat. Quia nomine habentis beneficium parochiale, seu curatum, videntur etiam à Tridentino comprehendi supradicti Praelati, quibus cura animarum commissa est; siue ea cura committatur ab Episcopo, siue à quouis alio valente curatum beneficium conferre; quia eod ipso declarantur idonei ad confessiones audiendas. Ita ille.

Sed ego loco citato solum sententias pugnantes adduxi, & meam non explicauim, prout explicaueram in *p. 3.* & nunc iterum explico: Dico igitur, Superiores Regulares non posse saecularium confessiones excipere, nisi prius fuerint ab Episcopis approbati. Et ita praeter alios Doctores, quos alibi adduxi tenet ex Societate Pater Amicus in *cur. Theol. t. 8. disp. 15. sect. 3. n. 97.* vbi sic ait; Deducitur egere hac approbatione Episcopi post Tridentinum, & esse necessariam necessitate sacramenti, & non tantum praepcepti, aded ut si quis tenet, nihil efficiet, vnde penitens; etiam si bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primum id nouit: atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Ita ille. Vide me ipsum alibi.

Quaero septimò, An saecularis possit eligere in confessarium Regularem non approbatum ab Episcopo iniuste, & absque causa. Et affirmatiuè posset quis respondere, si frater auctoritate Doctorum asserentium, quod quado Episcopi ex odio, ac maleuolentia erga Regulares, nolunt eos, licet plane idoneos

idoneos admittere ad examen, & approbare ad confessiones saecularium, possint eorum Praelati ex aliquo privilegio, ipsos nihilominus exponere ad confessiones.

Nec privilegio concessio in *Clementina Dudum*, fuit derogatum à Concilio Tridentino *sess. 23. c. 15.* ijs verbis, Privilegijs, & quacunque consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, siquidem Tridentinum ibi intendit solum cassare, & irritare privilegia quorundam extra corpus communis iuris vagantia, quae merito restringi debent tanquam odiosa, & destructiua iuris, quale sine dubio non est privilegium dictum, quod est inclusum in corpore iuris, praeterquam quod quado leges moderniores loquuntur tantum in communi, & decreta antiqua de casu aliquo in particulari non reuocant expressè, trahuntur ad sensum decretorum antiquorum, ut ostendit Nauar. in *c. placuit, de pen. d. 6. n. 147.* Vnde cum decretum Clementinae Dudum sit magis antiquum quam decretum Concilij Tridentini, & expresse loquatur de hoc casu, Concilium verò loquatur tantum absolute, & in generali, nec in particulari reuocat praefatum decretum Clementinae, Concilium in hoc particula potius trahi debet ad sensum Clementinae, quam Clementina ad sensum Concilij: ut proinde dicat Nauar. *c. 27. n. 264.* Episcopo sine iusta causa nolente admittere Religiosos praesentatos ad examen, posse facere (id est audire) confessiones, perinde ac si admissi essent iuxta *Clem. Dudum*. Sic ille.

Et hanc sententiam praeter alios à me alibi adductos, sustinet Castus Palaeus *tom. 4. tr. 13. disp. 1. punct. 19. §. 2. n. 9.* dicens Religiosos, si à suis Praelatis praesentati fuerint, & iis iniuste fuerit approbatio negata, aut restricta; iure ipso censeri approbatos ex *Clementina Dudum, de sepulchris*, & ex Bonifacij VIII. *Extravaugante super Cathedralibus*, vbi id Religiosis expresse conceditur.

Vnde Lessius in *3. p. D. Thoma q. 8. de ministro confessionis d. 5. n. 16.* sic ait; Notandum quartò, Probabile esse, si Episcopus Regularem nolite approbare, idque sine iusta causa, Regularem ipso facto censeri approbatum à Pontifice. Colligitur ex *Clementina Dudum, de sepulchris*, vbi dicit Pontifex, si Praelati praefatis Fratribus licentiam exhibere recusauerint, nos ex nunc ipsis, ut liberè licetque confessiones audire valeant, de Apostolica Sedis plenitudine concedimus. Neque censeri debet huic derogatum per Concilium Tridentinum, ut quidam dicunt, cum Concilium huius Clementinae mentionem non faciat, nec directè contrarium statuatur. Ita Lessius.

Sed his non obstantibus, licet aliqui falso pro hac sententia me adducant: ego existimo ad casum propositum negatiuè respondendum esse, & praeter alios quos ego alibi adduxi, in gratiam curiosorum non grauabor hic apponere verba Nicolai Isbert Professoris Regij in Academia Parisiensi, sic itaq; asserit in *3. p. D. Thoma. t. 3. d. 21. de sacr. pen. art. 4. fol. 197.* Difficultas esse potest, vtrum haec approbatio debeat esse de facto obtenta, vel sufficiat quod sit petita ab Episcopo, seu Ordinario, & Confessarius secundum rei veritatem sit sufficiens doctrina ad istud munus exercendum, & probe vite.

Responderetur, debere esse de facto obtentam, quia verba Concilij Tridentini agendo de illa sic habent expressè, & haec responsio tam habet locum in Mendicantibus per suos superiores praesentatis Episcopo, seu ordinario pro excipiendis confessionibus saecularium, quam in Sacerdotibus saecularibus be-

neficiis parochiale non habentibus; nam Concilium ibi loquitur absolute, nulla distinctione facta saecularium à Mendicantibus; Immo eod ipso, quo iuratio sui decreti decernit nulli etiam regulari (quo nomine etiam Mendicantes veniunt intelligendi) posse audire confessiones saecularium etià Sacerdotum, nisi ad id iudicetur idoneus ab Episcopo, & statim subiungit, confessarium (de quo hic agit) debere illam obtinere, satis innuit non sufficere Mendicantibus illam ab Episcopo, seu ordinario cum reuerentia ei debita petere, sed absolute requiri, quod illam de facto obtineant. Nec obstat, quod in extravauganti Bonifacij Octauij qua incipit *super Cathedralibus, titulo de sepulchris*, & in Concilio Vinnensi in *Clementina dudum* concedatur Mendicantibus, ut si Episcopus seu ordinarius nolit illos sibi debite per eorum Superiores praesentatos admittere pro audiendis suorum Diocesanorum confessionibus, habentur pro admissis, Summo Pontifice illos tunc admittente; hoc inquam non obstat, nam positò, non tamen concessio, quod haec decreta intelligantur de hac approbatione, quia tamen Concilium Tridentinum est etiam Oecumenicum, cuius decreta sunt istis longè posteriora, ut per se constat, & iura posteriora derogant prioribus, fit ut Concilium loquens absolute, & vniuersaliter de confessarijs agat satis expresse de Mendicantibus, cum loquatur etiam de regularibus, quorum generali appellatione Mendicantes intelliguntur.

Secundò responderetur, in illis prioribus decretis non agi de approbatione, sed tantum de iurisdictione per Episcopum concedenda Mendicantibus per suos superiores debite praesentatis; quam pro excipiendis confessionibus Diocesanorum petitam, illis tamen per Episcopum denegatam; tunc Summus Pontifex capitibus iuri Canonico insertis tantam confert, quantam Curati, seu Parochi habent de iure communi, ut patet diligenti lectione vtriusque Capituli. Vnde patet falli Nauarum, quando in *suo Man. c. 27. n. 264. 265.* cum aliquot recentioribus, censet adhuc post Concilium Tridentinum sufficere Mendicantibus petere ab Episcopo, seu ordinario licentiam administrandi Sacramentum poenitentiae, ex eod quod in relato Tridentini Concilij decreto, non fit specialis derogatio huius privilegij antea concessi Mendicantibus; est enim ei satis derogatum per particula hanc etiam regularium, item absoluta requisitione approbationis ab ordinario obtentae in confessario ad valide absolvendum.

Probatum eadè responsio ex Bulla Urbani VIII. qua incipit *cum sicut accepimus*, & extat t. 3. *Bull. editionis Romanae*, in qua Summus Pontifex omnia, & singula indulta, quae à Sede Apostolica promanarunt, audiendi saecularium confessiones absque ordinarij examine, & approbatione, quibus suis Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societatis Iesu, Congregationibus, & Ordinibus tam Mendicantium, quam non Mendicantium, nec non Monachorum quoruncunque etià S. Benedicti, Cisterciensium, & Carthusiensium, ac etiam quibusuis militiis, etiam hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, ac quibuscunque Ecclesijs etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis & reuocat, cassat, tollit, abrogat, annullat, iuribus, & effectu euacuat, nullisq; personis in posterum villo modo suffragari posse decernit. Quid autem induxerit Summum Pontificem ut id statueret, ipse in eadem Bulla declarat dum scribit, Per haec indulta Saluberrimum Sacri Concilij Trident. decretum desuper sancitum

fancitum penitus euerit: ex quibus verbis perspicuum est non modò neminem posse vi indulti cuiuscunque, non obrenta ab ordinario approbatione confessiones secularium excipere, sed etiam id prohibitum esse per Concilium Tridentinum, adeoque satis derogatum prioribus iuribus per hoc decretum posterius.

In eam sententiam descenderunt plures è variis ordinibus, tã non Mendicantium, quam Mendicantium, & ipsius Societatis Iesv superiores, vt patet ex scripto nominibus Syngraphis que suis consignato, quod Eminentiſſ. Cardinali Duci de Richelieu, tradiderunt die 19. Februarij anno Domini 1633.

Cùm autem Cellotius *librorum suorum de Hierarchia, & Hierarchia* l. 5. c. 24. & 25. scripſiſſet, non necessarium esse vt Regulares ordinum Mendicantium reipsa obtinerent approbationem ab Episcopis, & ordinariis ad excipiendas secularium confessiones, & sufficere vt semel præsententur in declaratione circa quadam propositiones illius sui operis conceptis verbis prolata (cuius auctographum auctoris manu subscriptum inter monumenta sacre facultatis Theolog. Parisiensis asseruatur) visum tum Summi Pontific. Bulla, tum etiam prædicto scripto sententiam mutauit, vt patet ex his verbis; non debent, nec possunt Regulares secularium confessiones audire, nisi approbationem ab Episcopo obtinuerint. Aliud quidem dixi, Auctores aliquos secutus, nunc autem volens, ac ludens amplector scriptum illud, quod anno 1633. die 19. Februarij, tum ex ordinibus alijs; tum è Societate nostra superiores aliqui Eminentiſſ. Cardinalis Duci Richelieu dederunt, nominibus Singraphisque suis consignatum.

Et hæc omnia Iambert, *vbi supr.* quæ quidem nimis grata curiosis fuisse reor, & quidem ego contra Cellotium etiam scripsi in p. 6.

Caveant igitur Regulares ab opinione contraria; sin aliter Tragædias in eorum, & Religionis damnum suscitabunt: Durum est contra stimulum calcitrare. Et sciant, Mercerum in *supplem. 3. p. D. Th. q. 8. d. 2. in fine*, contrariam sententiam Nauarri, & aliorum improbabilem vocare, quod etiam ex Suarez facit Turrianus, *de pen. q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 1.*

Quæro Octauò an famuli commensales Regularium possint illos eligere in confessarios, etiam si non fuerint approbati ab ordinario; & affirmatiuè alibi respondi, stantibus priuilegijs Regularium, sed modo circa illa habeo magnam difficultatem, & anceps remaneo, cum dicta priuilegia videantur reuocata in constitutione Urb. VIII. quæ incipit, *cũ accepimus sicut*, & refertur in *Bullar. t. 4. Bulla 92. Urbano VIII. qua reuocantur omnia priuilegia alijs concessa quoad confessiones secularium personarum sine examine, & approbatione ordinarij.*

Tum quia Concilium Trident. *sess. 23. c. 15. de reform.* approbationem ordinarij requirit in Regularibus, ad hoc vt secularium confessiones audire possint, cum tamen supradicti famuli sint seculares, vt patet.

Vide Busenbaum in *medulla Theol. mor. l. 6. tr. 4. c. 2. dub. 2. n. 7.* Cardinalem Lugo, *de Sac. pen. disp. 21. n. 29. & 50.* & alios.

Licet aliquis possit cum Peyrino respondere, in constitutione Urbani VIII. derogari solum priuilegijs, quæ Regularibus concessa sunt quoad audiendas confessiones quorundã secularium, non verò quoad audiendas solum confessiones suorum

famulorum, ac aliorum commensalium, cum Peyrino sentit Barb. l. 1. *inr. Eccl. vnic. c. 43. n. 204.* citans alios pro se, & Cespedes *tr. de exempt. c. 6. d. 125. n. 4. addens n. 5.* ex Peyrino Religiosos posse absoluerè dictos famulos à seruatijs Episcopo; cùm dici possent decreta pontificia, quæ adducuntur in contrarium, loqui respectu aliorum secularium, non item respectu dictorum, præsertim cùm plus sit Regulares sine approbatione ordinarij posse audire eorũ confessiones, quod plures iis concedunt, quam posse illos absoluerè à seruatijs Episcopaliibus.

Vnde amicus noster pater Magister Lezana t. 2. c. 16. n. 16. asserit, non carere probabilitate asserere, Regulares approbatos à Prælati ordinis posse audire confessiones supradictorum famulorum; & tamen scripsit Romæ post dictam constitutionem.

Verùm nimis enim me vrget decretum Urbani, quod verò spectat ad alumnos degentes in Regularium Monasterijs putat Bordonus *ref. 38. q. 2. eos* posse confiteri Religioso non approbato ab Episcopo; & per eum absolui à seruatijs Episcopaliibus, cùm sint Regularium commensales, & commensalitas sufficiat iuxta dicta ad hunc effectum, cùm Bordonus sentit Cespedes *supr. n. 11.* dicens præfatos alumnos frui omnibus priuilegijs, quibus fruuntur Regularium famuli; idque ob rationem modo allatam.

Sed si volumus loqui consequenter, stante adducta constitutione Urbana, idè dicendum videtur de alumnos, ac de famulis commensalibus: Ideo id cogita, & potius negatiuæ sententiæ adhære.

An Episcopi absque causa possint validè reuocare approbationem non solum confessarijs secularibus, sed etiam Regularibus.

RESOLVT. XV.

Affirmatiuè respòdet Nicolaus Iambert Doctor Sorbonicus in 3. p. D. Th. t. 3. d. 21. *de Sac. pen. art. 4.* Probatur, Approbatio de qua agimus, tandiu debet in confessario moraliter perseverare quamdiu proxima idoneitas ad Sacramentum hoc administrandum, supposita iurisdictione, perseverat in illo, quia est quædam conditio in illo essentialiter requisita, sed hæc approbatio in præsentia difficultate non amplius moraliter perseverat in illo, quia supponitur reuocata: neque potest respòderi esse invalidè reuocatam, & sic censeri adhuc moraliter perseverare, nã hæc approbatio iam cõcessa, non est minus sub libera dispositione Episc. seu ordinarij; quam sit iurisdicção per eũ absolutè, & simpliciter cõcessa alicui alieno Sacerdoti in Sacram. penit. exercenda circa proprias oues eiusdẽ Episcopi, vtraque n. concessio est aliquis actus iurisdictionis, & hic posterior magis propriè, quã sit ille prior solius approbationis; sed Episcopus, seu ordinarius potest validè (esto non licitè) absq; vlla causa legitima, ita reuocare iurisdictionẽ, quã alicui docto, & probo Sacerdoti dedit pro penitentibus in Sacramentali cõfessione audiendis, & absoluen-dis, vt Sacerdos ille, vbi hæc reuocatio ei sufficenter innotuit, non possit amplius validè penitentes absoluerè in Sacram. penit. ergo, & pari iure Episc. seu ordinarius potest validè quidẽ (esto non licitè) approbationẽ hanc à se datam alicui pio, & docto Sacerdoti absque causa legitima reuocare: ita vt imposterum non possit validè hoc Sacram. admini-

ministrare. Deinde probatur; Summum Pont. dare alicui alieno Sacerdoti speciale priuilegium, quo approbatio simpliciter, & absolutè, ei per Episc. concessa pro confessionibus penitentium excipiendis, & Sacramentali absolutione imperitienda, non possit reuocari, est signum, talem approbationem esse ex sua conditione reuocabilem per Episcopum, seu ordinarium, qui illam concessit; nam priuilegium est quædam lex priuata, qua quis eximitur per auctoritatem superioris à communi lege; & si hæc approbatio sic obrenta, est ex se irrevocabilis; cur petitur, & confertur à Summo Pontifice priuilegium ne reuocetur; sed Pius Quintus Summus Pontifex motu proprio 17. Calendas Iulij, anno Christi Domini 1567. & octauo idus Augusti, anno 1571. vt videre est apud Emanuelem Rodericum *tomo 4. quest. regular. Bulla 6. & 7.* dedit priuilegium Mendicantibus, vt semel approbati cum examine ab Episcopo; non possint amplius ab illo eodem examinari, sed maneat approbati; ita tamen, vt ab eius successore possint iterum examinari: igitur approbatio absolute ab Episcopo, seu ordinario data alicui pro audiendis confessionibus penitentium, iussive Sacramentaliter absoluen-dis, potest validè etiam sine causa rationabili ab eo, qui concessit illam, reuocari.

Neque huic nostræ propositioni obstat, quòd citatis decretis Bonifacij Octauj, & Clementis Quinti, Mendicantes æquenter Curatis seu Parochis; Episcopus autem non possit, etiam absque aliqua causa rationabili impedire Parochum, seu Curatum, ne proprium paræciam debite confidentem, & ritè dispositum validè absoluat. Nec item quod Pius Quintus Bullis proximè citatis dederit Mendicantibus priuilegium, quod approbatio illis semel per Episcopum concessa, non possit reuocari: nec denique quod aliqui habeant immediate à Summo Pontifice iurisdictionem pro hoc Sacramento omnibus, & singulis administrando. Hæc inquam non obstant, primò quidem, quia Mendicantes ibi æquantur tantum curatis, seu Parochis penes potestatem absoluen-di, quatenus mendicantes possunt vi illius vtriusque decreti absoluerè penitentes ab iis tantum casibus, à quibus Parochi iure communi possunt suos absoluerè; vt longè dispar est conditio Parochorum à conditione illorum Sacerdotum, quibus hæc approbatio est necessaria, quòd istorum approbatio sit fundata in eorum parochiali beneficio, & illi annexa per Concilium vniuersale; Episcopus autem non possit validè, sine causa aliqua rationabili spoliare Parochum suo beneficio; nec possit nuda, & simplici sua auctoritate disingere, quæ speciali decreto vniuersalis Ecclesiæ sunt inter se coniuncta; cùm sit hoc inferius.

Secundum item non obstat: illud enim rectè potest intelligi de eo, quòd tantum sit non licitè, non autem de eo valido præcisè sumpto (de quo tamen præsens difficultas tantum procedit) quia expressis verbis ait, successorem eius Ordinarij, qui dedit hanc approbationem, posse, si velit, approbatos à suo prædecessore subicere examini, & ex consequenti (loquendo absolute) illam penitus reuocare; deinde, si quis contendat Summum Pontificem ibi agere de valido, responderet nõ propter eã responſionem nostram esse falsam: hæc enim procedit tantum de approbatione secundum se cõsiderata, non autem pro vt subest speciali subordinationi Summi Pontificis, qui vt supremæ suæ au-

Anton. Diana Pars XI.

thoritatis potest impedire effectum inualidationis per aliquem Episcopum factæ, nimirum hunc confessionarium, de quo agimus, reuocent etiam Episcopo suo, seu ordinario approbare pro confessionibus sacramentaliter excipiendis, sicut potest (vt supra docuimus) dare iurisdictionem sufficientem pro excipienda Sacramentali Confessione alicuius Diocæsani contra voluntatem sui Episcopi. Tandem potest responderi priuilegium istud videri abrogatum per Gregorium XIII. Is enim Bulla sua, quæ incipit, *In tantarum, & negotiorum mole*, quæque fuit data Calendis Martij anno 1573. & refertur à Roderico loco superius citato, Bulla 38. reduxit litteras, & constitutiones Pij V. pro Mendicantibus, & alijs Regularibus contra locorum Ordinarios ad terminos iuris communis, & decretorum Concilij Tridentini; & per hanc responſionem intelligitur esse satisfactum confirmationi ab Auctoribus contrariæ sententiæ, petiæ ex responſo sacre Congregationis Cardinalium, dato tempore Pauli V. anno 1615. 20. die Nouembris, quod totum de verbo ad verbum Puteanus refert secunda parte de confessione in fine vltimi dubij, nam priori parte Patres illi volunt solummodò Archiepiscopis, Episcopis, alijsque locorum ordinariis non licere confessarios Regulares alijs ab eis liberè approbatos posthac ab audiendis confessionibus suspendere, nisi ex noua occasione, & causa; sicque agunt dumtaxat de licito: nos verò agimus de valido, quod in hac materia latius patet licito; posteriori autem parte statuunt, prædictos Episcopos, & ordinarios nullo pacto posse inconſulta Congregatione omnibus simul vnus conuentus regularibus confessarijs facultatem audiendi confessiones adimere, quod rectè potest etiam explicari de licito, quatenus censent vix posse dari causam rationabilem ad licitè suspendendum omnes simul confessarios vnus integri conuentus; & idè decernunt, vt antequam fiat talis suspensio S. Congregatio conſultatur, qua loquendi formula significant se tantum loqui de licita, si enim ageretur simpliciter de valido, non opus esset hanc adhibere præcautionem, S. Congregatione inconſulta, quæ videretur adhibita, vt possit diiudicari num hæc suspensio fiat ex aliquo odio, aut alio malo motiuo, & sic absque causa rationabili, & legitima.

Denique tertium non obstat; est enim iurisdictionis aliquid distinctum ab hac approbatione; nam iurisdictionis potest aliudè haberi, vt supra animaduertimus quæ tamen, quia non potest ad praxim, & vsum reduci post decretum in Concil. Trid. factum, de illa tanquam essentialiter requisita in confessario, nisi Summus Pontifex conferendo alicui iurisdictionẽ, simul etiam de speciali gratia illum approbare pro excipiendis omnibus Sacramentalibus confessionibus; sicq; huic decreto derogare, quod tamen communiter non facit, quemadmodum constat ex Iubilæis, in quibus sæper requirit, vt Sacerdos absoluet etiam virtute Iubilæi; sit approbatus ab ordinario.

Et hæc omnia docet Iambert *vbi supra* cui adde Turrianum *de sac. pen. q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 3. in fine*. Sancium, & Hurtadum.

Sed quicquid sit de Sacerdotibus secularibus; quoad Regulares; ego contrariæ sententiæ adhærendum esse puto; & ita tenent Doctores, quos etiam me citato adducit & sequitur Leander *de Sac. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 89.*

Verùm difficultas est, An Episcopus absque iusta causa possit saltem reuocare approbationes Regularium, si datæ fuerunt ad beneplacitum suum.

Respon

Respondeo cum Cardinali Lugo *de pen. disp. 21. sect. 3. n. 63.* quod si approbatio data fuit ad beneplacitum posse reuocari licet ex causa, & validè etiam absque causa, non solum secularibus; sed etiam Regularibus: Ratio est, quia approbatio data cum limitatione, & ad certum tempus, transacto illo tempore cessat, vt diximus, & potest aliquando approbatio cum tali limitatione conferri ex causa iusta; quando autem approbatio datur ad beneplacitum, est approbatio limitata ad certum tempus vagum, determinandum pro arbitrio approbantis: ergo aliquando licet dabitur cum illa clausula, quado scilicet sunt causae ad dandam approbationem cum limitatione, semper autè valida erit limitatio; ita vt cessante beneplacito approbantis, approbatio eo ipso intelligatur, cessare.

Verum, his non obstantibus ad hoc dubium negatiuè respondet Leander *vbi supra q. 90.* cum Peyrino, Trullench, Fagund. & Ladouico à Cruz, probatur; quia licentia, quae Regularibus datur ab Episcopis ad confessiones audiendas non est propria licentia, sed approbatio personae quoad sufficientiam, & idoneitatem ad confessiones excipiendas, qua supposita, statim Papa concedit illis facultatem, & iurisdictionem ad sacramentum poenitentiae ministrandum, vt patet ex *Clem. Dudum cit.* ergo nequit praedicta licentia, seu approbatio ad libitum Episcopi reuocari.

Nota hic etiam contra Ioannem de la Cruz *in summa part. 2. de sac. pen. q. 5. dub. 4. concl. 4.* & alios, Sacerdotem semel approbatum si absque causa ab Ordinario reprobetur, aut suspendatur, posse eligi in Confessarium per bullam Cruciatam, & ita tenet Leander *vbi supra q. 32.* si non ex culpa propria hoc euenierit.

An si aliquis secularis confiteatur bona fide Confessario ab Episcopo non approbato, confessio illa valida sit.

RESOLVT. XVI.

Affirmatiuam sententiam, licet cum aliqua formidine videtur tanquam probabilem Lefsius admittere; sic enim asserit *in 3. parte D. Thomae q. 8. de ministro confessionis art. 1. dub. 5. n. 16.* Notandum primò, hanc approbationem non complere quidem ipsius iurisdictionem, ita ut sine alia confessione possit absoluerè, sed requiri solum tantam conditionem, vt possit ei plena iurisdicção dari, quae conditio videtur ita esse necessaria, vt sine ea irrita sit absolutio, vt insinuat illud verbum *Non posse*, quod plus videtur quam non liceret. Et si fortasse contrarium non sit improbabile. Ita ille.

Confirmatur probabilitas huius opinionis ex ipsomet Concilio Tridentino, & primò *sess. 23. de refor.* statuit, quod nullus iniurietur prima tonsura, qui Sacramentum confirmationis non susceperit: Si quis tamen, omisso confirmationis Sacramento iniurietur tonsura, validè quamuis non licetè initiatur Sotus *in 4. sem. disp. 22. art. 1. prope fin.* Nau. *in manual. c. 2. n. 9.* cum alijs per Barbof. *ad d. c. 4. Concil. n. 1. & in tr. de potest. Episcopi p. 2. alleg. 44. n. 14.*

Secundò, idem Concilium *sess. 24. c. 1. de reform.* praecipit, vt impostum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, & nihilominus si matrimonium praetermissis denunciationibus contrahatur, vali-

dum est, vt tenent DD. quos longa serie citat idem Barbofa *ad d. cap. 1. num. 28. & de potest. Episcopi alleg. 3. 2. num. 9.* Rota *discif. 390. numer. 5. part. 2. in re. cent. & decif. 141. num. 12.* post tractatum Moderni *de manurent.*

Tertiò, idem Concilium Tridentinum *sess. 25. de regul. c. 17.* statuit, quod Nouitia non admittatur ad Professionem, nisi prius explorata fuerit eius voluntas per Episcopum, vel eius Vicarium, vel deputatum ab eis; Si tamen non praecedente dicta exploratione puella profiteatur, valet Professio, Sanchez *ad praecept. Decalogi lib. 5. cap. 4. numer. 84.* Mirand. *de Sac. monial. q. 8. num. 4.* Barbof. *de potest. Episc. alleg. 100. num. 9.* Menochius *conf. 396. numer. vlt. vol. 4.* Lezana *in summa cap. 25. numer. 12.* Tamburin. *de iure Abbasum disputat. 6. q. 3. n. 6.* & ita resolutum fuisse à sacra Congregatione Concilij, testatur Zerola *in praxi Episcop. verb. monialis, vers. ad 14.*

Nec obstat dicere, quod in dictis locis Concilium non vitur verbo, *Potest*, cum negatiua, quod importat formam, vt asserunt Doctores, quos ad fatietatem adduxi *in part. 10. tr. 12. resol. 7.* Nam, vt ibi etiam ex multis firmaui, haec doctrina vniuersaliter non est vera, ergo &c.

Sed, his non obstantibus, profus contrariam sententiam sustinendum esse puto, & contra Lefsiam affirmatiuam sententiam omnino improbabilem puto, & est contra communem sententiam Doctorum, asserentium talem confessionem esse inuvalidam, quia quamuis Concilium non apponat Clausulam irritantem, tamen cum appouerit, formam quidquid sit sine illa, irritum est, & inane, tum etiam quia sine approbatione non confertur iurisdicção, & sine iurisdictione validè non potest ferri sententia, & vtrumque est in iure certissimè, & sic non immoror in probationibus.

Et ita docet Vvigerus *in supplem. 3. part. D. Thomae q. 8. art. 4. n. 14.* Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 4. num. 2068.* Vnde Amicus *in eur. Theol. tom. 8. disputat. 15. sect. 3. num. 93.* sic ait; Communis sententia Theologorum est, approbationem Episcopi post Tridentinum esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantum praeccepti, aded vt si quis tenet, nihil efficit. Vnde poenitens, etiam si bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primum id nouit; atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Ita ille: Sed de hac quaestione à nobis alibi pertractatum.

Sed quæro hic obiter, an Confessarius approbatus v. g. Romæ, si mutet domicilium, & proficiscatur Mediolani, possit ibi audire Romanos; etiam si non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi. Casus est curiosus, & apud Auctores non passim obuius, & affirmatiuè posset aliquis respondere; eo quod approbatio, vt suppono, quia fuit data absolute, & simpliciter adhuc durat, quando non reuocatur, non reuocatur autem praecise ex eo, quod Sacerdos approbatus aliò transfert domicilium, vt hinc patet, quod si ipse iterum repetat prius domicilium, hoc ipso ibi absque alia approbatione potest audire confessiones.

Quod si dicas, approbationem in hoc casu suspendi, quatenus Sacerdos incipit habere alium Ordinarium, à quo proinde indiget approbati Contra est, primò, nam Sacerdos in praesenti casu verè censetur approbatus à suo Ordinario, nempe ab eo,

An in approbatione Confessariorum requiratur iudicium interius Episcopi de eorum sufficientia.

RESOLVT. XVII.

Casus posset accidere, quando Episcopus approbaret illicitè aliquem Confessarium, & affirmatiuè responderet Bonacina *de Sac. pen. disp. 5. quest. 7. punct. 4. §. 1. n. 29.* vbi sic ait; Quæres vtrum ille censetur approbatus, & consequenter idoneus audiendis confessionibus, qui fuit approbatus, & admissus ab Episcopo sciente illum non idoneum.

Resp. negatiuè iuxta probabiliorè sententiam, nam Concil. Trid. *sess. 23. c. 15.* exigit, vt Confessarius qui non habet parochiale beneficium, iudicetur idoneus; hic autem verè non iudicatur idoneus sed fictè, cum Episcopus interius sentiat, & iudicet non idoneum, vnde Concilium videtur requirere approbationem cum iudicio, & iudicium cum approbatione.

Et paulo infra *n. 31.* hæc subdit; Hinc colligi potest solutio illius difficultatis, qua quaeritur, vtrum præter iudicium, quo Sacerdos iudicatur idoneus, requiratur etiam approbatio distincta à iudicio. Ratio dubitandi est, quia in Concil. Trid. loco citato habentur hæc verba, *Aut iudicetur idoneus, & approbationem obtineat.*

Resp. vtrumque requiri; quatenus Episcopus debet Confessarium non solum interius iudicare idoneum, verum etiam exterius approbare, & iurisdictionem concedere, vt patet ex verbis Tridentini citatis.

Ita Bonacina, cui adde Barbofam *de potest. Episc. p. 2. alleg. 25. n. 19.* & Bossium *de Iubilao sect. 3. casu 2. paragr. 1. n. 3.*

Sed hæc opinio, non est admittenda, & illam refellit Leander *de Sac. ro. 1. tr. 5. disp. 11. q. 74.* Cardinalis Lugo *de Sacram. poenit. disp. 21. sect. 1. n. 25.* & Nicolaus Iambert *tom. 3. in 3. part. D. Thomae disp. 21. de Sac. poenit. art. 4.* vbi sic ait, Difficultas est, an ad validitatem huius approbationis sufficiat, quod Episcopus, seu Ordinarius det illam exterius; ita vt si verè, & in conscientia iudicet hunc Sacerdotem non esse idoneum audiendis confessionibus; imò nolit interius eum approbare, & nihilominus exterius, & actu externo siue verbo siue scripto illum probat, an tunc, inquam, Sacerdos ille instructus sufficienti iurisdictione, possit validè hoc Sacramentum poenitentiae ministrare?

Respondetur, confessionem huius approbationis esse quendam actum iurisdictionis exterioris, & veluti cuiusdam sententiæ in foro exteriori prolationem, at prolatio sententiæ facta iuridicè in foro exteriori, non postulat sui confirmationem ad internum iudicium, illam iuridicè pronunciantis, quia potest dari casus, in quo index aliquis agat contra suam conscientiam, tam vt est publica persona, quam vt est priuata vt omnes satis norunt.

Deinde sufficit, quod iudicium hoc de idoneitate Sacerdotis sit tale significatur per verba Concilij Tridentini illud constituentis: sed verba Concilij Tridentini superius relata, significant satis esse quod iudicium hoc Episcopi sit externum; nam eo ipso, quo relinquunt liberum Episcopis eiusmodi Sacerdotes deputandos audiendis confessionibus subicere examini, vel non subicere, & verbis expressis ait, sufficere quod alijs iudicentur

eo, qui quando illum approbavit, erat eius Ordinarius. Contra est secundò, nam Sacerdos, etiam mutato domicilio, adhuc videtur manere subditus Ordinarij; à quo fuit approbatus, non quidem ratione domicilij (vt patet) sed quoad ministerium audiendi confessiones subditorum ipsius, quomodo DD. dicunt cum Suarez. *de poenit. D. 28. sect. 6. num. 13.* posse Episcopum approbare Sacerdotem non subditum, si iste quoad hoc ei se subiciat; præterim cum subiectio non videatur requirere domicilium, vt constat in feudatario, qui quoad feudum potest esse subditus Regis Galliarum verbi gratia & tamen habere domicilium in Hispania quod si concedatur, concedendum etiam videtur Sacerdotem approbatum in aliqua Diocesi, posse etiam mutato domicilio, audire confessiones subditorum illius Diocesis, in qua erat approbatus; Cum hoc non obstante, possit dici manere subditus illius Episcopi quoad auditionem confessionum; sicque nulla adsit ratio, cur dicatur desinere esse approbatus.

Sed his non obstantibus ego non recederem à sententia negatiua, quam docet Cardinalis Lugo (licet ad argumenta superius posita non respondeat, nec obliuatur) *de poenit. disputat. 21. sect. 2. numero 35.*

Nota hic etiam, Thomam Hurtadum *var. 10. mo 2. tractat. 12. cap. 1. §. 2. dub. 10. num. 2001.* nominatim contra me nimis dubitare, An secularis mox ingressurus Religionem possit absolui à Regulari non approbato ab Episcopo?

Sed nostram sententiam præter Becchium sequitur etiam Peyrinus *tom. 3. priuileg. cap. 3. num. 3.* & Pater Pellizzarius *in man. regular. tom. 2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. subsect. 1. num. 28.* vbi docet, Nouitios quamuis nondum indutos veste religiosa, posse confiteri Sacerdoti per solum Prælatum regularem probato, si quidem de breui accingentur in fauorabilibus habeatur pro accincto *leg. pennit. ff. de milit. testam. c. adeoque sicut Nouitius veste religiosa iam indutus, potest confiteri Sacerdoti approbato solum à Prælato regulari; ita & poterit confiteri; etiam si nondum sit indutus religioso habitu, dummodò breui illum recepturus sit. Ita Pellizzarius.*

Sed si quaeras hic obiter, An possit Episcopus dare subdito potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem, approbando talem; etiam si antea approbatus non fuit. Respondetur non posse, quia hoc non esset aliud, quam dare facultatem eligendi Confessarium quamuis non approbatum, quod si Papa vsurparet hunc modum, censureretur dispensare in forma Concilij, quod postulat approbationem in particulari factam de tali persona.

Dices, Potest Episcopus dare poenitenti facultatem approbandi Confessarium pro alijs; Ergo etià pro se ipso poenitente. Respondeo Episcopus illud potest, si poenitens sit vir doctus, & idoneus, qui approbet, hic tamen alia est facultas approbandi, & alia eligendi, & necesse est vt facultas approbandi prius exeat in actum, quam facultas eligendi; neque eo ipso, quo datur potestas eligendi, praesumitur dari potestas approbandi, cum ad vnum possit quis esse idoneus, & non ad alteram. Et ita docet Mercerus *in supplem. 3. part. D. Thomae q. 8. dub. 2.*

ab Episcopo ad istud munus idonei, & approbationem obtineant, innuit, quod quemadmodum hæc approbatio, ut tali modo obrenta respicit forum externum, in quo si reuocetur in dubium, probari debet, ita etiam, & solum iudicium externum Episcopi de hac idoneitate Sacerdotis sufficere (quantum requiritur ex parte huius conditionis) quod sit externum. Vnde ratio huius iudicij, & veræ intentionis in Episcopo ad conferendum alicui hæc approbationem, est distincta à ratione intentionis essentialiter requisitæ in administratione huius Sacramenti, vel alicuius alterius; Ita Isambertus.

Itaque dicendum est, quod in Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 13. de reform.* non agitur de iudicio interno, sed de externo, quod per approbationem profertur; nam iudex, licet fortasse aliquando contra conscientiam, verè tamen exercet iudicium, cum iudicet in fauorem alterius ex litigantibus, & in omni rigore iudicat causam applicandam esse huic, alioquin nunquam posset iniuste iudicare, vel contra conscientiam, quod est contra omnes Theologos, & Iuristas. Iudicium ergo solum significat prolationem sententiæ, quæ certè sententia est, & actus iudicij, licet fiat contra conscientiam; quare Episcopus approbans confessarium; eo ipso profert sententiam, & iudicat illum habendum esse pro idoneo. Vnde à fortiori fit, illum omnino validè absolueri, qui reuera idoneus est, & approbatus ab Episcopo, licet Episcopus putaret eum non esse idoneum.

Et idèd rectè Basilius Pontius *de matr. lib. 5. c. 19. n. 14.* docuit, valere confessionem factam Sacerdoti, cui Episcopus facultatem audiendi confessiones factè concessit, nempe solis externis verbis absque vera intentione.

Vide etiam Suarez *de matr. lib. 3. disp. 22. n. 14.* Vnde ex his pater responsio ad rationem, quam pro sua firmanda sententia adducit Bonacina, & alij.

Nota verò cum Cardinali Lugo, *ubi supra*, quod etiam stado in opinione Bonacina, videlicet, quod requiretetur iudicium internum Episcopi ultra approbationem externam, non esset idem dicendum de examinatore; nam licet hic interius non iudicaret idoneum, quem contra conscientiam approbat; adhuc accedente Episcopi approbatione, ille haberet totum quod à Concilio requiritur; nam Concilium non petit, quod iudicaretur idoneus ab aliis, sed ab Episcopo, tunc autem Episcopus ita iudicaret etiam interius, licet deceptus ab examinatore; ergo haberet totum, quod Concilium requirit, ut validè absoluat.

Nota hinc obiter, quoniam melius est rusticis pœnitentibus habere aliquos Sacerdotes Confessarios ab Episcopo approbatos, etiam insufficientis doctrinæ; quam nullos (nam si tales rustici habeant, quæ pro eorum conditione sufficiunt ex parte pœnitentis, validè, & fructuosè absoluentur) sic etiam Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrinæ etiam pro rusticis; approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, & ut illos sacramentaliter absoluant, cum nemo teneatur ad impossibile. Sed ei sufficit, ut vel alios eruditiores, si possit, quærat, vel curet illos, quos approbavit, instrui de iis, quæ tales Confessarij tenentur scire pro Sacramento pœnitentiæ eiusmodi hominibus administrando.

Et ita docet Isambert. *ubi supra disp. 22.* & Cardinalis Lugo *de pen. disp. 21. scilicet. 4. n. 24.* quæ omnia multos scrupulos ab Episcopis eiicient.

An sit valida absolutio collata sub conditione de præterito vel de futuro.

RESOLVT. XVIII.

Respondeo cum communi, quod sic modo conditio sit de præterito, aut præsentis de re quæ verè est, vel fuit, ut absoluo te si habeas dispositionem requisitam: si possum te absolueri; si restitui heri quod debebas.

Ratio est, quia talis conditio nec suspendit effectum Sacramenti, nec reddit pœnitentem incertum alio modo quam esset incertus si daretur absolutio sine illa conditione, & præterea, de facto datur quandoque baptismus cum conditione, si non sit baptizatus.

Existimo tamen non valere formam cum conditione de præsentis, aut præterito de re, cuius existantia non potest moraliter cognosci nec à Sacerdote, nec à pœnitente, cum tamen si daretur absolute, magis essent certi de absolutione; v. g. si quis diceret Ego te absoluo, si Alexander Magnus fecit aliquid, de quo nulla habetur notitia in historiis, aut si Magnus Turca iam dormiat; nam & absolutio data cum talibus conditionibus esset ridicula, nec est verisimile quod Deus instituerit pro forma Sacramenti formam ridiculam.

Et præterea forma Sacramenti debet esse ex natura sua talis, ut explicacione ipsius si cognoscatur, Ecclesia, & ipsemet pœnitens, ac Sacerdos absolvens posset moraliter cognoscere Sacramentum validè collatum fuisse, modo pœnitens fuerit bene dispositus.

Si verò conditio sit de futuro, ut absoluo te si cras restitueris; aut absoluo te, si sol cras orietur; aut si Antichristus sit futurus; maior est in resolvendo difficultas.

Hiquæus existimat conditionem de futuro, quod certo cognoscitur pro præsentis futurum, non impedire validitatem absolutionis; eam verò, quæ est de futuro incerto impedire.

Conink verò, & Cardinalis de Lugo putant utramque esse inuvalidam, quia utraque æquè suspendit effectum Sacramenti.

Sed contra, nam conditio de futuro certo, ut ita dicam, non ita ex natura sua suspendit, quin Ecclesia possit colligere reum esse absolutum, & reuera illa conditio si Antichristus sit futurus, æquiualeat huic: si verum sit, quod Antichristus sit futurus; Vnde conditio est de præsentis veritate futuritionis Antichristi, quamuis dicatur esse conditio de futuro, quia obiectum ipsius est aliquid futurum, conditio verò de futuro incerto suspendit effectum, quantum ad cognitionem quam posset habere Ecclesia ex natura formæ sicut conditio de præsentis, si Turca dormiat.

Itaque existimo cum Hiquæo, conditionem de futuro certo nullo modo impedire validitatem formæ ex eo, quod sit de futuro tali præcisè, nisi aliunde ex ridiculitate conditionis, ut dixi supra, colligeretur, quod non deberet existimari forma valida.

Quantum autem ad conditionem de futuro incerto, ut si cras restitueris te absoluo, sentio cum communi, quod inuvalidet absolutionem, quia licet, ut paulò ante dixi de altera conditione, illa æqui-

ualeat

ualeat si verum sit, quod tu restitueris, quæ conditio est de præsentis, & cognoscitur à Deo esse ex suppositione futuritionis; tamen quantum ad cognitionem, quam vel Confessarius, vel pœnitens, vel Ecclesia potest habere, non posset sciri, quod pœnitens esset pro præsentis absolutus cum vlla morali certitudine, etiam si esset bene dispositus, & absolutio data à Sacerdote cum debita intentione; forma autem valida Sacramenti huius, & aliorum omnium saltem præter matrimonium, debet esse talis, ut ex natura ipsius, supposita dispositione suscipientis, & legitima applicatione ipsius per Ministrum, possit Ecclesia cognoscere, quod sortiar in præsentis effectum.

Nec obstat dicere cum Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Lugo, quod sicut consensus conditionalis mariti ducentis mulierem, si ipsa consenserit, transit in absolutum, nisi retractetur posita conditione, & tunc confertur gratia mediante matrimonio; ita absolutio data cum conditione de futuro, dabit effectum posita conditione, & tunc fiet validum Sacramentum.

Respondeo, negando consequentiam, quia posita conditione illa, à qua dependebat consensus mariti, ponitur de præsentis materiæ & forma eius, quæ est mutua utriusque contrahentis consensus, absque alio impedimento, ut supponitur, consensus quidem mulieris actu & realiter, consensus verò viri ad minus moraliter; Vnde non est mirum, quod tum contrahatur validè matrimonium, & fiat Sacramentum illud validè, sed conditio futuri posita in absolutione conditionata non est nec materiæ, nec formæ Sacramenti, nec consequenter ea posita applicatur materiæ & formæ, sed illa applicata fuere antecedenter; Vnde antecedenter deberent causare gratiam, & constituere Sacramentum, vnde si tum non constituerint validum, nec contulerint gratiam, postea non debebant alterutrum facere, nisi postea applicentur; sicut enim, in ipso matrimonio non constituunt Sacramentum, nisi quando actu applicentur: ita nec in aliis Sacramentis debent actu constituere, nisi quando actu applicentur.

Et hæc omnia docet Ioannes Pontius *in cur. Theologia disputat. 46. quæst. 2. conclus. 2. n. 15.* Vide Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 2. quæst. 23. cum seq.* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 23. punct. 5. num. 9.*

Notandum est tamen hic obiter casus, de quo, dum hæc scriberem fui interrogatus, An si quis impenderet absolutionem dicendo, Ego tibi peccata remitto, condono, remittuntur tibi peccata, Sacramentum absolutionis tibi impendo, An inquam peccet mortaliter? Aliqui censent his, & similibus casibus, quando forma non redditur dubia, non committi peccatum mortale, seposito scandalo, ut Sotus *in 4. dist. 14. qu. 1. art. 3. in fine*, & Valentia *tom. 4. disputat. 7. quæst. 2. punct. 3. §. esset tamen peccatum mortale.*

Sed aliqui putant esse peccatum mortale; eo quod modus ordinarius absoluendi ex consuetudine grauius obliget, neque possit occurrere iusta causa illum mutandi.

Et in hanc sententiam magis propendo cum Vasquez *in 3. part. to. 4. qu. 84. artic. 3. dub. 3. n. 12.* & Præposit. *in 3. part. q. 6. de forma Sacram. pœnit. dub. 1. num. 8.*

Anton. Diana Pars XI.

An si Testator habens v. g. plures equos, equum Titio legauerit: utrum debeat eligere equum Titius, an Hæres.

RESOLVT. XIX.

Dum huic difficultati studeat Illustrissimus Clemens Merlinus Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & Decanus, de illa me interrogauit; dignabatur enim sapientissimus & amicissimus vir mecum aliquando etiam legales quæstiones conferre, & tunc ego in schedis meis aliqua circa hanc materiam collegi, quæ nunc lectoribus dabo; Dico igitur, quod aliqui putant in hoc casu electionem competere hæredi; quia dicitur in generali, seu alternatiua propositione electionem non esse creditoris, sed debitoris, *l. plerumque 10. §. final. ff. de iur. dot.* ubi regula proponitur *electio sit rei, utrum præstet*, & in *l. 2. §. 3.* Scæuola scribit in potestate & arbitrio esse rei non an debeat, sed quid debeat, iam verò constat in proposito debitorem non esse legatarium, sed hæredem, proinde hæredis, & non legatarij electio erit.

Accedit quoque textus apertus in *l. 32. §. 1. ff. de legat. 1.*

Et idem ex *lege 37. §. 1. & l. 39. §. eod. tit.* perspicue relucet. Quocirca, & hic optio dabitur hæredi; illeque debebitur, quem ipse elegerit.

Verum ego contrariæ sententiæ adhæreo, & puto electionem in tali casu spectare ad Titium Legatarium, Probatur, quia Iustinianus dictam electionem aperte tribuit legatario *in §. si generaliter Instit. de legat.* Si generaliter, inquit, seruus, vel res alia legetur; electio legatarij est, nisi aliud Testator dixerit.

Idem quoque aperte comprobatur *l. 108. §. 2. de legat. 1.*

In *l. 2. §. 1. ff. de optioe legata*, scribit Vlpianus: sed homine generaliter legato arbitrium eligendi quæ acciperet ad legatarium pertinet.

Ad contrariæ opiniois fundamenta supra adducta, primò generaliter, respondetur hoc modo; olim iure pandectarum distinguebatur legatum vindicationis à legato damnationis; Vnde Vlpianus, ait *in tit. de legat.*

In legato vindicationis: electionem esse legatarij, in legato per damnationem hæredis; quæ differentia colligitur quoque ex verbis capito, sumiro, habero, quibus legatum vindicationis relinquebatur, & electio legatario permittitur magis, quam hæredi; sed his damnas esto dare, magis hæredi quam legatario: tamen si voluntas hic non satis aperte exprimat, cuius differentie fundamentum extate videtur *in l. 19. de legat. 1. & l. Lucio 23. eod. tit.* proinde secundum hanc distinctionem leges adductæ, quæ sibi conciliari, & in concordiam redigi debent, ut illæ quæ optionem, & electionem hæredi tribuunt, de legato damnationis loquantur: Cæteræ verò electionem legatario deferentes, de legato vindicationis accipiantur.

Arque ita Duarenus, Hoto manus & Giphanius. Hæc verò differentia cum hodie Iustiniani constitutione sit sublata *l. C. commun. de legat. §. 2. Instit. de legat.* idcirco nunc soli legatario optio, & electio conceditur, prout etiam generaliter, atque indistinctè constituit Iustinianus *in dicto §. si generaliter Instit. de legat.*

Deinde ad singula quoque argumenta in specie respondendo, non existimo primam sententiam

Q 3 nostram

nostram labefactare, aut magnopetè impugna-
re: nam ad illud rectè Franciscus Dauareus re-
sponder, regulam istam, quòd in alternatiuis
electio sit debitores, procedere in contractibus &
stipulationibus, non verò in legatis, quia stipula-
tori cæterisque contrahentibus imputari potest
quòd verba clarius non conceperint, & legem
contractui apertiore dixerint, l. 99. ff. de verbor.
oblig. l. 39. de pactis.

At verò legatio nihil quicquam imputari po-
test, quòd Testator apertius non fuerit loquutus.

Ad secundum responderetur, in casu d. l. 32. §. 1.
Testatorum certum fundum vel seruam animo suo
concepisse, eumque legatario destinasse.

Hoc autem quoties accidit, de eoque constat,
palam est eum noluisse electionem penes hære-
dem esse, neque res omnes legato subiectas esse
voluisse, ac proinde non dabitur legatario hoc ca-
su electio contra apertam voluntatem defuncti.

Quia tamen de quonam senserit Testator con-
stare non potest electio hæredi conceditur.

Idem plane ad tertium, & quartum responden-
dum est.

Verum nostra sententia supposita, quæro quid-
nam in tali casu Titius legatarius facere debeat, &
vtrū in eius sit potestate quid vis quod ei liberit
eligere, & sic in casu proposito equum meliorem?
Respondeo rem hanc sic temperandam esse, vt le-
gatio competat quidem electio, sed ita ne opti-
mum eligat, neve pessimum accipere cogatur.

Sic enim Vlpianus hac de re scribit in l. 37. prin.
ff. de legat. l. legatario generaliter relicto (veluti homi-
nis) Gaius Cassius scribit id esse obseruandum, ne
optimus, vel pessimus accipiat, quæ sententia
rescripto Diui Severini iuuatur, qui rescripserunt
homine legato Actorem non posse eligi.

Et Africanus idem confirmat in l. 110. ff. de leg. 1.

Quod ipsum quoque approbat Iustinianus in
l. final. §. 1. in verba ita tamen; vt non optimum ex
terius, vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediæ
æstimationis, nedum legatario satis esse fauen-
dum existimamus, hæredis comoda defraudentur.

Denique stabilitur etiam hæc sententia per l. si
quis argentum C. de donat. vbi is, qui generaliter
seruum donauit, neque optimos dare cogitur, ne-
que pessimos dandos liberatur, sed ad mediocrium
præstationem tenetur.

Et ita hæc omnia docet Hulticus Hunnius in
comment. ad Treutlerum vol. 2. disp. 13. thes. 5. q. 12.
quæ quidem admittit saltem, si legatum sit alter-
natiuum, & idem Martinus de San. Ioseph. in mon.
confes. tom. 1. lib. 2. tract. 38. de testam. num. 16. sic ait,
Quando el Testador manda que se de à Pedro vn
vestido de los suyos, ò vnas armas, en tal caso està
à elecion del heredero qual de la dos cosas, quiere
dar, y cumple co dar al legatario lo que vale me-
nos, l. si ita scriptum in fine, l. legatario generaliter §. fi-
naliter, ff. de legat. 1. y lo mismo es aunque los lega-
dos sean pios, sic Molina disp. 198. vers. vtrum, y lo
confirmo, porque in alternatiuis debitoris est ele-
ctio de eo quod debet alternatiuè legatum, l. non
vniue, & ibi glossemper, digest. de eo quod certo loco, &
l. plerumque 1. §. final. & ibi glos. fin. digest. de iure do-
tium, & l. si ita stipulatus vero 109. dig. de verb. oblig.
& in alternatiua summorum, vel temporum inspi-
citur illud, quod minus est in obligatione l. si ita
relictum fuerit 43. §. fin. digest. de leg. 2. & d. l. si ita sti-
pularis 12. & ibi gl. fin. digest. de verb. oblig. Ita ille.

Scd si aliquis hic obiter querat, an pecunia ad
emptionem immobilium destinata, pro immobili

habeatur; Itavt in legato bonorum immobilium
contineatur; Et affirmatiuam sententiam docet
Raphael Fulgofius in l. 15. §. final. digest. de re iudi-
cata, contrariam amplectitur sententiam, eam-
demque fouet Boer. quæst. 119.

Probat ex leg. 3 §. vsuras vers. quid ergo dig. de
contr. & vili iur. act. pecunia pupilli deposita ad
emptionem prædiorum, non potest alienari sine
decreto iudicis, sicut alia res immobiles pupilli iu-
re Pandectarū duntaxat alienari erant prohibita.

Destinatum habetur pro re perfecta l. & si non
sint §. infecti, digest. de auro & argento legato. Igitur
pecunia destinata ad rem immobilem comparan-
dam pro immobili habebitur.

Ego autem magis adhæreo sententiæ negatiuæ,
quam tuetur Franciscus Hotomanus lib. 3. obser. 3.
Andreas Gail. 2. 2. obser. 11. Iason in l. cætera §. 2. 1.
digest. de leg. 1. Decius Conf. 409. n. 15. & hæc esse
communem sententiam testantur Gailius, & Iason
in locis modo citatis.

Et ratio est, quia pecunia si simpliciter, & in
cōcreto consideretur, sit res corporea mobilis; Vn-
de & in legato rerum mobilium continetur d. l. 79.
§. 1. ff. de leg. 3. sin verò in abstracto tanquam quan-
titas, & valorem sit res incorporalis, & corporibus
opponatur l. 95. ff. de leg. 3. l. 34. §. 2. ff. de leg. 1. l. 94. ff.
de solut. l. 24. ff. de positi l. 10. ff. de accept. l. 19. ff. de con-
dit. indebit. atque proprie loquendo nec mobilis
sit nec immobilis l. 12. §. in peculio ff. de peculio l.
vnic. §. exaeto C. de rei vxor. act. l. 2. l. 3. C. de qua-
drien. præscript. quamuis propter subiectum mo-
bile qui inest, mobilis cenferi & hoc casu debeat,
cū licet per se moueri non possit, quia nec tangi
valeat, in subiecto tamen queat moueri. Quocirca
quomodocumque tandem pecunia consideretur
sive in abstracto, sive in concreto, semper rebus
potius mobilibus, quam immobilibus accenferi
debeat, cū igitur sua natura sit res mobilis pecu-
nia, sola destinatio eam non efficiet immobilem.

Sed quid dicendum de legato rei non existen-
tis: ad hoc dubium sic respondet Cardinalis Lugo
de inst. tom. 2. disp. 24. sect. 10. n. 261.

Queritur de legato rei non existentis, de quo si
speratur exitura, dicendum est valere, vt si legetur
partus ancillæ futurus, vel fructus anni sequentis,
illud autem legatum, licet non transeat statim in
dominium legatarij, quia est conditionale, quando
tamen conditio non fuit explicitè expressa, sed im-
plicita, transmittitur ad legatario mortuo post
mortem testatoris ad proprios hæredes. Ita ille.

At hæc sunt certa, sed quæstio est quando certâ
quantitatem fructuum sequenti anno nasciturorū
legauerit Testator, an, si tantum fructuum natū
non fuerit, quod deest hæres supplere debeat?

Et respōdet Treutlerus vol. 2. disp. 13. thes. 4. quod
hæres ad legatorum fructuum quantitatem præ-
standam teneatur, quam sententiam probat l. 27. §.
fin. ff. de leg. 3. & l. 12. ff. de alim. & cibis legat.

Quæ sententia proculdubio falsa est, si certi
anni ex fundo certo fructus legati fuerit; vt si hoc
modo legauerit Titio fructus sequentis anni fundi
Tusculani do, lego.

Cū enim hoc legatum, vt dixi, sit conditiona-
le, & hæc in se conditionem habeat, si nati fue-
rint; Idcirco hæc conditio quatenus deficit fructus
non debebuntur l. 13. ff. de vitiis vin. legat.

Quod si verò Testator fructuum certâ quãtita-
tè legauerit, etiam si in ea quantitate non prouene-
rint proximo anno, defectū tamen de suo prouenire
debet hæres d. l. 12. vbi Cuias. de alim. & cibis leg.

An

An excommunicati vitandi possint validè
condere Testamentum.

RESOLVT. XX.

AD hoc dubium respondet Hulticus Hunnius
in Comm. ad Truilerum vol. 2. d. 10. thes. 2. q.
15. vbi sic ait; Quod ad excommunicationem atti-
net distinguendum censeo inter excommunicatū
excommunicatione maiori, & excommunicatū ex-
communicatione minori: Nam duplex est excom-
municatio, maior, & minor. Illa excommunicatum
non solum ab vsu Sacramentorum, sed ab omni
etiam fidelium conuersione, ac consortio prorsus
separat; Itavt cum fidelibus nullam actum, nullum
commercium exercere possit c. 24. §. aliquando enim
caus. 11. q. 3. c. 16. c. 19. c. 32. c. 33. de causa 11. q. 3.
minor verò excommunicatio ca dicitur, qua quis
non prorsus à communionem, & conseruationem fide-
lium excluditur, & separatur, sed ab vsu dumtaxat
Sacramentorum, vsque dum pœnitentiam agat; ar-
cet, c. 5. de sent. excom. Hæc igitur testamenti factio-
nè non impedit, nec eam excommunicato aufert.
Illa verò omnino testamenti factionem impedit;
cū qui eam passus est, non possit testes habere,
quos adhibeat testamenti ordinationi; non possit
etiam instruere fidelem in testamento hæredem,
quia hæres pro vna persona cum defuncto habe-
tur, vt suo loco demonstrabitur.

Non obstat quod excommunicatus nullibi pro-
hibeatur facere testamentum, omnes autem testa-
menta facere possint, qui specialiter prohibiti non
reperiuntur l. si quæramus, ff. qui test. facere poss. nam
præterquã quod regula hæc dubia adhuc sit, & in-
certa, vt ex prædictis constat; satis etiã superiori ra-
tione excommunicatum testari prohiberi existimo
qui enim fideles adhibere testes prohibetur; is etiã
iure Romano testari prohibetur, cum hodie Ciues
Romani fideles sint, vt supra sub littera F. demon-
stratum fuit. Et sanè ipse Couarruias confiteretur
maior excommunicationem excommunicato
omnem cum fidelibus conuersionem auferre.

Non etiam aduersatur quod porrò vrget Couarr.
quod quoties ex quibusdam personis vna quid fa-
cere expressè prohibetur, idem cæteris permitti in-
telligatur l. cum prator. 12. ff. de iudic. Excommuni-
cati verò propter percussionem Cardinalis in spe-
cie nominati, & expressè prohibentur facere tes-
tamenta; ille quidem in cap. excomm. §. credentes de
hæret. Auth. credentes C. de hæret. Ille verò in c. felix
de pœn. in 6.

Verum respondeo ad propositionem maiorè ex
d. l. cum prator desumptã, quod procedat quãdo non
constat, quod cæteris quoque personis vel expres-
sè, vel in consequentiam idem facere sit interdich-
tum, vti hoc loco de cæteris excommunicatis ex
ratione adducta satis constat.

Huc vsque Hunnius, cuius sententiam contra
teneuerunt aliqui Iuriconsulti, quos adducit Man-
lius, ubi infra.

Verum affirmatiuam sententiam sustinendam
esse puto, quam tuentur Doctores, quos ad satie-
tatem adducit & sequitur Thomas Manlius in. de
vltim. voluntatib. lib. 2. tit. 2. num. 20. & hæc senten-
tiam tenet ex Theologis l. 1. de excomm. cap. 9. n. 2.
Auila 2. part. de censur. c. 6. disp. 6. dub. 6. Coninch.
disp. 14. dub. 12. in fine, Paul. Layman. l. 1. tract. 5.
part. 2. c. 2. n. 17. Valquez de testam. dub. 8. n. 31. Moli-
na de inst. disp. 137. & Card. Lug. de inst. i. 2. disp. 24.
sect. 4. n. 69.

Limitanda tamen venit hæc opinio; primo si
aliquis sit excommunicatus pro hæresi, auth. crede-
tes C. de hæret. & ibi Barthol. & Salic. & ponit istam
limitationem Archid. in c. pia col. 3. de except. in 6.
Bald. in l. 1. §. bis quibus ff. de leg. 3. Franc. in rubr. de
test. in 6. fol. 16. Bart. in l. si quæramus ff. de test.

Secundò, si quis esset excommunicatus pro vsu-
ris qui testari non potest, nisi iuxta formam cap.
quamquam de vsur. in 5. & ponit Philip. Franc. in
rubr. de testam. in 6. col. 16.

Tertiò, si esset excommunicatus propter iniu-
riam factam Cardinali, iuxta dispositionem c. felix
de pœn. in 6. Et ponit Philip. Franc. in d. rubr. de
testam. in 6. col. 16.

Itaque seclusis istis casibus omnis excommuni-
catus potest testari, & ratio est, quia omnes possunt
testari qui iure expressè non prohibentur, at ex-
communicatus in iure non prohibetur testari. Er-
go, &c.

Ad argumenta verò, quod superius in contra-
rium adducit Hulticus Hunnius, quod ex eò quod
illicite excommunicatus faciat testamentum, vo-
cando testes, & cum illis & cum notario commu-
nicando, inferri nequit irritum esse, sicuti non est
irritus quilibet alius contractus illicite celebratus.
Præterea omnibus permittum est testamentum
conficere, nisi aliqua lege expressa prohibeantur.
Vti habetur §. final. in stit. quibus non est permittum
facere testamentum, leg. si quæramus ff. de testam.
leg. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. At excommunicato
non est generaliter interdicta testamenti confe-
ctio; ergo.

Vnde ex his inferitur, excommunicatum vitan-
dum hæredem institui posse; minus enim requiri-
tur ad capiendum ex testamento, quam ad testa-
mentum conficiendum; cū plurimi in eapaces sint
testandi, non tamen vt hæredes instituatur, vt
constat ex toto tit. Inst. quibus non est permittum
facere testamentum. Et l. si quæramus, iuncta glos. ff.
de testam. & radit Bald. leg. 1. n. 17. C. de hæred. inst. in
Vgolin. tab. 2. de censur. c. 21. paragr. 1. Sayrus alius re-
latis lib. 2. de excomm. c. 9. n. 9. Stephan. Dauila, &
Coninch. loco cit.

Inferitur etiam absolutè contractum initum cū
excommunicato vitando, esse validum non solum
in fauorem contrahentium, vt docent relati Maria-
no Socino in c. sacris, n. 458. de sent. excom. Sed etiã
in fauorem ipsius excommunicati, quod colligitur
ex cap. cum illorum de sentent. excomm. c. significasti de
eo qui duxit in matrimonium; cap. inter dilecti
de donation. cap. vltim. de pœn. in 6. Ratio est mani-
festa, quia annullatio, irritatioque contractus, vt-
potè odiosa inducenda non est absque manifesto
textu, & ratione. At nullus est textus, ex quo hæc
irritatio colligi possit. Nam est d. legibus Eccle-
siasticis interdiantur contractus cum excommuni-
cato, non tamen irritantur. Non enim quidquid
contra legem sit, pro infecto habendum est, aliis
contractus non solum in fauorem excommunica-
ti, sed etiam in fauorem aliorum non excommuni-
catorum irritus esset; siquidem ipsi etiã non ex-
communicatis interdicta est cum excommunicato
vitando communitio.

Et ita docet Hurradus de excomm. d. 9. dist. i. num. 5.
Coninch. de sacram. disp. 54. dub. 12. n. 119. Sayrus
de cens. l. 2. cap. 9. num. 11. & alij. Hinc fit, validam
esse venditionem, emptionem, locationem ab ex-
communicato factam, vti colligitur ex cap. si verò
de sententia excommunicat. & cap. quoniam multos
11. quæst. 3. Item validam esse donationem tum ab

Q 4

excom

excommunicato, tum ipsi excommunicato factam, *cap. inter dilectos, de donationibus.*

Ita docet Vasquez de *excomm. dub. 8.* Bonacina de *conf. disp. 2. q. 2. punct. 5. num. 1. & alij ubi supra,* licet Sayrus hoc admittat *num. 13.* vt doctrina superius adducta procedat in contractibus nomine proprio celebratis; secus verò in iis, qui auctoritate publica, & ratione publici officij celebrantur, vti sunt contractus alienationis & venditionis facti à prælato excommunicato, à tutore, & curatore, & similibus circa res pupilli, & minoris.

At ego adhæreo sententiæ Patri Sanchez in *summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 58. & Suarez de cens. disp. 16. sect. 8.* asserentium, prædictos contractus validos esse ob rationem sæpè dictam, quia nullibi irritantur, & irritatio absque firmo fundamento inducenda non est.

*An excommunicatus vitandus, sit admit-
tendus vt testis in causis
matrimonialibus.*

RESOLVT. XXI.

Affirmatiuè respondet Bonacina de *confuris disp. 2. quest. 2. punct. 7. num. 12.* vbi sic ait; Excommunicatus toleratus licitè potest ferre testimonium; Ratio est, quia actus testandi ex natura sua vergit in fauorem illius pro qua præstatur; excommunicatus autem toleratus licitè potest actus in fauorem aliorum præstare, & exercere, modò non sese ingerat sua spontè, vt patet ex prædictis, & ex *c. decernimus, de sent. excomm. in 6. ex c. veniens, & c. testimonium de testibus.* Excommunicatus verò vitandus non potest licitè ferre testimonium, eo quod prohibita sit cum ipso excommunicato. Excipitur causa fidei in qua potest testari, & accusare, *c. in fidei fauorem de heret. in 6.* Excipi etiam posse videtur causa matrimonij, quæ est valdè fauorabilis, vt colligitur ex *cap. final. de sententia & de re iudic.*

Sed ego sententiæ negatiuæ adhæreo. Dico igitur certum esse in causa fidei non solum validè, sed licitè excommunicatum vitandum testem esse, vt habetur *cap. in fidei fauorem, de hereticis in 6.* & notant ibi Doctores, Geminian. Ancharan. Frac. in *cap. decernimus, de sentent. excomm.* Sayrus *lib. 2. de excomm. cap. 8. num. 1.* vt docet Hurtadus de *excomm. disput. 9. difficult. 1.* Coninch. de *Sacrament. disput. 14. dub. 11. num. 110.* Suarez de *cens. disp. 16. sect. 6. n. 6.* & alij.

Hoc tamen contra Bonacinam negandum puto in causis matrimonialibus, quia Doctores solum in causa fidei concedunt excommunicato vitando, vt se in testem, actorem, & accusatorem ingerere possit; quia solum in causa fidei, vt pote grauißima id expressum inuenitur, & cum sit exceptio à generali regula; non debet ad alios casus extendi, præcipuè cum ratio longè diuersa sit. Neque obstat causam matrimonialem esse fauorabilem, quia non est æquè fauorabilis, ac causa fidei. Et casu quo æquè fauorabilis esset; id solum probat debere huiusmodi causæ eundem fauorem concedi, qui causæ fidei concessus est, non tamen probat quod de facto concessus sit. Adde, si in causa matrimoniali permittendum esset excommunicato, vt se in testem, & actorem ingerat, quia est causa fauorabilis, potiori ratione id permitti debet in causa pupilli, viduæ, Ecclesiæ, & simi-

lium, quod nullatenus à Doctoribus conceditur.

Nota vero, quod assistentia Parochi excommunicati etiam non tolerari contrahentibus matrimonium valida est, quia hæc assistentia et si auctoritate publica præstetur, non est actus iurisdictionis, cum sufficienter præstetur ab inuito, quod alienum est à iurisdictionis vsu, sed est executio cuiusdam conditionis à Concilio Tridentino requisitæ pro matrimonij valore, quæ cum nullibi annullatur facta ab Excommunicato vitando, valida censeri debet, vt bene Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 21. Henriq. l. 1. cap. 3. Rebell. l. 2. de obligat. instit. 9. n. 9.* Bonacina de *marim. quest. 2. punct. 8. num. 21.* & de *cens. disput. 2. punct. 5. num. 1.* Gaspar Hurtado *disp. 7. difficult. 2.* Paul. Layman *lib. 1. summ. tract. 5. part. 2. cap. 3. num. 13. in fine, Coninch. disputat. 27. dub. 2. conclus. 7.* Neque obstat excommunicatum vitandum testem esse non posse: quia Parochus matrimonio assistens non est testis deponens, sed inspiciens; inspicere autem matrimonium, illique præsentem esse, vt postmodum testificari possit, validè potest ab excommunicato vitando præstari.

Et tandem nota, quod Marianus Socinus in *c. sacris numer. 405. de sentent. excomm.* Vasquez de *excomm. dub. 5.* Gaspar Hurtado *disputat. 8. difficult. 6.* negant esse fidem adhibendam in testimonio excommunicato vitando, iuxta textum in *cap. nullus 3. quest. 4.*

Sed mihi placet opinio contraria, tamen si opè exceptionis dicta depositio irritari potest, vt docent Coninch, Suarez, & alij *ubi supra,* & colligitur apertè ex *cap. 1. de exceptionibus in 9. & ex cap. excommunicamus §. credentes, de hereticis,* vbi testimonium excommunicati ob hæresis fauoriam nullum declaratur tacite innuens ob aliam causam valere. Etenim actus annullatio asserenda non est absque manifesto textu, & ratione; nullibi autem inuenitur testimonium excommunicati irritum; ergo. Quod autem prædicto testimonio non sit necessariò fides adhibenda; sed possit opè exceptionis elidi, id solum probat eius valorem non esse firmum, non tamen conuincit validum non esse, dum non excipitur; Interim namque fides ei est adhibenda.

An pœna inhabilitatis ad testandum procedat non solum in publico vsurario ex mutuo, sed etiam ex venditione, vel emptione, & plura alia circa testamenta vsurariorum.

RESOLVT. XXII.

Casus iste potest esse satis practicabilis, & ad illum affirmatiuè respondet Eminentissimus Cardinalis Lugo de *inst. tom. 2. disput. 24. sect. 4. num. 71.* Vbi sic ait, Denique notat bene Vasquez cum Couar. pœnam illam habere locum non solum in vsuratio ex mutuo, sed etiam ex venditione vel emptione, vterque enim est verè vsurarius.

Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam tuetur Petrus Vvadingus de *contract. disp. 6. dub. 14. paragr. 4. n. 2.* Ratio est, quia pœnæ contra vsurarios statuatæ non comprehendunt nisi veros vsurarios, vt diximus in *dub. 4.* vsura autem vera non inuenitur nisi in vero mutuo; in præsentibus

tem est contractus venditionis, & non mutui, vt patet. Nec refert, quod dicatur à Doctoribus in tali contractu reperiri prauitatem vsurariam, quia lata vocabuli significatione omnes contractus iniusti sunt vsurarij, & vulgo omnes iniqui mercatores vocantur vsurarij, sed aliud est quando vulgò loquimur, & aliud quid subit à parte rei, & secundum definitiones iuris, maxime quando agitur de grauißima pœna, qualis est inhabilitas testandi incurrenda.

Et hanc sententiam præter Federicum de Senis, & Ioannem Lupum, quos ipse adducit, tenent plures alij Doctores, quos citat & sequitur Thomas Manlius de *ultimis voluntatibus lib. 1. tit. 2. num. 48. in fine.*

Nota etiam, primò Cardinalem Lugo *ubi supra n. 70.* sic asserere; An verò legata ad pias causas valeant? Siluestr. & Couar. cum alijs quos asserunt affirmant, si vsurarius, cum signis pœnitentiæ decessit, quod Molina etiam approbare videtur: sed Vasquez *loco citato* meritò id reiecit; tanquam sine sufficienti iuramento contra legis, Canonice verba inductum. Ita ille.

Sed ego contra illum, & Vasquez prorsus adhæreo sententiæ Siluestri, & Couaruias, quam etiam tuerunt Doctores, quos citat & sequitur Thomas Manlius *ubi supra* excepto §. asserens, quando in ipso vsurario apparent signa contritionis, quod tunc valet vltima eius voluntas, quoad relicta ad pias causas, quod etiam ex Theologis docet Amicus in *cur. Theol. tom. 5. disp. 20. sect. 11. num. 187.* etiam si Sacramentaliter confessus non fuerit; Idem docet Malderus, de *Inst. rr. 5. cap. 2. dub. 25. in fine.*

Nota, secundò aliquos asserere, vsurarium ad incurrendam inhabilitatem testandi, sufficere vt post mortem probetur fuisse in vita manifestum vsurarium, sed per accidens occultum, quia fortè non fuit hac de re accusatus, vel diffamatus; Ita Nauar. in *summ. c. 17. n. 280.* Anton. de Burgo in *repetit. cap. ad nostram, de empr. sed longè probabilis est contrarium, vt tradit Baldus con. 438. l. 5. cum alijs apud Card. Tufcum de *vsura, conclus. 3. q. 1.* quia verè erat habilis eo tempore, quo testamentum condidit, cum non esset manifestus, & morte illud testamentum est confirmatum; nec est vlla autoritas iuris mandantis, vt retrahatur ad tempus vitæ manifestatio quæ facta est post mortem. Et ita docet etiam Vvadingus *ubi supra* cum Cardinali de Lugo.*

Nota tertio, Cardinalem Lugo *ubi supra* *num. 70.* docere, vsurarium manifestum non posse donare causa mortis, quod præter Vasquez, & Molin. ab ipso adductos, tenet Malderus *ubi supra* ex Iulio Claro, Pater Fagundez de *contractibus lib. 6. disp. 9. n. 26.* Quia regula est glossæ communiter receptæ ad *l. tam in verbo non facit, ff. de mortis causa donat.* cui non licet testari, non licet causa mortis donare, quam corroborat plana ac euidentis ratio, quia per tales donationes excluderetur testandi prohibitio, & quod vsurariis per vnã viam negaretur, donaretur per aliam. Vnde ab hac regula non fit exceptio, nisi ex iurè specialiter colligatur, pro manifesto autem vsurario nullibi in iure talis exceptio habetur. Ergo.

*An si minor 25. annorum non potest sine magis expensis coram Iudice obtinere restitutionem in integrum contra laesorem, possit in conscientia vti re-
compensatione occulta.*

RESOLVT. XXIII.

Suppono, quod minor 25. annis, si probauerit se læsum fuisse considerabiliter ex aliquo contractu, restituitur in integrum contra quemcumque ad quem res suas peruenerunt siue mobiles, siue immobiles, quamuis ille cum minoribus immediate non contraxerit, sed cum alijs personis intermedijs, veluti cum tutoribus aut curatoribus illorù, vt patet ex *l. in causa 13. §. interdum, vbi Bart. n. 1. & ex l. quod si minor §. non semper, ff. de minoribus.* Neque contra petitionem huius restitutionis allegari potest à parte, quod malitia in eo minore aut pupillo suppleat ætatem, quia solemnitas hæc perfectæ impletæque ætatis requiritur à iure tanquam forma actus alienationis, vt bene notat Baldus in *l. humanitatis C. de rest. in integr. verb. implorare n. 20.* Costa *c. si pater 1. p. verbo impubes n. 9.*

Debent autem huiusmodi minores petere hanc restitutionem intra quadriennium postquam fuerint facti maiores; præscribitur enim actio petitoria restitutionis quadriennio, iuxta *Clem. vnic. de rest. in integrum, ibi* & causa restitutionis huiusmodi finiri debet intra quadriennium, *gl. in cap. requisitum eod. tit. de rest. in integr. verb. iure minoris, & iuxta c. si aduersus de arbitr. & l. fin. vbi DD. de rest. in integr. & Text. in c. 1. eod. in 6.* docent Ioannes Andreas, Imola, & alij in dicta Clementina *nu. 15.* Cardinalis ibi *num. 13.* Mauritius in *t. de rest. in integr. c. 41. à princ. Abb. in c. tunc ex lit. n. 11. Octauia de stylo curia l. 8. c. 3. n. 6.* Couar. *l. 1. var. c. 3. n. 10.* vbi etiam ex multis probat, Ecclesiam, post quadriennium restitui in integrum ex enormissima læsione.

Et huiusmodi restitutio in integrum, quæ competit minoribus, & pupillis, transit ad illorum hæredes, si minores intra illum quartum annum discesserint à vita, non autem post illum transactum. *l. minor autem, §. non solum, & ibi Bartol. & in l. inter diem ff. de minor. & l. quia tale n. 1. ff. solut. matr. l. non solum ff. de in int. rest. l. final. §. final. vbi Iason n. 5. ff. de condit. in d. l. emancipata n. 4. C. qui admitt. ad bon. poss. Afflic. dec. 211. n. 3.* Oldradus *conf. 124.* incipit, istæ sunt allegationes *col. 16. Casar. Vrsi. decis. 224. n. 1. Dynus in reg. priuil. de regul. iuris in 6.*

His suppositis ad casum propositum negatiuè respondet Pater Sanchez de *mar. l. 6. d. 38. n. 32.* nisi quando talis esset læsio, vt alter circa omne dubium teneretur in foro conscientie restituere ante omnem iudicis sententiam. Quoniam beneficium restitutionis minoribus læsis concessum non est, vt alter teneatur ipsis ante Iudicis sententiam refarcire læsionem, vt Iudex audita parte possit concedere ipsis restitutionem; vt constat ex *leg. si curatorem C. de in integrum restit.* non prohibetis, si nec dum tempora præfinita excesserint, causa cognita. Præterea qui minor carens curatore, cum obligetur naturaliter, & ciuilitè, cogetur à iudice stare contractui, dum restitutionem non petit: ergo eò beneficio non gaudet, tum restitutionem minime petit, & proinde idem dicendum est de minore curatorem habente.

Sed

Sed mihi magis placet opinio Cordubæ, & Lopez, quos adducit Sanchez, & sequitur Pater Fagundez de contract. lib. 1. cap. 13. num. 24. qui respondet ad argumenta Sanchez.

Probatur nostra opinio, Primò, quia reuera in tantum læsor illius rei constitutus est debitor, in quantum creditor debitum suum non nisi magnis expensis, & labore recuperare in iudicio non potest, & tunc clam sibi potest recompenfate, quia frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora; Secundò quia in hoc videtur læsor irrationabilis; si id egrè, & iniuriòse ferat; cum regula sit iuris communissima, quam tradunt Doctores in *glossa final. in l. si cui ff. de seruit. & colligitur ex l. 2. paragr. penult. digest. de reliq. & sumpt.* habeturque etiam in *leg. 2. par. a. item Varius ff. de plu. arcen.* & tradit Barbof. in l. 2. in princ. 2. p. n. 3. 5. & 36. *digest. solut. matr. & Perez de Lara de annuif. & Capel. lib. 1. cap. 18. n. 18.* quod alteri prodest, & tibi non nocet, debes permittere; Hoc autem prodest læso, & non obest læfori; Immodò etiam illi prodest, cum similiter illius labor & expensè excusentur; tenetur igitur iam occultam compensationem ratam habere; alioquin irrationabilis est. Tertio, quia læsus in hoc negotio utiliter agit rem læforis sui, cum ille expensas & laborem excuset; iste autem cuius res utiliter ab alio agitur, tenetur pro utroque foro approbare utilitatem sibi impensam, & ideo pro foro conscientie gestori sui negotij obligatus manet ad illas omnes expensas, quas in re illius utiliter gerenda fecit, non aliter ac si ipse efficere mandaret, *l. 2. digest. de neg. gest.* Bartolus, Baldus, Salicet, Alex. in *l. final. C. de negat. gestis.* Puto tamen sententiam Sanchez suam habere probabilitatem.

Nota tamen in gratiam minorum, quod licet contractus ab ipsis initi absque licentia curatorum, & Iudicis decreto, non valeant, quatenus modo aliquo considerabili minores lædunt, valent tamen quatenus illis sunt utiles; ita ut in illorum optione sit illis stare, aut non stare; ita expresse habetur in *insit. de auctor. tutor. in principio*, & tenet glossa ibi *verbo concessum ff. de pact. & consit. de inutil. stipulat. §. pupillus*; docet Molina. *l. 1. de inst. l. 2. d. 224. fol. 1393.* Anton. Gom. *l. 2. var. c. 14. n. 1.* Sanctius *lib. 6. de matr. disp. 38. n. 9.* Seraph. *de privileg. iuram priuil. §. n. 50. & 51.* vbi citat Bartolum, Baldum, Paulum Castrensem, & ratio est, quia alioquin, id quod est in minorum, & pupillorum fauorem introductum, in illorum dispendium, & incommodum verteretur; nam si illis ætas in damnis subuenit, in propriis obesse non debet, *l. non eo minus C. de procurat.*

Notat etiam, quod probabiliter quis discere, & tenere potest, minores non obligari naturaliter pro foro animæ ad præfatos contractus; sicut nec ciuilitate pro foro externo ad illos obligatur: hanc appellat probabilem Lessius *l. 1. de inst. l. 2. cap. 17. dub. 8. num. 61.* & valde probabilem appellat Sanctius *lib. 6. de matr. disp. 38. num. 20. in fine*; eam docet Iacobus Rauenas, quem sequitur, ac citat Cynus in *l. 1. ad finem C. de inutil. stipulat.* Alciatus in *l. 24. Cod. de pactis*, Duarenus in *l. si pupillus 127. ad finem ff. de verb. obligat.* Goueanus *l. 1. paragr. id quod ff. ad legem falcidiam*, Couat. *de pactis 2. part. §. 4. n. 10.* & in eam inclinatur Gregor. Lopez *l. 2. 5. verb. sciendo tit. 4. paragr. 3.* Et faciunt pro hac opinione omnes illi, qui aiunt habentem rem aliquam à minore, vel pupillo sine Tutoris, vel Curatoris auctoritate; Iudicisque decreto alienatam, teneri eam illis restitueri in conscientia, quia hi non poterant se il-

lis naturaliter obligare, nec per contractum transferre in illos dominium illius, & hi sunt Innocent. in *cap. quia plerique de immun. eccl. num. 3. vers. sed quid si dices.* Sotus *l. 4. de inst. q. 5. artic. 3. vers. ar quo recipimur.* Ledesma *2. part. q. 18. artic. 1. dub. 12. fol. 227. col. 2. final.* Anton. Gomez *l. 3. tauri numer. 124.* Sarmient. *de reddit. 1. part. cap. 2. paragr. 7 publicada la postera*, Siluester *verb. restit. 2. dicto. 5.* vbi ait, illum qui soluit debitum pupillo sine tutoris auctoritate non liberari, nisi pupillus illud habeat apud se, & teneri illud ei iterum soluere; nam si tenetur illud ei in conscientia iterum soluere, signum est non potuisse pupillum se illi obligare ex contractu in conscientia.

Scio affirmatiuam sententiam (de qua ego alibi) esse probabilioram, non tamen damnare minores, si negatiuam sequi vellem, cum sit probabilis, quod docent ipsimet Aduersarij Lessius, Sanchez *locis citatis.*

Sed non deseram hinc apponere mediã sententiam inter supradictas, quam tuetur Petrus Vvadingus *tract. de contr. disput. 2. dub. 4. num. 5.* vbi firmat, quod sibi videtur iuri conformis asserere, pupillum non factum locupletiore non obligari naturaliter: factum autem locupletiore eatenus obligari, quatenus factus est locupletior, priorem partis conclusionem tenent Couat. *relet. c. quamuis paragr. 4. n. 10. in fine*, Cuiac. *ad l. 127. digest. de verb. oblig. Godofredus ad l. 21. digest. ad l. falcidiam*, & alibi læpè Alciat. *l. pacta C. de pactis*, vbi dicit, pupillum pubertati proximum, ne quidem iuramento obligari, quod adhuc præsumatur carere iudicio.

Itaque quando iura dicunt, pupillum obligari naturaliter, intelligantur quando factus est locupletior, nec enim decens esse, ut cum damno alterius quis augeat res suas; Iura verò que dicunt non obligari, intelligantur quando non est factus locupletior.

Ex hac conclusione, quam P. Vvadingus existimat practicè probabilem, non tam ex iure digitorum in quo varietas, & apparens contradictio reperitur, sed maxime ex iure nouissimo institutionum Iustiniani sequuntur aliqua pro praxi: primò ludentem cum pupillo, & lucentem ab eo summam notabilem, non posse in conscientia illam retinere, saltem si sciat pupillum velle eam recipere. Ratio est, quia saltem ex iure institutionum, cui tanquam ultimo standum est, clare habetur non transferri dominium per contractus pupilli, nisi quando lucratur, & conditionem suam meliorem facit, & potius dominium accipere, quam transferre, cum ergo colludens non acquiescit dominium rei ex victoria lusum sibi traditæ, iure obstitente translationem dominij, non potest ex principiis generalibus rem alienam retinere, nisi quatenus non est dominus inuitus. Ergo si sciat Dominum esse inuitum, debet restituere, hæc autem intelligenda sunt de summa aliqua notabili; nam si pupillus res paruas ludo amittat, & soluat videtur transferre dominium ex tacita tutoris, & iuris licentia, cum honestæ recreationes inter quas est aliquod exiguum pro qualitate sui status ludo exponere, pupillo permittæ sint.

Sequitur, secundò cum pupillo ineuntem contractum onerosum emptionis v. g. aut similem, non quidem acquirere dominium mercis, aut pretij, si sit res notabilis, ut patet ex dictis, pupillum tamen acquirere dominium, & proinde contractum claudi

claudicare; contrahentem enim obligari relinquere pupillo rem quam vendidit, pupillum verò non esse obligatum eam reddere, repetito pretio ab altero: venditionem tamen posse pretium (cuius tamen dominium non acquiescit) retinere, & eo vii ex tacita licentia pupilli, cum illud non repetit, nec mercem restituit. Curandum igitur est venditori, si secutus esse velit, ut tutor contractum approbet; nec sit contentus sola pupilli ratificatione.

Quod si quis velit sequi alteram sententiam, quæ asserit posse retinere rem sibi datam à pupillo, non quasi dominus, cum reuera dominium eius non adquisierit, sed tanquam rem sibi debitam, & quia vi promissionis, & contractus, tenetur ex naturali obligatione curare, ut contractus ratificetur à tutore, quod si tutor nolit, sed repetat mercem ab emptore, non restituito pretio, vtpotè quia pupillus inuiciter illud consumpserit, nec est factus ditior, poterit seruare sibi mercem donec compensetur damnum, quia in probabili sententia pupillus tenetur pretium reddere. Tutor autem potest in tali casu petere restitutionem in integrum, & cogere emptorem ad reddendam mercem.

Hucusque Vvadingus, quæ multum notanda erant à Confessoribus, & omnia scrupula aufert opinio asserentium absolute, pupillum ex promissione, vel contractu non obligari naturaliter, quam practicè esse securam fatetur, ut visum est, Pater Vvadingus. Ergo, &c.

An Pater teneatur dotare filiam; etiam si aliunde habeat dotem competentem.

RESOLVT. XXIV.

Suppono tanquam certum, Patrem teneri dotare filiam, & patet ex *leg. 19. ff. de ritu nupt. l. final. C. de dot. promiss.* neque enim leges, & docet Molina *disputat. 4. 24. Rebellius lib. 5. quest. 4. num. 1. & alij.*

Sed difficultas est, an pater cogatur filiam locupletem ac diuitem dotare? Et pro negatiua pugnant Alciat. *l. 18. parerg. c. 3.* Connanus *l. 8. Duat. de dote c. 3.* Corafius *ad l. qui liberos n. 53. ff. de rit. nupt. c. 8. n. 7.* Bartolus *ad l. 22. §. 4. ff. ad Trebell.* quorum rationes hæc sunt.

Cessante ratione æquitatis, quæ suadet filias dotari, cessat quoque æquitas & lex filiam dotare iubens, *l. plane. ff. fam. hercis. l. adigere §. quamuis ff. de iure patr. c. cessant, de appell.*

Atqui in filia diuite cessat æquitas, & ratio iuris, quæ filias dotari cogit, quæ hæc est, ut possint eo honestioribus nubere maritis.

Igitur cessat etiam in diuite filia lex iniungens patri dotare filiam.

Si patet filia non cogitur alimenta præstare, quando filia est locuples, sequitur quod nec dotè, quæ præstationi alimentorum comparatur, diuiti filia constituitur possit.

Atqui verum est prius, *lib. si quis à liberis §. sed si filius digest. de agnos. lib.*

Igitur nec dotem cogitur parens locupleti filia dare.

Deinde specialiter, & iure singulari inductum est contra regulas iuris communis, fauore videlicet matrimonij, ut pater viuens teneatur aliquid filia præstare dotis nomine. Quocirca hoc strictè accipiendum, & ad eum casum restringendum, quo

non habet filia, vnde se dotet; Interpretatio autem omnis ita facienda est, ut ius commune minus lædatur, *c. cum dilectus de consuet.*

Postremò si cogeret Pater dotare filiam diuitem frustra in *l. final. C. de dote promiss.* dubitaretur, utrum pater filiam, cuius bona administrabat, de suo dotasse censetur an de bonis filia?

Verum, his non obstantibus, affirmatiua sententia mihi placet, nam regula iuris est, quod ea quæ in fauorem, & commodum alicuius sunt introducta, ea non debent in odium, & detrimentum eius detorqueri, *l. quod fauore. C. de legibus.*

Atqui ad commodum filia pertinent ea, quæ mater, vel alij filia reliquerunt; Igitur non debent ea in odium filia detorqueri, id quod fieret, si propter isthæc bona filia dos non deberetur.

Accedit, quod generaliter, & indistinctè traditur, patris esse officium filiam dotare, *l. final. Cod. de dot. prom. l. 19. dig. de rit. nupt.* à quo officio non immunis præstatur pater propter aduentitium peculium filia, quod non tam inspicendum, quam officium patris.

Insuper in *dict. l. final. Codic. de dot. promiss.* filia habebat bona aduentitia, & tamen dicitur, quod omnino ad patris spectet officium eam filiam dotare.

Non obstant superius in contrarium adducta, quod nempè cesset ratio in filia diuite, quæ aliàs suadet filias dotari, hoc quippè negatur.

Dos enim ad hoc constituitur & datur, ut eo facilius scemine maritus nanciscantur.

Deinde datur dos, ut onera matrimonij sustinere maritus valeat.

Atqui constat bona vxoris paraphernalia non feruire oneribus matrimonialibus sustinendis, etiam si ea amplissima fuerint.

Quocirca ratio dandæ dotis in locuplete filia non deficit.

Ad secundum responderetur, consequentiam negando, procedit enim à diuersis & separatis; filia diuiti alimenta non tenetur pater suppeditare, quia finis alimentorum hic deficit: Nec enim opus habet diues filia ut alatur; Dotis autem finis omnino deficit in diuite, ut supra ostensum fuit.

Non obstat tertium, desumptum ex *d. l. 22. paragr. digest. ad Trebell.*

Obseruandum enim, quod illic proponitur dos iam constituta mulieri post illius mortem.

Deinde cum præstatio dotis ex privilegio singulari descendat, amplissima eius est facienda interpretatio, *l. pen. digest. de consuet. princ.*

Maximè cum publicam utilitatem concernat, *l. 1. digest. sol. matr. & l. 2. digest. de iur. dot.* denique est regula iuris, quæ iubet in dubio pro dotibus respondere.

Et ita hanc posteriorem sententiam affirmatiuam tuetur Anton. Guibert. Constantin. *in ir. de dot. c. 3. n. 13.* Andreas Gaill. *2. obseruat. 95. n. 14.* Roger. *de dot. c. 3. n. 4.* Nouellus *de dot. part. 6. priuil. 4.* Mynsing. *5. obseruat. 32. n. 2.* quibus adde ex Theologis Fragosum *in Republica tom. 3. l. 2. disp. 5. paragr. 1. n. 11.*

Non desinam tamen hic adnotare, Castrum Palauum, licet doceat hanc sententiam esse veram, & in praxi tenendam, & consulendam, attamè ait ipse probabilitate non carere; patrem deobligatum esse filiam diuitem dotare; tamen obligatus sit ei excedenti 25. annos maritum quærens. Quæ sui opinio

opinio Barthol. in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebellian. Alciat. in l. i. num. 65. ff. soluto matrim. Andr. Fachinei lib. 10. c. 38. eo quod pater non tenetur filiam diuitem alere, l. si quis a liberis ff. de liberis agnoscendis. At dos loco alimentorum succedit. Ergo non tenetur dotem præstare. Quod si dicas cum Anton. Gom. l. 50. Tauri. n. 23. in fine, alimenta habenti cessat patris obligatio, dos verò favore publico deberetur, ne mulieres mancant indotatae, obstat, quia strictior est obligatio alimentorum, quam dotis; cum illa sit à natura hæc ex lege; at illa obligatio conditionem imbibit, si aliunde alimenta non habeantur. Ergo hæc obligatio dotis eadem conditionem continere debet, cum vtraque obligatio in necessitate fundetur, quæ cessat cum aliunde dos & alimenta suppeditantur: neque refert legitimam debitam esse, quia hæc debetur post mortem, cum tamen dos viuentis Patre concedenda sit; lex verò final. C. de dotis promiss. hanc sententiam indicat, cum tantum dicat officium esse paternum, quod liberalitatis est, non necessitatis, iuxta l. commodatum §. sicut, ff. commodati, ibi volumus, & officij magis est, quam necessitatis commodari, & d. l. vlt. dicitur: liberalitas itaque talis maneat vera & irrevocabilis, vt & puro nomine liberalitas, & debitum suam sequantur fortunam. Huc vsque Palaus.

Sed nostram sententiam ne deferat, & ita in foro fori, & poli observatur.

Sed ex his oritur alia difficultas; An Pater teneatur filiam emancipatam dotare? affirmativè respondit Castrus Palaus ubi supra n. 4. Sed contrarium videtur dicendum ex leg. 19. ff. de ritu nupt. Ibi enim expressè asseritur, quod Pater, qui in potestate filiam habet, eam dotare cogatur. Vnde inferri potest, patrem, qui filiam amplius in potestate non habet, non cogi filiam dotare, argumento à contrario sensu, quod in iure fortissimum est l. 1. pr. ff. de offic. eius cui mand. est iuris. Et si emancipatam filiam a quæ arque in potestate existentem cogitur dotare, ad quid obsecro in l. 19. nominatim, & expressè asseritur, quod eam quam in potestate habet patens dotare compelleretur.

Accedit huic, quod extraneus non teneatur extraneam dotare l. profectitia ff. de iure dot. Atqui patria potestate per emancipationem dissoluta, emancipata pro extranea habetur §. 3. in fine, de heret. qualis & differ. Igitur emancipata à Patre non est dotanda.

Deinde in l. 51. ff. de iur. dot. dicitur, id quod filia emancipata à patre donatum fuerat; eidem potest à patre in dotem esse datum; eoque casu non censei dotem à patre, sed à filia profectam: Ex quo rursus relucet, quod pater emancipatam non teneatur dotare.

Verùm, his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Castri Palai, quam (licet ipse pro se nullum authorem adducat) tenent Franciscus Hotomanus in disp. de dote cap. 3. n. 21. & Gregorius Obrecht. in disp. de dote, Thest. 88. cum sequen.

Quibus adde Doctores, quos citat & sequitur Fragoius in Republica t. 3. l. 2. disp. 5. §. 1. n. 7. qui etiam optimè notat, an Pater teneatur dotare filiam iam nuptam, quæ nupsit inconsulto patre, viro digno; Affirmat Bald. in l. 1. num. 9. ver. sed si nupsit filia ff. solut. matr. & in aub. res. qua num. 10. C. comm. de leg. & Aret. in d. l. 1. n. 6. ver. sed. quaritur ff. soluto matr. Curt. Senior conf. 27. n. 35. & conf. 39. n. 8. quam sententiam vocat vetiorem Socin. sen.

conf. 57. num. 2. ver. sed contraria opinio lib. 4. immò Ioann. Andreas, & Immol. in c. accedens de procurat. hoc extendunt, quamvis filia nupsit viro indigno, sequitur Socin. sen. d. conf. 57. ad finem; idem tenet Ripa in l. 1. n. 59. digest. sol. matr.

Nota etiam cum Rebello part. 2. lib. 5. quest. 4. num. 21. quod quando dicitur, Patrem teneri ad secundam dotem conferendam filia, priori amissa, intellige, si secundò nubat; nam constante primo marito, non obligatur Pater ad novam dotem refundendam; etiam si sine culpa filia, prima sit amissa, l. Pater filia digest. de emittionibus.

An pater teneatur dotare filiam naturalem, & spuriam.

RESOLVT. XXV.

Affirmatiuam sententiam tenet Corrafius in comment. ad leg. 19. n. 58. de ritu nupt. Probatur Primò hæc opinio ex ca. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium scribit Pontifex, patrem teneri providere filiis spuris de necessariis.

Atqui dotem filia esse necessariam, quo nubere, & ita supra turpisque vitæ fœditatem effugere possit, nemo dubitat. Naturalis igitur filia dotanda est à patre.

Quicumque alere tenetur, is quoque tenetur dotare, cum dos constituatur cum in finem, vt maritus onera matrimonialia sustineat, vxorem & liberos alat, l. pro oneribus C. de iur. dot. Atqui pater cogitur alere spurios, & liberos naturales inopes; igitur eosdem quoque tenetur dotare.

In dubio ea semper est arripienda, & tenenda sententia, quæ est humanior, quæ benignior & æquior, l. in ambiguis ff. de reg. iur. & in dubio pro dotibus respondendum est l. 87. de reg. iur.

Atqui filias naturales, & spurias esse à patre dotandas, benignior, æquior, & humanior est sententia. Igitur pro ea respondendum, eaque hic retinenda erit.

Cæterum negatiuam sententiam sustinet Antonius Guibert. Constans in t. de dot. c. 3. n. 9. & seqq. Fr. Hotoman. in disp. de dot. c. 3. n. 22. Obrecht. in d. disp. de dote th. 90. vetiorem esse iudico.

In l. 8. C. de naturali. expressè Iustinianus scribit patribus indulgeri vt liceat eis nulla legitima solum, vel matre subsistente dotē vsque ad sex vncias constituere: Vnde colligitur, quod nulla patribus naturalibus incumbat necessitas filias spurias dotandi, quod enim potestatis, & arbitrij est, hoc necessitatem nullam inducit, l. sepè. dig. de offic. Præs. l. non quidquid digest. de Iud. Igitur Pater non cogitur filias naturales, etiam inopia laborantes dotare.

In l. 41. paragr. pater natural. 1. digest. de l. 3. dicitur dotem datam à patre naturali filia, compensari cum fideicommissis eidem filia naturali à patre relicta. Atqui si dos deberetur filia naturali à patre, certè non posset cum fideicommissis compensari, sed pater præter dotem, etiam fideicommissum filia naturali relicto præstare cogeretur.

Pater dotare cogitur filias, quas habet in potestate, l. 19. dig. de ritu nupt. Atqui spuria non sunt in potestate patris naturalis, vsq; adeo vt ne quidem patrem naturalē habere censeantur, paragr. pen. in fine de nupt. igitur à naturali patre non sunt dotandæ.

Denique filia naturalis etiam successione ab intestato est experta, l. humanitatis 8. C. de naturalibus l. except. duabus vncis, quas ex nouell. 89. c. 12. percipi-

pere

pere potest Si autem triens legitimus, qui est pars successione ab intestato, filia naturali non debetur, nec dos debetur, quia illius vicem obtinet, l. quoniam 29. C. de inoffic. testam.

Verùm mihi inter hæc pugnantem sententiam placet adhærere opinioni Doctorem quos affert, & sequitur Castrus Palaus tr. 7. ar. 32. disp. 19. punct. 5. §. 1. nu. 6. Dico igitur quoad filias naturales, & spurias atinet, si fortè cogendus est pater dotem illis constituere, excedere non debet alimentorum quantitatem, ad quæ subministranda iure naturali astrictus est, vt pluribus comprobat Molin lib. 2. de primog. cap. 15. num. 50. Boerius dicit. 127. num. 2. Incertum tamen est, an dotem constituere teneatur, cum nullibi id cautum sit; communior tamen sententia, quam refert, & sequitur Couar. 2. par. de sponsalibus c. 8. §. 6. n. 11. Molina l. 2. c. 15. n. 45. Barbo. 4. par. l. 1. n. 65. ff. solut. matr. Rebello l. 5. q. 8. n. 3. astituit obligatum esse dotem constituere pro quantitate alimentorum, ne illarum pudicitia periclitetur. Illud vero est certum, si aliunde habeant, vel polleant arte, aut viribus quibus hæc comparare possint deobligatum esse, argum. l. si quis à liberis §. sed si filius ff. de liber. agnos. & tradit Barbo. 4. l. 1. n. 61. ff. solut. matr. quem sequitur Rebello l. 5. q. 4. n. 27. & 28.

Et idè hanc sententiam præter Doctores citatos ex Theologis, tenet etiam ex pluribus Iuriconsultis Ioannes Baptista Fragoius 10. 3. l. 2. disp. 5. §. 1. n. 13. cum seqq. qui etiam optimè notat, quod neque ab hoc onere dotandi excusatur pater filiam incestuosam etiam de redditibus beneficij, vt Abbas in cap. peruenit n. 1. de arbitris, vbi indistinctè tradit cum bona conscientia id facere posse Bartol. in l. vlt. n. 7. ff. de his, quibus, vt indignis, Couar. part. 2. c. 8. §. 6. à princ. & n. 11. Molin. de Primog. l. 2. c. 15. n. 42. Gomez. l. 49. tauri n. 37. & 44.

Sed ex his oriuntur duæ difficultates, an dos data filia spuria ad ipsius hæredes transeat; & an in euentu, quo pater plus dotis dedit filia spuria, quam valeant totius vitæ alimenta, possit constante matrimonio repeti quoad excessum.

Et ad illas responderi Rebello p. 2. l. 5. q. 8. scilicet 3. & 4. & quoad primam firmat hanc conclusionem, quod dos spuria data à patre, non secus, ac fundus spurio, vel quoduis aliud pro alimentis relicto, designatum ve à patre, ad filios, vel hæredes non transit, sed ad patrem si res exeret, ea mortua reuertitur debet, eiusque hæredes, vt fundus mortuo spurio. Quod si filios ex se relinquat, ita indigentes sustentatione, vt nec ex aliis bonis parentum, nec alia ratione commodè ali possint, ius habent non tamquam hæredes, sed ex propria persona, vt suus auus, qui pater spuria erat ex eadem dote, vel aliunde congrua ipsius alimenta constituat.

Quoad secundam difficultatem asserit, quod si gener sciebat vxorem esse spuriam, statim potest eos quoad excessum reuocari, cum non permittatur ignorare dispositionem, Auth. ex complexu C. de incestis nuptis, per quam spuria redditur incapax bonorum paternorum, nec per ius Canonicum lex hæc fuit abrogata, nisi qua ex parte mensuram congruam alimentorum spuris denegabat. Quare excessus ille dotis ipso iure est nullus, ac proinde ab hæredibus fœceri poterit reuocari.

Tota ergo controversia est, quando gener ignorabat vxorem esse spuriam, & bona fide dotem excedentem alimenta recipit, in quo euentu dotem reuocari non posse constante matrimonio, tenet Bartol. l. fin. §. à fœcere ff. qua in fraudem credit. Vbi

Anton. Diana Pars XI.

Iuriconsultus hoc discrimen constituit inter generum conscium fraudis commissæ, & ignarum illius, quod in priori euentu etiam constante matrimonio dos reuocari possit, non item in secundo: Ratio est, quia cum gener dotem habeat ex causa onerosa, si fraudis à fœcere dotante commissæ particeps non est, iniquum est, vt ab eo reuocetur constante matrimonio, secus si fraudem participauit eademque distinctio sit, l. penultima C. de his, qua fiunt in fraudem cred. soluto verò matrimonio, doteque restituta filia spuria, adiungit Barr. excessum dotis reuocari posse; eo quod habeat dotem ex causa lucrativa: Bartoli sententiam, iuxta præfatam iuris distinctionem admittunt Couar. §. 6. citato n. 11. & Anton. Gomez ad l. 9. tauri n. 4. Nau. Apologia de reddit. q. 2. monito 26. n. 2. & alij.

Contraria verò sententia contra Bartolum verisimilior est, quæ tenet etiam constante matrimonio, & infcio genero, excessum illum alimentorum in dotem datum, repeti posse quam sequitur Palaus. repet. cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem 3. notab. §. 24. n. 3.

Ratio est, quia collatio illa alimentorum inuvalida est quoad excessum ex dispositione Authen. ex complexu, ergo statim tanquam nulla reuocari potest, iuxta l. non dubium C. de legibus. Accedit, quia etiam quantumcumque pater velit, ac contentiant filij legitimi, non potest validè ex bonis paternis filius spurius habere amplius, quam congrua alimenta, vt docet Angelus conf. 223. n. 2. Alexand. consil. 219. n. 15. l. 6. Ergo nec etiam bona fides mariti facere poterit, vt dos excedens alimentata, valida sit quoad excessum.

An auus paternus teneatur dotare neptem?

RESOLVT. XXVI.

Videtur dicendum, quod non solum pater filiam, sed auus quoque paternus neptem dotare tenetur, Imperator enim Iustinianus in l. fin. §. vtramque C. de dot. promiss. ait paternum esse officium progeniem suam dotare l. fin. §. vtramque C. de dot. promiss. progeniei autem verbo non filij modo, sed & nepotes, & pronepotes significari dicitur in l. final. C. de emancip. liber.

Accedit, quod Marcianus in libro 19. ff. de ritu nupt. generaliter & indistinctè scribit, qui liberos in potestate habent, eos cogi in matrimonium collocare, & dotare: liberorum autem verbo omnes descendentes contineri, indubitatum est l. sed si hæc §. fin. ff. de in ius vocand. l. liber ff. de verbor. signif.

Et in libr. 6. de collat. bon. dicitur ad officium aui spectare, neptem dotare, & subiungitur, quia pater filia idè auum propter filium nepi dotem dare debere, cogitur itaque auus paternus neptem dotare.

Et sanè quæ ratio suadet à patre dotari filiam, eadem quoque in auo locum sortitur: cum aui non minus atque patris inter sit nuptui elocari neptem, ne cum maximo generis & familia probro turpem vitam eligere cogatur.

Limitat tamen hanc assertionem Obrechtus, vt tunc demum auus paternus cogatur dotare neptem, quando pater propter inopiam qua laborat, dotem filia præstare nequit, vt tunc inopia patris auus succurrere teneatur; Idque ipsam Ioannes Corrafius in d. leg. 19. n. 60. hac ratione confirmat quod ex officio patris erga filium id pendeat vt

R auus

aus neptem dotet, l. 6. ff. de collat. bonor. Vnde cum aus non obstringatur nisi propter filium, aus non nisi secundario teneatur; obligatio autem secundaria cessat, ubi principalis est soluendo, *Aus bene present. C. de fideiussor. ergo.*

Sed in casu contingenti, ne deseras videre Castrum Palaum tom. 7. disp. 9. punct. 5. §. 2. n. 2. ubi firmat obligationem adesse auctori paterno dotandi ex eius bonis neptes etiam diuites, si in sua existant potestate.

Sed casu quo neptis patrem inopem habeat, eius tamen mater diues sit, verius est potius matrem; quam auctorem patrem teneri neptem dotare.

Patruus nequaquam obligatur sobrinis dotare; quia nullibi hæc obligatio etiam in subsidium indicatur. Quod efficacius procedit, si verum est quod ipse Molina lib. 2. de primog. cap. 15. num. 67. Costa selet. lib. 2. cap. 20. num. 2. Rebell. 2. part. lib. 5. quæst. 4. n. 26. astruunt, nempe patruum non esse specialiter obligatum sobrinis alimentis præstare. Nam hæc magis necessaria sunt, quam dotis constitutio.

Verum hic oritur aliud dubium, An frater teneatur dotare sororem? De sorore utrina ex alio patre nata res expedita est, quod frater eam dotare non teneatur, etsi inops sit, & aliter nubere non possit: sic enim Paulus Iurisconsultus in l. 12. ff. de administrat. tut. sed non dabit (tutor) dotem sorori (pupilli) alio patre natæ; etiam si aliter ea nubere non potuit.

De consanguinea, hoc est ex eodem patre, sed alia matre fratri coniuncta, sicut etiam de germana ex utroque parente ipsi coniuncta, quæritur ane, dotari à fratre debeant si inopes sint? Communiter hoc affirmatur ex ea ratione, quod frater teneatur alere sororem consanguineam, & germanam l. si quis à liberis §. vtrum ff. de cognosc. lib. Igitur etiam teneatur dotare.

Et si verò hoc argumentum planè infirmum sit, nec etiam Textus expressus occurrat, quo demonstratur consanguineam, & germanam à fratre esse alendam; quia tamen in l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor. nominatim, atque in specie dicitur, tutorem non teneri dotem constituere sorori pupilli sui ex alio patre natæ, haud obscure ex eo colligitur quod ex eodem patre natæ sorori dotem constituere teneatur, argum. l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. ubi dicitur argumentum, quod à contrario sensu ducitur esse validissimum, & argum. l. 12. in præf. ff. de indic.

Vide Doctores, quos citat, & sequitur Castrus Palaus ubi supra §. 3. nu. 1. & 3. firmans, quod frater teneatur sororem ex eodem patre, quamvis non sit ex eadem matre, dotare, si ipsa sufficientem dotem aliunde non habeat. Sed sororem utrinam teneatur frater dotare secundum tamen qualitatem alimentorum.

In euentu verò, quo frater obligatur dotem sorori constituere, non excusatur ex eo, quod minor sit, & necessitatem habeat alienandi aliqua immobilia ad dotem; nam hæc est causa vrgens à iure communi approbata, ac proinde interueniente decreto iudicis fieri alienatio potest, quin locus sit restitutioni, l. final. C. de in integr. restit.

Neque etiam excusatur quod à patre soror ex hære data sit; neque item excusatur ex eo, quod Clericus sit, nullaque alia bona habeat, nisi quæ ex beneficiis colligit: Nam ex horum si uictibus alere, & dotare sorores inopes rectè potest, cum opus sit

pietatis, & naturalis obligationis, & iuri maximè conforme.

Excusatur tamen frater ab hac obligatione alendi & dotandi sororem inopem, si adsit eius mater, vel auctorem paternus, aut maternus, qui dotem, & alimenta constituere valeat.

Et ratio est, quia omnes ascendentes præferuntur fratri in successione, *Anb. defuncto C. ad Tertull. ergo præferri debent in obligatione.* Præterea deficiente patre, obligatio alendi & dotandi filias matri diuiti competit, l. si quis à liberis paragr. vtrum digest. de liber. agnoscend. neque fratri competit nisi in subsidium.

Et hæc omnia docet etiam Rebellius part. 2. l. 5. quæst. 4. nu. 13. cum sequen. & rectè obseruat quod si frater administrasset bona sororis ex quibus dos constitui posset, non cogetur eam dotare, vnde si ei dotem constitueret, cenſebitur dotare ex bonis sororis; si modò separata sint; nam si indiuisa, & cœmunia sint, cenſebitur in foro externo habuisse animum donandi quoad partem dotis, quæ eum tangeret, iuxta l. vnicam, §. accedit C. de rei vxor. actio. Vide Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 88. num. 47. & Barbof. 4. p. l. 1. ff. solut. matr. num. 141. in foro tamen conscientie standum erit intentioni dotantis. Si enim de bonis sororis tantum dotare intendebat, nihil de suis bonis præstare tenebitur.

An filius teneatur dotare matrem nubere volentem.

RESOLVT. XXVII.

Affirmatiuam sententiam docet Franciscus Horomanus in disp. de dote c. 3. n. 23. & Georgius Obrechtus disputat. de dote thesi 109. cum seq. Probatur hæc opinio primò, nam si frater sorori egentem dotem dare cogitur; sanè, & filius cogi poterit ad matrem dotandam. Atqui verum est prius, igitur, & posterius.

Pietas, ad quæ filius iure diuino, & humano matri obstringitur, postulat vt filius matris adhuc iuuenis pudori, & existimationi consulat; maximè cum ipsius quoque filij intersit vt mater, quæ se continere non potest, elocetur, ne cum maximo generis, & familiæ probro turpem vitam eligere cogatur.

Itaque huc pertinet Imperatoris Antonini rescriptum in l. 1. C. de alien. liber. Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum est. Dotem autem necessariam esse matri ob incontinentiam ad secunda vota transferti exſeditum est. Igitur inopi matri succurrere teneatur filius in hac necessitate, dotem ipsi constituendo.

Si filius teneatur inopem matrem alere; eique ad victum necessaria præstare; sequitur, quod teneatur etiam inopem matrem dotare, quia dos est species alimentorum. Atqui verum est prius l. 13. §. 2. ff. de administrat. tut. Verum igitur est quoque posterius.

His tamen minimè obstantibus, negatiuæ sententiæ adhæreo; probatur hæc opinio. Primò, nam si filius non teneatur matri nuptialia munera mittere; sequitur quod nec dotare matrem teneatur. Iam autem verum est prius l. 13. §. final. ff. de admin. tutor. l. 1. paragr. præterea digest. de tut. & ration. distr. Sequitur itaque posterius.

Ad hæc iniquum foret ad illationem suæ iniuriæ aliquem cogi quippiam conferre, l. qui accusare Cod. de eden. l. nimis graue C. de testib. Atqui mater secundò nubendo, filiis infert iniuriam, non. 2. cap. 1. & cap.

cap. 1. de secund. nupt. igitur non teneatur filius matri ad secundas nuptias conferre.

Quin etiã si dotaret filius matrem secundo nubentem, grauius offenderet patrem, vt cuius anima secundum viduæ suæ nuptiis contristatur n. 22.

Denique in l. si vinea C. de præscript. long. temp. mater ad secunda vota transfrens, & vitrico in dotem dans res filij, nihil filio præiudicat; præiudicaret autem filio, si hic ad matrem dotandam foret obstrictus, Corasius ad l. 19. n. 63. de rit. nupt.

Nec huic opinioni præcedentis sententiæ argumenta quicquam detrahunt; ad primum enim, quod frater sororem inopem dotare teneatur: igitur multò magis matrem. Respondeo consequentiam negando, quia diuersissima est quoad præsens negotium ratio matris, & sororis, coniugium enim, quod inir soror non pertinet, vel ad fratris, vel ad patris iniuriam, sicut secundum matris coniugium.

Ad secundum responderetur, filium teneri in necessitatibus succurrere matri, ita postulante pietate ad quam obstrictus est filius matri; verum non cogi matri, sua, & parentis cum iniuria succurrere, inque eo matrem iuuare quod ad ipsius filij, & patris iniuriam spectet.

Ad tertium, eadem planè est responsio.

Ad quartum, & vltimum responderetur, argumentum ab alimentis ad dotem planè inualidum esse; & vt aliàs concludere, hic tamen nullam vim haberet, quia diuersissima est alimentorum, & dotis ratio; alitur inops mater sine filij, & defuncti coniugis iniuria; dotatur verò cum iniuria filij, & defuncti mariti.

Et ita hanc sententiam tenet ex Theologis Rebellius de obligat. iust. part. 2. l. 5. §. 8. n. 31. ubi sic ait. Filius non teneatur ad dotandam matrem inopem nubere volentem; etiam si ille diues sit, ita Barbof. 4. p. l. 1. ff. soluto matr. num. 126. post Bald. Alex. Ripam & alios quos citat præfatam responsionem efficientes ex l. si vinea C. de præscript. longi temporis. Confirmatur etiam, quia quamuis ad matrem alendam cogendus sit, iuxta l. 1. §. 1. ff. de tutelis, & rationibus distrabendis; non tamen ad eam dotandam compelli debet, cum illud nouum matris concubium in iniuriam ipsius filij quodammodo cedat.

Ita Rebellius, quem sequitur Castrus Palaus tom. 7. disp. 9. punct. 5. paragr. 1. n. 8. qui num. 7. optimè notat, quod mater obligata non est per se filias dotare, aut donationes propter nuptias filiis constituere, quia hæc obligatio patri est, non matri, vt expressè habetur l. neque mater C. de iure dotium l. regia §. tit. 11. part. 4. Excipie, nisi vergens aliqua, & rationalis causa intercederet, vt in prædicta lege adnotatur; quam causam cenſerem esse, si eius pudicitia periclitaretur, ni nuberet, & aliud de dotem non haberet: sicuti ex communi sententia resoluit Molin. disputat. 424. in princip. Rebell. 2. part. lib. 3. q. 4. num. 2. Deinde excipie, nisi mater hæretica esset, aut infidelis, & filia fidelis, & Catholica, nam in eo euentu ob fauorem religionis compellitur mater dotare filiam vsque ad legitimam portionem ei competentem, tamen si ex patre aut aliunde dotem habeat, vt deciditur l. cognouimus C. de hæretic.

Notandum est hic obiter cum eodem Rebellio §. 5. num. 10. cum seqq. probabilius esse in neutro foro licitum esse viro regulariter, inuita vxore dotare filiam prioris matrimonij ex bonis non solum immobilibus, sed etiam mobilibus, aut pecuniis

Anton. Dianus Pars XI.

per secundam vxorem adductis, quod si faciat (soluto matrimonio) de bonis propriis vxori eam partem refarcire debet.

Si autem per traditionem filia in matrimonium in totam familiam, & in totam vtilitatem secundæ Societatis coniugalis magnum bonum, & euidentem vtilitatem redundet, quo damnum secundæ vxoris compensetur, non erit iniurium, si pater filiam prioris matrimonij ex bonis mobilibus, & ex pecuniis secundæ vxoris etiam inuitæ dotet.

Quando pater ex bonis lucratis in secundo matrimonio, filiam ex primo dotauerit, vel filio ad nuptias donauerit, cauebit præiudicium tam quoad legitimas cæterorum filiorum, quam quoad dimidiam partem lucratorum secundæ vxoris, alioquin damnum refarcire tenebitur.

Sed vtrum vxor sine consensu viri dotare valeat filiam siue communem, siue prioris matrimonij, eodem modo dicendum est, quo id vero sine consensu vxoris permissum est.

Vide etiam Rebellium, §. 6. per totam, in qua laucius hæc firmat, videlicet. Primò quando communi consilio vxor, & maritus simul promittunt dotem filia communi, vel si eam promissionem ab vxore factam postea vir ratam habeat, valida est promissio; etsi bona lucrata defint, vt dos impleatur, ex bonis vtriusque impleri debet, & quomodo in bonis vxoris tunc executio fieri possit.

Secundò, si vxor sine consensu viri aliquid filia siue propria, siue alienæ nomine dotis promittat, inualida erit, & illicita promissio, si tamen vir factus concius eam ratam habeat, valida erit.

Tertiò, si promissio vxoris præfata sine consensu viri facta in tempore soluti matrimonij referretur, valida foret.

Quartò, quando consensus alterius pro forma actus exigitur vt præcedat: si non præcedat, non reconualeſcit talis actus adueniente postea consensu, secus si pro vitando duntaxat alterius damno exigatur.

Nota etiam cum Castr. Palaus loco citato paragr. 4. hæredem obligatum esse (æquè ac defunctus obligabatur) illius personæ representare, & consequenter illius obligationem suscipere: sicut colligitur ex l. postulante ff. ad Trebellian. Vnde cum pater præ omnibus coniunctis obligatus est filias alere, & dotare, illius hæres eadem obligatione tenebitur.

Hoc tamen procedit, cum hæres integram substantiam, ex qua dos constituenda erat accipit, quod si hæres fiscus sit, non obinde obligatione præstandi alimenta, & dotem filiabus excusatur sicuti pluribus comprobatur Petr. Barbofa dict. 4. part. leg. 1. n. 84 ff. soluto matrimonio, quia hæc est obligatio bonis paternis annexa, quam fiscus recipiendo bona excutere non valet.

Licet filiabus hæretici fiscus neque dotem, neque alimenta præstare teneatur.

Interim autem, ac delictum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

Et hæc omnia sufficiat dixisse circa obligationem constituendi dotes, & ne credas illa solum Iurisconsultis scitu necessaria esse, sed maximè etiam confessariis, ex his, quæ rectè obseruat, & docet Rebellius part. 2. lib. 5. q. 4. num. 20. ubi sic ait, Ex dictis habes quinam puellas volentes nubere, dotare teneantur secundum dispositionem legum, quam necessitatem legalem appellat Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 182. numer. 67. num verò huiusmodi necessitas inducat obligationem peccati mortalis, non facile est diiudicare: crediderim tamen

R 2 sine

sine præiudicio rectius sentientium, quando secundum iura, ac Doctores aliquis compelli debet ad dotem præstandam, subesse obligationem peccati mortalis, saltem ex genere suo, & multo magis post sententiam Iudicis, licet autem hæc necessitas legalis non fundetur in debito de iustitia commutativa, fundatur tamen non ratum in charitate, sed etiam in speciali vinculo pietatis, qua inter se prædicti sanguine coniuncti tenentur, quæ inducit obligationem non purè ex charitate, sed quasi de iustitia; quia tamen sæpissimè interueniunt causæ, quæ rationabiliter deobligant parentes, & consanguineos, vel absolutè, vel saltem ab accelerata præstatione dotis, non erunt remerè peccati læthalis damnandi à confessariis. Ita Rebellius, & ego.

De his, quæ in nuptiis donata sunt à consanguineis, vel amicis sponso, & è contra, cui acquirantur.

RESOLVT. XXVIII.

CAsus in praxi quotidianus, & occasione matrimonij initi inter filiam Excellentissimi Domini mei Comestabilis Principis Columnæ, & filium Excellentissimi Marchionis Spinulæ, in quo munera magni valoris (vt par erat in nuptiis tam inclytis) sponsæ largita sunt, de illo à parentibus interrogatus fui, & inter Iuriconsultos (postea dicemus de Theologis) tres sententias inuenio; nam Vldaricus Zasius *1. singul. intellect. 9.* Ludouicus Romanus *consul. 172. n. 2.* contendunt, ea, quæ sponsæ donantur, etiam si à consanguineis mariti, & eius contemplatione, donata sunt, ad vxorem tamen, & eius hæredes, non ad maritum pertinere. Cum in donationibus non tam cuius contemplatione illæ fiant, sed cui inspiciendum sit, & quod quis amico, & cognato donare cupit, ipsi dare facile possit, nec opus habeat eiusmodi circuitu, vt sponsæ, vel vxori eius det, quod ipsum habere velit. Et hanc opinionem probat, & sequitur etiam Daniel Mollerus *d. l. 2. semestr. cap. 42.*

Sunt deinde, qui statuunt ad vtrumque coniugem spectare ea, quæ die nuptiarum illis donantur, quoniam contemplatione vtriusque illa donata censentur, cum præsertim plerisque in locis more sit receptum, vt munera, quæ offeruntur, vtrique coniugi ab hospitibus donari, & offerri soleant.

Alij sequuntur Bartolum *in l. sed est plures §. arrogato ff. de vulgar. & pupillar. substit.* marito illa tribuunt, quæ ab amicis, & cognatis eius donantur; vxori verò, quæ illi cognati donarunt, quæ distinctio teste Iafone à plerisque approbatur, ita vt durum sit in practica ab illa recedere.

Plenius distinguit Matthæus Vuesembecius *in paratit. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vt nempe ea, quæ à consanguineis vxoris sunt donata, vxori acquirantur; quæ vero à consanguineis mariti donata sunt, marito cedant. Quæ ab extraneis oblata fuerunt munera, sint vtrique coniugi communia: Rationem videtur hæc opinio habere perspicuam. Nam quæ à cognatis donantur ob propinquitatem, & contemplatione cognationis donare videntur, quæ ab extraneis ob affectionem erga vtrumque coniugem parem.

Et quidem non videtur ob stare ratio Zasij, & Danielis Molzeri supra adducta, quod in donationibus non tam spectetur cuius contemplatione, quam cui donatio fiat.

Hoc quippe principium dilucidè refellitur *text.*

l. 5. paragr. 2. de iure dot. quo in loco Vlpianus scribit, quod si quis patri donaturus dedit, Marcellus *l. 6. Digest.* scribit, hanc quoque à patre profectam esse, & est verum. Vult proinde Vlpianus post Marcellum, dotem esse profectitiam, quæ non à patre ipso, sed contemplatione patris datur filie. Dum vero profectitia dicitur, innuitur quod patri acquiratur §. 1. *instit. per quas personas non acquir.* At non erat patri donata, sed filie; at contemplatione patris: igitur in donationibus non tam spectatur, cui res datur, quam cuius contemplatione donatio fiat.

Et hæc sunt placita Iuriconsultorum, quos pro Theologis hic visum est adducere; nunc verò Theologos pro Iuriconsultis adducam, & hi sunt præcipue Sanchez *de marr. l. 6. disp. 26.* Molina *tr. 2. disp. 430.* & Castus Palaus *tom. 5. disp. 1. punct. 13. §. 1.* Martinus Perez *de matrim.*

Dico itaque, quod cum consanguineus, vel amicus sponsi, vtrique; scilicet sponso, & sponsæ donat, non est difficultas vtrique acquiri, & inter vtrumque esse donatum diuidendum; satis enim donans suam voluntatem expressit, aliis si vni tantum vellet donatum explicari, non vtrique tantum donatum concederet.

Similiter idem est si donans vni tantum ex sponsis, sibi que consanguineo donaret, ei tantum acquireretur, nisi aliter de donantis mente constaret, quia tunc pro donatario adest ipsius donationis, & consanguinitatis præsumptio; neque hanc præsumptionem infirmat, esto sit donans vtriusque sponsi consanguineus in eodem gradu, satis enim est, quod sit donatarij consanguineus, vt pro illo tantum sit præsumptio.

Verum si nulla ex supra dictis causis existit; sed sola adest consanguinitas sponsi, dubitant Doctores, an eo casu donatio facta sponsæ acquiratur sponsæ, vel potius acquiratur sponso, & sponsæ solus vsus concedatur; cui dubitationi breuiter respondeo, Verius, & probabilius esse sponso acquiri, cuius contemplatione sponsæ donum factum est; nam cum consanguineus sponsi ob fauorem, quem suo consanguineo præstare intendit, eius sponsæ donet, ea donatio potius censenda est fieri sponso, quam sponsæ. At si sponsæ non solum vsus, sed dominium donati concederetur, integrè ea donatio in fauorem sponsæ fieret, & nullo modo saltem immediatè in sponsi fauorem.

Et hæc omnia auctoritate Iuriconsultorum confirmant Sanchez, Molina, Palaus, & Perez *locis citatis.*

De donis factis à sponso sponsæ.

RESOLVT. XXIX.

Diximus de donis factis à consanguineis, vel amicis, nunc dicendum est de donis factis à sponso sponsæ, quando non constat de animo donantis; Molina *tract. 2. disput. 290. paragr. 4. dubium,* tenet ea omnia, quæ sponso siue de presenti, siue de futuro sponsæ mittit, censenda esse missa, vt sponsa ornatio ad virum accedat, atque ad eam honorandam, animiq; affectum illi ostendendum, qualiter matrimonij tempore sit ab eo tractanda; non vt dominium earum rerum ad eam pertranseat: nam donatio nunquam præsumi debet, quoties ex alia causa, quam donationis intelligi potest collatum, vt tradit Glossa *l. cum quid ff. ff. cert. per. & pluribus firmat Gregor. leg. 36. verbo bienes sit. 12. part. 5.* Mascard. *de probatiq. conclus. 555.* At

At in præfenti ex prædictis causis relatis præsumi possunt collata, quæ à sponso sponsæ mittuntur, non igitur præsumenda sunt donata. Secundò, in his, quæ traduntur gratia tradentis, non præsumitur donatio *l. si vt certo paragr. si duob. si commodari:* at sponsus gratia sui mittit sponsæ munera, tum vt ad ipsum ornatio accedat, tum ne ipse vilis, & auarus reputetur.

Verum mihi magis placet opinio Castri Palai *tom. 5. disp. 1. punct. 13. n. 3.* & Sanchez *lib. 6. disput. 25. n. 28.* asserentium in hoc casu distinguendum, aut munera, quæ mittit sponso sponsæ, sunt ita exigua, vt si constante matrimonio darentur, censerentur donata, & non commodata, vel sunt ita magna, & pretiosa, vt si darentur constante matrimonio, non censerentur donari, sed illorum vsus commodari; eo quod non ad communem vxoris ornatum, sed ad singularem, & extraordinariam deferuiant. Si munera prioris sint generis, præsumenda sunt donata; secus si posterioris.

Et ratio huius distinctionis est, quia hæc munera mittuntur sponso sponsæ in signum amoris, & testimonium qualiter constante matrimonio ab eo tractanda sit, vt ipse Molina fatetur; at si solum vsus, & non dominium muneris cuiusvis exigui concedit, signum exigui amoris præbet, & testimonium manifestum asperè constante matrimonio esse sponsam tractandam: Quæ ratio non procedit in muneribus pretiosis, & quorum dominium constante matrimonio non conceditur, sed solus vsus. Et confirmo, si munera, quæ mittuntur à sponso eius generis sunt, vt & constante matrimonio necessaria reputentur sponsæ ad eius communem, & decentem ornatum, cum hæc maritus vxori concedere teneatur, præsumendum est concessa tempore sponsaliorum anticipatè voluisse concedere.

Nota tamen, quod si in aliqua Prouincia adest consuetudo, vt ea, quæ sponso mittit, esto pretiosa sint, non reperantur, censendus est sponso ea donare cum mittit, quia præsumendus est mittere secundum Regionis consuetudinem, cum aliud non exprimit.

Imò plus addit Sanch. *l. 6. disp. 25. n. 17.* nempe idem esse dicendum, quando mittuntur munera à sponso, quorum nulla est consuetudo vt mittantur, vel mittuntur abundantiora & pretiosiora, quam sit consuetudo; eo namque ipso quod præter consuetudinem munera sponso mittit sponsæ, donare censendus est, argum. *l. donare ff. de regul. iuris.*

Sed optimè contra illum hoc non admittit Castus Palaus *tom. 5. disp. 1. punct. 13. §. 1. n. 4.* nam hæc doctrina euerit conclusionem ab ipso superius positam, asserentem munera pretiosa commodari, non donari, quia in horum solius vsus concessione abunde liberalitas exercetur.

Facilius tamen videtur probandum, quod n. 18. Sanchez subiungit, munera à sponso missa præsumi donata, si sponsa ei aliqua misit, quia adest præsumptio remunerationis argum. *l. si verò non remunerandi paragr. inde Papinianus ff. mandati.* At deberet constare sponsam animo donandi mittere eaque sponsum non satis remunerari solo vsu pretiosorum concessio.

Obseruandum est etiam, quod ea quæ superius diximus de muneribus missis à sponso sponsæ; idem dicendum esse de donis, quæ focer nurui concessit, & largitus est; quod probat Sanchez *num. 33.* & Palaus *n. 9.* quibus adde Gutierrez *in quest. pract. lib. 2. quest. 10. n. 1.*

Anton. Diana Pars XI.

De Vestibus datis sponso à sponso in ipso nuptiarum die.

RESOLVT. XXX.

Magna difficultas est inter Doctores, An vestes, & ornamenta muliebria à marito vxori data, irreuocabiliter acquirantur vxori Bartolus *in l. si mulier paragr. si vir ff. de don. inter virum & vxorem, & in l. pen. paragr. 2. n. 3. vers. tertia opinio dig. sol. matr.* quem sequuntur Iacobus Menochius *l. 2. arb. indic. quest. c. 2. 18.* Iulius Clarus *l. 4. sent. paragr. donatio q. 10. vers. successuè,* Alciatus *resp. 241.* statuit, vestes quotidianas quibus quotidie mulieres vtuntur, donatas censerit; Vestes verò & iocalia, siue ornamenta, quæ ad ornatum potius corporis comparata sunt, quàm ad corporis vtilitatem, & quæ magis sunt valoris, donata non præsumi.

Scipio Gentilis *in tr. de donat. inter virum & vxorem l. 2. c. 12.* ait, circa propositam quæstionem accuratè, tria tempora esse distinguenda; ante nuptias, in nuptiis, post nuptias: ante nuptias, idest cum sponsalia tantum contracta sunt, vt aliarum rerum, sic & vestium licitam donationem esse *l. 1. digest. de donat. inter virum & vxorem,* eamque donationem etiam præsumi in ipsis nuptiis, cum scilicet matrimonium perfectum est consensu, & nuptialis instituitur pompa, puta deductio in mariti domum, vel alia solemnia nuptiarum celebrantur, vestes à sponso sponsæ datas præsumi donatas ait, easque ad vxorem pertinere, nec restituendas esse, *d. l. pen. dig. de donat. inter virum, & vxorem,* quia & consuetudo & humanitas, siue affectio sponsi erga sponsam faciunt, vt tales vestes à viro donatæ in pompa nuptiali ad vxorem pertineant, eidemque acquirantur, nec marito eiusdemve hereditibus restitui debeant.

Post nuptias consummatumque matrimonium, quæ vestes dantur à viro mulieri in domum maritiam collocatæ, si quotidianæ, & ad vsus mulieris necessariæ fuerint, illæ statim efficiantur mulieris, nec marito sunt restituendæ. Sin ad certum tantum temporis vsus data fuerint, & pretiosiores, tum eas; vt potè à marito ornatus tantum causa, & honoris sui vxori comparatas, quo comptior, atque honestior esset, non tam donasse, quàm commodato, aut precario datas præsumi; & idèd non acquiri vxori, sed restituendas esse marito, aut eius hæredibus.

Sed Hultico Hunnio *in commen. ad Treutlerum vol. 2. disput. 7. thes. 9. q. 46.* placet absque distinctione ista temporum, solum circa vestes, vtrum quotidianæ & necessariæ atque viles sint, an pretiosæ, & ad certum temporis vsus comparatè, distinguendum videtur, vt illæ quidem donatæ, ac per donationem vxoris propriæ effectæ censeantur; hæc verò non item, quocumque etiam tempore fuerint mulieri datæ. Et ita etiam Menochius, Iulius Clarus, Andreas Alciatus, & cæteri ab hisce allegati statuunt.

Pro hac verò distinctione facit in primis *l. virum digest. de don. inter vir. & vx.* vbi ex modo & ex genere impensæ, non difficile esse coniecturam, Celsus scribit, Vtrum negoria vxoris gerens; an officio mariti ductus in rem eius impenderit vir. Si enim magna impensa fuerit, nego videri eum gessisse; sin parua, donauisse.

Et quod vestes quotidianas intelligatur maritus donasse, confirmat amplius *l. ex annuo dig. de donation. inter virum, & vxorem,* nam & ibi Vlpianus ex

R 3 annuo

annuo inquit, vel menstruo, quod maritus vxori præstat, tunc quod superest, reuocabitur, si satis immodicum est, id est supra vires dotis, distinguit nimirum iuriconsultus inter id quod modicum, quodque immodicum vxori à marito præstitum est, vt illud quidem donatum vxori censeatur, hoc verò non item, sed marito sit restituendum.

Sed audiamus Theologos, quærit itaque Castus Palus *tom. 5. disp. 1. punct. 13. §. 3. n. 8.* cum vestes & alia ornamenta pretiosa ante consummationem matrimonij data sponsæ in ipso nuptiarum die vel illi proximo censeatur sponsalitia largitas, ac proinde sponsa eorum medietatem per osculum acquirat, & integrè per copulam, vel potius marito, eiusve hæredibus, dissoluto matrimonio sint restituenda.

Et affirmatiuè respondet, videlicet prædictas vestes, & ornamenta sponsalitiã largitatem esse; eorumque medietatem lucrari sponsam per osculum, per copulam integrè.

Solum ab hac doctrina excipit Sanchez *lib. 3. disp. 23. n. 10.* annulum, sponsæ datum in Ecclesia tempore benedictionum, quia hic non voluntate donandi, sed ex voluntate seruandi Ecclesiæ ritum censendus est confecti. Ex his solum est oppositum fundamentum; negamus namque sponsum dare eas vestes, & munera ea præcipuè intentione, vt obligationi, quam statim subiturus est alendi vxorem satisfaciãt: si enim id intenderet, debebat exprimere, aliqui præsumitur consuluisse animo significandi suum amorem, & vt ipsa eo die nuptiarum honoretur.

Verum libet hic apponere verba Martini de San Ioseph *in man. confes. tom. 1. lib. 1. tr. 8. de matr. n. 10.* sic enim ait, Los vestidos preciosos, ò cotidianos y otras qualesquiera cosas que embia la esposa al esposo, ò el esposa, ò la esposa, despues de los esponsales ò despues del matrimonio de presente (como no se à ya consumado) pertenece à la que llama el Derecho, sponsalitiã largitas, y adquire la mitad la esposa por el beso; y ambos esposos lo que recibieron enteramente por la consumacion del matrimonio, quando no costa que la voluntad del que lo embiò fue de donar.

Aunque la muger no lleue dote, haze suas las donas ò vistas, enteramente por la copula quando se consuma el matrimonio, ò la mitad de llas por el beso.

Despues de recibidas las donas, si el matrimonio no tuuere efecto por culpa del esposado lastierde, y se queda con ellas la muger; però si per culpa della se dexò el matrimonio deue voluer las enteramente al desposado; però se el matrimonio se dexa de hazer sin culpa de ambos por algun caso fortuito, ò por auerse muerto el vno dellas, se han de boluer las donas al desposado, ò à sus herederos; salvo si el desposado huuiere besado à la desposada; que por el beso gana ella la mitad de las dichas donas, y solamente hà de boluer la otra mitad. Ita ille.

Verum est, quod aliqua ex superius dictis procedunt in Regno Castellæ, & ideo in hac materia standum puto consuetudinibus cuiuscunque Prouinciæ, & Regni; & quidem ego non existimo improbabilem sententiam Azeuedi *lib. 5. Recopil. tit. 2. leg. 4. n. 27. & 32.* Gutierrez *pract. quest. lib. 2. q. 19. n. 1.* Hunnij, & aliorum asserentium, quod supra dictæ vestes, & ornamenta præsumi debent donata, & collata in tempus matrimonij, iuxta *legem quod sponsa C. de donat. ante nupt.* Cum enim videat

sponsus statim subiturus esse obligationem alendi sponsam, tradit illi vestes, & ornamenta, vt prædictæ obligationi satisfaciãt: & sponsa eo die nuptiarum honoretur: ergo horum traditio sponsalitiã largitas confecti non potest, quia non est facta sponsæ vt sponsæ, sed potius sponsæ vt vxori: si quidem non est facta ea præcipuè intentione, vt sponsæ tempore sponsalium ea munera deseruiant, sed vt deseruiant tempore matrimonij.

Et ideo, vt dixi, maximè attendenda est consuetudo locorum.

An Clerici possint esse fideiussores.

RESOLVT. XXXI.

Aliqui asserunt, vt Clerici quidem non possint ab initio fideiubere, si tamen fideiussent, & contra eos nihil fuerit exceptum, fideiussio subsistat, & obligationis vinculum sortiat, Ant. Gomez. *de contr. c. 13. n. 18.* Franc. *de fideiuss. cap. 2. n. 234.* Gedd. *de contr. & commit. stipul. c. 7. n. 306.*

Fundamentum huius opinionis consistit in *cap. peruenit de fideiussoribus*, vbi talis Clerici fideiussio valere, & rata esse iubetur.

Idem planè confirmari videtur, *tex. cap. const. 3. extr. eod. tit.*

Addunt hisce textibus istam rationem, quod multa quæ ab initio fieri prohibentur, si facta fuerint, valeant, ac rata habeantur.

Denique huc confert quod dicitur in *l. 3. versic. plane ff. de fideiussoribus*, vbi Vlpianus planè inquit, si non idoneum fideiussorem dederit, magis esse, vt satisfactum sit, quia qui admisit eum fideiubentem, idoneum esse comprobauit. Sic igitur licet Clericus ab initio dari fideiussor nequeat, & sit idoneus fideiussor; si tamen creditor eum admisserit sciens; vt idoneum comprobasse dicendum est.

Verum hanc sententiam non approbat Multicis Hunnius *in Commentariis ad Treutlerum vol. vlt. disp. 28. thes. 2. q. 12.* nam primò certa, & indubitata est iuris regula, quod omnis actus contra iuris expressam prohibitionem gestus, nullius sit momenti, & pro infecto habeatur *l. 7. §. 16. digest. de pactis. l. 112. paragr. fin. ff. de legat. l. 1. non dub. §. C. de legibus.*

Iam verò non potest negari, quin fideiussio Clericorum sit contra expressam prohibitionem iuris Nouel. *123. cap. 6. & Nouel. Leonis 86.* nullas igitur vires habeat: sed ipso iure nulla exister.

Accedit quod Iustinianus Imperator in *d. cap. 6.* sancit iudicem pœnam incurtere debere, qui Clericum fideiussorem approbare ausus fuerit. Quod sanè argumento est, Iustinianum omnimodo improbare Clericorum fideiussionem, ita vt non solum eam ab initio fieri prohibeat, sed factam etiam improbet.

Non obstant, quæ pro contraria opinione supra adducta fuerunt.

Nam ad *d. cap. peruenit extr. de fideiussoribus*, respondetur, ibi Clericum pro aliis duobus Clericis fideiussisse apud mercatores Bononien. quo casu fideiussio admitti videtur, non aliter atque admittitur, quando inter se mutuo fideiubent: atque ita continet istud caput exceptionem à regula: tametsi enim Clerici prohibeantur fideiubere; tamen hoc fallit, quando Clerici lite pulsati pro se inuicem fideiubent, est quippe hæc vicaria fideiussio, & manus manum fricat *leg. cum clericis paragr. 1. l. omnes paragr. prætere a cum paragr. seq. C. de epis. & Clericis.*

Ad

Ad *c. confitutus 3.* responderetur, ex textu illo reluctance, nec colligi posse quod loquatur de Clerico fideiubente, proinde iuxta Nouellas Iustiniani, & Leonis non esse intelligendum de Clerico, sed de laico exaudiendum.

Ad regulam istam, quod multa facta sustineantur, quæ ab initio fieri prohibentur, respondeo eã non pertinere ad ea, quæ legibus simpliciter, & absolute fieri prohibentur propter expressum *tex. d. l. 5. C. de leg.* vbi dicitur, ea quæ fieri legibus prohibentur pro infectis haberi, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec addiderit specialiter inutilia esse debere: igitur ad ea solum istam regulam referri debere, quæ fauorem dumtaxat alicuius priuatum, non verò, quæ vtilitatem publicam concernunt.

Ad vltimum responderetur, textum illum *d. l. 3.* intelligendum de illo idoneo fideiussore, qui ob commodum ipsius creditoris à fideiussione atceatur ne scilicet per fideiussionem eius damnum aliquod incurrat creditor eò quod ipsi non satis cautum nec prospectum est. At in proposito casu non sermo est de illo, qui non causa ipsius creditoris, sed Reipublicæ gratia pro idoneo fideiussore habetur.

His tamen minime suffragantibus, ego censeo posse Episcopos, & Clericos fideiubere, & ita hanc sententiam tenet ex Theologis Molina *de iust. disp. 540. Lessius lib. 2. cap. 28. n. 19.* & post illos Eminentiſſ. Cardinalis Lugo *de iust. tit. 2. disp. 32. sect. 1. §. 2. num. 10.* Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 16. disp. 1. dub. 2. num. 29.* Dico igitur, quod Clericus licet fideiubere non possit in præiudicium Ecclesiæ, potest tamen in damnum proprium, & ita consuetudine obseruatur, quamquam etiam tunc ex fideiussione non tenetur, nisi quatenus commodè solvere potest, ita vt non egeat, iuxta *c. Odoardus, de solut.*

Concedo tamen, quod Clerici extra necessitatem non possint pro laicis frequenter fideiubere, prohibentur enim sub pœna dispositionis *cap. te quidem 11. q. 1.* fideiussio tamen tenet *c. vlt. de fideiussor.* Si tamen rarè fideiubeant, poterunt iuxta dicta ob receptam consuetudinem absque damno Ecclesiæ.

Vide etiam Petrum Nauarrum *de rest. lib. 4. c. 3. n. 173. cum seqq.*

Nota hic etiam, quod Monachi absque licentia Prælati, & maioris partis Capituli fideiubere non possunt; quod si fecerint, aut mutuum acceperint, non obligabitur monasterium, nisi quatenus in eius vtilitatem conuersum est, ita rescripsit Innocent. III. in *cap. quod quibusdam de fideiussoribus.* Legatur Siluester. *verbo fideiussor q. 3. & 5.* Angel. *n. 7.* Sanch. *l. 6. moral. cap. 14. num. 38.* Molina *disp. 540. citata, vers. Religiosus.* Hæc doctrina locum etiam habet in Prælato, qui tamen in re modica absque sui Capituli consensu expresso potest fideiubere, cum de huiusmodi rebus disponendi tacitum habere videatur consensum Capituli.

An pictores pingentes imagines obscenas, peccent mortaliter, & quid de detinentibus illas.

RESOLVT. XXXIII.

Respondeo affirmatiuè quoad primum, & ideo qui nudam Venerem, aut similem obscenam imaginem pingunt, atque exponunt, etiam si talis imago sit de rebus naturalibus, atque ex se indifferens, nihilominus mortaliter delinquant, quia aliis indefinitè licet acceptis luxuriæ occasionem præbent.

Et ita docet Ermannus Busenbaum in *Medulla Theologia moralis lib. 3. tr. 4. cap. 2. dub. 1. n. 9.* Antonius Fernandez *in instruct. confess. p. 2. cap. 59. num. 4.* Escobar à Mendoza *in Theolog. moral. t. 2. exam. 3. cap. 13. num. 80.* Albertus de Albertis *in paradox. moral. disp. 1. cap. 5. §. 4. n. 43.* Trullench. *in decal. t. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 12. num. 13.* Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 46. num. 4.* Filliucius *tom. 2. t. 30. cap. 10. n. 211.* Baldellus *tom. 1. lib. 3. disp. 17. num. 10.* quibus adde Roccaful. *in praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 4. in pr. Decal. c. 3. n. 239.* vbi sic ait, Nota pingentes turpia, vt Venerem, aut Adonidem detectis pudendis, aut diaphano velo opertis, peccare mortaliter, quia tales picturæ oculis obiectæ valdè ad luxuriam prouocant.

Sed circa præsentem difficultatem censeo optimè philosophasse Patrem Turrianum *in select. disp. cent. 2. dub. 18.* vbi sic ait, Distinguendum est, nam si sermo sit de imagine hominis, aut scemina: quantum ad partes, quæ turpes non sunt, licitum est illas pingere; etiam si nuda pingantur, quia istæ per se non mouent ad malum. Secundò tamen si pingantur partes inhonestæ, & occultentur non erit peccatum illas pingere; quia tunc non mouent ad malum; & ita solent pingi imagines Sanctorum aliquando. Tertio si occurrerit causa aliqua iusta pingendi partem aliquam ex his, quæ dicuntur inhonestæ, posset pictor excusari à peccato. Explicatur, quia si scemina absque vlla causa manifeste partem turpem, sine dubio erit peccatum; & tamen si illam manifeste ex necessitate ad medicinam propter morbum, non erit manifestatio, peccatum; & idem est de verbo necessario ad explicandam rem turpem.

De his qui retinent tales imagines, & in loco publico eas collocant, in quibus non facile occurrit iusta causa illas retinendi; si enim eas volunt conseruare ad ornatum, & ostentationem, possunt illas retinere partibus turpibus cooperitis per artem, & ego ipsas personas testes facio suæ intentionis, si velint illum manifestare, vt prudens confessor iudicet, an illud faciat cum peccato, aut sine illo.

Restat explicandum, an sit peccatum mortale tales imagines retinere. Aliqui absolute docent esse peccatum mortale, quia videtur grauis materia. Alij putant non esse peccatum mortale; & explicant: quia non semper est peccatum mortale proferre verbu aliquod turpe, quod est imago rei inhonestæ. Ergo à simili non semper erit peccatum mortale talem imaginem retinere, tamen ita pars inhonesta esset depicta viuis coloribus, & aliis circumstantiis, vt vehementer moueret ad peccatum graue, non esset facile hoc excusare.

R. 4. Huc

Huc vsque Turrianus, cui adde doctum & pium, ac mihi amicissimum Patrem Ottonellum ex eadem Societate *t. de pictura c. 3. q. 1.* & Franciscum Bricchium in *Promptuario Confess. p. 2. c. 22.* vbi sic ait, Peccano mortalmente coloto, che tengono, ò dipingono cose dishoneste, come à dire Donne con le patti vergognose scoperte, ò con vole diafano, è trasparente; perche cose tali incitano molto al piacere di Venere.

Itaque dicendum est esse peccatum mortale pingere imagines turpes, & inhonestas, quia scandalum actiuum nunquam est licitum, & negare nō possumus hic concurrere scandalum actiuum, quia manifestare partes inhonestas est, vel opus malum, vel habens speciem mali, cum moueant ad peccatum; quia imago inhonesta multo magis mouet ad malum, quam verbum aliquod turpe, & certum est hoc esse peccatum.

Retinentes autem dictas imagines palam, & in publico, puto etiam peccare mortaliter, nisi illas retineant ornatus causa cum aliquo velo cooperatas; ita ut facile non possit amoveri, & idem Pater Ottonellus *vbi supra c. 4. q. 7.* sic ait, Concludiano, che buon modo per rimediare all'offenità delle statue, e delle pitture ignude, & impudiche, si è il ricoprirle con vesti, ò col riparo delle tele. Cofì nel secolo passato fu per comando Papale coperta con bronzo la nuda statua della Giustitia, che mirasti collocata in Roma per ornato il sepolcro del gran Vicario di Christo Paolo Terzo; e fanno gl'eruditi, che vn antico Senatore fece coprire con ornamento di finissimo oro due bellissime statue, che erano ignude.

Et in vero vna pictura oscena, che è artificiosissima, con essere coperta massimamente con tela, non perde punto d'artificio, anzi conseruasi piu lungamente, acquista maggior stima, e si può senza molto pericolo di peccare, ò di mouere à peccare, far vedere solo da persone intendenti dell'arte, e virtuose di spirito, oue se stà esposta à gl'occhi di tutti publicamente, seruet di publica fucina à Demonij per infocare mille laetre di libidinosi pensieri, e per ferir i cuoti di moltissimi poco fondati nello spirito, e nell'amore della Christiana purità, è virtuosa modestia: Ita ille. Quod vrinam à Principibus, & viris nobilibus obseruaretur.

Nec obstat dicere vsum esse in contrarium, nam respondeo, hoc non esse verum, & erit vsus illicitus, nisi fiat cum dictis circumstantiis. Dicere autem quod dictæ imagines primariò fiant ad ostendam perfectionem artis, & idem non refert si ex accidenti moueant ad peccatum. Respondeo, quod si ostensio perfectionis artis esset necessaria, excusaret eam actionem à peccato; sed ad vsum communem non potest occurrere necessitas, quæ excusat ab occultatione illarum partium. Et idem semper pingendæ sunt cooperatæ; immò penitus abscondendæ.

Ex dictis patet, me rectè respondiſſe his diebus interrogatus de hoc casu, An mulieres aliquæ, quæ in quadam Cinitate Status Ecclesiæ incedere publicè volebant cū aperte pectoris, & mammillarum nudata, An inquam dictæ mulieres essent à confessariis absolvendæ, & negatiuè respondi, ac præter Albertum de Albertis, & Petrum Marchan. à me alibi adductos, adduxi nouissimè Bricchium *vbi supra in Promptuario Confess. pars. 2. capit. 23.* vbi sic ait, Le donne che portano vesti così fortilli, che se li vedono le mammelle, & il petto, possono scusarsi dal peccato mortale, se ciò fan-

no secondo la consuetudine della Patria, è senza mala intentione; impetroche tal parte pare honesta, e pare che le Donne habbiano il ius d'accommodarsi alla consuetudine di già riceuta, quale non costa, che così facilmente tira ai peccato, farebbe ben peccato mortale l'introdurre tal costume, perche le cose insolite più mouono, & incitano.

Ita ille, cui adde Nouarinum in *sermone spiritali part. 2. cap. 32.* Iosephum Roccaful in *praxi Theolog. moral. 1. 2. lib. 4. in 6. præcept. Decalog. cap. 3. n. 238.* vbi ita asserit, Dubitabis an fœminæ quæ veste tenui vtuntur, vt conspiciantur pectora & mammillæ peccent mortaliter? Bonacina *qu. 4. de marr. punct. 9. n. 23.* excusat à mortali, si id fiat iuxta consuetudinem Patriæ, & absque praua intentione. Et rationem reddit: nam pars ista videtur honesta, & fœminæ videntur habere ius accommodandi se consuetudini iam receptæ. Addit autem esse peccatum mortale introducere huiusmodi morem; alij tamen dicunt peccare mortaliter, quia aspectus istarum partium, quamuis non sint ipsæ partes inhonestæ solent prouocare ad luxuriam. Hæc Roccaful.

Et ante illum Caietanus *2. 2. q. 69. art. 2.* Nauarr. *cap. 23. num. 19.* Graff. *loc. cit. Bonacin. de matrim. quæst. 4. punct. 9. num. 22. quæst. 13.* Layman. *l. 2. tr. 3. cap. 13. numer. 11.* Filliuc. *tractat. 30. l. 10.* Baldell. *t. 1. disputat. 5.* qui omnes licet excusent à mortali fœminas portantes e consuetudine antiqua pectus & vbera nudata, attamen omnes clamant nullo pacto introducendam de nouo; immò multi docent extirpandam esse.

Vnde si talis consuetudo praua alicubi fuerit introducta putat Ioannes Maria de Castillento in *Theol. moral. Seraph. t. 1. verb. Consuetudo, diff. 22.* quod superiores tam Ecclesiastici, quam seculares tenentur sub peccato mortali supprimere & extirpare, quod variis rationibus confirmat.

Nota verò, quod idem de Castillento *diff. 24.* quaerit, Vtrum consuetudo antiqua, vel noua fœminarum portantium vbera, & pectus nudatum in aliqua patria excuset à mortali, & tolerari valeat ratione paucitatis materiæ, vel simplicitatis, & ignorantia.

Et respondet: Dico primò, paruitatem materiæ in hoc more fœminarum portantium vbera, & pectus nudatum excusantem à peccato mortali posse dari, mihi certum est; nam cum hic mos, & consuetudo habeat suam latitudinem circa modum magis, & minus lasciuum, & prouocatiuum ad libidinem; sanè poterit dari modus notabiliter obscænus, & notabiliter, seu efficaciter prouocatiuus ad Venerem; & minus obscænus, & leniter excitatiuus ad libidinem: mos ergo notabiliter obscænus, & prouocatiuus ad peccatum, est sanè illicitum, quæ vbera prostituunt vsque ad mediocritatem; ita ut torum pectus appareat, hic enim modus vtpote omnino inhonestus, & meretricius, est notabiliter prouocatiuus, experientia teste, ad libidinem, & hic modus, est certissimè peccaminosus, nec vilo modo excusari à peccato, & hunc modum in superioribus difficultatibus acriter impugnamus.

Dico secundò, quod in quibuscumque locis viget antiqua consuetudo, vt fœminæ incedant publicè cum pectore, & mammillis notabiliter nudatis, possunt à mortali excusari ab ignorantia inuincibili, & vera simplicitate, quia ignorantia inuincibilis legis, & præcepti, maxime quādo dubitatur etiam

etiam ab aliis an obliget sub mortali, excusari à culpa: itaque ignorans fœmina aliqua inuincibiliter talem modum incedendi cum vberibus nudatis esse vitiosum, & peccaminosum, potest excusari à mortali similiter, quæ vera simplicitate præciso omni alio malo sine eodem modo incedunt, putantes certè id sibi licere, quia communiter aliæ eiusdem conditionis, & status fœminæ tali scolaria vbera nuda, & pectus ostendente vtuntur, nec iste modus à Superioribus Ecclesiasticis, & sæcularibus corrigitur, nec à propriis parentibus, vel maritis arguitur, nec (quod peius est, & lacrymis dignum) à propriis confessariis reprehenditur tanquam peccaminosum, sanè excusantur à peccato, quia vbi dolus non est, peccatum esse non potest; statim vero, ac seu per confessarios, Prædicatores, superiores, vel aliquas grauiores matronas monentur talem modum esse impudicum, vitiosum, contra rectitudinem naturalis, & moralis honestatis, & mortaliter peccaminosum, quia valdè prouocatiuus ad libidinem oculos insipientium hominum, tenentur talem vestendi modum deponere, & vbera, & pectus aliquo honesto velamine, non tamen transparenti contegere, aliter se mortali peccati reas cognouerint, æternis poenis infeliciter punientur pro tam inutili, vanoque modo portandi pectus, & vbera nudata. Huc vsque Castillento. Quæ omnia magis confirmantur, vt superius dixi à Patre Alberto de Albertis, & à Patre Petro Merchan. à me alibi adductis.

An sit probabilis opinio aliquorum asserentium, Equites Hierosolymitanos non esse verè Religiosos.

RESOLVT. XXXII.

Sæpius calamum sumpsi in meis operibus pro defensione dictorum Equitum, & nunc denuo libentissimè sumo; & affirmatiuè ad dubium propositum responderet Marcus Vidal in *Arca Theol. moral. tit. de iudice Inquis. 4. num. 24.* vbi sic ait, Aduertendum tamen hæc omnia affirmata, & probata in hac secunda nostra conclusione esse probabilia, & in conscientia tuta, supposita tamen alia probabilis opinione, quod Equites Hierosolymitani non sint verè Religiosi: affirmant aliqui Doctores, vt Ioan. Andreas, Gregorius Lopez, Bartolus, Baldus, Alexander, & alij, quos refert Roderic. in *Summ. quæst. Regul. tom. 2. q. 62. artic. 13.* quoniam referente Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 3. quærit. 2. versic. sciendum est,* Abbas Silu. Arm. & alij aperte docent huiusmodi Equites non esse propriè Religiosos, sed latè tantum. Ita ille.

Sed prorsus aduersus illum contrarium omninò firmandum est; & ideo Pater Turrianus in *consuetudine Theol. conr. 3. dub. 18.* sic ait, An sit probabile asserere, milites S. Ioannis non esse Religiosos? Non defuit qui ita sentiret; sed omninò improbabile est, vt multi sentiunt, & constat ex dicendis infra de essentia status Religiosi. Hæc Turrianus.

Vnde stante communi opinione DD. & tot Bullis Pontificis apertissimè loquentibus, sacrarum Congregationum responsionibus, & S. Rotæ infinitis Decisionibus, temerarium existimo hodie aliter sentire, ac docere: & idem Magister Texeda ex inclito Ordine Dominicano in *contro. Theol. mor. tom. 1. lib. 1. tractat. 1. contro. 2. num. 5.* sic asserit,

Dico tertio Equites Militares S. Ioan. prout nunc sunt in Ecclesia, sunt verè, & propriè Religiosi, & in vero statu religioso. Hæc conclusio est communis, & probatur, quia emittunt tria essentialia vota in manibus Prælati, in Religione militari approbata, quæ est vera Religio instituta, & confirmata ab Urban. Pontifice Max. propter bonum, & religiosum finem, scilicet iustum bellum quod suapte natura ordinatur ad defendendam fidem Christianam, & Ecclesiam ab insidiis inimicorum eius, ergo prob. anteced. quia huiusmodi Equites militares emittunt verum, & integrum votum castitatis secundum regulam approbatam, & votum obedientiæ in manibus Superioris, & promittunt perfectam paupertatem, qualiter illi statui decens est, & efficiuntur dominij incapaces, ergo, &c. Hæc ille, & vt dixi communiter Doctores.

Rectè itaque Pater Lezana in *summ. quæst. Reg. tom. 2. cap. 5. num. 5.* dixit pro comperto esse, Milites S. Ioan. veros esse Religiosos, & Leander de Sacra. *tom. 2. tract. 4. d. 14. q. 120.* & Pellizzarius in *Man. Regul. tom. 1. tr. 1. c. 3. n. 30.* dicunt hoc indubitatum esse, & certissimum.

Hinc Ioannes de Soria in *Epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 4. disp. 2. §. circa commutationem*, sic ait, Item potest commutari virtute Bullæ votum Religionis S. Iacobi, Calatrana, & Alcantara: quia sub opinione est, an sit reseruatum; minimè tamen votum Militentis; quia isti equites sunt verè Religiosi, taliter, vt per professionem dirimatur matrimonium ratum.

Et idem non grauabor hic apponere verba Magistri Gallego in *Bulla Cruciatæ cap. 9. claus. 9. part. 3. dub. 160.* sic itaque asserit. El voto de entrar en la Religion militar de los Caualleros de la orden de San Iuan es reseruardo al Sumo Pontifice: y assi ni el Obispo le puede dispensar, ni el confessor por la Bula comutar, porque esta es verdadera, y propia Religion, tienen por instituto, y profession solemne la castidad de suerte que no se pueden casar: y assi el Cauallero que professasse en esta Religion de San Iuan, aunque estuuesse casado por palabras de presente, no auendo consumado el matrimonio es la profession valida, y se dirime y anula el matrimonio rato no consumado, como succede en las demas Religiones que tiene la Iglesia como ensena nuestro maestro Fr. Pedro de Ledesma de matrimonio *questione sexagesima prima, articulo secundo*; en la solution del argumento quarto principal, y en la suma de matrimonio *cap. 28. circa del fin.* y de hecho se hà dado por nulo el matrimonio rato no consumado contrahido por vn Cauallero que professo en la en orden de San Iuan como afirma Thomas Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 18.*

De manera que esta esclarecida orden militar de San Iuan, de tanta importancia para vna Monarquia Christiana, y exaltacion de la Santa fe Catolica, es verdadera y propia Religion con tres votos solemnes de Pobreza, Obediencia, y Castidad. Ita ille.

Vide etiam Andream Mendo in *Bulla Cruciatæ disp. 26. c. 12.*

Non debet igitur Pater Vidal contrariam sententiam probabilem vocare, & Auctores (quos pro se citat) vel loquantur de aliis Religionibus militaribus, vel non viderunt tot Bullas Pontificum, declarationes Cardinalium, & Rotæ decisiones, quæ postea prodierunt, vel non sunt audiendi, cum loquantur contra torrentem Doctorem,

rum, & qui contra omnes loquitur, non bene loquitur.

Nota verò, quod post hæc scripta inueni Magistrum Texedam in *controu. Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 1. controu. 17.* qui cum acriter pugnaſſet contra Marchinum aſſerendo Equites D. Iacobi, Calatranae, &c. non eſſe verè Religioſos, tamen poſtea n. 63. fol. 571. fatetur aliter dicendum eſſe de Equitibus Hieroſolymitanis, quos eſſe veros Religioſos ex vi voti, dicendum eſſe confirmat.

Ex his ego olim interrogatus reſpondi, quòd legatum in Teſtamento relictum ſub conditione, ſi aliquis efficiatur Religioſus, poſſet conſequi ſi talis efficiatur Eques Melitenſis; ſicuti ſi quis vouiſſet Religionem, ſatisfaceret voto ingrediendo Religionem Hieroſolymitanam, vt ego alibi probabiliter firmavi, & me citato concedit etiam Vidali, *vbi ſupra.*

Poſt hæc ſcripta præter Doctores citatos, ſententiam Parris Vidali nouiſſimè inuenio tanquam improbabilem damnare doctum, & amiciffimum, Patrem Eſcobar de Mendoza in *Theolog. moral. l. 7. ſect. 2. c. 44. Prob. 91. n. 736.*

An beneficia Eccleſiaſtica poſſint ex natura rei dari dignis, omiſſis dignioribus.

RESOLVT. XXXIV.

NOuiſſimè affirmatiuam ſententiam tenet Ioannes Pontius in *curſu Theologia diſput. 59. quaſt. 1. concluſ. 4. num. 40.* vbi ſic ait. Ex natura rei officia Eccleſiaſtica poſſunt abſque peccato dari dignis, omiſſis dignioribus, quoties ex hoc non timetur rationabiliter ſecuturum damnum Eccleſiæ, aut animarum. Hanc tenent plures Auctores, quos citat, & ſequitur Diana contra multos alios, quorum tamen aliqui dicunt officia non habentia curam animarum, nec ſunt maiora poſſe dari digno, omiſſo digniori; alij alias limitationes apponunt; ſed ſoſtaſſis pauci ex illis negarent concluſionem, vt à me propoſita eſt, quia videntur ſupponere communiter, quod ex omiſſione dignioris ſequeretur aliquod præiudicium; ergo non ſequeretur, poſſet omitti dignior, quantum ad fundamentum ipſorum.

Probatur concluſio ex fundamento propoſito pro ſecunda concluſione, quia omninò ſufficit, vt ij quibus committitur diſtributio horum officiorum in bonum Eccleſiæ, & animarum, prouideant ne incurtant detrimentum, cui obligationi ſufficienter ſatisfaciant, eligendo dignos.

Confirmatur; quia non poteſt oſtendi, ex quo capite obligarentur ad eligendum digniores ſub pœna peccati, præſertim mortalis, de qua obligatione loquor.

Confirmatur ſecundò; quia aliàs maxima pars electionum quo ſunt Episcoporum, & Curatorum, eſſet peccaminosa mortaliter, quod non eſt dicendum abſque vtgentiſſimo fundamento: nam ſanè vix poteſt vllus eligens, aut præſentans ſiue ſit Papa, ſiue Rex, ſiue Capitulum, ſiue Episcopus in conſcientia ſua affirmare, quod ipſe putet eum quem eligit, aut præſentat, eſſe digniorem, aut tam dignum, quam omnes alij qui eligi poſſent: eſſet autem neceſſarium, vt hoc iudicarent, ne peccarent; ſi eſſet illa obligatio eligendi digniorem.

Obijcies: Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform.* Omnes

verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque ius, quacumque ratione, à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innouando, hortatur, & mouet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius facere poſſe, quàm ſi bonos paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant; eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtilis ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint: ergo electores tenentur ſub mortali peccato digniores eligere.

Reſpondeo diſtinguendo conſequens: quando ſi non eligerentur, ſequeretur periculum aliorum peccatorum, concedo, quando non, nego. Itaque Concilium loquitur in caſu talis periculi, vt manifeſtè patet ex ipſiſmet ſuis verbis, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi digniores, &c. quibus ſignificat, rationem ob quam mortaliter peccarent, non eligendo digniores, eſſe, quod communicarent peccatis aliorum: ergo ſupponit aliqua peccata committenda ratione electionis minus digni ob quæ vitanda magis dignus eligi deberet: ergo non loquitur Concilium in caſu concluſionis, qui eſt, quando talia peccata non ſequerentur.

Poſſet etiam conſequenter Concilium intelligi de dignioribus comparatiuè ad indignos; nam reſpectu horum digni ſunt digniores, quamuis non ſint digniores ſi comparentur ad alios magis dignos.

Obijcies ſecundò: tam difficile eſt, præſertim hoc tempore, animas gubernare, & præſtare, quod ſpectat ad officium Episcopi, vt merito quis debeat exiſtimare, neminem, niſi digniorem, abſolutè eſſe dignum: ergo tenetur eligere digniorem.

Reſpondeo, negando antecedens, quod ſi eſſet verum, non faceret ad rem, quia concluſio agit de caſu, in quo præter digniorem reperitur alius, quem prudenter iudicat eſſe dignum. Et hæc omnia docet Pontius *loco citato.*

Sed non bene me citat; nam ego loquutus ſum, quando parum differt dignior à digno, at Pontius magis abſolutè loquitur, & concedit cum opinione Gloſſæ, quæ in *c. licet ergo 8. q. 1.* ait: Digniorem dimittere, & ſolum dignum aſſumere non aſſimet mortale peccatum: quia nemo tenetur ad melius, ſed ad bonum, & vitandum malum. Et melius operari, conſilium ſit non præceptum. At qui beneficium, aut Episcopatum digno conferat, operatur bonum, quamuis melius faceret ſi dignioribus conferret. Saltem ergo digno conferre; eſt dimittere dignior, mortale non erit. Et idem tenet eadem gloſſa in *cap. conſtitutis, de appellationibus, c. 3. in reparationibus*, reſertque Adrianus ibi idem tenuiſſe Ioannem Andream ſuper dictum cap. licet ergo, & id quidem tribuunt Caietano, Iantanculo 12. & 94.

Verùm his non obſtantibus ego olim docui, & nunc iterum doceo, peccare mortaliſſimè in beneficiis habentibus curam animarum, ſi quis eligeret dignum prætermiſſo digniori, quod latè probant communiter Doctores.

Dico igitur duos reſpectus interuenire in electione ad beneficium; alterum in ordine ad Eccleſiam, cui debetur dignus miniſter, ratione ſtipendij quod

quod illi applicatur; Qui reſpectus pertinet ad commutatiuam iuſtitiam, cui ſatisfit conferendo beneficium digno; quamuis non ſeruetur debita fidelitas excluſendo magis dignum. Alter autè reſpectus eſt ad iuſtitiam illius, cui beneficiu conferitur, qui pertinet ad diſtributiua iuſtitiam, cui non ſatisfit eligendo minus dignum. Et propterea ex duplici parte, peccatum committitur, & ex defectu debitiæ fidelitatis, & ex defectu proportionis, quam requirit iuſtitia diſtributiua.

Et ex his patet reſponſio ad præcipuam rationem adductam à Ioanne Pontio in fauorem ſuæ ſententiæ *vbi ſupra*; nam reſpondeo, illam procedere in ordine ad ſeruitium Eccleſiæ; ſed non procedere, & eſſe omnino negandam in ordine ad perſonam, cui beneficium conferendum eſt, & qui propter maiora merita eſt dignior, & ideo ſecundùm iuſtitiam diſtributiua præferendus eſt digno.

Et ita hanc ſententiam præter Doctores à me alibi adductos latè; & doctè cum ſuis ampliatiuibus, & limitationibus nouiſſimè pertractat, me etiam citato Pater Thomas Hurtado omnino videndum *t. 1. rr. 12. c. 1. §. 7. n. 1412. cum ſeq.* Magiſter Marcus Serra in *2. 2. D. Thom. q. 63. art. 2. dub. 1. egegiè* Pater Gerunda, de *Episc. tom. 2. l. 6. diſp. 7. c. 1. cum ſeq.* Zapata de *iuſtitia diſtributiua p. 2. c. 6. per totum*; & alij penes ipſos.

Nota ſuperius dicta procedere etiam quoad ſuprema conſilia Regum, & quoad dominos Proreges, quando proponunt Regi (*nella nomina*, vt vulgo dicitur) aliquem ad Episcopatum, &c. nam in tali caſu tenentur proponere digniores, & ita ego olim docui cum Puente, Hurtado de Mendoza, & nunc inuenio hoc etiam docere Thomam Hurtadum, *loco citato §. 8. n. 1529.* & Magiſtrum Zapata *ſupra*, vbi ſic ait, Idem dicendum cenſeo de iis, quibus à Rege eſt iniunctum, vt ei magis digni pro huiusmodi Episcopatibus, & beneficiis proponantur, peccare item mortaliter, ſi minus dignos ſcientia, aut prudentia, aut morum compositione, attentè locorum, & ſubditorum neceſſitate (vt ſupra attigimus) dignioribus præferant promouendos. Non ſolum ſi digniores prætermittantur, ſed etiam ſi in graduum, & locorum antelatione in conſultationibus poſtponantur. Ita ille, & iterum ego. Verùm poſt hæc ſcripta inuenio Tamburinum multa congerere ad probandum non eſſe peccatum mortale eligere dignum omiſſo digniori, ita ille in *Decal. p. 2. l. 8. rr. 3. c. 4. §. 4.* Sed hæc opinio eſt prorsus reſellenda, & ipſemet n. 11. optimè fatetur non eſſe in praxi conſulendam.

An qui in concurſu, omiſſo digniori, eligit dignum, teneatur ad reſtitutionem.

RESOLVT. XXXV.

Satis quidem probabile exiſtimo, vt alibi protulauit, & patet ex Amico in *curſu Theologia t. 5. diſp. 34. n. 24.* eligentem dignum extra concurſum, relicto digniori ad beneficia curata, ad nullam reſtitutionem teneri.

Difficultas eſt, an idem dici poſſit de electione in concurſu, & negatiuam ſententiam tenent Doctores, quos citat, & ſequitur Thomas Hurtadus *tom. 2. contr. 12. c. 1. §. 12. n. 1792.* quia ex vi concurſus, & edicti ſi quoddam placitum ſaltem implicitum eligendi digniorem eorum, qui ſe exami-

ni ſubiiciunt; Vnde in edicto dicitur quod cuique ſeruabitur ius ſuum: ergo ex vi edicti eſt promiſſio electoris faciendi rectum iudicium, & ferendi ſententiam pro digniore, ex vi cuius promiſſionis omnes oppoſitores ius acquirunt, vt inter ipſos dignior eligatur, & non ſolum quod non eligatur alius extra oppoſitores; eſt enim concurſus iſte concertatio quædam propoſito præmio, in qua neceſſario imbibitur pactum de dando digniori; quod includitur in ipſo edicto, niſi aliud exprimat.

Et ſic lex, & ſtatutum ordinans, quod beneficium conferatur in concurſu, ſicut ſtatuit Trident. *ſeſſ. 24. cap. 18.* de beneficiis parochialibus habet implicitam promiſſionem de dando digniori, immò illam expreſſit Trident. quæ promiſſio cum oneroſa ſit, habet pactum vltro citroquè obligatorium ſine quo Eccleſia non tranſfert vices ſuas collatoribus, & diſtributoribus, niſi digniori conferat; & ſic diſtributor ſi ſic non conferat, meritò cenſetur eſſe in fraude & dolo, teneturque fraudato digniori reſtituere, iſte enim fraudulentus impeditur, vt potè non ſans promiſſioni, & digniori ius ſuum euertens, de quo euerto datur digniori ius appellandi, vt determinat Pius V. in ſua Bulla *de conferen. benef. curat.* Et idem ius videtur habere quicumque dignior omiſſus in concurſu cuiuscumque alterius beneficii, vel Cathedræ; ad quod conuocantur oppoſitores per concurſum.

Hucusque Hurtadus, cui adde nouiſſimè Patrem Gerundam de *Episcopo tom. 2. l. 6. diſp. 12. cap. 4. numero 1.*

Sed his non obſtantibus, præter Sotum, Ledemā, Nauarrum, & Henriquez citatos ab Hurtado *vbi ſupra*, affirmatiuam ſententiam tueri Magiſter Ioannes Zapata y Sandoual Auguſtinianus in diſceptatione de iuſtitia diſtributiua impreſſa Valliſoleti anno 1609. & directa ad Comitum de Lemos; ſic itaque aſſerit *p. 1. c. 3. n. 11.* Adhuc in noſtra ſententia perſiſtimus, aſſerentes ex eo quod magis dignus prætermittatur, obligationem reſtituendi non ortiri.

Et ſic ad id, quod ex Concilio deductum aliquid noſtræ determinationi opponi poſſet exiſtimari; Reſpondeo, in Concilio Tridentino, & in motu proprio non dari ius magis digno, vt quaſi proprium ſit illius beneficium, aut iure ſuo debitum, ſed ſolum præcipi; vt dignior eligatur propter vtilitatem Eccleſiæ, quæ quidem obligatio etiã eſt de iure diuino, & naturali. Illius tamen tranſgreſſio non obligat, ad reſtitutionem, quia tamen datur ius examinationis, & approbationis, ſi alij præter hos eligantur, tenentur electores ad reſtitutionem, ſcilicet ad eligendum aliquem ex approbatis. Similiter quando ex approbatis, elector eligit vnum tanquam magis dignum habet ius ad petendam inſtitutionem, & collationem tituli, nõ ex maiori dignitate; ſed ex electione illius iam facta. Quod verò poſſit dignior prætermiſſus appellare ad Superiorem, vt prior reuocetur electio, potius noſtram aſſertionem confirmat. Nam ſi valida ſit prior electio digni, non ſit facta iniuſtitia ſtricta magis digno. Talis enim iniuſtitia ſententiam annullat, ſed propter ipſam vtilitatem Eccleſiæ, quam intendunt Concilium, & ſummus Pontifex, datum fuit de nouo ius digniori prætermiſſo, vt appellaret, poſcendo notum examen Potuit enim in priori examine reperiri iniuſtitia in modo procedendi, aut in eo, quod non fuerit pronunciatum vt dignior, qui notabiliter, & notoriè magis

magis dignus erat. Nam licet ex tali dignitate non habeat propriè ius ad beneficium collatum, est illi ius ad rescindendam priorem electionem, quæ non fuerat rectè, & ad intentum Ecclesiæ facta.

Ex quo infero idem fore dicendum in cathedra- rum, Vniuersitatum, & Canonicarum Ecclesi- arum, quæ per veram, & propriam oppositionem, & suffragantium placita conferuntur.

Nulla enim ex electione digni, etiam si dignior omittatur, obligatio restituendi suboritur, vt expressè M. Soto, Nauarrus, & alij determinant, & omnes ij, qui supra citati sentiunt nullam oriri obligationem restituendi, quando beneficium conferretur alicui digno, digniori dimisso: Nam prorsus militat vtrobique eadem ratio. Non enim digniori Cathedra, Canonica, aut beneficium debetur proprio eius iure, aut propriæ iustitiæ titulo; sed Reipublicæ, Ecclesiæ, aut vniuersitati debetur directè digno ministro ex commutatiua iustitia, cuius transgressio in hac parte non obligat ad restitutionem: Neque illam petunt Respublica, Vniuersitas, aut Ecclesia quando illis datus est dignus minister; secundarius autem respectus, vt magis digni remunerentur, efficit quidem vt grauius peccent, qui digniores non præferunt; non tamen tribuit titulum vt ipsis aliquid restituatur. Et hæc omnia docet Zabata *vbi supra*, ex quibus habetur responsio ad argumenta, quæ pro sua firmanda sententia adducit supra Pater Hurtadus.

Quid ego sentiam, dicam breuiter, Prima opinio est communior, & sequenda, & illi ego adhæreo; Sed an opinio contraria Soti, Zapatae, & aliorum sit practicè improbabilis, vt vult Thomas Hurtadus, *vbi supra*, remitto me iudicio Doctorum virorum.

Nam ego absolute inuenio Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 1. dub. 46. n. 1.* vocare illam probabilem, & ad argumenta Hurtadi respondere, vocauit illam etiam probabilem Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 7. c. 11. dub. 8. n. 7. in princip.*

De impediente ne aliquis obtineat beneficium; An teneatur ad restitutionem?

RESOLVT. XXXVI.

Collator iam destinauerat conferre beneficiū Sempronio, Titius malo animo & odio in ipsum collatorem ne hoc faceret, impediuit; postea poenitentia ductus, quærebat à Theologis an teneatur ad restitutionem. Quidam ex ipsis affirmatiuè respondit, nixus, vt ipse assererat auctoritate Patris Thomæ Hurtadi *var. tom. 2. r. 12. c. 1. paragr. 10. n. 730.* quia habet expressè in *l. 2. paragr. 9.* Idem latro *D. de aqua pluua arcenda*, vbi dicitur, *non teneatur ad restitutionem, si aquaductum, qui venit per tuum fundum ad vicini possessionem, dummodo (ait Paulus Iurisconsultus) hoc non faciat animo, vt tibi noceat.* Idem expressè determinat Iurisconsultus Vlpianus *l. 1. §. 12.* denique D. eodem, quæ leges cum rationis naturalis ductu sint factæ, non solum habent vim in foro externo, sed in interno; sunt enim expressiue obligationis naturalis, & ego non solum habeo actionem ne me ex odio, & vindicta impedias à consecutione beneficij aut legari, quia nec charitas, aut iustitia legalis permittunt tuum malitiosum impedimentum, sed etiam ex iustitia commutatiua.

Et ratio est, quia quilibet habet ius strictum ne alius illi iniuriam faciat, atque ex odio, & vindicta impedit ne aliquis consequatur beneficium aut legatum; vno modo iuste, & sic non peccat; alio modo iniuste, putat si intendat eius nocumentum, cum impedit propter odium aut vindictam, aut aliquid huiusmodi, & tunc peccat mortaliter, & tenetur restituere pro ratione damni.

Sed ego de hoc casu interrogatus negatiuè respondi, & præter Doctores à me adductos; hanc sententiam tenet Zapata *de iustitia distributiua p. 3. c. 4. n. 9. cum seq. cap. ult. n. 23. cum seq.* & Gerunda *de Episc. tom. 2. l. 6. disp. 13. c. 3. num. 2. cum seq.* Probat hęc opinio, tum quia odium, siue nocendi animus ex se non sunt contra iustitiam, sed contra charitatem; quapropter si quod externè fit, iuste alioquin fiat, vt miles vt. g. occidens quempiam in bello iusto, non faciet contra iustitiam, neque obnoxius erit restitutioni, etiam si ex odio, & contra charitatem id præstaret, & iudex reum iuste condemnans, vel mutans testamentum testatoris, licet ex odio, neque contra iustitiam facient, neque ad restitutionem obligabuntur: tum quia motiua ratio actus interni etiam iniustitiæ non facit ad obligationem inducendam restituendi, ni ex eo actu inæqualitas aliqua derivata esset: quam obrem tamen si quis ex prauo iniustitiæ motiuo, operari, quando formaliter ex iniustitia quidem operaretur: nihilominus tamen, ni ex formalissima illa iniustitia sequeretur aliquo inæquale, iniuriam, vel iniustum, sicut non conferretur verè & completè facere contra iustitiam; ita ad restitutionem non obligaretur. Demum quia inæqualitas, iniustum, vel iniuria, damni que alteri illatio, atque ex hoc, vel illo motiuo fieri potest, hoc igitur accidentarium respectu illius erit.

Hinc si absque odio, quod fit, alteri erit nocuum eodem etiam pacto odio addito erit.

Itaque ad summum, vt ad rem nostram propius accedamus, odium, ex quo impedimentum alicui ad aliquod bonum sternitur, vel rationem potuit habere signi ostendentis illud, quod factum est esse contra ius fasque iustitiæ non seruatur; Idque plerumque licet non semper verum existiment, cum infallibile signum non sit: vel causa erit, ratioque impulsiva, seu inductiua iniustitiæ, iniuriæ, vel inæqualitatis; malum enim quod inimico volumus efficaciter ni vires desint, facili negotio inferimus, quod subindicatur. Alio præterea modo declarari potest, si intendas nocumentum illius, quem impedis propter odium, vel vindictam, aut aliquod eiusmodi; nam particula propter, causalitatem finalem, seu rationis formalis importat, vt haberi p̄met D. Thomas *1. p. q. 19. art. 5.* quando nimirum refertur ad voluntatem, quæ propter finem operatur, vt in casu nostro, & probè notauit Vasquez *1. 2. disp. 4. c. 4. paragr. quod verò.*

Restat modo respondere ad argumenta Patris Hurtadi, & ad auctoritatem sancti Magistri respondeo cum Nauarro, D. Thomam ibi loqui de eo, qui non quomodocumque animo nocendi, sed simul iniuste impedit quempiam ab aliquo bono, siue quia ad id alter habet ius ex firma dantis voluntate, quam sufficere ostendit Cardinalis Tolentus *l. 5. summa cap. 19.* ex M. Soto *l. 4. de iustitia q. 6. art. 3.* siue quia per vim, fraudem, aut dolum, quis alterum impedit, quod est iniuste impedire: sic D. Thomam interpretatur M. Soto, quem sequitur M. Valentia. Vel illum cum M. Rebellio exposuerim

fuerim, D. Thomam non existimasse, animum nocendi secundum se obligare ad restitutionem; sed asserere voluisse, vt plurimum esse causam, qua quis mouetur ad aliquid impediendum à bono consequendo, vel ipsi ex iustitia debito, vel per modos iniustos,

Ad legem verò *2. ff. de aqua pluua arcenda*, Primò respondeo, in ea non tractari de obligatione restituendi, sed de actione, quæ datur contra alterum, quali ex iniuria, & dolo, quæ actio non datur, quando deficit animus nocendi; sed quantum ad obligationem restituendi, quamuis ille qui bono animo fecit, non teneatur restituere, non sequitur à contrario sensu, vt ille, qui malo animo facit, teneatur ad restitutionem.

Nam argumentum à contrario sensu valet in iure, quando in iure contrarium non disponitur iuxta *glossam capituli significasti, de foro competentis, per l. autem procul, & l. fluminum paragr. ult. ff. de damno infecto absolute habetur*, cum qui in suo aperit puteum; etiam si venas vicini inferioris præscindat, non teneri, ac merito, quia aqua transiens iure naturali, tua est saltem quoad tibi opus fuerit, & animus in mente retentus nihil operatur, & quando factum de se non est iniustum ex intentione mentis, non inducitur restitutionis obligatio.

Secundo ad eandem legem Respondeo, illam non loqui de intentione interna, sed de facto ipso exteriori, quod quidem iudicatur iniustum, quando eo modo fit vt noceat alteri, & non ad vtilitatem propriam, & hoc constare potest ex ipso modo, quo impedimentum præstatur proximo ad consequendum bonum sibi debitum, vel quando datur occasio ad eius nocumentum, quæ occasio necessaria non erat ad vtilitatem propriam, neque ad vtendum iure suo.

Hoc autem, quòd Valentia duplici verificatur exēplo, Primum est; quando riuus aquæ per vnius fundum deriuatur ad agrum ad alterius, & ille ad cuius agrum prius accedit, aquam aut præscindendo venas, aut fossa aliqua sibi inutili, impedit, ne deriuetur ad agrum alterius, tunc enim ex facto ipso malus animus nocendi constat, & obligatio ad restitutionem, quam non incurreret, si vtendo iure suo in proprio agro tantum aquæ infunderet vt parum alteri superesset, vt diximus in primo intellecto.

Secundum exemplum in legibus citatis constituitur, quando aliquis aquam fluuiam ab agro proprio diuertit, quæ quidem ex illa deriuatione alteri nocet; Nec datur actio, neque obligatio restituendi. Si tamen poterat, sine alterius nocumento proprium damnum impedire, ex illo facto; alteri nociuo constat malus animus, & datur actio de iniuria, & obligatio ad restituendum, non ex malo animo interiori, sed ex facto exteriori malum animus, prauamque & iniquam voluntatem ostendente.

Et ita ex suprascriptis apparet, me in hoc casu satis probabiliter consuluisse, Titium, ad nullam restitutionem teneri Sempronio, & ita mecum senserant viri docti.

Anton. Diana Pars XI.

An Regulares teneantur eligere in Superiores, digniores.

RESOLVT. XXXVII.

Affirmatiuè olim docui, sed nouissimè nominatim contra me, & contra communem tenet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. c. 1. n. 1562.* ex Caietano *in summa verb. electio officialis*, vbi sic ait; Si in electionibus spectetur ad spirituale tantum officium ad quod eligitur, cum eligatur ad onus, cessat ratio iniuriæ respectu dignioris, & sufficeret eligere dignum; sicut in cæteris onerosis officiis credimus sufficienter prouidisse, si eligimus dignum.

Limitat hanc sententiam Hurtadus quoad Abbates perpetuos, & Generales, in cæteris verò Superioribus putat non adesse obligationem eligendi digniores; non enim circa hos adest personarum acceptio; quia officia ista non dantur Religioso electo tanquam parti Communitatis; iustitia enim distributiua, cui opponitur acceptio personarum, est quando Communitas respicit membra tanquam partes, quibus distribuit bona communia secundum proportionem cuiuscumque, hæc enim officia Regularia non sunt nec secundariè instituta, tanquam præmia meritorum, cum potius sint onera grauissima instituta ad Regimen regulare, & vt Religio habeat bonos Prælatos, qui subditos contineant in obseruantia, & charitate. Vnde Caietanus *vbi supra* dicit egregiè, quòd Prælati minus idoneus, gratus tamen ouibus, melior est illis Prælato magis idoneo & minus illis accepto; Quoniam ibi charitas coalescit, hęc periculum operandi ex metu. Et sic ista non debentur beneficia tanquam præmia dignioribus; si enim essent præmia instituta, allicerent ad sui desiderium; quod in Religiosis, qui perfectionem profectur, est ambitionis fomentum, & sic ab institutore Religionum, nec secundariè intentum, atque ita non est personarum acceptio dare ea dignis, omittis dignioribus; multas alias rationes adducit Hurtadus pro sua firmanda sententia, quas penes ipsum videbis.

Sed ego contra Hurtadum non recedo à sententia, quam sæpius docui, & nunc iterum doceo; est enim communis, vt dixi, & illam præter alios Doctores alibi à me adductos, nouissimè tunc eruditus P. Andreas Gerunda *de Episcopo tom. 2. lib. 6. disp. 13. c. 7. n. 10.* vbi sic, Dico septimò, Religiosos propriis obligari constitutionibus in omnibus ordinibus ad meliorem in Prælatum eligendum, quæ quidem constitutiones Religionum videntur pactum exponere inter electores, quicumque illi sint, & ipsammet Religionem, qua data est eis facultas eligendi non alium in Superiorem, quam præstantiorem, quod videretur ipsi iuri naturali quàm maximè contentaneum; est enim res maximi momenti, cum Regularis Superior eligatur ad Prælatum, quæ curam habet animarum, Hinc quàm plures Religiosi ordines iuramento suos obstringunt, quo se præstantiores in Superiores eligere obligantur; Immo omnes Regulares illud præstare præcipit Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium datis 25. Iunij 1599. per hæc *num. 36.* iurentque electores secundum veritatem cuiusque conscientie probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, &

ante omnia prælegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum, & per Urbanum VIII. anno 1624.6. mensis Octobris, hæc eadem confirmata, & publicata fuerunt: sic etiam Patres Societatis Iesu in Congregatione Generali ad electionem Generalis Præpositi hanc egregiam suffragij ferendi habent formam, relatam in decretis primæ Congregationis eiusdem Societatis decreto 16. tacto enim pectore in hunc modum iurant.

Testem innoco Iesum Christum, qui sapientia est æterna, quod eum eligo & nomino in Præpositum Generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum.

Hinc falsam arbitror Caietani sententiam in *summa, verbo electio in Prælato*, qui quamvis absolute sub initio docuisset in pastorem, Ecclesiasticum eligendum esse meliorem, deinde ad medium huius tituli ait, In electionibus si spectaretur tantum officium ad quod eligitur, cum sit solutus oneris, rationem cessare iniuriæ, respectu dignioris, ac sufficere eligere dignum. Et quod caput est de Episcopis hoc idem dicere non veretur. Verum falsam hanc esse sententiam merito dixerim, ob rationum momenta loc. sup. cit. indicata. Quamobrem absolute sentiendum est, meliorem esse eligendum in Prælato Regularem; Imò nomine potiori, cum vitæ perfectionem sectentur Religiosi tum Electores, tum subditi, atque iuxta finem proprii, ac præstantissimi instituti, digniores profecto Prælati desiderantur, ad quorum electiones, ut potè ætiori vinculo deincti, strictius etiam tenentur. Neque formalitates Caietani in huiusmodi materia innixæ rebus ipsis physicè, vel moraliter consideratis alicuius sunt momenti; Et licet essent, & nõ fieret contra iustitiam distributivam, omissione dignioris: at fieret sanè in Religiosam Rempublicam, & contra commutativam, & contrarium asserere, tum est absque fundamento, tum contra communem.

Hucvsque Gerunda, qui etiam subdit, si ad solum Generalem Religionis pertineat eligere superiores, obligari ad eligendum digniores, vel æquè dignos post sufficientem, atque exactam diligentiam circa cognitionem personarum.

Vide etiam Giragum de *regimine Ecclesie part. 1. dub. 3.* per totum, qui postea in sequentibus dubiis, merito inuehitur in Religiosos, qui in Capitulis generalibus Religionum capita factionum nuncupantur; contra quos etiam exardescit Laurentius Peyrinus de *Prælo 9.2. cap. 3. §. 3. n. 19.* & Thomas Hurtadus *vbi supra n. 1641.* vbi ita asserit, Quam malè faciant quidam qui potentes sunt in capitulis, & capita factionum, & gremiorum nuncupantur, qui ante electiones, & ingressus capituli faciunt tractatus non solum consultorios, sed factionales, ut hi vel illi eligantur, & non alij diuersæ factionis; quamvis enim liciti sint tractatus, (etiam viuentis Prælato, ut constat ex *cap. si transirus 29. dist.*) per modum consultationis, ut agnoscat dignus qui eligendus sit, ut tenet Moltesius *vbi supra c. 16. n. 47.* tamen tractatus factionales, ut de meo grege tot eligantur, & de tuo tot, prorsus illiciti sunt, & ex illis omnis pestis regiminis regularis oritur, & fouetur ambitio, quæ venenum est in Religione. Vbi enim huiusmodi partialitates existunt, nec præmiatur virtus, nec punitur vitium, sed virtutes gremij oppositi vitia iudicantur, & vitia gremialium suorum virtutes reputantur. Ita ille. Deploranda est igitur miseria istarum Religionum, si quæ repetuntur, in quibus talia perpetrantur.

An aliquando licitum sit eligere indignum ad beneficia.

RESOLVT. XXXVIII.

Contra Cardinalem de Lugo negatiuam sententiam sustinet Thomas Hurtadus *var. 10. 2. tr. 12. cap. 1. §. 5. n. 1472.* Quia licet licitum sit consulere minus peccatum ut euitetur maius, ut est communis, & certa sententia; tamen nunquam licet efficere minus peccatum ut euitetur maius, quia non sunt facienda mala ut eueniant bona, & multo minus, ut non eueniat maius malum; atqui electio indigni cognitã ut talis, de quo non concipitur spes, quod futurus sit dignus, & idoneus; sed quod semper manebit in sua indignitate, est intrinsecè mala, & iure naturæ prohibita: Ergo nunquam licet etiam ad euitandam electionem indignissimi. Neque in hoc gero negotium Ecclesie, imò illam euerto, licet non ita malè. Quare licet ego electoribus possum consulere ut eligant indignum, potius quàm indignissimum; tamen nullus elector potest eligere indignum, nec examinador illum approbare. Sicut possum consulere, ut quis abscindat membrum, potius quàm occidat, tamen non possum concurrere ad abscissionem; non enim Pontifex est dominus, sed dispensador beneficiorum habentium animarum curam. Quare indigno cognito, ut tali, nequit conferre, & sic elector inferior nequit licitè concurrere ad electionem indigni, ut euitet electionem indignissimi, sicut potest quis concurrere ad furandum 500. ut euitet factum maius, quia dominus pecuniæ rationabiliter consentit, quia est illius dominus & potest, si vult, cui placuerit donare. Cum ergo Pontifex, in quo residet tota plenitudo, & dominium Ecclesie non sit spes, quod per se, vel per alium rectè administrabit, & in utilitatem Ecclesie, nullus inferior poterit eligere, & nullus examinador ipsum approbare: sed relinquendum est Diuinæ prouidentie, ut moueat ceteros, ut approbent, vel eligant dignum.

Sed in defensionem Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo assero eius sententiam esse satis probabilem: Ponamus itaq; esse tres oppositores, quorum solus vnus sit dignus, qui tamen relictur iuste, vel iniuste ab aliis electoribus, vel reprobat ab examinadoribus; secundus est indignus, sed tertius indignissimus, & qui suis sceleribus, conditione terribili, prauis inclinationibus turbabit Ecclesiam, fortasse hæresim introducet in prouinciam, in quo casu vtiliter gero negotium Ecclesie, si eligam indignum, ut auertam electionem indignissimi; quamvis enim indignus eligi nequeat, hoc tamen est verum quando sunt digni, qui hic & nunc eligi possunt, qualiter nõ est in præsentia, quia alij coelectores illum nolunt: atque ita respectu mei perinde est, ac si non esset talis dignus, & ita possum eligere minus indignum.

Et ita hanc sententiam præter Lessium, quem sequuntur est Lugo, docet nouissimè Pater Gerunda de *Epis. tom. 2. lib. 6. dist. 6. c. 2. n. 22. cum seq.* asserit etiam nonnulla esse mala intrinsecè ac per se, ut nullo pacto neque ex aliqua circumstantia boni rationem sortiri possint, sic mendacium; alia verò quæ mutatione circumstantiæ vel bona, vel saltem non mala euadunt, sic enslem depositum, Domino negare ex se malum est; at si Dominus furiosus factus fuerit, rationi profecto consentaneum est, ut

enslem

enslem ei minimè restituum: Eligere autem indignum, malum quidem est non primi generis, sed secundum, cum aptitudo vel ineptitudo dispositio sit respectiua in ordine ad commune bonum Reipublice gubernandæ. Quamobrem cum hic & nunc respectu huius Ecclesiasticæ Reipublice hic incipit: secundum quid malæ conditionis sit defectu melioris, licebit eius electio; quam solutionem mihi videor deduxisse ex D. Thoma 2. 2. q. 120. art. 3. ad 4. qui cum sibi opposuisset minus malū esse eligendum ut vitetur maius, & consequenter posse quempiã mentiri, ut alterum præferret ab homicidio. Respondet mendacium esse malum, non solum ex dano quod infert, sed ex suamet inordinatione, ob quam ut diximus, cohonestari nequit.

Ceteras rationes videbis penes Gerund. loco citato, & ided ex his appareat, posse aliquem electorẽ Imperij eligere indignum, si sciat eligendum indignissimum pro Imperatore, quem sibi constaret infectum esse hæresim.

Sed maior difficultas est in sequenti dubio, An sit licitum aliquando eligere in Parochum, vel Episcopum hominem improbum, & prauis moribus notorie indignum, & diffamatum concubinarium, si alias nõ reperitur alius idoneus ad administranda Sacramenta: affirmatiuè respondet Peyrinus 10. 1. de *subdito q. 1. c. 3. §. 3. concl. 3.* Probat: quia in hoc casu non esset eligere indignum, sed providere bono communi, ad quod electores tenentur, cui nec aliter, nec alio modo, consulere possunt. Et enim quamvis electus administraturus sit Sacramenta indignè, tamen electores ad hac non concurrunt, sed solum permittunt, sicut permittuntur meretrices ad euitandum maius malum, & sicut qui perit mutuum ab usurario, qui non dabit, nisi cum vluris, & qui petit Sacramenta à Parocho, quem scit administraturum in mortali. Et ratio à priori est, quia electus potest in gratia, si conuertatur ad dominum ministrare: Quod si non conuertatur, & in peccato ministret, culpa sua est, non electorum, qui solum attendunt in illa necessitate providere bono animarum, quæ indigent administratione Sacramentorum ad salutem.

Verum ad hæc argumenta respondet Thomas Hurtadus *vbi supra §. 1. n. 1356. cum seq.* & negatiuam sententiam firmat, quod etiam docet Malderrus in 2. 2. tract. 9. cap. 2. dub. 6.

Titius habitans propè domum Sempronij, multa vasa ab ipso furatus est, sed cum incendio utraque domus vna nocte vastaretur, quæsitum à me fuit, An Titius teneretur ad restitutionem, cum furtum perisset eodem modo, ac si in manu domini esset.

RESOLVT. XXXIX.

Affirmatiuè respondet Paludanus in 4. dist. 15. q. 2. artic. 1. concl. 5. & Couarruias in *regula peccatum 2. part. §. 6. n. 1. in fine*, & ad hoc magis accedere videtur Ioannes Medina C. de *rest. quest. 3. in fine*; & facit pro hac parte *lex ex iniuncto ff. de vi & vi armata*, vbi habetur, si res pereat casu fortuito teneri eum, qui eam abstulit; etiam si pereat sine culpa sua, ad illius restitutionem, quia à principio fuit in mora, & idem probatur *ex leg. 1. §. rectissime eodem tit.* Probat.

Primo, quia licet non teneantur ad hanc restitutionem Anton. Diana *Par. XI.*

tutionem ratione rei acceptæ; cum iam non extet, & casu perierit; tamen tenentur ratione iniustæ acceptionis, & retentionis, hoc enim ipso, quod voluerunt illam furari; ad restitutionem illius se obligarunt; siue apud dominum eodem modo esset peritura: siue non esset.

Secundò, quia fortè non perisset nec eodem nec diuerso modo apud dominum, si in eius manu fuisset; alienasset enim illam dominus, vel fortè vendidisset ante illius interitum, & peritionem.

Itaque si res casu fortuito, vel subita hominum incurfione iusta, non iniusta, perit apud furem, vel iniuriam possessorem, similiter, & eodem modo apud dominum sine vtilitate illius peritura, teneris restituere.

Sed mihi placet opinio contraria quæ negat omninò furem (idem dicito de quocumque alio iniuriam possessore) ad restitutionem teneri rei furtiua, quando in eius manu perit, si eodem modo casu, que certo, & infallibiliter, non sub dubio, erat apud dominum sine vlla illius vtilitate, ac commodo, v. g. iusta hostium incurfione, non iniusta, peritura. Hoc colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. eam docet Couarruias *ad regul. peccatum part. 2. §. 6. n. 1.* Ioan. Medina C. de *rest. q. 6. conclus. 6.* Siluester *verbo restit. 7. qu. 5. paragr. 3.* Sà *verbo debitum n. 11.* Ludou. Lopez 1. part. *instrucl. cap. 95.* Rosella *verbo restit. 16. paragr. 2.* Petr. Nauar. *lib. 4. de rest. cap. 1. n. 27. §. 28.* Lessius *lib. 2. cap. 12. de iniuriis fort. dub. 5. num. 92.* & ibi citat Nauarrum in *summa Lat. cap. 17. num. 8.* sed ibi nihil apud Nauarr. tale reperitur: Ratio est.

Primo, quia aliud est teneri furem ad restitutionem ex mora non restituendi, etiam si res apud dominum simili casu, eodemque modo sine illius culpa esset peritura; aliud teneri ad restitutionem non ex mora, si res esset similiter, & eodem modo peritura apud eundem dominum sine vlla illius commodo: in primo casu tenetur fur, & iniustus possessor ad restitutionem, in secundo non tenetur. Ratio est, quia in primo casu, si res absque mora domino fuisset restituta, potuisset, & non potuisset eam vendere, & alienare ante ipsius rei interitum; & sic iam fuisset ei ea res utilis & quia cum fur eam non restituit, cum posset, priuatus fuit dominus ea vtilitate, quare necessariò tenebitur ad restitutionem, quia per moram ei fuit in causa damni; In secundo verò casu si constet, quod antequam res simili modo periret, nec vendita nec utilis domino fuisset, nullo modo ei tenebitur ad aliquam restitutionem, nec etiam ad interesse aliquod lucri cessantis, aut damni emergentis, quia nullum damnum passus esset dominus illius, cum ante apetitionem inutilis ei omninò fuisset, infructifera, ut supponimus.

Deinde iniusta acceptio non inducit obligationem restitutionis, nisi quatenus infert damnum efficaciter: at hæc acceptio nullum intulit damnum; ergo ad illam non tenetur fur.

Dixi in mea responsione, non teneri furem ad restitutionem, si res eodem modo, & casu certo, & infallibiliter apud dominum erat peritura absque vlla illius commodo iusta hominum incurfione; quia si peritura esset iniusta hominum incurfione, & per iniuriam domino illatam, & apud furem eadem iniusta incurfione perit, vel casu alio fortuito etiam sine culpa illius, tenetur sine dubio fur ad rei restitutionem & ad omne interesse lucri cessantis, & damni domino inde emergentis, ut docet Lessius *d. lib. 2. cap. 12. de iniuriis fortun. dub. 15.*

num. 92. §. dico secundò ad finem; Et ratio est, quia ille, qui eam per iniuriam domini ab eo abstulisset, vel deualtasset teneretur, ergo etiam tenebitur ad eandem restitutionem ille, qui illum preuenit, nam obligatio quam alius subiisset, in illum necessarid transmittitur, vt patet.

Sed quid dicendum, si res non eodem modo quo apud furem perit, pereat apud dominum, sed diuerso & absque culpa illius, v. g. apud dominum peritura erat incendio, apud furem perit diluuiò; apud dominum hostium incurfione iusta, apud furem ædis ruina.

Aliqui tenent, teneri tunc furem ad restitutionem, si non eodem modo, id est eodem naufragio, incendio, & incurfione pereat apud dominum, & apud furem, Ita docet Petrus Nauarra lib. 6. de rest. c. 1. n. 23. Couart. ad regulam peccatum 2. part. §. 6. m. 1. Ioannes Medina supra, Siluester verbo restitutio 7. quest. 5. dum docent solummodò liberari furem à restitutione cum eodem modo res fuisset peritura in manu domini, quo perit in manu furis. Dicendum tamen est, parum referre quod isto, aut illo modo res pereat, si verè apud dominum erat omninò peritura absque vlla illius vtilitate, & sic nõ teneri furem ad restitutionem, si sine illius culpa pereat, quamuis pereat diuerso modo, Lessius 10. 1. lib. 2. de iniuriis fortun. dub. 5. num. 93. & Ludouic. Lopez 1. part. instr. cap. 95. §. addis tamen in fine. Interim efficaciter probatur ex l. Rhodia citata, vbi mentio fit de perditione nauis, & non de modo, & liberat nauam à restitutione, quando vtraque perit, quamuis contra domini voluntatem, & conuentum pactum ex vna in aliam transtulerit merces; quid enim refert, vt vna nauis pereat naufragio, alia incendio? aut ambæ eodem naufragio, vel incendio eadem navigatione pereant? Nec obstat, leges procedere in foro iudiciali, non in foro conscientie, quia lex ista sufficienter explicauit naturam rei pro vtroque foro, & certè contrarij Authores non videntur contra nos, cum enim dicunt excusandos esse fures, & iniquos possessores à restitutione, quando res eodem modo perit apud furem, quo erit peritura apud dominum & non aliter, intelligendi sunt non de eodem modo interitus, sed quantum ad veritatem, & integritatem ipsius interitus.

Sed in dubio præfenti de quo interrogatus fui, ego, obligauit Titium ad restituendum aliquid? Nam ipse sciebat fuisse plura ex bonis furtiuus quefita à Sempronio ab emporibus, quibus facile venderentur, & idè Doctores asserunt, quod si dubium esset, an res apud dominum periret, vel quia si apud illum existeret ante interitum fuisse vendita, vel distracta, aut ei aliquo modo vtilis, tunc quidem ei restituenda esset, vt docet idem Syluester dicto verbo restitutio 7. n. 5. in fine, Rosella verbo restitutio 16. §. 2. Sà verbo debitum n. 11. Ludou. Lopez 1. part. instr. 95. Petrus Nauarra l. 4. de rest. c. 1. n. 23. & Lessius l. 2. c. 12. de iniuriis fortun. l. 15. n. 92. §. dixi, & patet expressè ex l. cum res. §. fin. ff. de legibus, vbi si fundus legatus pereat, tenetur debitor ad illius restitutionem, quia legatarius potuit illum vendere ante illius interitum; patet etiam ex l. si verberatum §. si. ff. de rei vend. & ratio est, quia in dubiis melior est conditio innocentis, iureque possidētis.

Verum hîc breuiter discutienda erit quæstio, quid dicendum si res furata pereat apud furem, & possessorem male fidei ex dolo, & culpa illorum, cum tamen eodem aut diuerso modo apud dominum, sine culpa illius esset peritura.

Et negatiuè respondet Lessius l. 2. c. 12. dub. 15. n. 95. Probatur, quia illa res in se considerata domino nullius est pretij, nullius vtilitatis; nam apud illum certo, & infallibiliter erat peritura absque villo illius incommodo; ergo etiam si fur illam culpa sua deualtasset, & perdat non censetur domino inferre damnum alicuius considerationis, vel momenti, vt si segetes incendat; quas videt mox eluuioue apud dominum evertendâs; si annonam absumat, quæ proicienda est in mare, vel in naufragio peritura; si interficiat equum, quem hostis erat abducturus, quia quamuis in his & similibus casibus rem alienam quis perimat, alienet, vel consumat, non censetur damnum notabile domino inferre: & ex hoc fundamento sequitur non teneri ad restitutionem illum, qui hominem occidit, qui statim erat moriturus iusta sententia Magistratus, vel naturali morbo; etiam si grauiter peccet, non tenebitur tamen ad restitutionem damni, cum nullum dederit.

His tamen non obstantibus, aliqui affirmatiuè sententiæ adhærent, quam rueret Fagundez in Decalog. to. 2. l. 7. c. 17. Petrus Nauarra l. 4. de rest. c. 1. n. 17. Paludanus in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. conclus. 5. & à fortiori omnes illi, quos citauimus num. 10. quæ asserunt teneri furem ad restitutionem, si res pereat apud illum, etiam sine culpa illius diuerso modo, & tempore ab eo, quo erat apud Dominum peritura. Et ratio illorum est.

Primò, quia culpa nemini debet patrocinari, patrocinareretur autem maximè si fur, cum res perit culpa sua, ad restitutionem illius non teneretur.

Secundò, quia latro non debet esse melioris conditionis, quàm depositarius, immò nec æqualis, sed depositarius, si nihil accipit pro custodia depositi, tenetur ex dolo, & culpa lata mortali que si res apud illum pereat; quamuis illa apud Dominum esset peritura? si autem aliquid accipit, tenetur de culpa leui, & veniali, vt est doctrina certissima in materia de deposito, & commodato; ergo maiori cum ratione tenebitur latro ad restitutionem, si res apud illum pereat illius culpa lata, & leui, alioqui melioris erit conditionis, quàm depositarius.

At ego magis accedo sententiæ negatiuæ, quam tueretur etiam ex Vasquez, & Bonacina Gaspar Hurtadus disp. 6. de rest. difficul. 3. & ipsemet Nauarra, & Fagundez probabilem vocant.

Sed quid si res v. g. pallium Petri cras erat cum incendio domus ipsius Petri periturum, & de facto domus perit, & tu id sciens die, vel hora antecedenti illud ab eo furto abstulisti, & sic saluum fuit à periculo; similiter, quid si nauis, in qua merces Petri veniebant, peritura omninò erat, & antequam submergeretur, tu aliquas merces illius ex illa extraxisti, & saluasti? Respondeo teneri te in conscientia ad restitutionem in vtroque casu, si res extat, vel vendidisti, aut quocumque alio titulo distraxisti, quia res vbiicumque est, domini sui est, & pretium, ac commodum ex illa instar rei est; quare cum in tuam vtilitatem illam distraxeris, teneris illam restituere; ita Petrus Nauarra l. 4. de rest. c. 1. n. 26. §. sed quid, & n. 23. tenebitur tamen Petrus tibi soluere pretium laboris, & periculi, cui te forte exposuisti, vt rem saluares.

Imò si casu fortuito post incendium domus, aut submersionem nauis apud te perit, & fuisti in mora restituendi illam; teneris illam restituere domino suo, quia mora nocet ei, per quem fit.

Similiter si iam non extet, sed ante incendium aut submersionem nauis illam vendidisti, gratis dediti,

dediti, aut aliter in tuum commodum distraxisti, teneris illam restituere iuxta pretium temporis, in quo erat à domino vendenda, aut aliter distrahenda; ita idem Petrus Nauarra allegatus. Dices in nullo damnificauit dominum ille, qui ante incendium rem vendidit, aut aliter in suum commodum distraxit; immò & qui illam apud se retinet; si quidem esset omninò, & sine dubio peritura. Respondeo, hoc parum referre, vbiicumque enim res est, peracto eo casu domini sui est, & id falsitatis fuit domini, alioquin liceret omnibus, qui ad succurrendum incendia, aut naufragia accedunt, res perituras sibi accipere, quo quid absurdius? teneretur tamen dominus rei componere laborem positum in ea re ab incendio extrahenda.

An Pontifex possit transferre Episcopum ex vna Ecclesia ad aliam ob pinguiores redditus.

RESOLVT. XL.

Respondeo negatiuè, & ad hanc difficultatem Renodandam prius videndum est: quoniam iure fit prohibita translatio Episcopi ex vna ad alteram Ecclesiam, an iure diuino, vel Ecclesiastico, & esse prohibitam de iure diuino docuit Vasquez in 3. p. D. Thoma tom. 3. disp. 241. & alij.

Probatur ex cap. inter corporalia de translatione Episcoporum, dicens, quòd inter Episcopum, & Ecclesiam est spirituale vinculum matrimonij, quod est fortius, quàm vinculum matrimonij naturalis. Et esse hoc vinculum inter Episcopum, & Ecclesiam, ait, constat non tam constitutione Canonica, quam autoritate diuina; quod clarè videtur docuisse Euaristus Papa Epist. 2. qua est de Episc. electis, dicens, quòd Christus est sponsus, & Ecclesia eius sponsa, cuius nos filij sumus; Sacerdotes verò, id est Episcopi vice Christi legatione funguntur in Ecclesia, & sicut ei sua coniuncta est sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopi iunguntur Ecclesiæ vnicuique proportionem suam. Idem docet Calistus Papa Epist. 2. ad omnes Galliarum Episcopos c. 3. & sic cap. licet, de translat. dicit idem Innocentius III. quòd hoc matrimonium Episcopi cum sua Ecclesia in electione initum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, sicut istud iure diuino naturali, & non solum Ecclesiastico est insolubile, ita potiori ratione vinculum spirituale.

Verùm Pater Suarez de Religione tom. 3. libr. 1. capit. 16. num. 6. cum seq. putat dictam translationem esse vetitam de iure Ecclesiastico, & hæc opinio mihi placet, quod patet ex Praxi Ecclesiæ, & ad argumenta Vasquez respondeo; iurisdictionem, & indissolubilitatem in actu primo, atque in ordine ad vniuersalem Ecclesiam, vel ad aliquam peculiarem vage, ita esse de ratione intrinseca Præfatus iure diuino, vt impossibile penè sit vnum sine altero simul inueniri; secus verò censendum est de indissolubilitate cum hac, vel illa certa Ecclesia, quæ pender ex iurisdictionis applicatione, iure Ecclesiastico Pontificio faciendâ. Omnia autem iura à Vasquez allata, tum ex fine ad quæ sancita sunt; tum ex tènore, tum ex Glossis, tum ex vsu Ecclesiastico sic explicanda sunt, vt velint, non posse huiusmodi vinculum cum Ecclesia; propria autoritate Episcopi solui, sed solum ex facultate Pontificis, vt probè Panor-

Anton. Diana Pars XI.

mitanus cap. tuam, de ordin. coning. n. 3. nec ordinaria, sed specialiter ei concessa; atque in hoc sensu, & iam absoluta, dicenda, quapropter dispensatio in hoc vinculo grauem profecto causam desiderauit; non tamen ad eam grauem, ac requisitam in dispensatione ad ius diuinum, sine qua si habeatur, etsi illicita, valida tamen erit.

Vnde ex his assero, translationem Episcopi ex vna ad alteram Ecclesiam esse faciendam à Pontifice ex iusta causa, & idè ad necessitatem vel euidenter publicam, communemque vtilitatem Ecclesiarum, iustitia, atque vrgentia causarum translationis reducenda est, quibus Papa dispensans prospicere tenetur. Deduco ex c. quanto de translat. non enim homo (ait Innocent. III.) sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in Terris) Ecclesiarum necessitate, vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius autoritate dissoluit, & ni dispensatio hos habeat necessitatis, vel vtilitatis cardines, profectò non videtur appellanda dispensatio, vt notat Abbas hîc n. 5.

Probatur deinde, quia quod detrimentum Reipublicæ Christianæ potest excogitare maius, quàm ambitioni ostium referare: ab amore sponsæ, quo maximè prosequi eam tenetur sponsus Episcopus, & auocari, & recedere, qui quidem cum altera mox contrahere, vt sperat, ita ineritæ locum dare, quæ aggredi tenebatur difficilia omittere, præclara, & laboriosa ad bonum ouium spectantia potius declinare, ac per translationem subterfugere; Imò scandali præbere occasionem non vulgarem capendi Ecclesiam Catholicam stultiloquis hereticis, quippè qui Præfatus negotium ad quæstum potius, lucrumque temporale, ac priuatum commodum referri; paruula licet data occasione blaterant, qua ad commune bonum Christianæ Reipublicæ, ac spirituale cuiuscumque, quippè, quòd vt sic, & vt partis in totius corporis bonum commune dici poterit etiam redundare? quæ, ac sexcenta alia absurda lectori primo etiam intuitu occurrentia, demonstrabunt, quam vrgentes causas requirat hæc translatio. Tertio probatur conclusio ex cap. si quis frater 7. q. 1. quod causam necessitatis, aut communis vtilitatis necessariam ostendit ibi: Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est. Etenim illuc decet Prælatum accedere, vbi plus lucri spiritualis facere potest, licet maior ibi sit pena, vt habet Glossa verbo plurimorum ex c. sancta 2. q. 8. Denum finem huic assertioni imponamus.

Et tandem exponam hîc vnum de consiliis à Cardinali Bellarmino sanctitate vitæ, ac sapientia Eminentissimo, quinto loco exaratum in scriptura, quam Clementi VIII. Pontifici Maximo ex magno Christianæ Ecclesiæ zelo tradendam curauit, atque habetur capite 5. lib. 3. eiusdem vitæ, ait itaque, Quinta res (Bellarmini sunt verba, quibus libenter vtor, ne meis præclaram tantè viri doctrinam obscurem) est facilis translatio Episcoporum de vna Ecclesia ad aliam; translatio enim Episcoporum secundum canones, atque vsum veteris Ecclesiæ necessitatem, vel maiorem vtilitatem; neque enim instituta sunt Ecclesiæ propter Episcopos; sed Episcopi propter Ecclesias. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus ea solum de causa, vt Episcopi vel honore vel opibus augeantur. Propterea notum est ex cap. inter corporalia, de translatione Episcoporum, vinculum matrimonij spirituales esse aliquo modo maius quam

vinculum matrimonij corporalis, & idèd non posse solui, nisi à Deo, siue à Vicario Dei declarante voluntatem Domini sui; Quis autem credat velle Deum vt ob solum temporale lucrum, vel honorem, vinculum huius sancti coniugij dissoluatur; præsertim; cum id sine detrimento animarum fieri nequeat, vt experimentum ipsum docet; neque enim Episcopi Ecclesias diligunt, quas breui se deserturos sperant, vt ad alias commodiores transeant. Ad hæc autem Pontifex scripto suo in oris synographæ Bellarmini, vt aliis præstiti monitis hæc respondit. Nos cum difficultate transferimus, & non desimus monere Principes per nos, & per Nuntios nostros. Hæc verba tum Eminentiissimi Cardinalis, tum Sanctissimi Pontificis expressi, vt omnibus pateat, quam cautè Pontifices, & Reges in his translationibus procedere debeant.

Notandæ sunt tamen hic aliquæ causæ ex sacris canonibus ad translationem Ecclesiarum faciendas. Prima causa, malitia est Plebis, quando Plebs adèd duræ cervicis existit, vt proficere nequeat. Sic habetur in *c. nisi cum pridem. de renunciat.*

Secunda causa, veræ ac notabilis persecutionis ex Matth. 10. *si vos persequuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam*, quæ affertur septima *quæst. 1. cap. sicut alterius*, non ob priuatum solum Episcopi bonum, sed ne cura Pastoris in detrimentum vertatur ouium. Quamobrem addit Textus, si autem vtilitatis causa fuerit mutandus, &c. ac infra necessitatis, &c.

Tertia est senectus, illa videlicet, per quam impotens redditur Episcopus ad exequendum officium pastorale ex *c. nisi cum pridem. de renunciat. §. alia causa*. Verum hæc causa licet ad renunciationem sufficere videatur iuxta *cir. capit.* non tamen ad translationem, ne respectiue modo infra declarando.

Et tandem reliquum est mihi adnotare, neque defectum œconomiaæ atque administrationis rei temporalis Ecclesiasticæ, neque ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam prudentis, notam absolutè sufficere ad translationem, sed ad coadiutorem dandum, vt constat ex *c. quia frater 9. q. 1. Pelagij Papæ*, & meritò, cum hi defectus quicumque administrandæ Ecclesiæ noceant: non tamen inficior, non tantum alicui, vel prudentiæ, vel œconomiaæ, vel aliarum ad regimen desideratarum aliquando virtutum esse necessarium quantum ad vnam Diœcesim, & Ecclesiam, quam in præsentia regit administrandam aliquando requiritur, quod satis profecto censeretur ad minorem Ecclesiam regendam, ad quam facultas fieri posset absque eius tamen detrimento transeundi ob hanc ipsam causam, atque ob bonum Ecclesiæ quam relinquit, quod etiam dictum volo de senectute, corporisque imbecillitate; quæ quidem ex se, vt paulò ante institui dicere, ad mutationem Ecclesiarum minimè sufficiunt, sed solum ad coadiutorem habendum ex *capit. petiisti 7. quæst. 1.* verum respectiue, vt ita dixerim, quæ impedimento est senectus, vel afflicta valetudo regimini magnæ Diœcesis, poterit sanè non obstare alteri minoris, immò satisfubritas aëris, cœlique temperies Ciuitatis, ad quam fit transitus, ad hanc poterit translationem prodesse, dummodo non Episcopi tantum consularur personæ, sed vel bono communi Ecclesiæ quæ omittitur, nec probè regi à sene, vel attritæ valetudinis Præsule potest, vel alterius, ad quam transitus habetur, seruatis semper iis, quæ probè

notantur in *c. nisi cum pridem. de renunc. §. alia verò causa est.*

Et hæc omnia docet Gerunda *de Episc. tom. 1. lib. 1. disp. 1. cap. 4. & tom. 2. l. 7. disp. 11. capit. 2. & 3.* & circa præsentem quæstionem ne deserat etiam recognoscere Hurtadum *var. tom. 2. traët. 12. cap. 1. §. 9. limit. 2. num. 1595. cum seq. qui num. 1628.* respondet ad quæsitum huius resolutionis; sic enim asserit; Nullus Episcopus quamuis dignissimus dimoueri potest à suo Episcopatu, præcisè vt ei pinguius beneficium conferatur; nisi alia sub sit causa rationabilis. Quod si Episcopus nolit transferri, nequit Pontifex ipsum cogere, nisi sub sit magna Ecclesiæ vtilitas, vel nisi transferatur, aliquod magnum damnum timeatur vel Reipublicæ, vel Ecclesiæ, sufficit tamen, vt Pontifex possit id præcipere, quod speretur aliqua vtilitas vel in temporalibus, vel in morum reformatione illius Ecclesiæ, ad quam fit translatio. Propter quam rationem existimo posse Episcopum cogere Parochum dignissimum, vt se opponat concursui alicuius beneficij curati, aut Canonatus Magistral. Ita Hurtadus.

Sed ex Superius dictis, si aliquis cutiosus inquirat cur Pontifex hoc matrimonium spirituale per consecrationem consummatum magis dissoluere possit, quam carnale consummatum? Ratio est, quia matrimonium carnale consummatum Christus induxit ad significandam indissolubilem vniõnem Christi, cum Ecclesia per carnem assumptam, & proinde ex ratione huius significationis habet omnimodam indissolubilitatem; at verò matrimonium spirituale etiam per consecrationem consummatum, non habet hanc significationem, ut nec matrimonium carnale ratum, & nondum consummatum, quod proinde per ingressum Religionis dissolui potest, vt postea dicitur.

Quo pacto ergo inquit in *c. inter corporalia 2. b. s. dicitur*, spirituale vinculum fortius esse carnali? Respond. non dici fortius quoad omnimodam indissolubilitatem, quandoquidem variis modis dissoluatur, veluti translatione, depositione, renunciatione, auctoritate summi Pontificis facta; Sed quoad alios respectus, veluti quia per matrimonium spirituale solui potest carnale, & spirituale ad se trahit carnale, non è contra. Nam, vt diximus, matrimonium carnale ratum non consummatum, dissoluitur per ingressum Religionis, etiam altero inuito *c. ex publico 10. de conuersione coniugat.* & post matrimonium carnale, etiam consummatum, possunt coniuges mutuo consensu Religionem profiteri, vt etiam postea dicitur: è contra verò matrimonium spirituale non dissoluitur per carnale, nec semel professi Religionem possunt postmodum contrahere matrimonium carnale. Adde, quod matrimonium spirituale etiam indè fortius vinculum dici posset, quod operetur fortius, quatenus imprimat characterem, qui etiam post mortem manet, cum interim matrimonium carnale per mortem alterius prorsus soluatur, & hæc omnia docet Andreas Vallensis in *Paratitla ad decret. lib. 1. titul. 7. num. 4.*

Vndè non deseram hæc apponere verba alterius Professoris Louaniensis, & idèd Henricus Zoësius in *comment. ad decretales lib. 1. tit. 7. n. 2.* sic ait, Sotilius enim Romani Pontificis est auctoritas transferendi Episcopos *d. can. sicut in fine cap. 1. & 2.* vbi quod dicit Innocentius, vinculum matrimonij spirituale esse fortius vinculo carnalis, non meretur reprehensionem, quasi secum pugnet Pontifex, vt quidam

quidam volunt in sedem Apostolicam minus bene adfecti, cum optimus ille, sanctissimusque omnium iudicio habitus Pontifex, rectè prætulerit vinculum spirituale matrimonij, quasi fortius carnali, quod hoc soluatur morte; Itant non teneatur redire ad uxorem resuscitans, secundum Apostolum ad Romam. 7. & communem opinionem, de qua infra *tit. de secund. nupt.* Præterea per ingressum, & conuersionem alterius, vt dicitur *ad tit. de conuers. coniugat.* Spirituale verò non tollitur per mortem propter impressum characterem & per translationem, nec aliàs quam auctoritate summi Pontificis, cui soli, vt iam dictum, est auctoritas transferendi Episcopos. Et hoc est, quod in *d. c. 2.* solum intendit disputare Pontifex. Hæc Zoësius.

An, vt quis integrè confiteatur veniale peccatum, possit explicare complicem.

RESOLVT. XLII.

Affirmatiuam sententiam contra Eminentiissimum Cardinalem Lugo tenet nouissimè Pater Verricelli in *quæst. moral. traët. 8. q. 19.* quia, ait ille, quilibet habet ius, vt sua venialia peccata integrè confiteatur: ergo licitè vitur iure suo, quamuis indè per accidens, sequatur infamia proximi.

Respondet Lugo numero 397. hoc argumentum continet petitionem principij, & supponunt probandum, nam de hoc ipso est quæstio, An pœnitens habeat ius ad infamandum complicem, & per consequens an id faciens vitur iure suo?

Contra, tunc contineret petitionem principij, quando idem esset confiteri integrè, ac complicem infamare; sed ista diuersa sunt, & separabilia; nam potest esse integra confessio sine infamia, quia ignotus, vel nota eius peruersitas confessorio; ergo rectè arguitur, habeo ius ad integrè confitendum, ex qua confessione per accidens sequitur infamia complicis; ergo possum vti iure meo, non curando, sed permitiendo, quod indè per accidens sequatur proximi infamia; sic communiter Doctores docent: Mulierem posse vti iure suo, ne videatur inurbana domo exire, & permittere peccatum eam depereantis; sic possum vti iure meo petendo Sacramentum à Parocho, & permittere peccatum ipsius, quem scio indignè ministraturum.

Probatur secundò, possum ob notabile luctum temporale, ad quos ius habeo, manifestare occultissimum proximi peccatum: verbi gratia, frater meus instituit heredem mulierem ab omnibus honestissimam putatam, possum manifestare occultum eius concubinatum, vt secundum iura, irrito testamento, consequatur hæreditatem; ergo ob luctum spirituale integræ confessionis venialium, ad quam per se ius habeo, possum manifestare complicis peccatum.

Probatur tertio, ad subleuandum animi dolorem iniuria affectus, ius habeo, vt possum cum amicis conqueri, & manifestare proximi peccatum; ergo etiam ad purgandum animam, per integram venialium confessionem, possum complicem manifestare.

Verum, his non obstantibus, ego puto in praxi

non esse recedendum à sententia Eminentiissimi Domini mei Cardinalis Lugo, quam etiam tueretur, & sequitur Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. quæst. 63.* vbi quærit: An licitè possit pœnitens explicare complicem, quando id requiritur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia confessionis?

Et respondet, dicendum, quod non possit licitè (nisi aliàs ex confessione talis peccati, aliquod magnum bonum pœnitenti obueniret; vel ob petendum consilium, &c.) quia in hoc casu neque obligat integritas confessionis, nec Christi præceptum; nec idèd tenebitur confiteri bis idem peccatum, cum nulla sit obligatio illud confitendi; ergo non potest inueniri causa, cur pœnitens possit denigrare complicis famam, ita grauiter apud confessarium, cum tam facile possit illam conseruare.

Qui cum Lugo idem esse dicendum, affirmat, loquendo de peccato iam iterum ritè, & plenè confesso, quod scilicet nequeat pœnitens iterum apud alium Confessarium explicare eum nouo detrimento graui bonæ existimationis complicis; Secus verò dicendum de peccato mortali dubio; nam de hoc, idem ac de peccato mortali certo, affirmandum est.

An licitum sit in absentia infirmi vulneratè applicare eius sanguini medicamentum, vt asserunt, Sympaticum.

RESOLVT. XLIII.

Affirmatiuè respondet nouissimè Ioannes Petrus de Crescentis in *Præsidio Romano lib. 3. n. 113.* vbi sic ait, Vn Religioso per carità medicò certo pouer'huomo ferito in testa; applicando l'unguento simpatico, ol vitriolo Romano al sangue vscito dalla ferita, e curando quel rale in lonrana distanza. Fù dubitato s'egli peccò. Il medicare in questo modo è approuato da Medeci Esaià Menclnero, Gio: Ernesto Burgyrano, Oualdo Grollio, Deniello Bechero, Rodolfo Golen: Vvritichio, Cardano, Schenchio, Vvechero, Basilio Valentino Monaco, è da tutti i seguaci di Paracello, per l'inuentione di cui l'Imperatore Massimiliano così faceua medicare i feriti, come scriue Gio Battista Porta. *lib. 8 sua Mag. cap. 14. ad fin.* & l'eruditissimo Loredano loda questa inuentione nella sua Diana.

Et paulò infra reddit rationem, probat enim; Che le virtù occulte sono grandi, accompagnate dalla virtù simpatica c'hà il vitriolo col sangue; & il sangue con la ferita, che se per essempio la calamita non tira il ferro se non vicino; questo, è perche forse non hà virtù maggiore in quantità; ma quella di doppia simpatia nel nostro caso può essere più vigorosa, è trasferire per corpi fortissimi, è vel ocissimi dal sangue medicato alla ferita; sì che la calamita douunque sia, sempre si volta à tramontana; è sia questo, perche i monti di calamita, che sono in quelle parti, per s'è lontano spatio le communicano questa virtù simpatica, è ciò venga dall'astro, che è altrettanto mille volte più lontano, e pure à se la volge, trasferendole quella virtù, che la muoue. Vediamo per vna parte, che con questa maniera di medicate si guarisce, dall'altra non ci è demonstratione à conuincere che tal'effetto sia so pranaturale: dunque naturale

haffi à dire. Mi piace la risposta, che à cota l'esperienza dà il dotissimo Gio: Battista Sironi Fifico Milanese, Scrittore insigne di varia eruditione, il quale trattando filosoficamente questo caso *par. 2. tract. 8. doppo di hauer prouato, che la simpatia in distanza sì grande non può operare, conchiude che non già per alcuna soprannaturalità superstiziosa si guariscono cotali ferite; ma solo perche sendo ferite semplici, & nella superficie, sono arte à guarire de se medesime, quando vi s'habbia cura, che non faccian purreddine, & à guarire anco più presto, mostra co' Medici, e Filosofi assai giouare l'imaginaria disposta à muouere gli spiriti, mentre che l'huomo assicurasi douer guarire con quel simpatico remedio di cui tante sperienze ogni giorno si veggono. E certo, che egli si fa senza segni, senza parole, od altra superstiziosa osservatione, e percio molti credono, che à farlo non sia peccato mentre in buona fede si fa: nè si presume dolo, ò colpa in cosa che pubblicamente si fa, e si vuol fare, *Farina. de poen. temp. quest. 89. num. 62.* In quanto à me non costando di soprannaturalità, crederci, che non fosse peccato à farlo; poiche in dubio sempre diuersi riputare l'effetto naturale. Vnde ex his nouissimè Ludouicus Bertandus Loth Dominicanus in *Resol. Theol. tract. 14. quest. 1. art. 3.* docuit probabiliter posse rata conscientia, vti his medicamentis, renunciando tamen prius omni pacto explicito & implicito cum demone. Quia vel est probabile vel saltem dubium an pulvis ille, habeat talem virtutem, sed quoties est dubium, an effectus aliquis proueniat à causa naturali, eo quod non constet, an vires causæ naturalis excedat, necne; censendum est potius à causa naturali prouenire. Ergo licet vti tali remedio sine vilo vicio superstitionis. Ita ille, qui tamen subdit saluo meliori iudicio.*

Sed ego prorsus puto esse abstinendum ab his medicamentis, tanquam superstiziosis, & ita docet Bonacina *tom. 2. disp. 3. de leg. quest. 5. punct. 4. n. 15.* & alij penes ipsum.

Probat, nam interrupta sphaera actiuitatis, non potest agens naturale producere suum effectum, vt si inter magnetem & ferrum interponatur paries, non potest amplius magnes attrahere ferrum, vel si inter solem & hæc inferiora ponantur aliqua corpora densa, sol non amplius poterit eisdem effectus producere, quos modò producit, ergo etiam in nostro casu, si daremus sphaeram actiuitatis huius remedij applicari panno lineo, se protendere vsque ad infirmum distantem, nihilominus farendum est huiusmodi sphaeram, & contactum virtualem interrumpi per multa obiecta interposita, vt per multos parietes, in quibus clausi detinentur panni linei, quibus remedium applicatur; consequenter dicendum est huiusmodi effectum viribus naturæ fieri non posse.

Deinde omnis effectus vel est à causis naturalibus, vel à Deo, vel à malo spiritu, sed hic effectus sanitaris non est à causa naturali, vt probatum est cum nulla virtus naturalis agat in distans, sed per contractum: neque potest dici esse à Deo, quia quando non constet ex scriptura, vel ex Ecclesiæ traditione aliquem effectum esse à Deo, non debemus illum Deo tribuere: ergo erit à malo spiritu.

Item probatur, quia si hoc remedium applicatum panno lineo, vel ensi, vel ligno intincto sanguine naturaliter prodesset ad sananda vulnera in

tanta distantia, sequeretur etiam venenum, vel quid simile noxium, & lethiferum applicatum eisdem panno lineo nocere vulnere, cum par videatur vtriusque ratio; sed consequens est falsum: ergo & antecedens.

Et tandem, quia si huiusmodi effectus naturaliter producit ab hoc remedio, maximè quia est aliqua simpatia, & conformitas inter remedium, & effectum; sed hoc dici non potest, quia effectus sanitatis data quavis simpatia est effectus realis: ergo necessario fieri debet per aliquam actionem; actio autem non potest dari naturaliter in tanta distantia, cum non intercedat contractus, & impediat sphaera actiuitatis.

Vnde patet responsio ad ea, quæ adduxit Crescentius *vbi supra* ad auctoritatem Maximiliani Imperatoris, qui simili remedio utebatur ad sanandos vulneratos etiam absentes, vt refert Ioannes Baptista Porta in *sua magia l. 8. cap. 14. ad final. fol. 162.* quod remedium appellabatur vnguentum armatum; eò quod applicaretur ensi, quo infirmus lauciatus, & vulneratus fuerat; ergo videtur hoc remedium naturale, & permittendum.

Respondeo primo Cum Bonacina *vbi supra*, Maximilianum Imperatorem fortasse non vsum fuisse illo remedio in ea distantia, in qua adhibetur id de quo nos querimus.

Respondeo secundo, illud exemplum pati eandem difficultates, quas patitur casus à nobis propositus, præsertim cum actor illius vnguenti armati fuerit Paracelsus, qui fuit auctor damnatus; afferre autem inconueniens, non est soluere difficultatem.

Addo, illud remedium non approbari à Porta, sicut ab ipso cætera consueuerant approbati, quod indicium est alicuius superstitionis.

Dicendum est igitur ad actionem quamlibet prærequiri necessario contactum, vt ex pluribus Probat Paulus Aresius nostræ Religionis ornamentum *de generat. lib. 1. disp. 5. qu. 4. 1. sect. 7. qui ad 16. argum.* ex allata doctrina damnat tanquam procedentem ex arte Daemonum, curationem illam circa absentem cum panno eius sanguine intincto. Et ideo Hermanus Busembaum in *medulla theologia moralis lib. 3. tract. 1. dub. 4.* damnat tanquam superstiziosum, si vnguento armatio quo gladius inungitur, absens curatur. Immo aliqui putant, supradictos esse denunciandos in Sancto Officio: Vide Bonacinam, *vbi supra numero 19.* distinguentem.

Nec obstat superius dictis, quod in casu dubij, non est aliquis damnandus superstitionis, vt docet D. Thomas 2. 2. *quest. 60. art. 4.* & in re præsentis de superstitione Suar. *lib. 2. de superst. cap. 15. numer. 24.* Lessius *lib. 2. cap. 43. numer. 61.* Saytus *lib. 4. clau. regul. cap. 6. numer. 4.* Bonacina in *primum præceptum Decalogi disputat 3. quest. 5. punct. 4. num. 9. paragr. Verum quando dubitatur;* & alij apud ipsos: quia reuera plurima sunt, quæ contingunt ex virtute naturali, & tamen à viris etiam doctis, non satis intelliguntur quomodò contingant, vt videre est apud S. Augustinum. *libro 14. de ciuit. cap. 24. & lib. 21. capit. 5. & 7. tomo 5.* & apud Aristotelem *lib. de admirandis audicionibus;* & apud Plinium *libro 7. ferè per totum,* & apud Franciscum Victoriæ, *de Magia quest. 3. numero 8.* qui multa huiusmodi recensent, ac proinde neque ex eò, quod non satis constet, quomodo hoc, aut illud possit contingere naturaliter, est absolute iudicandum, non posse contingere.

Respon

Respondeo enim, nos non versari in casu dubio, sed certo & verissimo, agens enim non potest agere in distans; itavt contrarium asserere esset contra fidem secundum Molinam in 1. *part.* quod probat ex sacra Scriptura, & ided dixit Dauid, Deum esse vbique ex eius operatione, inquit enim, *Si ascendero in Cælam, tu illic es, & c.* & rationem subdit, *Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Et S. Paul. *Act. 7.* eodem modo argumentatur ita loquens, *quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum, in ipso enim vivimus, mouemur, & sumus.*

Sed hanc censuram Molinæ impugnat Aresius *vbi supra sect. 2.* qui tamen, vt diximus firmat pro communi, & vera sententia, quod ad quamlibet operationem requiritur contractus, & *sect. 7.* responder ad argumenta, quæ ex quibusdam experientis videntur contrariæ sententiæ fauere.

Ided Episcopi, & Inquisitores videant supradicta medicamenta, vt vocant sympatica, è suis Diocæsisibus eliminare: ex his mihi non placet modum sanandi iteritiam, vulgò Zafaram, mingendo in herbam, vel cum lotio mensurando infirmi corporis statutam, illudque diuidendo, &c. hoc enim pacto dabitur actio in distans, nisi fortè dicas herbam illam, Macrobius vocant, excitatam lotione, emittere aliquam virtutem in corpus infirmi per aërem diffusam: quod non est incredibile. Ita Tancredi *vbi infra n. 21.*

Nota etiam obiter pro curiosis, quod Delrio *lib. 1. disp. 3. cap. 3. q. 4.* & Baldell. *tom. 2. disp. 15. num. 24.* non putat esse superstitionem illam, quam putantur habere in Flandria quotquot sunt nati in die Paraceues, vt suo contactu sanent à febribus, & quotquot sunt nati septimi masculi ex legitimo matrimonio, nullo scemineo fœtu intercedente & Reges Francorum, vt sanent strumosos: Nam illis ait concedi virtutem in honorem diei, & propter sanctitatem mysterij quod tunc recolitur, & aliis in honorem matrimonij, & Regibus Francis omnino competere ex virtute diuina; Vide etiam doctissimum, & amicissimum Patrem Tancredi *de Relig. tract. 2. lib. 2. disp. 7. q. 6. n. 23.*

An qui in die Natiuitatis facit officium Diaconi, & sumit Eucharistiam ex manu celebrantis, possit postea dicere saltem duas missas.

RESOLVT. XLIII.

Affirmatiuè respondet Hieronymus Columbus *de Hierarchia l. 4. c. 70. num. 14.* vbi sic ait, Obiter in hoc loco occasione eorum qui sibi licitum esse putant cessare sæpius à sacrificio; non pigreat à simili alium scrupulum tollere, An Sacerdotes, qui in die Natali Domini in Missa solenni Diaconi officium gerentes communicant de manu Episcopi, possint eadem die celebrare saltem alias duas missas constitutas: Ratio dubitandi istorum est, quod facultas in illa recipiendi ter Eucharistia, solum Sacerdotibus data est in reperito ter missæ sacrificio; Sed Presbyter illa die velut Diaconus Pontifici ministrans, de manu illius communicat, non igitur illa die poterit velut Presbyter offerre sacrificium, sed saltem se legitime poterit excusare. Respondeo, quod hæc excusatio non perita, est excusatio manifesta modicæ deuotionis, & scrupulosæ conscientiæ, quæ à 1600. annis vsque adhuc

nulli venit in mentem; quod si ex quotidianis distributionibus Sacerdotem hæc die singulis tribus missis centum aurei assignarentur: nemo esset, qui se à triplici sacræ actionis munere prohiberet atque tunc omnes simul Doctores conuenirent, memores illius regulæ iuris quod priuilegia sunt amplianda, non restringenda, & quod Presbyter communicans de manu Episcopi in vna missa velut Diaconus, non per hoc cessat esse Presbyter illa die, sed ad horam tantum impedit ministerium illud inferius Episcopo, ac per hoc non amittit ius celebrandi reliquas missas, quæ illius diei diuersis horis sunt deputatæ: hoc etiam stante iuxta Suariz, ac meliorum Doctorum sententiam, quod tota hæc die sacratissima, à noctis dimidio incipiendo liceat omnes ac singulas tres missas celebrari à quolibet Sacerdote censuris Canonice non impedito, & hoc maximè deceat illa die exhiberi triplici sacrificio munus diuinæ maiestatis ob memoriam tergeniti Saluatoris, primò velut Verbum ab æterna mente Parentis: Secundò corporaliter de Maria Virgine factus homo: Tertio quotidie spiritualiter in corde suorum fidelium. Quia in quâ ter repetiti actione sacrificij hæc die vito spirituali, nulla maior toto anni curriculo spiritualis suauitas, ac iucunditas, ac pinguedo spiritus esse potest: Vnde à nullo penitus atque penitus renouenda est. Ita ille.

Sed prorsus hæc opinio est reiicienda, vt potè, primò contra praxim, & sic Romæ in Ecclesia D. Petri Canonici, qui faciunt officium Diaconi in prima Missa, & sumit Eucharistiam à celebrante, postea non celebrat, & idem facit eminentissimus Cardinalis qui in Sacello Pontificio ministrat vt Diaconus in Missa Papali, & recipit species sanguinis à Pontifice, nam postea non audeat celebrare, vt obseruauit alibi cum Cardinali Lugo.

Et ratio est, quia Sacerdos qui sumpsit Eucharistiam more laicorum, non potest in illa die amplius celebrare; priuilegium enim dicendi tres missas in illa die, conceditur celebrantibus; Ided si semel Sacerdos sumpsit Eucharistiam more laicorum, amittit ius in illa die ad sacrificandum. Nequom enim potest sumere Eucharistiam extra, & vltra Missam.

Nota etiam hic cum Dicastillo *de Sacram. tom. 1. ir. 4. disp. 9. dub. 17. n. 410.* quod Cardinalis, qui in Sacello Pontificio dicit Missam Natiuitatis ante mediam noctem; non potest postea dicere manè alias missas, quia cum iam celebrauerit pro die Natiuitatis ex prædicta Indulgentia Papæ concedentis, aut mandantis anticipare eam actionem intra ipsam solemnitatem, & festum, non censetur, pro tali Cardinali manere locus celebrandi post mediam noctem, sicut posset, si non celebrasset. Quæ ratione si esset præceptum non dicendi bis Matutinum in eodem festo, & ex priuilegio posset quis (id, quod nunc possumus) dicere Matutinum pro die sequenti anticipatè; scilicet ante Solis occasum aut mediam noctem, non posset iterum dicere post mediam noctem, quia vtens tali indulgentia, censetur iam dixisse, pro illa die, & celebritate, ad quam spectat illud Matutinum officium.

Vnde ex his non sunt admittenda ea, quæ asserit Caramuel in *Theolog. fundam. fundam. 30. §. 19. num. 515.*

Nota etiam hic obiter aliam singularem opinionem supradicti Hieron. Columbus *vbi supra cap. 62. n. 24.* vbi sic ait; Ex his iam satis patete potest responsio ad omnes rationes quorundam, qui falso, ac metaphorico illo suo stipendij nomine, & princ

principio negant vnicum Missæ Sacrificium sufficere posse pluribus, qui singuli diuersis temporibus mobilia, vel immobilia bona Ecclesiæ contulerunt, aut sigillatim Sacerdoti simul obolos tribuunt cum onere celebrandi. Nos autem stipendij nomen ab hoc ministerio penitus, atque penitus interdiximus, ac iuxta Christi Euangelium asserimus pro multis offerri hoc Sacrificium, ab eoque neminem sponte aliquid offerentem excludi posse, atque idem eorum dona, & munera, & Sancta sacrificia illibata à Sacerdote pro singulis offerenda esse, quæ singulis iuxta singulorum pietatem, ac Religionem proficiant.

Et sic ex dictis iam pariter refutata manet DD. quorumdam opinio indiscreta, qui falsis eiusmodi suis fundamentis innixi, putant, ut cum Sacerdos rogatus ab aliquo pro eo obtulit Sacrificium, si ille fortasse nihil ei tribuat, hunc posse à Sacerdote citari apud iudicem pro mercede. Sed qui talia indigna faceret, esset quidē, me iudice, dignus suspensione ab executione Sacri Ministerij, quod ita vilipendit. Ille autem, qui ei non aliquid tribuit, hoc solum pro pœna ferret, quod nullus impostertum Sacerdotum pro eo aliquid sponte daret. Missa nempe, obligatio spontanea interpretatur, non coacta. Vnde Sacerdotes qui in suis titulis, aut capellis quomodocumque prouisis de hostijs, & vino, & cera celebrant, si sæpè etiam sine vllò offeritorio rogentur à laicis pro se Missas agere, indignum videtur velle ab eis in exteriori iudicio aliquid extorquere. Ita ille.

Sed aliqua ex his cautè legenda sunt, ne dicam amplius, sunt enim contra torrentē omnium DD. & contra Praxim totius Ecclesiæ, quæ Columbus non vereretur improbare; idē profus est recipiendus.

An instrumenta musica sint in Ecclesiis adhibenda.

RESOLVT. XLIV.

TEmpore Diui Thomæ, ut patet in 2. 2. q. 91. art. 2. ad 4. Ecclesia nondum receperat vsum musicorum instrumentorum, & D. Augustini testimonio constat cytharam ab Ecclesia fuisse proscriptam: nonne, inquit in *Psalm. 32. concio. 1.* id egit institutio in nomine Christi vigiliarum istarum ut ex isto loco cytharæ pellerentur? Auctor quæstionum ad Orthodoxos apud Iustinū q. 107. affirmat sublatam esse in Ecclesiis vsum instrumentorum inanimatorum, & relictum esse canere simpliciter.

Verum quod post multa sæcula vsu receptum sit ut in Ecclesiasticis officiis instrumenta musica adhiberentur, nullo modo est improbandum; modo Christianam præferant cum grauitate, & suauitate modestiam: quia deprehensum est, multos Christianorum infirmos, & imperfectos, ita esse ad deuotionem prouocandos.

Vnde in his posse peccari non est negandum, ut si quis prophana cantet organis, eaque inserat velut partem diuini officij, ut loco alicuius Sacri Versiculi, vel Antiphonæ peccatum est ex genere suo mortale, tum quia hoc repugnat fini diuini cultus, tum quia est crimen falsi. Si non inserat ea velut partem officij, sed tantum applicet consonantiam soni ad verba diuina, videndum est quænam sit istius soni natura, vel conditio, quis euentus: si conditio talis sit, ut iudicetur esse prouocatiuus ad malum, peccatum est mortale, aut veniale secundum quantitatem mali, & prouocationis ad illud,

& similiter si audientes incitantur ad malum. Alioquin potest nullum esse peccatum, secluso scandalo. Si organis velit significare profana, solum causa delectationis, nō autem inferendum tranquillam partem officij, & ea prophana sint honesta, peccatum duntaxat veniale: si inhonesta, mortale.

Neque refert, quod sonus abstrahit à materia, & quod quilibet melodia soni potest applicari ad verba sacra: certum est enim, quod quidam soni sunt, ut accommodati ad delectationem audientium etiam qui non nouerunt illos, nisi ut sonos verborum prophanorum, aut lasciuorum: vnde, & per eos excitantur ad illa profana, vel turpia.

Itaque, ut habetur in *cap. cantantes dist. 92. ex S. Hier. in c. 5. epist. ad Ephef.* non sunt in Ecclesia in tragœdorum modum grotur, & fauces dulci medicamine leniendæ: id est electuariis ad vocem clariorem edendam, ut exponit ibi Gloss. nec theatralis moduli & Cantica sunt audienda, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. Et in eandem sententiam contra huiusmodi cantus, quibus deuotio contemnitur, & lasciuia propalatur multa habentur extranag vnic. de vit. & honest. Cler. & in Trident. sess. 22. in decreto, de obseruandis in celebr. Missæ, iungitur Ordinariis locorum, ut arceant ab Ecclesiis eas musicas, quæ sine organo, sine cantu lasciuum aliquid, & impurum miscent, & illos grauius improbant Doctores communiter, ut Palud. in 4. d. 15. q. 5. art. 1. Caietan. 2. 2. q. 91. art. 1. vers. inter hac, & in summa verb. organor. vsu, Nau. in man. cap. 12. n. 87. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 9. pun. vnic. Suarez, de hor. Can. cap. 13. num. 16. & 17. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 37. num. 7. Baldellus tom. 2. lib. 3. disp. 42. num. 16. Siluius in 2. 2. D. Thom. q. 91. artic. 2. circa finem, & alij.

In die Sanctæ Matris Theresia quis celebravit eius officium ex deuotione, quæsitum à me an peccauerit.

RESOLVT. XLV.

Sclusa bona fide, peccasse mortaliter ex Gauansto, & Barbosa docet Pater Lezana in sum. 10. 1. c. 12. n. 20. vbi sic ait, Mutare qualitatem officij, vel ordinem Breuiarij, recitando scilicet de Sancto, eo die, quo debet celebrari de feria, aliqui volunt non esse peccatum mortale, saltem si per duas, aut tres vices hoc fiat, Rodriguez t. 1. q. 42. art. 8. Miranda t. 1. q. 37. art. 13. verius tamen est talem immutationem facere, esse peccatum mortale in suo genere, nisi magna aliqua necessitas urgeat id faciendi, quia sic faciens contrariatur intentioni Ecclesiæ, quæ non vult aliter recitari officium Diuinum, nisi iuxta ordinem in Breuiariis approbatis, dispositum, Suarez t. 2. de relig. l. 4. de hor. Can. c. 23. à nu. 1. Toletus in sum. l. 2. c. 13. idem dico de mutatione ritus in officio dicendo, ut si celebretur duplici ritum festum, quod non est nisi semiduplex, aut simplex, Pontifices enim, qui præcipiunt uti aliquo Breuiario, non solum præcipiunt substantiam festorum, sed etiam modum, & formam, quibus celebranda sunt. Ita ille.

Sed pace viri amicissimi, rigida videtur eius sententia, etiam si standum esset opinioni asserenti officium pro officio non valere; & idē ego tunc interrogatus, respondi in hoc casu non adesse, nisi peccatum veniale: Et idē Pellizarius *tom. 1. tract.*

tract. 5. cap. 8. sect. 2. num. 70. sic asserit: Addit Lezana dicta de mutatione officij in officium, habere locum item in mutatione ritus; ut si officium de Sancto concessum sub ritu semiduplex, aut simplex, fiat duplex; verum si Lezana per hæc intendit in tali mutatione ritus peccati mortaliter, non videtur admittenda talis doctrina, nisi fortè in ea mutatione interueniret contemptus, aut graue scandalum; si quidem aliàs in hac re saltem leuitas materia excusaret à mortali, & rationes adductæ ad probandum licitam esse mutationem officij in officium, idem probabunt, & de mutatione ritus, cum in hac longè minor interueniat difformitas. Hæc Pellizarius.

Vnde doctus, & amicissimus Pater Tancredi, de Relig. tract. 3. lib. 4. disp. 12. quest. 1. n. 1. sic ait Hinc infero esse peccatum veniale dicere officium sub ritu duplici, vbi sit dicendum sub simplici, & contra.

Nec dicas cum quodam Neoterico esse mortale quia est prohibitio Sacræ Congregat. factæ verbo, &c. nam est ad locorum ordinarios, ne ritum mutant, ut patet legenti illam, quæ in Breuiario præfigitur. Ita ille, qui loquitur in terminis fortioribus, nempe quando officium dicendum est de simplici, & recitatur de ritu duplici, quod aliqui negant, licet admittant quando officium erat recitandum de semiduplex, ut est in casu proposito.

Ad decretum vero Sacræ Congreg. Rituum sub die 8. Aprilis 1628. Respond. primò, quod S. Congregatio in tali decreto prohibet, ne quis tanquã auctoritatem habens, possit pro suo libro mutare officia, ut clarè deducitur ex propriis verbis ipsius decreti: nam ibi hæc verba habentur; prohibetur ordinariis locorum tam secularibus, quam Regularibus addere calendariis etiam propriis Sanctorum officia, nisi ea duntaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sacræ Rituum congregationis; seu Sedis Apost. licentia conceduntur, non tamen prohibetur, quod neque etiam priuatim extra Chorum, quis possit permutare ad libitum officium; sicut nostra opinio affirmat, & docet: ergo est probabilis, & tuta in conscientia, cum tale decretum illam non reprobet.

Secundò, tale decretum S. Congregat. non reprobat nostram probabilissimam opinionem, quoniam solum prohibetur in tali decreto, ne addantur Calendariis noua officia S. S. quæ approbata non sint, vel in Rubricis Breuiarij Romani, vel à Sancta Sede Apost. ut videtur colligi ex verbis huius decreti: nam ibi ita loquitur (non potuisse, neque posse locorum Ordinarios, tam seculares, quam Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum officia, nisi ea duntaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sedis Apost. licentia conceduntur) sed hæc nostra probabilissima opinio non affirmat posse aliquem ad libitum addere Breuiario Romano officia non approbata à Sede Apost. sed tantummodo permutare officium, recitando ad libitum priuatim de Sancto, vel de feria iuxta præscriptum, & formam officij approbati à Sede Apostol. Vnde quod ego ipse vno die recitem officium de Sancto pro officio feriae, vel alterius ferie breuioris relicta longiori, ex hoc non tollitur, quod ipse non recitem officium approbatum ab Ecclesiâ, & à S. Apostol. dummodo tamen recitem officium aliquod præscriptum in Breuiario Romano, vel approbato à Sede Apostolica. Idē manifestè habetur tale decretum nullo modo im-

pugnare, & reprobare nostram probabilissimam opinionem.

Confirmantur supradicta, quia ferè omnes Doctores, qui post dictum decretum scripserunt, docent officium pro officio valere, & me citato tenet Martinus de San Ioseph in *mon. confess. tom. 1. lib. 2. tract. ...* & me citato Leander de Sacram. tom. 2. tract. 1. disp. 13. quest. 27. & me citato Marcus Vidali in *arca Theol. mor. tit. de hor. Canon. inspect. 2. in 6.* quod etiam practicitur à viris doctis, & timorata conscientia.

Ergo signum est, dictum decretum Sacræ Congreg. non comprehendere casum nostrum: nam alioquin: omnes supra citati Doctores docuissent opinionem contra decretum Pontificium, sed hoc dicere de tot viris doctrina, & probitate inclitis, videtur absurdum.

Ergo adde, quod dato, & non concessio opinionem contrariam Patris Lezanæ esse veram, adhuc putat Pater Tancredi *vbi supra*, non comprehendere casum nostrum, videlicet quando quis recitaret officium semiduplex ritu duplici: nam recitaret de eodem Sancto, & illa mutatio non est tanta, & addit idem dicendum esse, si fiat in Choro, dummodo ab sit scandalum, quod rarò, ait, contingere potest.

Et idem disp. 8. num. 8. me citato firmat non esse graue peccatum anticipare, vel postponere in Choro notabiliter horas, nisi fiat ex consuetudine, & vsu, aut graue scandalum generetur, quod rarò accidet, quia licet hæc circumstantia præcipiatur, non tamen accipitur cum tanto rigore: sed de his ego alibi.

Sec nota hic obiter pro curiosis, docere Pellizarium *tract. 5. c. 8. sect. 2. n. 93.* omittentem Vesperas Sabbati Sancti non peccare mortaliter, quia vix perueniunt ad dimidiam horam ordinariam. Verum attendendo ad principia Suarij, dicendum esset esse mortale, quia est notabilis deformitas quoad officij integritatem: aliàs qui Matutinum de Resurrectione non recitaret, non peccare mortaliter, quod non videtur tam facile posse admitti; & ita tenet Pater Tancredi *vbi supra disp. 12. q. 6. num. 19.*

Nota secundò, ex eodem Tancredi *q. 5. num. 18.* cum Pellizario loco citato *sect. 1. n. 48.* vnicum peccatum committere, non recitantes officium Defunctorum, & illud dici, nempe octauæ omnium Sanctorum, quia illa officia per modum vnius præcepti videntur imposita.

Et tunc putat Tancredi, quod omisso vnus probabiliter dici potest non constituere peccatum mortale, sed contrarium putat probabilius.

Et tandem non deseram hic apponere ea, quæ curiosè discutit idem Pater Tancredi *disp. 11. q. 1. num. 12.* vbi sic ait, Aduertete licet casum, de quo his diebus fui interrogatus, & respondi affirmatiuè; nimirum, an qui cras futurus est Panormi, vbi recitatur officium Sanctæ Rosaliæ duplex, possit hodie Monte Regali, vbi officium fit de feria, recitare Matutinum S. Rosaliæ. Respondet Pellizarius, & benè, affirmatiuè, quia quoad recitationem ex fictione iuris censetur esse Panormi. Vnde melius puto sic fieri, quam recitare Matutinum de feria, & Panormi reliquas horas de Sancta Rosalia, & non peccabit, si sic faciat contra præceptum, quia licet sit aliqua ordinis inuersio, seu mutatio, tamen non est substantialis, cum iam dicatur officium cum omnibus suis partibus: non enim est contra substantiam officij, quod nocturni dicantur de feria

feria, & horæ de Sanctis, vt patet in S. Simplicis ritus, imò nec erit veniale si ex obliuione quis recitauit Matutinum de feria, & aduertens dicat horas de Sancto, quicquid dicat contra Caramuel in reg. S. Bened. d. 110. n. 1403. quem videtur sequi Diana p. 7. c. 11. ref. 11. Hucusque Tancredi.

Sed exemplum adductum pro confirmatione à docto & amicissimo Virg. mihi non placet; nam in illo Matutino ferie efficitur mentio de Sancto Simplicio in Inuitatorio, & in vltima Lectione, ergo non bene adducitur, vt quis possit dicere Matut. de feria & postea sequenti die dicere officium duplex Sanctæ Rosaliæ: nam in illo Matutino certum est, quod nulla facta fuit mentio de Sancta Rosalia, vt fit in Matutino ferie, quando dicitur de Sancto Simplicio, ergo, &c.



TRACTATUS V.

Miscellaneus.

Titius irregularis absque dispensatione sumpsit primam tonsuram, & postea obtinuit beneficium, dando mediatori magnam pecuniarum summam. Quæritur quid iuris?

RESOLVT. I.



DE hoc casu per literas ex Germania interrogatus fui, &

Dico primò posse irregularem primam tonsuram sumere, docuisse Thomam Hurtadum var. 1. 2. tract. 1. c. 1. n. 514. vbi sic ait.

Quare existimo quod licet iste filius, de quo loquimur sit irregularis, tamen collatio beneficij nõ est ipso iure irrita, quia licet non possit ordines suscipere, tamen potest suscipere primam tonsuram, ratione cuius habilis fit ad validè recipiendũ beneficium, vt docet Sayr. de cens. l. 5. cap. 5. n. 15. & 16. Aloysius Bariola, quem citat, & eius sententiam probabilem reputat Bonacina, de censur. in comm. disput. 7. de irreg. q. 1. punct. 1. n. 3. quia prima tonsura non est proprie ordo, cum nullum habeat ministerium in ordine ad Sacramentum Eucharistiæ, & sacrificium, sed solum est quedam deputatio ad ordines. Et sic inhabilitas ad ordines quam habet irregularis, præcipue si non sit ex delicto homicidij voluntarij, aut alio, non est extendenda ad primam tonsuram, cum irregularitas sit Canonicum impedimentum directè impediens susceptionem, seu vsum ordinum. Quamuis enim sit inhabilis ad ordinum susceptionem, non inde fit quod sit inhabilis ad primam tonsuram, quia ista accepta, potest habere dispensationem ad alios ordines.

Neque obstat quod Trid. sess. 14. de reformat. cap. 2. in final. dicat quod tonsuratus ab alieno Episcopo suspendatur, ne ad vltiorem gradum possit procedere. Et ita multò magis valebit quod irregularis sit omnino inhabilis ad primam tonsuram, ait Marchin. tract. 2. de Sacram. ord. part. 1. c. 14. nu. 3. nam, *Quomodo, inquit, est verisimile Ecclesiam ad statum Ecclesiasticum velle admittere illegitimum, vel energumenum, si ad vltiores gradus isti postea ascendere non valebunt?* Hoc, inquam, non obstat, tum quia in pœnis non valet argumentum à si-

mili, vt pœna extendatur, cap. pœna, de pœnit. dist. 1. vbi egregiè Nauarr. numer. 1. & 22. Tum secundò, quia in pœnis non verisimilitudo, sed verba legis, quæ propriè sunt accipienda, operantur: nam pœnæ exorbitant à iure naturali: quare cum iure positiuo sunt impostæ, extendi nullatenus debent propter verisimiles rationes. Quare Ecclesia non vult positiuè admittere illegitimum ad primam tonsuram, sed id permittit, cum expressè non prohibeat, nisi promoueri ad ordines, ad quos vel Papa, vel Episcopus de facili dispensat. Ita Hurtadus. Et hanc sententiam probabilem esse existimat doctissimus, & amicissimus Pater Ant. Escobar in præf. confess. p. 2. lib. 6. cap. 5. num. 31. sic asserens; Pruedese recipi prima tonsura antes de la dispensacion de la irregularidad. Lo comun es que no; porque la irregularidad dexa inhables para recebir todos los ordenes, luzgo con todo esso es defensible que si; porque la prima tonsura no es Orden. Ita ille.

Sed ego puto non esse recedendum à sententia negatiua communi, quam me citato tenet nouissimè Ciartinius contron. forens. t. 2. c. 205. n. 5. Dicendum est igitur irregularitatem quamcumque ex quacumque radice ortam, esse Canonicum impedimentum ad licitam tonsuræ receptionem. Sic Suarez de cens. disp. 40. sect. 1. n. 11. & sect. 2. num. 2. dicens irregularem, si tonsuram recipiat, lethaliter delinquere. Sayrus lib. 6. de censur. cap. 1. n. 19. tradens irregularitate etiam primæ tonsuræ receptionem prohiberi; probatur primò ex philosophia, quæ docet, nullum in tota natura dari subiectum naturale, quod sit capax propriæ dispositionis ad aliquam formam; quin etiam talis formæ non sit capax, vt luculenter explicat D. Thom. part. 1. q. 12. art. 5. ad 3. sed prima tonsura est dispositio ad ordines: ergo, si irregularis impeditur à susceptione ordinum, neque erit habilis ad primæ tonsuræ receptionem. Ita Marchinus tr. 2. de ord. in part. 1. de 1. tons. cap. 14. num. 2. & inferius n. 4. & 5. Tonsuratus est capax beneficij, & connumeratur inter Ecclesiasticos ministros, gaudetque priuilegio Canonis, & foris: sed irregularitas arceat à gradu clericali, & priuat capacitatem beneficij Ecclesiastici; Ergo.

Hinc deducitur, quod si quis aliqua irregularitate affectus, prima tonsura initietur, non modò in culpam lethalem incidet; quia sciens contra Ecclesiæ prohibitionem ad tonsuram accedit: sed fortassis etiam talis primæ tonsuræ receptio erit inualida, & iteranda. Ratio est, quia prima tonsura non habet propriam materiam, neque formam ex diuina institutione, sicut habent ordines: ergo valor substantialis illius non distinguitur à licita eiusdem receptione: ergo quoties non est licita susceptio, neque erit valida, & consequenter iteranda. Licet verius videri posset eam fore validam, & nec iterandam, cum in illa concurrant omnia substantialia; nimirum translatio à laicali statu in Ecclesiasticum per capillorum abscissionem, & verborum prolationem cum sufficienti intentione conferentis & recipientis, iuxta supra dicta cap. 12. huius partis. Quam sententiam lego etiam apud Duardum in Bull. Cœn. can. 15. q. 3. numer. 7. l. 1. bene etiam dixit Gibalinus de irreg. cap. 2. p. 4. corollar. 1. num. 12. Certum esse hunc irregularem grauissimè peccare, etiam si primam tonsuram, aut ordines tantum minores cum eo impedimento Canonico suscipiat, aut præster quamcumque actionem sacram, & quæ à Laico exerceri nõ liceat, quia

quia violat legem Ecclesiasticam in re graui, nisi causa aliqua legitima excuset, vt metus, aut grauis infamia scandalum vitandum. Vide Marchinum vbi supra, & Hermanum Busenbaum in Medulla Theologia Moral. lib. 7. cap. 4. dub. 2. & alios communiter.

Dico secundò Hurtadum vbi supra, §. 22. n. 1044. & alios docere, irregularitatem inhabilem reddere ad concursum, & beneficium, jta vt acceptando peccet mortaliter, collatio sit nulla ipso iure, & fructus restituere teneatur, adeo quod etiam post dispensationem, noua egeat collatione. Tum quia capite 2. de Cler. pugn. & capite 2. Cler. non ord. ministri habent irregularitatem egere dispensatione ad obtinendum beneficium; tum quia beneficium datur propter officium: Sed irregularis non potest exercere officium: ergo neque potest consequi beneficium, necius habere ad fructus. Ita Paroletus part. 2. sect. 2. condit. 2. num. 2. Sed non desunt Doctores magni nominis contrarium asserentes, collationem beneficij factam irregulari, validam esse, sed impetrandam esse irregularitatis dispensationem; & sic irregularis potest ad concursum admitti, sed peccat acceptando. Addunt facere fructus suos, nec teneri restituere, etiam si per iudicem priuetur. Item posse ante priuationem renunciare ad fauorem, & validè exercere actus iurisdictionis, vt delegare facultatem benedicendi sponsis, ministrandi Sacramenta, &c. quia irregularitas non separat ab Ecclesia, sed est purum impedimentum quod tollitur per dispensationem; hætenus Paroletus. Et ita præter auctores à me alibi adductos, acriter defendit hanc sententiam Gibalinus acutus, & eruditus Societatis Theologus, de irregularit. cap. 2. part. 4. corollar. 4. num. 16. sic itaque asserit? Respondetur irregularem percipere posse fructus omnes sui beneficij, siue ante, siue post contractam irregularitatem obtenti, illudque omni ratione administrare, donec per sententiam iudicis illo spoliatur. Ratio euidentissima est, quia vt ostendimus, irregularitas neque priuat beneficio prius obtento, neque eius fructibus, neque reddit incapacem noui beneficij acquiriti: quando igitur non irritabitur noui beneficij collatio, aut veteris, non priuabitur illorum fructibus, tanquam suis, & proptiis gaudebit, quod fateri necesse est eos omnes, qui nobiscum idem de effectu irregularitatis circa beneficia sentiunt; immodò neque poterit iudex, deinde priuare hunc irregularem fructibus, quos in hanc diem licitè percipit: neque est cur retrahatur sententia ad diem commissi criminis, quia non debet esse tantum declaratoria, sed condemnatoria, loquor enim de priuatione, quæ imponitur præcisè propter hanc irregularitatem pœnalem, non de illis delictis, quæ simul irregularitatem, & priuationem beneficiorum ipso facto plectuntur; quamuis enim ad sententiam vsque declaratoriam criminis licitè percipiuntur fructus beneficij à tali reo, tamen eos omnes deinde restituere tenebitur, propter retractionem sententiæ ad diem commissi criminis. Ita ille: & postea, querens an irregularis possit renunciare suum beneficium in fauorem alterius, & an teneatur illud remittere? Respondet, primò, quoties officium debitu ratione beneficij præstari poterit ab irregulari per se, vel per alium, non cogitur illud dimittere. Ita Suar. disp. 40. sect. 2. n. 19. quia neque villo iure, neque vlla ratione ad hanc dimissionem beneficij adigitur, quandoquidem illius munera obire potest.

Anton. Diana Pars XI.

Secundò, Si beneficium postulet personale aliquod officium, quod includat exercitium ordinis, & non possit obtineri dispensatio ab irregularitate, aut nolit beneficiatus illam petere, debet dimittere beneficium, quod ratio ipsa indicat: non potest enim retinere id vnde oritur obligatio, quam nunquam implere poterit, at vero si sit spes aliqua dispensationis, interea dum illam querit, licitè retinebit beneficium irregularis, eiusque fructus percipiet, cum onere tamen curandi vt alius officium impleat, & licet ipse sit aliquantulum negligentior in procuranda dispensatione, non idcirco tamen excidet suo beneficio Ita Suar. loc. citat. Bonac. disp. 7. q. 1. p. 4. nu. 20. vbi Filliuc. & Reginald. dabit.

Tertio, poterit irregularis renunciare suo beneficio in fauorem alterius, aut in manibus superioris, antequam per sententiam illo priuetur, & pendente lite, aut accusatione, vt tradit Gloss. in cap. 2. de lite pendente v. finita in 6. Couart. in elem. si furiosus secunda parte §. tertio, numero septimo, vbi & alios refert, additque ex communitari sententia validam esse eam renunciationem, etiam si quis iam illud beneficium impetrauerit. Quod atinet ad nostrum consecratum, illud manifestum est ex dictis: cum enim irregularis adhuc obtineat, siue ante, siue post irregularitatem obtentum, habeatque plenam eius administrationem, dispositionem, & vsum, poterit illud alteri cedere, atque etiam permutare, quandoquidem ex nobis noui quoque acquirendi capax est, vt ostendimus. Huc vsque Gibalinus, cui adde Candidum tom. 1. Disquisit. 18. art. 16. dub. 9. num. 8. & alios.

Verùm cum hæc opinio sit contra stylum Curie, & contra plures decisiones Sacre Rotæ, quas ego vt par est, magnificandas esse existimo, non audeo discedere à prima sententia contra Gibalinum, & alios. Et ita habent plures Doctores à me in parte quarta, tractatu secundo, resolut. 37. allati, & nouissimè, me citato, hanc sententiam tenet Ioann. Baptista Paroletus in Palæstra Clericali par. 2. supra citat. Stephanus Baunius in præxi Beneficiorum disp. 6. qu. 5. in Theaurum part. 1. cap. 5.

Dico tertio, Simoniam, quæ contrahitur ex pretio dato mediatori immediato, esse tantum prohibitam de iure Ecclesiastico, & ita Hermanū Busenbaum in Medulla Theologia mor. lib. tertio tra primo, cap. secundo, dub. tertio respons. secunda, numero secundum, vbi sic ait, Simonia diuiditur in eam, quæ est iuris diuini, estque prohibita propter malitiam suam, verb. gr. Hostiam consecratam vendere; & eam, quæ est iuris humani, estque mala tantum propter prohibitionem, & sic ab Ecclesia prohibetur. Primo; venditio Beneficiorum secundum id quod in ipsis temporale est, scilicet, quoad ius præcisum percipiendi fructus. Secundò, venditio officiorum extrinsecè tantum ordinatorum ad res sacras, vbi gratia, Sacristæ, Oeconomi, Aduocari Ecclesiæ, Theauri. Tertio, oblatio pecuniæ alicui facta, vt suadeat alteri, vt det beneficium. Quarto, pactio de resignando beneficio, vel soluenda pensionem, si alter beneficium tibi impetret. Quintò, Permutatio & resignatio beneficiorum; item reseruatio pensionis ex beneficio resignato, & in casu permutationis beneficiorum æquatio fructuum, &c. si absque superioris autoritate fiant, quæ si accedat, licita erunt. Sextò, acceptio muneris, etiam sponte oblato, pro examine ad parochiam, ex Trid. sess. 24. cap. 18. pro collatione ordinum, pro

T tonsura,

tonfura, literis dimissoriis, ex Trid. *sess. 21. cap. 10.* Excipitur tamen decima pars aurei pro notario, si salarium non habet, & consuetudo permittat. Septimò, exactio pecuniæ pro admissione ad religionem, non pro statu tantum: is enim spiritalis est, idèque iure diuino inuendibilis; sed etiam pro onere sustentationis, nisi monasterij tenuitas, vel consuetudo contraria excuset. Ita Bufenbaum; cui adde Antonium Escobar in *Theol. moral. tract. sexto, Exam. secundo, cap. sexto, n. 43.* Hoc supposito posset quis asserere, Titium in casu nostro non incidisse in pœnas iuris latas contra Simoniacos; quia iura comprehendunt tantum Simoniam quæ est prohibita de iure diuino, & non de iure Ecclesiastico, & est ista de qua loquimur. Et ideo, me citato, hanc sententiam tanquam probabilè admittit Æligius Bassæus in *Floribus Theologiae practicae 16. Simonia 6. numero 5.* sic asserens; Communis sententia est, excommunicationem, quæ contra Simoniacos in ordine & beneficio imposita est, incurri non solum ob simoniam iuris diuini, & naturalis, verum etiam ob simoniam iuris humani, vt est permutatio beneficiorum inter duos beneficiarios facta propria autoritate; reservatio pensionis sine autoritate Papæ, promissio beneficii pro suffragio in electione ad Episcopatum, &c. Ratio est, quia Simonia iure solum Canonico prohibita, est vera Simonia: ergo afficitur pœnis contra Simoniam generaliter latis: vnde iura sub eadem voce insequuntur, tam Simoniam iure Canonico prohibitam, quam iuri diuino contrariam, vt patet ex *C. cum olim, C. quæsitum, de rerum permutat.* Ita Malderus, Valentia, Filiuc. Nauarrus, Suarez Nihilominus contraria sententia, nempe pœnas Simoniam non incurri in casu quo adest tantum Simonia iuris positivi & humani, mihi probabilis etiam videtur, sicut visa est Lessio, Reginaldo, Diana, & quam tenent, Arragon, Petrus, Nauarra & alij. Vnde secundum hanc sententiam licet in prædictis casibus sic facientes peccent, non tamen sunt excommunicati, nec priuantur beneficiis sic receptis ipso iure; nec tenentur fructus restituere. Ita Bassæus; cui adde Tancredi, Machadum, Giragum, Roccaful, Soriam, alibi à me adductos, & Escobar *supra num. 45.* qui citat Sanchez, docentem hanc sententiam esse probabilem, sed ego nunc figo pedes, & puto prorsus adhaerendum esse contrariæ sententiæ, stante stylo Curia, & praxi Romana, non agnoscentes differentiam quoad pœnas incurrentes inter Simoniam prohibitam à iure diuino, & inter Simoniam prohibitam à iure Ecclesiastico.

Vnde ego ex superius dictis pro casu proposito rescripsi in Germaniam ad consulentem, vt ad Sacram Pœnitentiariam recurreret, adducendo in memoriali, vt facilius dispensationem impetraret, opinioniones Doctorum in sui fauorem à me superius adductas; Addendo etiam non deesse auctores asserentes styli Rom. Curia obligare in foro exteriori, non autem in foro conscientia, & fundari in probabilitate alterius sententiæ, sed non tollere probabilitatem contrariæ opinionis, & ita me citato docet Leander, *de Sacram. Tom. 2. tract. 9. disp. 24. quæst. 48.* qui citat Pontium, Granadum, Villalobos, & Ceuallos, quibus ego addo doctum, & acutissimum Martinum Perez de *matrim. disp. 46. sect. 6. n. 4. & 9.* Præpositum in 3. part. 9. 8. de *dispens. matrim. dub. 6. n. 61.* Portel. in *Respons. 10. 1. part. 3. c. 5. n. 3.* Baunium in *Theol. mor. 10. 2. tr. 11.*

qu. 50. Martinum de San. Ioseph. in *Monit. Confess. 10. 1. l. 1. tr. 46. de matrim. numero 1.* Vidalem in *Arca Theol. mor. tit. de duello inspect. 3. num. 22.* Puente Hurtadum *tom. 2. disp. 170. sect. 1. num. 197.* Pellizarium in *man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. numero 195.* Fagundez *p. 2. lib. 8. num. 48.* Escobar in *Theol. Moral. tom. 2. sect. 2. probl. 2. numero 91. & probl. 46. numer. 214.* Gibalinum *de irregular. cap. 2. quæst. 3. part. 4. num. 10.* licet ego supradictis Doctoribus non assentiar; vide Baunium in *praxi de beneficiis disp. 11. quæst. 9. assertione 4. & vltima.* Verum si aliquis hic obiter quærat, an si in casu nostro Titius nollet restituere fructus male perceptos, teneatur in defectum restituere, illos mediator, per quem Titio collatum fuit beneficium; libet respondere cum verbis Baunii in *praxi Beneficiorum disp. 16. dub. 9.* Dico igitur, An mediatoribus sit imperanda restitutio; peræque ac Simoniacis, Summistæ ambigunt: Inclinant in affirmantem Nauarr. *conf. 110. de Simon. & tract. de datis & promiss. numer. 45.* Thesaurus in *praxi verb. Simonia cap. 2.* non tamen nisi secundo loco, & in defectum principis causæ.

Addit Quaranta etiam confessarium remanere ad id obligatum, & quidem legitime, si absoluerit do pœnitentem, ei causa fuerit, non restituendi, quod non puto, quia eius bonum, quia à suo est pœnitente læsus, procurare ex iustitia non tenetur. Quod similiter Sæ correctus, *verb. simonia numero 11.* existimat, & proinde mediator, in defectum causæ principalis, fructuum, aut alterius cuiuspiam interesse, (vt loquuntur) restitutionem iubendam non esse, quæ sententia et si videatur isti Auctori probabilis, præstat tamen dispensationem, & compositionem à Pontifice petere, quam periculo peccandi se exponere, ait Baunius.

Quidam cum falsis dimissoriis sumpsit minores ordines, & postea cum excommunicatione occulta tamen impetrauit beneficium. Quæsiuit à me quid iuris?

RESOLVT. II.

Respondi quoad primum, suspensionem incurrisse, quia suscepit ordines ab alieno Episcopo absq; licentia proprii ordinarij, & licet aliquibus Doctoribus placeat hanc suspensionem sufficienter probari ex *c. illud quoq; 1. disp. 7.* vbi dicitur, Non sit rata ordinatio eius, & incipit. *si quis ausus fuerit, eadem disp. dicitur.* Irrita sit huiusmodi ordinatio. At Suar. *tomo quinto, de censur. disp. 31. sect. prima. n. 13.* existimat in his verbis non contineri censuram ipso iure latam, sed ferendam. Nam estò in prædictis capitibus dicatur, irrita sit talis ordinatio, intelligi debet per sententiam: quia est benignior interpretatio, & textui accommodata, quod satis colligitur ex eo, quod in Concilio Nicæno *c. 17.* vnde illi textus deducti sunt, dictum sit, *Irrita erit, & secundum aliam translationem Irrita habeatur, scilicet sententia accedente; idèque in c. translationem de temporibus ordinatis dicitur: interdicens illis est ordinis sic suscepti executio.*

Verum et si in iis textibus non continetur suspensio ipso iure lata, continetur tamen in *extranag.* Pij Quinti, quæ incipit *cum ex sacrorum,* quæ est sexta illius in Bullario, eamque refert Salzedo in *sua practica capit. 26.* & confirmauit Pius

Pius V. in suis Constitut. Apostolicis, sanctione 22. vt refert Corduba in *summa q. 114.* & habetur *Regula 22. Concellaria* apposita ad finem propriorum motuum. Et licet in *supradict. extranag.* solum feratur suspensio aduersus suscipientes aliquem Sacrum ordinem absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, vt constat ex illis verbis: Ad aliquem ex Sacris ordinibus se fecerint promoueri: atramen in *capite primo de temporibus ordinat. in sexto,* generaliter fertur suspensio aduersus Hispanos, qui ad Episcopos Italiæ accedunt ordinandi, sine Episcopi proprii licentia. Denique Trident. *sess. 23. c. 8. de reformat.* apertis verbis hanc suspensionem indicit. Si quis (inquit) ab alio promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusvis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinis à collatione ordinum per annua, ordinatus verò ab ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Hæc igitur suspensio incurritur ob receptionem ordinum tam maiorum, quam minorum; quia de omnibus generaliter textus loquitur, sicuti declarauit ibi Sacra Concilij Congregatio.

Quoad secundum dubium, respondi, impetrationem beneficii fuisse nullam; quia nullus excommunicatus excommunicatione maiori, quamuis sit occultus, siue sit toleratus, est capax beneficii habendi, de nouo existens in excommunicatione, quomodocumque illi detur beneficium Ecclesiasticum, & ipse recipiat, siue scienter, siue ignoranter, siue bona fide putans se non esse excommunicatum, siue mala fide, & collatio ipso facto est nulla. Ita habetur *ex cap. pastoralis,* de clerico excommunicato. Et ratio huius est, ius ipsum ita præscribens in odium excommunicationis, in qua beneficium Ecclesiasticum recipitur, & quia beneficium datur propter officium, à quo est suspensus excommunicatus ex se. Quare non est ipso quod datur absolutio ab excommunicatione, reualidatur collatio beneficii recepti in excommunicatione, sed post absolutum ab excommunicatione, iterum dandum est beneficium à potente illud dare, alioquin est relinquendum tanquam alienum, vna cum fructibus perceptis; quia sine titulo ex re aliena caput fructus; quare restituendi sunt in conscientia vel pauperibus, vel Ecclesiæ, vel aliis beneficiariis, iuxta distributionem Ecclesiarum, maxime si sint distributiones: si tamen bona fide accepit in excommunicatione beneficium, eique deseruiuit, poterit accipere, aut retinere stipendium seruitio proportionatum, non verò residuum, nisi bona fide accepit, & consumperit, & exinde non sit ditior factus; & ita, me citato ab aliis tenet Caspensis in *Curs. Theolog. tom. 2. tract. 25. disp. 2. sect. 7. num. 72.*

Verum his non obstantibus instabar consulens, an in sui fauorem extaret aliqua opinio Doctorum. Respondi affirmatiuè; & quoad primam difficultatem aliqui putant illam suspensionem incurri à suscipientibus ordines Sacros, non autem primam tonsuram, & minores Ordines; & ita docet Baunium in *praxi benef. disp. 6. quæst. 1.* vbi sic ait; At cuius est tonsuræ malè sic collatæ vitia supplere? Cuius, cum sic ordinato dispensare, ac tonsuram ratam reputare ac validam? Pertinere id ad Papam dixerunt multi, quorum nomina in suos Anton. Diana Pars XI.

commentarios Thesaurus retulit in *verb. Ordo c. 14.* quæ est etiam Rebuffi supra, & Chassanæ sententia in *Consuetud. ad §. Des Iustices, verbo Sergens,* quod Greg. huius nominis primus *disp. 63. can. Saloni. 24.* ratam se habere ordinationem asserat Episcopi Salonitani, perinde ac si à se facta esset; hinc enim inferri credunt, ad Pontificem super consequenda dispensatione vitij in receptione Tonsuræ admissi, recurrendum esse.

Sed malè, nam ibi est sermo de Ordinibus, in quibus locum tonsura non habet. Secundò, quia et si hoc tempore vbi recepta est Bulla Pij 11. cui initium est, *Cum ex Sacrorum,* recipiens ordines Sacros sine literis dimissoriis sui Episcopi, incurrat ipso facto suspensionem, in qua celebrans sit irregularis, (quam extranagantem Pontificis suis diplomatibus confirmant Leo X. Paul 11. Pius V.) non tamen ex probabili sententia Nauar. *locis ante cit.* Auil. *part. 3. disp. 5. dub. 7. parerg.* Sanchez *opusc. lib. 7. c. 1. dub. 28.* qui minores & tonsuram recipit. Itaque in Episcoporum est iure Tonsuram sine literis à se traditis, aut contra voluntatem suam ab alieno collatam Episcopo petiunde habere ratam, ac si illis auctoribus data foret, colligitur ex Trident. *sess. 23. c. 8.* vbi dicitur, quod qui à non suo Prælo sine proprii licentia est ordinatus, est à susceptorum Ordinum executione ipso facto suspensus, quamdiu proprio ordinario videbitur. Hucusque Baunius; & Auila, & Sanchez putat recipientes Ordines minores, vt supra, suspensionem primam non incurtere.

Quoad secundum verò dubium, consulenti respondi, in sui fauorem præter Hurtadum *de excomm. disp. 6. diff. 2. n. 7.* à me alibi adductum, extare nouissimè Baunium *vbi supra quæst. 5.* sic asserentem; Tempus tertium est, cum excommunicatio est occulta, nam Canon. *postulatis* intelligendus est de excommunicato, manifesto, non occulto.

Ratio est, quod lex quantūlibet generalis, iuxta rationem in ea expressa restringi debeat, sic vt locum non habeat, nisi vbi reperitur eius ratio, vt Nauarr. *consil. de restamem. & Azorius docent tom. 1. lib. 5. cap. 16. quæst. 9.* At causa cur excommunicato dari beneficium nequeat, est quod cum excommunicatis communicare nemo debeat, quæ ratio cum in toleratis, & occultis, à temporibus Constant. Concilij locum non habeat, quandoquidem iis congregari, cum his versari, ac agere, cuique sit permittum, vt his beneficiis conferri, ita & ab iis recipi nihil vetat. Ita Hurtadus, Baunius. Et hanc sententiam probabilem esse putat Thom. Hurtadus *var. tom. 2. tractat. 12. cap. 1. §. 17. num. 944.* Sed ego his non obstantibus consulenti respondi, vt ad Sacram Pœnitentiariam recurreret. Verum quid faciet excommunicatus, occultus si detur illi beneficium? Respondeo, si potest non se infamando excusare; tenetur non acceptare. Si verò non potest sine infamia, & nisi reuelat suum crimen occultum, acceptare potest sine peccato, donec quam primum possit, impetret dispensationem, vel resignet simpliciter, & iterum petat: non enim potest resignare causa permutacionis: nam cum ipse nullum ius habeat, non potest alteri dare, neque acquirere: neque potest resignare in fauorem alterius; neque accipere fructus, & si accipiat, tenetur restituere. Vide Caspensem *vbi supra num. 8.*

Sed hic quæro, an collatio beneficii facta ex

communicato probabiliter suam excommunicationem, ignorantia, sit valida?

Prima opinio negat, ita Baunius *supra* ex Nauarro, & Glossa; Quia ignorantia vinculi Ecclesiastici, cum quidem ab irregularitate contrahenda eximit qui cum ea celebrat, sed ad beneficia idoneum non efficit, cum ignorantia in subiectum influere, ut potest mera scientiæ priuatio, aut negatio nequeat.

Eximit (inquam) ignorantia cum est probabilis, à pœnis statutis contra excommunicatos, quidpiam facientes, quod est sub censura, aut irregularitate legibus Ecclesiæ veritum, non tamen facit hæc ignorantia, ut actus qui est nullus, sit in conscientia foro, aut externo ratus. Ita ille; cui adde Lessium *lib. 1. disp. 34. dub. 22. n. 137.*

Secunda ratio affirmat, ita tenet Riccius in *praxi part. 3. retr. 19. num. 2.* qui adducit decisionem Sacræ Rotæ.

Tertia opinio distinguit; ita Ioan. Baptista Paroletrus in *Palæstra Clericali part. 2. sect. 1. cap. 2. littera D.* qui has opiniones conciliat: Nam putat primam procedere in foro conscientia, ubi absolutio data à peccatis ei qui ignorabat se esse excommunicatum, tenet, licet regulariter sit nulla absolutio peccatorum ante excommunicationis absolutionem; secunda verò in foro exteriori, in conscientia præsumitur. Ego verò practice puro non esse recedendum à prima opinione, licet secunda probabilis vocetur à Lessio *ubi supra*; & ita in hoc casu ita est nulla collatio beneficii, ut absolutio ab excommunicatione postea data non reuoluetur, ut contra nonnullos docent communiter Doctores, quia collatio illa fuit nulla, quamvis solum ratione impedimenti collata; ac proinde postea, adhuc ablato impedimento, nequit conualescere.

Ex quo fit, excommunicatum, cui tempore excommunicationis collatum fuit beneficium, non facere suos fructus beneficii, quia eos accipit abque titulo, sed eos tenetur restituere: si tamen bona fide seruitur beneficio, potest accipere aut rerinere stipendium seruitio proportionatum, & residuum non potest accipere, & si accipit, tenetur illud restituere, nisi bona fide accipit, & consumpsit, & exinde non sit ditior factus. Vide Hurtadum *de excomm. disput. 6. diff. 2. num. 5.* Glossam & Palaum *tom. 6. fol. 44.* Lessium in *3. part. D. Thom. c. 2. de excomm. dub. 1. n. 6.* Ioan. Præpositum *ubi infra num. 60.* & alios. Oritur verò ex his difficultas, an si eligaris ad beneficium tempore quo habilis es, acceptes verè illud cum excommunicatus existis, valida sit tua acceptio? Et negatiue responderet Thom. Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 26. n. 1041.* Gaspar Hurtadus *de excommunic. disp. 6. difficul. 3. n. 8.* Coninch *de Sacramentis disp. 14. dub. 9. num. 79.* Layman *lib. 2. tract. 5. part. 2. cap. 2. num. 29. in fine.* Vnde ex his sequitur quod si iste qui acceptauit, excommunicatus moriatur ante absolutionem, non vacat beneficium, cum nondum acquisierit titulum beneficii & ius in re ad illud. Quod notare maxime oportet, ut dignoscatur ad quem pertinet noua beneficii collatio: nam si excommunicatus acceptauit in mensibus Papæ, etiam si moriatur in mense Episcopi, ad Papam, & non ad Episcopum pertinet prouisio, quia acceptatio beneficii non solum dicit declarationem voluntatis, sed etiam acquisitionem iuris perfecti in beneficio, cuius est incapax excommunicatus, & sic ex hac parte est va-

na acceptatio, & in hoc sensu est inualida, id est non efficax.

Verum licet hæc sententia sit satis probabilis, ego affirmatiuam sententiam probabiliorē esse existimo, quam tueretur Couarruias *cap. alma 1. part. §. 7. n. 4.* Azor. *t. 2. lib. 6. cap. 7. g. 9.* Auila *2. part. de censur. c. 6. disp. 5. dub. 6.* Gonzalez *gloss. 58. num. 27.* Garzia plures referens *de benef. 7. part. c. 13. n. 35.* Vasquez *de excommunicat. dub. 6. Bonac. disput. 2. de censur. q. 2. punct. 5. §. 1. n. 9.* Sayrus *lib. 1. c. 5. n. 11.* Mouentur, quia iura solum irritant id per quod ius in beneficium acquiritur; at acceptatione non acquiritur ius in beneficium; quia nemo sibi ipsi beneficium confert, sed est conditio ut in beneficium tibi collatum ius perfectum habeas. Et confirmo, si beneficii ritè collati possessionem excommunicatus accipias, vel alium mittas in possessionem, possessio, & in possessionem missio valida est, ut testatur Azorius ex communi sententia *dicto c. 7. q. 10.* Henriquez *lib. 13. cap. 13. §. 3.* Sayrus *lib. 2. Theauri cap. 9. num. 11.* Nicolaus Garzia *7. part. de benef. c. 15. n. 89.* quia tam possessio, quam in possessionem missio, est quid facti, non iuris.

Ex qua doctrina inferunt Couarru. Auila, Bonac. Nicol. Garzia, & alij apud ipsos, in Ecclesia, in qua est ius optandi pinguiorem præbendam validè excommunicatum optare posse; quod sine dubio procedit, quando optione non mutatur titulus, sed noua bona temporalia acquiritur. Si verò titulus mutetur, & noua præbenda acquiritur, acceptare poterit excommunicatus optionem, tamen collatio præbendæ differatur, quousque ab excommunicatione sit absolutus.

Ad argumenta verò negatiuæ sententiæ responderet Castrus Palaus *tom. 6. disp. 2. punct. 8. n. 18.* Itaque dicendum est, quod negari non potest, acceptatione non proprie, & formaliter beneficium acquiri, sed iam acquisitum, & tibi datum, ratum haberi, quod colligitur ex *cap. si tibi absenti, de præbend. in 6.* ubi concessum beneficium tamen acceptatum non sit, nequit alteri prouideri Fateor tamen acceptatione tuam effici completè & perfectè, sicuti possessione. Sed quia illa non tam est acquisitio iuris, quam facti, id est ab excommunicato fieri validè potest. Et ita nostram sententiam præter Doctores citatos sequitur etiam Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tract. 25. c. 2. sect. 6. n. 77.* Turrianus *de cons. lib. 2. disp. 16. dub. 2.* Mercerus *de Sacram. q. 21. dub. 8.* Imò ex Suarez *disput. 13. sect. 1.* prædictam acceptationem excusat à peccato Caspensis *ubi supra*, quia non est communicatio, sed declaratio propriæ voluntatis, quæ non prohibetur per ius; & argumenta contrariæ sententiæ tantum probant, acceptationem illam non esse validam, quantum ad acquisitionem iuris, non verò quantum ad consensus declarationem; ac proinde si post talem acceptationem absolutus ab excommunicatione, non indigebit alia noua collatione, aut acceptatione; sed cum primum absoluitur acquirit ius in beneficium. Et hanc sententiam tenet etiam Præpositus in *3. part. D. Thom. q. 1. de excommunicat. dub. 11. n. 67.* qui ex his colligit quid dicendum de præsentatione, electione alicuius facta ante excommunicationem, acceptata autem in excommunicatione, quod videlicet quamvis per talem acceptationem ius non solideretur pro eo tempore, solidari tamen possit, postquam absolutio à censura fuerit obrenta.

Quis

Quis per triennium pacifice possedit beneficium, sed à principio cum mala fide; quaeritur an adiuuetur Regula Cancellaria de triennali possessione.

RESOLVT. III.

Affirmatiuam sententiam conatur stabilire P. Thom. Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. paragr. 17. n. 948. cum seq.* ubi sic ait; Pontifex in præfata regula solum excludit simoniacos, & intrusos, exceptio autem firmat regulam in contrarium: ergo quamuis quis sit inhabilis quia excommunicatus: aut quia sine ætate requisita, aut quia illegitimus, si tamen per triennium pacifice possedit, non potest beneficium ab alio impetrari, sed ad ordinarium pertinet examinare quo titulo beneficium possideat. Quæ doctrina etiam est vera, non solum si adsit bona fides, sed etiam si mala; ut tenent Ludouic. Gomez *ubi supra quest. 42.* & Couarru. *com. 4.* cum enim Pontifex in hac regula statuenda intendat lites evitare perpetuas, si esset requisita bona fides, impetrans beneficium obiceret possessori quod bona fide careret, quod non est difficile; & rursus possessor probare deberet se habuisse bonam fidem; quod valde difficile est, & sic lites non evitarentur. Vnde Rota apud Farinacium *tom. 2. decis. 81. numero 2.* de anno 1606 dicit, quod in querendis non requiritur bona fides ex Balbo *2. part. 3. part. qu. 1. n. 9.* Quod qua ratione fit intelligendum dixi supra, *tract. 8. cap. 1. §. 2.* Tenet etiam verum in foro conscientia, ita ut possessor, etiam mala fidei ciuilibi possit triennalem possessionem pacificam securus sit in conscientia foro, & non solum in iudiciali. Ita contra Thom. Sanchez *lib. 7. in Decalog. cap. 19. num. 89.* Lud. Gomez *quest. 42. ciuila.* ubi dicit, *sic bis fuisse decisum in Rota suo tempore.* Et decisio Rot. 18. r. clare dicit, quod in bonis acquirendis non requiritur bona fides, sed voluntas principis, potentis sic disponere, ut potuit Papa propter plenissimum dominium quod habet in Beneficiis omnibus, & sic fecit in regula de triennali ad sedandas lites, & scrupulos auferendos. Sicuti qui accedit ad Sacramentum Pœnitentiæ subdens peccata clauibus, cum dolore illorum, & si accedat cum ignorantia culpabili mortali, & sic accedat cum mala fide, tamen accipit verum, & validum Sacramentum etsi informe, ut dixi *Resolut. de Confess. informi.* Quia Christus habens plenitudinem potestatis sic statuit. Ita quamuis quis pacifice possidens per triennium (nisi sit Simoniacus, & intrusus in beneficia in corpore iuris Papæ reseruata) mala fide beneficium possideat, acquirit validum titulum, ut securus sit in conscientia, quia ad euitandum maius inconueniens, ita ob bonum publicum Pontifex determinauit in præfata Regula.

Neque ex hoc sequitur quod Pontifex saneat peccanti, quia hoc est per accidens, sicut nec Christus per hoc quod qui accedit cum ignorantia mortaliter vincibili ad Confessionem accipiat Sacramentum verum, & validum, licet informe, peccatori fauet, quia hoc est per accidens, non ex intentione Christi, & Pontificis, quia Christus semper intendit Sacramentum formatum, & Pontifex bonam fidem excludentem peccatum. Quando autem dicitur in regula *Possessor*, quod Possessor ma-

Anton. Diana Pars XI.

læ fidei nullo tempore præscribit *de reg. iur. in 6.* intelligitur quando possessor est malæ fidei ob titulum reprobatum, ut quia possidet rem furtiuum vel inualam iniuste: tamen si sit possessor alicuius beneficii, etiam si non habeat titulum validum, quia erat incapax illius, vel ex defectu ætatis, vel quia erat excommunicatus; & sic habeat malam fidem, tamen Princeps supremus, qualis est Pontifex, potest determinatè quod post possessionem triennem habeat titulum, quo in conscientia tutus possit retinere Beneficium, quamuis aliàs illud obtinuerit incapax. Ut enim optimè notauit Thom. Sanchez *ubi supra num. 85.* iste Clericus excommunicatus, aut non habens ætatem sufficientem, non est omnino incapax, sicut laicus qui incapax est, & tituli, & possessionis, sed est incapax solum tituli, non possessionis. Quare Pontifex post triennem possessionem dispensando in illa incapacitate ad titulum, reducit possidentem ad statum, in quo possit retinere Beneficium, & ut faciat fructus suos. Sicut dum dispensat in radice Matrimonij, reducit contrahentes, ac si ex tunc valide contraxissent, & sic filij nati sunt legitimi, ut supra dixi §. 4. Sed in hoc de possessore malæ fidei peccaminosæ nihil determino, sed subiicio dictamen sapientioribus. Hucusque Hurtadus; qui poterat in fauorem suæ sententiæ adducere Castrum Palaum à me alibi adductum. Et hæc sententia, quod magis est, extat apud Emanuelem Sà in editione Romana expurgata à Magistro Sacri Palatii *verb. Beneficium numer. 16.* ubi sic asserit; Triennio possidens beneficium pacificè, etiam si mala fide, eius dominus; quibus adde nouissimè Patrem Urbanum in *Theologia morali tr. 3. tit. 17. §. Possessio triennalis pacifica fol. 670.*

Sed hanc opinionem prorsus refellendam esse puto, ut communiter refellunt Doctores, & improbat nouissimè Steph. Baunius in *praxi Beneficiorum disp. 11. q. 5.* Primò, quia præscriptio in ordine ad acquitendum rei præscribendæ dominium nullum est vitium sine bona fide; at triennalis possessio præscriptio quædam est, ergo.

Confirmatur. Nulli suum scelus patrocinari debet; faceret verò, si exacto triennio, ei mala sua fides, acquirendi beneficii causa foret, cum ex eo lucrum caperet.

Et quidem si de canonibus agitur, peractum est negotium, cum sententiæ cui nostra est opposita, aduersetur *Canon. finalis, de prescriptionibus*, ex Concil. Lateranen. sumptus, sunt hæc eius verba. *Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definimus, ut nulla valeat sine bona fide præscriptio, tam canonica, quam ciuilibi, cum generaliter sit omni consuetudini, & constitutioni derogandum, que absque peccato mortali obseruari non potest. Vnde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte aliena rei conscientiam habeat.* Hactenus Canon.

Sane est regula de triennali possessione sine vi ad effectum transferendi dominij rei quæ præscribitur, sine colorato titulo: at esse hic cum mala fide non potest cum qui alienum occupat sine vero aut probabili titulo, ac colorato, sit violentus, & intrusus, ergo, &c.

Terridè, abhorret à prudentia credere, Pontifices Romanos tantum ab antiqua descivisse Petri Apostoli virtute ac fide, ut auctoritate suam velint munitam esse ad scelera, quæ seueritate censurarum tam acerbè castigant in nocentibus: at id eos moliri est certum intelligentibus, in hac temporum corruptela, moru-

T 3 que,

que, & animorum, nihil esse proclivius, quam ut opum cupidi, ac honoris supra meritum, in alienum se inferant, spe non modò impunitatis proposita, sed & iuris ac potestatis illud acquirendi, ut fieret, si malæ fidei possessor triennio illud præscriberet.

Quartò, quia commune est peritorum axioma, malæ fidei possessorem non præscribere: sic enim Pontifex *reg. 2. de regul. iuris in 6. Possessor malæ fidei villo tempore non præscribitur*. Et hæc omnia docet Baunius *vbi supra*, qui respondet ad argumenta, quæ in fauorem affirmatiuæ sententiæ adduci possunt. Et idèdè rectè Layman *in theolog. moral. lib. 3. tract. 1. cap. 8. numer. 16.* contra Emanuelem Sà, & Nauarrum inuehitur. Vide etiam Reginaldum *tom. 2. lib. 3. tractat. 3. cap. 18. numer. 260.* Bzouium *tom. 2. lib. 7. cap. 3. q. 1. qu. 1.* Ioann. Baptistam Parolletum *in Palastra Cleric. part. 3. c. 1. lit. Z.* Vgolinum de Perez *Epist. part. 2. c. 50. §. 16. n. 4.*

Sed nota hic obiter, triennalem possessionem iuuare quando prouisus est beneficii capax: nam mulier, coniugatus, bigamus, excommunicatus, suspensus, interdictus, Regularis ad beneficium sæculare sine legitima facultate, & è contra per huiusmodi non iuuantur hac regula: Possessio enim, etiam longissimi temporis non tribuit ius incapaci. Rebuff. *de pacific. possess. numer. 206.* Tamen Gomez *quæst. 2.* in hac regula affirmat incapaces hac regula iuuari, quia solum simoniaci, & intrusi excipiuntur. Conciliantur distinctione; incapaces non iuuantur, vt mulier, & huiusmodi, vt de hæreticis iuribus, & rationibus probat Ricc. *2. pars. resol. 5.* Iuuantur benè, quia sunt aliqui capaces, sed à iure canonico priuati. Parolletus *fol. 15. part. 3.* Primam sententiam mordicus tenet Baunius *vbi supra quæstione 2. & 3.* Secundam sententiam docet Hurtadus *loco citato numer. 948.* Tertiam sententiam distinguentem docet Parolletus *vbi supra lit. X. declarat. 2. numer. 5.* Vnde ex his ego olim interrogatus respondi, illegitimum gaudere priuilegio regulæ triennalis possessionis. Idem puto de excommunicato, aut qui sine ætate requisita Ordines suscepit, ac de similibus.

Alia dubia excutiuntur circa Regulam Cancellaria de triennali possessione.

RESOLVT. IV.

Quæro primò, an irregulares possint adiuuari hac triennali possessione?

Negat Baunius *in praxi de Beneficiis disputat. 11. quæst. 6.* his verbis; Mens mihi est, sicut & Reginaldo, & Rebuffo. Etenim ad rationem colorati tituli, sine quo non subsistit triennalis possessio, subiecti capacitas est necessaria: at eam irregularis non habet; ergo, &c. Maior ostenditur, Moniales et si centum annis Ecclesiam viro destitutam occupent, à regula tamen de triennali possessione consequendi beneficii ius ac facultatem habituræ sunt nullam. Rebuff. *de pacific. ampliat. 3. numer. 4. & 5.* Fabricius *de beneficiis tam virorum, quam mulierum numero 40.* At huius rei causa non est alia, quam eorum incapacitas; ergo, &c. Sed ego adhæreo affirmatiuæ sententiæ, quam ipse Baunius concedit esse probabilem & securam, nempe quod irregulares, & id genus homines culpa sua be-

neficii incapaces, non sint de eorum hominum genere, qui excluduntur priuilegio regulæ, quales sunt intrusi, simoniaci, & prouisi de beneficio reseruato Pontifici, reseruatiōe quæ sit in corpore iuris inclusa; & ita tenet Parilius *vol. 4. cons. 96.* Gomez *quæst. 1. 10. 15. & 27.* Sanchez, & alij. Præcipua ratio nostræ sententiæ est, quia, vt diximus, excipiuntur tantum in hac regula simoniaci, & intrusi: ergo ea iuuari irregulares quid vetat?

Consequentia probatur. Exceptio in non exceptis firmat regulam, vt *ex can. dominus 22. quæst. 7.* Dinus probat *in libro 1. de regular. iuris pag. 4. numero 5. & seqq.* At non alij vulgò existimantur indigni, qui regulæ huius priuilegio gaudeant, quam qui simoniaci sunt, & intrusi: irregulares ergo, modò tamen incogniti, & occultati, ab eius vtu, commodi que non debent excludi; sic ille.

Ex his Baunius *qu. 7. & 12.* inferit, inhabilem iure Ecclesiæ, iuuari hac regula, si est eius inhabilitas occulta.

Ratio est, quod nescitis, cuius est inhabilitas occulta acquirendi tituli colorati incapax. At hunc occulta inhabilitas non impedit, cum collationis impedimentum ex hypothesi lateat.

Secundò, ab hac excludendi regula sunt hi tantum, quos exclusos Pontifex voluit: at de hoc non sunt numero, nisi simoniaci, & intrusi: ergo in eorum non sunt classem includendi irregulares quilibet, sed hi duntaxat, quorum est manifesta inhabilitas.

Tertiò, sunt actus omnes, quos exercet occultus inhabilis validi: at id esse non potest, si titulum coloratum non haberet, iuxta Thom. Sanch. *de matrimon. disputat. 22. numero 49.*

Ex his patet, illegitimum huius regulæ ope, ac beneficio, acquiri Sacerdotium, quod ei fuit coloratum, quia non est de exceptis in regula: ergo cum exceptio firmet in non exceptis regulam 22. *quæst. 7. can. 6.* fiunt illegitimi per præsentem, possessores beneficii à se pacificè triennio possessi.

Patet secundò, Idem esse de sæculari iudicium, si beneficium regulare tribus annis sine turbis ac tumultu possideat, & contra si regularis sæculare, nam neuter est exceptus à regula, ergo cum per dispensationem Pontificis ambo beneficiorum sint capaces, regularis quidem sæcularium, sæcularis autem regularium, censendi sunt ad ea dispensari esse per hanc regulam.

Quæro secundò, an hæc regula de triennali possessione habeat locum in conscientia? Negat Couarruias *in Reg. possessor. 2. part. paragr. 10. concl. 7.* eo quod Pontifex in sua regula molestiam possessori triennali, exacto possessionis suæ triennio, creari quidem nolit, sed de beneficio ab eo retinendo, ne verbum quidem habeat, quod est argumentum per hanc regulam, ius ad beneficium irreuocabile, firmumque ac stabile non dari triennali possessori, sed tantum aduersario, id est actori, actionem in eum non tribui, vi cuius, de possessione deijci queat ac beneficio spoliari. *Non molestari enim, seu non inquietari, idem importans de iure canonico, quod silentium imponere, ac audientiam denegare.* Gomez *in hanc regul. quæst. 58.* at vetare alicui, ne sit in repetitione rei suæ molestus alteri, nõ est isti ius in illam, dominiumque plenum dare: ergo, &c.

Confir

Confirmatur. Exceptionem concessio non est iuris in rem collatio: sed per hanc regulam, datur, tantum triennali possessori exceptio, & non actio. & sic ei per hanc regulam non acquiritur titulus Ita Gomez. *q. 13. paragr. tamen istis non obstantibus*, ex quo sequitur, in eius sententiâ regulam hanc non habere locum in conscientia foro, sed ciuili tantum.

At ego profusus affirmatiuam sententiam amplectendam esse puto. Probatur euidenter, nam quæ à Romano Pontifice beneficia catholico dantur homini, hæc eum iure quam optimo possidere, nemo, qui quodlibet Pontifici in beneficiorum materia scit licere, ambigit; at hæc cum sunt possessa triennio, vult ad eum pertinere Pontifex; qui possedit sine lite: ea ergo retinere sibi potest licite ac valide.

Secundò, quæ præscriptione quis acquirit, hæc illæ conscientia iure, sua esse iuste potest dicere, id pacis inter ciues retinendæ gratia, Imperatore non sinente modò, sed volente. At Pontificis maior est in Ecclesiâ potestas, eiusque bona, quo de numero sunt beneficia, quam Cæsaris imperium: ergo quod ille de prædiis, agris, ac domibus decernit, nempe vt in ius præscribentis transeat, hoc Pontifici in rebus, quæ sui iuris, vt Sacerdotia, honestè negari nequit: cum sint hæc ergo de Christi supellectile, patrimonioque, eaque iustas ob causas illius esse velit, qui triennio ea seruauit, illi de peccato, aut de possessionis suæ æquitate religionem iniciere, non est vt quàm minimum dicam sapere.

Tertiò non vult Calixtus post exactum annum trium spatium, vllum possessori de re sic possessa iniici scrupulum: ergo pro potestate, quæ præstat in Dei Ecclesia, ius beneficii titulo tantum colorato possessi, in eum, pro quo hic, ac triennalis possessio faciunt, transfert; patetque *per regulam Cancellaria 33. & canones ante citatos*, quorum maxime *de supplenda negligenti.* vbi hoc ipso, quo, quo quæm Ecclesia, possidere beneficium pacificè patitur, ius ei ad illud dare creditur.

Ex dictis inferitur, non peccare eum, qui post beneficium bona fide annis tribus pacificè possessum, illud cum facultate Papæ, aut ordinarij cedit alteri, quia vt est ius possessor ac dominus, de eo arbitrari ac statuere posse, quæ iuri non sunt contraria, vt est resignatio in manibus Papæ facta, quis non videt? Erit ex his hanc sententiam sustinet Baunius *vbi supra q. 12. dub. 5.*

Et huic sententiæ, vt dixi ego adhæreo, & quidem, ratio est, quod præscriptione legitima, id est toto eo continuata tempore, quod est præstitutum legibus, vetum dominium rei præscriptæ sic acquiritur, vt ea retineri possit ac seruari in conscientia, etenim quia id erat necesse ad sedandos scrupulos, pacandas conscientias, tollendam dominiorum incertitudinem, Imperatoribus placuit dare præscriptioni vim translatiuam dominij rei quæ esset præscripta legitime. At præscriptioni æquiuale hoc triennium, ex sententiâ omnium: ergo vt per illam rei præscriptæ, ita & per triennalem possessionem beneficii titulus ac dominium acquiritur, & non tantum ius ac potestas actoris excludendi à sua possessione. Scio Castrum Palaum *tom. 2. tractat. 13. disputat. 2. punct. 33. numero 3. & 4.* dicere, quod triennalis possessio non concedat titulum inhabili, & incapaci, sed exceptionem aduersus quemlibet molestantem, & beneficium impetrantem; sed ego puto, &

titulum, & exceptionem præstare, vt tradunt Doctores, S. Thomas, Nauarrus, quos ipse citat, quibus ego addo Thesaurum *in praxi de penis p. 1. cap. 30. quæst. 4.* & Baunium *vbi supra quæst. 10. in fin.*

Quæro tertio; An regula de triennali suffragetur in gratia subrepticia. Negatiuè respondet Riccius *in praxi tom. 1. ref. 577.* & ibi Ioann. Baptist. Thoro, quibus adde etiam Ioann. Baptistam Parolletum *in Palastra Cler. part. 3. cap. 1. lit. X. declarat. 1. numer. 3.* at contrariam sententiam firmat Baunius *in praxi de Benefic. disp. 11. quæst. 8.* vbi & probè docet subrepticiâ collationem titulum coloratum efficere, vocatur autem subrepticia collatio, quæ per fallam narrationem, aut taciturnitatem obtinetur eius, quod deberet exprimi. Causa est, quod titulus colorem habeat à collatione ordinarij: at quod hæc sit subrepticia non impedit quominus ab eo fiat, cuius est beneficia mandare dignis: ergo, &c.

Dicendum idem, quando beneficium primò datur vni; deinde alteri, nam primus verum titulum accipit, & secundus coloratum, Gomez *in hanc regulam quæst. 28.* Similiter cum datur beneficium viuenti, ipso decedente, retinet alter coloratum titulum, Gomez *quæst. 44.* Item quando in impertratione beneficii verus valor non exprimitur, eius collationem coloratus titulus sequitur, Gomez *ibid. quæst. 51.* Denique quando datur beneficium licigiosum, aut contra aliud decretum Cancellariæ, manet tamen nihilominus coloratus titulus, Gomez *ibid. quæst. 28.* Quorum omnium vnica est ratio, nempe quod hic nihil excipi debeat, quod non excludat regulam, iuxta illud commune axioma iuris, *exceptio in non exceptis firmat regulam.* At Cancellariæ & concordatorum regula nihil eorum excipit, quorum in hac est quæstione facta mentio: ergo, &c.

Nota hic obiter, Thomam Hurtadum *Var. 10. 2. tract. 12. cap. 1. §. 20. n. 1142.* insurgere nominatim contra me, quia asserui collationem beneficii factam inualido, vel suspensio, non esse ipso iure inualidam, sed irritandam; vnde infert interdictum siue suspensum non posse impetrare Bullas, vt prouideatur, & talis impetratio est nulla, quia incapax est beneficii, & cuiuscunque medij ad illud obtinendum. Vnde neque potest esse oppositor in concursu, & si opponatur suspensus, collatio est nulla, etiam si absoluitur ante collationem. Et examinatores peccant mortaliter, & sunt digni pœna, si illum suspensum admittant ad examen, *argum. ex cap. si celebrat. de Clericorum excomm.*

Sed licet hæc opinio sit valdè probabilis, ego tamen non recedo à sententiâ quam tenui cum Suarez, Cornejo, Alazario, Turriano, Coninoh, Hurtado & aliis, quibus nunc addo Stephanum Baunium *in praxi de Benefic. disp. 6. quæst. 4.* sic asserentem: Auertendum est, quod de inhabilitate dicitur, de ea duntaxat intelligi, quæ sententiam sequitur, vt probauimus *tom. 2. qui est de censur. tract. 8. quæst. 8. dub. 7.* quæ etiam est opinio P. Suarez *de cens. disput. 17. sect. 5. numer. 25.* Syluest. *verb. Excommunicatio 4. numer. 5.* quam Lessius *lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 22. numer. 116.* & Tolet. *lib. 1. cap. 14. §. vlt. improbant.* Sed malè, cum Cælest. III. Baran. Arch. det in mandatis, vt qui beneficium cum suspensio essent, adepti erant, hos iidem pro auctoritate spoliaret, facit idem Innocent. III. *in cap. cum inter 16 de elect.* Abbati enim de cella S. Petri præ-

T 4 cipit

cipit, ut si constiterit quod electio facta fuerit à suspensis, ea omnino cassetur. Non erat ergo iure inualida: ergo nec collatio, si quæ illis obtigisset aliqua. Hucvique Baunius. Idem etiam docet Layman, lib. 1. r. 5. part. 3. cap. 1. n. 3. & Castrus Palaus tom. 6. disp. 14. punct. 3. §. 2. n. 3. asserentes collationem & si ope iudicis veniat irritanda, quia nullus est textus, ex quo irritatio ipso iure colligatur. Neque est verum per suspensionem te priuari iure radicali percipiendi fructus; aliis titulo beneficij possessi priuareris, sed solum priuaris iure proximo libero, & expedito prædictos fructus percipiendi. Quinimmo Suarez dicta 7. disp. 27. sect. 1. num. 2. meritò probabile reputat, si nullum beneficium habens, crimen committas, cui annexa est suspensio à beneficiis, te non esse priuatum noui beneficij acquisitione, quia hæc pœna censetur ferri aduersus beneficiarios, qui ex suspensione à beneficiis possessis suspenduntur, & ex consequenti priuantur alijs acquirendis.

Excommunicatus excommunicatione minori absque dispensatione impetrauit pensionem, quam postea sine licentia Papæ extinxit, adiit Confessorium, qui ipsum ad me remisit.

RESOLVT. V.

Tunc infra scripta considerauit. Dico igitur primò, aliquos asserere excommunicatum excommunicatione minori non esse incapacem ad beneficia Ecclesiastica, ita ex 19. Doctoribus firmat Thomas Hurtadus Var. tom. 2. tract. 5. 2. cap. 7. §. 17. num. 963. Probat clarè, quia Gregorius IX. c. si celebrat. de clericis excomm. dicit, quod excommunicatus minori excommunicatione eligere non prohibetur, vel ea qua ratione iurisdictionis sibi competunt exercere; si tamen scienter talis electus fuerit, eius electio est irritanda. Quibus verbis Pontifex declarauit c. postulatus eod. vbi Innocent. III. Gregorio antiquior determinat, quod collatio facta excommunicatis sit nulla, & irritata ipso facto, quod intelligatur de excommunicatione maiori, quia facta excommunicato minori non est irrita, sed irritanda. Et quidem satis prudenter est ita statutum, quia cum tempore Gregorij IX. non liceret communicare cum excommunicatis, & qui communicabat, incurrebat excommunicationem minorem, si ista redderet incapacem ipso facto aliquem ad beneficia, erat occasio multarum inquietudinum, & scrupulorum. Quare Gregorius volens conscientias sedare fidelium, declarat mentem Innocentij, vt eius decretum non intelligatur de excommunicatione minori, sed quod electio facta in tali excommunicatione irretiti, non sit ipso iure irrita, sed irritanda. Quòd cum simus in pœnalibus, in sua propria significatione est intelligendum, & non ad improprium detorquendum, & inferius n. 969.

Ex is inferitur, quòd excommunicatus minori potest opponi ad beneficium curatum, in concursu cuius admissio, examen, oppositio, valida erunt, si cut, & collatio, quæ si ignoranter facta est excommunicationis, non est irritanda, sicut nec irritanda est electio sic excommunicati ad dignitatem, seu ministerium politicum temporale, siue ad Cathedraliam Sacre Scripturæ, si non habet beneficium an-

nexum, quibus omnibus est incapax excommunicatus maiori: Vnde non est admittenda opinio contraria, quam tenent Sanchez, Azorius, Garzias, Vgolinus, & alij quos citat Hurtadus loco citato.

Dico secundo, etiam si standum esset in hac posteriori sententia, videlicet quod excommunicatus excommunicatione minori sit incapax beneficij Ecclesiastici, assero probabilitate non carere validam esse collationem cuiuscumque pensionis excommunicato facta. Ita sustinet Layman, lib. 6. sum. tract. 5. part. 2. cap. 2. num. 8. Eman. Sà verb. homicida num. 21. indicat Suar. disp. 44. de censur. sect. 3. n. 33. fauetque declaratio Sacre Congregationis sess. 14. cap. 7. dicens, hoc decretum de incapacitate homicidæ ad beneficia, non extendi ad pensionem. Ratio verò est, quia nullibi habetur pensionem excommunicato collatam nullam esse, quia textus in c. postulatus, & c. vlt. de clerico excomm. ministr. de beneficio Ecclesiastico loquuntur, quorum decisio extenditur ad pensionem; ed quòd loco beneficij succedat, & illius naturam imitetur. At cum sola pensio quæ præstimonium est, vel quæ ob exercitium spirituale conceditur, perfectè naturam beneficij imitetur, & illius loco succedat, sit sanè, solum illam pensionem irritam esse excommunicato collatam, non autem eam quæ à beneficij natura recedit & subsidij temporalis conditioni congruit. Satis namque est decretum pœnale, & irritatum beneficij extendi ad pensionem puiè spirituale, ita Palaus tom. 6. de cens. disp. 2. punct. 10. num. 8. vide etiam Auilam de cens. part. 2. Excomm. diffc. 2.

Scio Contrariam sententiam, nempe collationem pensionis, quæ simul est temporalis, & spiritualis, irritam esse, docere Doctores, sic Saytus l. 2. c. 5. num. 15. Vgolin. tab. 2. de cens. cap. 13. §. 2. num. 8. Henriq. lib. 13. cap. 13. num. 3. Valquez de excomm. dub. 6. Bonacin. disp. 2. punct. 4. §. 2. par. 1. n. 4. Suar. disp. 13. sect. 1. num. 9. Reginald. lib. 32. num. 45. Fillic. tract. 12. cap. 5. quæst. 4. Garzia de benefic. i. p. c. 5. num. 506. & sequent. mouentur, cum quia hæc pensio naturam beneficij imitatur, & loco illius succedit, cum non detur alijs Clericis. Tum quia excommunicatus incapax est cuiusuis clericalis priuilegij: Tum denique quia in collatione huius pensionis, solet Pontifex absolutionem à censuris præmittere; quòd frustraneum esset si censuræ prædictam collationem non impedirent. Ita Palaus vbi supra num. 7. & hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Patolettus in Palastra Clericali p. 2. sect. 1. c. 2. litt. G. n. 3. Tamen hoc non obstante, licet hæc opinio sit communis, & sequenda, ac consulenda, præferim ante factum; tamen, vt dixi, priorem, sententiam existimo probabilem, & ad fundamentum sententiæ communis patet ex dictis responsio. Ad illud verò de absolutione Pontificis, dicimus concedi, tum ne illius rescriptum inualidum fiat, iuxta textum in cap. 1. de rescriptis in 6. tum ne repellatur in iudicio à petenda pensione.

Dico tertio, Stephan. Baunium in praxi, de benefic. d. 1. §. 9. assert. 4. & vlt. asserere, non posse pensionem absque auctoritate Papæ redimi sine culpa. Ratio est, quod stylus Rom. Curie instar sit legis, ad quam nos, nostraque fingere est necesse, ob quam causam c. 2. ex lit. de constitutionib. is recipiendus à suo Episcopo, in aliorum magistratum consortium dicitur, qui parere post excommunicationem est paratus: Quod tam iuris, quàm nostri moris existat

existat, inquit Pontifex, ut is qui propter contumaciam communionem priuatur, cum satisfactionem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat. Verum est ergo, stylus curie pro lege habendum esse: ergo cum hic Papa ante non consulto pensionem redimi non sinat, statuaturque vt facta aliter redemptio non valeat, erit hæc absque licentia Papæ omnino irritanda. Idem docet Reginaldus tom. 2. lib. 30. cap. 8. num. 233. & alij communiter. Licet contrariam sententiam teneat Valentinus tom. 3. disp. 6. quæst. 16. punct. 3. & Caietanus in opuscul. septemdecim respons. res. 10. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 22. n. 124. & 129. Tolet. lib. 5. cap. 92. num. 1. dicto 3. Suarez lib. 4. cap. 26. num. 24. & 26. Rationem huius conclusionis optime reddit Valentinus supra, quia illud quod per se, & immediatè acquiris redimendo pensionem, est immunitas, & libertas ab obligatione, & onere pendendi quontannis illam partem fructuum, vt de se constat: Libertas autem ab hoc onere, & obligatione non est spiritualis, neque spirituali per se annexa: nam est inde sequatur, beneficium tibi fore magis vile, & facultatem habere retinendi omnes fructus, hoc est extrinsecum, & accidentarium redemptioni pensionis: si quidem redemptio per se non respicit hanc utilitatem, sed solum illam libertatem, & immunitatem à quoranni solutione. Adde, quod redemptio pensionis nihil aliud est, quam quædam anticipata solutio fructuum, quos singulis annis tenebaris exhibere. Cum igitur fructus vendi possint, etiam & redimi. Nihil ergo spirituale, neque spirituali annexum emitur. Ita Palaus tom. 3. disp. 5. de Simon. punct. 13. num. 10. & hanc sententiam nouissimè docuit omnino videndum Pater Verbanus ab Assumptione in Theol. moral. tract. 3. tit. 17. §. examinetur natura pensionis fol. 665. His tamen non obstantibus, ego non audeo recedere, à prima sententia Baunij, & aliorum stante stylo curie, vt probat Garzias de benefic. part. 1. cap. 5. à num. 3. & alij. Sed stando in hac opinione difficultas est, an extinguens pensionem obque Papæ licentia sit declarandus simoniacus. Et affirmatiuam sententiam ex neoteris tenet Cartharius in decis. Archiepisc. decis. 16. num. 63. cui adde Ioan. Baptist. Ciardinium controuers. forens. tom. 2. cap. 202. num. 22. vbi sic ait; vera & communis omnium fere DD. est, vt beneplacitum non sit necessarium, quando gratis sit remissio, illud autem omnino requiratur, quando mediante pecunia, seu anticipatis solutionibus sit remissio, cessio, cassatio, vel diminutio, quia hodie negari non potest, quin pensio sit spiritualitati annexa, non solum consequenter & dependenter, quia prærequirit ordinem Clericalem, vel primam tonsuram, sed etiam concomitanter, quia pensionarius obligatus est ad dicendum officium paruum B. M. V. ex decreto Pij V. 12. Kal. Octobr. 1571. quò sit, vt si quis pecuniam receperit pro extinctione pensionis sine beneplacito Apostolico, Simonie labe inficiatur. Nauarr. in cap. fin. de Simon. vbi restatur quæstionem hanc fuisse disputatam coram Cardinali Alciato, & ita fuisse decisum, idem Nauarr. conf. 2. sub n. 2. vers. pro parte, & num. 3. de prebend. Maior. in 4. dist. 25. §. 5. Petrus de Aragon. in comment. ad 2. 2. D. Thom. de instr. & iur. quæst. 100. de sim. artio. 4. vers. 3. conclus. 10. Gambar de offic. & auth. legat. de Later. lib. 6. tit. de pensionib. num. 624. & seqq. Gig. de pens. §. 99. n. 14. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 5. num. 15. Eufch. de visitat. lib. 2. c. 26. n. 40. latissimè Garz. de benefic. part. 1.

c. 5. num. 20. & multis seqq. vbi alios allegat, & probat simoniam esse extinguere pensionem mediante pecunia sine assensu Apostolico, quia licet sit principaliter ius temporale, est tamen spirituali annexa. Idem tenet Borellus in summa decis. part. 1. tit. 30. n. 80. & 81. Gratian. decis. March. 158. n. 12. & Lotherus de re Beneficiar. lib. 1. quæst. 42. num. 82. & 9. verum his non obstantibus negatiuam sententiam docet Baunius vbi supra in prax. beneficiorum disp. 11. §. 9. assert. vlt. Nec videtur obstare stylus Curie, nam responderetur, non valere consequentiam; contractus est contra stylum Curie, ergo est simoniacus, cum ad inducendam simoniam alia requirantur, quæ in extinctione pensionis pretio facta, Romano Pontifice inconsulto, non concurrunt, inquit Chartarius decis. crim. 16. n. 53. & quidem durum videtur aliquibus damnare aliquem de labe simoniaca dum in sui fauorem habeat plures Doctores, & magni nominis, tantò magis quod iudex in conflictu opinionum adhærere debeat sententiæ quæ fauet reo; sed quia opinio affirmatiua, vt supra visum est, communiter à Doctoribus recipitur non audeo ab illo discedere, & ided non desinam hic apponere verba Ioan. Patoletti in Palastra Cleric. part. 2. sect. 1. cap. 1. tit. de personal. litt. G. fol. mibi 29. vbi sic asserit; Ad redemptionem anticipatæ solutionis requiritur Papæ auctoritas, quia pensio est ius spirituali annexum, immo esset simonia, quia habet annexam obligationem spirituales recitandi officium B. V. ita est stylus Curie; Sor. de Iust. l. 9. quæst. 7. art. 2. Azor. tamen c. 10. §. 10. excusat pœnis simoniæ, non à peccato & punitione in foro exteriori. Imò Caiet. tom. 1. opusc. r. 3. r. res. 10. innuit priuata auctoritate licere, quia pensio est quid temporale, vt fructus. Prima tamen est verior. Ita Patolettus vbi supra.

Iudex pronunciauit sententiam condemnando reum ad furcam, qui postea ex gratia Principis fuit à morte liberatus, Queritur, an adhuc sit irregularis, ita vt non possit ordinari absque dispensatione Pontificis.

RESOLVT. VI.

Affirmatiuam sententiam tenet accuratus in his materijs Conradus Pyrrhus in praxi dispens. Apostol. lib. 5. cap. 2. num. 3. & 4. dicens, Romæ perendam esse absolutionem ab iis, qui aliquo modo se ingesserunt in canis sanguinis, licet postmodum mors sequuta non fuerit, neque sanguinis effusio, quia nihilominus remanent irregulares, cum per ipsos non steterit, quominus omnem operam præstiterint, vt mors, aut mutilatio sequatur, & contradicit Mandosio asserenti dispositionem esse Episcopalem: cum ex consuetudine recurratur ad summum Pontificem. Cui congruit sententia Foller. in praxi crim. part. 2. c. 24. & Lopez ad Diaz. in praxi Can. cap. 99. in verb. puniendum. Hanc etiam sententiam tenet D. Antoninus. 3. part. tit. 28. cap. 2. qui ex sola sententia condemnatoria iudicem fieri irregularem voluit, cui ita adhæsit Maiolus lib. 2. cap. 6. num. 3. vt dixerit solum officium iudicis in criminalibus efficere irregularem, etiam si nulla sententia sanguinis pronuntiata fuerit, quamuis tunc ab Episcopo dispensari possit, citatque vetustissimum interpretem Canonum Hugonem, relatum, & probatum hac in par-

re à Speculator. *tit. de dispensat. §. iuxta*, affert præterea Maiol. *Summa Confessar. q. 23. de homicidio*, hoc est, *tit. 1. lib. 2.* Idem quoque tenuit Ploni. *tract. de irregular. 7. regula*, & Alphons. *Alvarez in suo Thesaur. cap. 38. 7. regula*. Verùm hæc opinio mihi non placet, cum sit contra communem Canonistarum & Theologorum, quos plena manu adducit, & sequitur Ioann. Bapt. Ciarlinus *Controuers. forens. tom. 2. cap. 203. n. 17.* vbi, me etiam citato, concludit, afferentes irregularitatem non contrahi ex homicidio, siue voluntario, siue licito, siue iustitia mediante facta, nisi verè sequatur effectus, quia ad incurrendam irregularitatem non sufficit intentio occidendi, vel mandandi, vel attentatum, sed requiritur actualis occisio, vel mutilatio hominis, stante quod irregularitas imposita est homicidio voluntario, non attentato. Et hanc sententiam nouissimè probat Gibalinus *de irregular. quest. 3. confessor. 7. num. 4.* & ante dixerat Ioann. Præposit. *in 3. part. quest. 5. de irregular. dub. 13. num. 98.* Ioann. Soria *in Epilog. summ. p. 2. tract. 1. sect. 2. disp. 7. paragr. circa defectum lenitatis*. Vnde si aliquis reus duceretur ad patibulum, & esset extractus à manibus satellitum, & sic mortem euaderet, iudex non esset adhuc irregularis; imò si neque à carnifice suspensus fuisset, & casu laqueus rumperetur, si propter hoc gratiam à Principe reciperet, iudex absque dispensatione posset Ordinibus initiari. Non est igitur audiendus Pyrrhus *vbi supra*, & à fortiori Maiolus contra quem nominatim insurgit Layman *lib. 3. tract. 3. capit. 7. numer. 1.* Gibalinus *vbi supra*. Vide etiam Chartarium *de criminali. 30. n. 34.* & Sperellum *tom. 1. de eis. 77. n. 11. & seqq.*

Nosandum est hinc obiter, quod Clericus habens iurisdictionem temporalem, non sit irregularis ex eo quod constituat Iudicem pro causis, seu criminibus capitalibus, siue in genere pro omnibus, siue in particulari pro aliquo, adhuc in individuo, quamuis sequatur mors, vt constat ex *ditto cap. 3.* & idem est, & multò verius de Principe laico: quia Clerici quoad hoc non sunt magis exempti quam laici. Nec sunt irregulares Ecclesiastici, qui aliquem degradatum, aut hæreseos condemnatum, tradunt brachio sæculari, vt deducitur ex *capit. Nouimus. 27. de verbor. signific.* ac proinde eorum Officiales multò minus sunt irregulares, quia multò minus cooperantur, quam ipsi iudices tradentes. Vide Præpositum *vbi supra*, & alios communiter.

Nota etiam, quod non solus accusator, sed probabiliter etiam aduocatus & testis non sunt irregulares si in causa sanguinis protestationem præmittant, quia in his eadem est ratio: nam cui conceditur aliquid, censentur etiam concedi illa, quæ ad id sunt necessaria, ne concessio sit inutilis: at priuilegium concessum accusatori in aliquibus casibus sine metu irregularitatis præcedente protestatione inutile videretur, si testis non posset absque irregularitate cum protestatione testari. Et idem est de aduocato: nam præ timore tantæ pœnæ retraheretur à testando; sicque nihil probare posset, nec obtinere. Et probabile etiam esse puto, nec fieri testem irregularem, quando vel iure naturæ, vel iusto iudicis præcepto, vel graui metu coactus obligatur ad fatendum testimonium in causa sanguinis, præmittendo protestationem: tunc enim non videtur voluntarie ad mortem concurrere. Ita Cornejo *disp. 11. dub. 1. q. 7.* Et pro probabilitate harum opinionum plures alibi adduxi, quibus nunc

addo Caspensem *in curs. Theolog. tom. 2. tract. 25. disput. 5. sect. 13. n. 88. cum seqq.* & Lessiam *in 3. part. D. Th. c. 2. de irregular. dub. 5. n. 15.* vbi sic ait; Probabile est ab irregularitate testem excusari in eo casu, in quo tenetur in conscientia testari, præsertim si protestationem adiungat, quamuis hæc etiam non videatur esse necessaria. Ita ille, cui adducit Escobar *in Theol. moral. tr. 4. exam. 6. c. 3. paragr. 5. n. 238.* vbi admittit hoc etiam in aduocato.

Sed quis potest dispensare contra præsentem irregularitatem contractam ex defectu lenitatis? Caspensis *vbi supra nu. 94.* ait, Prælatos regulares posse dispensare in irregularitate contracta ex defectu lenitatis circa suos subditos, quia habent priuilegium dispensandi in omnibus irregularitatibus, excepta bigamia, & homicidio voluntario. Certius est eandem facultatem habere Commissarium Cruciatæ, quia in eius commissione dicitur, & super quacunque alia irregularitate, quæ non procedat ex homicidio voluntario. Ita Caspensis. Sed quid dicendum de Episcopis? Lessius *loco citat. dub. 6. n. 21.* sic asserit. Respondeo Episcopum non videri hinc posse dispensare, vt plerique Doctores affirmant. Ratio est, quia ante Concilium Tridentinum non poterat; & per Concilium non est ei facta potestas, nisi in regularitate orta ex delicto occulto: hæc autem ex delicto non oritur.

Non tamen non esse improbabile, Episcopum posse in hac dispensare, vt docet Couarr. §. 3. *in fin.* Ratio est, quia istud homicidium æquiparatur homicidio casuali in iure (id est quod casu factum est) in quo potest Episcopus dispensare. Vnde per quandam *in vniuersis* colligimus simili modo posse dispensari isto. Hæc Lessius. Sed de his alibi à nobis etiam tractatum est.

Si quis obtinuit beneficium Simoniacè, queritur an ipso iure priuetur beneficiis antea, vel postea ritè obtentis.

RESOLVT. VII.

Respondeo negatiuè, quia nullibi est expressa talis pœna, scilicet priuatio ipso iure beneficiorum ritè obtentorum cum eo rigore: nam licet *in cap. inquisitionis de accusat.* dicatur, obtinentem beneficium simoniacè esse impeditum à retentione beneficij, etiam post peractam pœnitentiam, intelligendum est à retentione eiusdem beneficij, vel intelligi debet à retentione cuiuscunque beneficij secuta sententia condèmnatoria; siquidem ibi æquiparatur simoniacus homicidæ, qui beneficiis non priuatur ipso iure ante sententiam, sed venit priuandus, vt colligitur ex *cap. clericus, ne clericis, vel Monachi, ibi, honore priuetur*, & Hermanus Bufenbaum *in Medull. Theol. moral. l. 3. tract. 1. c. 2. dub. 3. art. 2. ad 3.* sic ait; Ob simoniam realem in beneficio Ecclesiastico, incurritur primò excommunicatio Papalis. Secundò, irrita est electio, præsentatio, confirmatio, & institutio. Vnde talis non facit fructus suos; idque etiam, licet à tertia persona taliter prouisus id ignorauerit: nisi tamen contraxerit, vel nisi à tertio data fuerit pecunia per fraudem, vt redderetur inhabilis, vel nisi bona fide possederit beneficium per triennium. Lessius *lib. 2. cap. 35. d. 31.* Laym. *lib. 4. tract. 10. capit. vltimo Bonacin. disp. 1. quest. 7. part. 2. numer. 20.* ex Gomez, Garzia, &c. Tertio, efficitur inhabilis ad idem beneficium, etiam per dispensationem Episcopi

Episcopi obtinendum: aliis tamen beneficiis ipso iure non priuatur, nec ad alia obtinenda sit inhabilis ante sententiam iudicis. Ita ille, cui adde Baunium *vbi infra*. Sed quid dicendum vt rumne simoniæ crimen in beneficio contractum, quando est occultum, solique suo Auctori notum, suspensionem ei inferat.

Inferre multis Auctorum testimoniis probare conatus est Comitoli. *in responsionibus*. Verùm nobis esse debet eorum opinio potior, qui inferre, verbis non obscuris negant, eius asserendæ tuendæque Princeps Nauarrus extitit *in Manual. c. 23. n. 111. dict. 3. & in 5. l. consiliorum conf. 31. de simon. cuius in sententiam pedibus concessere*, Sanch. *tom. 1. conf. lib. 2. dub. 194. numer. 9.* Henric. *lib. 4. de irregul. capit. 6. num. 7.* Tanner. *in 2. 2. D. Thom. disp. 5. qu. 8. dub. 4. num. 99.*

Causa est, quod in pœnis ea eligenda sit opinio, quæ est mitior, maxime cum de voluntate imponentis certò non constat. At est pœna non leuis beneficiarum à sui administratione beneficij impediti, ac reici, nec vllus est canon quo probari queat, simoniacum ab eius esse vsu, regendique potestate suspensum, quæ causa Couarruiæ extitit *in Clem. si furiosus p. 2. num. 7.* asserendi, quæ de suspensione incurrenda à beneficiario ob simoniã in beneficio commissam affirmantur, dubia esse suspensa que non certa, cum sit ergo humanus, suæ rei vltim possessori relinquere liberum, quam eidem illum admittere, dici debet, simoniacum in beneficio, maxime occultum, ab eius administratione suspensionem non esse.

Obiicies, haberi in Pij V. Constitutione edita anno 1566. quæ incipit, *Cum primum*, quod qui per simoniam beneficium est adeptus, ipso iure sit eo priuatus. Sed dici debet inde non concludi esse irregularem, cum multi suis sacerdotiis sæpè excidant, sine obligatione incurrendæ talis pœnæ. Deinde etiam si simoniacus non possit retinere beneficium in quo est admissa simonia, non tamen tenetur alia ante illam commissam habita dimittere nisi post sententiam condèmnatoriã: Ita Thesaur. *2. par. prax. Eccles. verb. Simon. 2. Nauar. lib. 5. conf. de simon. c. 4.* vel, vt habent libri alij 92. *Less. lib. 2. cap. 35. dub. 26.* Emm. Sà *verb. simonia 9.* qui omnes aiunt, quoad hanc pœnam, Bullam Pij V. receptam non esse, vel si est, de simoniaco duntaxat conuictò loqui, qui est hoc ipso infamis, & consequenter irregularis, & beneficiorum incapax, non verò occultus. Et hæc omnia docet Baunius *in prax. benef. disp. 6. quest. 62. dub. 3.*

An triennium à iure præscriptum ad experiendam impotentia veritatem, computandum sit à tempore quo copulata est, vel à tempore præfixo à iudice.

RESOLVT. VIII.

Causus est nimis practicabilis, pro quo suppono quod quando dubium est vtum impedimentum sit perpetuum, concedi à Canonibus ordinariè triennium, ad bona fide experiendum; vt habetur *capitulo laudabilem, de frigidis, & maleficiariis*, si intra illud tempus non successerit, Ecclesia pronunciare debet sententiam diuortij. Quod si postea, deprehendantur impedimentum non fuisse ve-

rè perpetuum, renocandi sunt ad prius matrimonium, etiam si alia matrimonia iniuissent, vt patet *cap. accepisti, & c. fraternitatis, de frigidis & maleficiariis*, & dictum triennium esse computandum à tempore quo cœptum est à coniugibus copulæ vacare, ex Thom. Sanchez, & aliis penes ipsum docet P. Dicastillus *de Sacram. t. 3. tr. 10. disput. 7. dub. 52. num. 175.* vbi sic asserit; A quo vterius puncto sic triennium computandum, non omnino consentiunt Doctores. Illud videtur magis certum, non esse computandum à tempore ante conatum ad copulam: in hoc enim Doctores consentiunt, quia ante eum conatum non potest inchoari experientia, computandum ergo est à die conatus, & non à tempore præfixo à iudice, postquam egerunt coniuges pœnitentiam de matrimonio, vt nonnulli iuris periti dixerunt, qui supponunt pœnitentiam esse iniungendam coniugibus. Quod totum sine aliquo fundamento dicitur. Ratio verò pro nostra doctrina est, quia in sæpè citato *cap. laudabilem*, expressè dicitur computandum esse à die celebrationis coniugij, hoc est à die insertæ copulæ quia nimirum eo die solet intentari, quæ doctrina locum habet non solum in impotentia, quæ prouenit ex aliis causis, sed etiam in ea, quæ prouenit ex maleficio, vt cum multis probat Sanchez *num. 4. & 5.* vbi rectè expendit verba *capitis finalis de frigidis*, ibi; *Si confiterit vobis præfatum virum & uxorem cohabitasse intra prædictos annos per continuum*, adiuncto principio eiusdem textus ibi, *mulier proposuit quòd per multos annos fuerant simul, & cohabitauerant*. Ex quibus & aliis, quæ habentur in eo textu, apparet eos coniuges ante omne præceptum iudicis, & nondum lite mota cohabitasse octo annos, & tamen Pontifex decidit, dirimendum matrimonium; si intra eos octo annos continuè habitauerint. Ex quo patet, non requiri talem terminum assignari per iudicem; nec semper hoc impedimentum ex peccato confurgit, vt idèd non procedat triennium ante peractam pœnitentiam. Neque obest, quod *in eodem c. finali* narretur, pœnitentiam peccatorum fuisse illis iniunctam. Nam in hoc narrat factum, non statuit ius, quando enim decidit, solam petit quòd coniuges intra totum illud tempus octo annorum, triennio continuè habitauerint simul.

Ex quo inferitur, necessarium esse quod triennium sit continuum; quia id supponitur in eo capite, quæ continuitas moralis esse debet non mathematica, sed iuxta communem modum, vt docet Anthores communiter. Hæc omnia Dicastillus; cui ego addo Reginaldum *t. 2. l. 31. n. 107.* & Hurtadum *de Matrim. disp. 22. difficult. 11.* & Martinum Perez *disp. 37. sect. 11. n. 10.* & Ioannem Præpositum *in 3. par. D. Thom. quest. 7. de impedimentis matrimon. dub. 23. n. 203.* Trullench, *de Sacram. l. 7. cap. 9. dub. 76. n. 22.* Filliac. *t. 1. tr. 10. part. 2. cap. 3. num. 112.* Coninch, *de Sacram. disp. 35. n. 83.* & Bassium *var. matrim. 7. num. 81.*

Sed licet hæc opinio sit tantorum Doctorum auctoritate falcata, tamen ego puto contrariam sententiam tenendam esse, nempe totum triennium computandum esse à tempore præfixo à iudice, & ita se habet stylus Curie, quem sequitur sacra Rota, vt patet ex pluribus decisionibus, quas ego vt par est semper veneror, & idèd Castrus Palaust. *5. disput. 4. punct. 14. §. 10. n. 3.* sic ait. Ego verò cenfeo, spectato iuris rigore, hanc vltimam sententiam vtiorem esse, vti colligitur ex *ditto cap. laudabilem*, vbi expressè habetur triennium enumeran-

merandum esse à die celebrati coniugij, quia ab eo die præsumuntur coniuges copulam intentasse. Idem demonstratur in *cap. fin. eod. tit. de frigid. & maleficiat.* ubi mulier allegans multis annis cum viro habitasse, nec potuisse pati congressum, nullo expectato vltiori triennio, separatur. Verùm spectata consuetudine, styloque Romanæ Curie triennium computandum est à decreto iudicis, quia ab eo die præmissa peccatorum confessione, & Eucharistiæ sumptione diligentius copula procuratur. Sic sæpè tenuit Rota teste Farinac. *vol. 1. cons. dec. 27. & 277. & vol. 2. cons. decif. 192. & 226. Riccio in praxi dec. 139. n. 1. Basilio Ponce l. 7. capit. 66.* Quod si ante iudicis decretum triennialis habitatio præcessit, arbitrio iudicis relinquitur iustis de causis abbreuiare triennium; vt notauit Rotà *dist. decif. 226. Riccius, & Basil. loc. alleg.* vnde ad supradictorum confirmationem adducam verba Ludouici, de San Iuan in *summ. de Sacr. Marim. q. 6. art. 15. diffic. 1. d. 1.* sic asserentis; Paulo V Sanctissimo Vicario de Iesu Christo Señor nuestro, y successor legitimo de S. Pedro, auiendo la Rota declarado, este triennio de uerse entender à *die reclamacionis*, Su Santidad approuò la tale decision, y declarò ser assi verdad, y viose claro ser assi iustissima sententia; pues auiendo se tratado de separar à ciertos duques, y vassollos de la Iglesia, habitantes en Roma, que antes de reclamar auian estados iuntos mas de tres años, dada la dicha sententia, de que habitassen otros tres años, à *die reclamacionis*, fuè Dios seruido, que al fin de los tres años sobre dichos, se hizo preñada la Dicha Duquesa con increíble gozo del pueblo Romano, de los Retantes, y de su Santidad, &c. sic ille; qui adde Leandrum de *Sacr. t. 2. tr. 9. disp. 21. q. 47.* qui tamen optimè obseruat ex Rota, & Basilio Pontio, quod si ante iudicis decretum præcessit triennialis cohabitatio, esse in arbitrio iudicis, iustis causis concurrentibus, illud ad breuius tempus reducere.

Nota verò cum Ioan. Præposito *vbi supra, & Dicastillo n. 82.* cum alijs, quod in ijs, qui ante plenam adeptam pubertatem matrimonio iuncti sūt, existente dubio de impotentia, triennium videtur inchoandum à tempore copulæ intentatæ post plenam pubertatem, id est, viro post annum decimum octauum, quia ante illud tempus impotentia præsumi potest ex debilitate naturæ ptoueniente ex minori ætate, quæ proinde accedente ætate tolli possit. Vnde non assentior Gaspari Hurtado *disp. 12. diffic. 11. n. 41.* qui ided dicunt computandum esse tempus à priori pubertate illa non perfecta, quia in iure triennium eodem modo absque distinctione aliqua horum vel illorum supponit triennalem experientiam sufficere; id enim negamus, sed talem requirere, quæ tollat dubium de temporali defectu proueniente ex imbecillitate ætatis, non tollitur autem hoc dubium, nisi experimentum hoc capiatur à tempore, quo iam imbecillitas ob defectum ætatis non locum habet; habet autem locum in ijs, qui nondum venerunt ad perfectam pubertatem.

Nota secundò, Sanchez, & Basil. Pontium docere, quod quando vxor tantum materiale adulterium commisit, nempe existimans eum cum quo rem habuit esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, non est sufficiens causa faciendi diuortium. Item quando per vim absolutam cogitur, & opprimitur ab alio. Ratio est, quia in his casibus nulla formalis culpa vel iniuria contra fidem

matrimonij committitur. Vnde par non est, quod aliquid detrimenti patiatur absque vlla sui culpa. Hanc doctrinam pro illo casu quo vxor accessit ad alium, cum quo matrimonium contraxit inualidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quam pro casu, quo per vim absolutam præcise cogitur, & pro casu quo prudenter putauit illum, quem admittebat esse proprium virum. Tamen pro casu quo illa, licet formaliter adulterium non commiserit, tamen formaliter fornicata est, nempe quando prudenter putans maritum longè absentem obiisse, cum alio fornicata est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium; non videtur tunc ita certum non posse maritum ab illa diuertere, si postea superueniens id sciat, maxime si illa etiam prolem suscepisset, vel prægnans esset ab amasio. Durissimum namque videtur hominem (maximè honestum ac nobilem) si non adulteram formaliter, saltem formaliter & propriè fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde saluo meliori iudicio, mihi non videtur improbabile, saltem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videtur cum tanto suo dedecore obligari ad eam cohabitationem, maxime in ijs regionibus, in quibus turpe est talem vxorem admittere aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obliget, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam vrgentem causam censeatur quis ab ea obligatione quandoque liber, non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, vt euitet illam ignominiam, quam in sua patria, & vbi notus est subiret, maxime si non facile in illam simul cum vxore migrare posset; sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendam magnis sumptibus vel laboribus videtur in tali casu obligandus: satis enim est, quod quantum fieri potest, non omnino vxoris curam relinquat, sed de necessarijs ad vitam transigendam prouideat absens, quin cogatur, secum præsentem habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verùm hæc aliorum iudicio relinquo, solumque meam sententiam sincerè volui explicare, quam liberius affirmarem. Quibus adde Dicastillum *numero 567.* sed nouissimè sententiam Sanchez & Pontij sequitur Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disput. 21. quæst. 43.*

Nota tertid, contra Cardinalem Bellarminum, & alios, triennium experientie debere esse moraliter continuum, non autem physicè, vt annus nouitiatus, & tempore requisito ad rescribendum; imo puto cum Sanchez, nec moralem desiderari continuitatem; quia finis illius triennij assignatus est, vt coniuges experiantur, an de cursu temporis ea impotentia possit auferri, atque adeo non, sit perpetua matrimonium dirimens: ad hoc autem experiendum satis est, quod illud triennium expleatur; etiam si non sit in illo triennio continuitas habitationis, & assistentiæ ad copulam; imo quò magis continuè vocatur copulæ, ait Sanchez, eo debilius redditur vir. Vnde Dicastillum *loco citato dub. 55. num. 599.* Sed difficultas est, an saltem ita completam exigatur triennium, vt intermissum tempus suppleri debeat. Respondeo affirmatiuè, sed æquitas poscit vt ea triennialis habitatio non censeatur interrupta; atque aded neque ex parte supplenda, ex eò quod pauci dies, iique interpolati defecerint; imò, vt cum prædictis ait Sanchez, etiam si dies interpolati toto illo triennio

triennio exæquent spatium sex mensium simul computati, non censentur supplendi, qui tamen si simul omitterentur supplendi essent, quia in priori illo modo praxi interpretatur non esse notabilem absentiam, quia cum ijs breuibus, & interpolatis absentijs pro casibus occurrentibus censetur ordinaria & moraliter continua cohabitatio coniugum; quæ communi modo sit. Simultanea verò absentia sex mensium simul, meritò censetur grauis & notabilis atque adeo supplenda. Et ita etiam tenet Dicastillus *n. 602. Leand. q. 48. Pontius n. 12. & alij, & tandem.*

Nota quartò, valere matrimonium, si vir seminare posset intra vas, etiam si impotens esset scemina ad seminandum, quia ex valde probabili sententia semen scemineum non est necessarium ad generationem; quamuis multum conferat, contra Hurtado *disp. 22. diffic. 5. n. 18. & alios, existimantes semen scemineum esse necessarium ad generationem, consequenter si scemina non potest seminare, esse inhabilem ad matrimonium, quod non est improbabile; ideo in hac sententia tale matrimonium non esse validum: Et ita obseruat Trullench. de *Sacr. lib. 7. c. 9. dub. 16. n. 2. Vide etiam Herm. Busem. in Med. Theol. Mor. lib. 6. tr. 6. c. 3. dub. 2. n. 14.**

Quid faciendum de viro sacris initiato, si post iudicis sententiam, inueniatur, impotentiam falsò existimatam fuisse perpetuam, non fuisse talem.

RESOLVT. IX.

TRACTAT late hunc casum Sanchez, & ex illo Pater Leander de *Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 21. q. 52. vbi sic ait; An etiam qui ex præsumptione impotentia perpetua suscepit ordines Sacros, restituentus sit vxori, si cognoscatur impotentiam tantum fuisse temporalem?*

Respondeo, restituentum esse vxori permanenti in sæculo, quia vinculum adhuc matrimonij perseuerat, eò quod nec sit dissolutum per impotentiam præsumptam, nec per susceptionem Ordinis Sacri, vt supra iam habitum est. Sic Sanchez *lib. 7. disp. 99. n. 39. & penes ipsum Enriq. lib. 12. de matrim. c. 8. n. 3. Petr. de Ledesma q. 8. art. 2. dub. 1. Bonnac. q. 3. de marr. punct. 13. n. 2. Candid. disput. 28. art. 13. dub. 39. & Hurtad. disput. 22. diff. 11. num. 42. Qui bene notant quod vir, qui in dicto casu ordines suscepit Sacros, nequit ad vxorem redire, nec ipsam repetere, si vxor ipsum non repetat, quia per sacri Ordinis susceptionem ipsi præiudicauerit. Vxor verò ipsum repetente tenetur iste reddere debitum vxori, cum ipsa non sit priuata lege petendi, non tamen ipse poterit debitum exigere (quidquid dixerint Astenis, & Richardus penes Sanchez) propter votum castitatis emissum in Sacrorum ordinum susceptione. Hucusque Leander. Vide etiam Ioannem de Soria *epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10 §. si forte coire nequibus.* Sed maximam difficultatem habet P. Dicastill. de *Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. n. 590 & seqq.* quantum ad facultatem, quam negant tali viro petendi debitum, & solum fatentur habere reddendi obligationem vxori petendi, hæret mihi scrupulus, quia ille ex falsa existimatione venit castitatis, & ordines suscepit, alioquin non suscepturus. Et postea varijs argumentis contra Sanchez ad hominem conatur hanc sententiam probare; sed tandem non*

Anton. Diana Pars XI.

audet discedere à sententia superius adducta tanquam communi.

In qua etiam ego stando, limitanda venit cum Sanchez *disp. illa 99. n. 39. & cum Henriquez l. 12. cap. 8. n. 3.* vt non habeat locum, si vxor fornicata esset; quia tunc ratione fornicationis, si vir esset innocens, posset illam repellere. Quæ doctrina mihi vera videtur, sed pro casu quo talis fornicatio fuerit, postquam est cognitus valor matrimonij, vel saltem interim dum dubitabatur de valore & inquirebatur veritas: nam in tali occasione certum est illam peccasse peccato adulterij, quia vel certo sciebat valere matrimonium, v el se exponere periculo adulterandi, quando nesciebat; an valeret, vel non.

Sed difficultas est, & ego contrarium puto cum Dicastillo *vbi supra n. 591.* Si vxor fornicata fuisset illo tempore quo matrimonium ex declaratione iudicis censebatur nullum: tunc enim bona fide putauit matrimonium non valere; atque adeo fornicando non commisit adulterium; nec fregit fidem formaliter, quia nulla fides data, nec obligatio iustitiæ purabatur subsistere: ergo non est ratio ob quam in tali casu vir possit negare debitum vxori, quæ illi formaliter nullam intulit iniuriam; nec commisit formaliter adulterium, non secus atque si bona fide alteri viro nupsisset, & cum eo habuisset copulam: quamuis enim vna sit fornicaria formaliter, & non altera, tamen neutra est formaliter adulterium, & ob solum adulteriū coniux coniugi negare potest debitum. Vnde licet alter coniux sciat ante initum matrimonium, suum coniugem fornicatum fuisse; non ideo potest post matrimonium initum debitum negare, quæuis ea fornicatio sufficere, si nota fuisset ante matrimonium ad retrocedendum, etiam si præcessissent sponsalia, vt suis locis diximus. Vnde mihi videtur pro nostro casu non excusari virum à reddendo debito. Quæ doctrina mihi multò clarior videtur ordine inuerso, si scemina vouisset castitatem, putans se iam fuisse liberam à tali matrimonio, & vir non quid transiret ad sacros Ordines, sed adhuc maneret laicus, & existimans se liberum, fornicaretur cum alia scemina; tunc enim instaurato matrimonio, aut declarato iam valido, non poterit mulier negare debitum neque cohabitationem ob fornicationem viri; quæ non fuit formaliter adulterium, & iniustitia contra ipsam, cui bona fide putabat se non alligatum. Atqui quantum ad hoc reddendi, vel non reddendi debitum coniugi adultero eadem est ratio de scemina, atque de viro: ergo si scemina non excusatur propter talem fornicationem viri, nec vir excusabitur propter talem fornicationem scemine; etiam si alioquin in communi estimatione magis indecorum censeatur, quod vir habeat vxorem ab alio fornicariè cognitam, quam quod vxor habeat virum, qui aliam fornicariè cognouerit: id enim totum est extra ius ipsum matrimonij.

Nota verò cum Leandro *vbi supra*, quod si vxor non repetat virum sic sacris initiatum, ille non poterit redire ad vxorem; quia sibi præiudicauit per ordinem sacrum. Ita Sanchez cum alijs *num. 39.* vbi rectè reprobatur Petrum de Ledesma putantem scemina nolentem repetere, teneri votum castitatis emittere: nec enim est cur ad id obligetur: nam Tex. in *cap. coniugatus, de conu. coniug.* solum hoc petit, vt vir de consensu vxoris legitimè ad sacros Ordines ascendat: hæc autem iam ascendit absque vllò vxoris consensu: neque est vllus textus alius, qui peat huiusmodi votum, quædo vxor sua

V liberta

libertate utens nolit ipsum repetere, Sed quid dicendum an vir ingrediens Religionem ob dissolutionem matrimonij, dum comprehenditur impotentiam non fuisse perpetuam, si professus sit, debeat redire ad uxorem? Respondeo tanquam certum sub distinctione sic: Si vir ille professus est ante consummatum matrimonium, non debet redire ad uxorem: quia matrimonium non consummatum dissolvitur per professionem.

Quod si contingat, quod facta professione alter coniux in saeculo relictus transferat ad aliud matrimonium, tunc advertendum maxime est, an matrimonium inierit ante, vel post alterius professionem: nam si post professionem, valebit matrimonium, quantumvis apparuerit impotentiam non fuisse perpetuam: quamvis enim prius matrimonium valuisse, dissolutum fuisset per professionem, ut potest nondum consummatum; atque adeo valebit secundum. Si vero ante professionem; posterius matrimonium erit irritum, atque ut valeat necesse est adhiberi novum consensum post factam professionem, quia ante illam nondum erat dissolutum prius matrimonium. Vide Dicastill. *ubi supra* n. 585. & 587. Leandri q. 50. Pontium *de matr. lib. 7. c. 61. n. 10.* Hurtad. *disp. 22. diff. 11. n. 421.* Villalobos *tom. 1. tract. 14. difficult. 21. n. 4.* & alios penes ipsos.

Quidam Parochus publicè graviter Clericum percussit, & statim dedit licentiam Sacerdoti ministrandi omnia Sacramenta suis Parochianis? Quæritur, an matrimonia quibus præfuit fuerint valide contracta.

RESOLVT. X.

CAsus iste accidit in civitate N. & de illo ego interrogatus respondi ad duas difficultates se restringere. Prima, an excommunicati denunciati, vel publici percussores Clericorum valide possint præbere licentiam assistendi matrimonio. Secunda, an in illa licentia administrandi omnia sacramenta includatur etiam matrimonium. Et ad primam dubium negativè respondet Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 10. disp. 3. dub. 10. n. 75.* vbi docet contra Sanchez, etiam si assistentia ipsius Parochi sit actus iurisdictionis, nihilominus collationem ipsam facultatis, aut commissionem assistendi matrimonio censeri posse actum alicuius iurisdictionis: Sæpè enim iurisdictionis actus est collatio facultatis, aut habitatio ad aliquem actum qui in se non sit actus iurisdictionis, v. g. emptio aut venditio facta à minori ante legitimam ætatem sine consensu tutoris, aut curatoris sæpè non valet, nisi accedente facultate: quamvis autem actus vendendi, aut alienandi non sit actus iurisdictionis, sed dominij, actus nihilominus ipse conferendi siue dispensationem, siue facultatem, & veniam, ut actus ille vim habeat proculdubio est actus iurisdictionis, ac proinde in matrimonio, licet assistentia ipsa non sit actus iurisdictionis, ipsa tamen collatio licentiæ seu facultatis ad validè assistendum potest esse iurisdictionis actus, quo argumento vti sumus loco notato de censuris. Et rectè quidem nemo potest alteri dare licentiam aliquid faciendi, nisi habeat aliquam iurisdictionem, aut dominium, vel in eum cui dat licentiam, vel in rem ipsam, circa quam dat licentiam aliquid faciendi. Quam etiam sententiam docet Layman. *tract. 10. p. 2. c. 4. num. 5.* referens alios, maxime Navarrum *conf. 14. de clandestina dispensatione num. 6.*

ad 3. in 2. edit. vbi postquam docuit esse exercitium iurisdictionis dare alteri licentiam, qua is, loqui non qualificatus idoneus reddatur ad legitimum valorem actus; docet in particulari pro nostro caso, dare licentiam assistendi matrimonio esse actum iurisdictionis voluntariæ. Hæc omnia Dicastillus & ante illum Coninch, *de sacram. disp. 27. num. 25.* Suarez *de censur. disp. 14. sect. 1. n. 7.* & de Penit. *disp. 27. sect. 1. n. 5.* Gutier. *de Matrim. c. 2. n. 89.* Victoria, Sorus, Syluester, & alij penes ipsos.

Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, ego non recedo à sententia quam olim docui: nam Sanch. & nunc me citato docet Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 7. q. 26.* qui citat Pontium, Henriquez, Sà, Rebellum, Hurtadum, Bonac. quibus adde etiam me citato Bassæum *verb. matrimonium 5. n. 5.* & Machadum *tom. 2. lib. 4. part. 2. tract. 2. docum. 16. n. 4.* vbi sic ait; Et sambien dudoso, y controuerso entre los Doctores, si el Parroco descomulgado, suspenso, &c. vitando, y no tolerado, pueda validamente dar licentia à otro Sacerdote para que en su nombre asista al matrimonio? Laíman y otros dizen que no. Si bien Sanchez, Basilio, y otros defienden que es valido el matrimonio, cuya sententia como mas probable sigue Diana: fundase en que la tal licencia no es acto de iurisdiccion, sino vna mera designacion de la persona, hecha en virtud de Concilio Tridentino, para que el Sacerdote segun su decreto, pueda prestarle autoridad con su persona. Ita ille.

Nota tamen hic obiter, parochum scilicet excommunicatum, etiam non toleratum, non solum validè assistere matrimonio, sed etiam licitè (quidquid in contrarium sentiat Basilius) imò si admittamus probabilem sententiam, quod validè conferat alteri Sacerdoti facultatem assistendi, eodem modo consequenter dicendum esset, etiam licitè conferre hanc licentiam, quia quamvis in his duobus communicet cum aliis, id tamen efficit propter utilitatem, vel potius necessitatem contrahentium, cum absque Parocho vel alio Sacerdote de licentia illius contrahere non possint, ac proinde neque ipsi contrahentes peccant. Vide Dicastillum *ubi supra num. 78.* Machadum *n. 3.* Imò Leander *q. 27.* putat in tali casu Parochum excommunicatum non declaratum si assistat matrimonio, vel det licentiam assistendi, non peccare neque venialiter, quod etiam ante ipsum docuerat Hurtadus *disp. 5. difficult. 8. n. 27.* & me citato docet Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. lib. 1. tract. 5. de Matrim. n. 11.* At Ioannes de Soria *in epologo summarum part. 2. r. 1. sect. 1. disp. 10. §. circa matrimonium clandestinum,* sic ait; Validè matrimonio assistit Parochus, licet sit suspensus, excommunicatus, aut irregularis. Peccatne assistendo? Respondeo cum distinctione, quod si est toleratus, nullo modo peccat, sed si non est toleratus, peccat venialiter. Quare, si nulla iurisdictione utitur? non ratione assistentiæ, sed propter benedictionem, quam illis communicat. Ita ille. Ego puto vtramque opinionem probabilem esse. Quoad secundum dubium respondeo, ea quæ speciali nota digna sunt, quando specialiter non notantur, censentur quasi neglecta. *Item apud Labeonem l. 5. ff. de iniuriis,* matrimonium autem est res gravissima, & ardua, iuxta *cap. finale de procuratoribus in 6.* & ex se patet: ergo est dignum speciali nota; ac proinde quando conceditur, censetur neglectum, & non conestum. Et ita etiam docet Dicastillus *De Sacram. ubi supra tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 14. n. 105.* qui

qui postea *num. 111.* sic subdit; Verum quidem est, Congregationem Cardinalium aliquando censuisse in ea facultate administrandi Sacramenta, comprehendere etiam matrimonio assistere; sed tunc sequuti sunt opinionem probabilem, cuius oppositam nos cum aliis probabiliorum iudicamus. Ita Dicastillus. Sed si mihi constaret authenticè de tali declaratione, non recederem à sententia Purgatorum Patrum.

Notandum est hic obiter, Leandrum nominatim contra me docere *tom. 2. de Sacram. tract. 9. disp. 7. quæst. 21.* Quod si quis habens alicubi domicilium migret alio (recreationis causa) breui rediturus, possit contrahere coram Parocho illius brevis habitationis seu temporis. Quod etiam docet nouissimè P. Escobar *Theolog. Moral. tract. 7. exam. 9. c. 8. §. 5. n. 157.* vbi sic asserit; Potestne celebrari coniugium in rurali domo, ad quam recreationis causa ipsius profecti essent, vno aut altero die commoraturi, si ditioni alterius parochi domus illa subdita sit? Asserit Sà *verb. Matrimonium, n. 2.* proprium Parochum in ordine ad matrimonium esse Parochum, in cuius parochia alterater habitat etiam ex parvissimo commorationis tempore. Ita ille. Sed hanc sententiam ego olim reprobavi, & nunc iterum reprobavi, & ideo Dicastillus *de Sacram. to. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 8. n. 48.* sic ait; Ex quo fit, ut qui extra proprium domicilium minore tempore anni in eo loco habitat, tanquam hospes, seu animo citò redeundi, non habeat alium Parochum, adhuc in ordine ad matrimonium, quam Parochum sui domicilij, aut quasi domicilij, ut rectè probat Sanchez *citata disp. 23.* & Menoch. *conf. 378.* quicquid in contrarium sentiat Basilius *lib. 5. c. 17.* & Sà *verb. Paroch. n. 2.* qui absque fundamento affirmant modicam seu breuem habitationem in Parochia alicuius, etiam si recreationis causa fiat, sufficere ut quis in ordine ad matrimonium habeat illum, ut Parochum. Ita Dicastillus. Et hanc sententiam ex pluribus Doctoribus, me etiam citato firmat Angelus Bossius *de Matrim. c. 4. §. 9. n. 17.* & de Iubileo *sect. 4. c. 13. n. 34.* asserens, non esse audiendos Pontium, & Sà, & tu adde nunc Leandrum, & Escobar. Nota etiam hic, quod Parochus interdictus seu prohibitus ab Episcopo assistere matrimonio, adhuc validè assistit; quia posito eo interdicto seu prohibitione, Parochus adhuc retinet iurisdictionem: idem diceatur quoad huiusmodi prohibitio facta fuit adiutori vel Vicario parochi. Imò Parochus cui verum fuit à Superiore administrare Sacramenta propter infirmitatem, validè adhuc assistit matrimonio, quia huiusmodi assistentia non est propriè administratio Sacramenti, modo Parochus sit compos sui, & externo sensu percipiat consensum contrahentium, siue per se immediate, siue percipiat per interpretem, quod adeo verum est, etiam si ibi per vim detineatur. Ita Bassæus *ubi supra n. 8.* Dicastillus, & alij.

An mulier teneatur pati incisionem sine graui dolore & infirmitate, etiamsi defectus proueniat ex parte viri ob membrum genitaliale improporcionatum.

RESOLVT. VI.

DE hac difficultate olim magna altercatio mihi fuit cum nostro Patre Megala, & postea Anton. Diana *Par. X 1.*

hic Romæ dum viueret cum Patre Theatro viro quidem docto ex inclita Societate Iesu. Ille mordicus cum Sanchez assererat, ego mordicus cum Pontio negabam. Et nunc pro eorum sententiâ adduco Martinum Perez *de matrim. disputat. 37. sect. 6. num. 2.* & 6. Raphaëlem Auerfam *de matrim. quæstion. 13. sect. 2.* Texedam *in conuers. Theolog. Moral. tom. 1. lib. 4. tractat. 2. §. 9. controuers. 23. num. 18. cum seqq. fol. 624.* & Nicolaum Isambert Professore Regium celeberrimi Musei Sorbonici *in 3. part. D. Thom. tom. 3. de Sacram. Matrim. disput. 9. art. 12. num. 6.* vbi sic asserit; Notandum, impotentiam esse duplicem, vnam perpetuam, temporalem alteram. Ea dicitur perpetua, quæ nulla arte humana licita, vel saltem sine euidenti periculo corporis, potest remoueri, ut intelligitur *ex capit. fraternitatis, extra de frigidis & maleficiis:* quæ enim non licent, non censentur esse in nostra potestate. Sic impedimentum, quod est per maleficiam, quod alio tantum maleficio tolli potest, censetur esse perpetuum. Ea verò impotentia dicitur temporalis, quæ naturaliter, vel medio humano aut licito, sine notabili periculo animæ aut corporis, potest curari. Sic quando mulier est impotens ex eo, quod sit nimium arcta, si prudenti Medicorum iudicio possit reddi potens ad perfectam copulam per leuem aliquam incisionem, etiam cum aliquo dolore, sed tamen sine periculo vitæ, impedimentum hoc censetur tantum temporale, & si iam matrimonium contraxerit, teneatur pati istam incisionem, quia per matrimonium sese obligauit ad reddendum debitum marito postulant illud, quod non potest sine hac incisione.

Quibus non obstat quod obiicit Basilius Pontius *tract. de imped. cap. 32. paragr. 3.* naturam id horrere, nec honestatem pati foemina artificio corrumpi, ut possit viro concumbere. Item mulierem, & virum contrahere matrimonium sese quidem tradendo, sed cum implicita ista conditione, *si ad eum usum apta fuero.* Vnde cum hæc conditio desit in hoc casu, mulierem non teneatur pati hanc incisionem. Tum denique quod Ecclesia nunquam medium istud præcepit, consuluerit, aut permisit fieri ad componendas multas lites, quæ passim mouentur circa impotentiam; sed tantum decernit trium annorum cohabitationem. Hæc, inquam, non obstant. Primum quidem, quia hoc est infitum à natura cuique rei, ut pro maiori suo bono, vel alterius, cui vel ex debito iustitiæ, vel naturæ obligatur, teneatur leue aliquod malum pati in corpore quod potest pati citra peccatum, ut tali debito satisfaciatur, aliàs censetur peccare contra legem iustitiæ, vel naturæ, iuxta conditionem ipsius debiti: atqui præsens incisio vxoris est leuis, quia ex ea nullum graue periculum imminet, ut supponimus, & mulier prædictis omnibus titulis obligatur reddere debitum suo viro: vnde talis incisio est potius secundum honestatem, quam contra: honestas enim debet attendi penes rectam rationem, quæ in præsentia casu tale remedium postulat.

Secundum item non obstat, quia contrahendo, sese etiam obligauit ad patiendum istud remedium, si eo opus esset: qui enim vult finem, vult & media rationalia ad illum obtinendum efficacia, cuiusmodi est hæc incisio in præsentia casu. Et si hæc ratio valeret, mulier etiam valde potes posset ob quodlibet aliud leue incommodum sui corporis denegare pro suo libito debitum suo viro; sicque illum pollutioni sæpe sæpius exponere; quod est

absurdum, cum in hoc vtroque casu matrimonium semper maneat validum.

Non denique obstat tertium: Ecclesia enim istud remedium non præcipit, quia in his quæ ad impotentiam spectant in ipsa indispositione corporis consistentem, supponit prudens iudicium Medicorum, & matronarum: quando verò impotentia est talis, vt ei possit succurri per leuem incisionem, qui iam matrimonium contraxerunt, non solent licem mouere, sed sola parentum exhortatione sequuntur prudens Medicorum & matronarum consilium.

Notandum tertid, vtramque impotentiam, tam perpetuam, quam temporalem, adhuc esse duplicem: vnã absolutam, id est respectu omnium, v.g. quando vir cum nulla muliere potest consummare copulam ob impedimentum quod habet. Alteram esse tantum respectuam, id est respectu quarundam personarum, vt si mulier respectu vnus viri sit nimium arcta, quæ tamen respectu alterius sufficientem habet dilatationem. Hucusque Hambertus.

Sed his non obstantibus ego non recedo à sententia quam docui, & quam absolute vel tanquam probabilem post me receperunt viri doctissimi. Et ita tenet me citato Caspensis in *curf. theol. tom. 2. tract. 26. disp. 9. sect. 4. n. 8.* & me citato Dicastillus de *sacram. tom. 3. tract. 10. dub. 48. n. 511.* & me citato Baunius in *theol. mor. tom. 1. sect. 12. quest. 9. offer. 3.* & me citato Bassæus *verb. matrimonium 7. n. 77.* idem docet Castus Palauus *tom. 5. disput. 4. punct. 14. §. 1. num. 8.* Gaspar Hurtadus de *matrimon. disp. 22. diff. 7.* Leander de *sacramentis tom. 2. tract. 9. disp. 21. q. 24.* & Martinus de San Ioseph in *Monit. Confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 35. de matrimon. n. 10.* Trullench de *sacrament. l. 7. c. 9. dub. 16. n. 9.*

Dico igitur primò contra Pontium, fœminæ licitum esse scissuram pati, quoties absque periculo corporali eam sustinere potest, quia licitum est naturam iuuare ad actum honestum, vti omnes Doctores supponunt de hac questione tractantes, cum inquirant, an obligata sit.

Secundò dico, fœmina, quæ nullam in se specialem arctitudinem habet vt à viro cognoscatur præter virgineum pudorem, obligata non est scissuram sustinere, tametsi absque vilo incommodo eam sustinere possit, vti docuit Petr. de Ledesma *tract. de marim. q. 58. art. 1. circa finem.* Gaspar Hurtado *disput. 22. offic. & Basilus Ponce lib. 7. de impedim. cap. 62. à num. 2.* Moueot, quia coniux in matrimonio corpus suum alteri coniugi tradit ad vsum coniugalem, prout à natura destinatum est: at natura non destinavit apertionem claustrum virginale in ordine ad coniugalem vsum fieri debere alio medio, quam viri pudendo, quinimo omnem alium modum, vt potè extraordinarium natura abhorret: ergo non tenetur fœmina illo vti.

Tertid dico, si fœmina præ cæteris arcta sit, & conscia huius arctitudinis contrahat cum illo qui illius est ignarus, probabilis reputo obligatam esse scissuram pati, si absque graui suæ salutis detrimento eam sustinere possit. In quo communi sententiæ assentior; Ducor, quia sic contrahens virum decipit non manifestans ei illam difficultatem, quam ipse præsumere non tenebatur. Ergo ratione illius deceptionis obligata est ea medicamenta sustinere, quæ virgineum claustrum disponant æquè aptum congressui, ac est claustrum cæterarum fœminarum: Fateor tamen hanc obliga-

tionem rarò contingere posse, cum vix possit euenire, quod fœmina sciat se præ cæteris arctam esse; eiusque arctitudinem à viro superari non posse; ideoque censeo rarò, vel nunquam obligandam esse ad eam scissionem sustinendam, cum ipsa per matrimonium viro corpus suum tradidit aperendum, non chirurgico, & fortè ob hanc causam nunquam iura statuerunt in litibus subortis de impotentia virgineum claustrum aliquo artificio referari, sed solum triennale habitationem concedunt. Signum ergo est nullam esse huiusmodi obligationem. Vide Palaum loco citato.

Vnde ex dictis resoluti potest dubium de quo Sanchez *lib. 7. disp. 93. n. 29.* an scilicet integrum sit viro impotenti ad virginem, potenti autem ad corruptam propria autoritate instrumeto aliquo ligneo, vel ferreo; vel simili ad id accommodato; digitisue claustra virginis à se dactæ referare, vt sic possit consummare matrimonium.

S. Thom. in *4. diff. 34. quest. unica artic. 2.* sic ait: *Si non posset implere carnalem actum cum virgine, & posset cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento posset claustra pudoris frangere, & coniungi, idem docet Albert. Magn. ad eandem distinet. art. 4.* expressè dicens posse digitis. Idem docent alij, quos refert Sanchez *cit. n. 29.* Qui tamen putat eorum sententiam esse intelligendam, vt fiat à Medico, & secundum illius artem: idè enim addiderunt illam vocem Medicinaliter, vt significarent id non posse fieri propria autoritate, sed iuxta Medicorum præscriptum. Quod mihi placet; sed aliqui non distinguunt de impedimento ex parte viri, aut ex parte fœminæ.

Etiã adhuc supposito præscripto Medicorum, & etiam si Medici dicant nullum esse periculum in eo remedio; ex alio capite apparet difficultas, & mihi videtur distinguendum: nam vel loquimur in casu, quo ex parte fœminæ est impedimentum, propter extraordinariam arctitudinem, vel in casu quo solum ex parte viri. Si loquamur de casu ex parte fœminæ, & in eo remedio non sit, (vt supponimus) periculum vitæ, aut grauis morbi; dicendum videtur iuxta dicta fœminam teneri id pati; atque adeo virum etiam ipsa inuita, & renitente id posse facere vi, aut aliquo modo incautam illam intercipiendo, si aliter, non possit: tunc enim ius suum recuperat. Si verò impedimentum sit ex parte viri modo explicato; dicendum est, iuxta nostrã sententiam, fœminam non teneri cum eo dolore, & horrore; atque adeo non posse virum ea inuita, vi, aut dolo vtendo id facere: est enim iniustus dolor, aut vis, vt potè cogens ad id, ad quod fœmina non tenetur. Ita Dicastillus *loco cit. n. 512.*

Sed hinc obiter quæro, an vir sit alicuius culpæ reus, qui suæ temporalis impotentie conscius matrimonium contrahit eo tempore, quo talis durat impotentia? Et negatiuè respondet Sanchez *lib. 7. disput. 92. quem adducit Texeda Theol. mor. tom. 2. l. 4. tract. 2. §. 9. n. 9.* Sed ipse putat in tali casu peccare mortaliter. Primò, quia celare hoc vitium fœminæ nequit fieri absque eius magna iniuria in re grauiissima: ergo, &c. Probatur antecedens, quia iniustum est, & inducens notabile detrimentum priuare fœminam ductam iure quod habet ad actum matrimonium, obligando illam per multum tempus, vt matrimoniali vtu abstineat. Secundò, quia iniuste agit vir, qui se obligat alteri pro aliquo tempore soluere id quod est impotens ad soluendum, cuius impotentie alter erat omnino ignarus: ergo vir qui conscius suæ impotentie matrimo-

matrimonium contrahit cum fœmina illius ignara iniuste facit: atque cum hæc iniustitia sit in re graui, peccat mortaliter. Confirmatur hoc, nam vir eo casu fœminam fallit in re graui: ergo peccat mortaliter. Confirmatur secundo, & explicatur: nam tunc aliquis peccat mortaliter peccato iniustitiæ, quando est causa vt proximo ponatur in evidenti periculo peccandi mortaliter: Sed vir impotens ad coeundum contrahens cum fœmina eius impotentie ignara, ponit illam in evidenti periculo peccandi mortaliter, imò est causa quod actu peccet mortaliter: ergo, &c. Probatur minor, quia propter communicationem cum viro suo communiter contingit incontinentiæ periculum, & quod actualiter peccet, vt notum est.

Obicit Sanchez; lex matrimonij obligat ad reddendum debitum instar præceptorum affirmatiuorum, nimirum semper, & salua incolumitate personæ, & temporibus commodis. Respondetur tamen falsum esse antecedens, & procedit ex ignorantia obligationis ortæ inter coniuges ad reddendum debitum: nam quoties alter coniux constitutus est in periculo evidenti incontinentiæ, tenetur alter coniux debitum reddere, & idè si coniux alter cognoscat se ad id esse impotentem, & vxor talis impotentia sit omnino ignara, peccat mortaliter contrahendo, & notabilem iniuriam infert coniugi; ergo, &c.

Verum an in tali casu qui suæ impotentie conscius decipit fœminam, ipsam ducens, teneatur eam, vt sororem habere, & alere. Affirmant Rosella *V. impedimentum 15. num. 10.* Siluest. *matr. 8. q. 16. disto 5.* Armilla *ibi n. 52.* Præpositus, Turrecrem. Gregorius Lopez & alij vsque ad 15. quos pro hac parte refert Sanchez *num. 9.* sed ego puto non teneri ad id sub præcepto. Quia reuera matrimonium est irritum; ergo non est cur obligetur vir ad eam fœminam, tanquam ad sororem habendam, & alendam. Et ita ex Sanchez tenet Leander de *Sacram. tom. 2. tr. 9. disp. 21. q. 7.*

Et tandem hic quæro, quid dicendum sit quando per errorem in facie Ecclesiæ prius matrimonium fuit solutum, fœminaque alij nupsit, comperita tamen veritate, prius matrimonium restauandum sit; an fœmina illa, quæ cum secundo viro copulam habuit, possit à priori viro repelli per diuortium quoad habitationem & thorum? Ego contrarium censeo cum Texeda, *vbi supra*, quod patet ex *cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiis*; in quo constat ob eam fornicationem vxoris cum secundo viro habitam, non posse priorem virum nec illam repellere nec petere diuortium quoad thorum, quia illa fœmina cum ob arctitudinem sit iudicio Ecclesiæ à priori viro separata, non peccauit alij nubendo, nec copulam cum illo habendo, quia bona fide id fecit, & per Ecclesiam vtrique coniugi facultas transfendi ad secundas nuptias æqualiter sit data. Imò P. Sanchez est sibi expressè contrarius, dum *n. seq.* subdit quod matrimonium ob solam impotentiam respectiue separatum est, neuter coniux potest fornicationem obicere; aut alterius consummationem ad celebrandum diuortium: ergo nec etiam potest prior vir, à quo illa fœmina ob impotentiam per iudicium Ecclesiæ separata est, & secundo nupsit, postea comperita veritate, est obicere adulterium, & petere separationem quoad thorum.

Anton. Diana Pars XI.

An si sponsalia dissoluantur mutuo consensu, cesset impedimentum publicæ honestatis ortum ex illis.

RESOLVT. XII.

Negatiuam sententiam docent duo viri docti ac strictæ amicitie vinculo mihi coniuncti, Reuerendissimus Candidus, & Auetia: Ille *tom. 1. disquisit. 28. art. 11. dub. 2.* Ille de *Sacram. Matrim. q. 17. sect. 5.* Idem etiam docet Layman *l. 5. tract. 10. part. 4. cap. 9. n. 3.* Trullench. de *Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 13. num. 8.* Bassæus *verb. Matrimonium 7. n. 56.* Dicastillus de *Sacramentis tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 39. num. 406.* & amicissimus P. Perez de *matrim. disput. 8. sect. 2. num. 4.* vbi sic asserit; Dico secundo; quando sponsalia dissoluantur mutuo consensu contrahentium, adhuc non cessare impedimentum publicæ honestatis contractum ex sponsalibus validis, & certis. Ita opinor cum Doctorebus primæ sententiæ, & ratio meo iudicio efficacior hæc est, quia impedimentum matrimonij non dependet à voluntate contrahentium, sed ab Ecclesia, quæ constituit, vt impedimentum publicæ honestatis confurgat ex sponsalibus validis; sponsalia verò non ob id non fuerunt valida, quod postea dissoluantur; vt constat. Ratio autem motiua, propter quam inductum est ab Ecclesia impedimentum publicæ honestatis, adhuc militat, quando sponsalia mutuo consensu dissoluantur, eo quod non deceat matrimonium contrahi inter aliquas personas, quæ sibi factæ sunt propinquæ per sponsalia: aliàs enim posset hoc impedimentum cessare quoque post mortem alterius sponsi: non enim sponsalia videntur magis dissolui per mutuum consensum, quam per mortem, per quam perpetuo dirimuntur, vt ostensum est. Nec valet dicere cum Hurtado esse discrimen: nam sponsalia quæ mutuo consensu dissoluantur, euanescent immediatè, & ratione sui, & sponsi viuentibus vnus definit ad alium pertinere, & è contra; non verò quæ morte alterius dissoluantur, quia ista mediatè tantum, & ex defectu subiecti, & ipsis viuentibus semper vnus pertinet ad alium, & è contra, ac proinde ex illis vt potè perpetuis & semper validis oritur hoc impedimentum, & non ex illis. Non, inquam, valet, quia sponsalia per mortem etiam euanescent, imò etiam magis, quia per mortem perpetuo dissoluantur: at dissoluta per mutuum consensum, iterum per nouum consensum contrahi possunt. Immediatè etiam, & ratione sui per mortem euanescent quia immediatè euanescit omnis consensus, & radix illius, nempe humana. Vnde sicut sponsi viuentibus, vnus definit ad alterum pertinere per mutuum consensum, ita multo magis mortuo alterutro. Non ergo est peculiaris ratio, nec speciale discrimen. Ita Perez, & ante omnes Sanchez.

Sed ego de hoc casu interrogatus ab Eminentissimo Domino meo Cardinali Franciotti, inter purpuratos Patres pietate & doctrina conspicuo, affirmatiuè respondi, Stante declaratione Sacræ Congregationis Concilij à Pontio adducta, vt ego alibi obseruavi, de qua etiam ex Cogejo mentionem facit, & sequitur Leander de *Sacram. to. 2. tract. 9. disp. 19. quest. 4.* Hanc etiam sententiam tenet Castus Palauus *tom. 5. disp. 5. puncta 10. num. 8.* Martinus de San Ioseph in *Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 33. de Matrim. n. 5.* Remigius in *praxi Confess. tract.*

tract. 5. cap. 8. paragr. 14. n. 4. Caspensis in curf. Theol. tom. 1. tract. 26. disp. 9. sect. 11. n. 69. Opatavius de Sacram. tract. de matrim. disp. 4. quæst. 7. n. 31. Mercerus de Sacram. in suppl. quæst. 57. dub. 2. n. 4. & me citato Hermanus Bafenbaum in medulla Theolog. moral. & ratio est, quia talia sponsalia mutuo consensu soluta, sunt nulla & inualida. Secus dicendum est si morte alterius dissoluerentur; nam in eo casu, sponsalia illa perpetua censerentur: nam ille qui obiit iudicaretur in eadem voluntate decessisse. Et ideo Ioan. Præpositus in 3. part. D. Thom. q. 7. de impedim. matrim. dub. 14. n. 122. sic ait; Petitur an hoc impedimentum oriatur, si sponsalia valida mutuo contrahentium consensu dissoluantur? Respondet non oriri ubi Tridentinum receptum est: Ita respondit Congregatio, quæ censuit esse inualida, quod videtur intelligendum ad hunc effectum, ut ex his hoc impedimentum non oriatur, & ita existimo peculiarem esse dispositionem pro eo modo dissolutionis sponsalium: si enim dissoluantur morte vnius partis ante matrimonium contractum, vel iudicis sententiam, nihilominus pariunt hoc impedimentum, cum subsequens dissolutio non obstat, quominus fuerint valida. Ita ille & iterum ego.

Verum quia hic sermo incidit de impedimento publicæ honestatis, quæ primo, an oriatur ex sponsalibus sicte celebratis, videlicet oretenus, absque consensu interiori, & affirmatiue respondet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 19. q. 3. cum Sanchez lib. 7. disp. 68. num. 14. Pontio lib. 7. cap. 36. num. 16. & aliis penes ipsum, asserit enim, quod valeat promissio sponsalitia in tali casu, eo ipso, quod exterius liberè, & serio absque loco proferatur obligetque tam ex iustitia, quam ex fidelitate, & quod sponsalia validè celebrentur per consensum debitum. Deinde motiuum ob quod statutum est ab Ecclesia hoc impedimentum, fuit impedire scandala & publicam indecentiam, ut constat ex cap. iuuenis 3. de sponsalibus; sed hæc æquè eueniunt quando sponsalia exterius apparent valida, & solus consensus internus ad eorum valorem desideratur, cum defectus ille interni consensus lateat omnes: ergo quando defectus consensus non constat exterius, prædicta sponsalia inducant illud impedimentum.

Sed negatiuam sententiam sustinet Hurtadus de matrim. disp. 21. difficult. 1. Rebellius lib. 3. q. 14. n. 3. Coninch de Sacram. disp. 22. dub. 5. num. 69. Mascardus tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 11. docum. 8. n. 2. & Cornejo in 3. part. D. Thom. tom. 2. tract. 6. de impedim. matrim. dub. 30. quæst. 2. vbi sic ait: Ex quibus infero, non oriri hoc impedimentum quando sponsalia, aut matrimonium inualida sunt defectu consensus interni, quidquid dicat Sanchez lib. 7. disp. 68. n. 14. & disp. 70. num. 11. Probatur, quia Concil. Tridentinum loco citato, & iura relata definiunt, non oriri ex sponsalibus quacunque ratione inualidis: ergo Concilium comprehendit omnem inualiditatem, etiam eam, quæ prouenit ex defectu consensus, non solum externi & apparentis, ut in infante, aut furioso, sed etiam iure interno: ergo in foro conscientie non dirimit matrimonium sequens, nec etiam in exteriori, si probari possit. Ita ille; cui adde Martinum Perez de matrim. disp. 8. sect. 3. num. 3. vbi probat ex sponsalibus inualidis solus interni, & occultus consensus defectu, nullum consergere publicæ honestatis impedimentum. Mouet præcipue, quia Concilium Trident. non potuit loqui clarius, &

vniversalis, quam cum dixit se prorsus tollere illud honestatis publicæ impedimentum, dum sponsalia non erunt valida quacunque ratione, seu causa, verbis his vniversalissimis omnem complectens causam inualiditatis eorum, ac proinde etiam interni consensus defectum; quem profecto si cum cæteris comprehendere voluisset, nullis aliis clarioribus, aut vniversalioribus verbis vti potuisset.

Respondet Sanchez Tridentinum intelligi quacunque ratione externa, & apparenti sunt sponsalia irrita; oportere autem sic intelligi, quia tale impedimentum est institutum ob publicam honestatem ad vitandum scandalum; atque ideo defectus consensus, ob quem non inducitur impedimentum debet esse externus. Sed contra est, quia Tridentini verba illa vniversalia omnem nullitatem siue externam, & apparentem siue etiam occultam comprehendunt. Præterea dictum caput vnicum de sponsalibus in 6. post Tridentinum manet illæsum quoad sponsalia irrita, defectu consensus, ut constat apud omnes: at ex sponsalibus inualidis solus interni consensus defectu, iuxta illud Bonifacij VIII. decretum non oritur tale impedimentum: ergo. Vnde ego huic sententie magis adhareo. Non nego autem, ut optimè obseruat Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 10. disp. 7. dub. 39. n. 403. affirmatiuam sententiam probabilem esse.

An res furata, consumpta tamen in extrema necessitate, illa transacta sit restituenda?

RESOLVT. VIII.

Assero, quod si aliquis accepit rem, quam consumpsit in ipsa extrema necessitate, nunquam consergere obligationem restituendi; quia tunc omnia sunt communia, & quia non tenetur ratione rei acceptæ, cum non extet, nec ratione acceptionis, non quidem iniuste, cum iuste, & licite accepit, non etiam iuste, quia non accepit per contractum iustum. Si verò consumpsit in extrema necessitate rem quam accepit à creditore ante necessitatem extremam, docet hæc communior sententia postea consergere obligationem restituendi, quæ contracta erat ante necessitatem ex iusta acceptione, ut si per contractum eam accepit, vel ex iniusta, ut si per furtum, & vfuras, &c. Ita docet Scotus, Richard. Gabriel, Paluda, Angel. Rossella, Armil. Syluest. Restitutio 5. n. 2. & alij quos sequuntur Azor. tom. 3. lib. 4. cap. 39. §. altera difficultas, & Valentia p. 3. disp. 5. q. 6. punct. 7. secum. Vide etiam Gasparem Hurtado de charitate disp. 3. difficult. 11. & de iustitia disp. 9. difficult. 21. & Trull. in de cal. tom. 2. lib. 7. cap. 15. dub. 2. n. 3. vbi sic ait; Si res non extat, sed consumpta est in extrema necessitate, si iniuste antea sit accepta, ut si ante necessitatem furatus sis, teneris postea, quia obligatio ante contracta per necessitatem subsequentem, non est extincta, sed manet consopita. Ita ille, quibus adde Ioan. Vigers de iust. tract. 3. c. 6. dub. 1. n. 5. & Maldetum math. 4. cap. 7. dub. 1. §. Dico primo. Bassæum verb. restitutio 5. n. 4.

Assero secundo, probabilem esse opinionem Petri à Nauarra lib. 4. c. 4. dub. 4. n. 25. qui ait consergere talem obligationem, si ante extremam necessitatem accepit per contractum translatiuum dominij, ut per mutuum, vel emptionem, quia re sua propria sibi prouidit, nec erat in extrema necessitate

necessitate rei alienæ: non tamen consergere, si accepit non per contractum translatiuum dominij, ut commodatum, depositum, conductum, vel etiam per delictum; quia ad actionem iustam, qua consumitur in extrema necessitate, impertinens est peccatum præcedens, aut acceptio iusta. Nec debet esse peioris conditionis eò quod habuerit apud se rem, quam consumit in ea necessitate, quam si tunc eam acciperet clam, vel aliter. Quam opinionem probabilem putat etiam Lessius lib. 2. cap. 16. num. 5. & 6. qui tamen benè limitat conclusionem positam, & omnia prædicta, ut sint vera ad eum, qui ita est in extrema necessitate, ut neque in re nec in spe propinqua esset diues: nam talis semper tenetur restituere, sicut etiam ille tenetur, qui tantum extremè indiguit vsu rei, & postea res extat: debet enim rem ipsam restituere, & docet etiam Sotus lib. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad 4. & hæc omnia firmat etiam Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 10. dub. 3. n. 25. & 26.

Sed non deseram hic apponere verba Henrici Villalobos in summa tom. 1. tract. 22. difficult. 2. n. 12. sic asserentis; Dudan à qui los Doctores, si el que denia algo, lo qual gasta despues estando en extrema necesidad, tiene obligacion à restituirlo viniendo à mejor fortuna. En lo qual ay dos opiniones. La vna dice, que està obligado à restituirlo, esta tienen Soto, Syluestro, y Covarruuias, y Azor, con otros, que refieren, y dice que es comun de todos. El fundamento es, que la extrema necesidad que sobreniene al acreedor, no extingue la primera deuda.

La segunda sententia es contraria, tienen la Soto, y Aragon. El fundamento es, porque la obligacion que à quel temia se extingio gastando la cosa en extrema necesidad, que tiene el mesmo efecto en la cosa que se tomò antes dela, que si se tomara en ella, pues la haze comun.

Estas sententias son ambas probables, la segunda es mas mansa se, y pue de seguir en practica. Ita ille, cui adde Castrum Paluum tom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 10. num. 66. Gordonius in Theolog. mor. lib. 5. quæst. 6. part. 4. c. 1. n. 3. fol. 508. & post illos doctus Pater Andreas Mendo in Bullam Cruciatae disp. 39. cap. 9. n. 73. vbi me citato sic ait; Aduerte quod si quis ante necessitatem fuisset rem furatus, eamque in extrema necessitate consumpsisset, non teneri postea eam restituere, etiam si ad pinguiorem fortunam deueniat, quippe licite eam consumpsit in ea necessitate; nec obstat quod ante illam fuerit furatus: nam hoc non tollit ius naturæ, quod tunc facit omnia bona communia: sicut si eam rem furatus fuisset iam constitutus in extrema necessitate, restituere non deberet. Ita P. Mendo. Vnde ex dictis refellendus est Roccaful, quæst. 26. qui falsam vocauit hanc opinionem; est enim probabilis, licet contraria sit probabilior, & communior, & ideo aduersus Roccaful præter Doctores citatos, adducam ex Dominicanorum familia inclytum M. Marcum Serra in 2. 2. D. Thom. quæst. 62. art. 8. dub. 2. vbi sic asserit: Mihi satis probabile videtur, si nec tunc in extrema necessitate, nec ante illam accipiat debitor rem mutuo, aut alio contractu dominium transferente, quo sua fiat, sed eam habeat, aut ex delicto, vt potè furto sublatam, vel ex contractu dominium non transferente, nempe conductam, vel commodatam, si eam consumit, ut suæ necessitati subueniat, non teneri postea eam illius pretium soluendo restituere, etiam si ad pinguiorem deueniat fortunam. Id col-

ligo ex verbis illis D. Thomæ quodlib. 5. artic. 17. Tunc in necessitate sunt omnia communia, cum homo non potest sibi de suo subuenire. At si debitor rem quam habet, non accepit mutuo; aut alio contractu dominium transferente, quo sua fieret, non potest sibi de suo subuenire: nam supponimus non habere aliud, quo possit sibi subuenire, nisi rem, quæ sua non est: ergo illi omnia, ac proinde res illa, sunt communia, sicque re illa uti potest, illamque consumere, quin teneatur postea restituere. Confirmatur, si res illa esset apud eius dominum illa extremè non indigentem, & existens in extrema necessitate alius eam acciperet, & consumeret, non fieret restitutioni obnoxius: ergo neque fiet, si eam habens apud se, prædicto modo consumat, ut sibi consulat, ac subueniat. Antecedens probat M. Soto lib. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad 4. quia cum in extrema necessitate omnia sint communia, tum qui capit, nullum contrahit debitum. Probatur etiam: Non tenetur restituere ratione acceptionis; nam eam iure suo consumeret; nec ratione rei, quia consumpta iam non extat in se, nec alio modo: qui enim eam consumpsit, non est factus ditior, cum non haberet quid de suo consumeret, & rem alienam consumendo conseruaret; nec ratione contractus: nam prædicti contractus non transferentes dominium solum obligant ad restitutionem rei; quando petit culpa eius qui rem accepit: hic autem absque culpa perit: ergo nullo modo. Consequentia verò patet, quia extremam necessitatem patienti non solum est communis res aliena apud dominum illius existens, sed etiam, quæ apud ipsum mentem patientem existit, & sicut rem acceptam in necessitate, ita & ante talem necessitatem acceptam in necessitate ipsa iure suo consumit. Quo fit ut vinculum præcedens dissoluitur, & non maneat; nam quamuis acceptio iniusta per furtum obliget ad restitutionem, quandiu res accepta manet aliena, & ut sic consumitur; si tamen aliena esse desinat, obligationis vinculum dissoluitur, ut patet si rem furto acceptam, dominus ei qui eam accepit donaret. In extrema autem necessitate res furto accepta aliena esse desinit, & fit communis talem necessitatem patienti; ac proinde si illam, ut sibi subueniat, consumit, non tenetur ad eius restitutionem, etiam si postea ad pinguiorem deueniat fortunam. Hucusque M. Serra. Ex quibus apparet probabilitas huius opinionis, quam parum modeste Roccaful asseruit esse falsam, & post hæc scripta inuenio nostrum conciuem carissimum Marcum Serium tom. 1. de restit. disp. 5. q. 1. n. 5. hanc sententiam probabilem vocare. Non est igitur audiendus Roccaful.

Notandum est etiam hic, quod non solum extrema necessitas, sed etiam grauis tua, vel proximi (qualis est periculum morbi, magnæ famis, nuditatis, captiuitatis, vel diuturni, ac terti carceris vel similibus afflictionum) excusat à restitutione quandiu durat. Vtrum autem, si venerit ad lautiorem fortunam teneatur restituere sic acceptum, vel non, vtrumque est probabile. Et quidem ferè eodem modo Philosophandum est in graui, & extrema necessitate. Et ita hanc sententiam tenet Dicastillus, vbi supra de iustitia lib. 2. tract. 22. disp. 10. dub. 3. num. 29. An verò creditori existenti in necessitate simili debeat restituere, pars affirmatiua adhuc probabilior est in hoc casu, quam in casu extremæ necessitatis. Quamuis Lessius lib. 2. cap. 16. numer. 20. etiam in hac necessitate putet probabile esse potior, & præferendam conditionem eius

penes quem res est, siue fuerit habita ex contractu, siue per furtum; quia etiam in hac necessitate omnia sunt communia, ut multi docent Auctores, qui, si consequenter loquuntur, tenentur hoc asserere. Solum est aduertendum, Lessium non extendere hoc ad amissionem honoris, aut periculi cadendi à statu, quæ mala aliqui computant inter graues necessitates. Vide Dicastillum supra, & Marcum Serra, qui licet teneat esse differentiam inter extremam, & grauem necessitatem, tamen postea ita ait; Non desunt tamen qui dicant eandem esse rationem de graui, ac de extrema necessitate; sicque consumpta re in graui necessitate, non teneri debitorem ad eam postea restituendam, ut videntur sentire Syluest. *verb. furum q. 5.* & Angelus eod. *verb. n. 37.* Et quamuis creditor sit in pari necessitate morbi, famis, &c. (inquunt) non teneri debitorem ei restituere: quia non solum in extrema, sed etiam in graui necessitate melior est conditio possidentis. Ita Serra, qui citat Lessium; unde videtur hanc sententiam tanquam probabilem admittere.

An Confessarius qui asseruit imposuisse Titio pro penitentia unum Miserere, vel quinque Pater, frægerit sigillum Confessionis.

RESOLVT. XIV.

Nominatim contra me affirmatiuam sententiam docet Dicastillus *de Sacramentis tom. 2. tract. 8. disp. 12. dub. 7. n. 122.* vbi sic ait; Quæres an sit contra sigillum, manifestari à confessario penitentiam, quam imposuit penitenti. Respondetur communiter sub distinctione, aut conditione, nempe esse contra sigillum, si penitentia talis sit, ut indicet, aut suspicandi ansam præbeat quod penitens confessus fuerit mortalia, quando scilicet penitentia excedit illam, quæ solet imponi pro venialibus, secus si non excedat. Cardinalis Lugo adhibet exemplum, v. gr. semel dicere orationem Dominicam, & Angelicam, vel vnum Psalmum mediocrem, & pro sententia refert Henriquez, & Nauarrum, & recentiores quos non nominat. Et videtur inquit, probabile, quia sicut non est contra sigillum dicere quod confessus est venialia, sic neque erit dicere quod accepit penitentiam solitam imponi pro venialibus. Limitat hoc Lugo, nisi penitentia illa indicet qualitatem peccati, ut, si penitentia fuit oratio leuis pro socio, quem leni aculeato verbo pupugisset, quæ noticia posset præbere occasionem suspicandi tale peccatum. Totum facile admitto, sed in leuis penitentia exemplis etiam pro venialibus, video discrepantia iudicia. Diana *tract. illo 11. 5. part. resolut. 31.* cum retulisset Granadum, & Malderrum, & in prædictam doctrinam consensisset, meritoque reprobasset, eum, qui dixerat, suo penitenti, quem designauerat, imposuisse pro penitentia Rosarium B. Virg. (neque enim hæc penitentia iniungi solet pro venialibus) subiungit, secus si penitentia esset *unum Miserere, quinque Pater, &c.* ego tamen intra latitudinem penitentia venialium, etiam quæ non indicet speciem, aut etiam genus peccati, non facile id admiserim, præsertim hæc posteriora exempla. Huc vsque Dicastillum.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato adfert, & sequitur doctus, & ami-

ssimus Pater Auerfa *de Sacramento penit. q. 18. sect. 4.* vbi ita asserit. Non debet confessarius dicere quam satisfactionem imposuit penitenti, quando est aliquantum grauis, quæ proinde posset indicare mortalia, vel multa, aut grauiuscula venialia penitentis: licet non frangeret sigillum, si diceret penitentem imposuit aded leuem, quæ solum denotaret confessionem aliquam venialium, sicut nec dicendo in genere, illum confessum fuisse venialia. Exempla affert Diana *p. 5. tract. 1. resolut. 31.* peccasse contra sigillum Sacerdotem qui dixit se imposuisse cuidam Coronam B. Virg. non autem dicendo se imposuisse vnum *Miserere*, aut quinque *Pater noster*. Ita Auerfa. Et ita etiam docet me citato P. Hermannus Busenbaum Societatis Iesu in *Medul. Theol. moral. lib. 6. tr. 4. c. 2. dub. 1. num. 5.* & ex eadem Societate, me etiam citato doctus P. Thom. Tamb. *opusc. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 1. n. 1. in fine*, vbi sic ait; Huc reducitur, si confessor reuelat penitentiam penitenti impostam, vel publicè peragendam imponat, sed grauem, id est, quæ consuevit iniungi pro mortali, qualis nunc esset (ait Diana *part. 5. tr. 11. resolut. 31.*) Corona B. Virg. non verò vnicum *Miserere*, quia hoc loquendi modo, præbetur, ut dictum est, occasio graue quidpiam aduersus penitentem suspicandi. Ita ille. Et tandem etiam me citato hanc sententiam sequitur Gesuældus in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 25. c. 3. n. 12.* sic asserens; Dico, non posse confessarium manifestare aliis penitentiam iniunctam penitenti in confessione, quando penitentia esset alicuius momenti, ut Corona, Rosarium, &c. quæ imponi solet pro aliquibus peccatis aliquantum grauibus, secus autem si penitentia fuisset leuissima, quæ imponi solet quotidie pro peccatis quotidianis venialibus, ut Psalm. *Miserere*, vel quid simile. Videt etiam me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 10. q. 45.*

Non igitur est audiendus P. Dicastillus, nam penitentia vnus *Miserere*, vel quinque *Pater*, supponit tantum peccata venialia in genere, nec vllum in particulari designat: ergo negandum est eius manifestationem frangere sigillum: nam potest confessor reuelare peccata venialia alicuius in genere duntaxat, quia qui confitetur manifestè, ostendit se habere saltem peccata venialia, ut & melius probat Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 10. q. 10.* & Lessius in *3. part. D. Thom. q. 11. de sigillo confess. art. 2. n. 88.* & Præpositus in *3. part. q. 1. de sigillo dub. 3. n. 26.*

Sed quia hic Sermo incidit de sigillo confessionis; Quæro, primò an confessarius debeat negare penitenti Schedulam confessionis petenti, si ex aliqua iusta causa illum non absoluit. Et nominatim contra me respondet Dicastillus affirmatiuè, ut supra *dub. 7. n. 119.* vbi sic ait; Iam verò de penitente, Schedulæ confessionis, Coninchi supra *n. 14.* putat confessarium teneri Schedulam, & attestationem confessionis præbere ei, qui ob defectum dispositionis vel aliam causam non absoluitur, verb. gr. si audiuit famulos alicuius Principis, qui factæ confessionis soleat testimonium inquire; Probat, quia alioquin proderet peccatum, & indispositionem penitentis, nec jdeo confessarius mentietur, verè enim dicit illum fuisse confessum; Cum Coninchi sentiunt Fagundez, & Moscolo, quos refert, & sequitur Diana *tr. 11. 5. part. resolut. 22.* & ait non esse audiendum Bonacinam negantem teneri dare Schedam.

Mihi tamen magis probatur sententia Bonacina,

nam, quem & audit, & refert, & sequitur Lugo *n. 87.* nempe negandum esse Schedam. Neque enim tunc confessarius ex se reuelat directè, vel indirectè peccata; sed tantum non vult affirmare, vel dare Schedam confessionis non ritè factæ, alioquin pareret via, ut multi nequam sic venient ad confessionem indispositi ad decipiendos dominos, imò etiam Parochos testimonio confessarij. Talis autem peccator sibi debet damnus imputare, si quod inde resulset. Huc vsque Dicastillus; cui adde etiam nominatim contra me Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 10. n. 80.*

Sed ego iterum adhæreo contra Dicastillum, & Bonacinam opinioni P. Coninchi, dico igitur, quod consentientibus, tametsi ob indispositionem absoluti non sint, confessarius testimonium dare debet factæ confessionis. Nam confessarius violat sigillum confessionis, si directè, vel indirectè significet, se penitentem suum ob indispositionem non absoluisse. Hoc autem confessarius significat, si alijs dans huiusmodi Schedulam, neget illi propter indispositionem, confirmatam ex eo, quod huic homini publicè petenti Sacram Eucharistiam, perinde, ac alijs danda est, ad infamiam eius vitandam. Ergo ob eandem causam perinde, ac alijs Schedulam testimonij dare debet. Neque tunc confessarius mentitur, cum sit ipsi confessus, licet non absolutus.

Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi adductos, tuetur Pater Tamburinus *opusc. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 9. n. 16.* sic asserens: Hinc colligitur, quando famuli, vel scholares debent superioribus testimonium suæ confessionis asserere, debere confessarium illud dare (intelligit is, qui confessionem saltem inchoauerunt, licet propter aliquid absolutionis beneficio carerint:) Ratio est, quia si non darent, proderent indispositionem eorum, quam ex inchoata confessione cognouerunt; nec dando metiuntur, quia iam illi initium fecerunt confessionis. Ita ille. Et ex eadem Societate Amicus in *curf. Theolog. tom. 8. disput. 14. sect. 1. art. 9.* & Layman in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 14. num. 8.* Rectè itaque Iacobus Marchant. in *resolut. pastor. tract. 5. post cap. 4. in appendice de sigillo casti 3.* sic ait; Si confessarius audierit confessionem, & consentientem non absoluerit ob indispositionem, & indignitatem non solum non potest dicere; ego eum non absolui, sed etiam putant multi eum teneri dare Schedulam testem confessionis, si hoc vigeat penitens. Sic contingere potest quando, vel discipuli suis magistris, vel famuli suis heris, vel Religiosi suis superioribus tenentur referre testimonium suæ confessionis. Negando enim posset aliquo modo proderet sigillum, & peccatorem, dando autem non mentitur, quia tantum testatur esse confessos, quod verum est. Et si quidem coram alijs confessus est, & coram ipsis petit testimonium, certum est nullatenus posse ei negari, quia ingeneraretur suspicio, quod non fuisset absolutus.

Sed circa præsentem difficultatem media via incedit Pater Auerfa *de Sacram. penitent. q. 18. sect. secunda*, & sic distinguit; Aut nescitur penitentem ad talem certum confessarium accessisse, ut contingit in ciuitatibus, & Ecclesijs, in quibus est copia confessariorum: Et tunc potest confessarius ritè negare Schedulam penitenti quem non absoluit, absque villo reuelationis periculo: quia si ipsemet penitens dicat se accessisse ad illum confessarium, & ab eo fuisse sibi negatam

Schedulam, ipse se prodet. Debebit etiam confessarius negare, nec poterit licitè concedere, quando videt penitentem velle ea abuti ad decipiendum superiorem, & eludendum præceptum. Poterit tamen concedere, secluso hoc periculo, nec mentietur dicendo se audisse confessionem, non nominando absolutionem.

Aut sicut penitentem ad hunc confessarium accessisse, ut quando Parochus dedit suo subdito licentiam ad alterum, qui solus est in ea villa, vel quando penitens alijs videntibus accedit ad talem confessarium: Et tunc per se videtur confessarius posse, ac debere concedere Schedulam, quia alioqui reuelaretur confessio, seu defectus in confessione detectus. Etiam si, inquam, penitens esset abusus Schedula ad decipiendum superiorem, & persistendum in peccato, quia confessarius non propriè concurreret ad hanc fraudem, sed illam permitteret, ne reuelat ipse confessionem, sicut alijs plurimis modis contingit. Deberet tamen in Schedula dicere tantum se audisse confessionem; quod verum est, & ita in hoc non mentietur: non autem dicere se absoluisse. Taliq; Schedula debent contenti esse quicunque superiores, & penitentem admittere, tanquam ritè confessum, & absolutum. Et non expedit, nec tolerandum esset, ut exigeretur etiam expressè testimonium de absolutione. Hæc omnia Auerfa *vbi supra* Verum Henriquez *lib. sexto, cap. 12. num. 4.* circa casum propositum putat confessarium posse talem Schedulam ad arbitrium penitenti, vel concedere, aut negare, sed potius expedire concedere; Lugo *disp. 23. sect. 4. num. 87.* Similiter ait posse negare absque fractione sigilli, & posse concedere absque culpa mendacij, sed debere cauere à periculo scandali, ne Schedulam det peccatori publico non emendato, aut etiam occulto sic volenti superiorem decipere.

Sed ego absolute affirmatiuam sententiam teneo contra Dicastillum, quam præter Doctores superius citatos, inuenio post hæc scripta docere etiam Martinum de San Ioseph in *Mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 22. de penitent. num. 4.* vbi sic ait; Iuzgo por mucho mas probable opinion la de Egidio, *de Sacram. disput. 9. dub. 1. num. 14.* Fagundez *præcept. secundo lib. 5. cap. 4. num. 4.* Moscolo in *summa tract. 7. cap. 15. num. 3.* Bonacina *quinta parte, tract. 11. resolut. 22.* que affirmant que tiene obligacion el confessor à dar cedula de confession al que no absoluió, por el peligro de reuelar el sigillo, y que no miente en dar la cedula, porque no se dice mas en ella, que de Fulano se confesó, y esto es verdad, pues se confesó, aunque no le absoluieron, desmas de que aprouecha esso al penitente para encubrir sus peccados, y à nadie daña: Et concedendum est facile, id quod nemini nocet, & petenti prodest. *l. rescriptum. C. de precibus.* Ita Martinus.

An post decretum Clementis VIII. detur casus in quo superiores Regularium possint vti notitia habita in confessione subditorum.

RESOLVT. XV.

Affirmatiuè respondet Lessius in *3. part. D. Thom. q. 11. de sigillo confessionis art. 1. dub. 2. n. 6.* à me alibi adductus; cui tunc addo Guillel-

lum

num Mercerum in Supplement. 3. part. 9. 11. art. 5. num. 2. vbi sic ait; Superiorem qui confessionem subditi audiuit, non posse ex vi illius, ita ipsum gubernare, verbi gr. auferendo illi officium quo fungitur, vt alij possint suspicari eius peccatum in genere, vel in specie. Ratio est, quia & hic esset indirecta reuelatio. Addunt Richardus, & Angelus idem fore illicitum, etiam si solus pœnitens intelligat se priuari ministerio ratione suæ confessionis, quia si non licet pœnitentem à confessione peracta verbis corripere; ergo nec factis. Et non est dubium quin ita plerumque expediat in praxi; Idèd Clemens VIII. in Decreto de casibus referuatis edito pro Religiosis sic habet: Tam Superiores pro tempore existentes, quam confessorij, qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant ne ea notitia quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Notandum tamen est, hanc prohibitionem esse iuris humanis, propulsare autem periculum à Repub. vel à proximo absque nostro incommodo, & violatione secreti, esse iuris diuini, & idèd posse fieri vt quis teneatur hac sententia vti ad malum auertendum, præsertim cum sententia probabilis, quæ habet id posse fieri, & nullum ius humanum possit impedire ne quis in necessitate vtatur sententia probabilis. Nec putandum est Pontificiam prohibitionem agere de huiusmodi casibus extraordinariis, qui in domibus religiosi rarissimi inveniuntur. Hucusque Mercerus. Ex cuius doctrina sequeretur, Superiorem regularem posse, imò debere ex notitia habita in confessione expellere aliquem subditum extra regnum cum aliqua occasione, qui nouerat in confessione illum machinare aliquam rebellionem, vel ad aliam ciuitatem transferre, si ex confessione nouerat illum sollicitare, verb. gr. sceminam nobilem, vnde facile si factum manifestaretur tota Religio infamata remaneret, & sic de similibus casibus.

Sed circa præsentem casum, & doctrinam habeo maximam difficultatem; nam vt optimè obseruat Dicastillus de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disput. 12. dub. 7. num. 14. Decretum Clementis VIII. manifestè excludit omnem casum; ita vt Regularis nullo modo in aliquo casu possit vti scientia. Lex autem cum tanta amplitudine non posset esse iusta, nisi Pontifex supponeret non esse illum vsum licitum ex natura rei: nam si ex natura rei liceret in aliquo casu, posset esse casus in quo non solum liceret, sed teneretur confessorius vti ea notitia ex præcepto naturali, vt quando ex confessione scitèr aliquem esse indignum prælatura, teneretur ex vi talis notitiæ illum non eligere, quia eligere indignum est intrinsecè malum, & scit esse indignum notitia, qua ex natura rei licet vti, atque adèd non posset Pontifex prohibere ne illa vtatur. Item si Prælatus sciret ex confessione aliquem non esse Sacerdotem, & ex natura rei, & generali præcepto Christi non esset illicitum vti ea notitia, deberet illum non designare in confessorium suorum subditorum, ne illi irritas faceret confessiones, & tamen, (vt supponimus) etiam in hoc casu, & similibus prohibet Pontifex (quia omnes casus excludit) vt tali scientia: Signum ergo est, quod hæc obligatio non vtendi notitia sit ex natura rei, supposita institutione huius Sacramenti. Et id censetur supponere Pontifex, alioquin non posset tale præceptum imponere. Quod

si hoc habet ex natura rei, non solum pro regularibus, sed pro omnibus debet habere locum, & nullus confessorius poterit ea notitia vti. Ex his omnibus consentit Eminentissimus Dominus meus Cardin. Lugo de Sacrament. pœnit. disput. 23. num. 94. disputans contra Suarezium, qui concedens alioquin non licere iam post illud decretum vti scientia confessionis, totam vim ponit in postriua lege Papæ, qua id prohibuit, non in natura rei: verum ea lex (vt dicebamus) non posset pro omni casu obligare, nisi supponeret id ex natura rei non licere, & tali lege satis declaratur rem ipsam non licere respectu rei natura. Et idèd, vt dixi, circa doctrinam Lessij, & Merceri, habeo maximam difficultatem, idèd vtiri docti iudicent. Et nota hic cum Dicastillo num. 148. & 170. quod non requiritur obligatio cauendi ab aliquo opere quo pœnitens, aut alij possint venire in talem notitiam, aut suspensionem facti ex confessionis scientia, sed sufficit ad hanc obligationem, quod in vniuersum, si scirent homines posse aliquando etiam casu, quo non veniret pœnitens, aut alij in talem notitiam, vti scientia ad faciendum, vel non faciendum aliquid quod ad ipsum pœnitentem spectet aliquo modo, haberent occasionem detrahendi confessionem, atque adèd non debere concedi vllum casum, etiam sine ea notitia, in quo aliquid tale fieri possit.

Hoc etiam fundamentum admittit Cardinal. Lugo num. 98. vbi expressè docet non solum obligari confessorium, quando est periculum quod pœnitens sciat, sed etiam licet id pœnitens ignoret. Nam vt rectè ipse ibi discurrit, redderet confessionem maximè difficilem, si sciret posse confessorium vti illa notitia occultè.

Itaque quamuis pœnitens non possit suspicari id quod erga ipsum sit, ortum habere ex confessione, sufficeret quod homines sciant peccata sola confessione cognita ius tribuere ad operandum ex illa notitia aliquando, ad hoc, vt homines timeant confiteri, & à confessione retrahantur, quod omnino vitandum est. Ergo non solum quando alij, aut ipse pœnitens id possunt intelligere in casu particulari, sed etiam si nihil tale intelligere vnquam possint, oportet pro bono Sacramenti esse tutos, quod talis notitiæ vsus non habebit locum.

Ex his apparet quod alibi notauit, & notat Petrus à Sancto Ioseph in idem Sacram. c. 31. resol. 11. vbi ait; Quod si superior per solam confessionem cognoscat aliquem ex suis subditis esse indignum officio quod exercet, aut quod prosequitur; non debet illum à tali officio amouere, aut ei suffragiū negare, si hoc fieri nequit sine reuelatione indirecta sigilli Sacramentalis. Imò etsi non sit periculum aliquod reuelationis respectu aliorum; si tamen pœnitens suspicaturus sit, se priuari officio quod possidet, aut à consequendo repelli, propter peccatum in confessione manifestatum; Superior non potest tunc vti scientia acquisita per confessionem, & inferiorem amouere ab officio, aut ei suffragium denegare: tum quia hæc esset tacita exprobratio peccati in confessione auditi, quæ extra confessionem illicita est, siue fiat verbis siue factis; tum quia hoc modo confessio redderetur valde onerosa; siquidem inferiores non auderent confiteri Superioribus ea peccata, propter quæ ab officiis suis merito possent amoueri.

Scio aliquos contrarium asserere, sed quidquid ipsi asserant, semper in mea sententia persistam in fauorem Sacri sigilli, & tribunalis Sacramenti pœnitentiæ

nitentiæ. Et ita me citato nouissimè tenet Hermannus Busenbaum in Medulla Theologia moral. lib. 6. tract. 4. c. 3. dub. 1. num. 4. & ferè omnes scriptores Societatis.

Sed hic pro curiosis apponam aliud dubium: Confessorius scit ex notitia habita in confessione, quod quædam mulier nobilis, quando vocat confessorios in domum suam ad confitendum, sæpius illos sollicitat, queritur an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum, licet nullam habeat idoneam excusationem. Et negatiuè responderet Dicastillus, vbi supra num. 167. vbi asserit; Quod dictum est de periculo vitæ corporalis, scilicet nec propter illud vitandum posse aliquid fieri in detrimentum sigilli, habere etiam locum in periculo spirituali; ita vt licet ex confessione sciat sibi parari periculum spirituale, non possit propter illud vitandum tale facere, sed si aliter vitare illud nequeat, nisi aliquid operando, quod vergat in damnum sigilli, debeat sperare auxilium diuinæ gratiæ, & se diuinæ providentiæ committere, saluo in omnibus sigillo. Sed quia aliquando videtur esse intrinsecè malum subire tale periculum, & in illius fuga posset videri aliquid fieri contra sigillum, placet rem in subiecto casu declarare.

Sacerdos aliquis ex confessione nouit personam aliquam sibi esse scandalum, quæ vocat illum in domum suam, quasi ad confessionem, sed reuera in malum finem, queritur an possit postulari negare, & nolle ire, sed se subducere, iturus alioquin, si id non sciret ex notitia confessionis: Non desunt qui putent posse nolle ire, quia obligatio vitandi proximum periculum peccati iuris naturalis est. Alij putant debere adire, quia non licet vli signo prodere pœnitentem; proderet verò, si nullam possit non eundi idoneam excusationem prætexere, id enim supponitur. Adde quod si ob id recuseret, iam aliquid ageret, aut omitteret ex tali scientia; atque adèd non se gereret in externa gubernatione, quasi nihil sciret; ergo reuerentia Sacramenti, qua tenemur illius scientia non vti ad alias humanas actiones dirigendas, postulat, vt qui absque tali notitia esset iturus, tunc etiam eat.

Si casus admittatur possibilis, ego libenter fatebor talem confessorium ob rationem dictam, & doctrinam hucusque datam, debere adire, perinde atque adiret, si nihil sciret; & sperare posse auxiliū diuinum. Nec illa notitia debet illum dirigere ad vitandum illud periculum; atque adèd non est intrinsecè malum in iis circumstantiis tale periculum non vitare, tum quia non est intrinsecè malum tale periculum non cognitum subire, nec est moraliter se exponere tali periculo, quando id nõ est notum subeunti: in eo autem casu, periculum non est notum; tum quia illa notitia est quasi non esset, in ordine ad operandum ex illa; tum quia eo ipso quod in reuerentiam & honorem Sacramenti se exponit illi periculo; potest & debet sperare speciale auxilium tam antecedenter, vt firmiori proposito se muniat, quam postea in ipso articulo occasionis, vt constanter, & fortiter superet tentationem; quæ omnia possunt magnam securitatem aut fiduciam præbere; imò propter hæc & similia potest iam ceteri illa occasio non proxima; etiam si alioquin in aliis similibus occasionibus expertus fuisset ruinam. Hucusque Dicastillus, qui ex parte pro hac sententia adducit Cardinalem de Lugo vbi supra num. 116.

An qui ignoranter ordinatus fuit simoniacè, se soluat amico pecuniam Episcopo datam, incurrat suspensionem, & quid de beneficio ita similiter obtento.

RESOLVT. XVI.

Quoad primum dubium libet mihi respondere cum verbis Stephani Baunij in praxi beneficiorum disput. 16. quest. 16. qu. 62. dub. 6. sic asserentis: An autem hæc illam pœna similiter stringat, cum eodem ignaro ac nesciente, Episcopo pecunia est data, vt cum in ordinatum numerum referret; idem non fuit olim omnium Doctorum iudicium. Pro affirmante fecere Summæ veteres ferè omnes Sylu. Armilia, Angelus verb. simonia, & suspensio.

Pro negatiua ceteri, causam ita affirmandi habuere vnicam, sed firmam, quia equitatem pro fundamento, pro ratione iustissimam Papæ voluntatem habet. Enim verò scribit Bonifacius Papa VIII. nolle se sententiis per statuta quorumcumque ordinariorum prolatis, ligati ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit aut supina. cap. vt animarum, de constit. in 6. ignorantem ergo sua causa factam esse simoniam, eorum qui scientes peccant, pœna propria non afficit.

Confirmatur. Cum Pontifex æquitatem tueatur seruè que in iubendo, sic eius mandata capi debent, vt ea sicut ratio largitur, interpretationis benignitate temperemus. Quare cum quidpiam secus quam imperat, per inscitiam sit, aut necessitate aliquam grauem, id non debet pœnæ transgressoribus positæ subesse, quia non est tum improbabile, eum eiusmodi temporibus concedere, vt à præscriptione verborum & lege discedi possit. Deinde quis credat, velle eum vt pœnis, earumque acerbitate teneatur, qui in legem non commisit? At qui ignorans facit quod illa vetat, eius violatæ propriè non est reus, quam hæc ergo sui transgressori pœnam infligit, sustinere non debet.

Quid si postea amico pecuniam, quam ille Episcopo sua causa est largitus, rependat? Si id charitate inductus facit, nempe ne amicus doleat, ne rei pro se ordinatori datæ carentia damnum ferat, ne ingratus non reddendo dicatur & audiat, pro certo habeo, à conscientia æquitateque lege impetrari posse, vt ei restituatur integra sine crimine. Quod si è contra non amicitia, non gratitudinis seruanda, legem habet obiectam oculis, sed quidpiam aliud, si quod ista exigit, non refert gratiam, partem acceptis reddere largitur, sed factam causa sua simoniam, restitutione numeratæ pro se pecuniæ approbare, vt tunc labes in illum istiusmodi culpæ cadit, ita & quæ illam pœnæ consequuntur, in caput suum, certumque arcessit salutis suæ ac honoris interitum: ita Nauarius, & alij. Hucusque Baunius: cui adde Cast. Palaum tom. 3. tractat. 13. c. 3. qu. 24. num. 3.

Sed an idem dicendum sit quoad illum qui beneficium ignoranter simoniacè adeptus, est, quia amicus pecuniam collatori dedit, affirmatiuè respondet sapientissimus Lessius lib. 2. de inst. cap. 35. dub. 25. n. 144. vbi sic ait: In hoc tamen casu difficultas est; vtrum si post obtentum beneficium consentias, soluendo pecuniam per alium promissam, vel refundendo solutam, tenearis resignare beneficium, & restituere fructus perceptos?

Ad quam respondendum, si non consentias in factum alterius, rarum habendo contractum, seu promissionem simoniacam amici, sed solum ex amicitia soluas id, quod ipse amore tui dedit vel promisit; ne videlicet ipse tua causa damnum sentiat, non teneris restituere, imò nec peccas; ut rectè Nauarrus *lib. 5. consil. 10. de simonia* probat; illud enim soluere ex amicitia, ne amicus grauetur, non est malum, neque est approbare factum amici: sicut parens soluendo dedit filij, quæ ipse malè contraxit, non approbat facta illa, quibus contraxit; sed id facit ex amore filij, ne ipse infamis habeatur. Si verò consentias approbando factum amici, iam incurris simoniam, & teneris resignare beneficium, & fructus restituere; iuxta D. Thomam *artic. 6. ad 3. qui id colligit ex dicto cap. sicut tuus*. Idem sentit Panormit. & insinuat Nauarrus supra.

Contrarium tamen, id est, quod non teneatur etiam in hoc casu resignare, docet Adrianus *quodlibet. 9. art. 1. lit. C.* Ratio est, quia illa ratificatio, quæ fit post legitimam collationem, & ius acquisitionis, non potest eam inficere, aut simoniacam efficiere. *Sicut* (inquit) *si quis pro beneficio sibi gratis collato postea animo mercimoniali pecuniam solueret, non inficeretur, nec irrita redderetur prior collatio legitime facta*. Idem tenet Tancredus, ut refert Gloss. *in dict. cap. sicut*. Nec obstat ratihibitionem retrahit, & mandato comparari *reg. 10. in 6.* quia id intelligendum in iis, quæ pendent à consensu ratificantis, non autem quæ antea absolute & plene peracta. Similiter non officit *dictum cap. sicut*, ubi sic habetur; *Ex eo, quod contra prohibitionem, & voluntatem tuam (à qua post modum minime recessisti) aliquis te penitus ignorante, pecuniam promissit & excoluit, nihil debet tibi ad pœnam, vel culpam imputari, nisi postea consenseris pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam*; quia hinc nihil aliud sequitur quàm aliquid debere tibi in culpam vel pœnam imputari, si consenseris in factum alterius. *In pœnam, vel culpam* inquit, non autem *in pœnam & culpam*; & quamvis diceret *in pœnam, & culpam*, non tamen inde sequitur collationem, vel confirmationem priorem fuisse irritam, aut beneficium debere dimitti: potest enim intelligi de pœna ferenda. Hæc sententia videtur mihi valde probabilis. Fateor tamen talem mereri priuari per sententiam causa cognita. Et hæc omnia docet Lessius *ubi supra*, quæ valde notanda sunt, possunt enim in praxi facilius occurrere, & de hac difficultate à me etiam alibi dictum est. Vide tamen Castrum Palaum *ubi supra punct. 25. num. 3.*

An pœna contra simoniacè ordinaros extendatur ad eos prima tonsura initiati sunt?

RESOLVT. XVII.

Affirmatiuè respondet Layman *lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 7. n. 11.* ubi sic asserit; *Quod attinet ad simoniam realem, & completam in ordine; per eam incurritur in primis excommunicatio Papæ referuata tam ab ordinante quam ordinato, uti habetur in extrauag. 2. de simon. Idque intelligendum etiam videtur de prima tonsura; quia per eam visitato modo loquendi, aliquis ordinari dicitur, id est in Ordine Clericorum constitui; sicuti ex*

communi notauit Vgol. *tab. 4. cap. 3. num. 2. & cap. 4. num. 1.* Suarez *c. 56. n. 5. contra Lessium dub. 24. num. 133.* Adde quod Nauarr. respondit *lib. 5. consil. 59. de simon. edit. 1.* Auila *part. 3. de censuris disputat. 5. dub. 9.* Simoniam commissam in Reuerendis seu dimissoriis, commissam cenferi in ordine: quandoquidem Reuerendæ seu dimissoriæ litteræ ordinantur ad ordines, tanquam media ad finem. Hucusque Layman.

Verùm contrariam sententiam tenet Baunius *in prax. benefic. disp. 16. quest. 62. dub. 11.* Nam cum verba legis pœnalis propriè ac strictè capi debeant, & tonsura non sit ordo, sed dispositio ad illum, quæ pœnæ contra ordinaros simoniacè sunt statuta, extendi ad tonsuratos non debent. Quæ opinio est Lessij *c. 35. dub. 24. n. 133.* ubi asserit; *Non esse probabile velle Ecclesiam ut incurratur excommunicatio, dando aliquid pro sigillo, aut litteris testimonialibus, cum hoc sit mera redemptio vexationis.*

Et hæc omnia docet etiam Palaus *tom. 3. tr. 17. disput. 3. punct. 24. num. 1.* sic asserens; *Qui simoniacè aliquem ordinar, aut ad ordinem sic conferendum mediator, seu præsentator existit, eo ipso est excommunicatus excommunicatione Papæ referuata: habetur in extrauagante 2. cum desestabile, de simon. Hoc tamen secundum probabilem sententiam non extenditur ad collationem primæ tonsuræ; quia non est verus ordo, & pœnæ debent restringi. Neque etiam extendi debet ad Noratiū, & Ministrum, qui pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus aliquid exigeret: neque etiam ad Episcopum, si post ordinem gratis collatum, aliquid postea recipiat: nam est, ij omnes peccent, & simoniaci sint iuxta Trident. *sess. 21. c. 1. de reformat.* non tamen incidunt in hæc excommunicationem, neque in aliquam pœnam ipso facto: quia illa verba Concilij, *Dantes, & accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure iniectas ipso facto incurvant,* debent referri tantum ad dantes, & accipientes ordines, non ad alias actiones illo *cap. enumeratas*, quia solum prædantibus & recipientibus ordines simoniacè, aut illorum mediatoribus pœnæ ipso iure latæ sunt. Ita Palaus.*

Sed hic quæri potest. An suspensio qua puniuntur ordinati simoniacè, incurratur per suspensionem cuiuslibet ordinis?

Et existimant nonnulli eam non nisi per maiores malè collatos & receptos inuehi.

Causa est, quod cum de pœna agitur, hæc non cadat nisi in id, cui propriè nomen resque conuenit significata, ac verita per canonem: At ex probabili quorundam sententia, non nostra tamen, minores ordines Sacramenta non sunt, sed Sacramentalia: ergo eorum receptio extorta pretio, non est suspensionis punienda pœna.

Confirmatur. In pœnis sequenda est interpretatio mitior: at mitius est, eum qui minoribus est initiatus per simoniam, suspensum non esse ab eorum executione, & receptione superiorum, quàm esse: ergo in eam partem inclinandum est in fauorem pœnitentium, quod est contra Suarez *c. 56. num. 5. lib. 4. de Simon.* quod probabile quoque esse asserit Reginald. *tom. 2. lib. 23. capit. 12. sect. 1. num. 124.* & hæc omnia docet Baunius, *ubi supra*.

Et quidem ordines Minores non esse Sacramenta, præstantissimè docent Theologi, quos ego alibi adduxi.

Notandum est hîc obiter, veteres Theologos docuisse,

docuisse, ordinatum Simoniacè esse irregularem: ita Alensis *in 2. p. q. 167. membr. 2. Scoti in 4. disp. 25. q. 1. art. 1. Richard. in ead. disp. art. 2. q. 3. his verbis; Respondeo quod Simoniacus propter ordinis suspensionem Simoniacè suscepti sine propter beneficii consecutionem, est irregularis.*

Sed contrariam sententiam tenendam esse puto cum Lessio *lib. 2. cap. 25. dub. 24.* Suarez *de Religione tom. 1. lib. 4. cap. 56. numero 20.* Baunio *ubi supra*, & aliis. Ratio est ex iuris interpretum axiomate. Irregularitatem extra; casus iure expressos non incurrit: non inuenitur in Sacrorum Canonum voluminibus eum irregularem esse, qui pecunia Sacrum Ordinem, aut beneficium nudinatur: ergo, &c.

Deinde in Sixti V. Constitutione contra Clericos malè promotos, non habetur nisi sola pœna suspensionis, quæ sola potest Romanus Pontifex eximere, hac adiecta admonitione, si post suspensionem hi male promoti in susceptis Ordinibus ministrare præsumperint, futuros irregulares: non sunt ergo iure factoque tales, sed erunt, si excommunicati celebrauerint, aut suspensi.

An Simonia ad alia Beneficia obtinenda inhabilem reddat Simoniacum.

RESOLVT. XVIII.

Respondeo probabilis esse iuxta Constitutionem Pij V. te ipso iure inhabilem reddi, inquit enim Pontifex, Illis scilicet beneficiis per Simoniam acquisitis sit ipso iure priuatus, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcumque alia Ecclesiastica beneficia obtinenda; & ita tradit Suarez *l. 4. c. 58. n. 11.* Verùm Nauarr. *conf. 82. de simon.* existimat inhabilitatem ad beneficia obtinenda ipso iure non incurri: quia in hac parte illa constitutio non est recepta; & consentit Suarez, supra, & Lessius *c. 35. dub. 16.* cum etiam respectu simoniæ confidentialis requiratur sententia declaratoria criminis ad inhabilitatem contrahendam respectu aliorum beneficiorum. Vide etiam Palaum *tom. 3. tr. 17. disp. 3. punct. 25. n. 7.*

Sed hic non delectam apponere id quod docet Baunius *in praxi benefic. disputat. 16. quest. 62. dub. 18.* ubi sic ait; *Rehabilitare Simoniacum ad beneficia, ad quæ est per Simoniam inhabilis iure suo quis possit?*

Non alius quàm Pontifex, opinione Theauri, & Bonacinæ *de Simon. q. 7. punct. 2.* est tamen meo sensu, eorum non improbabile iudicium, qui asserunt Episcopum virtute Trident. Concilij *sess. 24. c. 6.* dispensare posse in inhabilitate occultæ Simoniæ ad alia beneficia. Ita Baunius: cui adde Sanchez *in opusc. 1. lib. 2. dub. 120. num. 40.* & Henriquez *l. 13. de excomm. c. 37. lit. F. & 56. n. 1. lit. E.* Sed opinio Theauri, & Bonacinæ in hac Curia videtur recepta.

Sed post hæc scripta, inueni doctissimum, & amicissimum Patrem Vincentium Tancredi *de Religione tr. 2. l. 4. disp. 44. q. 2. n. 10.* putare; sententiam Baunij quam supra adduximus, esse tutam, & probabilem; itaque sic asserit: *Dico tertio; inhabilitas ad alia beneficia, quæ contrahitur ipso iure in Simonia confidentiali (nam in aliis diximus non contrahi, nisi post sententiam ex Nauarro) non potest nisi à Papa tolli, & verius est, nec per aliquem in casu occulto, quia non est irregularitas, sed quædam pœna; est communis sententia teste*

Anton. Diana Pars XI.

Castro Palaos *punct. ult. n. 3.* & extant pro ea Cardinalium declarationes. Ita Suar. *c. 61. n. 11. seq. Filiiuc. cap. 13. n. 38.* ubi ait, *Ita esse ex vfu sacræ Pœnitentiariæ.*

Sed contrarium putat tutum, & probabile Castro Palaos *loc. cit.* cum Lessio, & Henriquez apud ipsum, & Sanch. *supr. n. 40.* Et verè probabilis est sententia, quia hæc inhabilitas est quædam irregularitas, nec declarationes, & Rotæ decisiones cogunt, ut benè cum Vasquez *1. 2. & d. 177. c. vet. n. 75.* docet idem Castro Palaos, & ego aliàs fusè. Hucusque Tancredus.

Sed ego non recederem à contraria sententia, stante declaratione Cardinalium, & praxi pœnitentiariæ.

An Bulla Sixti V. contra malè promotos ad Ordines sit vfu recepta quoad absolutionem censurarum, & inhabilitatum.

RESOLVT. XIX.

Nota, Sixtum V. edidisse Bullam quandam contra malè promotos, quæ incipit *Sanctum, & salutare*, quam Bullam, etsi Clemens VIII. anno 1595. reuocauerit, & ad ius commune reduxerit, nõ tamen quoad pœnas Simoniacorum; imò potius ibi dixit se velle in suo robore persistere eas omnes, quæ sunt latæ contra simoniacè ordinaros, & ordinaros.

Pœnæ verò latæ in ordinaros simoniacè sunt, Primæ; excommunicatio ipso facto; habetur *in supradicta Extrauagante*. Secunda, suspensio ab executione suorum ordinum: ita *in supradicta extrauag. &* non solum eius quem sic suscepit, sed etiam omnium quos habet; illa enim particula *suorum ordinum*, hoc indicare videtur; & ita tenet communis sententia: Greg. Lop. *leg. 11. tit. 17. part. 1. verb. vedado por derecho*. Man. Rod. *secundo tomo, summa cap. 56. num. 6. vers. el octauo* Lessius *dub. 25. n. 135.* & Suar. *tit. 5. de cens. disp. 31. sect. 4. num. 33.* quamvis probabilitate non careat, ut tenent supradicti Doctores, solum extendi suspensionem ad ordinem simoniacè susceptum, non ad alios ritè susceptos, quia licet Pontifex loquatur in numero plurali; dicens, *Sint ab executione suorum ordinum suspensi*, illa locutio pluralis correspondet plurali locutioni præcedenti; loquebatur enim de omnibus, qui ordinati sunt simoniacè, & de illis statuit, ut sint à suorum Ordinum executione suspensi, hoc est, quilibet à suo Ordine simoniacè suscepto, & omnes simul à suis Ordinibus sic simoniacè susceptis.

His suppositis, ad dubium propositum in titulo huius resolutionis sic respondet Castr. Palaus *l. 3. tr. 17. disp. 3. punct. 24. n. 4.* Tandem in supradicta Bulla Sixti V. absolutio harum censurarum, & inhabilitatum Pontifici referuatur, simulque reuocantur concessionem, & facultates Religionis concessæ, & etiam concessæ Episcopis *in Trid. in sess. 24. c. 6. de reform.* Existimo tamen, hac in parte non esse hanc Bullam receptam, imò Lessius *dub. 24. n. 134. fin. ait*, hanc Bullam plerisque locis ignotari, ac proinde non esse vfu receptam. Idem indicat Sanch. *verb. simon. n. 12.* quatenus ait; *Simoniaci occulti suspensio tollitur per pœnitentiam, & manifesti per Episcopum post pœnitentiam.*

Sed contrariam sententiam tenet Pater Tancredus vir doctissimus, & amicissimus, *de relig. tract. 2.*

X lib.

lib. 4. disp. 3. n. 6. quia Lessius dicit, Puto hanc constitutionem plerisque locis ignorari, ac proinde non esse usum receptam, quod verum est ubi ignoratur: at ex hoc non inferitur alibi non esse usum receptam, Bonacina ait *quæst. 7. §. 6. n. 11.* se id in Italia saltem non admittit, & Suavius illam esse receptam supponit; & sic eius doctrina procedit de omnibus censuris occultis, exceptis iis in ordine, ita Sanchez *consil. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 104. num. 45. & dub. 120. num. 1.* & Filiuc. *cap. 13. num. 38.* Hucusque Tancredus, cui adhæreo.

Notabilia quadam circa pœnas contra Simoniacos inflicta.

RESOLVT. XX.

Dico primò, quod renunciare beneficia cum pacto de re aliqua faciendâ, aut omittendâ, quæ iure non inest, est Simonia; Est tamen eiusmodi pactio quamvis Simoniacâ à pœnis Simoniacorum libera. Sed probatur; nam vt Syluest. *verb. Simonia quæst. 19.* nulla Simonia pœnas iuris ipso facto inducit, nisi in ordine, & beneficiis: quia Ecclesiæ prædictis pœnis non punit alios, quam qui propriè sunt Simoniaci, traditione pretij pro re spirituali. At hoc non accidit, cum Simonia est talis tantum iure Ecclesiastico: vera est ergo pars hæc assertionis, in qua dicitur, conventiones reciprocas circa spiritualia, Simoniacas quidem esse, à pœnis tamen, quæ Simoniam concomitantur, liberas. Et ita hanc sententiam tenet Baunius in *praxi benef. disputat. 16. quæst. 46.*

Dico secundò, ad eos qui officia Ecclesiastica sibi pretio comparant, non pertinere has pœnas, quia non sunt beneficia, & in pœnalibus verba sumenda sunt in notione sua propria. Item ab his quoque pœnis esse liberos, qui beneficia sua auctoritate propria permutant.

Ratio est, quod hic non interueniat propriè dicta Simonia, cum non detur temporale pro spirituali: ergo cum pœnæ restringi debeant, excommunicatio, quæ est vna de pœnis quibus iure Ecclesiæ plebuntur beneficia sua auctoritate propria, non se extendit, cum non sunt hi nisi iure Ecclesiæ tales, proindeque impropiè, decreto tamen Innocentij III. beneficiis sunt priuandi, in quibus facta est permutatio, sic enim ille, *cap. cum olim 7. de rerum permutat.* consequenter post sententiam, quæ non est necessaria, ubi reperitur propria Simonia, vt patet in Extrauag. citata.

Item, etiam assero, Simoniacam, Ecclesiasticam censuram, aut quamuis aliam pœnam iuris non inducere in ordine, beneficio, & Religionis ingressu. Et ratio est eadem, nempe quod pœnæ iuris eos duntaxat afficiant, qui propriè sunt tales, quales punire Principi placet. At Simoniaci Simonia iuris positiui, & Ecclesiastici, non sunt nisi impropiè tales, cum spirituale nec vendant, nec emant; vnde si quis in conferendis aliis Sacramentis, consecrationibus, dispensationibus, pensione vendenda, aut redimenda, conferenda Vicaria temporali, peccauerit, non contrahet pœnam excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis. Tanner in 2. 2. *disputat. quinta, quæstione 8. dub. quarto, numero 95.* sicut nec qui in patronatus pretio distrahit,

Sanchez *tomo 1. opuscul. lib. 2. cap. 3. dub. 107. numer. 3.* quia non est beneficium. Vide etiam Lessium *lib. 2. cap. 35. dub. 23. num. 30.* & Baunium *vbi supra, quæst. 53.*

Dico tertio, pœnas contra simoniam confidentialem multas esse. Prima est, excommunicatio reseruata Papæ.

Secunda, inhabilitas ad beneficium, in quo est commissa simonia.

Tertia, eius priuatio à die commissæ confidentiæ.

Quarta, omnium etiam beneficiorum, pensionum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum priuatio, quas confidentiarius iuste ante possidebat.

Quinta, inhabilitas ad illas, ita Pius V. Bulla cui initium *Inolerabilis*, quam Nauarrus explicat in *manual. c. 23. n. 110.*

Sexta, quod beneficium quod est receptum cum confidentia, sit deuolutum ad Papam, eique reseruatum.

Vltima, quod præsumentes beneficia recipere cum confidentia, Cardinales & Episcopi sicut ab Ecclesiæ ingressu interdicitur: qui autem sunt his inferiores minores Clerici, excommunicati, vt dictum est antea.

Sed difficultas est, an dictæ pœnæ incurrantur ante sententiam, præter excommunicationem, nullam ex dictis pœnis incurrunt docent Lessius *lib. 2. de iust. cap. 45. dub. 26.* Reginald. *l. 23. numer. 183. & 20. rursus rom. 3. lib. 12. cap. 10. quæst. 4. & c. 21. quæst. 12.* Suar. *lib. 4. de leg. cap. 43.* Laym. *tractat. 10. capit. vlt. §. 7.* maximeq; id locum habere in priuatione beneficiorum, quæ possidebantur ante simoniam confidentialem admissam.

Causa est, quod Pius vocem in sua constitutione nullam adhibeat, vnde constare queat, pœnam hanc locum habere in foro conscientiarum ante sententiam, saltem declaratoriam criminis; fructibus quidem, pensionibus, & beneficiis simoniacos priuat: sed an iis hoc ipso, & sine sententia excidant, non indicat. *Fructibus*, inquit, *pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romana Curia, & aliis officiis temporalibus presentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus.* His autem, id est pensionibus, & beneficiis ante confidentiam obtentis, illos vltro, ac sponte abire oportere, ac non coactos à iudice, quàm est improbable? Sane Tannerus in 2. 2. *disputat. 5. quæst. 8. dub. 4.* Simoniam confidentialem, pœnam aliam negat inducere ipso facto, quàm excommunicationem, inhabilitatem autem ad alia beneficia, & priuationem acquisiti per simoniam in foro conscientiarum nequaquam, sed exteriori tantum. Sed contrariam sententiam tenet Flaminius *de simonia confidentiâ quæstione 58. numero 15.* Flavius Cherubinus, *Bull. constitut. 85. Pij V. Scholio 2.* & alij. Et his assentiendum putat Baunius *vbi supra qu. 56.* quoad beneficij priuationem acquisiti per confidentiam; nam retinere nemo potest quod non est suum: at beneficia per confidentiam acquisita non sunt acquirentis, cum collationes de iis factas Pius Quintus velit esse nullum momenti, ipsaque vacare, ac dispositioni S. Sedis reseruata esse. Idem dici de fructibus debet, quos Camera Apostolica malè perceptos applicat. Certum est tamen Cardinales, & Episcopos secundum Theaurum 2. *part. praxi verb. Simon. c. 3.* non incurrere excommunicationem ex confidentia; quia in Bulla Pij IV. quam Pius Quintus confirmat, eius nulla fit mentio.

Dico quarto, quod confidentia, illicita quidem

est, sed non Simoniacâ, cum resignans, aut qui ei resignandi est causa confidit, ac sperat, cum cui confertur, aut conferri, vel resignati facit beneficium, sibi illud idem resignaturum, aut cui voluerit, sine pacto tamen, aut cum confidit partem fructuum sibi, aut alteri datum iri.

Pars prima probatur, quia à cupiditate indebita spes talis oritur: est ergo in sua causa principioque illicita, non est tamen simoniæ vitio infecta, quia ibi nulla interuenit pactio, nulla est venditio, quæ res tamen sunt ad simoniam necessaria.

Sed si pactum de re supradictarum aliqua, intercedit resignantem inter & resignatarium, confertem, & collatarium, aut euro cuius opera beneficium possideri incipit, erit confidentialis simonia: quia pactio omnis legalis adiuncta spiritualibus, quibus natura, aut consuetudine non coheret, labem habet simoniæ *cap. quæsitum 5. de rerum permutacione, cap. de pacto final. ergo, & confidentialis, si talis transactio fluat, aut oriatur ad confidentiam recipiendi alicuius commodi ex resignatione, collatione, aut procuracione facta, aut faciendâ alicui de beneficio.*

Dixi *legalem*, quia pactio, quæ tantum debitum honestatis, fidelitatis, & gratitudinis efficit, quo nempe vnum beneficium alio compensatur, non est iure naturali absque vlla obligatione ciuili, simoniaca, sed sola legalis, quæ tantæ est efficaciam, vt debitum vi eius coram iudice repeti possit.

Et hoc vltimum est valdè notandum quod ex Nauarro docet Baunius *disp. 16. q. 57. assert. 2.*

Dico quinto, conuentionale simoniam maximè mixtam, pœnas iuris inducere, ac si realis foret. Ita Caietanus in *Summ. verb. simonia, & in 2. 2. q. 100. art. 7. & tract. de simonia, qui est 9. in 2. tom. opusc. q. 2. Maior in 4. dist. 25. quæst. 7. Comit. resp. lib. 4. q. 6.* Ratio est; in contractu venditionis sit res tradita, aut pretium conuentum etiam non sit hoc persolutum, ergo, & in contractu simoniacæ emptionis.

Sed mihi placet opinio contraria. Ita Castrus Palauus *vbi supra punct. 22. num. 2.* Lessius *lib. 2. c. 35. dub. 26. n. 149.* Nauarrus *c. 21. n. 104.* Baunius *q. 70. & alij.*

Probatur eo, quod Ecclesiæ, non alia opera suis legibus puniat, quàm, quæ sunt in suo genere completa, ac perfecta. At simonia in conuentione mera posita, excepta ea quæ confidentia dicitur, non est in suo genere completa, ex Nauarro *c. 23. n. 104. Less. l. 2. c. 35. dub. 27. n. 149.* ergo non puniendâ pœnis Simoniacæ.

Confirmatur. In extrauag. cum *detestabile* pœnæ non statuuntur nisi in eos, qui conuentione facta, quomodolibet dando, vel accipiendâ simoniam commiserunt: ergo cum neutrum pura conuentionalis simonia habeat, pœnis non tenetur simoniacorum propriis.

Ex his inferitur ex conuentionali, in qua res spiritualis data est ante pretium, pœnas Ecclesiasticas nullas incurrere. Ita Lessius *vbi supra c. 39. n. 143.* Henriquez *l. 13. c. 137. n. 3.* & alij quos citat & sequitur Baunius, *vbi supra*, eo quod pœnæ Ecclesiasticæ excommunicationis, & suspensionis non incurruntur nisi actio prohibita sit completa, vt fatentur Caietan. *verb. excommunicatio in princip. Syluest. verb. pœna q. 5.* actio autem simoniæ non completur, nisi ea sit talis.

Hinc colligitur, simoniam conuentionalem non fieri realem per chirographum datum ab altera parte contrahentium, de solo dō pretio promisso;

Anton. Diana Pars XI.

quia exhibitio chirographi non est pecunia, sine qua tamen non potest consistere emptio: ergo cum non sit simonia, ubi deest emptio, sequitur per chirographum contrahentium non completi simoniæ vitium.

Et tandem contra Suarez de simonia *l. 4. c. 42. n. 2.* existimat Baunius *supra*, sine periculo culpæ teneri potest, cum pœnis Ecclesiæ minimè subficere, qui pro aureis centum, quos collatori pollicitus est, pro beneficio recepto calculos numerat.

Ratio est, quod simonia voluntatem emendi postulet, quam iste non habet, sed fallendi.

Secundò, deest vera ratio pretij, ac valoris; ergo & simoniæ.

Dico sexto, de pœnis ipso iure latis, affirmandum est nullam esse impositam committentibus simoniam, nisi simonia fuerit commissa in ingressu Religionis, & in Ordine, & in beneficio, docet Syluest. *verb. simonia. q. 19.* Nauarro *c. 23. n. 111.* Vgol. *tab. 1. c. 12. & tab. 4. c. 3.* Lessius *l. 2. c. 35. dub. 23.* Suar. *l. 4. c. 55. n. 5.* & alij ab eisdem relati. Ratio huius conclusionis est, quia neque in decreto, neque in decretalibus inuenitur textus imponens ipso iure censuram, vel pœnam aliquam simoniacis, vt rectè expendit Suarez *supra.* Vide Castrum Palauum *t. 3. de simon. disp. 3. punct. 21. n. 2. & 3.*

Et tandem dico septimò, Iosephum Rocafull. in *praxi theol. mor. t. 2. lib. 3. de 7. præcepto decal. sect. vlt. n. 1105.* hæc asserere; Non per quamcumque simoniam incurrere pœnas iuris, nec esse impositas cuiuscumque simoniæ, sed solam iuxta probabiliorè sententiam simoniæ reali, non verò conuentionali, vel materiali; neque cuiuscumque simoniæ reali lata sunt pœnæ à iure, sed solam simoniæ in beneficio, in ordine, & ingressu religionis; sed & Sanchez in *opusc. t. 2. l. 2. c. 3. dub. 108. n. 3.* censet contra Nauarrum, pœnas non incurrere in simonia iure tantum humano prohibita; præfatio enim extrauagantis secundæ, loquitur de simonia iure diuino, & humano prohibita; & sic pœnæ ibi statutæ, sunt de ista simonia intelligendæ: præfatio quippe dat intellectum toti legi, & hanc opinionem censet probabilè Diana *5. p. tr. 3. ref. 55.* ex qua deducit *5. p. tr. 14. ref. 1.* cum qui habet ius ad rem, & non in re, dedit pecuniam electori, ne sibi præferret indignum quantumvis sit simoniacus, non incurrere pœnas iuris; quia, vt ipse Sanchez *dub. 7. n. 6.* contra Raphaellem de la Torre probabile tenet, hæc simonia de iure humano tantum est. Hucusque Rocafull. qui postea *n. 1110. sic ait;* Dico secundò; Si simonia sit conuentionalis, secundum nostram sententiam, cum non incurrat pœnas iuris, sufficit quod qui accipit pecunias restituat, qui autem accipiat beneficium non resignet, nec debet resignare. Ita ille *& num. 1120.* ait: Quod si quis accipit beneficium per simoniam conuentionalem, iuxta eos qui dicunt simoniacum conuentionalem incurrere pœnas iuris, tenetur dimittere beneficium:

iuxta nos verò qui tenemus non incurrere pœnas iuris, non tenetur dimittere; tamen per sententiam iudicis est priuandus beneficium. Hæc Rocafull.

An qui constitetur peccatum oblitum, vel peccata aliis confessis iterum confiteatur, debeat necessario elicere nouum dolorem?

RESOLVT. XXI.

CAsus est practicabilis, & plures scrupulos pro his qui frequentat confessiones expellet. Ego primus post Ledesnam de illo olim tractaui; postea, me tamen citato, illum discussit Eminentissimus Cardinalis Lugo, sed nouissime me citato etiam pertractat Dicastillus de *sacram. t. 1. tr. 8. d. 6. dub. 12. n. 160.* Vbi sic ait: Afferendum est non solum quando nouum peccatum quis fatetur, quod obliuione non dixerat, sed quando eadem omnino peccata nouae confessioni subiiciuntur, sufficere antiquum dolorem, vel physicè vel moraliter manentem adhuc. Ratio est, quia potest idem dolor per nouam confessionem nouae absolutioni subiici, non minus, quando eadem peccata sola, nullo addito de nouo peccato, nouae absolutioni per nouam confessionem significantem denudè talem dolorem, quam, quando peccatum obliuione ommissum subiicitur, & antiqua peccata non minus possunt subiici sub illo dolore, quam, si nulla eorundem peccatorum confessio, & absolutio praecessisset. Nam, quod aliud peccatum simul addatur, vel non addatur, non refert, si aliquo dolor & noua confessio illum manifestans adsint cum caeteris requisitis, quod ex iam dicendis amplius confirmabitur, & declarabitur. Atque haec est sententia, quam absolute sequitur Ledesna citatus, & testatur esse magis communem, & postea sequutus est Lugo, & ante ipsam Diana.

Confirmatur ex praxi Ecclesiae, & Confessoriorum posse confirmari nostram sententiam, quia pauci sunt (si tamen sunt) qui sint solliciti de mouendo poenitente, ut in reconciliationibus remouet dolorem (ut rectè notauit Lugo) signum ergo est prius habitum dolorem sufficere.

Obiicies ex dictis sequi posse, aliquem toto anno quotidie confiteri eadem peccata; non renouato dolore quem habuit initio anni, quod videtur absurdum.

Respondet Lugo *supra numer. 35.* id pendere ex alia quaestione, ad quam omnes tenentur respondere, scilicet quanto tempore possit dolor antecedere confessionem, vel absolutionem, uti dici possit habere morale vnione cum ipsa in ordine ad constituendum vnum Sacramentum. Omnes enim debent assignare aliquod tempus, intra quod ea partes debeant concurrere, ne forte propter longam distantiam nõ possit esse vnio moralis inter partes adeò distantes. Haec ille, & quidem verisimè; voluissem tamen ut aliquam regulam nobis assignaret, vel suam in ea re iudicium aperuisset. Solum addidit *dolorem priorem interrumpi per peccatum subsequens; atque adeo ex eo etiam capite, debere iterum renouari.* Ex his concludit rem notam. Sed quid, si toto anno non fuerit interpositum peccatum? Quid, si superuenientem phrenesin, vel aliam mentis alienationem? malim ab aliis audire quid sentiant, quam per me decernere. Haec quidem difficultas non solum est pro iterata absolutione, & nouo Sacramento; sed aequè pro primo, an quis distantia sit sufficiens, vel quanta debeat esse propinquitas. Ego sanè in *t. precedente tr. 1. diff. 1. dub. 6.* egi de simultate requisita inter ma-

teriam, & formam Sacramentorum, vbi primò quidem dixi arbitrio prudentis relinqui debere. Deinde maiorem requiri propinquitatem in quibusdam, ut in Baptismo, Confirmatione, Vnctione, &c. quam in matrimonio, & poenitentia, quae duo naturam contractus & iudicii sequuntur, aded ut matrimonium multis diebus post datum ab vno contrahente consensum perficiatur, ut quando inter absentes celebratur. Et absolutio confertur etiam sequenti die, dummodo non interueniat nouum peccatum, & saepe fit, quando homo est alienatus à sensu, & prius aliqua ratione (de quo suo loco) fuerat confessus. Vnde, si post confessionem ritè factam incidit in amentiam perpetuam, & confessorius qui exceperat, vel inscitia, vel alia causa non statim absoluit etiam si multis diebus distulerit absolueret, posset id facere, tota enim illa distantia videtur physica, non mortalis. An verò tunc, si ille confessorius non absoluit, & non posset iam, aut nollet, posset alius illum absolueret, saltem sequutus sententiam (de qua dicemus *diff. 9. dub. 10.*) quod testimonio aliorum habito de voluntate, aut petitione confessionis possit absolui, posset dubitari, non solum propter vniuersalem rationem dubitandi, sed propter specialem, quod illa confessio, aut intentio illius non fuerit facta aut directa ad alium confessorium, nisi ad illum quem elegerat. Nihilominus iuxta eam sententiam existimo posse; imò & debere absolui, quia cum ille voluisset confiteri, & confessus esset, censetur voluisse habere absolutionem meliori modo & via, qua posset, & deberet illam velle, cumque tunc ita deberet esse (saltem virtualiter in voluntate generali seruandi legem Dei) paratus ad obligationem confessionis aliqua ratione implendam, ex tunc non sit alia ratio consistendi, seu accipiendi absolutionem, censetur voluntas generalis ad hunc etiam casum se extendere. Sic ergo censere saluo meliori iudicio. Huc vsque Dicastillus; cui ego nunc absolute adhaereo, & sententia superius firmata à fortiori admittenda videtur, quando si quis actu perseveret in eodem actu physico, & reali doloris, & simul det nouum signum confessionis, ut contingere potest in eo, qui cum non possit loqui est sibi praesens, & dolet & perseverat in actu doloris, & nunc vni sacerdoti exhibet signa, quibus significat, se peccasse, & velle absolui, & absoluitur, postea verò alteri superuenienti Sacerdoti iterum signa exhibet, perseverat eadem semper eodem actu doloris, & iterum absoluitur, idque saepius fiat eodem actu perseverante, non puto posse negari, quod quantum est ex eo capite, ea Sacramenta valeant. Quod potest facile declarari & probari. Nam si idem dolor (etiam physicè idem) post vnam confessionem & absolutionem cessaret, & ante alteram iterum resumeretur, satis esset pro secundo Sacramento; quod autem non fuerit interrupta duratio, nihil videretur ob stare, quo minus, existentia illius doloris tempore nouae confessionis & absolutionis sit satis.

An sit mortale aliquid veniale confiteri sine dolore.

RESOLVT. XXII.

Affirmatiuam sententiam tenent aliqui, teste Suarez *diff. 20. num. 7.* quia confiteri veniale sine dolore, est apponere pro materia absolutionis id, quod reuera esse nequit, materia: Sicut ergo

ergo grauitè peccaret, qui inter hostias legitimas triticeas apponeret Sacerdoti consecrandam etiam non triticeam; quia poneret ineptam consecrationis materiam; ita grauitè peccabit, qui inter alia peccata legitime dicta cum vero dolore, apposuerit absolendum peccatum sine dolore, cum non minus sit ineptum ad absolutionem peccatum non cum dolore, quam ad consecrationem hostia non triticea. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam tenet Henriquez *l. 1. Dicastillus, de Sacram. t. 2. tr. 8. diff. 6. dub. 15. c. 4. n. 268.*

Probatur à paritate aliorum Sacramentorum, in quibus admistio alicuius partis, quae non sit materia valida, non est culpa grauis, dummodo etiam apponatur materia valida. Sic in Baptismo cum aqua effundenda miscetur pars olei benedicti, quae non est materia Baptismi. Suarius & alij adhibent in exemplum aquae rosaceae particulam admixtam elementari. Vide etiam supracitatos authores, qui plura alia exempla, & rationes pro hac sententia firmanda adducunt. Sed omnia quidem habent suam solutionem, ut videre est apud doctum Dicastillum *vbi supra dub. 15. à n. 268. vsque ad n. 283.* in quo sic asserit: Ex omnibus huc vsque apparet, quam probabilis sit affirmatiua sententia, eamque (fateor) si solum ratione agendum sit faciliori negotio defenderem, cum nec etiam auctoritate destituta sit, teste Suario, qui (ut dicebam) affirmat eam multos sequi, sed quia tot etiam sunt, & tantae auctoritatis viri, qui negant esse mortale, ut non facile sit mortalis peccati reum censere sic consistentem, oportet quaerere solutionem praedicti argumenti, & disparitatem assignare inter hoc Sacramentum, & Eucharistiam, quam disparitatem exigit argumentum. Ego sanè vix inuenio aliam, quam quod in Eucharistia, quando hostiae consecrantur tot sunt Sacramenta, quor sunt hostiae, & vnaquaeque illatum est materia aequè grauis, & quando vnus cumulus hostiarum significatur, & ostenditur per pronomen demonstratiuum. *Hoc, &c.* licet forma videatur, & sit vna, virtute tamen multiplex est, & totplex, quotplex est materia, & tot sunt indiuidua Sacramenta. Vnde si in vnaquaque non verificetur verborum forma, integrum quoddam Sacramentum frustratur; in Sacramento vero poenitentiae; vinculum fit tantum Sacramentum: hoc autem in re leui falsum fit, quando veniale falsum, vel sine dolore simul cum aliis dicitur, & absolute Sacramentum est verum, licet in illo peccato non verificetur. Ita ille; qui postea tamen circa hanc responsionem cum acumine sui ingenij aliquas difficultates satis graues adducit, & ided sic concludit: Tandem his omnibus in vtramque partem dictis, magis inclino in partem negantem esse mortale, quamuis per principia quasi extrinseca, quae vtriusque inuolunt aliquid per principia intrinseca: nempe, quia esse grauem aut leuem aliquam materiam maxime pendet ex aestimatione prudentum, & sapientum iudicio (qua ratione solet saepe materiae grauitas, aut leuitas definiti, & quidem cum varietate) cum ergo tot sint graues, prudentes, & sapientes viri, quibus non videatur graue negotium veniale sine dolore confiteri, si alia dicantur legitime pro eadem absolutione, & Sacramento, licet graue putent hostiam non triticeam apponere consecrandam inter triticeas, ea sapientum aestimatio potest sufficere, quamuis si merè ratione agamus, ego facilius vtrumque putarem graue pro Sacramento viroque; nec argumenta in contrarium adducta vim habent, quibus iam re-

Anton. Diana Pars XI.

spondimus, eaque reieciimus *supra n. 268. & seqq.* Hæc Dicastillus.

Itaque licet difficultates ab ipso adductas circa presentem quaestionem magni ponderis esse existimo, tamen quia negatiua sententia est communis, iterum ab ea non recedo, & illam praeter Doctores allatos etiam tenet me citato Leander. de *Sacram. t. 1. tr. 5. diff. 7. q. 26.*

Sed quid dicendum de sententia D. Bonaventurae in *4. diff. 21. prima p. diff. 1. art. 1. q. 2.* Scoti, *q. 1. §. in ista q. Ball. q. 1. art. 2. Gab. diff. 16. q. 5. art. 2. concl. 2. Caiet. 3. p. 9. 87. art. 1. ad 1. Medinae Cod. de pen. tr. 1. q. 3. Henriquez. l. 4. de Sacram. c. 15. assertentium poenitentiam non esse necessarium ad remissionem peccatorum venialium.*

Fundamentum Bonaventurae. Peccatum veniale mediatur originale, & mortale: Sed originale remittitur absque proprio actu, mortale non sine proprio actu, ergo veniale remittitur virtute Sacramenti, vel rei Sacramentalis, non repugnante tantum libero arbitrio.

Fundamentum Caietani: Si quis irret dormitum cum proposito dicendi mendacium, & interitum dormiens occideretur pro Christo, ex diuina largitate consequeretur remissionem talis peccati: Igitur ad remissionem peccati venialis non requiritur poenitentia.

Fundamentum Scoti, & Scotistarum; peccatum veniale formaliter consistit in obligatione, ad poenam temporalem, ergo soluta poena remittitur: atqui poena solui potest sine actu poenitentiae interioris: ergo peccatum veniale remitti potest absque poenitentia saltem interiori.

Fundamentum Henriquez; Quoniam venialia non solum remittuntur per actum poenitentiae; sed per alia remedia, ut per indulgentias, alienam satisfactionem applicatam alteri iusto, per sacrificium Missae, per rationem per Sacramenta, & Sacramentalia: Sed haec omnia remittunt venialia absque actu proprio poenitentiae: igitur actus poenitentiae non est necessarius ad remissionem venialium.

Verum his non obstantibus, dicendum omnino esse puto, peccatum veniale non remitti absque proprio actu virtualiter saltem retractatiuo, & consequenter absque aliqua poenitentiae, saltem virtuali. Fundamentum est, quia quamdiu actu, aut virtute voluntas non retractat suum peccatum, semper moraliter censetur perseverare in illo: nam quamdiu non retractat actum, quem semel elicit, semper censetur velle illum, quia cum in eius libertate sit in eo velle, aut non velle perseverare, hoc ipso, quod illum saltem virtute non retractat, moraliter censetur velle illum.

Argumenta verò in contrarium adducta soluit Amicus in *curf. Theol. 1. 8. diff. 6. sect. 1. n. 11.* qui postea *sect. 2. n. 15.* cum pluribus firmat ad remissionem venialium non requiri poenitentiam formalem contra Durandum, & alios, sed sufficere virtutalem quam S. Thom. & cum eo reliqui Theologi sic explicant. Potest quis virtute alicuius actus esse ita dispositus, ut si occurrerent omnia, vel aliqua peccata venialia, actu illa detestaretur: ergo is dicitur habere poenitentiam virtutalem respectu eorum, quae si occurrerent, actu detestaretur, non autem respectu eorum, quae si occurrerent, actu non detestaretur. Non enim implicat aliquem virtute alicuius actus esse dispositum adhuc potius venialia detestanda, quam alia.

An in confessione venialium requiratur propositum non peccandi amplius venialiter.

RESOLVT. XXIII.

Respondet affirmatiue Pasqualigus in *Theol. rom. 2. disp. 8. 1. sect. 10. num. 54.* Quia requiritur vera attritio, quæ est virtuale propositum. Nec obstat quod impossibile sit vitare omnia venialia absque speciali priuilegio, quod regulariter non conceditur à Deo; quia sufficit quod propositum vitandi venialia sit efficax secundum quid, & consistit in desiderio, quod Deus concedat gratiam vitandi omnia venialia, quia non requiritur aliud propositum, nisi quoad ea quæ poenitens potest exequi.

Verum non est ista leuis difficultas, an sit possibilis efficax voluntas, & propositum vitandi venialia; non iam in particulari, sed in vniuersum? supposito enim quod sit moraliter impossibile omnia vitare, & eaque propter Doctores multi doceant, votum de non peccando venialiter non valere, vt videre est apud Thom. Sanc. in suo opere *mor. l. 4. c. 5. n. 10.* & alios, non videtur possibile tale propositum. Ex quo videtur inferri alterum è duobus absurdum vel neminem posse confiteri sacramentaliter in genere peccata venialia, quia non potest de illis habere verum & efficacem dolorem; vel posse absolui ab illis sine tali dolore.

Solet huic difficultati responderi ex doctrina S. Thomæ 3. *nar. q. 87. art. 1. ad 1.* Impossibile quidem esse totam venialium collectionem vitare, singula tamen vitari posse. Ratio verò potest assignari, quia alioquin non essent peccata, nemo enim peccare potest, nisi possit actionem qua peccat vitare, atque adeo sufficeret singulorum vitandorum propositum. Ita Suarez *vbi supra in D. Thom. Vnde ipse postea disput. 4. sect. 3. n. 5.* distinguit & ait, duplicia esse peccata venialia; quædam quæ plena libertate committuntur, & de iis omnibus vitandis potest homo habere absolutum propositum, quia est possibile cum gratia Dei; quæ secundum legem ordinariam confertur dignè petentibus seu præparantibus se ad illam. Alia verò sunt peccata venialia, quæ dicuntur ex subreptione, seu imperfectè deliberata, quorum collectionem totam vitare longo tempore possibile non est sine speciali priuilegio, & idè circa tale obiectum non potest haberi propositum omninò absolutum: potest tamen homo proponere omnem diligentiam adhibere ad illa vitanda, quantum humano modo potuerit, & hoc semper satis est. Hactenus Suarius *sect. illa 3. n. 5. & 6.* postea *ad art. 1. quæst. 87. in illo n. 7.* docet, *comparatione totius collectionis propositum partim ex se esse efficax & absolutum, partim inefficax, & condemnatum: vtrumque enim includit respectu diuerforum, & hoc est (inquit) quod D. Thomas declarare voluit: Nam propositum illud, & comparatum ad totam collectionem venialium peccatorum, non est propositum absolutum, & efficax vitandi illam, quia non est de obiecto possibili moraliter, & secundum legem ordinariam. Solum ergo esse potest desiderium quoddam conditionatum cauendi totam, si esset possibile: quia tenentur vota displicet ex vi poenitentiae.* Ita Suarius. Tandem concludit: *Hinc verò etiam nascitur vt illud propositum sit faciendi quantum in homine fuerit ad vitanda omnia peccata venialia; ex quo etiam fit, vt tale propositum comparatum ad singula peccata de se sit efficax, quia quodlibet per se sumptum, est obiectum possibile, & ad omne possibile efficaciter*

se extendit illa voluntas, & ita facile patet sensu D. Thomæ, & responsio ad obiectionem. Sed circa supra dictam doctrinam Parris Suarez, Cardinalis de Lugo de *Sacram. Poenit. disp. 14. n. 130. cum seqq.* & Dicastillus de *Sacram. t. 2. rr. 8. disp. 6. dub. 16.* aliquas difficultates adducunt, sed postea ab ipso non dissentiunt, magis clare eius sententiam ex D. Th. declarando.

At mihi nimis placet in hac difficultate discursus Parris Sfortiæ Pallauicini *id assert. Theol. l. 7. c. 29. n. 288. cum seqq.* vbi ita more suo doctè philosophatur. Propositum quoque abstinenti in posterum ab illis peccatis venialibus, quæ clauibus subiiciuntur est necessarium: difficultas tamen est, quomodo id possit proponere qui confitetur omnia venialia, & doler de illis ex motiuo generali, cum sciat se ab omnibus in posterum abstinerere non posse. S. Thom. 3. *p. q. 86. art. 1. ad primum.* docet, sufficere si poenitens proponat vitare singula prout singillatim occurrunt, licet non proponat vitare omnia. Quæ doctrina quibusdam difficilis visa est, non aduerentibus ibi sanctum Doctorem non agere de poenitentia in ordine ad Sacramentum, quahdoquidem admittit etiam ibi poenitentiam virtualem, quæ tamen in Sacramento non sufficit.

Quantum ergo spectat ad propositum requiritum in Sacramento, sufficit si illud sit in ordine ad totum aggregatum, ita vt quis statuat non committere in posterum æquali tempore tot, & tanta venialia. Id verò indicat S. Thom. *art. cit. ad primum*, vbi ad retractationem in genere necessariam pro delectatione venialium in Sacramento, vel extra tantum requirit propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda, & Concil. *sess. 14. can. 4.* requirit propositum melioris vitæ. In quo casu tantundem peccatorum remittitur, quantum emendationis poenitens vel explicitè vel implicitè proponit.

Rursus, potest dari propositum vniuersale affectiuum, etiam cognita motali impossibilitate executionis, sicut datur affectiua detestatio vniuersalis peccatorum præcedentium, quæ tamen poenitenti non licet efficere, vt non præcesserint. Hucusque Palauicinus; qui etiam postea *n. 292.* obseruat, quod etiam notat Dicastillus *vbi supra*, quod in ordine ad venialia non requiritur propositum vitandi occasiones proximas: hoc enim propositum requiritur solū quando permanentia in illis est illicita propter periculū. Cæterum si sit licita, quamuis inferat probabilitatem, aut moralem certitudinem noui peccati, non impedit propositum sufficiens, vt potè quod requirit desiderium, & non spem abstinentiæ, & idè S. Petrus poterat conteri etiam cum reuelatione de suo peccato futuro. Et hinc est, quod etiā in ordine ad mortalia licet aliquando non recedere ab occasionibus proximis, quando ille recessus est adè difficilis, vt obligatio recedendi plus peccatorum inferret per violationem sui, quam impedit per sui obseruationem, propter quam causam neque tenemur vitare occasiones proximas venialium, neque mortalium vagè, quales possunt esse permanentia in militia, vel in aula, &c.

An

An qui cum dolore vniuersali se accusat in confessione de venialibus, non determinando peccata in particulari, remaneat absolutus ab omnibus.

RESOLVT. XXIV.

Questio est practicabilis, & curiosa, & nimis loctè examinata à Patre Dicastillo, vnde hic per extensum apponam eius verba, sic itaque assertit de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 6. dub. 17. num. 312.* His præmissis, assero, vt peccata venialia de quibus agimus sint materia Sacramenti directè, & sufficienter proposita, non esse necessarium, quod Confessarius, vel ex modo confitendi, aut ex persona confitente aliivè circumstantiis cognoscat quot sint, saltem in confusio, talia peccata, sed satis esse, quod illa confiteantur in communi absque vlla determinatione, ita vt si nec poenitens ex sua parte, neque confessarius ex sua restringant intentionem ad aliquam determinatam, omnia ad quæ legitimus dolor se extendit, remittantur. Ratio est, quia nisi necessitas saltem ex præcepto in Sacramento postulet determinatam cognitionem, Sacramentalis virtus ad omnia peccata potest se extendere: sed necessitas Sacramenti Poenitentiae comparatione venialium non sic postulat determinatè cognitam multitudinem peccatorum remittendorum: ergo ad illam totam potest se extendere. Vtraque præmissa probatur. Primum à simili in Sacramento Eucharistiæ: nam in Sacramento Eucharistiæ, vt diximus loco notato, etiam si quis nesciat quot sint hostiæ consecrandæ sibi propositæ, consecrat omnes quæ continentur v. gr. in pixide: ergo & absoluerè potest omnia peccata, quæ continentur in intentione confitentis, etiam si non sciat determinatè aliqua ratione quot sint. Neque enim minus potens est absolutio legitima ad absoluendum quotquot peccata per confessionem in confusio significantur, quam consecratio ad hostias, quotquot confusè in pixide cognitæ continentur: nec minus debet esse determinata materia Eucharistiæ, quæ demonstratur pronomine *Hoc*, quam materia absolutionis, quæ determinatur per confessionem: ergo sicut virtus consecratoria se extendit ad omnes hostias consecrandas, poterit se extendere virtus absolutionis ad omnia peccata absoluenda, etiam si in vtroque casu non determinatè aliqua ratione cognoscantur quot sint hostiæ consecrandæ, & peccata remittenda.

Probat 2. quia vt concedimus, Sacramentum Poenitentiae tunc valet, etiam si non determinetur materia, nec est maior ratio peccati vnius, quam alterius: ergo vel omnia, vel nulla peccata remittuntur. Quod valeat, omnes quidem supponimus, quòd autem non determinetur materia ad hæc potius, quam ad illa, debet etiam supponi necessariò: alioquin non esset noster casus, in quo disputamus de confessione, dolore, & intentione in communi, nihil determinando in particulari. Ita ille. Et postquam ad aliquas difficultates respondisset *num. 318.* sic subdit.

Ab his, & aliis difficultatibus liberabimur, si dicamus omnia remitti, quotiescunque prædicto modo confitetur homo cum dispositione extendente se ad omnia propter rationes dictas. Atque hoc ipsum habet locum non solum in peccatorum venialium confessione, sed aliquando

etiam in moralibus quoad directam absolutionem, ita vt esse possit, & non raro casus, in quo peccata mortalia omnia directè absoluantur, quin in particulari specie, aut numero explicentur confessario, neque confessarius intelligat, quæ, vel quot sint, quæ poenitens subiicit, in quo casu omnia, & singula mortalia (& quidem directè) absoluantur, quod sic probo proponendo prius casum non infrequentem.

Aliquis moribundus multis peccatis mortalibus grauatus est, & presenti confessario (vt tollamus alias quæstiones de signis datis in absentia) dat tantum lignum, quod peccauerit; & velit confiteri nullo explicato particulari peccato, nec in numero, ita vt Confessarius tantum intelligat illum confiteri, quod peccauerit, & doleat, & nihil possit ille amplius explicare: in tali casu danda est illis absolutio, & peccata remittuntur & quidem directè; hoc vltimum de directæ absolutione probo: quia absoluntur, sed non indirectè: ergo directè. Minorè probo, quia absolutio indirecta alicuius peccati, tunc tantum est, quando absoluendo directè aliquod peccatum, aliud absoluitur consequenter per gratiam remissionis mortalis directè remissis, quia scilicet illa gratia non patitur secum mortalia; atque adè cum non sit obex, quia habet (vt suppono) vniuersalem attritionem, gratia confertur, per quam absolutio non solum directè tollit illud, quod datur pro materia, sed reliqua etiam tollit indirectè: In nostro autem casu nullum in particulari datur pro materia directæ, sed omnia æqualiter in confusio subiiciuntur: ergo, vel omnia æquè primò remittuntur, cum non sit maior ratio, ob quam absolutio cadat directè supra vnum, quam supra aliud, atque adè, vel confessio erit nulla (quod est falsum) vel omnia æquè primò absoluentur; directè quidem, sed non dicta explicitè. Quapropter si homo ad se redeat, tenebitur suo tempore explicitè species, & numero peccatorum confiteri, quia licet directè fuerint absoluta, non tamen explicita specie, & numero ad quod etiam tenetur, vt certa doctrina docet.

Si ergo absolutio directæ cadere potest supra mortalia in confusio dicta, absque eo, quod intelligatur, quæ, & quot sint peccata commissa; pari, imo potiori ratione poterit cadere supra venialia absque eo, quod innoscat confessario ex aliquo capite, quæ aut quot sint ea peccata. Præsertim, cum in venialibus non detur absolutio indirecta, quia gratia quæ datur intuitu aliorum peccatorum, quæ dicuntur in confessione non apponitur peccato veniali, cuius si in homine iusto reperitur attritio, vel per illam remittuntur, vel, si iuxta alias sententias non sufficit attritio, vel non omnis attritio; Sacramentum poenitentiae non attingit illa, ex vi productionis gratiæ, quæ confertur per absolutionem aliorum peccatorum, quia hæc gratia (vt dicebam) non habet opinionem cum illo: ergo non est locus absolutioni indirectæ. Atque adeo si in nostro casu confessionis factæ in genere remittuntur venialia, directè remittuntur & omnia: Directè quidem, quia non est vnde indirectè remittatur, sed ex vi confessionis illorum factæ in communi, & absolutionis ad illa directè omnia vero remittuntur: quia non est ratio ob quam hæc potius quam illa, & ad omnia æquè primo refertur absolutio iam dicta.

Et hæc omnia docet Dicastillus *vsu supra* quibus ego libenter calculum meum adiungo.

An per unum tantum veniale nouum peccatum, censetur retractatus dolor, & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motu vnuerfali?

RESOLVT. XXV.

Casus (ait Dicastillus) esse potest non infrequens, & eius resolutio sanè non facilis. Sit ergo casus quo quis confiteri velit plura peccata tam venialia, quam mortalia; imò si velis sola venialia (est enim eadem ratio, vt patebit) & habeat detestationem vnuerfalem, id est, ex motu vnuerfali offensæ diuinæ; in quo casu, si post dolorem, & propositum debitum, sed antequam absoluat, incidat in veniale minimum, & vnicum, videtur carere iam debita dispositione, & denud debere concipere dolorem. Ratio est, quia ille dolor, & propositum antiquum, iam censetur reuocari. Nam illo existente efficaci vitandi quodcunque peccatum, in quo eadem ratio reperitur, non poterat in animo esse locus peccato. Ergo si peccatum admittitur (vt supponimus) etiam leuissimum signum est illam detestationem & propositum per actum oppositum admissum non amplius moraliter durare, sed esse reuocata; sicut censetur reuocatum propositum non peccandi mortaliter propter penas inferni (quod est motuum vnuerfale) eo ipso quod vel vnicum mortale admittatur.

Hoc argumentum, vt obseruat Cardinalis Lugo de Sacram. Pœnitenti. disp. 14. q. 144. speculatiuè loquendo, non parum videtur vrgere cum exemplo mortalis: est enim eadem ratio; quia in vtroque casu venialis aut mortalis admissi reuocatur propositum & detestatio efficax; idè merito aduertit oportere ad maiorem securitatem, quod quis doleat seorsim de mortalibus, propter quantitatem offensæ mortalis, qui dolor ex tali motu, nullo modo reuocatur (inquit ille) per veniale subsequens. Dat item consilium quod doleat seorsim de peccatis venialibus quæ confitentur, vel de aliquibus eorum propter specialem eorum grauitatem, & specialem offensam diuinam, quam continent, cui dolori non opponitur aliud peccatum veniale nouum. Nihilominus non putat practicè debere in dubium vocari valorem Sacramenti, etiamsi eiusmodi cautela non adhibeatur; quin iniiceret innumeros scrupulos pœnitentibus, & confessariis, qui etiam tenerentur admonere pœnitentes, vt eiusmodi damnum præcaueretur. Idè ex communi praxi confessariorum & pœnitentium potest desumi ratio à posteriori non leuis, vt dicamus non ita reuocari tunc dolorem & propositum, quin maneat dispositio sufficiens ad valorem, & effectum Sacramenti. Et hæc omnia docet Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 6. dub. 18. n. 322. & 323. Cui ergo addo Patrem Sfortiam Pallauicinum in assertionibus Theologicis lib. 7. cap. 29. dub. 290. vbi sic ait; Neque hoc propositum vnuerfale intelligitur reuocatum per aliquod peccatum veniale, quod deinde pœnitens in ipso actu confessionis committat, ita, vt sit necesse propositum renouare.

Verum omnia superius dicta procedunt loquendo de peccatis venialibus: Quid ergo erit dicendum de mortalibus? Itaque quod attinet ad mortalia, posset quidem, vt aduertit Lugo, perferuere de dolor, & propositum circa grauiora, etiamsi ad-

mittatur mortale leuius, sed non maneret quis cum dispositione sufficiente ad absolutionem obtinendam, siue quia (vt Lugo vult) requiritur propositum vnuerfale circa omnia omnino peccata, etiam illa in quo genere quis non peccauit aliquando, siue quia per peccatum cui adhæret ponit obicem, & deficit dispositio requisita ad effectum quidem semper, & in omni euentu, ad valorem verò Sacramenti posset sufficere dolor cæterorum peccatorum, quando huius esset immemor inculpabiliter, quando bona fide accedit ad confessionem, quo casu esset Sacramentum validum, & informe, pro solutione tamen à solis venialibus sufficeret, si dolor aliquorum maneat, etiamsi aliorum detestatio cessauerit per illius venialis admissiōnem.

An opinio asserentium, quod affinitas non contrahatur, nisi femina etiam tum viro seminet, sit improbabilis?

RESOLVT. XXVI.

Affirmatiuè respondet Basil. Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 10. num. 1. vbi sic ait; Certum est effusione seminis extra naturale vas, non consummari, cap. extraordinaria 35. quest. 3. deinde dico cum communi sententia, solam penetrationem vas sine seminatione intra vas non esse sufficientem copulam, vt consummetur matrimonium in conscientia, & coram Deo, vt docet cum aliis Thom. Sanchez lib. 3. de Matrim. disp. 21. num. 5. quia reuera non sunt effecti vna caro: nec enim efficiuntur vna caro, nisi per coniunctionem seminum, vt colligitur ex cap. lex 20. quest. 2. ibi, quod nullam facit sanguinis commixtionem. At sine effusione seminis non est sanguinis commixtio: dicuntur enim vna caro ex ea copula, quæ ad generandum satis esset: ea autem sine seminis effusione non potest esse ad generandum sufficiens. Dixi coram Deo: nam in foro externo, si probetur penetrasset claustra puellæ, præsumeretur etiam seminasse, & non audietur, & merito, cum puella deflorata maneat, & sine remedio ferè viuere cogatur, vt docet idem. Thom. Sanchez num. 8. & 9. Neque verò in hoc expendendum est, an femina seminauerit, neque id vllam probabilitatem habet, quidquid contendat Thom. Sanch. num. 8. vide enim quot quantisque scrupulis, & dubitationibus exponeretur consummatio matrimonij, si ea seminatio femine attendenda esset. Nec refert an sit necessarium semen mulieris ad generationem, vel non: tantum enim hic attenditur ad consummationem seminatio intra vas eius, qui præcipuas partes in generatione habet. Ita ille.

Sed vide, amice lector, quam varia sint iudicia hominum, hanc sententiam, quam nullam habere probabilitatem putat Pontius, probabilior esse docet Martinus Perez de Matr. disp. 31. sect. 1. num. 5. sic enim asserit; Probabilis iudico ad affinitatem inducendam non sufficere seminationem viri in matricem femine, in qua est sanguis menstruus ad generationem paratus, sed etiam requiri seminationem femine. Ita Ludouic. Lopez 1. part. instr. cap. 50. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 1. num. 5. & alij. Moueor, tum quia id satis indicatur in Can. lex diuina constitutionis 27. qu. 2. vbi requiritur sanguinis, id est seminis commixtio. Tum etiam quia iuxta communem Medicorum sententiam,

tiam, præsertim Galeni, & Auicennæ, etiam seminatio femina est necessaria ad generationem: non enim semen feminae videretur ad aliud esse à natura institutum: cum etiam natura nihil faciat frustra, & videamus ex masculo & femina diuersæ naturæ, & speciei produci scærum tertie speciei, mutuo se impediuntibus feminibus. Addo etiam quod notauit Rebellus lib. 3. quest. 15. num. 3. quod sequi potest suapte natura generatio, attrahente postea semine virili semen femineum, & materiam conceptui aptam; vnde sine coitus voluptate aliquæ feruntur concepisse. Ita Perez; cui adde Martinum de San Ioseph in Monit. Confessorum ro. 1. l. 1. tract. 34. de Matrim. num. 9. sic asserentem: Lo mas probable es, que es necesario, que cum semine viri concurrat etiam semen mulieris, para que se contrayga afinidad por que es lo mas probable, que si la muger no concurre, no aurà generacion: y assi si succedere este caso, se podrá juzgar que no huuo afinidad. Y tambien, que si el casado tuuo copula con parienta de su muger, si illa non seminauerit, no contraxo el impedimento alguno, y podrá sin dispensacion alguna pedir el debito. Ita ille.

Verum ego nec Pontio nec Perez assentior: non assentior Perez quatenus asserit suam sententiam esse probabiliorē: non assentior Pontio quatenus asserit hanc sententiam esse improbabilem; Dico itaque cum Doctoribus quos citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 20. qu. 7. Ioan. de Soria in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10. §. affinitas, & alij. Pontij esse communiorē, & probabiliorē: Sententiam verò Perez & Martini de San Ioseph contra Pontium puto esse satis probabilem, vt vocauit Sanchez à Pontio adductus, & ita me citato tanquam probabilem admittit Verricelli in 99. Legalibus tract. 4. q. 27. n. 74. cui adde Suarez in 3. part. quest. 32. art. 1. disp. 10. sect. 1. Imò nouissimè Remigius in Pract. Confess. tract. 2. cap. 6. §. 9. num. 6. sic ait; Algunos descendiendo que los grados de la consanguinidad, y afinidad son de la misma especie, y que basta que diga el penitente auer cometido vn pecado de incesto, sin dezir que era con hermana, madre, o cuñada. Es tambien opinion muy recibida, que para que nazca dela copula afinidad, es menester que sea verdadera: Scilicet cum commixtione seminum maris & femina. Ita Remigius.

Sed non desinam hic apponere verba Dicastilli de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. dub. 34. n. 355. vbi me citato sic ait; Vtrum requiratur simul cum semine virili semen femineum ad contrahendam affinitatem? non est omnino certum: pendet enim ex alio principio, de quo egimus etiam cit. disp. 2. dub. 34. vbi diximus in questione positum esse apud Philosophos & Medicos, an ad generationem sufficiat tantum semen virile, vel requiratur etiam femineum. Qui ergo docent sufficere virile ad generationem, consequenter docent sufficere ad affinitatem, docerque Sanchez cit. disp. 64. Qui verò negant sufficere ad generationem, consequenter negabunt ad affinitatem. Atque ita docent Innocentius in cap. fraternitatis, de eo qui cognouit consanguineam, & Ludouic. Lopez 2. part. instr. c. 50. & alij apud Sanchez supra n. 20. alijque multi apud Dianam, s. p. r. 13. resolut. 64. Item Perez supra n. 5. Quamuis autem vtrumque probabile sit, nihilominus prior sententia, quod sufficiat semen virile, est multorum, & grauissimorum, quos refert Sanchez ibid. num. 21. inter quos Syluester, qui

contendit, Doctores qui ante ipsum scripserant de hac re, explicare, vt quando hi dicunt exigè semen feminae, intelligat vel aliquid loco seminis, nempè sanguinem menstruum paratum à natura ad generationem prolis. Hucusque Dicastillus. Et tandem Castus Palauus ro. 5. disp. 4. punct. 8. n. 3. sic asserit.

Hinc manifestè infertur, ex penetratione vas femine absque seminatione, itemque ex seminatione extra vas femineum naturale, affinitatem non nasci, vt probat textus in c. extraordinaria 35. q. 5. Quinimò in probabili sententia, absque viri, & feminae seminatione: quia pluribus placet non improbabiler vtriusque seminationem generationi necessariam esse, ac proinde matrimonij consummationi. Neque his obstat textus in cap. inuenis de sponsalibus & cap. fraternitati, de eo qui cognouit consanguin. vxoris suæ, vbi decernitur separandum esse virum à coniuge, eo quod sororem eius nondum septennem duxerit, & forsan cum ea tenauerit consummare, nec potuit, extraordinariae libidine polluit. Non inquam obstat nam eo casu non fit separatio ob impedimentum affinitatis, sed ob impedimentum publicæ honestatis, loquitur enim Pontifex de sponsalibus: Ita ille.

Restat modò respondere ad argumenta Basilij Pontij quæ inferius adduxit; Et ad primum, quot quantisque scrupulis, ac dubitationibus exponeretur ea consummatio matrimonij, si ea seminatio feminae attendenda esset.

Respondetur nullum omnino esse scrupulum, nullam prorsus dubitationem, vel enim certo sciunt coniuges feminae non seminasse, vel dubitant. Si primum, matrimonium coram Deo non est consummatum: nam in conscientia non receditur à præsumptione fori externi, nisi constet euidenter de veritate opposita: forus autem externus præsumit vtramque seminationem probata copula.

Ad secundum, quod non refert an sit necessarium semen mulieris ad generationem, vel non; tantum enim hic attenditur ad consummationem seminationis intra vas eius, qui præcipuas partes in generatione habet.

Respondetur, gratis asseri à Pontio sufficere seminationem eius, qui præcipuas partes in generatione habet: cum enim ex Medicorum sententia vtrumque semen sit necessarium, non dicitur perfecta copula, atque adeò non consummata, si alterum semen ad generationem necessarium desit.

Apparet igitur ex superius dictis, excessisse Pontium in censura opinionis asserentis affinitatem non contrahi si femina non seminet: ea enim sententia probabilis est, cuius probabilitate supposita, Mazucchellus de casibus reueruari, disputat. secunda, cap. quarto, difficult. quarta, numero 23. tria corollaria infert. Primum, eum qui habet copulam cum sorore vxoris suæ, si illa non seminauerit, non contraxisse affinitatem; & sic posse absque vlla dispensatione petere debitum à sua vxore.

Secundò, si viro seminante, non seminari femina, posse religionem ingredi; & sic per professionem dissolui matrimonij vinculum, quod per copulam illam non fuit consummatum: & alterum coniugem in sæculo manentem posse aliud matrimonium inire. Ita Ioan. Præpositus in addit. p. 3. D. Thom. q. 5. de indissolubili. matr. dub. 9. n. 31.

Tertiò

Tertio, si maritus cum sua vxore copulam habuit, & seminavit vxore ipsa nunquam seminante, & vxore mortua aliam duxerit, cum qua matrimonium consummavit, hunc non esse bigamum; proindeque ex hoc capite non arceri à susceptione Sacrorum ordinum. Ita Ioan. P. ap. positus cit. Quod idem existimat esse probabile Sanchez lib. 7. de matrimon. disputat. 83. numero 6. in fin. Hucv. que Mazucchellus, qui etiam poterat aliud corollarium inferre, videlicet ex copula femina non seminante, maritum non amittere ius petendi debitum vxori suæ. Verum quia ego adhæreo opinioni asserenti etiam femina non seminante affinitatem oriri; ideo supradicta corollaria non admitto; imò reiicienda esse puto.

An non solum quando debitor, sed etiam creditor dubius est de solutione debiti, sit illud restituendum.

RESOLVT. XXVII.

Casus accidit mihi in facti contingencia cum Hermano Scheus Bibliopola; nam ego, & ipse dubitabamus de solutione pretij cuiusdam libri certè ex sua officina desumpti. Ideo pro decisione casus suppono, quòd, quando aliquis certus est quod quocumque titulo iustitiæ debebat alteri aliquid, dubitat verò, an id satisfecerit, vel restituerit, tenetur non obstante dubio rem integram soluere.

Sed difficultas est, quid dicendum, si non solum debitor dubitaret an soluere, sed etiam creditor an receperit? Ad hoc respondet Tannerus 1. 2. disp. 2. questione 6. dub. 4. numero 48. tunc non teneri creditorem restituere, quia in tali dubio vtriusque partis, melior est conditio creditoris possidentis suam pecuniam. Sed contra est, quod debitum est, & solutio debita adhuc vtroque dubitante, vnde tenetur restituere. Sed limitat hoc Layman lib. 1. tractat. 1. cap. 5. numero 41. probabile reputans quod in hoc casu debitor non tenetur ad integram solutionem, sed ad partem, iuxta quantitatem debij. Nam æquitas, inquit, non patitur, vt debitor sine sua culpa subeat periculum soluendi bis integrum debitum, creditor autem qui pariter dubitat, nulli periculo sit expositus. Sed certè probabilius videtur, quod tenetur integrè soluere propter rationes factas pro conclusione: conueniens autem videtur, quod dum vterque dubitat, apud se rem componant. Et ita docet Magister Ildefonsus Dominicanus in suis eruditissimis commentariis ad 1. 2. D. Thomæ to. 3. disput. 209. dub. 7. concl. 1. num. 118. in fine, & ita ego tunc feci cum dicto Bibliopola.

Verum aliqui non damnarunt debitorem, si integram solutionem omittet, & nolle absolutè restituere, quia opinio Tàneri est satis probabilis, vt optimè obseruat Pater Francisc. de Lugo de principis Theol. mor. part. 1. cap. 2. quest. 3. numer. 27. in fine. Licet opinionem Tanneri, & Layman non admittant Cardin. Lugo de iustit. to. 1. disp. 18. sect. 1. num. 7. cum seqq. & Bardi de conscientia disc. 6. cap. 9. §. 16. n. 4. Sed ego cum Ildephonso, & Francisco Lugo vbi supra puto probabilem esse.

Sed si quærās hîc, quid dicendum in casu, quo adulter dubitet an filius sit suus, vel mariti, si nihil certi possit deprehendere, diligentia facta, debet iudicare filium esse mariti, nec tenetur aliméta re-

stituere, vel præstare. Ratio est, quia maritus est in possessione; atque adeo dum nihil certi deprehenditur, mariti est iudicandum. Sic Miscard. de probationibus conclus. 788. Molina to. 4. disp. 101. numero 3. Salon. 2. 2. quest. 62. artic. 9. in fine. Azor. 3. part. lib. 5. cap. 6. quest. 8. Henriquez lib. 1. 1. cap. 21. tom. 2. litt. M. Lessius lib. 2. cap. 10. dub. 6. numer. 40. Filiuc. tractat. 32. numer. 223. Bonacina de Matrim. quest. 4. punct. 17. numer. 8. Qui subdit hoc esse verum, etiam si mater affirmet cum iuramento esse filium adulteri, prolesque similis sit adultero, nam hæc signa sunt fallacia. Sed hoc cum grano salis est admittendum: licet enim dictum matris etiam iuramento firmatum, si feratur in gratiam adulteri, & ex eius amore, vel vt sic diuitias lucretur, suspectum reuera sit. Sed si seriò vicina morti, & in suæ conscientiæ satisfactioem, cum non suppetunt circumstantiæ, quæ testimonium suspectum reddant, testimonium perhibeat, & sui dicti proponat non leuia fundamenta, vt absentiam viri, quòd longo tempore ad eam non accessit, & arideant aliæ circumstantiæ, possunt facere prudentem opinionem, si non debitam probationem. Et hæc omnia docet Ildefonsus dub. 7. conclus. 6. numer. 1174.

At etiam magis difficultas adest, quis filium illegitimum alere teneatur, quando dubitatur quis sit pater illius, quia nimirum plures matrem cognouerunt.

Dico primò, si sit ex vno patre spurius, & ex alio naturalis, hunc teneri ad alendum, cum eius filius præsumatur: nam in dubio, potius naturalis quam spurius præsumendus est filius, vt potè qui honestus, & filio fauorabilis. Ita Valquez 1. 2. disput. 66. cap. 8. numer. 45. Castro Palao tract. 1. 1. disp. 3. punct. 6. n. 14.

Dico secundò, quoties vterque parens dubius æqualiter reddat filium naturalem, vel spurium, quilibet tenetur æqualiter alere filium; Hic enim habet actionem aduersus patrem, vt alimenta sibi dentur. Cùm ergo determinatè non possit eius pater dignosci, ne talis actio videatur inutilis, debet alimentorum debitum inter vtrumque diuidi; Sic asserunt Valquez supra, Castro numer. 15. Salas numer. 247. Bonacina numer. 10. Molina tom. 4. tract. 3. disput. 103. numer. 3. Rebell. libro 3. quest. 10. numero 21. Villalob. tomo 1. tract. 1. difficult. 20. numer. 12.

Addunt Villalobos, & Bonacina, quolibet patre deficiente, vel nolente filium alere, alium esse obligatum in integrum, ne proles alimèto necessario destitatur. Hoc tamen refellunt Salas numer. 248. & Castro supra; quoniam aduersus quemlibet non habet filius integrum ius, quod mihi quoque verisimilius apparet. Quod si parentes de quibus dubitatur, inæquales sint in diuitiis, & nobilitate, Valquez asserit parum referre, vt ditiori, seu nobiliori filius potius tribuatur, quam alteri; ac per consequens obligationem alimentorum non magis ad ditiozem seu nobiliozem, quàm ad alios pertinere. Melius tamen Salas, & Castro supra docent, posse matrem à ditiori, seu nobiliori filij alimentum exigere; quia ditior & nobilior meliora tenentur alimenta præbere filiis suis.

Verum licet superius dicta sint probabiliora, & cõmuniora; tamen probabiliter aliquis dicere possit, in supradicto casu nullum teneri ad præstandum alimenta, sed debere ali à matre, seu aliàs, sicut si pater esset mortuus. Et ex hoc inconuenienti

educa

educationis prolis incerto patre damnatur coitus inter solutas personas; & nulla etiam gentium barbararum lege fuit permiffum, quòd vna mulier habeat duos viros, licet vnus vir naturæ & veteri, & aliis, plures potuerit habere vxores. Id autem vltra hoc probatur primò, quia debitum incertum non est æquum satisfieri solutione certa. Secundò, quia nullus debet spoliari pecunia, quam possidet ob debitum incertum. Cùm ergo debitum alimentorum sit incertum apud quemlibet ex his, qui possunt reputari parentes, non debent obligari ad alimentorum solutionem dubio durante, Et ita obseruat Doctus Magister Idelfonsus vbi supra in 1. 2. tom. 2. contr. 209. dub. 7. conclus. 7. numero 1177.

An miles extraneus vt licitè possit militare in exercitu alicuius Principis, teneatur examinare iustitiam belli.

RESOLVT. XXVIII.

Dixi militem extraneum, nam subditum minime teneri tradunt communiter Doctores. Difficultas igitur est de milite non subdito, & affirmatiuè respondent plures Doctores, quos ego alibi adduxi, & plena manu adducit Merolla to 1. disp. 3. c. 3. n. 327.

Probatur hæc opinio, tum quia miles in tali casu exponit se periculo inferendi damnum iniustum aduersariis, quibus, vt damnum iuste inferatur, debet esse in inferente mortalis certitudo de iustitia, tum quia nulla necessitas eum cogit ad obtemperandum Principi non superiori, & cum tali periculo; atque vt habetur regul. 19. de regul. iuris in 5. non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet nempe rei periculosa, & quæ alteri damnum affert.

Deinde quoties quis speculatiuè dubitat, an talis res licita sit, tenetur quoque practicè dubitare, nisi aliqua ratio specialis cogat variare iudicium practicè practicum, stante contraria speculatiuè: at quoties subdito præcipitur aliquid, de cuius honestate ipse dubitat speculatiuè, adest specialis ratio cogens ad contrarium iudicium practicum formandum, nempe præceptum Superioris, in eo dubio possidentis. Cùm ergo hæc ratio cesset in non subdito, non poterunt stante iudicio speculatiuè dubio contrarium practicum concipere, vt vel sic possit licitè cum eo dubio speculatiuè operari.

His tamen non obstantibus, aliqui satis quidem probabiliter, contrariam sententiam tenent, & nõ admittunt supradictam distinctionem inter militem subditum, & extraneum: Probatur hæc opinio, primò, quia vel actio ipsa secundum se, secluso præcepto superioris, est licita, vel non est licita: si est licita, etiam non subditus poterit ad eam concurrere: si non est licita, neque etiam subditus poterit, quia actionem secundum se illicitam nõ potest superior præcipere, neque eam licitam reddere, quando ipse non potest dispensare in lege, quæ reddit actionem istam illicitam. Secundò probari potest, quia si alienigena, qui stipendio accepto se prius alicui principi addixerant, possunt in dubio militare: ergo potuerunt etiam denud se eius obsequio addicere post exortum bellum: quod enim in primo casu inueniatur iam obligati ad ei obsequendum ex pacto antecedenti, parum refert; solium enim se obligarunt ad inferendum, & obe-

diendum in iis, ad quæ se poterant obligare Si ergo postea non possunt se ad illud bellum obligare propter periculum iniuriæ, cui se exponant: nec etiam antea ad id se obligarunt. Tertio denique, quia non omnes subditi obligantur Principis sui subiecto ad militandum, sed maior pars sponte bellum suscipit: ergo si hi possunt auctoritate sui Principis absque obligatione dubium deponere, & militare; poterunt etiam non subditi: nam Principis auctoritas eandem efficaciam habet ad mouendum non subditum, vt dubium deponat, quam habet respectu subditi, quem præcepto non obligat.

His suppositis ad quætionem propositam respondeo, licitum esse militibus regi subditis, & cuiuscunque etiam extraneo sub Principe militare, quotiescunque constat regem esse hominem iustum, & prudentem, qui non nisi summo consilio bellum solet mouere, quia hoc sufficit, vt milites bellum iustum esse præsumant.

Itaque Principes, & personæ etiam non subiectæ bellanti, qui dum vident Principem probum, & habentem probos consiliarios maturè bellum indicentem, bona fide sibi persuadent iustum esse causam, etiam si apertè id non constet, licitè possunt adiuuare partes talis Principis, nisi fortè habeant vehementes rationes dubitandi de iustitia illius belli.

Prima pars conclusionis, probatur primò, quoniam ad ipsos non pertinet ex professo discutere causas belli, ergò sufficere eis, quòd bona fide sequantur causam quam existimant esse legitimam Confirmatur, quia sic prudenter operantur sequentes illum Principem, & consiliarios.

Secundò probatur, quoniam aliàs ferè omnes milites essent in peccato mortali, quia qui cauti procedunt, procedunt modo assignato in hac conclusione. Confirmatur, quia aliàs sæpe remaneret perplexi, & exponerentur, irrogare iniuriam Principi bellanti.

Tertio. Nam bellum indictum ab habente auctoritatem in dubio præsumitur iustum, vt ex Patornimitano tradit Syluester verb. bellum 1. n. 5. Mascard. verb. bellum n. 5. Menochius de presumptionibus l. 6. presumptione 96. n. 7. Ergo miles prudenter præsumit se sequi iustam causam.

Quartò, nam vniciuque licitum est alterum iuuare in re, quæ præsumitur iusta, maxime, si non leue emolumentum inde percipiat.

Secunda pars conclusionis probatur, Primò, quia potest esse tam manifesta iniustitia causa, & communiter apud plures cognita, vt illam omninò ignorare non possint milites; & tunc tenentur abstinerere.

Secundò, quia talia iudicia, & ratio dubitandi se posset offerre, quòd redderet conscientiam erroneam, vt aduertit Victoria in electione citata de iure belli num. 26. Et idem nostram sententiam modo quo supra explicatam, docet Caietanus in summa, verbo bellum; Victoria in relectione de iure belli numero 24. Bañez 2. 2. quest. 40. art. 1. dub. 6. §. Ex quo sequitur vltimò; Suarez disp. 13. de charit. sect. 6. numero 9. & 12. Candidus disquisit. 37. numero 5. §. dico 9. Castro Palao de conscientia opinante disp. 3. punct. 8. numero 1. & 24. Quiedo tractat. 5. controvers. 3. punct. 8. n. 94. Cardinal Lugo de iustitia to. 1. disp. 18. sect. 1. n. 10. cum seqq. Ioannes Ildephonfus in comment. ad concl. 19. n. 1034 Dicastillus de iure & iustit. l. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 6. §. 97. num. 370. Franc. Lugo de principis theol. mor. part. 1. cap. 3. §. 12. n. 90.

Ioannes

Ioannes Vvigers in t. 2. D. Thom. qu. 40. art. 1. dub. 3. n. 50. vbi sic ait: Suarez putat, Probabilius esse, in dubio externos quoque posse ire ad bellum nullo examine facto, sed onere in Principem reiecto, modò hic sit probæ existimationis, & dubium istorum sit merè megatiuum, scilicet quod nec habeant rationes contra iustitiam istius belli, nec etiam pro illa, quod dicit etiam apertè doceri à Victoria. Et potest confirmari à simili, quia cuique licet elocare operam suam mercatori ad cooperandum contractibus eius, quos ipse non nouerit esse iniustos, nec probabilem habet rationem dubitandi de iustitia: neque enim tenetur alioquin singulorum iustitiam examinare. Ita ille.

Itaque dicendum est vnicuique licere alterum iuuare in re, quæ præsumitur licita, maxime si inde iuuans non leue emolumentum & speret & accipiat, sed ex parte talis Principis, vel militis priuati, quando de iniustitia non constat, bellum præsumitur iustum: ergo licitum erit etiam non subditis illum iuuare. Atque ex his facile respondetur oppositæ sententiæ argumentis. Ad illa perita ex ratione, concedimus non licere inferre damna belli, neque cogi non subditum militem ad hæc inferenda, nec posse ea inferri sine morali certitudine, quòd liceat. At hoc autem vt moraliter certus sit miles hic & nunc licere pugnare, sufficit quod prudenter iudicet in auctore belli esse sufficientem cognitionem & certitudinem iustitiæ ad pugnandum. Quam opinionem de illo auctore belli æquè potest habere non subditus atque subditus. Est autem hoc iudicium probabile, quoties ex vna parte de iniustitia non constat, & ex alia Princeps habetur vir Christianus, & bonæ existimationis. Ita Dicastillus, & alij vbi supra.

Et licet grauius damna ex bello sequantur, non minus sequuntur ex bello peracto à militibus Regi subditis, quam à non subditis, qui etiam sine iusta causa bello se immiscerent: cuiuslibet enim multum interest suas locare operas, vel Regi amico opem ferre, vt ipse vires rependat, dum illis periculum imminet belli iniusti ab alio inferendi; ergo bellum aggredi sub prudenti, & iusto Principe non assero bella iniusta mouere, licitum erit, absque alia discussione de iustitia belli.

Vnde ex superius dictis his diebus interrogatus ego respondi, Potuisse virum nobilem N. licet militem extraneum, se constituere sub labaro Magni Regis Philippi IV. Catholici, absque examinatione vlla de iustitia belli. Quis enim nescit Religionem, & curam conscientiæ tati Monarchæ, & quot consiliarios viros pietate & scientia insignes apud se retineat?

Præsumendum est igitur absque scrupulo de iustitia armorum eius. Non desinam tamen hæc adnotare Caramuelem contra communem sententiam Doctorum in Theol. Mor. l. 3. d. 3. q. 1. n. 1407. negare casum esse possibilem, nempe militem posse dubitare de iustitia belli, propter auctoritatem rotius Reipublicæ, Principis, & supremi Consilij bellum indicentis: sed hanc Caramuelis opinionem doctè & latè impugnat amicissimus Pater Bardi de Conscient. discept. 6. c. 9. §. 24. per totum.

Sed hæc oritur dubium, An milites qui modo explicato, licet in dubio pugnant, si postea comperiatur bellum à parte ipsorum fuisse iniustum, teneantur restituere damna quæ dederunt. Sylu. verb. bellum 1. q. 9. concl. 3. ait, eos, qui dubij de iustitia belli pugnant, licet nõ peccent, excusante eos obedientia Superioris, cognita tamen postea iniustitia

belli teneri restituere quæ consumpserunt, & apertè videtur loqui etiam si milites prædicti non sint facti locupletiores: nam statim subdit; quod si subditus probabiliter credebatur bellum iustum, non tenetur de consumptis, nisi in quantum ex hoc sit factus locupletior.

Verum Merolla 10. r. disp. 3. c. 3. n. 334. docet non teneri consumpta reponere, sed illa solummodo quæ extant, & illa quorum communionem aut venditionem factus est locupletior. Et ratio Merollæ est, quia cum non peccauerit in accipiendo, non est obligandus ad restitutionem. Sed hæc ratio sufficiens non est: nam si non peccauisse sit ratio ob quam non tenetur consumpta restituere, nec tenebitur restituere non consumpta, quia etiam hæc subsistit sine peccato. Et si vtrumque aut alterutrum verum, etiam erit verum, eum qui consumpserit pecuniam alienam putans esse suam, non teneri ad restitutionem, quia & iste in illa consumptione non peccauit.

At his non obstantibus sententiam Merollæ amplector, quam ante illum sustinuit Victoria de iure belli n. 32. & 33. & Molina de Inst. tom. 1. disp. 113. verb. dubiu m est, cum alijs.

An qui voluntarie prælium vel navigationem periculosam aggreditur, possit absolui tanquam constitutus in periculo mortis.

RESOLVT. XXIX.

Supponendum est id quod alibi probauimus, Siquoad absolutionem idè esse periculum, & articulum mortis, & ita me citato docet ex pluribus Dicastillus vbi infra. Sed Sanchez in summa 10. r. l. 2. c. 13. n. 1. limitat hanc sententiam cum Corduba, vt mortali necessitate cogente, absolueudus in id periculum incidere debeat. Explicat Sanchez supra, cum Corduba, vt, si necesse alicui sit ex vrgenti causa navigationem periculosam, aut prælium aggredi: quando enim propria sponte aggreditur, non dicitur constitutus in mortis periculo, sed ipse vult se constituere. Vnde stando in hac limitatione, quam adducit Sanchez, respondendum videtur ad dubium huius resolutionis negatiuè.

Sed vt verum fatear, hæc sententia Sanchez nunquam mihi arrisit, & nouissimè inuenio eam repellere Dicastillum de Sacram. 2. r. 8. disp. 10. dub. 16. n. 410. Nam eo ipso quod quis licet potest aggredi prædictam navigationem, vel interesse prælio cum prædicto periculo, etiam si aliàs posset aliam viuendi rationem instituire, si tamen velit alterutrum illorum periculum subire, censetur constitutus in periculo mortis, vt possit absolui, atque imprimis prælium iustum, statusque militiæ, & navigationes institutæ per maria, sunt res vitales, & ferè necessariæ Reipublicæ. Quod debet fieri in Republica per aliquos homines, siue hos siue illos. Vnde, sicut bonum proprium & speciale, graue & alicuius momenti censetur sufficiens, vt talis homo diceretur constitutus in tali periculo; ita etiam bonam commune Reipub. itaque vnicuique loquendo, qui non in fraudem legis reservationis peccatorum, & censurarum, sed quia sic placet vitam instituere, & è re sua fore iudicat vel navigationem ingredi, vel militiam, vel prælium; etiam si aliàs posset aliud vitæ institutum sequi, censetur sufficienter constitutus in articulo mortis, vt possit absolui. Quod sic amplius declaro; Vel ille homo qui

qui navigationem aggreditur, aut prælium, quâdo habet casus reseruatios peccat, aut non peccat: Si dicas peccare, durum omnino videtur ex vi præcepti reseruationis peccati, velle illum obligare ad non nauigandum, vel præliandum alias licitè, neque, id potest sufficienter probari: nec enim præceptum illud videtur obligare ad existendum, & permanendum in eo statu, in quo suo tempore possit; atque adeo, cogatur ire ad Superiorem per se, vel per alium pro beneficio absolutionis; solum enim ex vi reservationis tenetur ad hoc, vt quâdo instat præceptum confitendi, compareat, si possit, coram Superiore. Si verò dicas, vt verum est, non peccare aggrediendo prælium seu navigationem; non video, cur homo certus id facere, non possit absolui, cum iam moraliter censetur constitutus in periculo. Quod autem sit constitutus à se, & propria voluntate, si alioquin se licitè constituit, parum refert. Accedit quod si de facto se constituit, etiam si propria voluntate id faciat, iam semel constitutus poterit absolui; neque id vt puto negabunt aduersarij, siue peccauerit se constituendo, siue non, tunc enim si non possit se abducere ab aliquo periculo, iam saltem perseverantia est necessaria; sicut etiam si quis lethaliter, aut periculosè seipsum vulnerauerit, sciens & volens, poterit nihilominus absolui. Ex quo sic argumentor pro nostro casu. Ille qui cum casibus reseruatios vult aggredi prælium, aut negationem, non peccat, & semel ingressus potest absolui: ergo iam iam ingressurus censetur esse moraliter in eodem periculo, à quo aliàs non tenetur se abducere, & abstinere: ergo frustra negabitur illi absolutio permessa in periculo mortis. Confirmatur, quia eo ipso, quod tale institutum vitæ aut talis actio permittitur tali homini, censetur in Ecclesia inter eos, qui pro sunt in periculo. Et hæc omnia docet Dicastillus vbi supra.

Notandum est hæc, sententiam quam ego alibi solum tanquam probabilem admiseram nouissimè absoluit, & tanquam probabilior docere Dicastillum vbi supra dub. 14. num. 337. videlicet, quemcumque Sacerdotem potentem aliàs absolueri saltem à venialibus, habere facultatem in articulo mortis absoluedi quoscumque poenitentes, à quibuscumque peccatis, & censuris. quantumvis aliàs reseruatios Sedi Apostolicæ, aut cuius alteri Superiori, etiam si presens sit proprius Sacerdos, qui aliàs habeat facultatem absoluedi ab omnibus. Et respondet ad omnia argumenta aduersariorum: limitat tamen hanc sententiam, quod quando Sacerdos est impeditus hæresi, apostasia, aut schismate, & similibus impedimentis notis poenitenti, tunc non potest poenitens in articulo mortis absolui ab illo, si ad sit alius censuris carens, aut prædictis, & similibus vitiis.

Sed stando in opinione contraria, quæritur an possit simplex Sacerdos absolueri à reseruatios in articulo mortis, quando poenitens solum habet reseruatios; adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones.

Negatiuam sententiam docet Sanchez vbi supra num. 10. Suarius disputat. 26. sect. 4. Zambran. capit. illo 4. dub. 4. numer. 16. Probant, quia cessat necessitas, & approbatus ad audiendas confessiones est absoluit & simpliciter Confessarius ab Ecclesia designatus, licet impeditus sit quoad reseruatios.

At ego affirmatiuam sententiæ adhæreo, quam Anton. Diana Pars XI.

tuetur Dicastillus vbi supra numer. 398. nam dicere quod talis Ordinarius, aut delegatus aut approbatus habeat potius ius ad audiendas confessiones (vt ait Sanchez) quam alius simplex Sacerdos, aut est petere principium, & assumere pro antecedenti id ipsum de quo disputamus, aut est assumere falsum, aut omnino extra rem. Quæ omnia sigillatim proba. Si enim dicat Sanchez habere potius ius ad audiendas confessiones casuum sibi alioquin reseruatorum, petit principium, & assumit pro antecedenti id, de quo disputamus, vt pater. Si autem dicat habere potius ius ad audiendas confessiones, id est ad efficiendum Sacramentum confessionis in aliqua materia quæcumque sit vagè & indeterminatè, falsum assumit. Nam etiam simplex Sacerdos habet potestatem efficiendi verum Sacramentum, saltem circa peccata venialia, vel mortalia iam ritè confessa, quod est tam verè, & propriè Sacramentum Confessionis, atque factum circa mortalia non confessa; ad quod Sacramentum non minus ius habet simplex Sacerdos, quam Parochus, aut Delegatus ad Sacramentum aliquod factum etiam circa mortale. Si denique dicat habere potius ius ad audiendas confessiones mortalium non reseruatorum; adeo verum est, vt ipse sit tantum, qui habeat ius; simplex verò Sacerdos nullo modo. Hoc tamen omnino est extra rem; nam quod habeat potestatem circa alia peccata, impertinens est ad potestatem circa reseruatios, nec ob eam causam censeri debet habere aliàs potius ius ad confessionem circa reseruatios, quorum non est iudex competens, alioquin sequeretur quod si essent duo Sacerdotes, quorum vnum non habeat tot casus reseruatios, à quibus non possit absolueri; atque habeat alius v. gr. si vni referentur blasphemia, & Sodomia, & alteri tantum blasphemia, hunc debere præferri alteri, quia in hoc sensu haberet potius ius, quam alius, siquidem ad plura peccata absolueda se posset extendere, quam alius, quod nemo sanæ mentis concedit. Nam habere potestatem ad aliquod peccatum absoluedum, ad quod non habet alius, solum in ea re induit inæqualitatem, non in alio extra illam rem.

Præterea si ineptè quis diceret iudicem habentem potestatem ad iudicandum in causis vnus oppidi omnino diuersi Regni, aut Prouinciæ, habere potius ius ad iudicandum de causis alterius prouinciæ, quam priuatus aliquis homo. Item iudicem Ecclesiasticum constitutum ad iudicandum de causis, verbi gratia decimalibus, eo ipso habere ius ad iudicandum potius quam alium de causis Sacramentorum, aut de causis fidei; vel iudex ciuilis de causis militum qui sunt in castris: sunt enim hæc iurisdictiones circa materias longè diuersas: Pari ratione in nostro casu, non ex eo, quod vnus Sacerdos habeat iurisdictionem circa quædam peccata, censetur habere potius ius circa alia, quæ non sunt aliàs materia illi subiecta. Itaque existimo in illo casu, etiam supposita sententiâ, sub cuius suppositione disputamus, quemcumque Sacerdotem, etiam simplicem, alias aptum, æquè benè posse absolueri à reseruatios sibi, & Parocho: respectu enim illorum peccatorum extra articulum mortis vterque est simplex Sacerdos. Hucque Dicastillus; qui tamen optime subdit; Quod si in tali casu poenitens habet simul cum reseruatios mortalia non reseruatios; tunc præferendus erit, qui habet facultatem absoluedi.

absoluendi à mortalibus non referuatis ei, qui est simplex sacerdos, quia hic habet ius absoluendi aliqua mortalia, quæ tenetur pœnitens præcepto diuino confiteri proprio Sacerdoti, qualis est hic comparatione illorum.

An propter ignorantiam proprii Parochi possit subditus eligere sibi alienum Sacerdotem in Confessarium.

RESOLVT. XXX.

Communis sententia affirmat. Ita Medina *C. de confess. quæst. 35. Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 2. dub. 3. & alij.* Et pro fundamento huius sententiæ adducam textum in *cap. placuit q. 2. de pœnitentia dist. 6.* vbi sic habetur: *Placuit vt deinceps nulli Sacerdoti liceat quemlibet commissum alicui Sacerdoti recipere ad pœnitentiam sine consensu eius, cui se prius commisit, nisi per ignorantiam illius, cui peccans prius confessus est.* Dicunt tamē non sufficere quamlibet ignorantiam Confessarij. Sed debere esse in eo gradu, quo confessionem ab Ordinario redderet irritam. Addunt non posse eligi alienum, quando essent alij confessarij apti, qui saltem ex commissione iurisdictionem haberent: quod tamen alij limitant, si habeant commissionem à parochia, vel Episcopo, secus si à Papa: quia, sicut pœnitens non tenetur recurrere ad Papam, ita nec ad eius commissarios. Item alij dicunt, non posse eligi alienum, quando esset aditus ad Episcopum. Alij addunt debere saltem peti facultatem ab ipso Parochia; quod tamen alij reiciunt. Alij extendunt hanc facultatem ad alios casus similes, vt si Parochus soleat reuelare confessionem, vel prouocare ad malum: imò Gabriel extendit ad casum quo Parochus esset excommunicatus, aut suspensus. Alij cum quibus Vasquez, volunt solum habere locum in casu ignorantia.

Verum alij negatiuam sententiam tenent, & late probant textum illum in *c. placuit*, non concedere talem facultatem: nam ibi tantum sermo est de eo qui volebat vt cumque confiteri; sed de eo, qui volebat pœnitentiam sibi pro delicto publico impostam euitare (qualis olim imponebatur) recurrendo ad alium Sacerdotem, & hoc prohibet Papa nisi in casu ignorantia.

Et ita hanc sententiam tenent viri doctissimi ex Societ. Iesu, Suarez *vbi supra*, Card. Lugo *de Sacramento Pœnitentia dist. 19. sect. 1. num. 11.* Coninch *de Sacram. dist. 8. dub. 2. n. 14. & dub. 9. n. 64.* quibus addo nouissimè Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. dist. 10. dub. 21. n. 454.* qui tamen optime cum Suar. *dist. 27. sect. 2. n. 21.* obseruat, sententiam affirmatiuam Vasquez & aliorum superius allatam esse satis probabilem.

Sed hic non deseram obseruare, aliquos assignare alium casum in quo licet eligere Confessarium relicto proprio, quando scilicet ille proprius nequam est adeo, vt pœnitens meritò timeat sibi datum graue ab illo; Ita Richardus, Paludanus, Gabriel, Bonauenture *dist. 17. & 19.* Adrianus *q. 5. de Confessione*, Syluest. *Confess. 1. q. 6.*

Sed hanc opinionem recentiores alij afferunt esse sine fundamento. Verum Dicastillus *vbi supra n. 460.* putat, quod licet tutius & melius sit ordinariè differre confessionem: tamen si per multum tempus carere deberet Confessario, nisi confiteretur apud capacem, & approbatum; pruden-

ter credi potest rati habitio de præsentia, etiam si ille non haberet alioquin iurisdictionem: neque enim credendum est, quod Prælati velit eum carere tanto tempore confessione. Si necessitas esset grauis periculi, cessat difficultas: Ecclesia enim in periculo mortis dat iurisdictionem. Ita ille.

Sed hic quæro obiter, an qui habet facultatem eligendi Confessarium sibi, possit eligere simplicem non approbatum. Et affirmatiuam sententiam in aliquo casu tenet Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputat. 10. dub. 22. numero 469.* vbi sic ait; imò saluo meliori iudicio, si forte ea facultas eligendi Confessarium data sit viro alicui docto, & prudenti, non videtur improbabile posse præsumere, quod qui concessit eam facultatem, nouitque hominis doctrinam, & prudentiam, voluerit eius arbitrio etiam relinquere approbationem Confessarij pro se, maxime cum per scientiam pœnitentis suppleri possit defectus sciētiæ in confessorio. Ita ille; Verum hæc opinio mihi non placet; nam posset applicari omnibus Episcopis, qui tamen ex declaratione Gregorij XIII. stante eorum facultate eligendi Confessarium, non possunt eligere nisi approbatum ab Ordinario, vt alibi ego docui, & me citato tenet etiam Dicastillus *vbi supra*: Idè ego negatiuæ sententiæ adhaerendum esse puto, stante Concilio Trident. *sess. 23. cap. 15.* quia in generali concessione non veniunt intelligenda ea, quæ Superior non concederet, si specialiter rogaretur: summus autem Pontifex nisi expressè aliud concedat, non censetur concessurus, si specialiter rogaretur, facultatem constituendi cuiusque Sacerdoti, cum periculum sit vt pœnitens Sacerdoti rudi, & indocto, aliterue inepto confiteatur. Ita Vasquez *q. 93. art. 2. dub. 5. n. 3. & art. 3. dub. 4. num. 2.* Suarez *dist. 26. sect. 4. num. 9. & dist. 27. sect. 4. Viald. de Confess. num. 26.* Reginald. *l. 1. num. 178.* & alij.

In vno tamen casu affirmatiuam sententiam admitto, nempe in Regularibus, quando habent licentiam à suis Superioribus eligendi sibi confessarium: nam Tridentinum *loco citato* nihil disponit in ordine ad confessiones Regularium, licet negent aliqui propter id conueniens iudicatum in secularibus, quia scilicet forte eligere eum confessarium non aptus. Ita Canus *relect. de pœnit. part. 5. Gloss. in c. si Episcop. de pœnit. & remis. in 6. Vasq. q. 93. art. 2. dub. 5.* Ochagavia *q. 36.*

Sed non est deserenda nostra opinio, quam tenetur Paludanus in *4. dist. 17. q. 4. art. 2.* Gabriel *quæst. 2. dub. 5.* Sotus *dist. 18. q. 4. art. 3.* Adrianus *quæst. 5. de confessione dub. 1.* Antoninus *titul. 17. cap. 17.* Medina *C. de confess. q. de Sacerdote alieno.* Ratio est, quia concedi potest facultas eligendi confessarium non Parochum, & non approbatum, ac proinde, quando generaliter, & absque restrictione conceditur facultas, maxime religiosis, qui non comprehenduntur illa regula generali Tridentini, poterunt eligere etiam non approbatum; potestque pœnitens prudenti quadam diligentia cauere, ne eligat non idoneum, siue interrogando ab iis, qui norunt confessarium, siue aliqua alia via, potestque potiori ratione Religiosus, quam secularis præsumere sibi datam fuisse eam facultatem cum ea amplitudine; quia nimirum lex illa Tridentini non lata fuit pro Religiosis, atque adeo quamvis pro secularibus præsumi possit oppositum, nec voluisse, nisi aliud exprimat dispensare in lege Tridentini; non est cur præsumatur de Religiosis ea lege non comprehensis.

Dices

Dices secundò, sequeretur ex nostra opinione Eminentissimos Cardinales non posse eligere sibi confessarium non approbatum ab Ordinario.

Respondeo, aliquos hoc asserere: sed ego illos alibi reprobaui; quod probatur ex praxi nota Pontifici, & ita me citato docet Dicastillus, *vbi supra*.

An attritio extra Sacramentum pœnitentiæ tollat peccata venialia in homine iusto?

RESOLVT. XXXI.

Negatiuam sententiam tenet doctus Pater Sfortia Pallaucinus in *suis assertionibus Theologicis l. 7. c. 20. n. 212.* vbi sic ait, Per attritionem, quæ Sacramentum præcedit non delentur peccata venialia: nam alioqui, vel nunquam ex vi sacramenti remitterentur; vel in Sacramento non esset necessaria illorum retractio, quorum vtrumque videtur esse contra sensum Ecclesiæ, & fidelium. Certè Tridentinum *sess. 3. c. 5.* & vniuersè definit peccata venialia esse materiam confessionis, tum *cap. 1. tum esp. 4.* requirit vniuersè contritionem, quatenus est communis perfectæ, & imperfectæ tanquam partem essentiali huius Sacramenti. Quo circa dicendum est tolli peccatum veniale formaliter, per retractationem, quæ sit quoad obiectum, & specificationem, sed non per puram retractationem quoad exercitium. Ita ille; & ante illum Vasquez, & alij quos citat Amicus *vbi supra n. 24.* quibus adde Hurtadum *dist. 2. difficult. 16.*

Sed ego adhæreo affirmatiuæ sententiæ, quam tenent DD. quos alibi citauimus, quibus nunc addo Dicastillum *de Sacram. tom. 2. tr. 8. dist. 2. dub. 17. num. 802.* Dico igitur; quæcumque attritionem veram sufficere ad remissionem venialium de quibus attritio habetur.

Probat hęc opinio ex eo, quod ille actus attritionis in homine iusto, sit opus sanctum, & honestum, & meritorium, atque adeo sanctitas quædam per modum operationis. Præterea gratia, quæ datur, intuitu talis operis, est gratia data intuitu retractationis peccati: ergo nihil deficit quominus peccatum illud censeatur sufficienter retractatum, vt remittatur.

Nec obstat argumentum Patris Pallaucini, quod ex nostra sententia sequeretur, quod ex vi Sacramenti nunquam peccata venialia remitterentur: nam respondendo cum Suar. *dist. 11. sect. 3. num. 18.* qui non putat vllum inconueniens, quod peccatum veniale, quando de illo sit confessio, nunquam ita tollatur per absolutionem quin sit iam prius expulsum per attritionem: satis enim putat, quod aliquando peccata venialia tollantur simul cum mortalibus in homine tantum attrito; nam hic effectus satis ostendit clauas per se vim habere ad tollenda peccata venialia, quando dispositio pœnitentis per se sola non sufficit. Vnde (inquit Suarez) accidentarium esse quod in homine iusto supponatur ablata per condignam satisfactionem, atque absolutionem: id enim non tollit veritatem formæ. Aliam responsionem adducit Dicastillus, & late Amicus *supra n. 39.*

Dicendum est itaque, peccatum veniale remitti per actum attritionis: quin addunt Suar. & Coninch sufficere, vt hæc attritio sit virtualis inclusa in aliquo opere bono; factò enim intentione impetrandi remissionem peccati venialis: quia talis intentio impetrandi à Deo veniam, includit virtutalem displicentiam peccatorum. Fundamentum est,

Anton. Diana Pars XI.

quia minor pœnitentia requiritur ad remissionem venialis, quam mortalis; alioquin nullum foret discrimen inter veniale, & mortale: ergo si contritio est necessaria ad remissionem mortalis extra Sacramentum, minor pœnitentia sufficere ad remissionem venialis: ergo sufficit attritio etiam virtualis. Sed amicus in *Curs. Theolog. tom. 8. dist. 6. sect. 3. n. 28. 29. & 30.* probat, ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum non sufficere attritionem virtutalem, sed requiri attritionem formalem.

Obseruandum est tamen hic, inter propositas sententias, mediam extare, scilicet non sufficere quamcumque attritionem, sed aliquam, illam scilicet, quæ oritur ex imperio castitatis, aut illam, quæ talis sit, vt feruore suo adæquet grauitatem talis peccati venialis. Et hanc sententiam tenet Eminentiss. Lugo *de pœnit. dist. 9. n. 29. cum seqq.* Sed ea, quæ in eius fauorem adducit Cardinalis, refellit Dicastillus *vbi supra n. 41. 2. cum seqq.*

Sed an alia opera bona iusti distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium?

Qui negant attritionem iusti sufficere ad remissionem venialium, potiori ratione negabunt, alia opera, quæ non tam expressam retractationem continent, posse id præstare; ideo auctores relati pro parte negatiua in præcedenti parte dubitationis, etiam in hac negant.

Verum oppositam sententiam tuetur Dicastillus *n. 416.* qui citat Suarez, & cum eodem etiam sentit *n. 418.* quemlibet actum meritorium sufficere, dummodo ab operante referatur ad effectum obtinendi veniam peccati venialis: tunc enim ille actus sub ea intentione virtutalem includit displicentiam venialis.

An in feria V. Hebdomada Sancta possint Sacerdotes Missam priuatam dicere in aliquo oratorio, etiam post dictam missam solemnem, & alia curiosa circa celebrationem huius diei inuenies?

RESOLVT. XXXII.

Quæro ante responsionem huius dubij, an in dicto die licitum sit celebrare? Et negatiuè respondet nouissimè Andreas Saussay Doctor Parisinus in *Penoplia sacerdotali lib. 1. part. 2. cap. 9. art. 2. §. 1.* vbi sic ait, Sancti Francisci fertur Epistola ad omnes Fratres suos, in qua iubet, etiam si in suis Monasteriis plures Sacerdotes adsint, vnā celebrari Missam, adeo vt vnus sit qui celebret, cæteri communicent. Hanc Epistolā Eckius in Enchiridio, vt S. Francisci genuinam, ait non agnosci ab eius Ordinis professoribus, nec à se tamen reici: loqui enim auctorem, non de quolibet die, sed de Feria V. in Cæna Domini tantum, in qua scilicet Ecclesiæ Catholice vetus est cōsuetudo, vt in vnaquaque Ecclesiā, Missa solemnis, à solo qui præest sacerdote, celebretur, reliquis Sacerdotibus, si in ea plures sunt, sola communione vel assistentia (vt aiunt contentis. Elicitor prius ille mos ex Ordine Romano, ante annos fere 800. edito, vbi sub titulo de Cæna Domini, hæc habentur: *Fractis autem oblatis, communicent Presbyteri primò, postea Diaconi, & cæteri omnes, & ita perficiatur Missa.* Antea florebat Alcuinus, qui in libro quem conscripsit de diuinis officiis, ex veteri Ecclesiæ politia, c. de Cæna Domini, expressè scribit: *Dum cantatur antiphona*

Y 2

antiphona

antiphona ad communionem, interim Clerum & omnem populum communicare. Cui conionat liber Sacramentorum S. Gregorij, vbi expleta Chrismatis consecratione, peractisque mysteriis, hæc rubrica subiungitur: *Pontifex vadit ante altare, & communicat omnis populum in ordine suo* Et verò hac die quæ Christus Eucharistiæ Sacrificium instituit, solus ipse sacrificauit, ceteri omnes qui ei in mensa affidebant (quamvis tunc fuerint ab eo Sacerdotes ordinari) ipso porrigente diuinum munus susceperunt. Ob reuerentiam igitur Christi solius hac die celebrantis, & suis manibus discipulos communicantis, conueniens esse nemo pius, & prudens negauerit, vt ipsa die qualibet in Ecclesia, vnica liturgia celebreretur ab vno, eoque primario Sacerdote, reliquis discipulorum instar adstantibus, & summa modestia, & humilitate de eius manibus suscipientibus corporis, & sanguinis agni immaculati (qui Pascha nostrum immolatus est) Sacramenta veneranda. Cæterum & huic fauet consilio id quod Marcus Francolin. in lib. de *hæresibus Canonice* c. 30. n. 4. narrat suo tempore accidisse: Scilicet, Cardinalem Sauellium Pontificis Vicarium in Vrbe, quibusdam Sacerdotibus Sacrificare volentibus in die Cœnæ Domini, prohibuisse ne ea die sacrificarent. Porro Parisiis contrarium morem vsurpari conspiciamus, & passim in Gallia, dicunt etiam in Hispania, At an procedat de facto, vel de iure, ipsi viderint qui faciunt. Excusari tamen censéo, ex tolerantia Episcopi, qui videt, nec prohibet Hucvique Saussay. Ideo Layman. lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 9. & Azor. 10. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 5. dicunt, talem consuetudinem esse seruandam, quia videtur obtinuisse vim legis, præsertim in aliquibus conuentibus; & Perlicus de officio Sacerdotis lib. 1. dub. 6. n. 40. testatur; Sacram Congregationem Rituum decreuisse, quod eo die celebreretur vnicum sacrificium in singulis Ecclesiis. Vide etiam Bonacinam de Eucharistia quæst. 7. punct. 2. num. 17. Ex his patet non bene dixisse Amicum in *curf. Theol.* tom. 7. disputat. 33. sect. 10. n. 306. hanc sententiam solum Franciscum docuisse.

Verum his non obstantibus, communis Doctorum sententia est in contrarium, quam sequitur Emin. Card. Lugo de Sacram. Eucharist. disp. 20. num. 14. qui testatur nullum decretum extare in contrarium: & Garzias vbi infra, asserit, de declaratione Cardinalium adducta non constare authenticè.

Dicendum est igitur, quod in feria v. in Cœna Domini, communis est Doctorum sententia nullam esse obligationem abstinendi à Sacrificio, neque ex iure scripto, quia nullum est, neque ex consuetudine quæ vim legis habeat. Nam esto pluribus Ecclesiis introductum sit vnicam Missam solemnem celebrari, in qua omnes Sacerdotes communicent, id non est introductum per modum obligationis, sed deuotionis, vt aptius Apostolorum communio de manu Christi Domini commemoratur. Adde prædictam consuetudinem abrogatam iam esse, cum passim videamus eo die Sacrificium celebrari tam Romæ, quam extra. Vide Franciscum Lugo de Sacram. 10. 1. l. 5. c. 5. q. 3. n. 26. qui nostram sententiam satis firmat, & responderet ad argumentum consuetudinis adductum à Saussay, & aliis aduersariis vbi supra. Vide etiam Doctores inferius citandos, vno ore asserentes neque iure, neque consuetudine esse prohibitum in feria v. hebdomadæ sanctæ Missam celebrare.

Hoc suppono, difficultas est, an Missam in dicta die possit à Sacerdotibus celebrari finita iam Missa solemni. Et affirmatiuam sententiam tenet nouissimè Pater Dicastillus de Sacram. 10. 1. r. 5. disp. 4. dub. 2. n. 29. vbi sic ait; Vasquez quamvis doceat licere illo die, & nec consuetudine aliqua, nec iure scripto esse prohibitum, adeoque nullam licentiam requiri, quam videtur requisisse Sorus; obseruat tamen tanquam valdè obseruandum, eo die solum licere celebrare antequam Missa solemnis finiatur, & Corpus Christi in locum designatum recondatur. Nam postea iam incipit officium Parasceues, cum statim Vesperæ dicantur; in Parasceue autem (vt dicemus) non licet celebrare. Verum quamuis hoc in illa ipsa Ecclesia publicè, ita faciendum videatur, non video cur in alio priuato, & secreto Sacerdotio, aut Oratorio non possit Missa celebrari (maximè si sit rationabilis causa, qualis esset si dies esset festus, & non omnes potuissent commode adesse tempore aliarum Missarum: neque in his casibus, & cum his circumstantiis puto Vasquium negaturum: solum enim videtur loquutus de missis dicendis in eodem templo. Cur enim in alio templo, vbi nondum reconditum est venerabile Sacramentum licebit adhuc celebrare; quamvis alibi iam sit reconditum, & non licebit in aliis Sacerdotibus, aut locis ab omni templo separatissimè adhuc in his licere putarem, quamvis in omnibus illius oppidi Ecclesiis iam esset reconditum, dummodo seruetur tempus consuetum, in quo licet aliquo celebrare, Ratio autem Vasquij de Vesperis iam inceptis, & de officio Parasceues iam incipientem, parum firma est, vt postea videbimus; ideò ad vsum iam non vltierius celebrandi recurrendum est, non ad præceptum celebrandi in Parasceue, quæ nondum aduenit. Ita ille.

Sed, vt verum fatear, sententiam Patris Vasquez video communiter à Doctoribus amplecti, & ita docet Castrus Palaus tom. 4. tract. 2. disputat. vnica punct. 7. n. 2. Hurtados de sacrificio Missæ, Quintanadueña tom. 1. tract. 4. singul. 5. num. 6. Franciscus Lugo de Sacram. tom. 1. lib. 6. cap. 5. qu. 3. num. 26. Garzias in summa Theolog. moral. tract. 3. difficult. 2. dub. 3. punct. 1. n. 3. Leander de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 5. quæst. 20. & Caspensis in *Curf. Theol.* tom. 2. tract. 23. disputat. 3. sect. 2. num. 44. vbi sic ait: Dicendum est, licitum esse non solum Prælati Ecclesiarum, sed etiam quibuscumque aliis Sacerdotibus, Missam priuatam celebrare in Feria V. maioris hebdomadæ. Et ita tenet communis sententia, quia nulla datur lex, neque præceptum id prohibens: neque opposita consuetudo: hæc enim quamvis detur in Ecclesiis, non tamen quasi ex obligatione, sed ex deuotione ad imitandum Apostolos, qui eo die de manu Christi acceperunt communionem, & per contrariam consuetudinem abrogata est: & ita videmus viros doctos, & timorata conscientia, eo die celebrare: hoc autem intelligendum esse antequam finiatur Missa solemnis, & recondatur Christi corpus, vt rectè obseruat Vasquez: quia immediatè post incipit dies Parasceues, cum statim Vesperæ dicantur. Ita ille.

At non deseram hic adnotare in fauorem sententiæ affirmatiuæ Patris Dicastilli, heu quondam mihi amicissimi, stare ex eadem Societate præstantissimum Theologum Ioannem Præpositum in 3. part. D. Thom. q. 82. art. 2. dub. 2. n. 128. vbi sic ait: Dico, quod non est illicitum Feria V. hebdomadæ sanctæ propter factum solemne, vltra celebrare. Probatur: Nulla lex, vel consuetudo obligat, vt ea die

plura facta non fiant: nam quod pauci celebrant, non arguit eos non posse, vel consuetudinem id prohibere, cum remanente potestate celebrandi, id variis de causis possit contingere, vt quia Sacerdotes impediuntur confessionibus, quia denudantur altaria, vel quia ad imitationem Apostolorum cupiunt communicare ex manu Præpositi, vel Rectoris Ecclesiæ. Confirmatur ex praxi; in plerisque enim templis præter solemne Sacram aliquam aliam solent celebrari, Episcopis non repugnantibus.

Non est verò necessitatis, vt ea Sacra celebrentur ante solemne: quamuis id sit decentius. Hæc ille; in quibus vltimis verbis sententiam affirmatiuam Dicastilli contra Vasquez videtur admittere. Quod etiam probatur: nam supposita sententia, quæ hodie cõmunior appellanda est, quod in Sabbato Sancto licitum sit priuatas Missas dicere, difficultas est, an dicere quis possit Missam ante solemnem. Negat Cast. Palaus, Baunius, & alij: nam adhuc durat tempus mœroris, & nondum incipit solemnis Resurrectionis, ob quam prohibitio cessat; & hoc idem indicant alij: Affirmant vero Horrado de Missa disp. 4. diff. 3. Martinon disp. 40. n. 5. Card. Lugo num. 23. & me citato Francisc. Lugo n. 36. & Dicastillus num. 38. Garzias num. 17. Ergo sicut in Sabbato Sancto dici potest Missa adhuc existente tempore Passionis, idem dicendum est quod in Feria V. etiam incepto tempore Passionis possit dici Missa illius diei.

Sed his non obstantibus, ego non audeo recedere à sententia P. Vasquez, & aliorum, quam præter Doctores citatos approbat etiam Andreas Saussay, vbi supra: sic enim asserit; Vasquez fatetur congruentius esse, vt eo die reliqui omnes Sacerdotes præter Præpositum (aut qui eius legitime impediti vices gerit) à celebratione abstineant, & ad imitationem Apostolorum de manu illius, tanquam de manu Christi, Eucharistiam accipiant. Addit, & monitum optimum (vbi vsus præualer, nimirum vt Sacerdotes singuli Sacram faciant Feria V. in Cœna Domini) ea die, solum licere celebrare, antequam missa solemnis finiatur, & Corpus Christi in locum designatum recondatur: nam postea mox incipit officium Parasceues, cum statim Vesperæ dicantur, & in Parasceue in memoriam mortis, & sepulturæ Domini à celebratione Sacrificij sit abstinendum. Ita Saussay, cui etiam adde Auersam de Sacram. Eucharist. q. 11. sect. 15.

Vnde ex superius dictis apparet quid faciendum sit anno futuro 1655. in quo festum Annunciationis B. Virginis incidit in Feriam quintam hebdomadæ sanctæ.

Dico igitur ab Episcopis assignandos esse plures Sacerdotes pro singulis Ecclesiis vt in illa die celebrent, vt sine scrupulo, & commodè populus possit satisfacere præcepto audiendi Missam, ratione illius festiuitatis; sicut faciendum esset si festum Annunciationis caderet in diem Sabbati Sancti, & adeò Pater Tamburinus *opusc. de Sacrific. Missæ* l. 1. cap. 6. §. 1. num. 2. sic ait, Incipit talis Missa priuata Sabbati Sancti à Kyrie eleison, exclusis prophetiis & Litanis, quæ solum in Missa solemni recitatur: & iis exclusis, obligabuntur fideles audire, si possunt, quando fortè dies Sabbati sancti sit festiuius ex præcepto, in quo casu tam Sabbato, quam die Iouis plures Missæ possent, non obstantibus mœrore passionis Domini; in Ecclesiis offerri, quot, scilicet, ad satisfaciendum populo moraliter necessaria iudicabuntur. Ita Tamburinus; cui etiam adde

Anton. Diana Pars XI.

Franciscum Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 5. q. 4. n. 37. ita asserentem; iuxta consuetudinem autem, quam ego vidi per annos quadraginta, tam in America, quam in Hispania, & Italia, censéo publicè posse celebrari Missas priuatas de consensu Superioris, quando festum incidit in Sabbatum sanctum: nam id factum est aliquando, & causa suppetit sufficiens faciendi, nec consuetudo contraria præualere potuit in euentu tam raro. Sic ille.

Et tandem non deseram hic apponere verba Patris Hieronymi Garzia in *Summa tract. 3. diff. 2. dub. 4. punct. 3. num. 16.* sic asserentis; Pero que feria si cayese alguna fiesta en esta dia? La mayor parte de los Doctores conueudan; que feria pecado mortal dexar de oyr Missa; por que en tal caso como dise bien Marchino num. 8. concurren dos cosas, dia de fiesta, y sacrificio que se celebra, y assi paraque puedan los fieles cumplir con este precepto, dan lugar los señores Obispos paraque en cada Iglesia se digan dos Missas rezadas: assi lo ordenò el señor Arcobispo de Zaragoza el año de 1639. que cazò en este dia San Jorge, fiesta colenda en esta Ciudad y yo fuy vno de los que la dixeron en esta casa.

El Cardinal Lugo *vbi supra* n. 20. toma el Cielo con las manos contra los que tienen por opinion, que no se puede celebrar en este dia, y no obstante este sentir dicen que si cae fiesta en el, puede dar licencia el Obispo para que se digan algunas Missas rezadas paraque el Pueblo pueda cumplir con el precepto: para que a este Autor, que no hablan conseqüenter; porque si està prohibido por la Iglesia, mal puede dar licencia el Obispo, pero quando tenga esto absurdo, en opinion de estos Autores, en la nuesta que afirmamos, que non causa se puede dezir, ningun absurdo se siegue. Ita ille, cui adde Leandrum de Sacramentis to. 2. tract. 8. disp. 5. qu. 25. vbi sic ait; De facto anno 1606. occurrente festo Annunciationis in Sabbato Sancto, plures Missæ celebratæ sunt in Tolercana diocesi, quam ego etiam tali die in hoc nostro Complutensi Collegio celebraui. Hæc Leander. Quæ quidem omnia à fortiori procedunt si festum Annunciationis incidere in Feria V. Nam vt optimè obseruat Emin. Card. Lugo, & omnes Doctores citati, vbi supra, nullus Canon in iure prohibet, ne dicta die Missæ celebrentur, vt prohibetur pro die Sabbati Sancti; & tamen hoc non obstante, satis probabiliter plures Doctores vt visum est, docent per consuetudinem Canonem prohibentem celebrare Sabbato Sancto fuisse abrogatum: Et ideo si festum Annunciationis in illud incidere plures Missas dicendas esse, vt fideles præcepto satisfacerent, vt factum fuit in Hispania anno 1606. & anno 1639. ergo à fortiori dicendum est in casu nostro in die Feriæ V. maxime accedente licentia, & ordinatione Episcoporum. Vide præter Doctores citatos Ioannem de Garzia in *Epilogo summarum part. 2. tr. 1. sect. 5. disp. 2. §. circa recitationem*, Possentium in *recoll. 99. Moral. verb. Missa c. 1. n. 19.* Escobar in *Theolog. moral. 1. exam. 11. c. 4. n. 49.*

Verum difficultas est, quænam Missa eo die dicenda sit.

Respondeo non esse dicendam Missam de Annunciatione, quia Missa, & officium dictæ diei transferretur post tempus Paschale, sed dicenda erit Missa diei currentis; nam licet aliqui Doctores asserant in casu quo festum Annunciationis incidere in Sabbatum sanctum, dicendam esse Missam de B. Virgine, & non Missam Resurrectionis; hoc

ipfi dixerunt quia Missa Resurrectionis non habet Introitum; sed in nostro casu Missa feriae V. non caret Introitu: ergo illa dicenda erit, & non de Beata Virg.

Quomodo Sacerdos habens duas Ecclesias debeat celebrare in feria quinta Hebdomada Sanctae?

RESOLVT. XXXIII.

Suppono cum Eminentiss. Domino meo Card. Lugo de Sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 1. num. 47. & aliis communiter Sacerdotem habentem duas parochiales Ecclesias, quibus solus ipse absque coadiutore ministrat, & in vtraque est populus auditurus Missam, posse bis celebrare. Sed difficultas est, quomodo debeat celebrare in Parasceue. Ad hoc dubium respondet ex Syluio, & Ioan. de la Cruz, Pater Leander de Sacramentis to. 2. tr. 8. disp. 5. q. 40. vbi sic ait; Notent Pastores quod feria VI. Parasceues non possunt officium, quod in Missali continetur, facere, nisi in vna Ecclesia, ne vel communicent non ieiuni in secunda, vel officium peragant in prima, sine vsu calicis, & contra morem Ecclesiae. Sic ille. Ioannes Praepositus in 3. p. D. Thome q. 83. art. 2. dub. 2. n. 130. sic ait: Quid facturus sit pastor habens duas parochias, si feria V. maioris hebdomadae consecravit hostiam in monumento reponendam; an scilicet possit in die Parasceues in vtraque parochia communicare, & officium illius dici in vtraque parochia celebrare? ratio dubitandi est, quod Sacerdos immittat partem hostiae in vinum non consecratum. Aliqui censuerunt id posse, etiam sumpto vino; verum id merito passim reicitur, quia neque ius, neque auctoritas ostendit licere, non seruato ieiunio, eo die communicare. Itaque videtur dicendum primum, Pastorem debere sustinere alterum pro alterutra parochia si facile id possit.

Dicendum secundum, si non possit procurare alium, pridie in alterutro loco non consecret hostiam reponendam in monumento, si parochiae sint vicinae.

Dicendum tertium, quod si parochiae ita distent a se inuicem, ut populus vnius non possit ad Ecclesiam alterius conuenire, vel quacunque alia de causa id non possit commode fieri, ita ut videatur in vtroque loco debere celebrare Officium Parasceues, in priori non ponatur vinum, & aqua in calice, ut solam Hostiae partem sine absolutione sumere possit, & ieiunus possit celebrare in secundo loco: quod si vinum, vel ablutionem sumpserit, non potest secundum celebrare, sed eo casu debet hostiam pridie consecratam, in secundo loco decenter in sacristia reponere.

Dices, Sacerdos non potest celebrare, nisi seruatis ritibus Missalis, quos non potest seruare in primo loco, si velit in secundo celebrare.

Respondetur, id quidem ostendere, quod secundo loco diximus, scilicet esse magis consultum, ut eo die solum in vno loco officium celebretur, non videtur tamen concludere nullo vnquam euentu aliter fieri posse.

Dico ergo, sacerdotem graui de causa posse celebrare, etiam si forte ritus non ita grauis seruari non possit, quod in nostro casu contingit: nam ritus mittendi vinum in calicem, & mittendi particulam hostiae in vinum, non videtur ita grauis, ut si ser-

uari nequeat frequens aliqua Parochia debeat carere officio illius diei, praesertim accedente consuetudine Episcopis, & Superioribus Ecclesiasticis factis perspecta. Hucusque Praepositus. Vide etiam Suarez to. 3. disp. 80. sect. 3. & Amicum in curs. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 11. num. 317. Dico, itaque in tali casu Parochum non habere obligationem erigendi pro die Parasceues duplex sepulchrum in vtraque Ecclesia, sed poterit tantum in principaliori. Ratio est, quia cum debeat Sacerdos in die Parasceues particulam Hostiae praecedenti die consecratae simul cum vino in Calice posito sumere, non possit iterum non ieiunus communicare: nam ut idem Sacerdos possit secundam Missam celebrare, vel in praedicto casu iterum communicare, supponi debet ieiunus, ut omnes docent ex cap. ex parte, de celebrat. missar. vbi Pontifex prohibet secundam Missam, Sacerdoti, qui post primam purificationem accepit. Quod si forte Parochus hanc futuram difficultatem non prauidens, in vtroque templo tumulum erexit: tunc vel in vno tantum sacramentum sumat, & caeremoniam absoluat, & in altero Sacramentum in secreto ac decenti loco recondat: vel certe in primo templo omittat illam caeremoniam sumendi particulam Hostiae consecratae cum vino, ut citato loco monet Suarez, cum talis caeremonia non censetur essentialis Hoc autem intelligitur, vbi seruatur Romana consuetudo de consumenda Hostia die Parasceues, quae praecedenti die Iouis exposita fuit in sepulchro. Vide etiam Caspensem in curs. theol. tom. 2. tract. 23. disp. 3. sect. 1. n. 51.

Verum an quando Parochus potest, ut supra suppositum est, dicere duas Missas; teneatur petere licentiam ab Episcopo.

Negatiue respondet Tamburinus opusc. de sacrif. missa l. 1. c. 6. §. 3. n. 1. Pluries (ait) in eodem die celebrare fas est, quando quis praestitit duabus Ecclesiis, & ni bis in die sacrificet, sacro careret alterutra. Idem esset; vbi rari sunt admodum Sacerdotes, ut in Anglia, Hibernia, & nonnullis partibus Germaniae, & in Indiis (adde & Tunesi, & in tota Africa, & in regionibus quibuscunque infidelium, in simili necessitate Christianorum ibi forte degentium) quilibet enim Sacerdos, quamvis non sit parochus, poterit ibi requirente necessitate, pluries celebrare in die, etiam nulla petita licentia ab Episcopo forte ibi praesente, vel vicino; quia vbi ius commune facultatem concedit, ab alio expectanda nequaquam est. Ita ille.

Sed contrariam sententiam docet Hieronymus Garzia in summ. theol. mor. tr. 3. diff. 1. dub. 5. n. 8. Aduertit (ait) los Dorores citados, al Parocho que tuuere muchas Parrochias, que no referue el lueues Santo el Santissimo Sacramento en ambas Parroquias, porque no podra sumir ambos el Viernes Santo, si ha de guardar la ceremonia de la Iglesia que es echar la particula en las abluciones, y despues sumirlo todo; y assi caso que referue en ambas partes el Santissimo Sacramento, por no dexar sin monumento a alguna de las Parroquias; vna de dos, & busque vn Sacerdote, para que lo saque del monumento, y suma en la vna, & sino, no eche en la primera, donde el Viernes le sacare, la particula, sino suma la Hostia sola, y en la otra podra sumir Sacramento, y abluciones, en la segunda Parroquia podra sacarlo del monumento, pero referuarlo sin sumirlo, hasta el Sabado, & el Domingo, potque en ningun caso se puede sumir, no estando ayuno ex a. ex parte, de celebr. Missar.

El

El caso que es propuesto con las condiciones dichas, todos los Autores lo admiten, y esta in vniuersa obseruancia, pero con todo esso se pide licentia al Obispo vna vez para toda la vida, y de hecho escriuiendo esto me refiere vn Parrocho, que el ha pedido estos dias licentia al Señor Arçobispo para hazerlo, y que sin ella no se atreuen, y aun Barbosa de officio parochi cap. 11. num. 9. Alphonsus de Leone de offic. capellani, q. 8. sect. 17. cas. 1. quieren se pida licentia a la congregacion de Ritos cuyo vltimo Autor refiere, que la pidieron los de Austria la superior, donde por la penuria de los Sacerdotes a causa de la expulsion que dellos hizieron los Hereges, y la concediò dicha Congregacion como queda dicho.

Nota etiam hic obiter, posse etiam simplicem Sacerdotem duas Missas in vno die celebrare, si ingens fidelium multitudo Missam audire deberet, secus si exigua decem vel viginti, & non esset alius Sacerdos qui celebrare possit. Moueor tum autoritate Leonis Pontificis epist. 91. ad Dioscor. cap. 2. qui manifestè indicat eo casu duplicem Missam dici posse ab eodem inquam Sacerdote, nam à diuersis nihil noui diceret; Tum argumento deducto ex parochia duarum, qui secundum omnium sententiam duas Missas celebrare eodem die potest, ne vnus Ecclesiae Parochiani priuentur commoditate audiendi Sacram: ergo impedire ne plures absque sacrificio remaneant, sufficiens causa est bis sacrificandi. Et ita sustinet Suarez disp. 80. sect. 3. in fine. Egid. de Coninch. dub. 3. circa finem. Nec dissentit Layman dicto lib. 5. tract. 5. cap. 4. num. 6. Et docet absolutè Castus Palas tom. 4. tract. 22. punct. 7. n. 9. qui etiam petit an non tantum bis, sed ter, & quater possit Sacerdos eodem die celebrare si causa subit, quae binam celebrationem honestauit. Et affirmatiue respondet, quia cum binam celebrationem sola necessitas concedat, & trinam concedere poterit. Vnde Sacerdos trium Ecclesiarum praefectus triplicem Missam celebrare poterit.

Ceterum existimo grauiorem causam requiri pro trina, & quaterna celebratione, quam pro bina, ut potè res raris, vel nunquam vltata. At stante ea grauiori causa, sacrificium multiplicari poterit, sed raris, vel nunquam credo eam causam euenturam, nisi in praefectura trium Ecclesiarum; quae ex vrgentissima tantum causa concedi potest, & grauiori quidem quam ea quae communiter exposulatur ad duarum Ecclesiarum praefecturam. At ea praefectura concessa, potest Sacerdos in praedictis Ecclesiis eodem die celebrare: nam eò ipso quo quis pluribus Ecclesiis praeficitur, à superiore approbata est Sacrificij repetendi necessitas. Aduerto vt rem omnino indubitaram, nunquam repeti sacrificium posse, si in Missa absolutio sumpta est: quia praecipuum celebrandi ieiunè, ob praedictas causas, & occasiones occurrentes derogari non potest. Sed de hac quaestione alibi ego dixi.

An priuilegiatus erigendi Oratorium in propria domo possit vigore huius priuilegij erigere alterum ruri intra territorium eiusdem ciuitatis?

RESOLVT. XXXIV.

Ego olim interrogatus de hoc casu, negatiue respondi, vt patet in part. 9. tr. 1. ref. 22. sed postea Pasqualigus in qq. canon. centur. 1. qu. 84. numer. 3. affirmatiuam sententiam tenet, quia huiusmodi priuilegium personale est, vt constat ex illa clausula posita in Breui concessionis, Teque specialibus fauoribus, & gratis prosequi volentes, quae denotat priuilegium esse concessum personae, intuitu eiusdem personae. Priuilegium autem quod conceditur personae, contemplatione eiusdem personae, est personale, l. 1. digest. de aq. quot. & est. & notat Gloss. cap. 1. 25. q. 2. in it. & in c. rna. de his qua sunt à Pralatis Bart. l. 1. n. 2. ff. de cons. princip. Aymon. cons. 239. n. 4. Alciat. resp. 203. num. 12. aliàs cons. 7. numer. 16. lib. 4. Io. Cerier tractat. de primogenit. lib. 3. quaestio. 1. num. 3. Ruin. cons. 2. 7. n. 15. in fine vol. 1. Barbosa l. quia tale num. 5. ff. soluto matrimonio Alexand. cons. 86. in it. lib. 1. Suarez lib. 8. de legibus cap. 3. num. 10.

Cum autem priuilegium personale sequatur personam, l. in omnibus ff. de regul. iuris, & cap. priuilegium, de regul. iuris in 6. sequitur, quod ille, cui est concessum priuilegium audiendi Missam in oratorio priuato suae domus, possit frui priuilegio siue sit in ciuitate, siue extra, in hoc, vel in illo loco, vbi habet domum, & proinde possit ibi erigere aliud Oratorium, quia erectio oratorij est quid accessorium ad fruitionem priuilegij. Concesso autem principali, censetur concessa etiam accessoria, cap. prudentiam §. si vero, de offic. deleg. & notant Alber. l. cum principalis ff. de reg. iuris, Euerar. loco à concessione anteced. ad concess. cons. 2. Aymon. de antiquis temporum part. 4. num. 67. Et proinde concessa sepultura, censetur concessa etiam celebratio pro defunctis, vt notant Federicus de Senis, cons. 186. in it. & etiam delatio mortui processionaliter, vt notant Oldrad. cons. 225. num. 14. ver. vltimo videtur Tufch. litt. A. conclus. 77. num. 9. & 10.

Sed his non obstantibus, ego non recedo à sententia negatiua quam docui, & quam tenui de hoc casu à me consultus olim dum viueret Illustriss. Maraldus Secretarius Breuium SS. D. N. Innocentij X. qui bene de hac materia respondere poterat, cum praxim sciret, & mentem SS. D. N. nam dicta Breuia per eius manus exhibant. Et ideo nostram sententiam inuenio nominatim contra Patrem Pasqualigum docere nouissimè doctissimum eruditissimumque Patrem Bardi in Select. lib. 10. q. 10. §. 9. n. 46. vbi & optimè hinc distinguit, si ruri, verbi gratia erigantur aliud oratorium, manente eo, quod fuit erectum domi, vt in vtroque vi eiusdem priuilegij fiat Sacrum: secundò si domi destructo primo, erigatur ruri secundum: si in priori sensu sumatur difficultas, puto esse omnino reiciendam hanc sententiam, quamuis demus hoc priuilegium esse fauorabile, & non odiosum, quia mens Pontificis in concessione huius priuilegij est, vt vnum duntaxat retineatur Oratorium ad hunc effectum; & praxis hoc manifestat, licet demus successiue plura esse posse, nunquam enim vbi, aut audiui virtute vnus tantum priuilegij sub

Y 4 hac

De clausula apponi solita in dispensationibus, dummodo copula non interuenerit.

RESOLVT. XXXVI.

Suppono tanquam probabile, taciturnitatem copulæ in petitione dispensationis non irritare dispensationem. Ita Pontius, Hurtadus, Perez, & alij à me alibi adducti.

Sed quid dicendum si Pontifex in dispensatione apponat clausulam, dummodo copula non interuenerit.

Respondeo, quod si talis clausula apponatur, & commissio à Papa facta est pro foro externo, quando ea copula Ordinario non plane constat, etiam si concurrat infamia, aut semiplena probatio copulæ; & etiam si concedamus eos teneri fateri copulam, quando infamia existit, aut semiplena probatio, adhuc, quantumvis illicitè, negent copulam, valida erit dispensatio facta, ab Ordinario. Nam quando Ordinario non plane constat, non censetur interuuisse copulam modo sufficienti, quia commissio facta fuit Ordinario in foro exteriori, seu iudiciali; atque adeo clausula illa intelligenda est in eodem foro. Si verò Ordinario copula plane constat, & dispenset, dispensatio nulla erit, quia clausula illa est quedam conditio reddens commissionem conditionalem, atque adeo commissio ei limitatur, ut iuridicè dispense dependenter à talis conditionis veritate iuridicè constante. Et ob eandem causam, quando in petitione exprimitur copula, in commissione verò Papæ additur clausula illa *dummodo copula habita non sit spe facillioris dispensationis*. Si Ordinario iuridicè constat ea spe habitam fuisse, nulla erit dispensatio; si verò ei plenè non constet sub ea spe fuisse habitam, valebit dispensatio, etiam si verè fuerint sic habitata.

Quando verò commissio Papæ fit pro foro merè interno conscientie, qualis est in litteris datis, *Discreto viro Confessori, &c.* & in ea ponitur clausula: *Dummodo copula non fuerit*: aut alia, *Dummodo copula habita non sit spe facillioris dispensationis*, etiam si copula sit omnino occulta, & non constet Confessori Commissario: aut etiam si spes illa sit eodem modo occulta, dispensatio erit nulla; si in priori casu copula fuit verè habitata, aut in posteriori casu fuit habitata sub ea spe; quia tunc commissio data fuit Confessori Commissario ad dispensandum dependenter à veritate non habitæ copulæ, aut non habitæ sub ea spe, tanquam à conditione. Et ita docet Dicastillus, *de Sacra. t. 2. r. 10. disp. 8. dub. 7. n. 34.* quos citat, & sequitur Leander, *ubi infra 9. 33. & 34.*

Sed difficultas est, an quando pro foro conscientie interno in commissione Papæ apponitur clausula, *Dummodo copula non interuenerit* sub spe facillioris dispensationis; an inquam in tali casu, si spes non fuerit exterius significata, sed tantum interius concepta; an inquam in tali casu si copula taceatur, dispensatio sit inuvalida? Ego olim negatiuè respondi, sed nominatim contra me Dicastillus, Verum ego adhuc puro nostram sententiam probabilitate non carere, & præter Castrum Palaum, Hurtadum, & Perez; tener etiam Leander *de Sacra. t. 2. r. 10. disp. 25. quest. 34.* & Martinus de San Ioseph in *monitor. Confessor. tom. 1. lib. 1. tractat. 46. de matrim. num. 7. in fine.* At circa superius dicta vide notandam opinionem, quam tradit Henriquez, &

probabilem putat Martinus de San Ioseph, *ubi supra numero 5.* ubi sic ait, Bien es verdad que Henriquez *lib. 12. cap. 2. numero 7. lit. X.* dixit, que la clausula: *Dummodo copulam non habuerint*: no la señala el Pontifice, como condicion, sino como modo, & carga, que se pone al Ordinario en el modo del examen pues parece rigor irritar la dispensacion por copula occulta, que no mande el Derecho declarar. Ita ille; cui adde Ioannem de Soria in *Epilogo Summarum part. 2. tractat. 2. sect. 1. disp. 10. paragr. de dispensatione*, qui etiam sententiam Henriquez probabilem putat. Sed ut verum fatear, ut plurimum Doctores illam non approbant.

Aliqua notabilia circa diuortium obseruantur

RESOLVT. XXXVII.

Nota primò coniugem innocentem posse, si velit, adulterum reuocare post diuortium celebratum etiam sententiâ iudicis, dummodo adulter ex facultate innocentis expressa, vel tacita non elegerit statum impossibilem cum vita maritali: Ratio est, quia, ut dicebam, sententia diuortij tantum statuta est in fauorem innocentis; vnde tandiu ea separatio durabit, quandiu innocenti placuerit; ita Doctores quos citat & sequitur Sanchez *lib. 10. disp. 10. n. 3.* quibus Adde Reginaldum *tom. 2. lib. 3. n. 365.* Gutierrez, *de matrim. cap. 120. n. 14.* & alij.

Nota secundò coniugem adulterum non posse post diuortium siue priuata auctoritate, siue iudicis sententiâ validè transire ad Religionem, vel licitè ad Sacros Ordines inuito innocente, de licentia verò coniugis innocentis, tacita vel expressa, poterit nocens transire ad professionem, vel Sacros Ordines; & quidem de expressa licentia, nulla est difficultas, conueniuntque Doctores; de tacita verò dubitari potest, quando censetur facta ab innocente, & ommissis aliis mihi placet si post sententiam diuortij adulter sæpius, & instantè petat ab innocente per se, vel per idoneas interpositas personas reconciliationem, eamque innocens constanter negligat, ceteri tunc factam facultatem ingrediendi religionem, vel transeundi ad Sacros Ordines; imò quotiescumque ex signis aliquibus prouidentè colligi potest obfirmatus animus innocentis nunquam admittendi reconciliationem, poterit, iuxta citatos auctores, ad religionem vel Sacros Ordines transire: censetur enim concessisse prædictam licentiam, atque adeo postea ommissa iam professione, vel susceptis sacris Ordinibus, non poterit ab innocente reuocari.

De ipso verò innocente remanente in sæculo, postquam adulter ingressus est religionem, vel Sacros Ordines suscepit, mihi placet non teneri vel religionem ingredi, vel votum castitatis emittere: id enim nullo iure probatur, nam in *cap. sand. & c. significasti, de conuersione coniugatorum*, solum agitur, de voto sic emitrendo, aut ingredienda religione, quando matrimonium est integrum, & illatum, non verò quando factum est diuortium. Et hæc omnia docet Dicastillus *de sacram. t. 3. tract. 10. disp. 10. dub. 8. n. 86.* qui etiam subdit hoc ipsum locum habere in adultero: nam quando innocens ingreditur religionem, vel Sacros Ordines suscipit, non tenetur adulter manens in sæculo votum castitatis emitte, aut ingrediendi religionem, quia

nca

non comprehenditur propter rationem dictam in casu prædictorum textuum.

Nota tertio, plures Doctores putare, maritum teneri dimittere uxorem adulteram quæ non vult emendari, esseque morale si hoc non faciat. Ita Ledesma, *de matrim. q. 62. art. 2. concl. 2.* & alij: Mihi placet non teneri maritum (nisi forte in rarissimo casu) uxorem dimittere, quantumuis in adulterio (etiam publicè) persistat. Ita Sanchez *cit. disp. 13. dub. 3.* & Pererius *supra sect. 4. num. 3. & 4.* Ratio est, quia vel tenetur præcisè ratione adulterij, vel ratione scandali, vel ratione correctionis fraternæ; cuius præcepto obligetur, ex nullo horum capite tenetur; aliud non apparet: ergo absolutè non tenetur. Dixi in casu rarissimo, fieri enim potest aliquando, quando dimissio sit apta ad emendationem absque villo alio periculo, vel etiam sit apta ad vitandam prædictam suspensionem coniuuentiæ & tolerantiam; neque marito sit valde incommoda uxoris dimissio; nec aliud medium facile inueniatur, aut tentata alia non profuerint, in quo casu non negauerim, neque negant auctores nostræ sententiæ illam posse dimitti, imò debere.

Quæ dicta sunt de viro, à fortiori procedant in vxore, adeò stricta obligatio incumbit corrigendi virum in adulterio persistentem.

Nota quarto, quoad obligationem alimentandi adulteram sic asserere Martinum de San Ioseph in *monit. confessor. t. 1. lib. 1. tract. 36. de matr. numer. 7.* Por el adulterio no està obligado el marido à negar alimentos à la muger adultera, porque en esto no ay escandalo, y sino tuuiesse ella padre, ò persona, que la sustentasse, se le daría ocasion de ser peor. Sic Villalobos *tractat. 15. difficult. 2. numero 5.* pero si quisierè podrà negarfe los, pões puede priuarla de todo lo que le deue en quanto marido, Sanchez *lib. 10. disp. 8. numer. 25.* cum aliis. Pero esto se entiende en el fuero occulto, que en el fuero exterior mientras no huuiere sententia de diuorcio, le obligaran à que le de alimentos; Sic ille.

Nota quinto, me alibi contra Sanchez & alios docuisse, teneri; Ita cum aliis etiam me citato docet nouissimè Leander *de sacra. t. 2. r. 9. disputat. 26. quest. 23.* cui adde Martinum de San Ioseph in *monit. confessor. tom. 1. lib. 1. r. 58. de matrim. n. 4.* Ioannem de Soria in *Epilogo Summarum part. 2. r. 1. sect. 1. disp. 10. paragr. circa diuortium*, Dicastillum *de sacram. tom. 3. tractat. 10. disp. 10. dub. 3. num. 3.* Perez *de matrim. disp. 60. sect. 3. num. 5.* Remigium *ubi infra*, & alios. Et ratio est, quia iniuria ipsi, qui fuerat innocens, facta, compensatur per adulterium postea à se commissum contra alterum, quæ ratio locum habet, etiam si diuortium factum fuerit interueniente sententiâ iudicis, & transierit in rem iudicatam: nam quantumuis præcesserit sententia, & factum fuerit diuortium, adhuc innocens adulterando infert iniuriam coniugi priùs dimisso. Vnde vna iniuria compensatur cum alia; ac proinde ius innocentis viuendi ab eam consortio alterius cessat, quia innocens per eam sententiam, aut diuortium femel seruatum non acquisiuit ius adulterandi, sed tantum declaratum fuit, & executioni mandatum ius illud, quod habebat diuertendi ab altero coniuge adultero.

Et tandem nota sextò, virum non habere ius petendi diuortium ab vxore propter adulterium etiam publicum, si ipse commissus fuerit adulterium licet occultum; vnde rectè Remigius in *prax. confessor. t. 5. cap. 8. §. 28. n. 7.* sic ait; Pero aduertan à qui los

penitentes, y Confessores, que para que el vno de los casados pueda segura, y licitamente apartarse del companero, hà de ser totalmente innocente, y libre del adulterio: de manera que si tambien le huuiessè cometido, aunque, secreta, y oscultamente viene à perder el derecho que tenta de poder celebrar diuorcio, y pecar mortalmente, por ser cosa grauissima dissoluer el matrimonio quanto à la cohabitacion, sin sufficiente cosa. Es de tanta verdad esta doctrina que enseñan graues Autores, que el casado que comete adulterio, antes, y aun despues de dada la sententia del diuorcio, que da con obligacion de reconciliarse con la adultera; *quia sententia diuortij respicit statum præsentem, iuxta quem lata est.* Punto es este en que han de reparar muchos de los casados, que hallandose por causa de diuorcio libres de la mutua cohabitacion, no hazen escrupulo de seguir sus deprauados antojos, y de traspassar la lealdad que hà prometido en celebrar esto Sacramento del matrimonio; y les deue auisar el Confessor, que traten de reconciliarse, pues han hecho igual iniuria al companero separado. Ita ille. Et hæc omnia notentur, quia non infrequenter possunt in praxi accidere.

Qui gradus consanguinitatis per copulam priuet à iure petendi debitum.

RESOLVTIO XXXVIII.

Hæc difficultas procedit post Tridentinum, à quo affinitas dirimens matrimonium contrahendum restricta fuit ad secundum vsque gradum ex copula fornicaria; quæ olim extendebatur vsque ad quartum. Et illam tenet doctissimus Magister Ioannes de S. Thoma olim Confessarius magni Regis nostri Philippi IV. & primarius Professor in Theologia celeberrimæ Academiæ Complutensis; in *explicatione Doctor. Christiana fol. mibi 156.* Et ratio est, quia Tridentinum affinitatem ortam ex copula fornicaria restrinxit ad primū, & secundum gradum, ad eum tantum effectum, ut non impediat, neque dirimat matrimonium, ut Pius V. declarauit; non autem ut nõ impediat debiti petitionem; quia hæc distincta est à matrimonio, & matrimonij tantum fit mentio in Tridentino & non petitionis debiti. Igitur tanquam casus ommissus manet in dispositione iuris communis.

Verum his non obstantibus ego contrariæ sententiæ adhareo: Dico igitur copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis in tertio, & quarto gradu non impedire debiti exactionem. Ita Nauarrus *l. 4. consil. consil. 3. n. 2. 3. & 4.* & alij quos refert & sequitur Sanchez *l. 9. disp. 27. n. 14.* Basilius Ponce *l. 7. d. 33. n. 6.* Henriquez *l. 1. c. 15.* Hurtado *disp. 10. diff. 7. n. 30.* & communiter Doctores. Ratio à priori est, quia affinitas non impedit nec dirimit matrimonium, nisi ob copulam ad quam ordinatur, quia est indecens inter affines; ergo eò ipso, quod dicta affinitas restricta est post Tridentinum, ut non impediat neque dirimat matrimonium, nisi in primo, & secundo gradu; etiam censetur restricta ut non impediat petitionem copulæ nisi in eisdem gradibus. Vnde hac de causa diximus fornicationem cum affine ex copula illicita in tertio, & quarto gradu non esse incestum, quia fornicatio cum affine in his gradibus non habet specialem malitiam irreuerentiæ, seu incestus iure naturali, ut liquet, neque iure Ecclesiastico, quia ius Ecclesiasticum prohibens dictam copulam inuitu

reue

reuerentiæ conferendæ affinitibus, cessauit cessante prohibitione matrimonij, quod solum prohibebatur ob indecentiã copulæ inter illos. Igitur quantum petere debetum si distinetum à contractu matrimonij; eo tamen ipso quod affinitas non obstat contractui, neque obstat pertitioni debiti. Firmo. Nam accessorium matrimonio est copula: ergo sequi debet naturam principalis, iuxta regulam illam 42. *reg. iur. in 6.* Ergo si matrimonium in tertio, & quarto est licitum omnino, ac omni vacat impedimento; & copula etiam erit omnino licita.

Verum quid dicendum, an coniux consentiens incestui amittat ius petendi à coniuge incestuoso, qui contraxit affinitatem? Non consentiunt Doctores? Affirmat Sanchez *supr. n. 3.* & Basilius *l. 10. c. 7.* & alij apud citatos; idemque dicendum est de impedimento cognationis spiritualis.

Probat; quia affinitate ab altero iniquè contracta, disponitur, ut coniuges ad continentiam seruandam noueantur, quod si nolit innocens, iubeat ut sibi debitum reddatur, ne absque culpa sua priuatur iure suo, cum iniquitatis particeps non fuerit. Hinc autem colligitur à contrario sensu, ut ubi alius coniux reus est culpæ, ac particeps iniquæ contractionis affinitatis, amittat ius debiti exigendi. Nihilominus tamen standum nostro dicto, tum quia id nullo iure statuitur, ut ergo manifestum; tum quia argumentum à contrario sensu ex quo illud inferunt, est omnino inefficax, saltem ad inferendam pœnam, quæ cum sit odiosa est strictè intelligenda, & non est extendenda. Nihilominus ego oppositum teneo, quod docet Ochagavia *t. 5. q. 5.* Hurtado *d. 10. diff. 7. n. 22. d. 5. sect. 2. n. 5.* Quia si textus expendantur, nullo iure certo statuitur expresse: quamuis enim *d. c. discretionem, de eo qui cognouit consanguineam*, dicatur coniugem innocentem non debere suo iure priuari, non licet à contrario sensu inferre, quod si nocens sit nõ quidem incestuose adulterando, sed consentiendo in incestum, & adulterium sui coniugis debet eò ipso iure suo priuari, tale enim argumentum est à contrario sensu, quod non est efficax in iure, maxime ad inducendam pœnam, & impedimentum. Accedit quod crimen commissum à consentiente, proprie loquendo non est ipsum crimen primum, & proprium incestus, sed reductiuè, & secundario habet malitiam incestus, quatenus non repugnat, sed consentit in alterius coniugis incestum.

Sed hic obiter quæro, an priuatur iure petendi qui per metum cadentem in constantem virum cogitur ad copulam?

Affirmatiuè respondet Sanchez *l. 9. disp. 31. n. 4.* & Reginald *l. 31. n. 295.* & alij apud illos. Item Basilius *l. 10. c. 17. n. 6.* & ratio est, quia in eo euentu non cessauit culpa incestus; tenebatur enim vitam exponere, ne consentiret: ergo nec excusabitur ab illa pœna. Quare sicut metus grauis non excusans participantem cum excommunicato à culpa, neque etiam excusat à censura excommunicationis; ita cum vxor in casu non excusetur à culpa incestus, eam non eximit ab illa pœna. Et ita hanc sententiam veram esse putat Perez *disp. 52. sect. 4. n. 6.*

Verum ego cum Dicastillo *de Sacr. t. 3. rr. 10. d. 9. dub. 9. n. 96.* Ex Nauarro, assero, probabile esse in tali casu coactum per metum grauem non priuari iure petendi: Ratio est, quia huiusmodi metus excusat ab incurrendis censuris: ergo etiam excusat ab incurrenda pœna priuationis debiti petendi: neque enim credibile est velle Ecclesiam cum tanto rigore tam graui pœna punire eos, qui metu graui

compulsi non seruant suam legem, licet Sanchez, *vbi supr.* pro virili cõtentat virtute aliquorum textuum, eum qui coactus est non excusari à pœna, imo nec ab excommunicatione. Nihilominus oppositam sententiam appellat pietate plenam.

Quæro etiam secundò, an qui contraxit affinitatem vel cognationem cum scientia iuris, & facti, sed cum ignorantia pœnæ petendi debitum, illam incurrat?

Affirmatiuè respondet Martinus Perez *disp. 52. sect. 6. n. 6.* Ratio est, quia tamen in excommunicatione id speciale sit, quia est vltima, ac summa pœna Ecclesiastica, exigens specialiter ipsius notitiam, ut si detur in delinquente summa contumacia. Idemque dicendum videtur de omnibus aliis censuris, ac etiam de irregularitate, quando est mera delicti pœna, & habet ratione censuræ, quia est eadem ratio. Cæterum in aliis, pœnis ordinariis, & proportionatis, qualis est pœna priuationis debiti exigendi imposita propter culpam incestuosam, non est hoc idem dicendum. Patet, quia communis est sententia Doctorum, ignorantiam solius pœnæ regulariter non excusare eiusdem pœnæ reatum: Quia ignorantia pœnæ quantumcunque sit antecedens, non excusat culpam in transgressione legis, ut per se constat: ut enim lex obliget in conscientia, non oportet, ut addat pœnam: ergo ut quisquam agat cõtra conscientiam, violando legem, non oportet ut sciat pœnam: illa ergo ignorantia non excusat culpam: ergo nec pœnam; quia non cessante causa, nõ cessat effectus. Item quia illa ignorantia ad summum facit, ut illa pœna non sit voluntaria: hoc autem nihil refert, quia pœna potius postulat ut inuolutaria sit: vnde videmus seruari tam à Deo quam ab hominibus; puniet enim Deus æterna pœna etiam illos, qui ignorabant suis peccatis debere talem pœnam; & ad hominibus suspenditur fur, etiam si pœnam ignorauerit.

Firmo, quia ex vi culpa, ita homo subiicitur potestati iudicis, ut possit ab illo puniri, iusta pœna; vel iuxta leges, si in illis continetur pœna, vel eius arbitrio, si ei commissum sit, siue pœna sit huius generis, siue alterius, & siue sit moderata, siue rigorosa, dummodo non excedat proportionem delicti: hoc enim solum requirit æquitas iustitiæ ex parte delinquentis: optio autem pœnæ legislatoris iudicio commissa est. Dixi regulariter, propter censuras, præsertim excommunicationem, ob peculiarem naturam, & conditionem huius pœnæ, quæ est censura; quia requirit peculiarem modum contumaciæ, & inobedienciæ, eò quod non ordinetur per se primò ad puniendum delictum commissum, eo tantum quod commissum est; sed ad emendationem eius, vel ad cogendum peculiari modo ne committatur, scilicet sub illo peculiari, & rigoroso modo præcipiendi sub comminatione censuræ. Hucusque Perez.

Sed ego alibi contrariam sententiam tanquam probabilem admisi, & nunc iterum admitto; & illam nouissimè docet Dicastillus, *vbi supr. nu. 105.* vbi sic ait; Qui factus est affinis, vel cognatus spiritualis cum ignorantia pœnæ, etiam si habeat scientiam iuris, & facti, probabilissimum est, non priuari iure petendi, Ratio est, tum quia pœnæ ignorantia excusat ab incurrenda excommunicatione aliis que censuris: ergo etiam excusat ab incurrenda pœna priuationis huius iuris petendi debiti; tum quia pœnæ quantitas debet proportionari quantitati delicti, iuxta *c. felix de pen. in 6.* minus delictum non censetur iuris dispositione puniendum eadem

eadem pœna, qua puniatur maius; nisi id expresse dicatur: sed minus delictum est, & minor contemptus legis, quando frangitur lex continens graues pœnas, pœnis ignoratis, quam iis cognitis: ergo æquum non est quod transgressor subiciatur eisdem pœnis pro minori delicto atque pro maiori. Ita ille, sed, ut dixi, à nobis alibi de hac quæstione pertractatum est.

An coniuges amittant ius petendi debitum, si eis superueniat cognatio spiritualis?

RESOLVT. XXXIX.

VT quando alteruter, vel vterque coniugum culpabiliter baptizat, aut tenet, contrahitque cognationem, tunc nocens alter, vel vterque impediatur à petendo debito?

De hoc casu his diebus interrogatus fui, & ad illum ex Sanchez affirmatiuè respondet quidam Theologus Societatis Iesu, satis quidem probabiliter ex *can. 1. & 2. causa q. 1.* vbi dicitur non esse separandos coniuges, si leuatio de Sacro fonte non fuerit facta vtriusque consensu: ergo à contrario sensu, si vtriusque consensu fiat, separandi sunt, neque ob aliam causam separatio fit, nisi ut neuter petat; atque aded etiam si vnus tantum consensu fiat, ille saltem petere non potest. Probant vterque ex *cap. ad limina causa, & qu.* vbi dicitur, eum, qui filium in necessitate baptizauerat, non esse à coniuge separandum; quia id laudabiliter, fecit: ergo à contrario sensu, qui id culpabiliter fecit, separandus est, ne videlicet petat. Deinde prædictus coniux voluntariè, & sine necessitate munus illud illicitè suscipit: ergo contrahit impedimentum cognationis quantum iure contrahere potest: potest autem merito priuari iure petendi: ergo.

Sed ego negatiuè sententiæ adhæsi, & nunc adhæreo. & ita docet Hurtado *de matrimon. disp. 10. difficult. 6. num. 24.* Coninch *de Sacram. disp. 34. dub. 8. num. 66.* Perez *de matrimon. disp. 29. sect. 6. n. 8.* & Dicastillus *de Sacramentis tom. 3. rr. 10. disputat. 9. dub. 8. num. 90.* & ratio est, quia si quid antiquiora iura in hac re durum statuerunt, correctæ sunt per alia posteriora iura. Patet, quia *cap. 1. & 2. 30. quæstion. 1.* correctæ sunt per dictum caput *si vir, de cognatione spirituali*, ut notauit Glossa ibi, *verb. institutum.* Præterea *cap. nosse 30. quæst. 1.* vbi dicitur coniuges esse inuicem de frandos ac separandos, si ex vtriusque consensu alter alterius filium de sacro fonte leuauerit, & subinde idem dicendum esse, quando alter sciens & prudens id fecit; nempe ut priuari debeat iure exigendi. Totum hoc nihil obest modò: quia id decretum fuit Nicolai I. qui floruit anno 858. teste Genebrardo *in Chronographia lib. 4. fol. 782.* & ita correctum est per dictum caput *si vir, de cognatione spirituali*, ab Alexandro II. qui vixit anno 1156. teste eodem Genebrardo *lib. 4. fol. 796.* Denique caput *ad limina 30. q. 1.* vbi dicitur coniuges separandos non esse propter Baptismum filio à parente collatum vrgente necessitate, vbi diuersum videtur statuere, vbi absuit necessitas: nam aliis textus nihil indulgeret: nihil etiam facit contra nos; quia loquitur Ioannes VIII. auctor illius decreti, tempore quo vigeat illud decretum capitis 1. 30. q. 1. ut coniuges siue scienter siue ignoranter, proprios filios baptizantes separarentur: nondum enim de-

Anton. Diana Pars XI.

cretum capitis *si vir, de cognatione spirituali* illud corrigens: nam Ioannes VI. floruit anno 874. teste Genebrardo *eod. lib. 4. fol. 788.* atque ita indulget, ne separarentur, Baptismo in necessitate collato. Vnde ex his patet responsio ad canones pro sua sententiâ Sanchez adductos, & ad confirmationem pro eius sententiâ superius factam respondeo, quod verum est coniugem voluntariè & absque necessitate munus illud illicitè suscipere, & grauer peccare: hoc enim aperitè prohibetur, & asseritur in dictis iuribus. Vnde similiter est verum contrahere cognationem spirituales, quantum iure contrahere potest: At quod nequeat petere debitum, nullo sufficienti fundamento asseritur, quia dicta priuatio, seu prohibitio petendi, in nullo iure perseverante in sua viridi obseruantia continetur; quia quamuis id continetur in aliquibus, iam tamen correctæ sunt quoad separationem à toto. Et non solum ea prohibitio in nullo iure perseverante continetur, sed nec ex aliquo iure sufficienter deducitur, ut satis ostensum est.

Nota hic obiter, quod etiam stando in opinione Sanchez & aliorum, non procedere casu in quo coniux baptizat filium solius alterius coniugis in necessitate. Idem dicendum est ob eandem rationem, si coniux iam ad fidem conuersus, vxorem quam infidelitatis tempore duxerat baptizet, occurrente eadem necessitate: tunc autem intelligitur ea necessitas esse, quando nullus adest qui id munus obeat, & periculum esset ut proles absque Baptismo obiret. Idem quoque dicendum cum Sanchez *lib. 9. disp. 26. num. 2.* cum infans censetur esse in præsentissimo mortis periculo, & patens miseratione commotus, ne absque Baptismo decedat, penè deliberatè accurrit, quamuis adessent alij, qui id munus præstare possent, non priuatur iure petendi debitum, qui tantum abest ut delinquat, cum potius mereatur; quia in tanta necessitate non vacat ad deliberandum, & ratione vrgentissimi periculi præstat in eam partem propendere, quæ salutifera est animæ infantis ad æternam eius saluationem.

Verius videtur idem dicendum esse, si in casu necessitatis, quando nullus adest qui patrinus sit, pater vel mater id munus obeat erga communem filium, aut solius alterius coniugis. Ratio est, tum quia licet in Baptismo priuato non sit necessarius patrinus; at ut seruetur Sacramenti significatio, præstantius est patrinum adhiberi. Tum maxime quia priuari iure acquisito petendi debitum ab vxore est pœna delicti admissi per coniugem, qui contra iuris prohibitionem filium communem, aut alterius coniugis baptizauit, eiusue patrinus fuit: at in necessitate relata culpa parentem esse patrinum; ut rectè docuit D. Thomas 3. *part. q. 67. art. 8. ad 2.*

An qui post votum castitatis contraxit matrimonium, teneatur ante consummationem ingredi religionem, quando id necessarium est ad seruandum votum, nempe quando alter coniux non vult castitatem seruare.

RESOLVT. XL.

Affirmatiuè respondet D. Thomas, Scotus, & alij, quos asserit Coninch *de Sacrament. disp. 34.*

dispnt. 34. dub. 5. n. 34. quia ille tenetur in quantum possit seruare votum castitatis: Sed iam non est aliud medium præter ingressum Religionis, & in eas angustias, vt nullum iam aliud medium sit præter ingressum religionis, ipsemet sua voluntate se induxit: ergo tenebitur hoc medio vti, ne cogatur ab altero coniuge debitum reddere, atque adeo non seruare integram castitatem.

Verum mihi negatiua sententia magis placet, quam tueretur Perez *de matrimonio dispnt. 61. sect. 3. num. 2.* Dicastillus *de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 10. num. 112.* Sanchez, Pontius, Hurtadus & alij penes ipsos.

Dico igitur, prædictum coniugem voto castitatis ligatum ante contractum matrimonium non teneri ante consummationem ingredi religionem ad illud votum implendum, sed posse matrimonium consummare, non exigendo, sed reddendo: Probo id primò, quia iste non vouit religionem ingredi: ergo non est ad id cogendus, vt possit seruare castitatem; quia vt huius voto satisfaciatur, non tenetur suscipere medium tam arduum, ac difficultius re ipsa quam vouit. Sicut si quis habitans Romæ vouisset peregrinationem ad Virginem Lauretanam, si postea transferret domicilium ante implerionem voti in Indias, tamen si peccaret, tamen hoc facto non obligaretur voto, quia contrarium esset nimis durum, ac moraliter impossibile.

Secundò, nemo tenetur rem inferioris ordinis compensare cum re superioris ordinis meritissima, vt qui debet pecuniam, quam absque vitæ, vel famæ detrimento restituere nequit, excusatur. At talis religio respectu continentie promissa: quamuis enim religio sit magnum Dei donum; id tamen est sponte eligenti. Vnde negari non potest esse grauissimum onus, & tale, vt nemo sit illud subire compellendus, nisi se expressè obligauerit, & constat statum religiosum nisi sponte suscipiatur, difficiles solere exitus habere. Denique id manifestè ostenditur ex extrauaganti Ioann. XXI. *Antiqua concertationi de voto*; in qua decernit, eum, qui post contractum matrimonium ante consummationem inuita vxore fuerat sacris initiatus, inducendum quidem, non compellendum vt Religionem ingrediatur; nolentem autem ingredi, compellendum vt petente sponsa matrimonium consummet; cum tamen talis suscipiendo Ordinem Sacrum obligauerit se voto castitatis. Hæc enim sunt verba Pontificis: Ad ingressum huiusmodi (nempe Religionis) sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per Dicastellanum instanter præcipimus & induci: quod si forsitan renuerit adimplere ipsum, si sponsa eius institerit, per censuram Ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Vbi Glossa verb. *renuerit adimplere*, ait, Pontificem expressè supponere, licere illi renuere; quia aliàs non eius voluntati id relinqueretur, sed potius compelleretur. Si igitur ex hac decisione constat coniugem promotum ad ordinem Sacrum, post matrimonium ratum, cum possit castitatem in eo promissam obseruare religionem ingrediens, ad id non teneri, à fortiori non tenebitur qui ante matrimonium vouerat castitatem. Quare cum ille sit compellendus reddere debitum per Ecclesiasticam censuram post bimestre in re concessum, vt ibi deciditur, manifestum est illum non peccare, reddentem, sed potius si debitum negaret, verè peccaret. Hoc argumen-

tum adeo efficax esse censetur, vt merito dicat Basilius Ponce, se non videre, quomodo stante dicta Pontificis decisione, sententia opposita defendi queat.

Et idèd cum Perez idem dicendum esse putet; Si votum castitatis emittatur post matrimonium ratum. Probat rationibus numero præcedenti adductis, maximè decisione dictæ extrauagantis, vbi dictum est; Deciditur sic sacris initiatum non teneri ad religionem, vt votum obseruet. Adde non teneri ingredi religionem, etiam si velit alter coniux cedere iuri suo, abstinens à debito petendo, nisi expressè voluisset, dum castitatem sic vouit, se ad religionem obligare, quamuis sciret non posse castitatem quam promissè obseruare, nisi ingre- diendo religionem.

Sed pro Confessariis, & pro praxi hinc restant nonnulla circa votum suscipiendi Sacros Ordines, in quibus inuoluitur votum castitatis, & circa votum ingrediendi religionem, & circa votum non contrahendi matrimonium.

Et idèd circa primum, assero cum Dicastillo *vbi supra n. 115.* quod licet per votum suscipiendi sacros Ordines emissum ante matrimonium, contractus ipse matrimonij reddatur illicitus, si fiat animo non ingrediendi religionem; actus tamen coniugij illicitus non est; neque actus petendi; quia qui post tale votum contraxit, non tenetur religionem ingredi; cui obligationi, si esset, posset ob stare actus primus, quo matrimonium consummatur. Quando autem votum illud sit post contractum, non redditur illicitus actus coniugalis primus; nisi quando vouens tunc aduertebat votum non posse implere, nisi religionem ingrederetur.

Circa secundum votum ingrediendi Religionem obseruandum est primum, actum coniugalem, quo matrimonium consummatur, reddi illicitum ipsi vouenti, nisi moralis certitudo sit, quod alter coniux daturus sit facultatem ingrediendi religionem, & præstiturus omnia quæ requiruntur, vt possit tale votum implere. Ratio est, quia in eo primo actu, quo matrimonium consummatur, vouens redditur impotens ad ingrediendam religionem, nisi altero coniuge permittente, & ad requisita cooperante. Post primum verò actum coniugij, cæteri actus non sunt illiciti, quia nullo modo opponuntur, nec difficultius reddunt votum Religionis emissum. In quo Auctores plerique consentiunt.

Mihi tamen adhuc distinguendum videtur; nã si spes aliqua sit, quod coniux carens liberis concedet facultatem ingrediendi religionem, non concessurus si liberos habeat, videtur non posse petere, & cooperari ex parte sua ad apponendum impedimentum filiorum, quibus susceptis nec alter coniux permetteret ingredi, nec fortè iam poterit, quia filij indigebunt parentis assistentia; si tamen nihil horum timeatur, liberè poterit petere, semperque, & in omni euentu petenti tenebitur reddere.

Circa tertium votum non contrahendi matrimonium, obseruandum est esse quidem illicitum ipsum contractum, post contractum verò nullo modo reddi illicitum actum coniugij, nec primum, quo matrimonium consummatur: nec secundum, & deinceps, vt rectè contra nonnullos aduertit Sanchez *supra*. Quia actus coniugij non est directè contra votum: nam consummare non est contrahere.

An

An si quis peccauit cum muliere habente votum Virginitatis pro prima copula, & non ultima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa subsequuta.

RESOLVT. XLI.

Dubium est, an oscula, & tactus quæ copulam subsequuntur nouam aliam malitiam contineant, & in confessione ob hanc rationem explicari debeant, vel eandem malitiam habeant, quam præcedens copula habuit, & ita non sit necessarium illam in confessione explicare. Nouam malitiam continere in confessione explicanda, affirmat Suarez *dispnt. 22. de penitent. sect. 5.* Vasquez *tom. 4. in 3. part. disputat. 92. dub. 5. numer. 35.* Coninch *dispnt. 7. de Penitent. dub. 7.* Magis placet opposita sententia, affirmans, eandem malitiam cum copula præcedenti continere, & ita in confessione non esse necessariò explicandam. Ratio est: quia huiusmodi actiones, quando ex intentione operantis ad aliam copulam non ordinentur, prout immediatè post copulam exercitæ, pertinent ad accidentalem consummationem actus præcedentis, seu copulæ præhabita; post quam valdè conaturaliter sequuntur.

Hanc sententiam ego olim docui, & docent Doctores, quos adducit, & sequitur me etiam citato Leander *de Sacram. tom. 5. tract. 5. disputat. 8. §. 6. quest. 8.* quibus addit Oniedum *c. 2.* D. Thom. *tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 8. num. 60.* & Sanchez *in select. disp. 6. n. 3.* addens id esse verum, etiam si magna intercesserit interruptio temporis inter copulam, & consequentia ad illam: dummodò ad alia negotia, qui commisit fornicationem, nõ se diuertat, sed in eodem statu & situ permaneat, detinens fecminam ad deosculandum illam, & colloquendum: vel si fortè fecmina discessit, ex vtriusque conuentione, expectet reditum ad iterum deosculandum illam. Sic ille, sed hoc additum non approbat Cætrus Palauis *tom. 1. tractat. 2. de peccatis dispnt. 3. punct. 3. n. 4. §. 5.*

Verum difficultas est in casu proposito, quam pertractatam non facile apud plures inueniens, & est nimis curiosa, nã prima facie videtur affirmatiuè respondendum: quia tactus præcedentes, & ipsa copula habuerunt malitiam contra votum, tactus verò sequentes cum iam supponant virginitatem sublatam, atque adeo votum cessasse, non habent eam malitiam: ergo non sunt idem peccatum cum præcedenti copula, & tactibus præcedentibus illam, & ad illam ordinatis, & habentibus eam malitiam: quia quæ non sunt eiusdem rationis specificæ, nec physicæ, nec moralis, non videntur posse coalescere in actum indiuiduum vnus speciei moralis: ergo tanquam alterius speciei debent seorsim penitentes confiteri, quæ difficultas habet locum siue ordinentur ad nouam copulam ob pollutionem, siue non: sed sola intendatur duratio voluptratis suscepræ, de qua diximus; siue enim vno, siue alio modo fiant, carent iam malitia contra votum, & in hoc differunt specie à præcedentibus, & copula, quæ eam habuerunt malitiam. Hæc ipsa difficultas haberet locum in casu, quo quis accederet ad coniugatam, & interim dum durat in eo peccato, maritus moreretur illius fecminæ: tactus enim, & turpitudine sequens iam incipit carere malitia adulterij: atque adeo, in eo casu non

Anton. Diana Pars XI.

videntur posse esse vnicum in diuiduum peccatum propter eandem rationem. Idem quoque habet locum in opinione satis communi, & D. Thomæ, quod copula cum virgine, etiam consentiente habeat malitiam stupri; qui enim copulam habuit cum illa, & adhuc perseuerat in subsequentibus tactibus continuatis, non videtur contrahere malitiam stupri: atque adeo non esse eundem actum cum præcedenti copula, & tactibus ob eandem rationem.

His tamen non obstantibus puto supra dicta oscula, & tactum non debere explicari in confessione, quia supposito quod in materia luxuriæ tactus sequentes componant vnum actum cum præcedentibus, & copulam, etiam si ille actus vnicus habens plures partes quò ad aliquas partes careat illa malitia voti, adulterij, aut stupri, si quo ad alias talis malitia reperitur, non obstat, quo minus absoluted dicatur ille actus stupri, adulterij, aut sacrilegij, & partes posteriores, in quibus illa circumstantia non reperiebatur non possunt per se constituere aliud indiuiduum peccatum in specie simplicis fornicationis, quia constituunt propter vnitatem moralem cum præcedentibus vnum indiuiduum, & malitia speciei simplicis fornicationis est illa, quæ reperitur in actu, in quo aliæ inordinationes non reperiuntur, sed sola ratio copulæ naturalis: alioquin non esset simplex fornicatio; Cum ergo actus ille, qui est vnus moraliter habeat absolute alias inordinationes, non censetur propter eam carentiam malitiæ contra votum, quam solum habet in aliqua parte illius, simplex fornicatio, sed etiam adulterium, vel stuprum, vel voti castitatis, seu virginitatis violatio, quæ malitia absolute, & simpliciter in eo reperitur: atque adeo sufficere dicere se commississe tale stuprum, adulterium, aut copulam cum habente votum nulla facta distinctione, aut separatione, aut mentione tactuum sequentium, tanquam distincti peccati. Et ne in aliena vitula arare videar, hanc sententiam tenet, & omnia superius docet doctissimus Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. q. 2. n. 461.* cui ego libenter adhæreo.

Nota hinc obiter contra Suarez, & Nauarrum, delectationem de copula habitam immediatè post illam, nouam malitiam non addere, neque in confessione esse necessariò explicandam, quod approbat Lugo *dispnt. 16. de penitent. sect. 14.* Ratio huius esse potest, quia talis delectatio tantum est permanentia quædam moraliter continuata cum actu, quo homo voluit habere copulam, & cum delectatione quam ex illa sumpsit. Ita tenet me citato Leander *qu. 9.* & Oniedo *numer. 61.* Itaque dicendum est, delectationem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ statim post copulam habetur, non esse in confessione explicandam, quia reuera vnum facit peccatum moraliter cum copula præcedenti: nec affert malitiam diuersam in specie: cum in ipso etiam actu copulæ fuerit delectatio de illa præsentia, quæ nullo modo differt in specie à delectatione, quæ sequitur statim post copulam, de illa præterita, & ita etiam tenet Cardinalis Lugo *de penitent. disp. 16. numero 555.*

Z 2

An

An si tactus, & oscula non ordinentur ad copulam, quæ tamen postea subsequuta est, sint præter copulam in confessione aperienda?

RESOLVT. XLII.

Affirmatiuè cum pluribus olim respondi, sed nominatim contra me negatiuè sententiæ adhæret Pater Leander de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disp. 8. §. 6. q. 10. putat enim in tali casu lat esse copulam confiteri; quia, licet in dicto casu deficiat finis operantis, propter cuius defectum non possunt tactus coniungi cum fornicatione, & efficeret ex hac parte vnum peccatum cum illa: tamen non deficit finis ipsius operis, tactus videlicet, seu medij, ratione cuius coniunctionis, hæc omnia media inter se, & cum opere principali, quod postea sequitur, vnum constituunt peccatum in genere moris; & idè non oportet in confessione explicari, quia explicata fornicatione, etiam ipsa explicata manent. Ita Leander, qui etiam dicit hæc sententiam tenuisse Doctores modernos ab ipso de hoc casu consultos; nec ab hac sententia videretur esse alienum Quiedo in p. 2. D. Thomæ tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 6. n. 8. vbi me citato, sic ait; Quando tactus, & oscula copulam præcesserunt non ex intentione copulæ, & statim post illa nouo actu voluntatis copula successit, distinctam malitiam à copulæ malitia necessariò in confessione explicandam continere, docet Vasquez, Hurtadus, & Diana. Ratio horum Authorum est, quia licet hi actus ad copulam sint ordinabiles, per se ad illam non ordinantur, & per se sunt prohibiti, & mali, & ita, cum ex intentione operantis ad illam non fuerint ordinati, malitiam aliam numero distinctam continent. Opposita sententia videretur alicui non omninò ratione destituta, quia tactus, & oscula præcedentia copulam, eandem secundum speciem malitiam continent, ac proinde cum sine interruptione morali exercentur, cum ea continuanda esse videntur, ita vt voluntas secunda habendi copulam in se primam, & primum obiectum actum iam, seu magis extensum intra eandem speciem contineat. Potest etiam dici tactus, & oscula per se ad fornicationem ordinari, etsi operans possit pro sua voluntate in illis sistere, & ad copulam non producere. Hucusque Quiedo.

Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam me citato omninò veram esse putat Dicastillus de Sacram. tom. 2. tractat. 8. disp. 9. dub. 2. n. 76. quam etiam tenet Cardinalis Lugo de penitent. disp. 16. n. 556. Et ratio est, quia hi tactus in eo casu non habent illam vnitatem moralem cum copula, ad quam non ordinantur ex intentione expressa, vel interpretatiua, seu indirecta operantis, & ipsi actus per se sunt peccatum, ergo siue specie differat eorum malitia ab ipsa malitia culpæ, siue non; erunt distinctum peccatum; saltem numero, atque adè exprimentum, nec ad hoc probandum, est necessarium asserere (quod facit Lugo) malitiam illorum actuum esse diuersam. Eodè modo Philosophari debemus in eo, qui siue animo occidendi, nec occisionis periculo præuiso, voluit inimicum grauiter quidem percutere, aut vulnerare, non tamen lethaliter, postea verò ex alia voluntate lethaliter percutien-

do immediatè occidit, est enim eadem ratio, priores enim actiones non componunt vnum peccatum cum occisione; esset tamen peccatum vnicum, si omnes illæ percussiones fierent ad finem occidendi, siue enim illæ percussiones secundum se sistendo in illis essent eiusdem speciei inadæquatæ cum homicidio (aut essent homicidium partiale, si fuissent mutilationes) siue essent (vt alij volunt) diuersæ naturæ, fiunt tamen in ordine ad homicidium plenum, quod postea procedit, atque adè componunt cum illo vnum peccatum vnitatem morali, vt de tactibus impudicis dictum est.

An qui vno conflictu cum pluribus pugnaret, & successiue v. gr. occideret tres, committeret tantum vnum peccatum?

RESOLVT. XLIII.

Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo videretur affirmatiuam sententiam docere, licet dubitatiuè, & cum formidine, sic enim asserit de Penitent. disp. 16. sect. 14. §. 2. num. 57. Infero quinto, quid dicendum sit de illo, qui ter copulam habuit cum eadem: Aliqui volunt sufficere quod penitens dicat, fui cum meretrice vna nocte, & feci quod potui. Ita Zanardus Dominicanus in directorio confessoriorum part. 1. de Sacram. penitent. cap. 18. dummodo non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Cæterum iuxta regulam traditam dicendum videtur, esse tria peccata, cum vna copula non faciat vnum cum alia, sed singulæ sint actiones completæ, & totales; quod idem dicendum est de illo, qui successiue occidit tres homines sibi etiam successiue occurrentes propter eam rationem, aliud fortasse esset, si vno impetu illos omnes aggrediretur, vt vno conflictu contra eos pugnaret, & illos occideret: tunc enim videntur habere vnitatem moralem, quatenus constant vnam congressionem, & conflictum. Ita Lugo.

Sed contra illum insurgit nouissimè Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 2. num. 79. si enim satis esse videtur quod in eodem conflictu, & pugna id fiat (vt alij docent, non video quomodo id possit conciliari cum impugnatione, qua etiam illi vtuntur contra Zanardum) cuius doctrina si ratione agamus, tam probabilis est, atque doctrina de occisione trium in eodem conflictu, seu pugna. Atque in primis hoc primum respondere posset Zanardus, quem impugnant; sicut enim tres occisiones in vna pugna martiali inter se sunt actiones distinctæ totales, & completæ, & vna non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: nihilominus tamen quia fiunt in eodem congressu martialis pugnae, & conflictum, putare possunt ij Theologi id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non subordinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum, sic etiam tres fornicationes in vna pugna venerea (liceat sic loqui) inter se sunt actiones distinctæ totales, & non subordinatæ, & vna non est pars alterius; nec ordinatur ad illam: ergo etiam quia fiunt in eodem congressu venereæ pugnae & conflictus, putare potuit Zanardus id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non subordinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum. Nec video minorem vnitatem vnius cõtinuati acubitus cū meretrice, donec cõsummentur tres fornicationes, quam vnius cõtinuati conflictus, & pugnae cū hostibus, donec consummentur tres occisiones.

Quò

Quò ad opinionem verò Zanardi, quam ego ante Cardinalem Lugo impugnauit, merito etiam illum refellit Quiedo in part. 2. D. Thomæ tract. 6. contr. 5. punct. 5. n. 115. Dicastillus vbi supra num. 78. itaque qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiam si absque vlla animi interruptione, quantumuis cõtinuæ, & cum eadem femina exererentur, peccat pluribus peccatis numero distinctis, necessariò in confessione explicandis, quia quælibet fornicatio in se est absoluta & completa, & nullam connexionem habet cum alia. Nec temporis continuatio potest vnire actiones externas in se absolutè completas, & in suo genere adæquatatas, quantumuis enim homo continuè plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta.

Nec obstat dicere pro sententia Zanardi, quod ego probabiliter docui, scilicet probabile esse Sacerdotem qui successiue audit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam non committere plura peccata distincta, sed vnum, quare (inquunt) non erit necessarium dicere, audiui tot confessiones, sed audiui in statu peccati vna vice plures confessiones. Adde tu consequenter, nec debere dicere an audierit plures, sed dicere ministrari Sacramentum penitentiae in peccato mortali, quia dicere plures non pertinet, nisi ad grauitatem intra eandem speciem, quam negant debere explicari. Ergo dicendum est, quod eadem est ratio de eo, qui successiue cognoscit carnaliter tres fœminas.

Respondeo non esse eandem rationem, quia actio illa audiendi confessiones in tribunali Sacramentali maiorem recipit vnitatem moralem, quæ occisiones trium, quæ cum respiciant singulæ diuersa iura singulorum hominum, quæ læduntur & aliunde non vniuntur in actu, vel actione morali ad eundem finem: non videntur posse facile ex sola temporis propinquitate vniri ad faciendum vnum peccatum. At verò actum audiendi confessiones accipit vnitatem in primis ex fine, & intentione agentis, qui sedet in eo loco ad audiendas confessiones subditorum. Sed de hac difficultate etiam alibi à nobis plura dicta sunt.

An si aliquis percutiat baculo, ense, &c. aliquid in Ecclesia, debeat hanc circumstantiam in confessione explicare?

RESOLVT. XLIV.

Affirmatiuè respondet Fagundez in præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 6. cap. 4. num. 14. vbi sic ait: Effusio peccaminosa sanguinis humani, homicidium iniustum, iniusta percussio, vulneratio, mutilatioque, si fiant in loco sacro, & mortalem culpam attingant, etiam si sine sanguinis effusione contingant, sacrilegia sunt, & idè circumstantia loci sacri necessariò est confitenda, & si effundatur sanguis, necessariò locus sacer est purificandus. In qua tamen quantitate dicitur infra numer. 18. Et ratio est: quia hæc omnia aduersantur sanctitati loci, & idè directè fit iniuria loco sacro; sicut enim violenta extractio hominis è loco sacro est ingens sacrilegium: quia directè aduersatur immunitati Ecclesie, & loci sacri, sic iniuriola percussio, & homicidium, cum hæc directè aduersentur sanctitati loci sacri, atque im-

Anton. Diana Pars XI.

munitati illius. Ita ille; cui adde Iacobum de Grafeis in decis. lib. 2. c. 47. n. 19. & 20.

Sed meritò hanc sententiam refellit Cardinalis Lugo de penitent. disp. 16. sect. 10. n. 468. sic asserens: Sextò dubitatur de sanguinis effusione: Quando contrahat malitiam sacrilegij grauis ratione loci, breuiter dicendum est hominis occisionem in Ecclesia, vel percussionem cum effusione sanguinis cõtrahere eiusmodi malitiam: hæc enim causant Ecclesie violationem, de quo dixi dicta disp. 20. de Eucharistia sect. 2. Percussio autem grauis sine occisione, & sanguinis effusione, sicut non violat Ecclesiam, sic nec affert illam speciem grauem sacrilegij, quod oportet obseruare contra Fagundez, vbi dicit percussionem grauem etiam sine effusione sanguinis asserere illam malitiam grauem sacrilegij explicandam: pro quo citat Nauarrus, Syluestrum, Henriquez, & alios, qui id minime dicunt: loquuntur enim expressè de homicidio, aut vulnere cum sanguinis effusione. Et quidem cum non inueniatur Ecclesie prohibitio circa hoc, nisi in illis duobus casibus: absque fundamento extenditur ad illud tertium de percussione absque effusione sanguinis. Hæc Lugo, & post illum Marchinus, qui ponens casus, in quibus violatur Ecclesia, sic asserit de Sacram. Ordinis tr. 3. part. 3. cap. 10. n. 7. Dico, Ecclesiam multis pollui. Et primò per homicidium voluntarium iniuriotum, d. cap. proposuisti de consecratione: Ecclesia, dist. 1. Vnde excipitur homicidium casuale factum ex stultitia, factum in propriæ vitæ defensionem cum moderatiōe inculpatae tutelæ, & quando vulnus inflictum est extrà Ecclesiam; quamuis mors in Ecclesia sequatur: secus si vulnus etiam sine sanguinis effusione sit intra Ecclesiam: quamuis mors extra Ecclesiam sequatur, polluitur Ecclesia; quia causa homicidij efficax fuit inter Ecclesiam consummata. Quod si aliquis existens in Ecclesia alium foris existentem scilopò occidat, non polluit Ecclesiam: quia non consummatur actio externa occisionis in loco sacro, sed extrà illum: quamuis à loco sacro progrediatur; non est tamen intra illum facta. Secus dicendum, si quis existens extrà Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter: quia iniuria facta est Ecclesie, & eadem doctrina est applicanda ad casus effusionis sanguinis, intra, vel extra Ecclesiam factæ. Violatur etiam Ecclesia per suspendium factum intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam, tectum, aut ad Ecclesie parietes exteriores: non tamen sententia Iudicis intra Ecclesiam de suspendendo aliquo polluit Ecclesiam; secus dicendum de occisione Martyris intra Ecclesiam, quæ ex parte persecutoris fuit iniuriosa, & Ecclesie iniuriola, & idè violat Ecclesiam contusio carniū, & ofsiū fuste, ense, baculo, sine sanguinis effusione, quando non est mortifera, seu quando mors actu non sequitur, non polluit Ecclesiam secundum Nauarrum in Man. cap. 27. num. 256. & omnes Doctores. Ratio est, quia Ecclesia polluitur vel homicidio, vel sanguinis effusione, quorum neutrum hic interuenit. Quinimò Suarez d. sect. 4. docet, contusionem inferentem mortem, factam intra Ecclesiam, dummodo mors in Ecclesia non sequatur, non illam violare: quia nec ibi interuenit sanguinis effusio, nec homicidium, quod sequitur extrà locum sacrum. Quam opinionem probabilè vocat Fagundez d. c. 14. n. 13. quamuis ipse in Nauarri sententiā descendat, quæ ego etiam iudico probabiliorē hac ratione: quia licet mors sequatur extrà Ecclesiam, tamen causa

Z 3

efficax

efficax illius fuit intra Ecclesiam consummata, quod sufficit ad Ecclesie violationem, cum illa actio fuerit Ecclesie iniuriosa, & mortem per se inferens.

Secundò, polluitur Ecclesia per voluntariam sanguinis effusionem *cap. si Ecclesia, de consecr. dist. 1.* Vnde excipitur effusio sanguinis in modica quantitate: quia effusio magnam quantitatem significat. Secundò, excipitur effusio iocosa, etiam in magna quantitate; quia per istam nulla Ecclesie grauis iniuria inferitur, & vniuersaliter, nisi percussio facta, sit ita grauis, vt ad culpam lætalem accedat, minimè violat Ecclesiam. Tertiò, excipitur effusio sanguinis etiam lethifera, seu grauis, & in magna quantitate, quæ de naso profluere pugno, alapa, & similibus: quia natus est organum sanguinis facile ab hac parte fluentis, vt post alios dicit *Grassius decis. aurear. lib. 2. cap. 48. numer. 25.* Quartò, excipitur percussio grauis facta pugno, alapa, virga, baculo intra Ecclesiam, ex qua nec vulnus, nec mors, nec sanguinis effusio oritur: quia, licet hæc actio sit peccatum lethale, non violat tamen Ecclesiam. Ita *Fagundez*, in quibus vltimis verbis clarè nostram sententiam docet, videlicet percussione de qua loquimur non esse sacrilegium, vnde hanc circumstantiam non esse in confessione explicandam: quam sententiam tenet etiam *Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 8. paragr. 4. q. 6.* qui etiam *q. 8.* notat (non vt dixit *Marchinus ubi supra*) quod non committit sacrilegium, qui existens in Ecclesia, alium foris existentem, telo, aut sclopo occidit.

Quia non consummatur peccatum, nec actio occisionis in Ecclesia, sed extra illam. Secus autem dicendum, si quis existens extra Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter. Quæ doctrina applicanda est ad casum effusionis sanguinis intra, vel extra Ecclesiam factæ.

An licitum sit Sacerdoti captam Missam iterum inchoare si superveniat vir illustris, qui se petat, & alius Sacerdos non adsit, qui celebret: & alia curiosa circa presentem casum pertractata inuenies?

RESOLVT. XLV.

Affirmatiuam sententiam tenet Pater Franciscus Bardi in *selectis lib. 10. quest. 11. num. 3.* & præter *Hentiquez*, *Azotium*, *Layman*, *Fagundez*, *Scorza*, & *Emmanuel* Sà ab ipso citatos, hanc sententiam tenet etiam *Castus Palanus. tom. 5. tract. 22. punct. 11. num. 4.* & *Marchinus de Sacram. ordinis, part. 3. capite 16. num. 4.* & doctus & amicissimus Pater *Hieronymus Garzia in summa Theolog. Moral. tract. 3. difficultat. 8. dub. 6. punct. vit. n. 32.* sic asserens: Finalmente à cerca boluer à començar la Missa dizen *Salzedo in pract. crimin. c. 45. pag. 126.* *Rodriquez in summa part. 1. capit. 144.* que no es licito boluerla à començar, aunque sobrouenga alguna gente que no hà oydo Missa, y no queda otra por dezir. Pero *Nauarro*, y otros dizen lo contrario que si llegare de camino, ò por otra ocasión legitima vn Cardinal, vn Obispo, o vn grande, que podría començar de nuouo, aunque huiese dicho la Epistola, y que deue azerlo: y de hecho sucedio esto en nuestra Señora del Pilar della Ciudad este Setiembre de 1642. porque llegò el Eminentissimo Cardi-

nal Triunfo, y dezia el Sacerdote el Credo, y le mandò boluer à començar el Euangelio, la razón desta doctrina es, porque si puede vno dezir dos Missas en vn dia, paraque las oyga el pueblo, quando el cura tiene dos Parochias, luego maior podrá repetir vn pedazo, de Missa sic ille. Et ideò hanc opinionem probabiliorem existimat *Villalobos in summa tom. 1. tractat. 8. difficult. 31. numer. 9.*

Itaque asserunt in tali casu posse Sacerdotem repetere Missam inceptam vsque ad offertorium exclusiue, ita Bardi *ubi supra*, qui postea subdit, si quis velit nos cogere ad respondendum, num sit peccatum graue repetere omnia, etiam vsque ad Canonem exclusiue, dico quod quamuis ad damnandum aliquem Sacerdotem id facientem, non habeamus efficax argumentum; nihilominus ad asserendum eum temerè operari, sufficit autoritas Theologorum, qui non admittunt repetitionem: nisi eorum, quæ antecedunt offertorium, & etiam in re ista satis videtur congruentia prædicta, proinde licet non apertè damnarem repetentem vsque ad Canonem, neque possem illum excusare à peccato graui: tamen apud me res est valde dubia.

Ita ille; sed ego sine formidine puto in tali casu Sacerdotem repetentem Missam vsque ad Canonem exclusiue peccare mortaliter: non enim parum concedimus, vt dictum est, si liceat ei repetere vsque ad offertorium exclusiue: Et quidem non desunt Authores, asserentes oblationem, quæ sit in offertorio esse vnã ex partibus essentialibus Sacrificij Missæ.

Sed hic potest curiosus inquirere, an repetitio supradicta, quando superuenit vir magnæ notæ, & illustris, fieri possit etiam diebus feriabilibus? Et affirmatiue respondet Bardi *loco citato numer. 10.* quia ait ipse, etsi præceptum de Saero non vrgeat, nihilominus, quia nos non fundauimus sententiam nostram in adimpletione præcepti, sed potius in iusta, & honesta deuotione personæ magnæ dignitatis, idcirco consequenter discurrerens, asserere possumus, etiam diebus feriabilibus id esse licitum, decet enim Episcopos, & alios fideles quotidie sacrum integrè audire; & si scire cupis propter quas personas liceat Sacerdoti repetere Missam inceptam, dico esse Principes supremos non recognoscentes superiorem; item Proreges, Cardinales, Nuntios Pontificum, Episcopos, Oratores Regum, Magnates Hispaniarum, Inquisitores Maiores, Commissarios Cruciatæ, Præsides supremorum Consiliorum Regis, non autem eorum Consiliarij, &c. nec etiam eos, qui vulgò dicuntur *Titolati*, nisi forsitan inueniantur in terris, in quibus dominium habeant.

Et tandem querit Pater Bardi *ubi supra numer. 11.* si repetitio Missæ, modo quo supradictum est, efficeretur pro personis ordinariis, & infimæ conditionis, an Sacerdos in tali casu peccaret grauius? Et respondet se non dubitare quin sit peccatum veniale, quia est contra praxim Ecclesie, quæ pro personis tantum qualificatis id permittit: at non possum firmiter, & cõstanter asserere esse peccatum lethale, sed id remitto prudentiæ, & iudicio Theologorum. Ita Bardi, sed ego sine formidine assero in tali casu Sacerdotem lethale peccatum committere; esset enim transgressio in re graui propter irreuerentiam erga Missæ Sacrificium, vt patet ex consuetudine Ecclesie, quæ talis actio coho-

cohonestat in ordine ad illustres personas, non autem quoad infimas, & exiguae notæ.

Verum omnia supetius dicta procedunt in sententia affirmatiua supradictorum Authorem, mihi autem magis placet sententia negatiua, quam tueretur Pater Thomas Tamburinus *opusc. de Sacram. missa l. 2. c. 7. §. 8. n. 2.* vbi sic ait: Concedunt aliqui si superueniat Princeps, vel Prælatus, vel processio populi, vel similes, auditorique sint sacrum, posse Sacerdotem interrumpere Missam, & iterum incipere si alius Sacerdos non sit, & celebrans solum progressus fuerit vsque ad oblationem exclusiue, non verò si vltra; imò id in praxi obseruatum esse testatur *Nauarrus, & Hentiquez.*

Mihi quidem hæc concessio non placet, sicuti nec placuit supra, quod propter similem aduentum posset ab eodem bis eodem die celebrari. Ratio est, quia eiusmodi aduentus non affert tantam necessitatem, quæ superari possit irreuerentiam interruptionis Missæ, quandoquidem illi cum non suppetat alia Missa, ad integram audiendam non obligentur: Maxime ergo laudandum est decreta Mediolanense, in quo absolutè cauetur, ne quis Missam semel inchoatam repetat: id quod praxim à Nauarro allatam, nec solido fundamento nitam, meritò, corrigit. Hæc Tamburinus, & licet aduerus illum inturgat Pater Bardi, *ubi supra*, sciat vir doctissimus, & amicissimus opinionem Patris Tamburini, præter *Gauantum*, *Rodriquez*, & *Diaz*, ex eius Societate docere fortissimum commilitonem, & qui apud me instar plurimum est, nempe *Iacobum Granadum in 3. part. D. Tho. controu. 6. tract. 1. 4. disp. 10. n. 4.* sic asserentem; Post inchoatam verò Missam non expedit illam iterum inchoare, etiam si persona magnæ autoritatis adueniat, & dies sit festus. Vnde strictè sub excommunicatione præcipit Synodus Hispalensis, *tit. de celebrat. missarum cap. 8.* ne peracta confessione inchoatum iterum Missa, licet adueniat persona cuiuslibet dignitatis. Huc vsque Granadus. Agnosce, amice Lector, nostram sententiam firmatam esse à duabus Synodis Provincialibus, in quibus tot sapientissimi Aristites, & Theologi, ac Canonistæ extiterunt. Et Pater *Ier. manus Busembaum in medul. theologia moralis 6. tract. 3. c. 4. dub. 3. num. 5.* obseruat opinionem affirmatiuam non esse in vsu, & ad eam, quæ contra Tamburinum asserit Pater Bardi responderi potest talem actionem non posse cohonestari ex deuotione personæ insignis dignitatis, & notæ, nam illa deuotio est potius repellenda tanquam indiscreta, nec dignitas illustris personæ potest, nec debet aliquid operari contra reuerentiam debitam venerabili sacrificio Missæ. Non nego tamen opinionem affirmatiuam Patris Bardi; & aliorum esse probabilem.

An ex parte femina tactus impudici, vel pollutio inducant instam causam diuortij.

RESOLVT. XLVI.

Affirmatiuam sententiam tenet *Dicastillus de Sacrament. tom. 3. tract. 10. disp. 10. dub. 2. n. 11.* sic asserens: In primis distinguendum inter virum, & vxorem spectata communi hominum æstimatione, quia licet concederemus non posse vxorem separari à viro talibus impudicis tactibus indulgente cum alia persona; non videtur æqua con-

ditio vice versa, neque enim tam turpe, & indecorum est vxori, quod vir ipsius talia commiserit cum alia persona, quam est turpe marito, & ignominiosum, quod tales tactus impudicos ad miserit vxor cum alio viro, nec censetur æquivalens compensatio in sola negatione similibus tactuum, maxime cum vix tales tactus negari possint, si negari non potest solutio debiti, ad quam solutionem ij tactus excusari non possunt; imò debiti esse possunt casu, quo putentur necessarii ad coniugalem copulam debitam. Præterea, quando coniuges sunt altioris, & nobilioris dignitatis, tantò plus crescit iniuria in similibus tactibus, admissis ex parte vxoris cum alio; nec tamen in communi æstimatione tanto plus crescit ex parte viri, cum videamus Principes non illusterrimos tantum, & Excellentissimos, sed Serenissimos viros indulgere eiusmodi lenitatibus, & impudicis iocis, & tactibus. Imò aliquando id ipsum audere spectante vxore, nec censetur tunc nimis ignominiosum vxori hoc videnti, & patienti: cum tamen è contra si faceret id vxor, iniuria esset grauissima comparatione viri, idque adhuc amplius cresceret, si cum viri aliquo famulo, aut mancipio. Quis ergo dicat maritum in eo casu tantum posse in doloris, & iniuriæ compensationem similes aliquos tactus vxori petenti negare? Ego sanè saluo meliori iudicio, non nimis asperum, & rigidum putarem esse talem virum, quæ non solum à cæteris aliis actibus cum ea abstineret, sed à coniugis impudicæ consortio se subduceret. Vt interim omittam non nimis temerarij suspicaturum virum, talem sceminam in huiusmodi tactibus deprehensam, vterius non modò fore progressuram, si occasio detur, sed iam prius fuisse progressam. Verum hæc omnia relinquo in medio aliorum iudicio maxime iudicum Ecclesiasticorum, ad quos pertinet, si res ad forum externum deferatur de simili diuortio faciundo, aut non faciedo pronuciare.

Quod si pollutiones tam in viro, quam in scemina coniugatis cum complice probentur, aut nota sint fuisse, non video ita facile quomodo possint ij Auctores asserere non licere ob eam causam diuortium facere. Quamvis autem Christus solum assignauerit fornicationem pro causa dimittendi, non ideò affirmandum est solum eam causam sufficere, cum omnes, aut pletique concedamus (vt videbimus) etiam propter sodomiam, aut bestialitatem posse fieri diuortium, & talia nomine fornicationis comprehendere censentur, ergo etiam pollutio cum alia persona poterit comprehendere. Huc vsque *Dicastillus.*

Sed aduersus illum stant communiter Doctores, *Busembaum in medulla Theol. moral. l. 6. tract. 6. cap. 2. dub. 3.* *Sanchez lib. 10. disp. 4.* *Pontius lib. 9. cap. 16.* *Coninch disp. 35. dub. 1.* *Perez disputat. 56. sect. 1.* quibus adde Doctores quos citat, & sequitur *Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 6. q. 8. 9. & 10.* cum *Ioanne de Soria in epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disputat. 10. §. circa diuortium.* *Martino de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 57. de matrim. num. 4.* & aliis qui negant contra *Dicastillum* ius diuortij consistere in iniuria facta coniugi, sed solum in diuisione carnis, quæ non accidit in supradictis casibus.

Ex his inferitur decisio casus curiosi; An concubitus consummatus cum scemina mortua præbeat causam ad celebrandum diuortium? Affirmabunt, qui affirmant peccatum mollicitæ tam viri, quam vxoris esse causam iustam diuortij, vt *Dicastillus*

stillus *vbi supra*, & alij. At ego respondeo non præbere causam ad diuortium celebrandum. Quia præfatus concubitus non est propriè fornicatio, sed concubitus cum statua mulieris: vnde huiusmodi accedens, nec vnitur alteri, nec diuidit carnem suam cum tertia persona. Ita Leander *supra* *quæst.* 522. qui citat Sanchez, Bonacinam, & Fillicium.

An quando mulier prudenter putauit maritum mortuum esse si fornicata sit, vir superueniat, possit ipse ex hoc petere diuortium?

RESOLVT. XLVII.

Affirmatiuè respondet Dicastillus *de Sacram.* *tom. 3. tract. 10. disp. 10. dub. 3. num. 39.* vbi sic ait: Quando vxor tantum materiale adulterium commisit, non existimans eum, cum quo rem habuit esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, non est sufficiens causa faciendi diuortium. Item quando per vim absolutam cogitur, & opprimitur ab alio. Ratio est, quia in his casibus nulla formalis culpa, vel iniuria contra fidem matrimonij committitur. Vnde par non est, quòd aliquid detrimenti patiatur absque vlla sui culpa. Hanc doctrinam pro illo casu, quo vxor accessit ad alium cum quo matrimonium contraxit inualidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quam pro casu, quo per vim absolutam præcisè cogitur, & pro casu, quo prudenter putauit illum, quem admittebat, esse proprium virum. Tamen pro casu, quo illa, licet formaliter adulterium non commiserit, tamen formaliter fornicata est, nempe quando prudenter putans maritum longè absentem obiisse, cum alio fornicata est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium: non videtur tunc ita certum non posse maritum ab illa diuertere, si postea superueniens id sciat, maximè, si illa etiam prolem suscepisset, vel prægnans esset ab amasio. Durissimum namque videtur hominem (maximè honestum, ac nobilem) si non adulteram formaliter, saltem formaliter & propriè fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde saluo meliori iudicio, mihi non videtur improbabile, saltem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videtur cum tanto suo dedecore obligari ad eam cohabitationem, maximè in iis Religionibus, in quibus turpe est talem vxorem admittere, aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obliget, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam vrgentem causam, censeatur quis ab ea obligatione quandoque liber: non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, vt euitet illam ignominiam, quam in sua patria, & vbi notus est, subiret, maximè si non faciliè in aliam simul cum vxore migrare posset, sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendam magnis sumptibus, vel laboribus videtur in tali casu obligandus; satis enim est, quod quantum fieri potest, non omninò vxoris curam relinquat: sed de necessariis ad vitam transigendam provideat absens quin cogatur secum præsentem habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verum hæc aliorum iudicio relinquo, solumque meam sententiam sincere volui explicare, quam

liberius affirmarem. Ita Dicastillus.

Sed puto non esse recedendum à negatiua sententia, quam præter alios tuetur Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ quæst. 5. de indissolubilitate Matrim. dub. 12. num. 92.* vbi sic asserit: Dicta intelliguntur quando pars peccauit: si enim sit immunis à culpa, non potest dimitti, vt si fuerit vi oppressa, si cognita ab aliquo fingente se esse eius maritum, cuius dolum non potuerit deprehendere, si adhibita diligentia bona fide existimari maritum obiisse, ideoque alteri matrimonio iuncta est, & ab eo cognita: imò idem dicendum videtur etiam si cum alio fornicetur, quia talis actus non continet formaliter violationem fidei coniugalis. Ita ille; cui adde Layman *lib. 5. tract. 10. c. 7. num. 13.*

Sed hinc obiter quæro, an quemadmodum maritus carnaliter cognoscendo eius vxorem post adulterium ab ea commissum, censeatur remississe adulterium quoad effectum petendi separationem matrimonij, ita è contra vxor pariendo se carnaliter cognosci à marito adultero. Et videtur affirmatiuè respondendum, nam quoad diuortium pares sunt vir, & vxor, & probatur ex natura correlatiuorum, quorum est, vt dispositum in vno censeatur in alio dispositum, iuxta terminos *text. in l. fin. C. de ind. viduit.* & latè per Franch. *in decis. 180.* vbi refert fuisse decisum in dispositum in vno, & correlatiuis, censeari pariter in reliquis dispositum. Nec obstat dicere, quod Matth. 19. Christus Dominus solius viri mentionem faciat, non tamen illi soli competit ius discendendi ab vxore, sed in hac parte paria sunt iura viri, & mulieris. Solius verò viri mentionem facit, quod congressus cum Pharisæis id solum postulare: nam, vt patet ex Matth. 9. ij. de solo marito agebant, inquirentes num liceret vxorem qualibet ex causa dimittere.

His tamen non obstantibus Aloysius Riccius *in decisionibus curie Archiepiscopalis Neapolitanae tom. 4. decis. 224. num. 3.* testatur contrarium fuisse decisum in illa Curia, vt scilicet mulierem pariendo se cognosci à marito adultero, non censeari illi remississe adulterium, cuius decisionis ratio fuit, quia non censeatur identitas rationis in vtroque casu, & proinde diuersum ius dici debet, & etiam quia conclusio supra enarrata procedit in viro se committente cum vxore adultera, vt censeatur illi remississe adulterium, sed non è contra, cum mulier sit in viri potestate, nec sit vxoris corrigere virum, Graff. *decis. aur. cas. conscient. lib. 2. cap. 83. num. 6.* & Maceraten. *cit. decis. seu resolut. 31. part. 1.* non obstant in contrarium aduersa, quoniam procedunt, vt loquuntur in casu diuerso, & proinde non esse faciendam extensionem argumento *gloss. in cap. odia. de reg. iur. in 6.* Hucusque Riccius.

Nota hinc obiter, in sequentibus virum non posse vxorem adulteram dimittere.

Primus, si vir quoque adulterium commiserit *c. intelleximus c. & fin. de adult.* Quia propria delicta mutua compensatione tolluntur.

Secundus, si vxorem prostituerit, *cap. Discretionem*, de eo qui cognouit consanguineam, vxoris suæ.

Tertius, quando vxor bona fide existimans primum maritum esse mortuum, nupit alteri, à primo dimitti non potest. *34. quæst. 2. can. cum per bellicam.*

Quartus, quando aliquis fraudulenter sub specie mariti illam cognouit, *can. in lectum 34. quæstione 2.*

Quintus

Quintus, si vxor vi, & violentia opprimatur, *32. q. 5. can. Propositio*, quia vbi non est culpa, pœna esse non debet.

Sextus, si post commissum adulterium, vir adulterij concius eam cognouit, *32. quæst. 5. cap. si quis vxorem.*

Septimus additur, quando repudiata fuerit vxor ante Baptismum, si ambo ad fidem conuertantur licet fuerit à secundo viro ante baptismum cognita, priori nihilominus erit concilianda, *c. gaudeamus, de diuortis.* Et ita docent Authores citati, & præsertim Petrus Binsfeldius *in Enchirid. Theo. Pastor. p. 1. c. 18. §. 5. concl. 8.*

Nota secundò licere diuortium ob alias causas præter adulterium, quas enumerat præter alios Dicastillus *vbi supra dub. 5.* per totum, constat ex Tridentino *sess. 24. can. 8. de Sacramento matrimonij, & ex capit. litteris 13. de restitutione spoliatorum*, hæc tamen separatio non debet in perpetuum fieri, sicut ea, quæ causa fornicationis, vt ex eodem Tridentino satis colligitur; Itaque in his casibus, & similibus separatio non perpetua fieri potest, quando talia pericula durabunt præterquam in casu hæresis, de quo ex iuris dispositione separationem esse posse perpetuam, sed fudit Dicastillus *vbi supra num. 69.* non possum non videre aliquas ex his causis vix tuto posse credi certe esse omninò. Insanus & furiosus quam faciliè sollet iterum insanire? veneficum, præsertim veneficam leuem sexu fœmineo, quis tuto credit non redituram ad vesaniam? Qui ira crudelis est, vt subita ira abreptus aliquando periculosè vulnerauerit vxorem, & sæpè solet ita corrupti, quis credet in posterum fore pacificum? Qui coniugem nactus est energumenum, vel abreptitium, & sæpè huic miseriz obnoxium, quis credat penitus liberatum? Ille, cui semel vxor dedit venenum; vnde potest esse in posterum tutus si cibos comedit quos ipsa parauit, & habitent simul? Itaque in praxi vix potest credi hæc & similia penitus certasse. Præterea quis vult cogere coniugem innocentem honestissimæ & aut etiam Illustrissimæ conditionis cohabitare cum coniuge infame obriter læsæ maiestatis, etiam humane, cui Princeps tantum vitam condonauit, reliquis bonis, & honoribus spoliato: Vnde quando Christus Dominus designauit fornicationis causam, loquebatur de re communiter, imò frequenter contingenti, & omnium celeberrima. Non ideo excludit alias, quæ vel perpetuæ sint vel tales esse posse prudenter credatur, aut timeatur. Hucusque Dicastillus.

An copulam fuisse consummatam sit explicandum in confessione?

RESOLVT. XLVIII.

Videtur quod non, & hanc sententiam tanquam probabilem admittit doctus Pater Hieronymus Ferrandinus *in suis disputationibus de scandalo, & correct. fraternæ disputat. 1. quæst. 27. num. 40.* vbi sic ait; Quæ super sunt non leues difficultates. Prima est: An si quis suo consilio directè induxerit aliquem ad fornicationem, satisfaciat, si postea in confessione dicat: *Induxi meo consilio aliquem ad graue peccatum contra castitatem cum soluta, &c.* sed quia hæc quæstio spectat potius ad modum confitendi, & alioquin valdè est

grauis, ac difficilis, non est huius loci, nec ita leuiter examinanda.

Interim respondeo breuiter id specialiter pendere ex illa altera quæst. vtrum scilicet ille, qui fornicatus est, satisfaciat simili confessione sui peccati, dicendo nimirum, se contra castitatem commississe graue peccatum cum soluta. Id enim si concedatur sufficere, sufficiat etiam siue dubio in primo hoc casu directæ inductionis ad fornicationem.

Diana *tractat. de Sacramento resolut. 88.* citat Turrianum *de pœnit. quæst. 9. artic. 2. disput. 29. d. 2. ad arg. 5.* Eumque, ait, obseruasse, quod aliqui recentiores censent probabile, talem modum confitendi sufficere, per se loquendo, licet pœnitens commiserit fornicationem, & ipsum etiam hanc opinionem existimare probabilem, cum contrariam, & propriam probabilioram tantum vocet.

Vnde ego etiam probabilem illam reputo. Ideoque probabile quoque existimò, quod sufficiat si ille qui per suum consilium cooperatus est directè ad eam fornicationem, confiteatur ita peccatum scandali dicendo se suo consilio aliquem induxisse ad peccatum graue contra castitatem cum soluta. Ita ille.

Sed ego hanc sententiam olim impugnaui, & nunc iterum impugno; neque audeo tanquam probabilem admittere, per ea, quæ adducit Dicastillus *de Sacramento tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. num. 456.* vbi sic asserit. Disputatores aliqui publice olim me audiente, defenderunt in Complutensi Vniuersitate non sine multorum admiratione (potius dixissent scandalo) fati, si quis fornicatus fuit, dicat in confessione, *peccavi grauius contra castitatem cum soluta*, non explicata copula etiam si fuerit sequuta. Hos autem Theologos (si hoc nomine digni sunt viri alioquin satis obseruantes Religiosi ordinis) benè perstrinxerunt Doctores alij, inter quos noster Turrianus, qui postea eorum suppresso nomine illos retulit *in suo tract. de Pœnit. disp. 29. dub. 2. ad 5.* Præcipuum illorum fundamentum erat, quod tactus, & oscula essent contra eandem virtutem castitatis cum copula, & non distingueretur eorum malitia specie à malitia culpæ.

Quicquid tamen illi effutuerint, asserendum omninò est tanquam verissimum, & communi Doctorum sensu firmatum, explicari debere copulam: nec sufficere si tantum in confessione dicatur, *peccavi grauius contra castitatem cum soluta*, quia per illum modum confitendi non explicatur species adeoque nec indiuiduum peccati, quantum sufficit ad dandam notitiam Confessario, requisitam in hoc Sacramento. Quod sic ostendo: Cum soluta potest quis peccare grauius contra castitatem peccatis distinctæ speciei, ergo qui solum dicit se peccasse grauius contra castitatem cum soluta, non explicat speciem peccati sui: antecedens probò, qui cum soluta peccat præpostera libidine, peccat grauius contra castitatem cum soluta. Item qui fornicatur; item, qui se polluit extrâ vas cum illa, peccant grauius cum soluta contra castitatem, & tamen hæc peccata non sunt eiusdem speciei. Ergo illa verba, de quouis peccato ex illis verificari possunt, atque aded nullam illarum determinate explicant.

Item ex Doctrina D. Thomæ, & recta ratione videtur clarum, quod tactus, & oscula libidinis secundum se sunt media conducentia ad sensus decisionem, & administrationem, quapropter non

non possunt non ordinari ad aliquam aliam speciem prædicatæ luxuriæ tales tactus cum soluta. Nam vel assumuntur vt dispositio, aut comites, & adiumenta fornicationis, & tunc habet malitiam fornicationis, vel ordinantur ex intentione operantis ad præposteram luxuriam, & tunc illius malitiam habebunt, vel non assumuntur in ordine ad alias species, sed in ordine ad pollutionem extra omne vas, & tunc habent malitiam mollitiei cum complice fœmina; vel non assumuntur ad finem pollutionis, sed sistendo in ea voluptate, quæ in ipsis habetur, & tunc hæc ipsa est inchoatio quædam pollutionis, quatenus natura sua ij tactus tendunt ad feminis decisionem, cumque non intenditur (vt supponitur) vlla copula, restat sola inchoatio pollutionis in sua causa; atque adeo habebunt malitiam mollitiei imperfectæ. Cum ergo omnibus istis modis possit peccari grauius contra castitatem cum soluta, non sufficit dicere in confessione, *peccavi grauius contra castitatem cum soluta*: manet enim adhuc inexplicata species, in qua peccatum fuit. Ita Dicastillus

Hanc etiam sententiam docet Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de *Pœnitent. disp. 16. sect. 5. §. 1. num. 258.* vbi testatur, quod contraria sententia opponitur communiter Doctorum sensui, & adducit rationem, quia licet tactus etiam, & oscula habeant suam malitiam in ordine ad copulam, ad quam ordinantur: diuerso tamen modo opponuntur virtuti castitatis: nam copula opponitur, tanquam actus consummatus, per quem cum effectu inferitur nocumentum proli: at verò tactus libidinosi opponuntur solum, vt dispositiones propter periculum, quod afferunt, & quia ex se ordinantur, & disponunt ad copulam: quod non sufficit ad participandam eandem speciem malitiam: vt constat manifestè in delectatione morosa: quæ quidem accipit suam malitiam per ordinem ad pollutionem, vel actum consummatum, ad quem ex se disponit voluptas illa delectationis, & tamen nemo dicit non differre specie à pollutione consummata, & intenta, nec id vllus concessit. Adde eiusmodi tactus non solum prohiberi propter dispositionem ad copulam, sed etiam propter delectationem turpem, quam in se habent: quia omnem eiusmodi delectationem natura voluit prohibitam esse extra matrimonium, quia alioquin homines minus de matrimonio curarent.

Et tandem supradictam Patris Ferrantini, & aliorum recentiorum opinionem repellit Franciscus Oniedo in *part. 2. D. Thoma tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 8. num. 54.* sic asserens: Neque ex hoc licet inferre quod aliqui recentiores dixerunt apud Turrianum de *pœnitent. disp. 9. quest. 2. disp. 29. dub. 2. ad 5. argumentum*: videlicet sufficere in confessione explicare peccatum graue contra castitatem habitum cum soluta, non explicata copula consummata, hoc etiam nullatenus audiendum est: nam præceptum confessionis obligat ad explicandum peccatum externum commissum, & hoc consistit in ipsa copula, in qua cum contingit consummatur effectus internus, qui ad hunc ordinatur, & non consummatur in tactibus, aut aliis actionibus præcedentibus, quia et si in his eadem sit malitia, ac in copula, hæc est præcipuum subiectum malitiæ, per ordinem ad quam actus præcedentes illam contrahunt, & ita copula ipsa, quæ est subiectum principale, explicanda est, & ob hanc rationem hæc explicanda, necesse

non est explicare alias actiones præambulas, & non sufficit hæc explicari copula non explicata. Ita Oniedo: Vnde licet ego olim dixerim hanc sententiam esse probabilioram, & idem Pater Ferrantinus infert, me contrariam probabilem putare; nunc, vt dixi, me declaro, & assero absolutè, talem sententiam intra terminos probabilitatis non constituturæ.

An quando vnica occasione alij inducuntur ad peccatum mortale, quomodo sit hoc in confessione aperiendum?

RESOLVT. XLIX.

EGo olim in *part. 3. tract. 4. resolut. 114.* docui in tali casu pœnitentem non solum teneri explicare speciem peccati mortalis, ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse numerum personarum, quas ad tale peccatum traxit, sed nouissimè, nominatim contra me contrariam sententiam tenet Pater Ferrantinus in *suis eruditissimis disputationibus de scandalo disp. 1. quest. 27. num. 5.* vbi sic ait: Secunda opinio, quia minus diffiilem reddit confessionem, magis mihi probatur: Quæ ait non esse obligationem explicandi aut qualitatem, aut numerum huiusmodi personarum: de qualitate verò sermonis postea dicemus.

Igitur quando quis turpia narravit coram aliis, qui cognoscebatur peccatori ex tali colloquio, si non intendebar directè peccatum illorum siue vt ruinam spirituales ipsorum, siue vt sibi vile ad aliquem alium finem, v. g. ad captandam voluptatem, &c. sed tantum indirectè cooperabatur ad illa peccata, quatenus videlicet tenebatur ab eo turpi sermone abstinere, ne alios ad illa induceret: tunc non tenetur ille scandalizans declarare in confessione, quales essent, an coniugati, an religiosi, &c.

Neque item tenetur exprimere numerum personarum. Et idem proportionaliter dicendum est in aliis casibus similibus, quando quis suo exemplo, seu vnica actione est eo modo occasio indirecta aliis peccandi mortaliter.

Imò nec tenebitur exprimere numerum personarum, quando adest intentio directa scandalizandi. Ita ille. Qui postea ingeniosè omnia supradicta conatur probare. Et ita hanc sententiam præter Cardinalem Lugo à me alibi adductam, & impugnatam, tenetur etiam nominatim contra me Leander de *Sacram. tom. 1.*

Verùm, licet modò ego existimem sententiam horum Doctorum esse satis probabilem, non tamen recedo à sententia, quam olim docui, & quam me citato, & supra meritum laudato docet nouissimè sapientissimus Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disputat. 10. dub. 8. numero 350.* vbi querit, An debeant in confessione explicari qualitates, & numerus personarum coram quibus aliquis turpia locutus est, aut scandalum præbuit? & affirmatiuè responder, quia ait ille, si peccata, in quibus scandalizantur, sint numero, vel specie distincta, & personæ plures sint, & diuersarum qualitatum, v. g. scandalizati in materia castitatis sunt plures, vnus habet votum, alter est coniugatus, &c. id totum debet explicari. Ita docet Diana 3. *part. tract. 4. resolut. 114.* cum Fillucio, Syluio, Sanchez, Layman, Bonacina, & idem docet

docet Castrus Palao citatus supra à nobis n. 348. Quicquid reclamant aliqui contra Dianam, quem inconsequenter arguunt. Quod aliqui antiquiores non facillè plene inueniantur in hæc fuisse sententia, id prouenit ex eo, quod in aliis principiis circa peccatum scandali specialis, & generalis diuersis modis philosophantur. Qui verò sententiæ peccatum scandali esse modis explicatis, & qui docent multipliciter peccatorum aut malitiarum per ordinem ad diuersa obiecta modo prædicto; consequenter debent dicere esse prædictam obligationem quoties verè scandalum est. Et quidem Suarius licet duas vias philosophandi in materia scandali assignet, *disp. illa 10. de charitate sect. 2. & numero 9.* videatur proponere viam ita philosophandi, vt quando non directè intenditur ruina proximo, non reperiatur malitia alia, quam contra solam charitatem: atque ad hoc hoc principio videatur colligi, non esse necessarium explicare speciem peccati, ad quam inductus fuisset proximus, postea nihilominus, quasi non acquiescens illi doctrinæ, addit secundam *num. 10.* concedendum etiam esse causam, vt supra retulimus, & adiungit rationem nostram, qua sæpè vsi sumus, quia nimirum *non facile intelligitur* (inquit) *aliquam esse causam moralem aliquaratione actus v. g. intemperantia in proximo, & non contrahere inde malitiam intemperantia,* & declarat quomodo in materia iniustitiæ *non quilibet modus contrahendi malitiam iniustitiæ inducat obligationem restitutionis, sed oporteat actum illum per se habere malitiam ex transgressione iniustitiæ.* Ex qua doctrina negat sequi, quod sibi obiecerat *num. 8.* quod sequeretur obligatio restituendi, quod argumentum urgebant aliqui, & ex ipsis obiecebamus *numero 346.* & respondimus cum Sanchez. Explicat etiam Suarius quomodo ille, qui quando non licet petit mutuum ab vsurario, sub vsuris peccet contra iustitiam, licet iniustitia tunc fiat ipsimet petenti, & iniustitia essentialiter debeat esse ad alterum; responderet scilicet Suarius id totum intelligi de malitia primaria, & notat peccati posse contra aliquam virtutem duobus modis, nempe per se primò, & secundariò, quæ doctrina coincidit cum illa, quam nos sæpè dedimus, tum *numero 238. & sequentibus,* & locis ibi notatis, idem non repeto.

Quamuis autem, quæ hucusque dicta sunt probabiliora mihi videantur, & vera, non possum non agnoscere probabilitatem oppositæ sententiæ, quam vt probabilem tenetur Lugo loco citato post Coninch, quem refert, & alios, quæ sententia aliorum grauiorum Theologorum est: aded vt qui illam sequatur, tutus sit in conscientia. Nec sine admiratione legi in Diana (in quo eruditio cum benignitate de primatu certant, dum casus resoluti eruditè iuxta, & benigne, & plures, ac varias, imò etiam oppositas sententias vt probabiles frequenter admittit) quod in ea *resolut. 114. illius tract. 4. de Sacramentis notauerit ignorantiam multorum Confessariorum, qui cum pœnitentes se toties accusant dedisse scandalum, non faciunt illos se accusare neque de specie peccati, neque de numero personarum, in quos inuehitur, & in alios confessarios, qui quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, non similiter illos faciunt se accusare, de quibus omnibus ait, cæci sunt, & duces cacorum, cum tamen ipse (vt notauit Lugo supra *num. 163. & sequentibus.*) in tractatu de *circumstantiis aggravantibus resolut. 17. & 29.* probabile putauerit neque numerum per-*

sonatum, quos eadem iniuria læsisti, neque quando vnica voluntate plures voluisti occidere, debere in confessione explicari: est autem (vt rectè aduertit Lugo) eadem ratio, quando eodem actu scandalum præbes, & occasionem ruinæ spirituales pluribus. Itaque sententia Dianæ in nostro negotio mihi magis probatur, non illius censura contrariæ; possunt ergo tuta conscientia confessarij oppositum sequi. Hucusque Dicastillus, cui ego nunc etiam quoad censuram opinionis libenter adhæreo.

Nota etiam hic obiter, Patrem Ferrantinum *vbi supra num. 44.* dubitare, vtum delectationes diuersæ nunc de vna soluta, deinde de alia etiam soluta: Item nunc de vna coniugata, deinde de alia etiam coniugata, &c. si successiuè habeantur eodem tempore morali, possint constituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, si cuti possent si essent illi actus ita simul successiuè circa eandem vel solutam, vel coniugatam, &c.

Et respondet, Probabile esse, quod sint vnum numero peccatum, & vt vnum possint in confessione declarari, cum tales delectationes, sint partes vnus integræ, atque totalis delectationis, correspondentis vni totali sermone, & cum etiam diuersitas illa numeralis personarum sit solum terminus materialis, nec variet speciem moralem in huiusmodi delectationibus, & quidquid de specie physica. Itaque delectationes huiusmodi non differunt specie in esse morali: vniuntur etiam moraliter ratione temporis, in quo successiuè simul habentur: vnde constituunt tanquam partes vnâ integram ac totalem delectationem, correspondenti vni integro ac totali colloquio. Ergo. Vnde supra adduximus Lugum dicentem, sibi probabilius esse quod præcisus respectus ad diuersas personas non debeat necessariò explicari, &c.

Vbi etiam citauimus Megalam asserentem, non debere aliquem necessariò consisti numerum personarum, si vno actu voluisset decem homines occidere.

Item Doctores affirmantes, obiecta numero tantum diuersa non multiplicare peccata sed tantum aggravare, secundum quos, inquit vbi supra Diana, sufficit, si pœnitens dicat, se morosam delectationem habuisse super soluta, licet vno actu de tribus fuisset delectatus.

Item Henriquez dicentem, administrationem Eucharistiæ à Sacerdote existente in mortali factam multis, esse tantum vnum peccatum.

Et Emanuelem Rodriguez sic etiam dicentem, specialiter in casu, quo confessarius plures absolvit. Hæc omnia Ferrantinus me citato.

Sed magis difficultas quid dicendum de illo, qui sæpius decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde cum illa pluries fornicaretur absque interruptione sufficienti ad multiplicandum peccatum, an vnum tantum numero peccatum censeretur admisisse. Et videtur posse dici quod illæ fornicationes sint vnum tantum peccatum. Quia vniuntur in vnica volitione, qua fuerunt volitæ, & qua processerunt vt complementum: Item vniuntur in vnitate impetus, & concupiscentiæ, & in vnitate temporis moralis: Er alioqui admitterentur cum eadem, & præterea talis inodus pluries fornicandi cum eadem v. g. in eadem nocte, moraliter loquendo, videretur habere rationem vnus fornicationis ad eum modum, quo dicitur semel luisse. qui tota nocte lussit. Ergo.

Et quamuis per plures illas fornicationes plura

videantur

videantur inferri damna proli, & plura lædi iura, nihilominus ex hoc capite præcisè non impeditur numerica vnitas peccati, vt patet ex dictis de contumelia illata pluribus, & de peccato contra præcepta plurium Superiorum: quorum diuersa numero iura tali præcepto læduntur, & diuersa numero damna illis inferuntur; & tamen non propterea multiplicantur peccata, sed est vnum, & idem moraliter in ordine ad confessionem. Et hæc omnia docet Pater Ferrantinus *q. 28. n. 28.* qui tamen remittit iudicio doctorum vtrorum an habeant probabilitatem: ego autem in praxi hanc sententiam non admitterem.

An sit peccatum mortale pingere Amasio imaginem concubinae?

RESOLVT. L.

Hanc questionem pertractat nouissimè eruditissimus Pater Ferrantinus *de scandalo disput. 1. q. 69. n. 56.* vbi sic asserit: Ex quibus etiam defini poterit, quid sit dicendum de pictoribus imaginem puellæ, aut concubinae ad petitionem amatij depingentibus.

Sanchez *lib. 1. sum. cap. 7. num. 40.* ait, pingentem Amasio petenti imaginem huiusmodi puellæ, quem credit probabiliter abuturum, peccare mortaliter.

Et citat Azor. *tom. 2. lib. 12. cap. vlt. quest. 9.* quem etiam citat Castro Palao. *tom. 7. tract. 6. disput. 6. punct. 12. n. 6.* dicentem sine vlla distinctione, esse mortale.

Et pro eadem opinione citat Bonacinam *disput. 2. de peccat. q. 4. punct. 2. §. vnico n. 19.*

Ratio huius opinionis est: Quia talis imago est fomentum, & incitatum turpis amoris: & est quasi donatio gladij parato occidere.

Hanc tamen opinionem limitat Sanchez nisi causa legitima excuset.

Palao vero: nisi pictor aliqua grauissima causa pressus id faceret: hæc adest, & amicissimus Pater Albertus de *ornatu mulierum disp. 1. cap. 5. §. 10. n. 160.* & Egidius Trullench. *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 21.* & idè non recedo à sententia, quam docui, eo modo quo limitauit, & quam tenet nouissimè me citato ex Societate Pater Ioannes Dominicus Ottonellus *tract. de pictura cap. 3. quest. 7. addit. 1.* vbi sic asserit: Dico secundò, se il Pittore Sà, ò crede probabilimente, che' Igiouanesia per seruirsi di quella dipinta donna per fomento della sua libidine: ma egli hà qualche grauissima cagione di figurarla, non pecca mortalmente figurandola, benchè la figura sia di concubina. Questa è la sentenza di Sanchez, & del P. Diana citati, è più chiaramente di Castro Palao, il quale anche spiega che cosa intenda per grauissima cagione, dicendo: *illam solum causam sufficientem putarem, qua grauem metum mortis, vel vulnerationis valeat incutere.* Giudicari, per sufficiente cagione solamente quella, che potesse generare graue timor della morte, ò di ferita. Et egli appresso recca la cagione della proposta sentenza, aggiungendo: *Nam concubina pictura intrinsecè mala non est, sed sapè bonestari potest: quod autem fiat ad petitionem illius qui illa ad malum finem vsurus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non famulatur petenti in illa malainentione, sed in re petita, & hoc*

Nam solum causam sufficientem putat, quæ grauem metum mortis, vel vulnerationis valeat incutere. Quod idem omninò dicit Diana *part. 5. tractat. 7. de scand. resolut. 4.* citans etiam Alphonsum de Leone *de offic. confess. tom. 1. recoll. 14. n. 34. & 36.*

Verum quamvis hæc opinio cum ea limitatione tam grauis causæ excusantis videatur tutior in praxi, mihi tamen apparet nimis rigida. Est enim ille qui petit, iam ex se inductus, ac paratus ad peccatum: imago alioqui est honestè depicta (si enim valde impudica esset, non esset res propriè indifferens, sed potius per se inductiua, ac determinata ad peccatum.)

Pictor non famulatur petenti in ratione petitionis vt malæ, sed in ratione rei de se non malæ, sed potius indifferentis propriè: præterea famulatur ex aliqua causa legitima, licet non tanta, quantum est metus mortis, vulnerationis, &c. ergo.

Existimo itaque probabile esse, quod pictor non peccet mortaliter, si habeat causam rationabilem, quamvis non adeò grauem, sicut est periculum mortis, aut vulnerationis, &c.

Imò ea videretur sufficere, quæ sufficit in petitione mutui ab vsurario: certè ego non cognosco

discrimen inter hunc pingentem Amasio imaginem iam determinato ad peccatum, & inter petentem ab vsurario mutuum. Pecunia enim, quam vsurarius ex mutuo habebit apud se, non solum erit incitamentum, seu fomentum ad peccatum, sed ipsamet erit peccaminosa, quatenus retineri ipsa sine iniustitia non potest.

Et hoc ipsum, quod dicimus ex variis aliis casibus confirmari similiter potest, v. gr. in ministracione cœnæ, imò & carnis respectu illorum, qui ad ieiunandum parati sunt, &c. Et quod plus virget, in emptione Idoli pro hero infideli hoc petente: ad quam, vt sine mortali fiat, non tanta causa requiritur, & videri potest apud Gasp. Hurtadum *de fide, spe, & charitate*, citatum à Diana *part. 5. tractat. 14. miscellan. 1.* Ad rationem in contrarium, quod scilicet talis imago data Amasio sit veluti donatio gladij parato occidere. Respond. primò negando: Quia præceptum de vitanda morte corporali proximi est tale, vt obliget ad non occidendum per se, vel per alium: præceptum verò de vitanda morte spirituali proximi, (quæ quidem non est irreparabilis, sicuti corporalis, & alioqui non sequitur, nisi ipsomet proximo volente) non est tam rigorosum, sed habet suos limites, intra quos obligat, & non extra illos, ita vt minus obliget, quando proximus ipse ex se paratus est ad peccatum, & quando occasio, quæ ad peccatum præbetur, est propriè indifferens &c. ergo. Resp. secundo ad eandem illam rationem in contrarium illatam, quod videlicet talis imago data Amasio, esset veluti donatio gladij parato occidere. Respondeo, inquam, idem posse dici de pecunia data vsurario in mutuo: de cibis ministratis in die ieiunij, illud frangere volenti, ac petenti, &c. Denique non intelligo doctrinam Azorij dicentis sine distinctione esse mortale peccatum pingere huiusmodi turpem imaginem ad petitionem amatij, cum tamen dixerit de petente à meretrice consensum, ipsum non peccare peccato scandalosi mortali. Hucusque Pater Ferrantinus,

Verum his non obstantibus sententiam Azorij docet ex Societate Iesv doctus, & amicissimus Pater Albertus de *ornatu mulierum disp. 1. cap. 5. §. 10. n. 160.* & Egidius Trullench. *in decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 6. dub. 5. num. 21.* & idè non recedo à sententia, quam docui, eo modo quo limitauit, & quam tenet nouissimè me citato ex Societate Pater Ioannes Dominicus Ottonellus *tract. de pictura cap. 3. quest. 7. addit. 1.* vbi sic asserit: Dico secundò, se il Pittore Sà, ò crede probabilimente, che' Igiouanesia per seruirsi di quella dipinta donna per fomento della sua libidine: ma egli hà qualche grauissima cagione di figurarla, non pecca mortalmente figurandola, benchè la figura sia di concubina. Questa è la sentenza di Sanchez, & del P. Diana citati, è più chiaramente di Castro Palao, il quale anche spiega che cosa intenda per grauissima cagione, dicendo: *illam solum causam sufficientem putarem, qua grauem metum mortis, vel vulnerationis valeat incutere.* Giudicari, per sufficiente cagione solamente quella, che potesse generare graue timor della morte, ò di ferita. Et egli appresso recca la cagione della proposta sentenza, aggiungendo: *Nam concubina pictura intrinsecè mala non est, sed sapè bonestari potest: quod autem fiat ad petitionem illius qui illa ad malum finem vsurus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non famulatur petenti in illa malainentione, sed in re petita, & hoc*

hoc ex metu: neque agit, vt instrumentum mali operis, sed operis in se indifferens.

Dico terzo. Se il pittore non hà grauissima, ò altra legitima cagione di dipingere l'immagine della donna amata all'amante, il quale, com'egli probabilmente pensa, ò deue credere, sene seruirà per fine di peccato, pecca mortalmente dipingendola; peche, come nota Azorio, e nel luogo citato, & in vn caso equivalente, il pittore mostra d'acconsentire al peccato dell'amante: e procede in modo, come se possessse la spada in mano d'vn huomo infariato.

Quando le persone dice vn Theologo, di cui sono i ritratti, s'amano sensualmente, che cosa è tenergli dinanzi à gli occhi, se non accendere molto più la fiamma della disordinata affettione. Et à questo concorre il pittore con l'opera sua, è però pecca nelle sopraddette circostanze. Ita Ottonellus, & Theologus ab ipso citatus est eius P. Franciscus Ancas *tr. de mortificatione ex eadem Societate.*

Sed audiamus Egidium Basseum *in floribus theol. vtr. scandalum §. 5. numero 10.* sic loquentem: Communiter non licet depingere Amasio imaginem concubinae: si putetur Amasio ea imagine vsurum per libidinem. Ratio est, quia traditio talis picturæ homini sic deperdito, est quasi donatio gladij parato occidere. Non est tamen hoc, ita intrinsecè malum, quin aliquando liceat: imò cum hæc actio de se indifferens sit, & bono vsui deservire possit, ac proinde ex aliqua graui causa honestari, mortale peccatum non committere talem imaginem depingens ex metu mortis, vel vulneris: missio autem lucri ex tali pictura non esset grauis. Et sic conciliantur DD. inter se Azor. Bonac. contra Sanchez & Caltrum Palao. Hæc Bassæus; qui, vt vides nostram limitationem sequitur. Idem etiam me citato tenet Possentius in Recollectione Quæstionum moralium, ver. Scandalum numero 12. & ex Societate Fernandez de Corduba *instruct. Confess. p. 2. capite 49. numero secundo*, ait loquens de Pictoribus: Si sciendo que vn galan pide le ritrette à su amiga, la retrata, dize el P. Sanchez que peca mortalmente; Et ex eadem Societate Antonius Escobat *in theol. moral. tract. 2. exam. 3. cap. 13. §. 3. num. 49.*

An si vxoratus peccet cum coniugata teneatur hoc explicare, sed sufficiat tantum dicere se commississe adulterium?

RESOLVT. LI.

Sufficere hoc vltimum docet P. Ferrantinus sapius à me meritò laudatus *disputat. 1. de scandalo questio. 66. numero 119.* vbi loquens de vxore redente debitum in loco sacro, sic ait: Idem docet Azor loco supra citato tum de habente Ecclesiasticum beneficium & sacros Ordines, tum de habente ex legitimo priuilegio tria beneficia, verbi gratia Exemplum est Emanuelis Sà *v. Confessio, §. quidam putant*, apud eundem Sanchez *vbi supra num. 8.* quod similiter non admittit Sanchez; ait Sà vnicam esse malitiam, si coniugatus peccet cum coniugata, & satis esse fateri dicendo, se adulterium admisisse. Ratio huius, & præcedentis casus est, quia sola multiplicatio præceptorum circa idem secundum eandem rationem, non facit pluralitatem peccatorum. Verum, vt dixi, Sanchez nequaquam Anton. Diana *Part. XI.*

trum admittit, sed credit in vtroque casu fatendum esse circumstantiam duplicis obligationis, id est, in primo casu ordinis, & beneficij: in secundo status matrimonij vtriusque, sed ego in vtroque casu oppositum existimo probabilius. Et ad secundum casum, de coniugato peccante cum coniugata, etiam valent, quæ diximus *quest. illa 27.* præsertim quando quis vno impulsu calumniam intulit pluribus, &c. Imò si verum esset, quod ipse asserit sequeretur, non duo tantum peccata adulterij committi ab vxore, sed plura, licet non omnia propriè adulteria essent dicenda, & probò: Accipiamus claritatis gratia, Petrum, & Ant. tum sic Petrus duo peccata adulterij committit, primum, quatenus infert iniuriam vxori propria: secundum, quatenus etiam infert iniuriam marito Antonia, cum qua peccat: posset quoque dici, quod præter ista duo, committeret etiam tertium peccatum inferendo tertio modo iniuriam vxori propriae, scilicet mediata, quatenus per suam actionem cooperatur ipsi Antonia inferenti iniuriam vxori propriae, id est propriae ipsius Petri, &c.

Dices: quidquid de hoc tertio peccato, etiam remanet quod Petrus duo adulteria committat inferendo duobus personis iniuriam, vxori propriae, & marito Antonia; ergo duplex peccatum. Respondeo, adhuc etiam remanet, quod vno actu iniurias illas inferat contra duos, & contra duo præcepta, prohibentia tamen rem eandem, & eodem modo, ac intuitu eiusdem virtutis, iubentis seruari sèdem matrimonij, &c. Confirmatur etiam ex eo, quod si Religiosus cum moniali peccet, habendo copulam contra votum tantum peccatum sacrilegij committit, etiam si Deo duplex iniuria inferatur violando vtramque personam ipsi sacram duplici voto. Quamuis aliter sentiat Salas *numero 20.* cum Viguerio, Alcocer, & Peña, dicens, duplex peccatum in eo euentu committi ab vtroque. Denique confirmatur: Quia si supponatur aliquid esse prohibitum iure diuino, & humano, à Principe seculari, & à Prælati Ecclesiasticis, sine excommunicatione, postea verò sub excommunicatione, ac denique sapius sub nouis pœnis, ita tamen vt omnia huiusmodi præcepta versentur circa idem secundum eandem omnino rationem, ac intuitu eiusdem virtutis, v. g. furtum, intuitu iustitiæ, tunc qui furatur, vnum peccatum committit, quamuis pluribus legislatoribus iniuriam inferat, & pluribus etiam Dominis, si res furto sublata pertinebat ad plures pro indiuisa, &c. Hæc omnia Ferrantinus.

Sed ego puto non esse recedendum à sententia Sanchez, cum sit communis inter Doctores quos hinc, ad fatietatem possem adducere; & ad auctoritatem Emanuelis Sà adductam à P. Ferrantino pro sua sententia firmanda, sciant lectores, quod in editione Romana correctâ, & impressa ex ordine Reuerendissimi Magistri Sacri Palatii, hæc opinio in Codice Emanuelis Sà fuit delata, & expuncta, vnde cum in prioribus editionibus haberentur verba adducta à Patre Ferrantino, in editione Romana hæc fuerunt apposta: Cum vterque peccans est coniugatus, id exprimendum. Ita ibi, & ita tenendum est.

An audientes comœdias obscenas, si non peccant mortaliter ratione periculi, peccent tamen peccato scandalii, quatenus sua presentia, & pecunia excitent Histrones ad recitandum?

RESOLVT. LII.

A Libi pro parte affirmatiua adduxi P. Baldellum, & P. Hurtadum, quibus nunc addo me citato Franciscum Bricchium in *promptuario Confessariorum* part. 2. cap. 20. Sed per litteras à multis rogatus fui, cum casus quotidie accidat, ut si Auditores contrarium sentientes haberem, palam facerem: libenter itaque eis assentior. Ideo primò adducam contra supradictos duos alios commilitones ex eadem Societate Iesu, sic itaque asserit P. Bardi in *Select. libro 9. quæstio. 2. sect. 15. numero 5.* Spectatores possunt dupliciter se gerere in hac re, Primò possunt se habere antecedenter, in quantum conveniunt cum Histronibus, eisque promittunt accedere ad Comœdias, eisque proportionatam solvere mercedem, & hoc ut ipsi Histrones securitatem aliquam de lucro habentes alliciantur ad Comœdias recitandas, aliàs non recitaturi, & hos spectatores indubitarum est peccare mortaliter fouentes animum Histronum ad representandas illas turpes actiones, & ad loquendum verba turpia inducentia ad amorem inhonestum. Secundò, possunt spectatores se habere concomitantes, seu subsequenter, quatenus iam inveniunt Histrones paratos ad recitandum, itavt etiam si spectatores huius secundii generis non adessent, adhuc recitarentur Comœdiæ, & hi possunt excusari à peccato, quia non habent influxum in recitationem illam; cæterum hoc speculatiuè videtur certum; practicè tamen res est valdè periculosa, quoniam multitudo confluentium esse potest mortuum excitans Histrones, vel ad perseuerandum in eodem loco ob maius lucrum, quod reportant, vel recedentes ad iterum redeundum ad eundem locum, in quo experti sunt placere recitationes istas, & ipsos lucrari. Ita Bardi.

Sed magis amplè, & benignè tractat difficultatem P. Ferrantinus de *Scandalo* disp. mat. 1. quæstio. 64. num. 36. cum seq. vbi sic asserit: Hurtadus existimat peccare scandalo graui eos omnes, qui pecuniam dant Histronibus pro pretio audiendæ Comœdiæ. Quia inter comœdum, & spectatorem inicitur pactum, ut fabula pro pecunia agatur. Verùm hæc opinio licet pia, & tutior, videri tamen possit alicui satis scrupulosa, ac rigida: & idèd si fieri potest, curandum est, ut tales pecuniam tribuentes Histronibus, à peccato mortali excusentur. Dico igitur tertid, probabile esse quod dantes pecuniam Histronibus non peccent mortaliter ex hoc capite præcisè, quod inicitur pactum cum illis. Et probatur, quia verè pactum non inicitur eodem modo, quo ipsum explicat Hurtadus, sed alio longè diuerso: & ita dicendum est, ne proximus, cum possit præsumi bonus in suo actu, præsumatur malus. Potest autem pactum huiusmodi intelligi, quod fiat ex suppositione, & sub conditione: v.g. ex suppositione, quod acturi sitis fabulam, ad quam determinati estis: seu stante hac conditione, quod fabula peragatur, quam agere intenditis, do vobis pecuniam, ut concedatis mihi locum in aula. Hoc autem pactum non continet peccatum mortale,

sicuti cum hospites inuitant transeuntes ex suppositione, quod alibi cenaturi sint: & sicut aliquis ex vrbantate inuitat amicum ad cenandum potius secum in die ieiunij, quàm alibi, ex suppositione, quod iam sit determinatus ad cenandum, & cenam alibi inueniet, &c. ergo: Id etiam confirmari potest ex doctrina Sanchez tom. 1. *Decal. capit. 7. numer. 16.* Hæc omnia Pater Ferrantinus, vbi supra.

Notandum est etiam hîc Primò, Hurtadum etiam docere, nullum posse absque scandali peccato alios inuitare ad Comœdias, vel amatorias, vel quibus inhonestæ Choreæ, & cantilenæ inferuntur: cum spectaculum illud sit valdè periculosum, nullusque sit quantum periculi alius subeat. Excipit illos, qui rectè norunt amicum, quem inuitant in nullum adduci periculum: Item eos, qui non rogant amicum, sed illi proponunt, vtrum velit ire ad comœdiam, itavt facilè sine rubore, aut alio incommodo possit illam recusare. Sed de hac secunda exceptione habet aliquam difficultatem P. Ferrantinus num. 34. & ideo distinguendum putat, vide illum, ego tamen periculosam hanc inuitationem existimo.

An pro danda absolute sufficiat quod penitens se excuset de peccato veniali in genere?

RESOLVT. LIII.

Casus est satis practicabilis cum penitentibus vidiomatis, & etiam cum personis spiritalibus, & illum nouissimè pertractat Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tractat. 8. disputat. 9. dub. 9. num. 760.* vbi sic ait: Tandem possit aliquis colligere ex dictis non solum in casu necessitatis, sed etiam per se loquendo, confessionem peccati venialis in genere esse per se sufficientem materiam absolutionis in eo, qui solum habet venialia. Respondet Suarius disp. illa 23. sect. 1. numero 10. forasè speculatiuè, ita esse propter iam dicta, nempe quod peccatum in communi possit esse materia, cum ex alio capite non sit præceptum constituendi venialia in specie. Probatque tam à simili de eo, qui constitetur tantum verba otiosa, in qua confessione non magis conscientiam suam declarat, quàm qui dicit peccasse venialiter: nec magis variat iudicium confessarij. Nihilominus practicè putat negandum hoc esse propter incertitudinem materiæ. Ait ergo, licet homo absolute non teneatur specie venialium confiteri, tamen supposito quod vult confiteri, teneri ad exhibendam materiam omnino certam, si possit, & idèd saltem aliquod veniale in particulari teneri confiteri.

Mihi autem illud prius satis probabile apparet, nempe sufficere confessionem illam in genere, etiam si possit veniale in particulari confiteri: quia eo ipso quod probabile sit eam esse materiam sufficientem, & ex alio capite non esse necessariam materiam, non video cur non possit licitè eam adhibere tantum: In Sacramentis enim, quæ nullo modo sunt de necessitate salutis, quale est de solis venialibus, in tali casu, non videtur ita necessarium adhibere materiam omninò certam, ut obligetur quis sub culpa maximè mortali. Nam ad hoc, ut quis prudenter operetur, satis est, quod adhibeat materiam probabilem. Hæc autem est valdè probabilis.

Adde, quod si hoc speculatiuè verum est, etiam practicè

practicè erit verum. Tunc enim tantum in re morali dicitur aliquid speculatiuè quidem verum, sed non practicè, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi, quin aliqua contingat variatio. Quando verò omnino inuariatum potest reduci ad praxim ea ratione, qua consideratur in speculatione, si speculatiuè verum est, practicè quoque verum censei debet. Quapropter, cum confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo, quo speculatiuè censei sufficiens, erit quoque practicè censenda talis. Hucusque Dicastillus.

Iustus si offerat pro alio sua bona opera an valeat ipso inscio.

RESOLVT. LIV.

Suppono, ex parte eius, in cuius fauorem bona opera offeruntur, necessarium esse, quod indigeat tali suffragio, & non sufficit si non indigeat, sed indigeat. Deinde opus est ut talis sit in gratia. Difficultas est, vtrum necesse sit suffragium acceptari ab eo, in cuius fauorem sit, & aliqui affirmatiuè respondent, ut Nugnus in *addit. ad 3. part. quæst. 27. art. 4. diff. 2.* & Coninch. *disp. 12. dub. 10. numero 47.* asserentes necessarium esse ut animæ Purgatorij acceptent indulgentias, ut illis profint. Adidit tamen ad hoc sufficere generale voluntatem, qui omnes capiunt à pœnis per suffragia nostra liberari. Probabile tamen putat is nuntiari per Angelos Custodes, quoniam pro eis indulgentias lucentur, absque particularim acceptare; vtrumque sane probabile, & pium vel tamen certum. Certè non puto necessarium ita acceptari. Et ita docet Suarez *disp. 52. sect. 7. numero 6.* Cardinalis Lugo *disp. 27. numer. 78. in fine.* Et hanc negatiuam sententiam, tam in ordine ad animas Purgatorij, quàm in ordine ad viuentes tenet Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 2. dub. 17. num. 239. & disp. 3. dub. 2. nu. 19.* quia in tali casu tam animæ Purgatorij, quàm viuentes passiuè se habent, ergo ad id non est necessaria scientia: quod patet ex vsu Ecclesiæ, in qua receptum est orari, & offerri suffragia pro amicis absentibus, ipsis etiam ignorantibus. Vide Suarez *disp. 38. sect. 7. tract. 7.*

Sed hîc oritur dubium satis practicabile, an qui ex iniuncta penitentia in confessione, aut ex alio capite habet mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus impleat existens in peccato mortali, teneatur illud iterum implere in statu gratiæ?

Non consentiunt Auctores. Negat Sà *verbo Indulgentia n. 2. & alij* apud Bnacinam *disp. 6. qu. 2. punct. 2.* remissiuè ad alia loca.

Ipsè verò Bonacina distinguit inter suffragia, quæ ex opere operato habent effectum, quale est sacrificium Missæ, & (ut ipse etiam ait) satisfactio Sacramentalis: item orationes suæ nomine Ecclesiæ; eiusmodi enim suffragia, etiã si fiant in peccato mortali, putat non esse ex obligatione repetenda. Secus verò si suffragia solum ex opere operantis præsent.

Hanc doctrinam approbat Dicastillus; vbi supra *dub. 3. num. 34.* secluso illo quod dicit de satisfactioe Sacramentali: Satisfactio enim Sacramentalis, etiam si concedatur habere effectum ex opere operato, non habet illum respectu illius defuncti, pro quo offertur, sed respectu ipsius exequentis penitentiam sibi impostam: solum enim tale opus remittit ex opere operato pœnam debitam, & re-

Anton. Diana Pars XI.

lictam à peccato ipsius penitentis quoad culpam remisso. Vnde quando quia habet præceptum à confessario offerendi orationem pro anima Purgatorij, illa penitentia imposita non est ut offerat id, quod ex opere operato præstat, sed quod ex opere operantis: quod enim præstat ex opere operato incommunicabile est. Vnde eadem ratio est de penitentia imposita in confessione, atque de operibus, quæ solum sunt satisfactoria ex opere operantis: nam comparatione alterius, idem dicendum est de tali opere. Hæc omnia Dicastillus, cui ego etiam adhæreo.

An existens in peccato mortali quando elicit actum contritionis propter administrationem alicuius Sacramenti teneatur ad examen conscientie, & commemorationem omnium peccatorum. Idem queritur quando quis ex defectu confessarij ad vitandum scandalum celebrat absque præuia confessione.

RESOLVT. LV.

Casus sunt satis practicabiles, & quidem curiosi; & ad illos affirmatiuè responderet Melchior Canus inter præstantissimos Theologos ordinis Prædicatorum doctissimus in *Relect. de penit. 3. par. ad 3. principalem rationem dubitandi concl. 2. & 3.* idem etiam tenet Scotus in *4. sent. dist. 27.* putant enim contritionem secundum se, & præcisam suam rationem requiri aliquod examen conscientie, vel commemorationem peccatorum ad iustificationem extra Sacramentum penitentiae. Probat hæc opinio, quia quod postulat votum, seu propositum constituendi peccata, postulat illud, quod requiritur ad peccatorum confessionem: sed contritio baptizatorum postulat propositum constituendi Sacramentaliter peccata mortalia; Sacramentalis autem confessio requirit examen conscientie, & commemorationem singularium mortalium; ergo & contritio baptizatorum postulat etiam examen conscientie, & commemorationem singularium peccatorum mortalium.

Sed ego contrariam sententiam teneo cum D. Thom. in *99. disputat. de veritate quæstio. 28. artic. 5. ad 3.* Caietano *opus. de contrit. quæst. 2. & aliis.* Probat, si vera contritio præcisè spectata requirit examen conscientie, & omnium peccatorum commemorationem, vel id requirit ex præcisâ ratione contritionis qua contritio, vel ex aliqua ordinatione Dei: non primum, quia contritio dicit solummodo detestationem, & dolorem de peccatis, cum proposito satisfaciendi, & de cætero non peccandi, vbi nulla fit mentio examinis conscientie, vel commemorationis peccatorum: & potest aliquis omnia sua peccata in confuso tantum considerata efficaciter detestari, emendationem vitæ, & satisfactionem apud se statuere, ut patet in *Zacchæo cap. 19. S. Luca in Latrone cruci affixo, capit. 15. S. Martini Marci*: igitur contritio spectata præcisè, non postulat necessarid examen conscientie.

Nec potest responderi istos nunc commemoratos fuisse excusatos, vel propter impotentiam, vel propter necessitatem: nam Zacchæo, cum nec morbo, nec morte impediretur præmittere eiusdem examen, & peccatorum suorum commemorationem suæ contritioni, quam tamen ex ipsa lectione Euangelij satis constat eum non præmississe. Et

hæc omnia procedunt etiam quoad secundum dictum, nempe quod contritio non requirit aliquod examen conscientie ex ordinatione Dei: quia talis ordinatione, nullibi extat, nec habetur ex traditione; imò potius colligitur contrarium: nam passim legimus in sacris literis hominem iustificatum iri per conuersionem ad Deum, & statim ad primam contritionem de peccatis: at eiusmodi conuersio potest plerumque fieri sine recognitione omnium peccatorum in particulari: vt patet in exemplis supra relatis.

Nec quidquam facit in contrarium quod Ezechias c. 38. Ita dicat Deo, *Recogetabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime meae, & cap. 18. Ezechielis dicat Deus, Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita uiuet: vbi penitentia comparatur. custodiæ mandatorum Dei, quæ debet esse singulorum.*

Hæc inquam non faciunt in contrarium: nam docent tantum quid sit vitium, & magis expediens, non autem quid præcisè tantum sit necessarium, nec ex factò Regis Ezechia licet inferre, quod Deus iubear idem, & eodem modo præstari ab omnibus penitentibus, quod à Rege Ezechia præstitum est; nam dantur quidam gradus inter penitentes alij alijs perfectiores: at hoc inquirimus quod absolute sit necessarium contritioni, non autem quid vitius, & magis expediens.

Confirmatur hæc opinio, quia contritio Baptizatorum extra Sacramentum, nihil addidit supra contritionem in lege naturali, & Mosaiica præter propositum confitendi peccata sacramentaliter, quatenus Christus Dominus statuit nullum peccatum mortale baptizatorum esse remittendum, nisi per ordinem ad subiectionem clauibus Ecclesiæ factam in re, vel in voto, vt patet ex dictis supra de censu verborum formæ Sacramenti penitentia, sed contritio cum tali proposito potest haberi absque examine conscientia; quatenus homo potest conteri de omnibus peccatis suis mortalibus in confuso, & in genere, extendendo virtualiter actum contritionis suæ ad omnia, & singula sua mortalia; & potest etiã simul habere firmissimum propositum expressum de illis subiciendis Ecclesiæ clauibus tempore, modo, & occasione debitus, absque quod tunc de illis sigillatim, & in particulari cogitet. Nec item Christus Dominus requiritur examen illud in contritione Baptizatorum, extra Sacramentum penitentia desiderasse, siue sacras litteras, siue traditiones, siue Patrum testimonia consulamus: igitur contritio Baptizatorum, extra Sacramentum penitentia, spectata præcisè, non postulat aliquod conscientia examen. Restat modò respondere ad argumentum pro sententia Melchioris Cani, & aliorum adductum: & idè nego eius maiorem; magna est enim distinctio inter rem, & propositum, seu votum de re ipsa, vt patet in baptismo, ad cuius votum sufficit, vt sit efficax volitio percipiendi Baptismum tempore, loco, & modo debitus, nihil aliud in particulari designando tanquam simpliciter requisitum ad tale votum: at quia susceptio Sacramenti consistit in praxi, & praxis postulat ea omnia, quæ sunt Sacramento essentialia fieri eo modo, quo fert institutio Sacramenti, & Sacramentum penitentia postulat essentialiter confessionem, seu accusationem omnium peccatorum mortalium, & circumstantiarum speciem mutantium, vt docebitur agendo de confessione, idè postulat consequenter penitentem facere enumerationem singulorum suorum peccatorum mortalium: quæ tamen enumeratio, seu illorum recordatio extra Sacramentum

non requiritur in contritione. Et hæc omnia inuenies magis firmata apud Nicolaum Isambert Professorum Regium Sorbonæ 3. par. D. Thomæ. Tom. 2. de Sacrament. Penitent. disputat. 11. & 2. & 3. cui adde me citato Dicastillum, de Sacram. Tom. 2. tr. 8. disput. 2. dub. 8. num. 174. Idem docent Petrus Sorus lect. 13. de penit. circa finem. Ledesma 2. part. 4. questio. 1. artic. 6. Victoria in summa de Sacramentis questio. 115. Idem docuit etiam Maior in 4. dist. 17. questio. 3. Vega lib. 13. in Trident. cap. 25. Suardus disputat. 4. sect. 6. assertio 1. 2. & 3. Valquez ad quest. 80. art. 2. dub. 7. Coninch. ad eandem q. disput. 2. dub. 8. & alij multi Recentiores in quibus Cardinalis Lugo disp. 5. num. 90.

Itaque dicendum est, quod hæc penitentia de peccatis in confuso verè est propter Deum, amore amicitia summè dilectum, vt supponimus, ac proinde impossibile cum omni peccato, ergo insufficienti ad amicitiam Dei, & iustificationem extra confessionem. Vnde Concilium Trident. sess. 14. capit. 4. rationem contritionis, quæ ad iustificationem requiritur, explicat sine vilo examine, quod ante confessionem esse debet iuxta doctrinam eiusdem capit. 5. vbi docet ad confessionem necessarium esse hoc examen, quia nimirum propter confessionem singulorum peccatorum ex vi eiusdem præcepti requiritur; cum tamen ad iustificationem in Sacramento baptismi solum sit penitentia in confuso sufficiens. Adde, quod consideratio peccatorum vitæ antecedentis circa singula peccata etiam in specie, non potest fieri in multis casibus sine longa temporis mora. Contra verò perfecta conuersio ad Deum per penitentiam sufficientem ad iustificationem, contingere potest etiam in magnis peccatoribus tempore breuissimo. Idè Chrysostomus Epist. ad Theodorum Lapum, & refertur in c. talis de penitentia, dist. 3. dixit, *Deum quantumque, & quolibet breui tempore non despiciere penitentiam*, Patiter S. Leo Epist. 91. *Miser cordia* (inquit) *diuina non postulat tempora desinire, apud quem nullas patitur moras veras conuersio*. Et S. Coelestinus Papa Epist. 2. cap. 2. *Vera* (inquit) *ad Deum conuersio mente potius est existimanda, quam tempore*, signum ergo est, conuersionem veram per penitentiam de omnibus peccatis posse excipari ex cogitatione in confuso, per quam quis intelligat se per culpas esse offensum, & inimicum Deo.

Non me latet circa præsentem questionem mediam sententiam existere, conuenit enim cum secunda non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere vnã pro omnibus, docet tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recognitionem omnium peccatorum; est Alenf. 4. part. quest. 17. mem. 3. art. 8. §. 2. Bonauentura in 4. distinct. 16. p. 2. art. 2. qu. 1. S. Thomæ 3. p. quest. 87. art. 1. in 4. dist. 17. quest. 2. art. 2. questiuicula 6. & art. 3. questiuicula 3. prima 2. qu. 113. art. 5. ad 3. de veritate quest. 8. artic. 5. ad quartum, & Capreol. in 4. d. 16. quest. 1. art. 3. ad quintum, Ricard. dist. 16. artic. 4. quest. 2. Durand. dist. 17. quest. 2. ad 1. Soti quest. 2. art. 3. Maior. dist. 14. quest. 2. §. 2. principaliter, Medina Cod. de penitentia tract. 1. quest. 3. Cani Relect. de penitentia p. 3. circa finem. Bellarmin. lib. 2. de pen. capite 11. propositione 5. Valent. disput. 7. de conuit. quest. 8. punct. 6. Nugnez in additione ad tertiam partem, quest. 2. art. 6. dub. conclus. 2. Probatur hæc opinio quia penitentia formalis de omnibus & singulis peccatis, est de iure naturæ requisita ad perfectam reconciliationem cum Deo; sed hæc haberi non potest sine distincta peccatorum recognitione.

Maior

Maior constat ex dictis: nam perfecta reconciliatio supponit saltem in voto perfectam retractationem offensæ; hæc autem fieri non potest, nisi per formalem detestationem omnium, & singularium offensarum: nam omnis alia imperfecta est, & virtualis tantum. Minor probatur: quia cum detestatio sit actus voluntatis, non potest esse formalis, & expressa, nisi de obiecto distinctè cognito: ergo detestatio, quæ fertur in peccata in communi, & confusè tantum cognita, non est formalis, & expressa omnium, sed virtualis tantum, & implicita. Nec est eadem ratio de proposito seruandi præcepta; quia hoc sufficit, vt feratur in præcepta confusè cognita: nam finis huius est, confirmare animum ad obseruantiam diuinorum præceptorum, quod haberi potest siue confusè siue distinctè ad ea feratur: At finis detestationis peccatorum est, ea ex animo retractare, & condignam pœnam sumere, quatenus offensa Dei sunt, qui finis eo perfectior habetur, quo distinctius ea cognoscantur: cum ergo non teneamur singulas offensas singulis detestationum actibus retractare, saltem tenebimur omnes distinctè recogitatas vno retractationis actu detestari, quem S. Thomas appellat penitentiam specialem, & distinctam.

Verùm his non obstantibus ego satis probabiliter non recedo à sententia, quam docui, & idè illam, tanquam probabilem etiam aduersarij admittunt, vnde Amicus in Cur. Theol. Thom. 8. disp. 4. sect. 6. numero 143. sic ait: Dico tertio, tenetur peccator ex vi efficacis dilectionis Dei, in actu contritionis inclusa sub præcepto naturali ad distinctam recogitationem omnium moralium: quamuis opposita opinio probabilis sit, & præcisè secuta: Ita ille, & idè stante probabilitate, & securitate huius sententia, patet responsio ad dubium propositum in titulo præsentis resolutionis, idè negatiuè respondeo. Nam in illis casibus cum Sacerdos existens in peccato mortali non teneatur confiteri, sed tantum per actum contritionis se constituere in gratia, sequitur, eliciendo actum contritionis extra Sacramentum, detestando peccata in confuso, quatenus sunt offensa Dei, esse sufficientem ad remissionem peccatorum, vt possit Sacramenta in gratia ministrare, absque aliquo examine peccatorum. Et idem dicendum videtur de Sacerdote, qui ad vitandum scandalum non habens copiam Confessarij adstringitur ad celebrationem Missæ: nam sufficit absque peccatorum examine elicere actum veræ contritionis, & sacrificium offerre: & licet in his casibus esset valde vile, & pium, singula in particulari recogitare, ad facilius excitandam perfectam penitentiam per discussionem grauitatis cuiusque peccati, non tamen id esse necessarium, ita, vt ex confusa sola consideratione non possit haberi.

Adde, quod idem Amicus vbi supra n. 155. stando in sua opinione docet, illam peccatorum recogitationem non requiri vt medium ad contritionem; sed solum, vt præceptum; vnde non est necesse, vt illam præcedat; sed potest subsequi, & in opportunum tempus differri.

Anton. Diana Pars XI.

Quis post possessionem beneficij nouit à Patre, vel amico per pecuniam, ipso ignorante, illud obtentum fuisse: Queritur, an in foro conscientia teneatur resignare?

RESOLVT. LVI.

Afirmatiuè respondendum est ex D. Thomâ in 2. 2. quest. artic. 6. ad 3. Nauarro consil. 95. & 97. de simonia. Suarez libro 4. capite 57. numer. 35. vbi sic ait: Dico ergo, collationem factam sic ignorantibus ipso facto esse nullam, & consequenter habere hoc ex iure positiuo. Ita sentiunt, mea sententia, reliqui Theologi cum D. Thomâ; & sumitur etiam ex Canonistis super iura citata, quæ nunc amplius ponderabimus, præsertim ex Abb. in capit. penult. de elect. Cassador, & Ludouic. Gomez apud Nauar. supra. Probatur ergo assertio ex tribus effectibus ab omnibus receptis. Primus est, quia iste ignorans, cum primum sciuerit vitium suæ collationis, tenetur in conscientia statim relinquere beneficium, nulla expectata condemnatione, vel sententia, seu ad superiorem legitimum recurrere, vt de remedio prouideat. Hoc docet D. Thom. clarè; sequuntur Caietan. Sotus, & alij; & Couar. non audet negare, nec Nauarrus, qui expressè hoc docet consil. 97. de simon. in princip. & idem sentit in consil. 95. fatetur etiam Vgolin. d. capit. 7. §. 1. & colligitur clarè ex capit. ex insinuatione de simon. vbi id notant Glossa verb. resignasti, Abb. & alij, Et expressius ex d. capit. sicut tuus sic dicente. *Quamuis secundum Sacrorum Canonum instituta; etiam parvuli, qui cupiditate parentum Ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur*. Et habetur in capit. Quicumque 1. quest. 5. ibi: *Postquam illas omnino dimiserint*. Tenentur ergo eas dimittere in conscientia, etiam si non cogantur exterius.

Secundus effectus, ex quo id euidentiùs ostenditur est, quia tenetur ille talis restituere fructus omnes, non solum à die vitij cogniti; sed etiam à principio obtentionis beneficij, cum hac differentia, quod fructus prioris temporis tenetur restituere tanquam bonæ fidei possessor, & idè non tenetur restituere quos bona fide consumpsit, nec quos recepit tanquam condignum stipendium sui operis, ac ministerij, etiam si mediante titulo beneficio obtineantur, vt sunt distributiones quotidianæ, aut personales, quia bona fides totum hoc indubiè operatur, estque maximum consentaneum rationi, & iustitiæ; tenetur tamen restituere fructus alios extantes, vt D. Thom. dixit. At verò fructus posterioris temporis, seu perceptos à scientia vitiosus ingressus, & à mora culpabili in dimittendo beneficio, tenetur restituere, tanquam malæ fidei possessor, vel sicut diximus de illo, qui scienter acquisiuit simoniacè beneficium, in qua doctrina omnes etiam cum D. Thomâ conueniunt, Couar. vbi supra Nauar. d. consil. 90. 95. & 97. Cassador. d. decisio. sexta, Vgolinus dist. capite septimo §. 2. Hæc autem obligatio restituendi antiquiores fructus, non potest fundari, nisi in hoc, quod, licet possidens naturaliter beneficium, illos recepit bona fide, tamen reuera recepit ex re non sua, & idè non fecit illos suos, ac subinde nec retinere illos potest, ergo signum clarum est, collationem à principio non fuisse validam. Nam si fuit valida, ergo recipiens verè possidebat

A a 3 beneficij

beneficium suum, ergo faciebat suos omnes fructus eius, quo ergo iure obligatur postea partem eorum extantem restituere, vel potius à se abdicare (cum sit sua) nullo cogente.

Tertius effectus est, quia non obstante ignorantia, recipiens beneficium simoniacè, manet inhabilis ad illud idem beneficium obtinendum, indiget enim dispensatione, vel Papali in dignitatibus, & curatis beneficiis, vel saltem Episcopalis in simplicibus, ut dicitur in capit. penult. de elect. in 6. ergo signum manifestum est, relictum fuisse impedimentum ad tale beneficium obtinendum, etiam de nouo: aliàs cur dispensatio, & cum tanto rigore, ac distinctione postularetur? ergo multò magis erat inhabilis talis persona ad obtinendum validè à principio tale beneficium tali modo, scilicet per simoniacum ingressam, etiam à se ignoratum. Probatur consequentia, quia longè minus videtur iterum recipere beneficium liberè dimissum statim post cognitum defectum ab eo, qui alias potest illud conferre gratis, & sine vlllo nouo vitio, quàm obtinere illud validè per vitiosum ingressum etiam ignoratum: sed ille ingressus (non obstante bona fide) reliquit impedimentum ad subsequenter collationem validè obtinendam, quàmuis aliàs honestam, & legitimam, ergo multò magis impediuit. ne prior valida extiterit.

Verùm his non obstantibus (attendas quæso amice Lector) negatiuam sententiam sustinet Adrianus quodlib. 9. artic. 3. littera C. & ex neotericis Millardus tract. de penitentia capite 65. instruct. 9. & nouissimè ex Societate Iesu Stephanus Baunius in praxi beneficiorum disputat. 16. quest. 55. vbi docet Primum, talem collationem in foro conscientie validam esse, nec ita prouisum teneri ad restitutionem fructuum quos percepit ante simoniam cognitam. Alterum, vbi ea nota fuerit non obligari illum illicò in conscientia renunciare beneficio, nec si illud retinuerit post eam notitiam, teneri ad restitutionem fructuum, ante sententiam iudicis, eiusdemque executionem. Ratio est, quod collatio facta ignoranti simoniam, causa sua admissam esse, sit valida, nec enim est iure naturali irrita, aut diuino, ut probat Suarez, capite 57. numero 15. nec Ecclesiastico, cum nullus Canon præferri queat, quo expressè irritetur: ergo cum collatio beneficii, quæ est rata, detius ad illud, & ad eius fructus, eo spoliari beneficiarius non poterit, nisi sit expressus Canon, in quo dicatur, eum, cui ignoranti simoniam causa sua commissam, beneficio est collatum, illud ante omnem sententiam, ipso facto amittere, vbi primum de tali vitio docebitur, sed nullus est talis: retinere ergo illud poterit, eiusque fructus omnes, donec per sententiam iis priuetur.

Confirmatur hoc ipso, quod collatio est valida, verum ius beneficiario in beneficium acquiritur, & in fructus eius omnes, quo spoliari iustitia illæsa non potest, nisi per Canonem quo hæc ei pena, ipso facto dicatur imposita, & ante omnem sententiam. At non est in iure Canon vllus, quo suam super hac re sacri Pontifices mentem expressam voluerint; sicque beneficio à se, aut aliis donatum, ipso facto priuauerint: ergo, &c.

Scio à Patre Suarez, nonnullos tam ex decreto, quàm decretalibus depromptos proferri, quibus ostenditur, hunc, de quo agimus, cum simonia ad Sacerdotium ab Episcopo adnotum, id amicis, ac propinquis mala arte, pretioque, eo ignotante

molentibus, post habitam eius rei notitiam, illud seruare non posse, ut sunt Canon primus causa 1. q. 5. & 33. de simon. ex quibus concludit hic Auctor, collationem talem fuisse inualidam, cum sacerdotia dimitti necessario non debeant, quæ sunt acquisitas collataque legitime.

Sed dicendum est in primo illo canone, agi dumtaxat de foro exteriori, & de dispensatione in illo obtinenda, cum enim hæc haberi nequeat, nisi beneficium dimittatur, & fiat noua collatio, mirum esse nulli debet, si id Pontifex fieri imperet.

Ex secundò, argumentum peti nullum efficax potest, ad eius rei fidem, quam auctor propositam habet, quia etsi in odium simonia, Papa beneficium illico dimitti velit, & hanc in eo admissam esse constat, contendo tamen nullam in eo. Can. penam addi, quæ voluntatem in Pontifice indicet obligandi sub mortali, ad petendam nouam collationem beneficii simoniacè collati ignorantis, vbi id factum esse causa sua per amico intelligit, quare peccabit, si Pontifici morem non gesserit, imperanti beneficium, ita acquisitum, relinqui, non tamen mortaliter, nisi forte ratione scandalali, quando eius simonia est omnibus nota, aut ex contemptu, Ecclesie patere renuit, neutrum si erit, eaque dimissio ob causam legitimam omittatur, nullum erit peccatum, talis est futura, si simonia erit occulta; & non expediat eam sciri, ne ipse sibi aliisque creet infamiam.

An enim (inquit) qui est simoniacè, ignoranter tamen, de beneficio prouisus, fructus suos non fecit, quos proinde restitui omnes est necesse, quod non accideret, si fuisset eius collatio valida.

Maior est falsità, cum talis pena non legatur in vlllo Canone, tam ante, quàm post simoniam admissam notitiam, inflicta. Verùm negari nequit (inquit) quin ei dispensatio sit necessaria. Omnino, sed in foro dumtaxat exteriori, ne puniatur, & beneficio priuetur. Dices tertio, collationes beneficiorum omnes, in quibus interuenit simonia, ita decernente Paulo II. nullas esse. Respondend. loqui in sua Extrauag. Pontificem, de his dumtaxat, qui scienter, & ex industria simoniam contrahunt, & ignorantibus sermonem ei nullum esse, sit pro argumento, quod Pontifex simoniacos ipso facto excommunicatione percussos esse velit, qualis in ignorantibus sermonem ei nullum esse, sit pro argumento, quod Pontifex simoniacos ipso facto excommunicatione percussos esse velit, qualis in ignorantibus, utpotè innocentes non cadit. Hucusque Baunius, qui etiam obseruat hanc suam sententiam Lessium de iustit. lib. secundo, capit. 35. dubit. 25. numero 144. tanquam probabilem admittit: at ego non recedo à sententia, quam docui, nam illam in praxi amplexam video in hac Romana Curia, in qua hæc scribo. Nec deseram hic etiam obseruare doctrinam Parisij de confidentia questione 14. numero 34. sic loquentis: Et hic non omittam, quod forum conscientie ligat, & validat actum, in quo est prætermissa forma tradita, vel non seruata, dummodo dolus interuenierit: Innocent. in cap. quia propter, de election. Ioann. Andr. & Abb. in cap. is qui, de sponsal. Abb. in capit. 1. de constit. vbi Felinus, & Decius numero 28. 29. Gemin. in cap. 1. per illum textum de sponsal. in 6. Ancharan. in cap. beneficium questione 7. de regul. iur. Iason. in l. si non sortem numero quarto ff. de condit. indeb. Gig. de pens. questione 34. numero vigesimo. Quod nota pro eo qui non publicauit resignationem iuxta Gregorianam, non emisit professionem fidei, non fuit approbatus ab examinatorebus electis in Synodo Diocesana,

Diocesana, habuit beneficium per electionem non seruata forma tradita à iure, vel præsentationem patroni elapso tempore, aut per collationem non habentis facultatis, vel habentis, & non valentis conferre propter excommunicationem, suspensionem, aut alienam causam. Nam illi omnes videntur tuti in foro conscientie, Abb. in cap. 1. de integritate restitutionem, ad finem, Anchar. Reg. 1. de reg. iur. quest. 7. col. 34. Tiraquel. in tract. de leg. comm. gloss. 2. num. 10. Boët. decis. 1. num. 15. cum aliis allegatis per Couar. in cap. cum esset, num. 5. de testa. & in reg. peccatum §. 3. n. 9. Dominicus Soto lib. 4. de iust. & iur. quest. 8. art. 3. & plura exempla huius notabilis conclusionis afferit Niconit. in capit. quoniam contra part. 1. num. 682. de probat. Hæc omnia Flaminius vbi supra. Sed hanc sententiam Georgius Branden super concordatis inter Sanctam Sedem, & nationem Germanicam, §. 5. num. 13. putat non esse exten sendam. sed omnino restringendam ad forum conscientie purum, hoc est, quando defectus formæ, vel tituli est ita occultus, quod probabiliter nemo alius cogitationem de defectu habebit, & ex petitione nouæ prouisionis, vel dimissione beneficii, prouisus prateretur magnum damnatum status, vel famæ. His duobus concurrentibus, titulum aliàs de iure nullum in foro conscientie sustineri, rectè ex mente allegatorum DD. asserimus.

Notandum est etiam hic obiter, quod docet Comitolus lib. responsionum moral. quest. 41. Episcopum iure suo dispensare posse cum promotio simoniacè in minoribus ordinibus, & prima tonsura, item vt in maiori ritè suscepto ministret, non autem in eo, quem per simoniam recepit, neque vt ad alios ordines possit ascendere.

Quod de eo tantum debet intelligi, qui sciens, & volens viam sibi ad ordines facit per simoniam, ab eo enim, qui ignorauit datum fuisse pro se ordinari pretium, suspensio nulla incurritur; Nauar. c. 15. num. 68. Henriquez lib. 3. c. 37. n. 4.

Ratio est, quod culpa caruit in susceptione ordinis hoc modo, potest ergo, quia simoniacos non est, remanere in suo ordine, capit. de simoniaci, tit. de simon. Vide Baunium loc. cit.

TRACTATUS VI.

Miscellaneus.

De quodam matrimonio, in Hollandia contracto, & de quadam Monialis professione.

RESOLVTIO I.

ASVS ad me adductus, non est ita clare, vt ego desiderarem, expositus: reducit tamen ad duas difficultates, videlicet ad nullitatem matrimonij carnalis, & spiritualis. Et quo ad primum respondeo, casum decidendum esse ex verbis declarationis Sacre Congreg. Concilij sub die 19. Ianuarij 1605. ad Episcopum Tricaricensem tenoris sequentis: Si verò Parochus, in qua fuit aliquando obseruatum decretum, Parochus careat, & Cathedralis iudicem Episcopo, & Capitulo habentibus à Concilio facul-

tatem alium Sacerdotem ad id delegandi, nullisque aliis ibi sit qui vices Parochi, aut Episcopi suppleat, matrimonium valet absque presentia Parochi, seruata tamen in eo, in quo potest, forma Concilij, nempe adhibitis saltem duobus testibus. Si verò extant quidam Parochus, & Episcopus, sed nullo constituto Vicario, vterque metu hereticorum lateat, nec ad alterutrum sit tuus accessus, validum est matrimonium absque Parocho, adhibitis tamen duobus testibus. Hæc ibi. In quibus verbis duas firmo Conclusiones: Prima, si constet decretum esse publicatum, sed Ecclesia Parochialis careat Parocho, & Cathedralis Episcopo, & Capitulo habentibus facultatem delegandi alium Sacerdotem, & nullus sit alius, qui vices Parochi suppleat, matrimonium clandestinum sine presentia Parochi validum erit, modò seruetur forma præscripta per Concilium quantum fieri potest, scilicet adhibendo duos testes. Secunda, si extet quidem Parochus, & Ordinarius, sed vterque nullo constituto Vicario lateat propter metum hereticorum, & ignoretur vbi sit tutus ad eum accessus propter prohibitionem sub graui multa, valebit matrimonium contractum sine forma Concilij, adhibitis testibus duobus. Itaque assero si aliqui in partibus Hollandiæ, vel aliis matrimonium contrahant absque presentia Sacerdotis habentis potestatem matrimonio assistendi, vel eo quod nullus sit talis, vel verè ignoretur, vel non sit tutus ad illum accessus, validum futurum matrimonium; non futurum autem validum, si possint talem Sacerdotem sine magno periculo adire, & coram eodem contrahere. Et ita hanc sententiam, vt supra explicatam in terminis terminantibus loquendo de matrimoniis contractis in Hollandia, tradit, & tener Ioan. Præpositus in 3. par. D. Thom. qu. 2. de matrim. clandest. dub. 8. n. 50. Petrus Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. p. 2. tract. 1. tit. 7. qu. 10. concl. 5. Amicus in curs. Theolog. tract. 9. disp. 7. sect. 5. n. 135. & Lessius post par. 2. D. Thoma in Auth. cas. conscient. verb. matrim. cas. 17. num. 35. & 36. Vide etiam Franciscum Syluium in supplem. ad 3. par. D. Th. quest. 43. art. 5. quæritur 4. n. 3. editioe Duacena. Eligium Balæum in floribus Theolog. Pract. verb. matrimonium 5. num. 1. Guillelmum Mercetum in supplem. ad 3. par. D. Th. qu. 60. dub. 2. Ioannem Vvigers in supplem. ad 3. par. D. Th. qu. 50. cap. 5. dub. 14. num. 44. Iacobum Marchant. in 99. Pastoralibus tract. 8. cap. 2. qu. 2. Adamum Oparouium de Sacram. tract. de matrim. disp. 2. q. 112. n. 110. & 111. Layman lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 7. Capeanillan de Sacramentis ministran. tempore pestis, vbi de matrim. qu. 15. Respondeo igitur ex his ad difficultatem propositam, quod si oratores, qui contraxerunt matrimonium in Hollandia potuerant habere Parochum, vel alium Sacerdotem delegatum, modo quo supra dictum est, & absque eorum presentia, & testibus contraxerunt, matrimonium quidem fuit nullum, si aliter, matrimonium fuit validum, dummodo saltem coram duobus testibus contraxissent.

Ad secundum verò dubium, respondeo, quod si dictum matrimonium fuit validum, vtique professio subsequens erit inualida ex communi sententia Doctorum apud Patrem Lezanam in Summa tomo 4. verb. Professio regularis numero 15. Si autem dictum matrimonium fuit nullum, videnda esset forma professionis emissæ; nam vt obseruat Pater Bordenus in Consilijs Regularium, tomo 2. resolut. 92. numero primo, in aliquibus Religionibus quando emittitur professio, exprimitur tantum votum obedientiæ, sub quo tamen includitur votum castitatis

tatis, & paupertatis. Sed liberat nos ex istis tricis factum exhibitum ab oratrice; nam videtur supponere se emisit professionem absque animo observandi paupertatem, ut de facto retinuit sibi annuos redditus disponendos ad sui libitum absque licentia superioris. si inquam, talis professio, ita emissa fuerit, non est ambigendum fuisse inualidam, ex *cap. cum ad monasterium de statu monachor. in fine*, & ex *Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 1. de Regularibus*, Quod observant communiter Doctores, & Garzias in *Polit. Regul. tract. 3. difficult. 1. dub. 4. numer. 1.* Sanchez in *Summa tomo 2. lib. 5. capit. primo, numero 16.* Bordonus in *Consiliis Regularibus, tomo secundo resolut. 85. numero quinto, & alij*, asserentes, professionem validam constitui ex tribus votis, Obedientia, Castitatis, & Paupertatis; vnde sequitur, quod si aliquis emisisset professionem cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio independentem à superiore, dicta professio non valeret, ut potè contra substantiam illius. Et ita ex Abbate, Menochio, Spino, & aliis resoluit Aloysius Riccius in *Decisionibus Curia Archiepiscopalis, part. 4. decis. 340. num. 11.* Quibus adde Vecchium in *praxi novitiorum, disp. 13. dub. 1. numer. 11.* Hieronymum Rodriguez in *Compendio resolut. 102. num. 58.* & Lessium de *Iust. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 62.* Itaque si Oratrix emisit professionem cum intentione non vouendi paupertatem, & cum retentione annuorum reddituum absque dependentia Superioris, dictam professionem fuisse inualidam dicendum erit. Ita ego sentio, supposita tamen veritate facti, ita etiam senserunt interrogati de hoc casu Pater Valentinus Mangionius Societatis Iesu & P. M. Lezana Carmelitanus, viri doctissimi, & amissimi.

An Sacerdos existens in peccato mortali possit sine peccato mortali sumere Eucharistiam ne perveniat in manus Hæreticorum, non tamen sumendo illam, sicut sumunt fideles, nempe communicando, sed solummodo abscondendo, ac si in aliquo foramine recondet.

RESOLVT. II.

OLim ex Hispania de hoc casu interrogatus fui, & ad me miserunt quandam scripturam in qua pro opinione affirmativa plura argumenta adducebantur sub nomine Doctoris D. Francisci Palomini, & Ledesma, Qualificatoris Sancti Officij Inquisitionis Cordubensis; quæ quidem scriptura erat tenoris sequentis: Vtrum peccaret mortaliter Sacerdos, qui consumeret Eucharistiæ Sacramentum cum animadversione status peccati lethalis sine prævia confessione, vel contritione in extrema necessitate, v. g. hostium incurfus infidelium à quibus iniuriosè tractaretur tantum Sacramentum. Explico difficultates duplici conclusione proprio discursui innixus, & nullius auctoritate fretus; sub censura tamen cuiuslibet melius sentientis, & Sanctæ Matris Ecclesiæ: atque ideo sit prima conclusio.

Si talis Sacerdos in tali casu consumeret Eucharistiæ Sacramentum eo modo quo alij fideles communicant extra hunc casum peccaret mortaliter. Hæc conclusio aded certa est, ut non indigeat

probatione, cum non sit maior ratio cur alij fideles communicantes in statu peccati mortalis extra hunc casum peccent mortaliter, & non iste. Sit secunda conclusio.

Si talis Sacerdos in tali casu consumeret Eucharistiæ Sacramentum non ut alij fideles communicant extra hunc casum, sed materialiter, ut si absconderet in foramine parietis, non peccaret mortaliter: Hoc autem dicere nullius auctoritate fretus, sed non contemnendis rationibus innixus. Probatur primò conclusio paritate, & doctrina probabili Thomæ Sanchez, qui *tom. 3. lib. 9. disputat. 26. numero 4.* asserit: Patrem, qui susceperet infantem qui domi baptizaretur, non ut susceptor, & intendens exercere cærimoniam Ecclesiæ, sed materialiter, ut si reciperetur humi videret, in lecto non contracturum cognationem spiritualem, nec arceri à petitione debiti: ergo cum in nostro casu similem distinctionem faciamus, non peccabit mortaliter Sacerdos si non se disponat. Probatur secundò conclusio, quia in hoc casu Sacerdos solum est materialiter abscondens, & materialiter manducans, ad abscondendum autem non requiritur status gratiæ, si enim absconderet in foramine parietis non peccaret mortaliter, ergo ad abscondendum corpus Christi Domini non requiritur status gratiæ. Sed agè, iam rationem efficacissimam proponamus, & quæ multorum videri omnino probabilem reddit meam asseritionem, & cum duplici titulo comperere possit Sacerdoti in tali casu obligatio se disponendi, & quia minister est, & quia recipiens est; si probaüero non comperere illi obligationem se disponendi, quia recipiens est, arctior enim est obligatio in recipiente quam in ministrante, cum nullus quem ego viderim, dixit præter me, posse vnquam Sacerdotem recipere Sacramentum Eucharistiæ cum aduertentia peccati mortalis sine nouo peccato, nullus tamen concedere non comperere illi obligationem se disponendi, quia minister est. Probo igitur non comperere illi obligationem se disponendi, quia recipiens est, quia cum in hoc casu Sacerdos non se habeat ut subiectum rationale, sed sicut recipere posset paries in foramine, non est attendenda in eo dispositio moralis, seu spiritualis; sicut in opinione probabili quando Sacerdos non solemniter baptizat, etiam si existat in peccato mortali, non tenetur se disponere, eo quod in hoc casu se habeat quasi laicus: ergo cum in nostro casu Sacerdos se habeat quasi subiectum non rationale, non peccabit mortaliter si non se disponat. Ex quo infero talem debere esse dispositionem ad hoc Sacramentum recipiendum, qualis est receptio eius, si hæc sit materialis physica, & realis tantum requiritur dispositio in eadem linea, scilicet materialis physica, & realis tantum: Si sacramentalis sit requiritur dispositio moralis, seu spiritualis, & quia receptio Sacramenti Eucharistiæ in nostro casu est physica realis, & materialis tantum, non requiritur dispositio moralis, seu spiritualis. Probatur quartò non minus efficaciter, quia Sacerdos in hoc casu per se tantum obligatur ad abscondendum Eucharistiæ Sacramentum, si enim absconderet in loco tuto & decenti, satisfaceret suæ obligationi, sed ad abscondendum corpus Christi Domini sufficit satis superque est receptio, seu manducatio materialis; ergo non tenetur sacramentaliter recipere, ac per consequens non tenetur se disponere. Maior, & consequentia constant, & probatur minor, quia non

minus absconditum maneret Eucharistiæ Sacramentum receptione physica materiali, & reali, quam sacramentali: ergo ad abscondendum corpus Christi Domini satis superque est receptio, seu manducatio materialis physica, & realis. Ex dictis infero locum Pauli, qui de dispositione requisita ad hoc Sacramentum recipiendum loquitur, scilicet: Probet autem seipsum homo, &c. qui manducat & bibit indignè, &c. intelligendum esse de manducatione sacramentali, non de materiali physica & reali tantum. Infero secundò, Sacerdotem in tali casu, si post aliquam actionem factam iudicaret iudicio erroneo fuisse peccatum mortale, cum tamen sit in gratia, receptum augmentum gratiæ non ex opere operato, sed ex opere operantis: non ex opere operato, cum hoc augmentum annexum sit manducationi sacramentali, & ex opere operantis, cum ut suppono sit in gratia, & aliàs bonum actum exerceat. Idemque dictum existimo si talis Sacerdos in tali extrema necessitate reciperet Eucharistiæ receptione materiali physica & reali, existimans esse in gratia cum verè esset. Infero teritiò, nostram conclusionem non solum habere locum in casu in quo vrgens necessitas non sineret Sacerdotem se disponere media confessione, videlicet contritione, imò postuam nolentem se disponere, cum non habeat obligationem. Hæc dicta sint sub censura Ecclesiæ.

Verum his non obstantibus, tunc ego prorsus negatiue sententiæ, adhæsi ex rationibus quas nouissimè inuenio apud doctum Patrem Thomam Hurtado, *1. 2. tract. 11. cap. 9. resolut. 9. num. 322. cum seqq.* vbi sic ait: Casum singularem hic afferam, de quo rogatus sum in hac Vniuersitate Hispanensi anno præterito 1639. & in hoc anno 1641. & est, an Sacerdos degens in præsidio contra infideles, si audiat campanam ad strepitum, vulgò *Rebato*, pulsari, veritque prudenter ne Hæretici Ciuitatem capiant, & Eucharistiæ sacrilegè rapiant, & deludant, ut in Terminione, & alibi fecerunt, aduertatque talis Sacerdos se in mortali peccato existere, sicque species sumpsit sacramentales sine contritione, vel sacramentalis confessionis præmissione an inquam, talis Sacerdos mortaliter peccauerit; cum ita Sacramentum consumplerit, ac si in Arca reconderet, vel in foramine absconderet, ut infideles non inuenirent, & ita non sicut ceteri fideles recipit, nempe communicando, sed solummodo abscondendo. Ita Hurtado, qui postea probat hanc sententiam; nam si huiusmodi Sacerdos potuit actum contritionis elicere, ad id obligatus fuit sub mortali, & contrarium asserere temerarium est, & omnino improbabile. Ita tenent omnes Doctores Catholici, neque est qui contrarium insinuet, & ratio est evidens, quam tradidit S. Thomas *3. par. questio. 80. art. 4. & 5.* quia extat præceptum diuinum de non recipiendo Sacramentum cum conscientia peccati mortalis, ut constat ex Apostolo *1. Corinth. capit. 11. Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat.* Quem locum in hoc sensu intelligunt omnes ferè Patres Ecclesiæ, & Concil. Tridentin. *sess. 13. capit. 13.* Videri potest Cardinalis Bellarminus, *1. 4. de Euchar. capit. 17. & 18.* Deinde in hoc casu solum est necessarium abscondere Sacramentum, ne ad manus infidelium deueniat, qui irreuerenter in illud insurgant, & ad hoc solum in omni Christiano viget obligatio: ergo si in peccatore possit abscondere, qua debetur reuerentia, contritionem elicendo, ad hoc tenetur. Probatur evidenter consequentia, quia si quis in loco decenti valeret

Sacramentum reponere, ad id tenebitur, & etiam si in luto non collocare potest; tenetur ad non collocandum; quod autem spurcatis luto? quis locus obscenior anima in mortali existente; ergo si possit hanc culpæ tollere fæditatem per contritionem, tenebitur omnino ad tollendum. Iterum dico de hoc non posse esse hæsitationem inter fideles, & Catholicos. Alias etiam rationes inuenies apud dictum Hurtadum, & responsiones ad argumenta contrariorum, & ad ea quæ superius adducta sunt.

Nota hæc obiter, quod si periculum sit ne Eucharistia pereat, vel malè tractetur, potest sumi à non ieiunio, etiam à Laico si alius desit: imò probabiliter potest etiam præsentem Sacerdote laicus accipere: Ita ex Cardinali Lugo docet nouissimè Pater Hermanus Bufenbaum Societatis Iesu in *Medulla Theol. mor. 1. 3. tr. 3. cap. 2. dub. 2. num. 2.*

An sit melius confiteri proprio Parocho quam alicui Priuilegiato, ut sunt hodie Regulares.

RESOLVT. LIII.

AD hoc dubium sic respondet Nicolaus Ysambert. Professor Regius Sorbonæ *in 3. part. D. Thomæ, tract. 3. disp. 20. art. 6. num. 7.* licet cæteris paribus sit consultus confiteri proprio Parocho, quam Priuilegiato; qui tamen in tali casu eligit confiteri Priuilegiato, eique de facto confitetur, nullum admittit peccatum etiam veniale, præcisè ex eo ipso, quod in tali casu anteponit Priuilegiatum, proprio Curato in ratione Confessarij. Prior pars propositionis probatur ex eo, quod Concil. Trid. *sess. 22. in decreto de obseruandis celebratione Missæ.* Item *sess. 24. cap. 4.* dicat, monendum esse populum, ut frequenter ad suas Parochias accedat. Item ex eo, quod ordo hierarchicus videatur sic melius conseruari item quod hoc cedat aliis in exemplum, & exciter maxime affectum proprii Pastoris in suam ouem, ut tempore morbi eam uisitet & Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ; & extremæ Vnctionis administret illi. Posteriorem item pars probatur: Quilibet potest, etiam absque peccato veniali ex duobus bonis inæqualibus, amplecti minus, relicto meliori, sed confiteri proprio Parocho, & mendicanti priuilegiato, per Episcopum approbato, sunt duo bona, quia licet vniciq; illorum confiteri, ut docuimus, & ex suppositione præcedentis partis sunt inæqualia, est enim minus bonum confiteri priuilegiato approbato: igitur relicto illo, scilicet confiteri proprio Parocho, potest quilibet sine veniali peccato velle. & de facto confiteri mendicanti priuilegiato per Episcopum approbato. Maior pater, quia licet Consilium sit de meliori, attamen præceptum est simpliciter & absolute tantum de bono, & qui contrahit legitimum matrimonium, illudque debito modo consummat, licet possit seruare castitatem, non peccat iuxta Apostolum in Epist. ad Corinth. quamuis castitas præcellat matrimonio. Ita Ysambert.

Sed ego secundam partem suæ conclusionis amplector; sed non deberet vir doctissimus priuilegiatum tenere, ut optime obseruat Ioannes Pontius in *Cur. Theol. disputat. 46. questio. 9. concl. 4. num. 123.* & adducere pro sua sententiâ Concilium Tridentin. vbi nec verbum ea de re habetur. Itaque ex natura rei, seclusis circumstantiis Parochi, & Religiosi, quoad alias qualitates, nulla est differentia

ob quam vnum esset melius, quam alterum: Ob circumstantias autem aliquas, aliquando posset melius esse confiteri Parocho, aliquando Religioso. Communiter videtur præferendus Religiosus, quia habent priuilegia absolendi ab aliquibus casibus, à quibus non habet Parochus, & quia (pace Parochorum) communiter sunt doctiores, & magis præsumi deberet quod essent magis versati in rebus spirituales.

Sed quicquid in Gallia nostris temporibus aliqui ausi sunt docere, & etiam publice, certum est inter Doctores, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi Confessiones faciendas ex præcepto Concilij, non tenetur etiam semel in anno confiteri Parocho, aut alij vili de ipsius licentia. Vnde non deferam hic per extensum apponere Bullam Sanctissimi D.N. nunc feliciter regnantis, tenoris sequentis. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Regulares Ciuitatis Burdigal. quod alias à venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali. Concil. Trident. Interpret. emanauit decretum tenoris subsequenti: Die 9. Iulij anno 1644. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, post maturam discussionem censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus, habentibus priuilegia Apostolica, vt à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè administrare non valeant Sacramentum confessionis; posse tamen eisdem prohibere, vt personis secularibus in die Paschæ non administrant Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiam si dictæ personæ seculares in alia die satisfecerint præcepto Ecclesiæ, hac de re edito. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, idem exponentes præmissa, quo firmiter subsistant Apost. nostræ confirmationis patrocinio communiter summopere desiderant; Idcirco nos, eosdem Regulares specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos esse censentes, supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter potrectis, inclinanti, decretum præinsertum Apostolica autoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus, salua tamen semper autoritate eorundem Cardinalium, decernentes præsentis litteras validas, firmas, & efficaces existere; & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, dictis Regularibus in omnibus, & per omnia suffragari, & ab omnibus ac singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectauit in futurum inuiolabiliter obseruari: sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, & caularum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definitum debere; irritumque & inane si quid secus super his à quodam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoque & indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum

tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ ad S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 7. Februarij anno 1645. Pontif. nostri anno 1. & hanc Bullam fuisse in Gallia exequutoriam, & receptam, patet per decretum Regium, datum Parisiis, 11. Martij 1645. & circa vanam prætensionem supradictorum Gallorum, latè postea scripsit Pontius, & Ylambert *vbi supra*; quibus adde Matrimon. de Sacramento Pœnitentiæ, qui supradictam Bullam Innocentij X. & Decretum Ludouici Regis adducunt, & materiam latè tractant, & ad omnia argumenta Aduersariorum respondent.

De quodam Clerico, qui ordinem Subdiaconatus suscepit cum dimissoriis falsis.

RESOLVT. IV.

Respondeo supradictum Clericum secundum opinionem Marchini, de Sacram. Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 11. num. 13. incurrere suspensionem latam in cap. Lugdunensi, 9. question. 1. & in cap. eos qui de tempor. ordin. in 6. contra suscipientes Ordines ab alieno Episcopo; nam idem est ordinari à non suo, ac ordinari cum falsis Dimissoriis proprii Episcopi. Hoc supposito, dicendum est, supradictum Clericum posse dispensari ab Episcopo, si suspensio occulta est, vt est in casu nostro stante priuilegio Episcopis concessio in Concil. Tridentin. sess. 24. capit. 6. de Reform. ita Auila de Cens. p. 3. disp. 6. dub. 1. concl. 7. & communiter Doctores. Dico secundò posse dispensari à Confessariis Societatis Iesu, & ab alijs Regularibus participantibus de eorum priuilegiis: nam Sedes Apostolica concessit Confessariis Societatis quod fidelium confessionibus auditis, eos in foro conscientie absoluerent possint à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis ex peccato resultantibus. Et quidem hæc verba ad suspensiones iuris indistinctè se extendunt: esto enim hæc suspensiones non absoluantur proprie, sed dispensatione tolli debeant, eorum tamen relaxatio, iuxta frequentem loquendi modum, absolutio nuncupatur. Et ita hanc sententiam in terminis tenet Auila *vbi supra*, dub. 2. Castrus Palaus tom. 6. disputat. 4. punct. 9. numero sexto. Layman l. 1. tract. 5. part. 3. capit. 4. numero quarto. Bassæus in floribus theol. verb. suspensio 3. numero quarto. Villalobos in summa, tom. 2. tract. 9. difficult. 60. numero nono, & alij. Et tandem dico tertio, supradictum Clericum posse dispensari à quolibet Confessario approbato in Regnis, vbi viget Priuilegium Bullæ Cruciatæ. Et ita docet me citato, Leander de sacram. 1. tract. 6. disput. 6. question. 16. Serius in Bull. Cruc. disp. 1. difficult. 10. §. 8. question. 30. numer. 2. Remigius in pract. confess. tract. 5. capit. 3. §. 1. numer. 12. Pater Bardi in Bull. Cruc. part. 2. tract. 6. capit. 7. sect. 5. numero septimo Ludouicus à Cruz, disp. 1. cap. 4. dub. 10. numero tertio. Trullench lib. 1. §. 7. capit. 21. dub. 15. Castrus Palaus, l. 4. tract. 2. 5. punct. 8. §. 4. numero primo & alij, firmantes posse Confessarium ex priuilegio Bullæ Cruciatæ à Pontifice sibi concessio auferre suspensionem contractam, vt est in casu nostro, per indebitam Sacrorum Ordinum susceptionem. Nota quod etiam Quintanadueñas in Præmio Instrucl. Ordin. n. 9. docet, sumentes Ordines cum dimissoriis falsis, incurrere suspensionem.

See

Sed quia Hieronymus Garfias in sum. theol. mor. tract. 1. diff. 1. dub. 13. punct. 4. numero 24. putat, supradictum Clericum ordinatum cum falsis dimissoriis incurrere irregularitatem latam in cap. 1. de eo, qui furtiue ordinem suscepit, adhuc existimo, etiam stando in hac opinione, posse in casu nostro, qui delictum est occultum, dictam irregularitatem etiam dispensari per Episcopum, stante iure nouo Concilij Tridentin. sess. 25. capit. 6. de reform. Et ita docet Barbosa in d. capit. 1. numero secundo. Castrus Palaus tom. 6. disputat. 6. punct. 17. numero quarto. Sayrus de censur. lib. 7. capit. 10. numer. 38. Caspensis in curs. Theol. tom. 2. tract. 25. disputat. 5. sect. 5. numero 34. Pellizzarius, tom. 2. tract. 7. capit. 5. sect. 3. numero 123. & alij. Imò aliqui probabiliter plus addunt, posse dictam irregularitatem dispensari etiam à quolibet approbato Confessario, virtute Bullæ Cruciatæ. Et idè ad confirmationem supradictorum apponam hic verba Paris Garfias *vbi supra* numer. 32. sic itaque ait: Esta irregularidad si es deducida ad forum contentiosum, no puede dispensarla el Obispo, si no en caso, que el reo huuiese entrado en Religion, y heura assi penitencia, en el qual concede el capitulo Veniens, que pueda dispensar el Obispo, pero si ex occulta aunque se puede el tal ordenado en el siglo, podra dispensar con el Obispo en virtud del Concilio Tridentino, y lo mismo digo del Confessor ordinario virtute Bullæ Cruciatæ. Hæc Garfias. Et hoc vltimum de facultate, quam habent Confessarij dispensandi per Bullam Cruciatæ irregularitatem contractam ex mala ordinum susceptione, vt fuit in casu nostro, docent, communiter Thomistæ, quos ego alibi ad facietatem adduxi, quibus nunc addo ex Societate Iesu omnind videndum Iosephum Giballinum de irregularit. cap. 6. question. 5. numero quarto. vbi me citato latè firmat hanc sententiam, & respondet ad argumenta contraria, afferentem absolutè quod qui ex facultate generali potest absoluerè à censuris, potest quoque dispensare in irregularitate pœnali, vt est iste de qua loquimur. Et idè Magister Petrus Cornejo ornamentum Carmelitane Religionis in 3. part. D. Thomæ, tom. 2. tract. 5. de irregular. disputat. 7. dubit. 1. question. 1. sic ait: Dico irregularitatem per illegitimam ordinum receptionem etiam posse tolli in foro conscientie per Bullam Cruciatæ. Hoc est probabile, quia hæc irregularitas est Censura, & pœna Ecclesiastica iuxta nostram sententiam atque ita potest tolli ex priuilegio Bullæ Cruciatæ. Ita ille. Et hanc sententiam etiam probabilem pœat Ioan. de Sor. in sum. part. 2. tract. 2. sect. 2. disputat. 4. fol. 379. Poncius in curs. theol. disputat. 48. quest. vlt. numer. 30. Escobar ex Societate in tract. mor. tract. 1. exam. 17. capit. 9. num. 130. & etiam me citato Martinus de San. Ioseph. in Reg. S. Francisci de facultatibus confess. verb. dispensare numero tertio fol. 577. & me citato Gallego de Vera in bull. Cruciatæ, capit. 9. dub. 139. & me citato Remigius in summa, tract. 6. cap. 5. §. 4. numero secundo & me citato Ioannes Henriquez in qq. pract. sect. 31. question. 5. numero 37. & me citato Crescentius in Præsidio Romano lib. 3. numer. 78. & me citato Leander à Marcia Cupuccinus in quest. 8. ad cap. 7. Regula S. Francisci, numer. 65. & me citato Guazzinus filius in tr. moral. lib. 2. defen. 6. question. 45. num. 2. & me citato Pellizzarius, tom. 2. tract. 8. capit. 3. numero 90. & me citato Marcus Serius in Bullam. Cruc. disputat. 1. diff. 10. §. 8. question. 30. numer. 5. & me citato Pater Magister Lezana in sum. qq. Regul. tom. 3. verb. Bulla Cruc. num. 30. & me citato Bassæus in flor. theol. verb. irregularitas 11. numero 17. Idem etiam docet Escobar in theol. moral.

tom. 1. libro 9. sect. 2. capit. 15. Probl. 29. numero 213. Itaque casus supradicti Clerici non est ita desperatus, & absque remedio; vt aliqui putarunt his diebus; nam cum sit occultus potest, siue suspensionem; siue irregularitatem contraxerit dispensari ab Episcopo. Quod idem probabiliter puto dici posse de Confessariis Regularibus virtute suorum priuilegiorum, & de quibuscumque Confessariis approbatis virtute Bullæ Cruciatæ. Ita sentio, saluo meliori iudicio.

An si res ablata tunc valebat v.g. decem aureos, postea verò antequam restituatur valet viginti, queritur an debeatur restituere decem, aut viginti aurei.

RESOLVT. V.

Circa hanc difficultatem ait Pontius in curs. theol. disputat. 52. question. 9. numero 52. Distingunt Authores de mutatione intrinseca, & extrinseca valoris. Mutatio intrinseca est, quando ipsa res ablata in se crescit, aut decrescit, vt si res ablata fuerit agnus, & postea deueniat ouis. Mutatio extrinseca est, quando res secundum se manet physicè inuariata in eodem statu, sed mutatur tamen ob aliquas extrinsecas circumstantias, aut causas valor ipsius, vt si modius tritici, qui iam valet tribus nummis, ratione caritatis frumenti, aut ex decreto Principis valeat quatuor nummis. Quamuis autem variæ sint de hac re sententiæ, fortassis taracn in re ipsa conueniunt. Sed quidquid sit de hoc, quantum ad rem, existimo restituendum domino rem ipsam, aut valorem eius summum pro isto tempore quo detinetur, v.g. si abstulisti agnum, & non restituisti donec facta est ouis; aut facta esset, si non occidisses, aut perdidisses, debes domino restituere valorem ouis, nec sufficit restituere valorem agni. Similiter si Abstulisti modium tritici cum valeret tribus nummis, & non restituisti, donec veneret tempus, in quo valeret quatuor nummis; tot restituere debent. Ratio est, quia reuera erit iniuria domino quod eo tempore, quo res ipsius plus valeret, per furtum alterius factum sit, vt non potuerit vendere rem suam illo tempore, & quod non sit tam diues tum quam esset nisi fur abstulisset agnum, aut triticum ipsius; sicut reuera non esset; nam non poterat tum acquirere sibi quatuor nummos, quos valeret res ablata. Cui iniuriæ non satisfacit dando quantum valebat res ante, aut postea, si tantum ante aut postea non valebat. Nec crediderim tollere hanc obligationem, quod dominus si haberet suam rem, non esset venditurus illam pro illo tempore, quo erat carior; & consequenter; quod non sit passus damnum ex eo, quod caruerit re sua tum, ratione illius augmenti valoris; quia sufficit, quod poterat vendere, & quod per furem sit effectum vt non possit.

Nec refert, quod opponit. Cardinalis de Lugo, si res furtiua sine culpa furis petiisset, eodem modo peritura apud dominum, forem non obligandum ad restitutionem: non enim credo hoc esse verum, quia aliàs qui hodie furaretur equum, qui equus casu aliquo petiisset cras, non teneretur ad restitutionem, quod videtur falsum; quia quamuis petiisset cras, tu tamen hodie fecisti tantum damnum domino, & tantum consequenter debes ipsi restituere certè; mihi absurdum videtur afferere, quo

quod si auferres heri ex domo aliquo lintheamina valentia decem nummis, quæ domus hodie combusta est cum omnibus in ea contentis, & quæ consequenter lintheamina, si non auferrentur à te, similiter combusta essent, tu non teneris pretium tantum pro illis restituere: nam quemadmodum teneris restituere valorem eorum, si apud te combusta essent, quamuis non comburentur apud dominum; ita etiam teneris si apud dominum essent comburenda; quia ad iniuriam quam tu fecisti, & animum etiam illa furandi, cum nihil scires de combustione, omnino per accidens est quod essent comburenda, necne. Sed quidquid sit de hoc, quamuis non teneretur quis restituere nisi pro ratione damni illati, & damnum non inferretur in casu quo res ablata periret apud dominum paulò postquam ablata esset; præter damnum quod pateretur ex defectu rei pro modico tempore quod intercedit inter furtum, & tempus, quo periret res, si mansisset apud dominum; & quamuis etiam non inferres maius damnum domino pro tempore quo res ablata erat carior, si ipse tum rem illam vendere vellet, quam si non esset tum carior; nisi quod tum si vellet vendere rem, non posset; tamen hoc ipsum est damnum æquivalens augmento pretij pro tempore illo. Deinde res illa in se pro tempore quo erat carior valebat plus quam ante: ergo non poterat retineri tum à domino sine iniuria tanti valoris: ergo tantum debet ipsi restitui. Et hæc omnia docet Pontius *vbi supra*; quæ quidem licet probabilia sint, opinionem tamen Cardinalis de Lugo, quæ ipse impugnatur, puto etiam sua probabilitate non carere. & aliqua quæ Pontius asserit, habent etiam suam difficultatem, ut ego alibi dixi.

An famuli teneantur impedire eos, qui furantur à suis dominis.

RESOLVT. VI.

Affirmatiuè responder Pontius *in curs. theol. disp. 52. quæstion. 9. concl. 2. numer. 65.* & hoc non solum de illis, quibus specialiter cura custodiendorum bonorum illorum commissa est, de quibus non est ratio dubitandi; sed etiam de aliis; nam quamuis cura specialiter ipsis non sit commissa; tamen ex ratione sui status in genere videtur eos obligari, ut id impediant; nec potest esse dubium, quin illa sit voluntas domini, cui in hoc obtemperare debent. Nec scio, cur aliqui eximant famulum ab hac obligatione respectiuè ad alium famulum domesticum, quasi non teneretur impedire ipsius etiam furtum, nisi quatenus posset formare iudicium, quod non acciperet aliquid, nisi id, ad quod haberet licentiam vel expressam, vel interpretatiuam. Ita Pontius.

Sed quoad hoc vltimum communis sententia est in contrarium, quam tuetur Lessius, *libro 2. capit. 17. dub. 10. numer. 75.* Molina *disputat. 735. numero quinto Layman lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. numero quinto.* Cardinalis Lugo *de iust. tom. 2. disputat. 19. sect. 3. num. 105.* Ioannes Vvigers *de iust. tract. 3. capit. 2. dub. 6. num. 51.* & communiter. Dico igitur, famulum qui videt aliquem furari ex rebus Domini, & non impedit, non teneri ad restitutionem, quando furtum ab alio famulo domestico fieri videtur, nisi si cura & custodia speciali munere commissa sit: vnde teneretur etiam famulus quando ei datur clavis ad extrahendum ali-

quid de aliquo loco, quia pro tunc custodia eius loci ipsi demandatur. Tenentur etiam, qui curam penus habent, vel ad custodiam, & vigilantiam supra res domesticas, vel familiam præficiuntur.

Quoad alteram verò partem libenter assentior sententiæ Patris Pontij, licet etiam quod quando famulus communis, cui peculiariter custodia, aut cura demandata non est, videtur non à domestico, sed ab extraneo furtum de rebus domesticis fieri, non teneri etiam ad restitutionem, licet non impediatur, aut manifestetur; videtur clarè docere Molina loco cit. dicit enim, quando vnus famulus videret alterum famulum, aut quemuis alium accipere aliquid de rebus, quarum cura aut custodia, aut defensio nullo modo esset ei commissa, ac taceret, non teneretur id restituere. Cui consentire videtur Rebellius *1. par. de obligatione iustitiae. l. 2. quæstion. 14. sect. 8. numer. 62.* dum solum dixit, retineri ad restitutionem famulos, quibus custodia domus, pecorum, aliarumve rerum demandata est, & eum cui traditur clavis ad pecuniam, vel aliud detrahendum ab aliquo loco, si inde aliquid furari permitrat. De aliis verò seruis, vel famulis nihil eiusmodi dicit. Clarius id docet Azorius, *3. tom. l. 8. cap. 13. de locato, & conducto, quæstio 8.* & Bonacinadisp. *prima de restitutione, quæst. 2. punct. 7.* Alij dicunt tunc teneri famulum ad restitutionem, cum quibus, ut visum est sentit Pontius, & etiam ego, & idem docet Petrus Nauarra *lib. 3. de restitutione, cap. 1. num. 224.* Lessius, *cap. 13. numer. 75.* cum Soto *l. 4. de iustitia, quæst. 7. art. 3.* quia aliqua domus custodia eis videtur commissa, licet non cum speciali vigilantia, & ita videtur habere communis hominum sensus. Vnde infero. Primò idem esse si famulus videret alium famulum ex rebus domesticis congregare, ut noctu cum illis fugiat; quia iam tunc esset quasi furtum ab externis factum. Infero secundò, idem dicendum si famulus dum dominum extra domum comitatur, videret furtum Domino crumenam furari, quia famuli sunt tunc quasi custodes domini, ut eum defendant. Et hæc omnia docet Eminentissimus Lugo *vbi supra.*

Sed si aliquis hic quærat, an si latro det alicui aliquid ne ipsius latrocinium impediatur clamando, aut aliter manifestando, utrum hic tenebitur ad damni reparationem? Dominicus Soto *l. 4. quæstion. 7. art. 3.* simpliciter asserit, eum non teneri, nisi fortassis id quod latro dedit, sit pars furti; hanc enim tenebitur restituere ratione rei acceptæ. Fundamentum esse potest, quia non idcirco videtur quis magis obligari ad impediendum, quia accepit pretium ut non impediatur; nam accipiendo pretium non videtur iniuriam facere illi, quem latro parat inuadere. Nihilominus contrarium est verius, & ita docet Petrus Nauarra *cit. libro 3. capit. 4. numero 132.* Lessius *libro 2. capit. 13. dub. 10.* Rationem indicat Petrus Nauarra, quia tunc non tantum est quædam non impeditio, sed etiam quædam veluti positiua cooperatio, quatenus scilicet sic paciscendo cum latrone, animat eundem, securioremque facit; sine quo pacto, aut non fecisset, aut non tam liberè, & audacter fecisset: vnde positiuè suo modo in factum influit, eo-que nomine venit meritò ad restitutionem obligandus.

Et notent hic Confessarij, quod omnes qui ex officio obligantur impedire damna aliorum, si ex culpa graui negligant, tenentur ad restitutionem, & reparationem damnorum. Est communis doctrina. Hinc inferunt Primò, Principes, Magistratus, Prætores. Duces belli teneri ad restitutionem, si omittant impedire furta, iniusta monopolia, latrocinia

latrocinia, & similia mala, quando ea impedire in ipsorum est potestate; quia ratione officij ex iustitia ad illa impedienda tenentur, tanquam ad hoc assumpti, & conducti; idem namque stipendia à Repub. accipiunt, & honores eis deferuntur. Inferunt secundò, idem dicendum esse de omnibus illis, qui per modum contractus ad aliquarum rerum custodiam sese obligarunt, stipendium ea de causa promerentes; quia lege iustitiæ tenentur hi custodiam præstare: quam si hanc negligant, tenentur de damno secuto siue illud ab hominibus inferatur, ut à furibus, siue ab animalibus Syluestribus, quæ coercere & abigere debuissent. Sic tenentur custodes hortorum, vinearum, sylvarum, stagnorum, si ex ipsorum negligentia damna inferantur: non tamen tenebuntur custodes sylvæ communis, si permittant iis auferre ligna, quibus iniuste id fuerat prohibitum, ut habet Petrus Nauarra *l. 3. c. 4. num. 142.* Quod si verò eiusmodi custodes, pretio accepto, permittant alios auferre ligna, vel res suæ custodiæ committas, obligabuntur tunc ad restitutionem etiam ante illos, qui res abstulerunt; quia censentur illi tum principales auctores damni, quia quodammodò quasi vendunt res alienas, idque siue pretium exegerint, siue oblatum acceperint. Inferunt Tertio, etiam Tutores, & Curatores ad restitutionem teneri, qui negligunt impedire damna pupilorum, aut minorum, ut notat de Grassis *l. 2. c. 26. num. 27.* Nauarrus, *cap. 17. n. 21* & alij. Ratio est, quia ex iustitia ad hoc obligantur, quamuis enim stipendia non recipiant, nihilominus lege iustitiæ tenentur. Nam potestas publica potest hanc obligationem eis imponere, & iuxta communem sensum habetur imposita. Vide Vvigers *vbi supra* hæc omnia rationibus confirmantem.

An habens ius litigiosum in beneficio possit dare aliquid alteri prætendenti tale ius, ut non prosequatur ius suum.

RESOLVT. VII.

AD hoc dubium, quod in praxi potest accidere, sic respondet Ioannes Pontius *in curs. theol. disp. 56. q. 2. concl. 10 n. 37.* Difficultas est, an qui haberet ius in beneficio, sed litigiosum, posset recipere ab alio prætendente ius in eodem beneficio aliquid, ut renunciaret iuri suo; vel dare aliquid, ut renunciaret alter. Sententia communior videtur, quod non possit hoc fieri absque simonia. Sed, saluo meliori iudicio, existimarem non esse simoniam, si daretur aliquid non pro beneficio, quod dans putaret esse suum; sed ut vitaret expensas, quas deberet facere, ut defenderet ius suum: nam procurare per decem nummos, ne quis exponeretur periculo perdendi centum nummos, quos in lite deberet expendere, nihil profus habet malitiæ; neque enim quod dat, est spirituale; neque etiam illud pro quo dat. Dare quidem aliquid ut alter renunciaret iuri positiuè, videtur esse simoniacum; quia ius illud est spirituale; dare verò aliquid ut non moueat litem ad prosequendum ius suum, & consequenter ad renunciandum iuri suo negatiuè, hoc est non prosequendo ipsum, non apparet simoniacum, quia illa negatio prosecutionis iuris non est spirituale. Idem dicendum si reciperet ab altero aliquid, ut ipsemet non prosequatur ius suum.

Sed quid, an idem dicendum de eo, qui habens possessionem beneficij vellet illud relinquere alte-

Anton. Diana Pars XI.

ri prætendenti ob aliquod pretium ab illo receptum? Resolutio huius casus videtur mihi difficilior, quam prioris, quia hic dando possessionem beneficij, videretur dare rem spirituales pro illo beneficio. Respondeo tamen mihi videri, quod possit hoc facere absque simonia, quia cum non sit certum quod beneficium sit suum, sed propter probabilitatem tamen quam habet, quod sit suum, vellet in litigando expensas facere, nullo modo apparet esse simoniacum, ut vitet illas expensas aliquid recipere, quia neque quod accipit est spirituale, neque illud pro quo accipit, hoc est expensas, quas faceret in litigio. Itaque si qui dat, non emit ius alterius; ut non debet, quia potest esse contentus iure suo; neque possessionem, quod etiam non est necessarium ut faciat; quia sufficit quod alter permittat, ut ipsemet eam viro suo accipiat, aut ab eo, qui potest possessionem dare, sed solum det alteri aliquid ratione expensarum, quas faceret, ut probaret ius alterius non esse bonum, non apparet esse vlla simonia ex parte ipsius; similiter, si recipiens neque dat ius suum, quod alteri non est necessarium, cum habeat proprium; neque possessionem positiuè, sed negatiuè tantum, permittendo, ut alter recipiat illam, sed solum recipiat aliquid ne faciat expensas defendendo possessionem suam, non committit vllam simoniam. Huc vigeat Pontius, quæ ex eius mente dicta esse volo.

Quærit idem ibidem *concl. 6. n. 33.* si quis fecerit expensas in beneficio litigioso, an possit eas exigere ab illo, cui, aut in cuius fauorem resignat? Et respondet negatiuè cum communi, loquendo de exactione tanquam pretij, aut debiti; quia quod alter solueret pro expensis, esset aliquod pretium pro beneficio; posset tamen æquiualens recipere gratitudinè, de quo non est dubium. Ita ille.

Puer in anno quinto sue ætatis fuit promotus ab Episcopo ad primam Tonsuram: quaeritur quid iuris, & an possit promoueri ad alios ordines.

RESOLVT. VIII.

Suppono dictum puerum, licet licitè, tamen valide fuisse ordinatum; quod patet ex *c. vnic. de Clericis per saluum promot.* vbi in casu quo quidam ante vltim rationis ordinatus fuerat minoribus, & subdiaconatu, & non certò constabat, iubetur quidem iterum ordinari, quia non sciebatur certò id ita esse, quod si sciretur, ut ibidem significatur, nullo modo iubetur ordinari. Suppono secundò, dictum puerum nullam suspensionem incurrisse; Primò, quia prima tonsura spectato iuris rigore non est ordo, sed ad ordines dispositio, & ab ordinibus sæpè distinguitur, ut constat manifestè ex *Tridentin. sess. 14. cap. 2. de reformat.* ibi: Ad sacros, aut minores ordines, vel primam Tonsuram promouere, seu ordinare valeat. Tum præcipuè, quia hæc Tonsura nullum speciale munus habet, à cuius executione ea initiatus suspendi valeat. Et ita docet Castrus Palaus, *tom. 6. disputat. 4. punct. 10. §. 1. numer. 5.* & alij. Secundò probatur, quia suspensio nullatenus contrahitur ob culpam alienam, sed ob propriam; ut patet ex *c. 2. de Constit.* ibi: Rem, quæ culpa caret in damnum vocare non conuenit. Et in *c. de his, quæ sunt à maiore parte Capituli*, vbi dicitur: Peccata suos auctores tenere debent, neque

B b

pæna

pœna est alterius protrahenda, quam delictum fuerit in excidente, quia iniquum est innocentem pœnas nocenti debitas sustinere, & ita docet Sanchez de matr. l. 9. disput. 31. numer. 9. Auila de Censur. p. 3. disp. 3. dub. 2. conclus. 2. Suarez d. 28. sect. 4. num. 3. Cornejo in 3. p. D. Thomæ. 1. 2. tr. 5. de susp. dub. 2. numer. 4. Layman l. 1. tr. 5. p. 3. c. 9. Hurtadus de susp. diff. 9. & alij communiter: ergo in nostro casu implicat dictum puerum aliquam contraxisse suspensionem, quia quando recepit primam tonsuram, carebat usu rationis, atque ideò peccare non poterat, & eius susceptio ex parte sua inculpabilis fuit, & tantum peccaminosa ex parte Episcopi.

Verùm cum hæc omnia de plano procedant quoad suspensionem per se sumptam, & quatenus est censura; difficultas tamen est an dictus puer ex tali ordinatione incurreret saltem suspensionem late sumptam, quæ dicit inhabilitatem ad alios ordines suscipiendos, & videtur prima facie affirmatiuè respondendum ex notabili doctrina, quam ex Alberto de Cens. 1. 1. disput. 7. cap. 1. obseruat sapientissimus Felicianus à Vega olim electus Episcopus Mexicanus in c. 4. §. si verò, de ind. n. 33. nempe: nulum esse inconueniens posse ferri suspensionem, à iure, vel ab homine pro aliena culpa, quando talis suspensio habet rationem inhabilitatis proueniente ex defectu ordinem conferentis: quod firmatur primò auctoritate Diui Thomæ in 4. sent. dist. 18. qu. 2. art. 3. qu. 2. ad primum. Secundò, ex c. vel non est compos. 14. de tempor. ordin. in quo puer ordinatus Diaconatu anno ætatis suæ 13. suspèditur ab officio Diaconi vsque ad legitimam ætatem, non ob propriam culpam, sed in iniuriam ordinantis. Tertio, in cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatu renunciauit, cauetur suspensos esse debere ab officio, quousque legitimus Pontifex dispenseret, tamen si ignoranter prædictos ordines suscepissent: ergo & in casu nostro posset aliquis dicere dictum puerum ordinatum ab Episcopo in anno quinto ætatis suæ contraxisse non quidem suspensionem strictè sumptam, sed quandam inhabilitatem ad Ordines non ex culpa sua, sed in iniuriam Episcopi ordinantis, vt loquitur Pontifex in d. c. vel non est compos.

Sed licet superius dicta ego approbem, dari videlicet in Sacris Canonibus aliquas suspensiones, quæ verè pœnæ non sunt, sed tantum inhabilitates, & contrahi absque culpa in Episcopi ordinantis iniuriam; attamen hanc doctrinam non posse applicari in casu nostro videtur, nam individualiter inuenio expressam in c. nullus de atat. & qualit. ordinand. in 6. vbi sic habetur: Nullus Episcopus, vel quiuis alius, infanti (scilicet minori septem annorum, ait ibi glossa, Castus Palaus t. 6. disp. 4. pun. 10. §. 1. num. 6. Leander de Sacr. t. 2. tr. 6. disp. 6. quest. 1.) clericalem præsumat conferre Tonsuram, qui verò contrafecerit, vt in eo in quo peccauit, puniatur, per vnum annum à collatione clericalis Tonsuræ, dumtaxat nouerit se suspensum. Ita ibi Bonifacius VIII. Itaque, cum Pontifex solum pœnam suspensionis imponat Episcopo, & nullam mentionem faciat de puero malè ordinato, nescio qua ratione dicendum sit in casu nostro, dictum puerum inhabilitatem aliquam incurrisse; nam de illa ne verbum quidem Pontifex in dicto textu asserit, vt fecit in alijs textibus superius adductis, & nouissimè in Concil. Trident. sess. 5. c. 6. de reformat. contra ordinatos ab Episcopo exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, vbi fulminatur suspensio non solum contra Episcopum, sed etiam contra ordinatos ab ipso, licet ex parte ipsorum non fuisset culpa ali-

qua, vt notat Barbosa ibi, n. 34. Vega vbi supra n. 34. cum Alterio loco cit. Ergo in casu nostro intrat Axioma illud iuris, quod si ex voluisset, expressisset; sicuti expressit quando voluit. Ex c. 2. de Decimis, & cap. 2. de transact. & ex alijs iuribus, & Doctoribus, quos ego ad fatietatem adduxi nouissimè in par. 10. tract. 9.

Nec valet argumentum superius adductum ex text. in c. vel non est compos. & cap. 1. de ordin. ab Episcopo, qui Episcopatu renunciauit; nam ibi Pontifex loquitur tam contra ordinantem, quam contra ordinatos, quod non fecit in casu nostro, videlicet in d. cap. nullus, ideò determinationes illorum Canonum non sunt extendendæ ad casum nostrum, ad quem nullam inhabilitatem voluit Pontifex puero ordinato imponere; nam si voluisset, expressisset, vt alibi fecit. Et omnia iura clamant odia non esse extendenda de casu ad casum, etiam si extensio fiat ex similitudine rationis; vt patet ex leg. factura cuique §. in pœnalibus, vbi Decius, ff. de regul. iur. c. in pœnis, eodem tit. in 6. Burgos de Paz, cons. 8. numer. 2. Joann. Andreas in reg. odia, de reg. iur. in 6. Gironius de priuileg. seu explicat. n. 540. & alijs: Vnde impedimenta matrimonij cum sint quædam inhabilitates, contrahunt quidem etiam ab ignorantibus, sed non extenduntur de casu ad casum: ergo, &c.

Nec obstat supradictis c. tua littera de Clerico per saltum promotus, in quo Innocentius III. dicit iniungendam esse pœnitentiam cuidam, qui ordine Diaconatus prætermissis, se fecit ad Sacerdotij ordinem promoueri, ac insuper ex quo boni viri assererent inter quos fuerat conuictus, credebatur assertioni eorum, eo quod tempore quo ordines inferiores susceperat infra annos discretionis fuerat constitutus. Non inquam hæc textus obstat; nam primò potest quis respondere pœnitentiam illam fuisse ab Innocentio iniunctam, quia omisso Diaconatu ille talis Sacerdotium sumpserat cum ignorantia crassa & supina, vt ibi Glossa obseruat, non antea quia receperat ordines inferiores ante annos discretionis, cum nulla negligentia, vt clarum est, ante usum rationis ex parte sua extiterit in illa ordinum susceptione: ergo, &c. Respondeo secundò, quod Innocentius in dicto textu, loquitur de illo, qui infra annos discretionis ordines inferiores suscepit: sed in nostro casu puer non suscepit ordines, sed tantum primam Tonsuram, quæ quidem, ex communi Theologorum sententia, non est ordo, vt ex 24. Doctoribus late probat Marchinus de Sac. Ordinis, tract. 1. cap. 7. num. 2. ergo textus ille Innocentij non est extendendus ad casum nostrum; nam differt à casu ibi exposito.

Verum quia Canonistæ communiter docent primam tonsuram esse ordinem, & etiam secluso dicto textu Innocentij III. quæstio ista non caret difficultate, & suos habet anfractus, existimo prudenter Sanctissimum Dominum Nostrum, ad sedandos scrupulos, & pacandam conscientiam, concessisse in tali casu dispensationem, quam orator instantè petierat. Et ita ego respondi interrogatus de hoc casu à S. D. N. Innocentio X. postquam dispensationem concesserat.

An

An liceat alicui ludere preces cum alio pro præmio temporali.

RESOLVT. IX.

EMinentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo putat hoc esse illicitum; quia in hoc esset Simonæ periculum, quatenus spirituale opponitur temporali in contractu oneroso, in quo æqualitas exigitur inter ea, quæ ab utroque contrahente sunt soluenda. Sed Ioannes Pontius nominatim aduersus illum putat id licere, in curs. Theol. d. 56. qu. 3. concl. 3. n. 9. sicut enim absque simonia potest quis obligare se ad dicendum sacrum pro alterius intentione cum conditione quod ipse soluat ipsi decem asses, & alter potest ipsi soluere illos propterea; ita potest aliquis obligare se ad dicendum Sacrum pro eius cum quo ludit, intentione, ea conditione, vt si ipse vincat, alter soluat ipsi decem asses; non quidem pro sacro, nec pro applicatione intentionis, sed pro labore quem sumit in sacro dicendo, vel pro sustentatione; est enim prorsus eadem ratio. Confirmatur, quia obligans se ad dicendum sacrum si perdat, pro altero obligatio ad dandum ipsi decem asses si vincatur, non exponit nisi decem asses, quos ipsemet posset habere, si diceret sacrum pro alterius intentione; sic autem obseruatur tanta æqualitas, ac proportio, etiam in re exposita ludo instat vtrumque: ergo nihil impedit quò minus id fieri possit. Per quod patet ad rationem Cardinalis, quia non est ipsum sacrum quod exponitur, sed quod corresponderet sacro tanquam pretium laboris, in eo dicendo insumpti; aut tanquam pars sustentationis, quæ deberetur ei, qui veller dicere sacrum, quod est totum temporale. Deinde etiam si esset malum ipsasmet orationes exponere, tanquam æqualis valoris vili rei temporali, tamen non propterea committeretur simonia id faciendo, cum non vendatur pro pretio. Rursus, qui veller ludere orationes pro aliquo præmio temporali, lucrando per ludum, non necessariò deberet propterea existimari æquiparare orationes illi præmio: nec enim talis æqualitas requiritur semper in re vtriusque exposita ludo; quia potest quis, si voluerit, iuste exponere viginti nummos pro vno, cum sit Dominus argenti, & sicut posset nummos absolute donare, cur non posset eos periculo exponere pro vno nummo, si velit?

Notandum est hic obiter id quod docet Dicastillus, de Iust. l. 2. tr. 18. disp. 5. dub. 7. num. 48. quod si Dominus nihil prorsus mancipio præbeat, quod infamat in honestam recreationem, neque quidquam feruus ipse aliunde habeat, tunc poterit aliquid inferere ex bonis Domini in moderata recreatione; aut ludo, quia seruus ius habet sumendi moderatam aliquam recreationem. Et testatur ita sensisse in communibus casuum conscientiarum conferentis graues & doctos viros Societatis.

Nota hic etiam, quod Malderus de Iust. 1. c. 12. dub. 1. existimat, quando quis nulla fraude alterum ad sponsonem perlexit, etiam si de victoria fuerit certus, non teneri eum ad restitutionem. Sed oppositum puto verius: nisi alteri prius declarauerit, se certè cognoscere, & perstiterit nihilominus alter & voluerit certare, tunc enim locum habebit, quod scienti & volenti non fit iniuria. Et ita ex multis docet Ioannes Vvigers, de Iust. tr. 5. c. 4. dub. 1. n. 3. qui etiam optimè obseruat dub. 5. n. 13. quod qui ludit Anton. Diana Pars XI.

ludo prohibito; si habeat animum non soluendi vel solum repetendi, non potest lucrari sic, vt lucrum iuste detineat. Ratio est, quia collusorem decipit, dum se gerit tanquam paratus esset pari sorte concurrere cum altero, vt soluat, si vincatur, & lucrum recipiat, si vincatur: cum tamen intendat solum ab altero lucrum captare, & si perdat nihil ipsi concedere; quod facit contractum inæqualem & iniquum. Qui tamen sincerè ludit, nam habens animum non soluendi, aut recuperandi in iudicio, poterit ludo peracto mutare animum & non soluere. Ita quoque Bonac. de Rest. in paroch. disput. 2. quest. 3. punct. 3. n. 9. quia ius commune vtrique hoc concedit, & in eo pares sunt.

Nota, hæc procedere in ludo verito, quia qui ludo licito ludit, etsi cogitet non soluere, poterit tamen lucrari; quia quamuis soluere non intendat, poterit tamen ad soluendum compelli, atque ita victor censetur hæc paritas esse conditionis ad lucrum faciendum, non obstante contraria voluntate colludentis.

Et tandem nota, quod cogentes ad ludendum debent restituere quod lucrantur; secus autem qui ab ipso lucratur. At Pontius vbi supra disp. 58. qu. 3. concl. 6. num. 13. contrarium videtur docere contra Cardinalem Lugum, & alios, quia ex iniuria facta vni, debet constitui indemnitas; alter verò non item, cum ipsi non sit facta iniuria. Ego conuenio cum primis, quia ex iniuria per metum facta non sequitur aliud, quam quod debeat seruari indemnitas: ergo non debet ex illa reportare lucrum; reportaret autem si deberet lucrari, & non posset perdere. Quam resolutionem teneo ex natura rei; sed valde opportunè prouideretur per leges positivas, vt qui hoc modo induceret ad ludendum, in pœnam illius iniustitiæ perderet quod alter lucraretur. Ita Pontius. Sed ego puto non esse dicendum à sententia Cardinalis Lugo, quæ est communis.

An confessio informis sufficiat pro lucrando Iubilæo, vel indulgentiis.

RESOLVT. X.

NEGatiuè respondet Pasqualigus de Iubilæo, q. 73. num. 2. vbi sic ait: Difficultas procedit ex suppositione, quod possit dari confessio informis: nam non posse dari, dixi in Theol. moral. disp. 79. de Pœn. sect. 5. & 6. Et communiter affirmatiuè respondent; dummodò tamen antequam impleatur vltimum opus iniunctum, recedat fictio, & adueniat status gratiæ, qui est necessarius quando est obtinendus fructus Iubilæi, seu indulgentiæ. Ita specialiter Leon part. de Iubilæo, numer. 83. Bossius sect. 4. de Iubilæo, casu 19. §. 1. numero 9. Faustus libro 4. de indulg. quest. 33. Hoc tamen apud me non caret difficultate, quia siue confessio sit præscripta in ordine ad dispositionem, siue vt opus iniunctum, semper intenditur vt disponens ad effectum indulgentiæ obtinendum, & proinde finis dispositionis cadit sub intentione præscriptoris: ergo confessio quæ præscribitur, cum tali qualitate præscribitur, vt conducat ad finem intentum: Confessio autem informis non condatur, & ideò caret qualitate cum qua præscribitur, atque ideò non est illa confessio, quæ præscribitur. Ita Pasqualigus.

Sed ego puto non esse recedendum à sententia affirmatiua, quam præter Doctores à me alibi adductos

adductos, tenet nouissimè nominatim contra Pasqualigum Pater Bardi in *Selectis*, l. 5. q. 5. num. 11. & ad eius argumentum responder, quod quamuis confessio dum manet informis, & absque suo effectu, nequeat disponere ad finem intentum, quatenus sine gratia iustificante, homo non consequitur indulgentiam; nihilominus, si postea ille qui talem fecit confessionem, se conterat absque alia confessione; recipiet gratiam, & non tantum illam, quæ respondet contritioni, verum etiam aliam vi Sacramenti, quæ certò datur, ut dicunt Theologi, remoto obice; confessio autem illa valida, sed informis ratione valoris quem habet, satisfecit oneri iniuncto, & licet actu non habeat effectum, est postea illi habitura, quatenus homo remouens impedimentum recipit maiorem gratiam intuitu Sacramenti, quod prius erat informis, postea verò formatum. Et si homo non se disponat per actum contritionis, non obtinebit tubileum, quia non est in statu gratiæ: sufficit igitur Confessio quæ vel actu habet effectum gratiæ Sacramentalis, vel quæ sit talis, ut remoto obice possit illum habere; sed hoc est intelligendum si adhuc durer tempus in Iubilæo signatum, & homo præster reliqua iniuncta; nam tali tempore transacto non poterit amplius acquirere indulgentiam, etiam ablato impedimento. Hæc Bardi, & nimis æstimanda est Sapientissimi Viri opinio, dari videlicet Sacramentum Pœnitentiæ informis, sed validum; nam hoc ita facile concederint Theologi ex Societate, & satis probabiliter. Sed contra illos, & Pasqualigum in solamen Pœnitentium & Confessorum non deseram hæc apponere verba Remigij in *Pract. Confess.* l. 5. c. 5. § 9. n. 2. Però para euitar prolixidades, aduerta aqui el Confessor, que no sea facil en hazer repetir confesiones, conformandose con la opinion que admite confesiones informes; y assi haga solamente reiterar las que conoee auer sido inualidas. La diferencia que ay entre la confession inualida, e informis consiste en que la inualida es, que se haze callando algun peccado mortal de proposito, ò verguenza, ò sin dolor alguno, ò sin intencion, ò proposito de la enmienda, ò sin ningun examen. Tambien, quando constasse que las confesiones fueron hechas con ignorancia afectada de los requisitos, por no auer querido frequentar los sermones, v. g. para no tener noticia de su mal estado, &c. La confession informis es à quella, que haze al penitente con algun defecto en el dolor, v. g. por llegar à confessarse con atricion imperfecta, y dolor ineficaz, y con vna beleidad que ni bien tenia determinacion de apartarse del peccado, ni bien dexaua de tenerla; mas el pensaua que llegaua al Sacramento con verdadero dolor, ò por no hazer suficiente examen de la consciencia por ignorancia, ò negligencia, aunque culpable, y por esto se oluido de confessar algunos peccados; si bien ferà el defecto pecaminoso mas, ò menos, conforme lo aya sido la culpa, y bastara acusar se despues dello, y de los peccados olvidados tambien. Dixe, y por esso se oicido de confessar algunos peccados, &c. porque si despues de auerse confessado el penitente, hallasse que los peccados olvidados fueron mas que los confessados, seria necessario boluer à repetir la confession; porque se arguye auer sido hecha sin examen. Però al contrario si fueron los confessados mas que los olvidados, es señal que el examen fue suficiente, y la confession solamente informis. Ita ille: Vide etiam infra.

An sit valida forma absolutionis si dicatur: Absoluo te, non addendo à peccatis tuis.

RESOLVT. XI.

Nouissimè negatiuam sententiam docet Pater Pasqualigum in *Sacra Doctrina*, t. 2. d. 84. sect. 1. n. 10. vbi sic ait: Dico secundò, verba, *Ego te absoluo* non sufficiunt, sed necesse est oponere saltem, à peccatis. Probat: Illa verba sunt essentialia formæ, quæ sunt necessaria ad significandum effectum, quem causant: Sed hæc verba, *Absoluo te*, non significant: ergo. Minor probatur: Effectus Sacramenti est emittere peccata, & ab iis absolueri; verba autem, *Absoluo te*, non significant absolutionem à peccatis, quia absolueri est indifferens ad significandam absolutionem ab hoc, vel ab illo. Dices determinari à subiecta materia, quia cadit demonstratiuè supra pœnitentem petentem absolui à peccatis. Contra forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam ad significandum effectum Sacramenti: Ergo si ex se non significat determinatè effectum, non erit sufficiens. Dices secundò, verbum, *Absoluo te*, supponere pro eo, à quo sit absolutio, & ideo non suspendere significationem. Contra verba quæ non significant aliquod vnum, sed possunt significare plura, suspendunt significationem, cum non sit maior ratio, cur potius vnum quàm alterum significant; tale autem est verbum, *Ab vno*. Confirmatur: verba *Absoluo te*, non significant explicitè, & formaliter absolutionem à peccatis, sed ad summum virtualiter: ergo non sunt sufficiens forma. Consequentia probatur: forma Sacramentorum causat effectum ex vi suæ significationis: ergo ad causandum requiritur adæquata significatio formalis, quia causa non potest causare, nisi eius vis causatiua formali modo existat. Hucusque Pasqualigum. Sed ante ipsum ex neoteris hanc sententiam docuerat Ioannes Wigets in 3. par. *D. Th. quest. 108. q. 4. art. 3. concl. 4. numer. 12*. Pater Auerla de *Sacram. pœnit.* q. 12. sect. 3. & Martinon de *Sacram. pœnit.* disp. 5. sect. 1. n. 7. 8. & 9. in fine.

Sed ego puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam communiter asserunt Doctores. Ita S. Thomas p. 3. q. 84. art. 3. Caietanus *ibidem* in *summa*, verb. *absolutio*. Sotus in 4. dist. 14. q. 1. art. 3. in fine; Mayoronus, *quest. 1. art. 2. Angles de Sacram. pœnit. q. 1. Siluester verb. absolutio, quest. 6. num. 4. Tabiena eodem verbo*, num. 12. Armilla num. 4. Tolctus lib. 2. cap. 12. Suarez, t. 4. in 3. par. disput. 19. sect. 1. Valquez *quest. 84. art. 3. dubit. 4. Syluius ibidem*, Henriquez, lib. 4. de *Sacram. cap. 11. numer. 3. Emanuel Sa verb. Absolutio*, Coninch, *disputat. 4. dub. 3. num. 30. Amicus in curs. Theolog. tom. 8. disp. 10. sect. 1. num. 11. Præpositus in 3. par. D. Thom. qu. 6. de forma Sacram. pœnit. dub. 1. num. 4. Granadus in 3. par. Contr. 7. tract. 1. disp. 6. sect. 1. numer. 6. Lessius in 3. par. *quest. 84. art. 3. num. 16. Fabius in 4. dist. 14. q. 4. disputat. 21. capit. 3. num. 44. 59. & 61. Mercerus de Sacram. ad 3. par. qu. 84. art. 3. num. 1. Remigius in *pract. confess. tract. 5. cap. 5. §. 1. num. 4. Ioannes de Soria in Epitome Sacram. p. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa formam*, seu absolutionem, Martinus de San Ioseph in *mon. confessor. tom. 1. lib. 1. tract. 2. de pœnit. num. 7. Ioannes Henriquez in compend. cap. 33. numer. 2. Petrus à Sancto Ioseph in Idea Sacram. cap. 27. resol. 3. Caspenlis in *curs. Theol. tom. 2. tract. 24. disput. 2. sect. 4. numer. 40. Opatovius de****

de *Sacram. de pœnitent. disp. 1. quest. 3. num. 26. Tannerus tom. 4. Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 2. quest. 7. Moscolus in Summa tract. 6. cap. 13. Cardinalis Lugo de pœnit. disputat. 13. sect. 1. § 3. num. 34. Fagundes de Precept. Eccles. lib. 2. cap. 9. numer. 19. Reginaldus tom. 8. lib. 28. n. 2. Valentia t. 4. disp. 7. q. 1. pun. 2. Villalobos t. 1. 1. 9. difficult. 5. num. 3. Ylambert *propof. 2. n. 7. Chellifonius in 3. part. quest. 84. art. 3. dub. 3. & ibi Pefantius, & Nugnus Sayrus de Sacram. in genere*, lib. 1. capit. 3. part. 5. §. In pœnitentiæ Sacramento, Molfesius in *Summa tom. 1. tract. 7. cap. 5. n. 26. Fillucius t. 1. tr. 6. c. num. 61. Castrus Palauis tom. 4. tr. 23. punct. 5. n. 2.**

Probat hęc opinio, quia ea tantum verba sunt essentialia formæ alicuius Sacramenti, quæ proprium eius effectum determinatè significant, prout coniunguntur propriæ suæ materiæ modo sibi debito, ut patet ex formis omnium aliorum Sacramentorum nouæ legis: atqui sola ista duo verba, *Absoluo te*, prout iuridicè pronuntiantur à Sacerdote supra pœnitentem, statim post explicationem peccatorum in confessione Sacramentali factam, significant determinatè remissionem peccatorum, quæ est proprius effectus Sacramenti pœnitentiæ, omiſſis omnibus aliis verbis tam antecedentibus quàm consequentibus. Præterea coniunguntur suæ materiæ modo conuenienti Sacramento pœnitentiæ, quatenus illud est in forma iudicij, in quo accusatio rei, & cognitio criminum eius debet præcedere, tum pronuntiatio sententiæ absolutoriæ sublequi: igitur sola ista verba *Absoluo te*, sunt de essentia Sacramenti pœnitentiæ.

Dico igitur verbum, *Absoluo*, amplam habere significationem, & ad varia determinabilem, quæ ex intentione profertur possit ad hanc, vel illam significationem determinari, & ex subiecta materia potest secundum vsum communem cognosci accipi in determinata significatione, scilicet, vel pro absolutione à peccatis, vel pro absolutione à censuris, vel pro absolutione à pœnis, & proinde quando in hoc iudicio dicitur, *Absoluo te*, ex vfu communi verbum, *Absoluo*, satis determinatè significat absolutionem à peccatis, cum significatio illius in hoc Sacramento adaptetur iuxta exigentiam materiæ quam recipit, & cuius remissio petitur in hoc Sacramento. Confirmatur, quia si quis petat absolutionem à censura, sufficenter absoluetur etiam per illa verba, *Absoluo te*, quia illa verba, præsupposita explicatione censuræ, sufficenter determinatè significant absolutionem à censura. Itaque cum ea tantum verba constituunt essentialia formam Sacramenti, quæ cum adiunctis circumstantiis expriment principalem effectum Sacramenti; talia sunt hæc verba, *Absoluo te*, in forma Sacramenti pœnitentiæ: ergo hæc tantum constituunt essentiam formæ huius Sacramenti. Maior constat, nam verba quoad significationem fumenda sunt secundum omnes circumstantias quas habent adiunctas, & secundum quas ex communi hominum institutione, determinantur ad significandam, ut patet in illa forma Baptismi corruptè prolata. *Ego te Baptizo in nomine Patriæ, & Filii, & Spiritus Sancti*, quæ ex declaratione Zachariæ Papæ valida est, eo quod prolata in talibus circumstantiis, ex communi hominum sensu significant mysterium Sanctissimæ Trinitatis, quæ tamen sub aliis circumstantiis prolata, illud non significarent. Pari igitur ratione, verba hæc, *Absoluo te*, etſi ex se indifferentiæ sint, ad significandam tam absolutionem à censura, quàm à peccatis, prolata tamen supra pœnitentem, quia sua

Anton. Diana Paris XI.

peccata confessus est Sacerdoti, determinatur ad significandam absolutionem à peccatis, qui est principalis effectus huius Sacramenti. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Pasqualigi, & Merceri: nam licet verbum, *Absoluo*, indifferens sit, determinari potest ex intentione ministri, & confessione pœnitentis, ut solutionem vinculi peccatorum significet; sicut si coram iudice susteretur reus catenis ligatus, eo ipso quod iudex præciperet eum solui, non dubitaretur velle, ut à catenatum vinculis solueretur: sicut etiam cum Lazarum suscitatur præcepit Dominus Iesus Christus, *Ioanni*, 1. solui, sufficenter significauit vincula, quibus tanquæ mortuus ligatus fuerat, ut sepeliretur. Et ideo cum ex Dialecticis attributum in enunciatione attrahit à se subiectum, id est determinat eius significatum, designando pro quo illud supponat; sic etiam in oratione practica eius coniunctio ad hanc, & istam materiam in particulari determinat illius formale significatum cadere supra hanc, & istam materiam in particulari: sed hæc forma, *Ego te absoluo*, est quædam oratio practica, est enim Sacramentalis, & proinde effectiua illius quod significat, & dum iuridicè pronuntiat à Sacerdote, statim post accusationem peccatorum factam à pœnitente pro obtinenda remissione peccatorum quoad culpam, ei coniungitur tanquam suæ speciali materiæ: ergo hac sui coniunctione ad accusationem, seu confessionem peccatorum determinat practicum formale eius significatum, esse remissionem peccatorum quoad culpam: nec proinde ad essentiam istius formæ opus est addere hanc particulam, *A peccatis tuis*. Et hoc potest illustrari exemplo familiari. Ager aliquis accedit ad medicum, cui morbum, morbiq; causas, symptomata, & id genus cætera accuratè explicat: si peritus ille medicus, his auditis, statim subiiciat, *Te sano*, hoc verbum rectè intelligitur dici propriè solummodò de curatione ab illo morbo, quem ægrotus ille modò exposuit medico; & ad istud significandum non fuit opus medicum addere hanc particulam, *ab hac tua infirmitate*; quia ex communi vfu loquendi id satis intelligitur, cum sit quædam responsio medici ad inquisitionem ægroti: responsio aurem, & interrogatio intelliguntur esse de vno, & eodem; sed sacramentalis confessio pœnitentis est dolorosa explicatio, & accusatio morborum animæ eius, inquirentis à Sacerdote gratiam sanantem per beneficium absolutionis iuridicè: ergo ad practicum significationem verborum formæ istius, *Ego te absoluo*, sic statim pronuntiatorum, sequitur sufficiens expressio eiusmodi effectus proprii huius Sacramenti, & per consequens hæc verba, *A peccatis tuis*, non sunt de essentia formæ Sacramenti Pœnitentiæ. Vnde ex his, ut dixi, remanent soluta argumenta à Pasqualigo, & aliis in contrarium adducta.

Sed quid dicendum si Sacerdos diceret solum, *Absoluo*? Respondeo, absolutionem esse nullam; quicquid asserat Henriquez, & alij; Et an talis confessarius esset denunciandus Sancto Officio, vide nouissimè Marantam in *ſuis Responsionibus*, t. 5. resp. 58. n. 21. cum seqq. qui adducit censuram Patrum Societatis, asserentium, dictam opinionem esse falsam, & contra communem, non autem hæreticam. Dicendum est igitur, quod si aliquis Sacerdos pœnitentem absoluens diceret tantum, *Absoluo*, sine aliqua explicatione subiecti, in quod cadit absolutio, nullum faceret Sacramentum. Et ratio huius est; quia absolutio, siue remissio debet significari, & applicari in particulari, & practicè, non autem in

B b 3 abstracto

abstracto, non declarando cui applicatur: unde ly. Te siue nomen proprium penitentis, siue aliud æquiualens necessario est exprimendum in forma: nam absolutio est iudicialis sententia, quæ dirigenda est ad reum, & in eum est terminanda, dicendo autem simpliciter, *Absoluo*, sine designatione penitentis absoluti, non valet, ut est communis sententia. Nec valet dicere, sufficere in casu Sacerdotis intentionem absoluentis, quæ dirigitur ad penitentem; nam ex antecedentibus, & consequentibus satis apparet penitentem præsentem à peccatis confessis absoluti: ergo Respondetur: intentionem non sufficere, quia talis non est sensibilis, alioquin nec verba essent necessaria, si sufficeret simpliciter Sacerdotis intentio, quod quidem falsum est quapropter si omittatur particula illa, *Te*, sine alio æquiualente, mutatur forma substantialiter; nam forma absolutionis instituta est per verba demonstratiua. Concludimus ergo verba illa, *Absoluo te*, esse necessaria, & essentialia, cum vtrumque necessarium sit ad effectum Sacramenti significandum; actus enim iudicialis non potest significari sine verbo; *Absoluo*, & remissio non fit practice, si non declaratur persona, cui fit remissio, & absolutio.

An quando dicta verba, à peccatis tuis, apponuntur, causent effectum principalem Sacramenti tanquam pars formæ.

RESOLVT. XII.

Affirmatiuè respondet Ioannes Præpositus, in 3. par. q. 6. de forma Sacram. penit. dub. 1. num. 6. quia licet verbum, *Absoluo*, possit per intentionem ministri determinari ad absolutionem à peccatis, etiam sine alio addito, tamen significatio illius verbi non est ita determinata, ut per eiusdem ministri intentionem non possit relinqui in suo modo significandi consuetudo, & determinabilis per particulas adiunctas, *A peccatis tuis*, quo casu constat ante aduentum particularum, sensum formæ non esse legitimum & completum, prout Christus instituit, & proinde posse per illarum aduentum compleri, & significationem verbi determinari ab absolutionem à peccatis. Ita Præpositus.

Sed negatiuè sententiæ adhæret Cardinalis Lugo de Sacram. penit. disp. 13. sect. 2. §. 1. num. 34. vbi sic ait: Verius videtur etiam quando de facto adduntur illæ voces, *A peccatis tuis*, non concurrere ad effectum, sed hanc dari ante earum prolationem, quam sententiam tenet Suarez, vbi supra num. 20. cum aliis recentioribus. Ratio autem sumitur ex principio opposito, quia scilicet ante adiunctionem illorum verborum, iam in rigore proposito est absoluta, & perfecta per priora verba, quæ reddunt sensum perfectum, & significant totum obiectum; verba autem posteriora deseruiunt solam ad idem claris significandum: quare sicut in prolatione ultimæ syllabæ requisitæ, non debet ad effectum expectari totum tempus, quo durat prolatio illius syllabæ; hæc enim potest protrahi, præsertim si cantetur, sed statim in prima prolatione illius syllabæ fit effectus, quia iam tunc significatur sufficienter, & illa prolatio, seu continuatio prolationis, non significat aliquid nouum, sed clarius, & melius significat idem obiectum: sic prolatio verborum à peccatis tuis, non est expectanda propter eandem rationem,

quia nimirum ante illam habet iam sensum, & illa verba non significant aliquid nouum, sed idem clarius & melius, & licet verba in propositione de præsentem non debeant significare obiectum præsens pro toto tempore ab initio prolationis, ut constat ex verbis consecrationis, sed solum præsens in fine prolationis; hoc autem intelligitur de fine prolationis, non quidem quando profertur vltimum verbum materiale illius propositionis, seu quando profertur vltimum, quod requiritur ad exprimendum sensum illius propositionis; tunc enim debet esse obiectum præsens; quare licet postea sequantur alia verba, quibus magis explicetur idem sensus, attendi tamen debet ad tempus, quod primum fuit sufficienter significatus, tunc enim fuit iam propositio prolata in toto rigore. Hucvique Lugo.

Ergo autem in hac difficultate affero cum Amico in curs. theol. 1. d. 11. sect. 2. n. 23. quod si penitens non sit dispositus nisi in fine prolationis illorum verborum, à peccatis tuis, in prolatione horum verborum accipit gratiam Sacramentalem. Probatur nostra assertio, quoniam hæc verba, à peccatis tuis, participant eandem significationem, quam habent verba essentialia, *absoluo te*, quia quod essentialia dicunt implicite, hæc dicunt explicitè, ac proinde participant eandem virtutem cauandis; nam verba Sacramentalia ex institutione Christi efficiunt quod significant. Et idem in hoc tantum sensu veram sententiam Vasquez, & aliorum, quorum quod hæc verba addita essentialibus causent effectum Sacramenti, non autem in casu quo penitens reperitur dispositus in prolatione præcedentium verborum, *Ego te absoluo*: nam tunc effectus Sacramenti causatur in prolatione tantum præcedentium verborum; tunc quia Sacramenta suum effectum causant ad instar causarum naturalium, quæ statim ac sunt, si impedimentum non habeant suum effectum causant: tum quia alioqui sequeretur, posse penitentem suscepto integro, ac valido Sacramento Penitentia damnari, si nimirum statim post illa verba, *Absoluo te*, non dum prolata à peccatis tuis, in quibus secundum Vasquez confertur effectus huius Sacramenti, penitens moreretur: cum in termino mortis homo non sit capax effectus Sacramenti, & consequenter, si penitens sit in termino mortis ante prolationem illorum verborum, à peccatis tuis, non suscipiet effectum huius Sacramenti, cum tamen supponatur per verba præcedentia valide suscepisse totam, atque integram essentiam huius Sacramenti.

An Confessarius absolvens penitentem sub his verbis: Nos absoluius vos, in nomine Patris, &c. peccet mortaliter.

RESOLVT. XIII.

Confessarium validè absoluere patet ex his, quæ docet Granadus in 3. p. contr. 7. ar. 1. disp. 6. sect. 4. numer. 30. Secundò quaeritur potest an hæc sit forma sufficiens: *Nos absoluius vos*. Respondetur pronomen, *nos*, quod se tenet ex parte subiecti, dupliciter accipi posse: Primò ut significet vnam tantam personam, quæ tamen ob auctoritatem vtatur eo termino, sicut vti solent Episcopi, & Reges, & sic non est dubium quin nõ obster veritati absolutionis: secundò, ut significet plures Sacerdotes simul concurrere, ut causas inadæquatas ad eundem absoluendum, & sic forma non valeret, quia de

ratione

ratione huius Sacramenti est ut ab vno ministro adæquate conferatur; & ob eandem causam diximus in materia de Baptismo, non posse validè baptizari eundem à duobus. Quod attinet ad pronomen *Vos*, se tenens ex parte prædicati, dicendum est non obitare veritati formæ huius Sacramenti; nam vel illud vsurpatur etiam ob auctoritatem personæ quæ absoluitur, ut si quis absolvens Episcopum diceret: *Ego vos absoluo*: & sic patet non esse mutationem alicuius momenti, vel vsurpatur eo quod simul plures homines ab eodem Confessario simul absoluantur; & ea etiam non est mutatio substantialis; imò in casu vrgentis necessitatis liceret id facere, ut si naufragium immineret, & simul plures confiterentur eidem Sacerdoti, essetque periculum in mora. Ita Granadus.

Sed difficultas est, an in tali casu Confessarius sic absolvens peccet mortaliter? Et negatiuè respondet Amicus in curs. theol. 1. d. 8. disp. 11. num. 31. vbi sic asserit, Notat Caietanus in summa, absolutionem datam in plurali, honoris causa, validam esse, peccare tamen Sacerdotem qui illa vtitur, recedendo à communi forma Ecclesiæ. Hanc tamen puto peccatum esse mortale. Aduertit etiam Henriquez libro 4. de sacram. cap. 11. n. 4. posse, & interdum expedire, vnica absolutione absoluere multos, quando vrget periculum mortis; sicut vna ablutione baptizari possunt multi. Est contra summam Tabienam, verb. absoluitio. 1. num. 8. docentem, non posse plures simul absolui ab vno. Ita Amicus, cui ego etiam adhæreo.

Notandum est hic obiter, in forma absolutionis, pronomen, *Te*, esse de essentia Sacramenti, quoniam actio absolutiua debet esse determinata ad subiectum, quod absoluit; non est autem determinata, nisi per pronomen, *Te*: Vnde si iudex audiret, vellet illum absoluere, non sufficienter absoluere per solum verbum, *absoluo*. Pati modo non esse sufficiens forma Baptismi si omitteretur pronomen, *Te*. Ratio verò est, quia actio magis pender à subiecto, circa quod determinatè versatur, quam à termino; à quo absoluit: ergo maior ratio est, ut in Sacramentum Penitentia exprimat subiectum, quod est absoluendum, quam peccata à quibus est absoluendum, sed hæc omnia non procedunt si Confessarius dicat, *Ego absoluo à peccatis tuis*, nam in illa particula, *tuis*, includitur, & implicite continetur pronomen, *Te*. Et ita docet Eminentissimus dominus meus Cardinalis Lugo de sacram. penit. disp. 17. sect. 1. num. 24. & post illum Leander de sacram. 1. ar. 5. disp. 2. quest. 4.

An si non adesset alius Sacerdos nisi mutus, possit in articulo mortis absoluere moribundum signis, vel scriptura.

RESOLVT. XIV.

Suppono esse de essentia absolutionis Sacramentalis, ut proferatur voce humana. Ita communiter Doctores, asserentes Sacramenta nouæ legis essentialiter constare verbis humanis, defectu quorum negant, Angelos ministrare posse Sacramenta, etiam per corpora assumpta; quia nequeunt in illis humana verba exercere. Lege Caietanum 3. p. n. 64. vbi Scotus impugnat qui in 4. disp. 7. qu. 1. affirmat quodlibet suppositum intelle-

ctuale posse Sacramentum Baptismi ministrare: fundamentum sumitur ex Christi institutione, quæ nobis vsu, & traditione Ecclesiæ constat; præcipue ex Florentino in decreto Eugenij: vbi primò de omnibus Sacramentis vniuersaliter affirmat, ea verbis perfici. Secundò, formam huius Sacramenti assignans, ait, esse verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: *Ego te absoluo*, &c. Sumi autem eo loco verba à Concilio secundum proprietatem confirmat exceptio quam infra addit de Sacramento Matrimonij, cuius causa, inquit, efficiens regulariter est mutus consensus, per verba de præsentem expressus; vbi addens, Regulariter, ostendit in reliquis necessaria esse verba proprie sumpta; nam exceptio, ut Iuristæ aiunt, regulam firmat. Confirmatur: nam pari modo possent reliqua etiam Sacramenta sine verbis à ministro prolatis, sed tantum scriptis, confici. Nemo autem dixerit, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam Vnctionem, perfici tantum scripto. Maiorem ostendo; quia non minus forma huius Sacramenti, quam reliquorum colligitur ex verbis Scripturæ: constat autem, formam reliquorum Sacramentorum propriis verbis humanis esse proferendam; ergo & hanc.

His positis, difficultas est, an saltem in articulo mortis, si non adsit alius, nisi Sacerdos mutus, possit absolutio nutibus, vel scriptura impendi? Et negatiuè respondet Nicolaus Ylambert in 3. p. 3. disp. 8. ar. 3. n. 8. vbi sic ait: Si verba propria, & ore Sacerdotis prolata, essent de essentia formæ Sacramenti Penitentia, Christus Dominus non videretur satis prudenter prouidisse salutem hominum; quia potest interdum contingere, ut fideli moribundo nullus adsit Sacerdos, quam mutus, vel elinguis: ergo in tali casu absolutio per eum data scripto, vel nutu valebit; ergo cum essentia huius Sacramenti, & formæ illius eadem sit extra casum necessitatis, ac in casu necessitatis; sicut mutus ille, vel elinguis validè absoluit moribundum sibi præsentem; sic etiam absolutio quoad suam essentiam non postulabit quod sit vocalis, & pronuncietur ore Sacerdotis. Respondetur, negando, sequi ex nostra sententia Christum Dominum non satis prudenter statui hominum, & eorum salutem prouidisse. Primò, quia ad id non requiritur, ut omnibus, & singulis casibus etiam Metaphysicis, prouiderit salutem vniuersi, iusque priuati in quolibet statu constituti; quia ad hoc ut dicatur prudenter prouidisse salutem vniuersi, quod debetè vsurpatum sit vnicuique ad piscendam salutem aternæ remedium efficax, quantum est ex se; & ad rationem gratiæ sufficientis, & remedij eiusmodi sufficit, quod defectus applicationis illius ad ponendum eius effectum in homine non teneat se ex parte Dei, vel Christi Domini: estò per concursum aliquorum argenti naturalium istud remedium impediatur hic, & nunc applicari; hoc enim est per accidens, cum Deus non eo sine hunc concursum intendat nec teneatur impedire ordinem, quem suauis eius prouidentia postulat, nimirum ut sinat causas naturales, & liberas agere modo sibi naturali, & proportionato. Deinde respondetur, hominem illum moribundum posse in tali casu conteri de peccatis cum voto confitendi Sacramentaliter sua peccata, & sic saluari absque reali susceptione Sacramenti Penitentia. Hucvique Ylambert, cui etiam adde doctissimum

Bb 4

Martino

Martinon *disput. 52. de poenitent. sect. 1. numero 1. & 6.*

Sed superius adducta non admittit Ioannes Pontius in *curfu Theologico, disput. 46. quest. 2. conclus. 2. num. 9.* in extremo vitæ periculo; tunc enim si non adesset nullus Sacerdos, nisi qui non posset loqui, non esset inconsultum, ait Pontius, confiteri ipsi, & recipere absolutionem in scripto, aut nutibus ab ipso. Et quidem in illo extremo vitæ periculo tenemur ex charitate succurrere proximo eo meliori modo quo possumus, sed melius est adhibere in illa necessitate Sacramentum dubium, quam nullum adhibere Sacramentum. Ergo, & in casu nostro melius esset abhiberi absolutionem dubiam, videlicet nutu, vel scripto, quam nullam. Adde, quod licet, ut diximus, communis opinio Doctorum afferat absolutionem Sacramentalem voce humana debere proferri, tamen contraria opinio cum adhuc non sit ab Ecclesia damnata, videtur saltem in articulo mortis practicanda per superius adducta. Authores verò, qui sustinent non esse de essentia absolutionis Sacramentalis, ut proferatur voce humana, sunt Paludanus in 4. *distinct. 17. questio. 2. art. 1.* Adrianus in 4. *quest. 1. de Confessione, §. sed oritur.* Medina *Cod. de confessione, quest. 15. de modo secret. confitendi.* Petrus Sotus, *sect. 11. de ratione secreti necessarij in confessione.* Navar in *Sum. capite 21. numero 36.* Probat, quia absolutio Sacramentalis est quadam sententia in foro conscientie data; de ratione autem sententiae non est, ut proferatur voce, cum possit scripto, nutu, vel alio signo externo exprimi, ut patet de absolutione ab excommunicatione. Nec refert, quod hoc forum sit secretum, quia secreta, vel publica expressio sententiae non variat essentialiter sententiam. Confirmatur: Confessio facta nutu, vel scripto est valida; ergo etiam absolutio.

Verum, his non obstantibus, cum sententia negatiua vocetur à Theol. certa, ut ait Card. Lugo de *Sacram. Euchar. disp. 13. sect. 1. numer. 2.* Granadus in 3. *par. contr. 7. tract. 1. disp. 6. sect. 1. num. 1.* & alij, non autem sententiam Ioannis Pontij practicè approbare, sed eius finalem resolutionem iudicio Sanctae Sedis remitto. Et quidem nimis premit, & urget, ut dixi in principio Resolutionis, modus, loquendi Eugenij Papae in suo decreto, *sess. vit. Concil. Florent. Patrum Concil. Trident. citato cap. 3. sess. 14.* qui dum de hoc Sacramento loquuntur in particulari vtuntur terminis, importantibus vocalem, & oralem prononciationem formae. Nam Eugenius in suo decreto, ita ait: Huius Sacramenti forma sunt verba absolutionis, quae Sacerdos profert cum dicit, *Ego te absoluo*: Vbi termini isti, quae Sacerdos profert cum dicit, sunt diligenter expendendi; non enim possunt retinere suam veritatem in tali oratione, nisi prout denotant vocalem prononciationem istorum verborum fieri à Sacerdote, ut per se patet; sicque significat id esse de essentia huius formae: Patres item Trident. dicunt, formam huius Sacramenti in illis ministri verbis positam esse; *Ego te absoluo.* Ibidem *cap. 6.* agendo de absolutione Sacerdotali, ita dicunt, velut à Iudice sententia prononciatur, quae omnia, & singula sic accuratè posita significant euidenter formam huius Sacramenti debere vocalem esse seu debere voce Sacerdotis absoluentis prononciari. Et licet aliqui Doctores afferant, quod in articulo mortis possit sub conditione baptizari aliquem cum aqua rosacea, tamen in hoc casu ipsi contendunt, & co-

nantur saluari, baptismum esse collatum in materia apta, & designata à Sacra scriptura, & Codicillis; quia cum secundum aliquos Philosophos Elementa sint in mixto, aqua rosacea, vel ab herbis elicta dici potest aqua. Sed in casu de quo loquimur, nescio quo pacto possint verificari verba Conciliorum, quod confessarius absoluoendo nutu, vel scriptura, dicatur proferre absolutionem voce humana: Ideo, ut dixi, tu cogita.

An particula consecrata frangat ieiunium naturale.

RESOLVT. XV.

Affirmatiuè respondet Fagundez in *praescript. Eccles. praescript. 3. lib. 3. cap. 7. numer. 11.* vbi sic ait: Nulli verò, etiam si Sacerdos sit, extra celebrationem licet in die bis communicare, ut docent communiter Doctores. Et ratio est, quia id verat Ecclesiae consuetudo vniuersalis, quae consuetudo obligat sub praescripto: deinde, quia si secundo quis communicet, cum in prima communione sumat ablutioem, iam secundo communicare non poterit ieiunè, ut patet; imò quamuis ablutioem non sumat, sed solum particulam hostiae, iam ieiunus non communicabit secundo, ac proinde non licitè. Enim verò Sacerdotibus si in die natalitij Domini conceditur ter celebrare post communionem ante ablutioem digitorum sumptam, id quidem ex privilegio est, quod excedere non possunt absque graui, & lethali culpa. Ita ille.

Sed contrariam sententiam tenet Pater Thomas Hurtado; putat enim particulam consecratam non frangere ieiunium naturale, & idè de chocolata, & tabaco, *tract. 2. cap. 9. §. 3. num. 125.* querit, Si vn Sacerdote comulgò sin celebrat, si potrà celebrare? Et sic respondet: El caso no lo he visto en ninguna Autor. y me parece puede suceder, que vn Sacerdote comulgue por su deuotion, sin tomar laboratorio, y assi pregunto, si este tal podrá celebrat, si se ofrece alguna ocasion forzosa, ò necessitat urgente? Spongo por cosa cierta, que à ningun seglar, ni Sacerdote que no celebra, no puede comulgar dos vezes al dia: assi lo tienen todos los Theologos, y Sumistas, con Santo Thomas 3. *par. quest. 80. a 10. ad 4. & alibi.* Probo hoc esse de iure diuino, & quauis non sit de iure diuino, ita tenet vniuersalis Ecclesiae consuetudo: quae cum sit in materia grauissima, obliga à peccato mortal. Spongo mas contra Fagundez, que la Hostia consagrada, sino se toma el laboratorio, no quebranta el ayuno natural, que la Iglesia manda se tenga antes de la sagrada comunión: y assi, el dia de Natiuidad, que se dicen tres Missas, sin tomar mas del Sanguis, no se disputa ea el precepto del ayuno, sino en el que ay de no dezir mas de vna vez Missa. La razon es llana, pues los Concilios, y San Agustín, que hazen mencion de este precepto del ayuno, solo prohiben el come, ò beber algo de los mantenimientos naturales, y vsuales, y esto por la reuerencia & y veneracion que se deue à este Santo Sacramento: *Hoc placuit Spiritui Sancto, in honorem Sancti Sacramenti,* dize San Agustín, y el auer comulgado primero, no quita la nouèdad que se requiere para esta veneracion, siendo este Pan, y mantenimiento celestial: porque si bien sustenta el cuerpo, y el que le come conuierda las especies en substancia: pero no come

substancia

substancia de pan, sino cuerpo de Christo, y assi no quebranta el ayuno natural; lo qual suponen como cierto todos los theologos, y sumistas; y assi, el no poder vn seglar comulgar dos vezes, no es por falta del ayuno, sino por la costumbre de la Iglesia, que lo prohibe. Esto supuesto, respondo, que si vn Sacerdote comulgò sin tomar el laboratorio, puede celebrar segunda vez, si se le ofrece necessitat urgente. Ita ille. Confirmatur hæc opinio ex Patre Amico in *curfu theol. tom. 7. disput. 27. sect. 1. num. 14.* & alijs, vbi sic ait: Sacerdotem posse pluries celebrare, non solum in festo Natiuitatis Domini, sed etiam urgente aliqua necessitate, ut habetur *cap. Consulisti, de celebrat. missar. qualis esset ad moribundum communicandum, vel ut satisfaciendum duabus Paroecijs, quarum curam haberet Parochus, & non posset propter paupertatem Vicarium substituere; in his enim duobus casibus concedunt communiter Doctores, posse Sacerdotem pluries in die celebrare, & consequenter communicare, cum prohibutum sit Sacerdoti sacrificium de sacrificio non participare, *cap. compertum, de Consecrat. dist. 2.* modò ieiunus celebret; alias in his casibus non liceret non ieiunus celebrare. Ita Amicus. Ergo particula consecrata non frangit ieiunium naturale. nam secunda vice celebrans, ab Amico, & alijs Doctoribus communiter, dicitur celebrare ieiunus. Vnde ex his sequeretur, quod si quis laicus bis sumeret Eucharistiam, peccaret quidem, quia bis communicauit contra prohibitionem Ecclesiae, sed non peccaret, quia contra praescriptum Eucharistiam sumpsit non ieiunus; etenim particula consecrata in prima communione non fregit ieiunium naturale; & idem dicendum esse de Sacerdote bis celebrante sine causa, si in prima Missa non sumpsit ablutioem.*

Dices, ex hac opinione, quam docet Hurtadus, sequeretur non esse verum id quod alibi firmauimus, nempe quod si quis sumeret tempore ieiunij quantitatè notabilem formularum consecratarum, frangeret ieiunium; nam si sumptio Hostiae sacrae non frangit ieiunium naturale, neque dicendum est frangere ieiunium Ecclesiasticum. Respondeo primò, quod nostra opinio roboratur magis auctoritate Patris Fagundez: sed stando in opinione patris Hurtadi, respondeo esse disparè rationem in vtroque casu, nam in casu de ieiunio naturali, sumptio particulæ consecratae, non est contra finem praescripti, quae est reuerentia debita tanto Sacramento; sed in casu de ieiunio Ecclesiastico, sumptio magnae quantitatatis formularum est contra finem praescripti, quae est maceratio carnis per vicium tantum comestitionem concessam in die ieiunij: nam ut infra probabo ex Lessio, & de alijs, quis nutritur, & viuet, si tantum particulas consecratas comederet: ergo. Sed si tibi non astringit hæc responsio, dicam cum Fagundez quòd per sumptionem particulæ consecratae frangitur ieiunium naturale. Ergo, & per sumptionem magnae quantitatatis formularum frangitur etiam ieiunium Ecclesiasticum, ut supra à nobis probatum est.

Nota hic obiter, Patrem Hurtadum *vbi supra §. 6. num. 144. & 152.* sic asserere: Muy probable es, y seguro en la practica, dezir y aconsejar, que vn Sacerdote, que no està ayuno, pueda dezir Missa, para comulgar à vn enfermo, que esta tan peligroso que no puede esperar, y ay gran peligro que muera sin recibir el Viatico: y que puede vn Sacerdote consagrar en pan, que no sea azimo, sino con leuadura: pero no sin todo genero de vestidura

ras Sacramentales, porque el tener los Sacerdotes vestiduras particulares para celebrar los sacrificios es de iure gentium: bien es verdad que podrá celebrat, sin que estas vestiduras, ò vasos esten consagrados. Ita ille; sed de his omnibus alibi à nobis pertractatum est.

An infirmus in articulo mortis constitutus, si commodè recipere possit Sacram Viatium ieiunus; ad id teneatur?

RESOLVT. XVI.

Negatiuam sententiam probabilem putat Hurtadus de *Chocolata, & Tabaco, tract. 2. cap. 10. §. 1. num. 165.* vbi sic asserit: No me parece improbable, que por el mismo caso que el Medico declarar, que vn enfermo està en peligro conocido de muerte, y que deae comulgar por Viatico; aunque pueda sin incomodidad alguna comulgar en ayunas, no tiene obligacion por el precepto Ecclesiastico, sino solo à complir el precepto Diuino. Lo primero: porque si en este trance obligara el precepto Ecclesiastico, se causaria en los enfermos vna gran inquietud con los escrupulos, si podia, ò no podia esperar en ayunas, y assi la epicheia parece que dicta, que por el mismo caso que vno ex vi infirmitatis està en tal peligro, la ley humana Ecclesiastica no le obliga à recibir el Sacramento en ayunas, ni parece creible, que nuestra madre la Iglesia, como tan piadosa, qui era obligar à sus hijos en este trance à que comulguen en ayunas, sino que solo con toda quietud cumplan con el precepto Diuino de comulgar. Segundo, porque assi parece que declaró esta ley Ecclesiastica, y costumbre, el Concilio Constantiense, *sess. 13.* donde dize assi: Sacrorum Canonum auctoritas, & approbata consuetudo Ecclesiae seruaui, & seruat, quod huiusmodi Sacramentum non sumatur à non ieiunus, praeter quam in infirmitate, &c. Y assi en la enfermedad, no ay precepto de ayuno natural, quando ay obligacion de cumplir con el precepto Diuino, y esto parece que es en que lo deuen fundar los Doctores que referiremos en el §. 2. quando dizen, que es licito comulgar muchas vezes en vna enfermedad; aunque no se està en ayunas, y es esto tanto, que algunos dizen, que cada tres dias se puede recibir el Sacramento, sin estar ayuno el enfermo. Ita ille.

Sed, ut verum fatear communis opinio Doctorum est in contrarium, & quotidiana praxis; & praeter Granadum, Suarez, Coninch, Fagundez, & Bonacinam, quos citat Hurtadus, hanc sententiam tenet Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 4. quest. 38.* tetatur de communi praxi Ecclesiae, Bafæus, in *Flor. Theolog. verb. Communio Sacram. n. 44.* Cardinalis Lugo de *Euchar. disp. 15. sect. 3. num. 58.* Amicus in *Cur. Theolog. tom. 7. disp. 27. sect. 2. num. 9.* Martinus de San Ioseph in *Mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Euchar. num. 14.* & idè, cum hæc opinio sit communi calculo Doctorum approbata, & ex praxi Ecclesiae roborata, puto opinionem Patris Hurtadi, alias viri docti non esse practicandam.

An si quis in articulo mortis recepit à suo Parocho Viaticum, & postea lapsus est in peccatum, si iterum illud peteret, deberet Parochus ministrare.

RESOLVT. XVII.

AD hoc dubium responderet Ioannes Pontius in *Cur. Theol. disp. 44. quest. 13. concl. 4. num. 98.* sic enim ait: Quæres, an qui postquam in morbo, ut satisfaciat huic præcepto, communicauit, peccauit mortaliter, teneatur iterum communicare? Sotus existimat, quod sic, quam doctrinam existimat Cardinalis de Lugo esse contra praxim Ecclesiæ; quia, inquit, nullus Parochus daret hodie Viaticum non ieiuno, cui heri dederat illud non ieiuno, licet diceret se peccasse postea mortaliter. Credo tamen eum non consuluisse omnes Parochos, sed solum id coniecisse ex principiis, quibus videbatur sibi colligere, quod præceptum id non exigeret; quæ principia propterea porius proponenda essent, quam illud aliàs incertum, quod nemo id faceret. Et ceterè ex illa praxi non solum colligeretur, quod non obligaret ad id præceptum, sed etiam, quod non possit iterum communicare; quod tamen vix potest bene probari. Ego existimo praxim illam in hoc fundari potissimum, quod si iterum daretur Viaticum, deueniretur in cognitionem, quod infirmus post primum Viaticum peccaret mortaliter; quia omnes concedunt non debere dari iterum, præsertim si infirmitas post primum Viaticum valde diu non protraheretur, nisi quis peccaret postea mortaliter; non est autem verisimile, quod cum tali fama dispendio obliget præceptum: Vnde putarem sententiam Soti non solum tutiorem, sed probabiliorē, quando infirmus peccaret mortaliter publicè; nec facile poterit Cardinalis doctissimus probare id nullo modo esse contra praxim Ecclesiæ. Hucusque Pontius.

Sed scilicet ego teneam, infirmum post sumptum Viaticum, si peccat mortaliter, non obligari ad iterum illud sumendum, quia iam satisfecit præcepto diuino de sumendo Viatico tempore mortis & de peccato commissio post sumptum Viaticum potest confiteri, quod me citato tenet, & probat Pater Franciscus Lugo de *Sacrament. libro 5. cap. 9. quest. 5. nu. 36.* tamen ea quæ supra dicit Pontius mihi non placent. Primò, quia non est verum, quod sumptum semel Viatico non possit dari, ut patet ex communi praxi Ecclesiæ, & docent contra Vasquez, & paucos alios communiter Doctores, quos me etiam citato adducit, & sequitur Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 5. quest. 39.* sed nescio vnde potest oriri scandalum quod timet Pontius, si infirmus denuo petat Viaticum, quia potest hoc facere ex deuotione, ut communiter efficitur, etiam si infirmus non fuerit lapsus in aliquod peccatum. Deinde neque est verum quod non sit dandum Viaticum ut vult Pontius, nisi infirmitas valde diu protraheretur: nam potest sex, imò ut ego teneo; post tres dies iterum Viaticum infirmo porrigendum esse existimo. Et aliqui plus addunt, singulis quibusque diebus, ut ex Layman, & Hurtado probat, & tenet Leander *vbi supra quest. 40.* cui adde Dicastillum, de *Sacram. tom. 1. tractat. 4. disp. 9. dub. 16. num. 334.* & idèd *num. 342.* firmat, ægrotum pro sumendo Viatico posse se gerere pro

exemplo, & non comprehenso in lege ieiunij, & ideo ad illud non teneri. Vide alios, quos alibi citavi. Vnde ex his apparet quàm parum modeste protulit aliqua verba Pater Hurtado de *Chocolata, & Tabaco, tract. 2. cap. 10. §. 3. num. 175.* vbi sic ait: Lo segundo limitado, quando el enferme peccò mortalmente despues de auer recibido el Viatico, puede, aunque no estè ayuno, tornar à comulgar; porque con el pecado mortal se quitò la vnion que tenia con Christo, que es proprio efeto deste Sacramento, laqual vnion mediante la caridad, y la Eucharistia, quieren Christo, y la Iglesia que la tengan los fideles quando salen desta vida, y por esto los Concilios, y Sagrados Canones la llaman, Viaticum necessarium. Y assi parece que tiene aqui lugar la epicheia, de que no se guarde al ayuno natural, para comulgar; pero por sola deuocion y mayor aumento de gracia, y adquirit mayores auxilios, lo tengo por falso; porque se abre gran puerta con no pequeña irreuerencia de este Sacramento. *Propter cuius honorem placuit Spiritui Sancto quod prius in nos Christianos Corpus Dominicum intraret, quam reliqui cibi, nam ideo per vniuersum Orbem mos iste seruatur.* Come dixit S. Agustín *capite 2.* Y verdaderamente esta es la costumbre de la Iglesia, que à ningun enfermo, in vna infirmitate, se le da mas de vna vez el Viatico, y à esto deuen eitar muy atentos los Parochos, y Obispos, porque si se abre la puerta à las opiniones referidas, que dan riendas en esta materia, se seguitan no pequeños inconuenientes. Ita ille, & miror quomodo ausus sit vocare opinionem falsam, quam communiter docent Doctores præter ipsum, & paucos alios, & quam docet apertè Rituale Romanum iussu Pauli V. editum, & quod voluit ab omnibus Episcopis obseruari: sic itaque habet Pontifex: Quod si æger, sumptum Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis euaserit, & communicare voluerit, eius pio desiderio Parochus non deerit. Cùm igitur Pontifex decernat, si post Viaticum velit infirmus iterum communicare, non esse illi communionem denegandam; non est cur hæc Pontificis facultas limitanda sit ad solam communionem ante cibum: tum quia ad hanc necessaria non erat noua Pontificis declaratio, & facultas, cùm etiam Concilia hanc facultatem infirmo concedant de communicando sæpius in eadem infirmitate, ut aperte illam concedit Concilium Mediolanense V. sub titulo, *Qua ad Sanctissimam Eucharistiam Sacramentum pertinent, Canone penultimo:* ergo aliquid amplius concedit hic Pontifex infirmo, quod non concedant Concilia: hæc autem est facultas, in eadem infirmitate communicandi etiam per modum Viatici: tum quia illa verba: *Et si dies aliquot vixerit,* consulto sunt posita, ut nimirum non statim semel sumptum Viatico, concedenda sit illi rerum communio per modum Viatici iuxta communem sententiam Doctorum, qui saltem requirunt vnam hebdomadam inter vnam, & alteram communionem per modum Viatici: tum quia, cùm Pontifex duas apponat condiciones, ut æger licetè possit iterum in eadem infirmitate communicare, si aliquot dies vixerit, vel mortis periculum euaserit; cumque posterior intelligenda sit de pura communionem, cùm per modum Viatici non liceat, nisi in mortis periculo illud accipere, prior conditio intelligenda erit de communionem etiam per modum Viatici; nam per particulam desunctiuam, vel, Pontifex satis declarat, aliud intendere in vno, atque in alio membro. Et hæc omnia docet Amicus in *Cur. Theol.*

Theol. tom. 7. disp. 47. sect. 2. num. 11. Pasqualigus in *Theol. tom. 2. contr. 111. sect. 4. num. 21.* cum seqq. Videat modo P. Hurtados si hanc sententiam nota falsitatis exurere debebat: ergo falsam opinionem Paulus V. in Rituali docuit. Apage hoc dicere, excessit igitur doctissimus Vir in supra citatis verbis, & censura, sicuti etiam non bene testatur esse praxim Ecclesiæ semel tantum præbere Viaticum infirmis non ieiunis, nam consuetudo Ecclesiæ est in contrarium, ut omnibus patet.

An qui potuit absque proprio incommodo impedire damnum, & non impedit, teneatur ad restitutionem.

RESOLVT. XVIII.

Affirmatiuè respondet Caietanus, in *Summa verb. Restitutio;* docet enim, eum qui occurrente necessitate potuit absque proprio incommodo impedire damnum, & non impediuit, teneri ad restitutionem damni sequuti; quia tunc non impediens est causa voluntaria, quamuis tantum negatiua, & indirecta damni sequuti. Huic doctrinæ consentit Angelus, *verb. furtum, numero 26.* quando non impediens desinit impedire ex prauo animo.

Mihi verò placet contraria sententia; quia iste vt supponimus non tenetur ex iustitia, quia non tenetur ex officio, nec ex contractu, sed si aliquando tenetur, tantum tenetur ex charitate, vel potius ex misericordia erga proximum: ergo non tenetur ad restitutionem damni sequuti, quia obligatio restituendi damnum orta ex delicto, tantum oritur ex violatione iustitiæ, non ex violatione charitatis nec misericordiæ. Dicendum est igitur, omnes, & solos, qui ex iustitia ratione officij, vel contractus tenentur damna impedire in fauorem damnificati, & culpabiliter culpa lata, & in nostra sententia etiam culpa Theologica, desinant impedire, teneri ad restitutionem damni non impediti. Vnde debitor tenetur ad restituendum creditori damnum, quod ei sequitur ex eo quod ei culpabiliter dicto modo omittit soluere. Et superior, v.g. gubernator culpabiliter non impediens furta, & alia damna, quæ suis subditis eueniunt, tenetur ad restitutionem eorum damnorum. Et tutor, & etiam Curator tenetur ad restituenda damna quæ culpabiliter non impedit Pupillo, & minori: & custos vinearum, hortorum, saltuum, & stagnorum, tenetur ad restituendum dominis dictarum rerum damna; quæ culpabiliter omittit impedire, quia omnes prædicti tenentur ex iustitia, vel ratione officij, vel ratione contractus dicta damna in fauorem damnificatorum impedire; non tamen tenentur ad restitutionem damni, & non ad restitutionem pœnæ. Vnde custos non tenetur ad restitutionem mercium, quarum Princeps, aut exactor vectigalium acquisiisset si delinquens fuisset denunciatus, sed ad summum tenetur ad restitutionem pretij quod soluendum erat à mercatore pro vehendis mercibus: & iudex non condemnans delinquentem applicatione bonorum ipsi fisco non tenetur ea fisco restituere, quia custos non tenetur ad eam denunciationem ad locupletandum Princi-

pem, nec exactorem mercibus illis: & iudex non tenetur ad eam condemnationem faciendam ad locupletandum fisco, nec confessarius omittens monere penitentem ad restitutionem, tenetur ad eam restitutionem; quia confessarius non tenetur ad eam monitionem ex iustitia in fauorem eorum quibus restitutio debet fieri, sed ex Religione in fauorem perfectionis Sacramenti Pœnitentiæ, & ad summum etiam ex iustitia in fauorem penitentium in bonum spirituale ipsorum, nec famulus cui non est specialiter commissa custodia rerum heri sui, tenetur ad restitutionem damni illati, per furtum non solum factum à conseruis suis, in quo Doctores communiter conueniunt, sed nec damni illati per furtum factum ab extraneis; quia absque fundamento famulis imponitur obligatio custodiendi res heri adhuc respectu extraneorum. Et hæc omnia docet Caspensis, in *Cur. Theolog. tom. 2. tractat. 18. disput. 1. sect. 9. §. per totum,* Hurtados de *iustitia, & iure disput. 5. difficult. 10.* & alij communiter.

Sed si quæras, an illi, quibus ex officio incumbit, teneantur cum periculo mortis loqui, ob stare, ac manifestare. Respondet Magister Soto *lib. 4. de iust. quest. 7. art. 3. ad 3.* pensandum esse damnum, & cum periculo conferendum. Haud enim semper tenetur præter quocumque casu obicere morti vitam; sed vbi detrimentum Reipublicæ id exposcit, & ipse iustum cepit stipendium, & vbi citrà temeritatem potest obistere. Idem sentit Nauarr. *cap. 17. num. 21.* & colligit ex D. Thom. hic *ad 3.* dicente: *Quibus ex hoc non multum imminet periculum:* Vnde si multum periculum vitæ, famæ, aut rei familiaris eis immineret, non tenerentur damna particularium, furta scilicet, aut homicidia impedire, nisi fortè maius esset stipendium eorum, quam damnus particularium; tunc enim cum damno rei familiaris, tenerentur damna priuatorum impedire. Damno verò communi hæreum, proditorum Reipublicæ, & similibus, etiam cum periculo vitæ tenentur obistere, cùm hoc præponderet bono particulari: Vide Magistrum Serra in *2. 2. D. Thomæ, tom. 2. quest. 62. art. 7. circa finem.*

Non deseram hic obiter apponere decisionem illius difficultatis, an miles fugiens è Bello Maurorum, & extrahens torquem auream ab alio Christiano de mortuo in acie, teneatur eam restituere heredibus. Respondetur cum Fagundez *lib. 7. c. 20.* teneri, deducto pretio laboris, & periculi, si cui se exposuit. Cuius ratio est, quia Mauri cùm iniustum Bellum contra nos gerant, non possunt dominium spoliatorum habere, sed adhuc permanet, & persecuerat in antiquis dominis, illorumque hæredibus; & ita tenet etiam Molina *tom. 1. disp. 118.* qui rectè obseruat, *disp. 119.* licitum esse Catholicis emere à Turcis, vel Piratis hæreticis res furto ablatas, quando verisimile est illas nunquam deuenturas esse ad manus suorum dominorum, itavt si proprius dominus comparauerit, illam accipiat redditore sibi pretio pro illis dato, vel sibi retineant si non comparuerit; hæc enim est rationabilis voluntas dominorum. E contra verò, qui extrahunt à Piratis naues onustas mercibus à Catholicis captas, tenentur eas dominis restituere, vel hæredibus eorum, vel pauperibus in defectum illorum, deducto pretio laboris, & periculi, cui se exposuerunt.

Nota hic obiter cum Dicastillo de *iust. libro 2. tract. 2. disp. 4. dub. 8. num. 186.* quod quamuis probabile sit tantum teneri soluere damna custodes, & non pœnam quam soluisent, si accusarentur mer-

cariores transportantes vetitas merces, probabilius tamen esse ad vtramque teneri (cum limitationibus tamen dictis à Molina) vt enim rectè notauit Medina lib. 1. cap. 14. §. 30. in transferendis de Regno in Regnum pecuniis, aut equis, & aliquibus aliis mercibus nulla Gabella, aut tributum impositum est, sed tantum pœnæ, quia omnino prohibentur transferri. Vnde transferentibus ommissio rei translatae imposita est in pœnam; ergo, si hanc non deberent custodes restituere, possent liberè ab omni restitutione non denuntiare eos, quos deprehendissent tales merces transtulisse, & defraudare, ac priuati omni vtilitate publicanos, qui magno pretio emerunt has pœnas à Rege, & à quibus ipsi custodes stipendium accipiunt pro denunciando prædictos transgressores, quod est absurdum. Vnde absque dubio in isto casu custodes tenentur ad soluendam totam pœnam; quia tota illa defraudant Publicanos, & nulla alia re; quia ad nihil aliud ius habebant. Aliæ verò merces permittuntur transferri; non tamen sine solutione tributis, & in his aliqui dixerunt (vt Medina, *quæst.* 15.) custodes non denuntiantes teneri ad restitutionem pœnæ, & etiam tributis: pœnæ quidem ob prædictam rationem, & quia, vt ait Medina, Publicani, Hispanicè, Arrendadores, maius pretium dederunt pro gabellis simul, & pro iure exigendi pœnam ab iis, qui clam res prohibitas transferunt, quam si solas gabellas emissent, ac proinde defraudantur hi, si illis restitutorio debitæ pœnæ non fiat; tributis verò, quia illud etiam ante condemnationem debebatur. Hoc tamen rectè impugnat Rebellius, *quæst.* 16. *concl.* 2. quia sub distinctione alterum esse Ioannis. Quartò, quia si percutiat Petrum Clericum, quem putabat esse Ioannem Clericum, & iniustus, & sacrilegus est, & excommunicatus: ergo etiam qui percutit Ioannem, quem putabat esse Petrum, tenetur ad restitutionem. Non est autem eadem ratio quantum ad excommunicationem de percussione Clericum, quem probabiliter saltem ignorantia putabat esse laicum; in eo enim casu non incurrit excommunicationem, quia ratione ignorantie non fertur eius animus in occisionem Clerici, sed tantum laici. In nostro casu vtrobius fertur in occisione hominis huius, etiam si per errorem patet esse alium. Ita Couarruias, 1. *par. capitul.* Alma mater §. 10. n. 15. Gomez 3. *variar. cap.* 3. *numer.* 34. Suarez de *cenfur. disp.* 45. *sect.* 6. *num.* 18. Molina *tom.* 4. *disp.* 30. & 35. Sanchez lib. 9. de *matr. disp.* 32. *num.* 27. Iulius Clarus, §. *homicidium vers. dicunt etiam*; quibus adde Rebellium de *obligat. iust. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 13. qui tamen putat in tali casu homicidam ad minorem restitutionem in foro conscientie obligandum esse. Vide etiam Dicastillum de *iust. lib.* 2. *tractat.* 2. *disp.* 7. *dub.* 8. *num.* 107. & 178. & quod dictum est de excommunicatione, Rebellius optimè putat dicendum esse de irregularitate; sed in alio casu, videlicet an irregularitatem incurras consulens, vel mandans Petro vt Ioannem occidat, si inde Petrus occisus est. Et quidem te non incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario certum est, posito quòd non habueris expressam voluntatem, vt Petrus in ea occasione constitutus occideretur. Vt aduertit Suarez *disp.* 44. *sect.* 3. *num.* 17. Coninch. *disp.* 19. *dub.* 7. *num.* 66. Sed an incurras irregularitatem ex homicidio casuali, non est ita constans apud Doctores. Et quæstio procedit casu quo probabiliter suspiceris Petrum graui periculo suæ occisionis exponi. Negat Vasquez 1. 2. *disp.* 200. *numer.* 45. Henriquez

An si quis mandaret occidi Titium, & Sempronius occiditur, quia creditur esse Titium, teneatur ad restitutionem.

RESOLVT. XIX.

NEGatiuæ sententiæ videtur adhærete Magister Serra, *tom.* 2. *in* 2. 2. *D. Thomæ quæst.* 2. *a.* 7. *dub.* 1. vbi sic asserit: Si quæras, quando quis iussit occidi Petrum, & mandatarius occidit Ioannem existimans esse Petrum, teneatur mandans restituere. Respondent quidam, teneri; quia sufficit mortem fuisse sequutam immediatè ex imperio, & per accidens est, quod ille vel alter occidatur. Sed hoc difficultate non caret; nam videretur mortem Ioannis non fuisse immediatè sequutam ex imperio mandantis, sed ex errore mandatarij. Deinde mors Ioannis omnino inuoluntaria fuisse iubenti Petrum occidi, maximè si Ioannes esset eius amicus, aut Pater, vel certè Sacerdos, aut Rex. Denique cum non teneretur restituere damna, quæ sequuta fuissent ex morte Petri, nam nemo tenetur nisi de damno quod fit, durum esset obligare illam ad restituenda damna quæ sequuta fuerunt ex morte Ioannis, si esset Rex. Ita Serra.

Sed ego puto in tali casu adesse obligationem restitutionis. Probat primò ex *leg. eum, qui inuocentem §. si iniuria, de iniuriis*. Secundò, quia hæc actio est iniusta contra hunc hominem Petrum, licet falsò existimetur Ioannes. Tertiò, à simili, quia qui combureret domum Petri, putans esse Ioannis, teneretur restituere: ergo qui e medio tollit vitam Petri putans esse Ioannis. Quartò, quia si percutiat Petrum Clericum, quem putabat esse Ioannem Clericum, & iniustus, & sacrilegus est, & excommunicatus: ergo etiam qui percutit Ioannem, quem putabat esse Petrum, tenetur ad restitutionem. Non est autem eadem ratio quantum ad excommunicationem de percussione Clericum, quem probabiliter saltem ignorantia putabat esse laicum; in eo enim casu non incurrit excommunicationem, quia ratione ignorantie non fertur eius animus in occisionem Clerici, sed tantum laici. In nostro casu vtrobius fertur in occisione hominis huius, etiam si per errorem patet esse alium. Ita Couarruias, 1. *par. capitul.* Alma mater §. 10. n. 15. Gomez 3. *variar. cap.* 3. *numer.* 34. Suarez de *cenfur. disp.* 45. *sect.* 6. *num.* 18. Molina *tom.* 4. *disp.* 30. & 35. Sanchez lib. 9. de *matr. disp.* 32. *num.* 27. Iulius Clarus, §. *homicidium vers. dicunt etiam*; quibus adde Rebellium de *obligat. iust. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 13. qui tamen putat in tali casu homicidam ad minorem restitutionem in foro conscientie obligandum esse. Vide etiam Dicastillum de *iust. lib.* 2. *tractat.* 2. *disp.* 7. *dub.* 8. *num.* 107. & 178. & quod dictum est de excommunicatione, Rebellius optimè putat dicendum esse de irregularitate; sed in alio casu, videlicet an irregularitatem incurras consulens, vel mandans Petro vt Ioannem occidat, si inde Petrus occisus est. Et quidem te non incurrit irregularitatem ex homicidio voluntario certum est, posito quòd non habueris expressam voluntatem, vt Petrus in ea occasione constitutus occideretur. Vt aduertit Suarez *disp.* 44. *sect.* 3. *num.* 17. Coninch. *disp.* 19. *dub.* 7. *num.* 66. Sed an incurras irregularitatem ex homicidio casuali, non est ita constans apud Doctores. Et quæstio procedit casu quo probabiliter suspiceris Petrum graui periculo suæ occisionis exponi. Negat Vasquez 1. 2. *disp.* 200. *numer.* 45. Henriquez

Henriquez lib. 14. cap. 16. Gaspar Hurtado, *disp.* 2. de *irregul. diffic.* 6. n. 22. eo quod tuum consilium, seu mandatum non dirigitur ad occisionem Petri, sed ad occisionem Pauli, neque tu consulis, aut mandas Petro, vt seipsum occidat, aut ab alio occidatur. Ergo irregularitas statuta à iure aduersus consulentem, & mandantem homicidium te ligare non potest. Scio contrarium docere communem sententiam teste Nauarro, *cap.* 27. *num.* 233. Suarez *disp.* 44. *sect.* 3. n. 18. Coninch *disp.* 18. *dub.* 8. *num.* 47. Auila 7. *par. disp.* 6. *sect.* 2. *dub.* 5. *concl.* 4. & aliis. Quia negari non potest te causam voluntariam fuisse tuo consilio, vt Petrus in eo periculo constitueretur & occideretur à Ioanne: ergo irregularis es non quatenus formaliter consulis, aut mandas homicidium; sed quatenus homicidij causa fuisti tuo mandato, & consilio.

Sed opinio negatiua est satis probabis. Et quidem irregularitas est inflicta iure ob mandatum, aut consilium, quo quis imperat, aut consulit alicui, sibi manus violentas vt afferat, aut alteri, quod in præsentis casu non accedit, sed oppositum, nam nec dominus est auctor ei, quem seruus suus aggreditur, vt eum perimat, nec seruo ipsi seipsum vt perdat, nam verè causam non apponit, ex se ordinatam ad homicidium nec independentem à voluntate aliena, quod tamen esse necessarium; vt seipsum diceretur occidere. Deinde non est dominus directè necis illatæ seruo suo, vel inferendæ causa, nam hæc ei non est pro fine proposita, sed Ioannis, à quo ille est victus. Non indirecta in causa, nempe in consilio, aut mandato; nam cum dominus seruum suum nesciret viribus Ioanni esse imparem, ei venire in mentem non potuit, quod in iis pœnis adhæresceret quas per illum de Ioanne reperti mandabat. Baunys in *theol. mor.* 10. 2. *tract.* 11. §. 33. putat in tali casu debere ab Episcopo reum dispensationem postulare, & Episcopum posse dispensare. Sed ego puto probabiliter dispensatione non egere.

Et tandem hic obiter pro curiosis assero, quod si quis intendat occidere, aut enormiter percutere aliquem Clericum determinatum v.g. Ioannem, & casu errans percutit Petrum etiam Clericum, illa percussio non erit referuata, quia hic & nunc pro vt exerceret contra Petrum non est voluntaria, proinde in ordine ad Petrum non erit mortaliter peccaminosa (suppono sufficientem diligentiam adhibitam fuisse ne Petrus lædatur) & licet sit mortalis, quatenus procedit ex praua voluntate percutiendi Ioannem, tamen cum effectu non fuit læsua respectu Ioannis. Ita Castrus Palaus, *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 1. *punct.* 17. *numero* 3. Suarez de *cenfur. disp.* 22. *sect.* 1. *numero* 54. Sanchez libro 9. de *matrim. disp.* 32. *numero* 27. Bonacina de *cenfur. disp.* 1. *quæstio.* 2. *punct.* 1. *numero* 20. contra Couarruiam, & alios; proinde probabiliter secundum hos Doctores aio, talem hominem ita percipientem non incurrit excommunicationem, & per consequens percussorem illum non esse referuatum. Et hæc omnia docet etiam Bardi in *selectis lib.* 6. *quæst.* 7. *num.* 3.

Anton. Diana Pars 2. l.

An quando quis ex iusta causa excusatur à restitutione, teneatur saltem damnum emergens, aut lucrum cessans creditori compensare.

RESOLVT. XX.

EX Molina affirmatiuè responder Pater Layman, in *theol. mor. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. vbi sic asserit: Porro id rectè admonet Molina *tract.* 2. *tom.* 3. *posterior. disp.* 754. *nu.* 3. Si ex solutionis debitæ dilatione, quamuis iusta, damnum aliquod creditori, vel lucrum cessans eueniat, ipsi omni iure compensandum fore; quia iniqua esset conditio, si debitor solutionem debiti in suum commodum differre veller, non suscipiendo in se onus resarciendi iacturam, quæ ex tali solutione creditori euacuet; neque creditor aliter in dilationem debiti consentire cogitur. Ita ille.

Sed negatiuæ sententiæ adhæret Castrus Palaus *tom.* 7. *tract.* 3. 2. *disp.* 1. *punct.* 17. §. 10. *numero* 2. quod, vt probet hoc, distinctè distinguit debita ex contractu, & debita ex delicto, & in vtroque debito putat debitorem excusatum à debiti solutione non esse obligatum, damnum emergens, aut lucrum cessans interim creditori obueniens resarcire: nam si debitor es ex contractu, & legitime à solutione excusaris, non est vnde tibi hæc obligatio imponenda sit, quod enim inquit Molina, & Layman, ex tacito contractu, quo te obligas debiti solutionem differens in tuum commodum iacturam creditoris resarcire, nullo fundamento nititur; neque enim iure naturali, nec positio is contractus dilationi solutionis necessariæ annexus est. Si verò sis debitor ex delicto, & à solutione faciendâ excuseris, etiam videris excusatus à satisfactione damni eo tempore creditori contingentis, quia non est in mora soluendi, & consequenter nec causa iniusta illius damni. Damna autem, quæ ex ea retentione iusta, & licita proueniunt, non tibi debent imputari, quia non est illorum causa moralis iniusta, quod necessariò requiritur.

Verùm in materia tam practicabili docet Dicastillus de *iust. libro* 2. *tract.* 2. *disp.* 10. *dub.* 3. *numero* 71. & 75. probabilissimum esse non solum quando causa differendi est extrema necessitas, sed etiam quando est necessitas grauis, & quando est periculum spirituale, non esse obligationem restituendi tale damnum, aut lucrum, quia creditor saltem ex charitate tenebatur postposito illo paruo damno, aut lucro, succurrere proximo patienti illam necessitatem. In aliis verò casibus, quos vbi supra Dicastillus numerat, excusantibus à restitutione, putat teneri debitorem, cum venerit ad lautiorum fortunam restituere tale damnum, aut lucrum creditori. Ratio est quia non tenetur creditor, etiam ex charitate consentire in dilationem illam, nisi debitor suscipiat in se tale onus, neque æquum est, debitor propter suum commodum, aut vir viter suum damnum, velit dilationem eius, quod iam ex iustitia teneret soluere, non suscipiendo in se onus resarciendi creditori damnum minus, quod ex dilatione illi prouenit. Vnde ad argumentum respondetur, teneri ex tacito pacto, & conditione sub qua potuit licitè velle dilationem, & sine qua licitè non potuit eam velle.

Ego verò, his non obstantibus, sequor sententiam Patris Castri Palai, quam antea docuit Petrus

G c Nauarra

Nauarra de Restit. libro quarto, c. 4. dub. 9. numero 51. ubi vniuersaliter asserit, quacumque causa rationabili existente, non teneri restituere tale damnum, aut lucrum creditori; Cuius ratio est, quia cum non sit in mora, seu in culpa, non tenetur ratione iniustæ acceptionis, nec ratione rei acceptæ, cum nihil ad eum perueniat ex his, quæ creditor amittit. Et idem danc sententiam tenet nouissimè Ioannes de Soria in Epit. Summar. p. 2. tra. 2. sect. 3. d. 1. §. qui, quibus, & quomodo facienda restitutio. Vide etiam circa præsentem difficultatem Lessium de iust. lib. 2. capit. 16. dub. 1.

Nota hic obiter, duodecim esse causas, excusantes à restitutione, quæ desumuntur ex parte creditoris, ex parte debitoris, ex parte creditoris & debitoris simul, ex parte rei restituendæ, ex parte legis, & ex parte legislatoris. Prima est condonatio creditoris, seu remissio. Secunda est damnum, quod creditori, vel tertiæ personæ obueniet, si vel non fiat restitutio, vel differatur, & hæc duæ sunt ex parte creditoris. Tertia est impotentia debitoris. Quarta, extrema vel grauis eius necessitas. Quinta, notabile eiusdem detrimentum, si vel restituatur, vel statim restituatur. Sexta, ignorantia eiusdem debitoris. Et septima æquale debitoris dubium, & hæc quinque sumuntur ex parte debitoris. Octaua, compensatio, quæ sumitur ex parte creditoris, & debitoris simul, sub qua comprehenditur compensatio à debitore facta creditori creditoris. Nona interitus rei, quæ sumitur ex parte rei restituendæ. Decima ex parte legis, quæ est præscriptio. Undecima ex parte Legislatoris, quæ est compositio. Et duodecima, quæ est spes restituendi omnibus, si statim non restituatur; de singulis sigillatim agamus. Et has quidem causas sigillatim exponit Ioseph Rocafull. in praxi theol. mor. tom. 2. libro 5. de septimo præcepto decalogi, tract. 4. capit. ult. numero 405. cum seqq. qui etiam optime notat esse alias causas, quæ licet videantur excusare à restitutione, non autem excusant. Prima creditorem esse excommunicatum; hæc enim excommunicatio creditoris iuxta veram sententiam non excusat, vt constat ex versiculo illo, *uirile, lex humile*, &c. Secunda causa non excusans est cessio bonorum: hæc enim non est introducta ad liberandum in conscientia; sed solum ad liberandum à carcere, & conuentione in iudicio, atque excommunicatione, quæ pro foro exteriori solum valet. Tertia causa est lex permissiua; hæc enim non excusat à restitutione, vt qui defraudat emptorem, vel venditorem non excusatur à restitutione, & qui per legem civilem præscribit non excusatur; lege enim permissiua non conceditur actio, non tamen datur titulus dominij. Quarta causa non excusans à restitutione est sententia iudicis, quæ non nititur rei veritate, sed præsumptione; tunc enim, qui propter sententiam iudicis in suum fauorem laram non restituit, non est tutus in conscientia. Quinta causa est ingressus Religionis, de qua tamen discrepant Doctores, vt ego alibi adnotauim. Vide Hurtadum de iust. disp. 9. difficult. 7.

An Sacerdos in articulo mortis reliquens verba, A peccatis tuis, in forma absolutionis, peccet mortaliter.

RESOLVT. XXI.

Dixi in articulo mortis, quia extra illum Sotus in 4. disp. 14. quest. 1. art. 3. Vivaldus de absolut. n. 48. & 99. Posseuinus cap. 7. n. mihi 71. pag. 244. & clarius Ludouicus de San Iuan, q. 1. de Pœnit. art. 11. dub. 1. concl. 2. pag. 326. Valentia disp. 7. q. 1. pun. 3. & Henriquez lib. 1. de pœnit. cap. 11. n. 3. putant nullum peccatum committere Sacerdotem, qui relinqueret dicta verba secluso scandalo, & contemptu: sed ego alibi docui esse tantum peccatum veniale; & ita me citato tenet Leander ubi infra q. 8. & me citato Martinus de San Ioseph in monit. confess. tom. 1. libro 1. tra. 2. de Pœnit. nu. 7. ubi sic ait: Las palabras, *ab omnibus peccatis tuis*, ni son de necesidad del Sacramento, ni de su integridad, porque se incluyen en la forma, *absoluto te*, D. Tho. 3. p. 9. 84. art. 3. Nauarrus in Man. cap. 26. n. 11. Lugo disp. 13. n. 14. Henriquez cap. 11. num. 3. Reginaldus lib. 28. numer. 2. Fagundez præcept. lib. 3. cap. 1. num. 19. Y aunque graues Autores afirman, que no será peccado alguno omitir estas palabras; con todo esso juzgo que será peccado venial por contrauenir la costumbre de la Iglesia. Granados tract. 11. disp. 6. sect. 1. Moure 3. p. exam. cap. 6. §. 7. num. 4. Diana 2. part. tr. 17. resol. 14. & tract. 15. resol. 47. ita Martinus; cui adde Præpositum in 3. p. quest. 6. de forma Sacram. Pœnit. dub. 1. numero 6.

Difficultas itaque consistit, an sit peccatum mortale omittere dicta verba, quando Sacerdos absoluit aliquem in articulo mortis. Et negatiuè respondet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 2. qu. 9. quia, ait ille, longè probabilius, imò ferè certum est, prædicta verba, nec ad essentiam, nec ad integritatem formæ pertinere, nisi ad summum, vt implicitè, & intrinsecè contenta in illis verbis, *absoluo te*, vt ait Suarez disp. 19. sect. 1. n. 20. & 21. Ergo adde, quod Pater Lugo de Conscient. p. 1. c. 3. q. 5. n. 45. Magister Serra in p. 2. D. Thoma. to. 1. q. 19. art. 6. dub. 4. fol. 384. Spinola de Elect. opin. disput. 3. sect. 7. in Corol. fol. 259. Clemens Scotus opus. 2. de opin. prob. p. 40. & alij, asserunt quod in articulo mortis, liceat amplecti opinionem minus probabilem, & minus tutam.

Sed, vt verum fatear mihi placet in hac difficultate opinio affirmatiua Patris Granado in p. D. Thoma. tr. 7. tract. 1. disp. 7. sect. 1. n. 9. ubi sic ait: Si absque urgentissima necessitate omitantur illa verba, à peccatis tuis, non dubito quin sit peccatum veniale, quia non seruatur communis modus absoluenti, quem seruant ministri Ecclesiæ, præsertim cum aliqui Doctores reputent, ea verba esse de necessitate formæ. Mortale verò crediderim, non esse per se loquendo; nam Valentia, qu. 1. punct. 3. cum Dominico Soto dicunt nullum esse peccatum; Henriquez non extare de hac re præceptum, & alioqui res non videtur tanti momenti, vt grauem obligationem inducat. Solum in articulo mortis videtur sub mortali teneri Confessarius, non omittere ea verba, à peccatis tuis, ne exponat pœnitentem alicui periculo non recipiendi tam necessarium Sacramentum; nam graues Doctores, vt vidimus, existimant, ea verba esse omninò necessaria. Et propter similem rationem teneri pœnitentiam in

in articulo mortis elicere actum contritionis cum confiteretur; quia licet certum ferè sit sufficere attritionem cognitam cum Sacramento isto ad iustificationem, non desunt qui sentiant oppositum, & in eo tempore, ubi agitur extrema salus, vitari oportet istud periculum. Quod verò attinet ad verba, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vel similia, non audeo omninò obligare sub mortali, etiam in prædicto articulo ad ea proferenda, quia Suarez, disp. 19. sect. 1. numero 19. & alij viri docti certum reputant, ea non esse de essentia; sed nihilominus valde scrupulosum censere ea omittere, & vix excusare à mortali, cum graues Doctores parent esse de essentia Sacramenti, & non possint euidenter conuinci falsitatis. Hucusque Granado. Verum sententia Patris Leanderi non caret sua probabilitate, & argumenta superius adducta à Patre Granado suam habent difficultatem; nam aliqui illa admittunt, & præsertim non assentior Patri Granado quoad illud de absolute absque inuocatione Trinitatis, nam contra Durandum, & Maiorem, certum est, verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, non pertinere ad essentiam absolutionis, & quia hanc sententiam docuerat etiam Hieronymus Lamas in Metodo, p. 4. capit. 2. §. 1. Index expurgatorius nostri Sacri Tribunalis Inquisitionis Hispanicæ anno 1640 iussit deleri ex eius operibus; vt etiam testatur Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 2. questio. 10. Sed ego, vt dixi, in articulo mortis verba illa, à peccatis tuis, minimè omittenda est existimo.

An in confessione generali debeat explicari quod peccata commissã post ultimam confessionem non sint amplius confessã.

RESOLVT. XXII.

Affirmatiua sententia deducitur ex his, quæ docent nouissimè nominatim contra me Thomas Hurtadus Par. to. 2. tr. 7. c. 5. resol. 9. nu. 99. ubi sic asserit: Infertur quòd; Pœnitentem non posse in Sacramento Pœnitentiæ vi æquiuocatione, amphibologia, aut vocum restrictione mentali, occultatione veritatis, est indubitatum apud omnes cum enim Tribunal illud purè spirituale & veridicum sit, nihil debet esse in ore quod non sit in corde, aut in corde quod non sit in ore. Hoc enim est quod desiderabat Regius Propheta in Psalm. 50. Pœnitentiæ, dum exposcebat à Domino dicens: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*. Qua autem ratione esse potest mundum cor, & spiritus rectus, dum adest duplicitas cordis & veritatis occultatio, aut vocum mentalis restrictio: Vnde omnino falso dixit Diana par. 3. tr. 4. de Sacram. resol. 62. asserens quod si quis incidit in peccatum, & non vult confessario manifestare tunc illud commississe, si faciat cum illo confessionem generalem, poterit inter alia peccata prius confessã, etiam illud vltimum peccatum non confessum confiteri, sine eo quod dicat non confessum fuisse. Hoc inquam, ex se patet quam falsum sit, quia confessio Sacramentalis, vt est de fide, sit per modum iudicij, in quo Confessor vt Index sententiam fert contra pœnitentem, secundum ea quæ ipse de seipso, seipsum accusando dicit; atque diuersa omninò est sententia de delicto quod remissum est, & pro illo reus manet obligatus ad pœnam duntaxat tem-

Anton. Diana Pars XI.

poralem, & pecuniariam, ac est illa quæ fertur de delicto, quod meretur pœnam æternam, & capitalem, quale est peccatum mortale non confessum, & nunquam subiectum clauibus: ergo istud non confessum inter alia confessã ritè confiteri nequit, nisi dicat non esse confessum. Hucusque Hurtadus.

Sed licet hic Auctor, sit vir quidem doctissimus; & cui multum debent Professores Theologiæ moralis, tamen aliquandò poterat magis modeste se habere in censurandis, & refellendis aliorum Doctorum opinionibus; vt patet legentibus eius opera; idè non obstantibus ea, quæ superius ipse dicit, non recedo ab opinione, quam probabiliter docui, & quam me citato docet, & multis argumentis tueretur Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 16. sect. 2. §. 1. à num. 46. vsque ad n. 56. & me citato Hermannus Bisenbaum in Medulla Theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 1. num. 1. & me citato Leander de Sacram. tom. 2. tract. 5. disp. 5. quest. 23. & me citato Longhus in tabulis Sacramentorum, tab. 2. cap. 12. n. 45. quibus etiam adde nouissimè Paqualigum in Theol. Sacra, tom. 2. disp. 83. sect. 6. num. 40. & me citato Martinum de San Ioseph in monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pœnitentiæ. num. 13. ubi sic ait: Vno cometo vn peccado graue, para ocultar al Confessor, que era de la confession presente, confesso se generalmente, y entra los pecados de la vida passada, confesso el vltimos muy probable, que pudo hazerlo assi, potque na diè està obligado à dezir; que los pecados que confessa, son cometo despues de la vltima confession, sino es que interuenga alguna particular circunstantia, que no se dà à entender, sino es diziendo, que el peccado es reciente. Sic Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 4. num. 5. que cita à Sanchez, y à Coninch, y los cita, y sigue Diana 3. part. tract. 5. resol. 62. y lo mismo me parece, aunque los pecados, que parece se encubren, se confiesen en otra qualquiera confession particular, como se digan con todas sus circunstantias, porque milita la misma razon, & de similibus simile est iudicium; leg. Gillus §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. leg. mulier. in principio, ff. ad Trebell. leg. non possunt; & leg. sequenti, ff. de legibus, §. rectè in sui. mandati. Ita ille.

Et ratio nostræ sententiæ est, quia in confessione non est opus explicare quòd peccata sint vel non sint aliàs confessã, dummodò ex hoc non sequatur variatio speciei. Probatum: Peccatum est idè siue sit siue non sit aliàs confessum. Ergo quod sit, vel non sit aliàs confessum, non est materia necessariò explicanda. Confirmatur: si ante confessionem præcedat contritio, non est explicandum, quòd peccata sint remissa per contritionem, & si non præcedat, quod non sint remissa; Ergo. Obicitur: Posset confessarius intelligere quod peccata nona sint aliàs confessã, & imponere minorem pœnitentiam: Ergo debent explicari. Respondetur negando consequentiam, quia in confessione non sunt omnia explicanda quæ conferunt ad augendam, vel minuendam pœnitentiam. Obicitur secundò: Plus distat peccatum non remissum à remisso, quam veniale à mortali. Ergo cum pœnitens debeat explicare circumstantiam, quæ mutat de mortali in veniale, aut è contra, debet etiam explicare, quod non sit remissum. Respondetur: Plus distare distantia extrinsecã, non autem intrinsecã in ratione peccati; debet autem explicari peccatum in ratione peccati secundum statum quem habet, dum fuit commissum, quia

C e 2 explicatur

explicatur vt capax abfolutionis, atque aded secundum esse intrinsecum. Itaque dicendum est in casu nostro, pœnitentem, licet non omnino explicet distinctè suum peccatum, imò veller quod Confessarius intelligat de alio; verè tamen habere intentionem illud confitendi, atque ided de illo loqui, nec aliquid contrarium dicere. Nec obstat, quod dicat se velle confessionem generalem facere; per hoc enim non dicit se velle confiteri sola peccata antiqua, sed velle se etiam illa comprehendere; nam confessio generalis omnia peccata complectitur vsque ad hanc horam. Nec etiam refert, quod Confessarius intelligit illud esse peccatum antiquum; pœnitens enim id non dixit, atque ided intentio abfoluendi non regulatur ab existimatione priuata Confessarii, sed intendit abfoluere à peccatis, quæ pœnitens deulit ad iudicium, quæcumque illa sint. Sicut, si quis affert baptizandem Infantem, & dicit esse filium suum, cum non sit, sed supponit vnum pro alio; adhuc infans est baptizatus, quia minister intendit baptizare non eum, quem putat esse, sed eum quem præsentem habet, quicumque ille sit. Denique non refert quod pœnitens videatur implicite iudicare quod sint peccata antiqua; nam ipse verè habet animum loquendi de peccatis nouis, & de illis vult loqui, licet desideret non intelligi quo ad hoc à confessario: non est ergo idem, loqui obscure ne intelligatur de illo, de quo loquitur, ac expressè negare; quia in primo casu verba verè significant id quod vult confiteri, atque ideo desert peccatum verum; in secundo autem casu verba non possunt significare verum peccatum, sed falsum. Ex quibus patet responsio ad ea, quæ in contrarium adducta sunt à Patre Hurtado. Cæteras rationes pro nostra firmanda sententia, videbis apud Cardinalem Lugo *vbi supra*, qui, vt semper solet, latè, & solidè illam ruerit & firmat. Et licet Hurtadi sententia teneat doctissimus Pater Martinon. *de Sacram. tom. 3. disp. 50. sect. 1. numero 17.* tamen postea sic asserit: Fateor tamen contrarium non esse improbabile, & in praxi satis tutum esse; quod quidem immeritò Hurtadus negauit. Qui etiam sciat nostram sententiam præter Doctores adductos, docere me citato Sapientissimum Patrem Amicum in *curf. Theolog. 10. 8. disput. 13. sect. 6. numer. 125.* vbi sic ait: Dubitatur an si quis in confessione generali cum peccatis aliis confessis confiteretur vnum peccatum post vltimam confessionem commissum, teneretur hanc circumstantiam explicare. Negat Diana *tract. 4. de Sacram. resol. 61.* Quia nemo tenetur dum peccatum confiteretur, dicere se illud commississe post vltimam confessionem, nisi ob peculiarem circumstantiam peccati speciem variantem. Ita Amicus, & iterum ego.

Nota hic obiter primò, me olim docuisse tanquam probabile, ad hoc vt ieiunium naturale frangatur in ordine ad sumptionem Eucharistiæ requiri nutrimentum esse id quod comeditur. Sed Pater Hurtadus *vbi supra tra. 11. cap. 8. & cap. 5. resol. 2. n. 197.* vocat nostram sententiam perniciosam, & nimis laxam. Mira res, quod opinio, quæ à viris doctis, & piis quotidie practicatur, & quam tot Auctores sapientissimi etiam ex Thomistis tuentur & docent, mira res inquam, quod à Patre Hurtado tam indigna nota inuratur: Sed ego ab illa non recedo, & illam me citato tenet nouissimè Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disput. 5. questio. 13. & 14.* & me citato Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disput. 15. sect. 2. numero 29. cum seqq.* & me citato

Franciscus Lugo *de Sacram. tom. 1. lib. 4. capit. 7. quest. 6. numero 14.* & me citato Martinus de San Ioseph in *Mon. confess. tom. 1. libro 1. tract. 8. de Euchar. num. 7.* & me citato Garzias in *Summa, tra. 3. difficult. 5. punct. 3. numero 31.* & me citato Pasqualigus *decis. 312. numero 3.* & me citato Hermannus Busenbaum in *Medulla Theologiae moralis, & lib. 6. tract. 3. capite 2. dub. 2.* & me citato Auerfa *de Sacram. Euchar. questio. 8. sect. 8.* qui inclinat Religionis Patris Hurtadi bis Generalis dignissimus fuit. Videant modò viri docti, si Pater Hurtadus tam acriter nostram sententiam debeat impugnare, & illam tanquam perniciosam, cum à laxam damnare. Vnde ex his refellendus etiam venit Bassæus *verb. Communis Sacram. numero 42.* & penes eum Henricus. Non nego tamen sententiam Hurtadi esse satis probabilem, & illam, præter Doctores quos ipse citat, tenet Castrus Valaus, *numer. 4. tract. 21. punct. 13. numer. 3.* & Præpositus in *3. par. qu. 80. art. 8. dub. 1. num. 20. & 40.* Id quod constanter assero, est nostram opinionem etiam suam habere probabilitatem: vnde præter Doctores adductos, tenet me etiam citato, Trullench. *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 1. n. 15.* vbi sic ait: Ad rationes primæ sententiæ responderi potest dicendo, res non comestibiles non frangere ieiunium, etiam si in stomachum traiciantur; quia res non sunt cibis, nec potus, vt supponitur, & Concilia, ac Canones soles cibos prohibent: ergo de illis cibis loquuntur, qui in stomacho alterari, & concoqui possunt. Vnde colligit Diana, non frangere ieiunium naturale eum, qui plures nummos aureos deglutiret, aut sint fructuum officuli, fragmentum metalli, vitri, aut capillulus, aut lignum, aut quid simile; quæ omnia admodum probabiliter sustineri possunt propter rationes dictas. Ita ille; cui etiam adde Patrem Tamburinum, *Opusc. 2. de Communione, cap. 2. §. 6. num. 18.* & Patrem Amicum in *Cur. Theol. tom. 7. disput. 27. sect. 1. num. 4.* qui docet papyrus, vel lapillum in stomachum traiectum non impedire Eucharistiæ sumptionem, quia non traiciuntur per modum cibi.

An vsus Missarum siccarum sit illicitus.

RESOLVT. XXIII.

Affirmatiuè responder Mercerus *de Sacram. in 3. par. D. Thome. qu. 83. dub. 2. in respons. ad 3. argum.* vbi sic ait: Respondetur, Missas siccas esse illicitas. Ratio est, quia continent falsitatem. Primò in factis, dum Sacerdos vestitus sacris, accedit ad altare luminaribus incensis, legit Introitum, Orationes, Epistolam, Euangelium, &c. vsque ad Canonem, & simulat se celebrare, nec tamen celebrat, quia non consecrat. Secundò, in verbis est falsitas, quia legit Orationes promittentes sacrificium; & tandem gratias agit, quasi sacrificasset, nec tamen sacrificauit. Hinc abrogatæ sunt per synodum Iprens. sub Martino Rhythouio *tit. 15. c. 10.* & per secundam Cameracens. *tit. 3. c. 7.* quia continent irrisiones Dei, vt dixit Ioannes Eckius, *art. 21. Annotationum ad librum oblatum Carolo V. Dices, S. Dionysius Ecclesiastica hierar. capit. 7. p. 2.* dicit, Cathecumenis presentibus fieri sacrum solemnem pro defuncto. Cathecumeni verò non poterant interesse sacrificio: ergo Missa Cathecumenorum erat sicca. Secundò feria sexta Parasceues, Sacerdos ad Altare accedit sacris vestibus, & facit Missam imperfectam. Tertio, Missas siccas approbant

approbat Guido de Monte Rocherij, *tract. ar. 4. Manipuli Curatorum, capite 7. item Sacerdotale Roman. & Manualia quarundam Ecclesiarum.* Respondetur ad primum, S. Dionysius non describit Missam, etiam si quidam interpretes sic verterint, sed Orationes pro Defunctis, quibus Cathecumeni poterant interesse; vt alij melius verterunt. Ad secundum Respondetur: In Parasceue fit participatio Sacrificij pridie oblari, rectè proinde ad altare, vt ad Dei mensam, & à Sacerdote sacris induto, vt consummante Sacrificium. Ad tertium respondetur, Guidonis auctoritatem nullam esse, aliis omnibus dissentientibus, vt neque Sacerdotalis Romanus, neque Manualium illorum, cum à priuatis sint composita, & non sint approbata ab Episcopis. Huc vsque Mercerus, cui adde Syluam in *3. par. quest. 83. art. 2. qu. 2.* quem citat, & sequitur Thomas Hurtado in *var. tom. 1. tract. 2. capit. 7. resol. 28. à num. 312. & num. 316.* sic ait: Ego vero dico, quod licet ex natura rei, aut ex lege non sit illicita Missa hæc, & sic permitti debeat in illis Ecclesiis vbi viger consuetudo illam dicendi, dummodo non fiat ex superstitione aliqua, tamen in illis Prouinciis vbi non est consuetudo quod Sacerdos sacris vestibus indutus, sicut cum sacrificium est celebraturus, ad Altare accedat, vt Missam siccam dicat, existimo grauius peccare, & ab Ordinario puniendum, quia rem consuetam inducit contra morem Patriæ, & quæ potest esse anfa quod innocentes scandalizentur, sacræ enim vestes Sacerdotales ex Ecclesiæ institutione solum ordinatæ sunt ad sacrificium perficiendum, quo cessante illis vtendum non est in Altari coram populo, nisi, vt dixi, consuetudo inueniat. Et paulò post *num. 320.* subdit, quod vbi non est consuetudo dicendi tales Missas siccas, nullatenus sunt introducendæ, aut dicendæ: Vbi autem est consuetudo, permitti possunt. Hæc enim facit, quod omnia ista, in eo sensu simulato non accipiantur, & sint potius fidelium solatia, quam Dei, & Christi irrisiones.

Sed his non obstantibus, non desunt Auctores Missas siccas non damnantes; quos citat & sequitur amicissimus & doctus Pater Lezana in *Summa, tom. 4. verb. Missa num. 56.* vbi sic ait: Quamuis dixerim ex communi sententia non licere propter quamcumque necessitatem celebrare supra mare, seu flumen in nauis; propter periculum effusionis sanguinis ex motu nauis; id tamen intelligitur loquendo de Missa communi, & ordinaria, quæ fit cum consecratione Corporis, & Sanguinis Christi, non tamen de Missa, vulgò, *Sicca*, appellata, in qua Introitus, Epistola, Euangelium, & aliæ Orationes, consecratione prætermissa, dicuntur, provt habetur in nostro Cæremoniali libro 2. Rubrica 55. & docent Henricus libro 6. de Missa cap. 27. num. 3. Fagundez de primo Eccles. præcepto, lib. 3. cap. 10. num. 14. ex Azotio tom. 1. instit. mor. lib. 7. cap. 7. q. 6. Quomodo autem ea dici possit siue in mari, siue in terra, lege Henricus d. cap. 27. & Pörtellum in *Responsion. par. 3. casu 26.* Id quoque habetur loco relato ex nostro Cæremoniali, vbi etiam in fine illius Rubricæ sic dicitur: Hoc etiam modo Missa sicca coram infirmis dici poterit, si pro deuotione illam audire volunt, cum Missa cum consecratione in eorum domibus non celebrari. Huc vsque Pater Lezan. Sed ego, vt verum fatear sententiæ Patris Hurtado magis adhareo, nempe, vsque Missarum siccarum non esse illicitum, vbi solitum est illas sic dici; secus autem vbi talis consuetudo non adesset.

Anton. Diana Pars XI.

Verum hic obiter nota, dictum Hurtadum *vbi supra, n. 304.* nominatum contra me docere, quod in Ecclesia Regularium relinquere Missam cantatam diebus festiuis, sit peccatum mortale. Sed ego iterum quicquid ipse asserat, non recedo à sententia quam olim docui, & quam me citato tenet Pellizarius in *man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. num. 30.* & me citato Petrus Crescentius in *Praesid. Rom. lib. 3. n. 63.* & me citato Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 5. qu. 11.* An relinquere Missam solemnem, aut maiorem in nostris Conuentibus, in Dominicis, ac aliis festis; sit peccatum mortale? Affirmaret Peregrinus, si quidem hoc ipsum affirmat loquendo de omissione Missæ solemnem in suis Ecclesiis, vt refert Diana. Sed longè probabilius, imò certissimè respondeo, non esse peccatum mortale, imò nec veniale, secluso scandalo, aut alia circumstantia. Quia, vt ait Gauantus *tom. 1. par. 3. tit. 11. num. 4.* Ecclesiæ Regulares tenentur ad Missam in Choro ex vi regulæ tantum, & consuetudinis, aut constitutionis interpretantis regulam: sed nec Regula nostra, nec Constitutiones, aut consuetudo obligat nos ad peccatum, nec dum veniale, saltem in hac parte: Ergo: Ita Leander; quibus adde Peyrinum in *privileg. Missionum. tom. 3. cap. 1. num. 20.* & Marcum Vidalem in *Arca Theolog. mor. tit. de Floris Canonis, inspect. 1. n. 34.* Vnde ex dictis patet responsio ad argumentum, quod contra me facit Hurtadus; nego enim adesse consuetudinem obligatoriam ad culpam mortalem, vt Regulares dicant Missam solemnem singulis quoque diebus Dominicis in Choro, saltem in mea Religione, vt adesse consuetudo obligatoria ad mortale, quod Clerici professi persoluant extra Chorum Horas Canonicas.

Et tandem nota, dictum Hurtadum *vbi supra c. 6. resol. 22. n. 36.* nominatum contra me docere, quod Episcopus possit in aliena Diocesi celebrare Missam solemnem cum Pontificis paramentis. Sed Tu contra Hurtadum, ne deseras negatiuum sententiam tenere, quam præter Doctores à me alibi adductos tenet me citato Squillante de *privileg. Episc. part. 2. c. 3. n. 4.* vbi testatur de praxi omnium Episcoporum. Idem etiam docet Sanchez in *Opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 50. num. 2.* Baunys in *Theolog. moral. tom. 2. tract. 8. q. 18.* Lessius in *3. par. D. Thome cap. 2. de suspensione, num. 7.* Et vide etiam Patrem Thefaurum in praxi, *p. 2. c. 4. n. 3.*

Quandònam contrahatur irregularitas ex homicidio dubio.

RESOLVT. XXIV.

Casus est frequentissimus, & nimis practicabilis, & nouissimè Pater Ioseph Giballinus vix quidem doctus, & eruditus ex inclita Societate Iesu *lib. de irregularit. cap. 4. q. 1. num. 17.* ponit hanc regulam vniuersalem. Quoties constat de homicidio commisso, dubiumque tantum existit de persona committente, censenda est irregularis saltem in foro externo, ex peculiari iuris dispositione in hac materia, quod si dubitaretur de ipsomet homicidij actu, an nempe fuerit aliquis occisus, in nullo foro censendus erit aliquis irregularis, donec veritas commissi homicidij comperiat. Probat primam partem huius regulæ *ex cap. Significasti 2. de homicidio, ibi enim constabat maleficum illum, qui Eucharistiam, & altaris ornamenta asportauerat, occisum fuisse; sed dubitabatur an interisset ex vulnere; quod in eius caput Sacerdos forforio impegerat.*

an verò ex aliis vulneribus, quibus eum Parochiani conderant; in hoc igitur dubio, quod, ut vides, est non de occisione, sed de persona occidente, iubet hunc Sacerdotem Innocent. III. à Sacerdotali potius officio abstinere, quia id tutius est, quam temerè celebrare pro eo quod in altera nullo, in reliquo verò magnium periculum timeatur in cap. quoque, ad audientiam, eod. tit. Clemens III. eodem modo pronuntiat habendum irregularem Presbyterum, qui dum corrigeret domesticum suum, illum suo cingulo percussit; dubium vero erat, an ex eo vulnere, an alio quopiam morbo interiisset. In his casibus vides dubium fuisse de homicida, non de homicidio; & falsò respondent aliqui recentiores, verisimilius fuisse eos Sacerdotes, de quibus dubitabatur, reuera commississe homicidium; nam in cap. ad audientiam, nullum planè vestigium apparet illius verisimilitudinis, ut legenti constabit, in cap. quidem, significasti. Innocent. affert sub finem vehementia indicia, ex quibus colligatur hunc Sacerdotem etiam vim illatam repulisset, & iniuriam propulsa, id tamen cum moderamine inculpatae tutelae minimè fecisse, tum ratione instrumenti quo percussit; cum enim graue sit, non solet leuè plagam inferre, tum ratione partis, in qua leuiora vulnera sepius lethalia sunt, quæ omnia faciunt valdè probabiliter hunc Sacerdotem homicidij reum, ac proinde irregularem, neque rem planè dubiam, & ancipitem relinquunt; prius tamen dixerat Pontifex: Quod si discerni non possit, ex cuius ictu percussus interiit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi, tunc Sacerdos est forsitan homicida non sit, à Sacerdotali officio abstinere. Quibus verbis nihil apertius dici potuit, neque contra adèd manifestas Pontificum responsiones sentire licet.

Sed difficultas est; an in foro interiori iste dubius homicida sit irregularis, & quidem si iam fuerit ipsi imperatum à Superiore, ut abstinere à sacris, certum omnino est ipsum abstinere debere; vti etiam dixit Innocentius in cap. significasti; vox autem, debere, importat præceptum & obligationem, vti latè ostendit Sanchez lib. 4. de Matrim. disp. 23. num. 2. Certum quoque mihi est, si delictum fuerit publicum, atque adèd passim habeatur irregularis, ratione dubiæ illius cædis, teneri quoque ratione scandali tanquam irregularem se gerere, donec constet de rei veritate, aut fuerit cum eo dispensatum: sed quæstio est de crimine occulto, & non notorio, an perstante dubio, verum reuera vulnus lethale aliqualis alteri inflixerit, & an ex eo interiit, vbi post adhibitam diligentiam nihil comperit, hinc percussor possit deponere dubium, atque ministrare in Sacris, quandiu Prælati, aut Iudex id ipsi non prohibebit, quod ita affirmandum mihi videtur cum Henriquez lib. 14. cap. 3. num. 3. & 4. quia percussor neque iure naturali, neque ex iure positio tenetur se gerere ut irregularem in casu proposito; non primum, illa enim generalis regula, in dubiis tutior pars eligenda est, quæ vna videtur hoc loco imponere obligationem abstinendi à Sacris, & qua vtuntur Pontifices capit. citatis, non est præcepti, sed consilij, vt cum Nauarr. in cap. si quis autem de Penit. disp. 7. latè probauimus, lib. 3. prima pars. scientia Canonica, & valeret in omnibus aliis dubiis facti, quod neque Sanchez, neque ceteri Aduersarij vnquam fatebuntur. Ius quoque positium non obligat hoc loco ante præceptum Superioris,

quia cum dispositio horum capitum, quæ explicamus, sit peculiaris in hac materia, non obligabit nisi in casibus expressis, & eodem modo quo exprimitur; atqui illa capita loquuntur de foro externo, licet non contentioso: ergo extrà illud forum non obligabunt. Secundò in cap. significasti, eod. tit. in dubio, an quis Clericus occidisset mulierem, quam equus, cui insidebat, non audiens habenas, prostrauerat, iubet Pontifex illi iniungi poenitentiam ad cautelam, & deinde non impediri ne promoueatur ad superiores ordines, & ne in susceptis ministret: ergo poterat ille in conscientia, seclusa illa prohibitione facta à suo Superiore, tum ordines susceptos exercere, tum ad alios aspirare. Hucusque Pater Giballinus.

Secunda verò pars Regulæ superius adductæ, videlicet, non contrahi irregularitatem, in vilo foro, quandò dubium est de ipsomet homicidio, non de homicida, quia nec non constat homicidæ fuisse commissum. Probatur à Patre Giballino num. 22. quia certum est irregularitatem in dubio homicidij non incurri nisi ex peculiari iuris dispositione, & in casibus ab illo expressis: atqui ius nò loquitur, nisi quando certum est homicidium, & hominem reuera interiisse, sed dubitatur, an vulnus lethale fuerit, & an alio quopiam vulnere ab alio illato, aut Medici incuria, aut denique alia quopiam de causa interiit, quod pater ex c. ad audientiam, cap. significasti, vtroque, & si quæ alia afferuntur, qui casus longè diuersus est ab illo, de quo loquitur hæc pars nostræ regulæ; agit enim de dubio ipsius cædis, quæ incerta est. Igitur in hac materia debemus stare, ait Giballinus principiis vniuersalibus, & duabus illis regulis generalibus, nempe nunquam contrahi irregularitatem, nisi in casibus iure expressis: Secundò, neminem in dubio facti censendum esse irregularem in vilo foro, præterquam in singulari iuris dispositione in dubio homicidij, in casibus expressis ab illo, atque ita necessariò dicendum est in dubio ipsius homicidij, & cædis, & non homicidæ, nullam incurri irregularitatem, vti definiebat nostra regula.

Itaque ex his omnibus breuiter dicendam est secundum mentem Giballini, quod dubium in materia homicidij, potest dupliciter contingere; nam vel versatur circa ipsum homicidium, vel supposito iam homicidio, versatur circa personam quæ illud commisit, vel circa modum quo fuit commissum: In primo modo dubium de homicidio inducit irregularitatem, in secundo autem nihil. Ex his sequitur, quod qui abortum procurauit, non est censendus irregularis, quando dubitatur an fœtus sit animatus, quia id sequitur ex regula superius posita; dubium enim istud est de ipsomet homicidio, fuerit ne commissum, an non, neque dubitatur de homicida tantum, & authore certi homicidij; atqui ius statuens irregularitatem in dubio homicidij, loquitur tantum eo casu, in quo certum est fuisse commissum homicidium, & dubitatur an Titius, qui percussit, etiam occiderit: hinc autem cum dubitatur, an fœtus excessus viueret, dubitatur an fuerit commissum homicidium, & non de eius authore, qui certus est, si illa abortio occisio hominis foret; cum igitur de eo casu ius non agat, in illo non contrahetur irregularitas. Et ita tenet Giballinus loco cit. num. 26. cuius sententiam, quoad omnia superius dicta inuenio confirmatam à Doctissimo Patre Francisco Bardi de Conscientia, disp. 6. capit. 7. §. 4. num. 2. & 3. vbi sic ait: Dispositio illius iuris in cap. ad audientiam, & in illis capitulis supra citatis, secundum

secundum quam statuitur in dubio homicidij, seu concursus ad illud, dubitatem reputandum esse irregularem, intelligi debet, quando constat de corpore delicti, licet dubitetur an dubitans habuerit influxum in illud delictum, necne; tunc enim dicitur constare corpus huius delicti, cum sumus certi de morte hominis: at in casu nostro non constat, an de ipso corpore delicti, cum dubius sit an fœtus fuerit animatus, necne? Seu, an fuerit homo, & cum dispositio illa sit pœnalis, restringenda erit, proinde, nisi constat de homicidio, iudicandum est delictum illud non esse comprehensum sub tali dispositione. Neque contra opinionem hanc videntur textus Canonici citari, qui cum sint pœnales, & strictè explicandi, exponi possunt, loqui solum quando constat de homicidio sequito, & si attentè legantur, videbitur decisio supponere homicidium iam peractum. Ita Bardi; quicquid vides, omnia quæ Giballinus latè supra firmat, ipse breuiter approbat, ex quibus insinuat irregularitates non incurrentur. Vide etiam Escobar Iuristam de vtroque foro, art. 1. §. 5. numero 89. Escobar Theologum in Theol. mor. tract. 4. Exam. 6. cap. 5. num. 72. Pellizarium in man. Regul. tom. 1. tract. 7. capit. 5. num. 25.

Obserua etiam, quod doctrina superius adducta potest applicari in Iudice, qui dubius est, an aliquem ad mortem damnauerit. Item in milite, qui dubitat vtrum in bello iusto aliquem occiderit, nam in supradictis casibus, dubium versatur circa ipsum homicidium: ergo non includit irregularitatem. Ita Bardi vbi supra §. 9. & Giballinus n. 25. qui etiam addit, quod cum in iure non sit sermo de occisione iusta, sed de homicidio, vti apparet ex cap. ad audientiam, & c. significasti, homicidium autem dicit eo loco, & quando absolutè ponitur in iure, eadem illatam contra quintum Decalogi præceptum, qui dubius erit, an illum occiderit, quem iuste vulnerauit, occidereque potuit. non erit irregularis. Neque dicas Clericum in bello iusto pugnauit, & dubium de occisione pronuntiar irregularitatem, cap. penult. de homicidio. Respondetur enim non esse irregularem propter dubium cædis iustæ, aut in bello iusto, sed quòd propria pugnasset manu, vt aduertit Gloss. ibi ver. remordet, & Conuentionis in Clement. si furiosus 2. par. §. 3. num. 2. & nos inferius dicemus. Vide etiam Franciscum Lugo de Conscient. cap. 2. quæst. 28. num. 157. & Pellizarium tom. 2. tract. 7. capit. 5. sect. 1. num. 24. Vnde ex dictis ad illud Axioma tam decantatum, quod dubius de homicidio censendus sit irregularis; potest quis respondere, Primò, quod dubius de homicidio censendus sit irregularis in foro externo & concedo in foro interno & nego. Ita præter alios à me alibi citatos Giballinus vbi supra numero 19. Respondetur secundò, quod dubius de homicidio censendus sit irregularis, quando dubium versatur circa personam occidentis, & circa modum occisionis; secus autem quando dubium versatur circa ipsum homicidium, an fuerit perpetratum necne, ex his quæ supra firmata sunt. Respondetur Tertio, quod dubius de homicidio censendus sit irregularis, quando dubium versatur circa eadem illicitam; secus autem quando non versatur circa homicidium iniustum; vnde ex his omnibus Responsores Casuum Conscientiæ multas irregularitates euanescentes facient.

Verum his non obstantibus, licet superius dicta, nimirum plausibilia, & grata fore Lectoris non dubito, tamen quia aliqua ex ipsis non approbat

Praxis Datarie, & Sacræ Poenitentiarie; idèd secundum mentem supradictorum Doctorum à me dicta esse volo, & in facti contingentia viri docti cogitent & iudicent memores illius dicti, quod Syllus Curie facit ius, & quòd non oportet sapere plus quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; quod vti fecisset noster Pater Vidal in Arca Theologia moral. tit. de Dnello, inspect. 3. num. 22. cum seqq. & inspect. 4. n. 15. & seqq.

An in consecratione Altaris loco Reliquiarum possit apponi frustulum Corporalis.

RESOLVT. XXXV.

Discrepant Doctores, & maxime pro Altari fixo sit necessaria in eius consecratione appositio Reliquiarum. Thomas Hurtadus Var. tom. 1. 1. tract. 2. c. 6. ref. 23. n. 254. Scortia de Sacrif. Missæ, lib. 2. cap. 14. numer. 4. & alij affirmant. Sed negatiuè respondendum est. Sic docent Panormitanus, cap. 1. de Consecrat. Eccles. à num. 2. Suarez disp. 8. 1. sect. 5. Egidius de Coninch quæst. 83. art. 3. dub. 2. num. 24. Valquez disp. 233. capit. 2. numer. 16. Layman libro 5. sum. tract. 5. capit. 5. numer. 8. Franciscus Lugo de Sacram. tom. 1. lib. 5. c. 7. quæst. 1. n. 11. Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 4. dub. 9. n. 146. Gaspar Hurtadus de Sacram. disp. 4. difficult. 8. Auerfa de Sacram. Euchar. quæst. 11. sect. 13. Leander de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputat. 7. quæst. 6. cum aliis. Verum gratis admissio, quo antiquo tempore fuerit præceptum ne vllum altare consecraretur absque reliquiis Sanctorum in ipso inclusis, dicendum necessariò est consuetudine abrogatum esse. Etenim Altaria ita multiplicata sunt ex necessitate, vt vix per tot Altaribus reliquæ certæ Sanctorum possint inueniri, nulla igitur est obligatio includendi ibi reliquias. Neque obstat Ecclesiam in Introitu Missæ orare Dominum per merita Sanctorum, quorum reliquæ ibi sunt, quia intelligi debet conditionaliter, si ibi sint, præstat enim hanc sensum: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquæ hic sunt*, id est quorum reliquæ hic fuerint, & omnium Sanctorum. Ita Palaus tom. 4. t. 22. punct. 9. num. 5.

His suppositis, an si quis vellet stare in opinione asserente reliquias necessariò requiri in consecratione Altaris, quæritur an loco ipsarum possit apponi frustulum Corporalis? Et affirmatiuè respondet Thomas Hurtadus vbi supra, tr. 2. cap. 6. ref. 24. num. 262. Probat hoc ex facto Leonis Primi, qui vt ex Panormitano, Siluester verb. Altare numer. 4. & Tabiena, num. 6. referunt, ad consecrationem cuiusdam Ecclesie dedit partem Corporalis, & Corporis Christi, vt loco reliquiarum poneretur. Quare summus Pontifex Leo dat partem Corporalis, vt loco Reliquiarum poneretur, & declarauit Corporale summam esse Reliquiam; si enim vestes & indumenta alicuius Sancti, & Crux Christi ex contactu habentur, & sunt Reliquiæ, quæ in magna habentur veneratione, & in consecratione Ecclesie, vel Altaris poni possunt; cum corporalia tangant corpus Christi verum, absque dubio magna est reliquia. Deinde si frustulum illius sindonis, quo Corpus Christi mortuum inuolutum fuit pro magna Reliquia habemus, quis dubitat quòd in consecratione Altaris loco Reliquiarum possit constitui, vt qui Corpus Christi viuum tangit, & continet, estque Corporis Christi in Altare indu-

tamen mortuus erat in Duello inito cum Duce de Bauffort.

Ad id verò quod de Germania tradit ex Layman Pater Baunus *vbi supra*, respondeo, quod Amicissimus & sapientissimus Pater Arriaga in *Cur. Theol. tom. 5. disp. 49. sect. 3. n. 20.* nominatim Layman impugnat, & firmat Bullas Pontificias Gregorij XIII. & Clementis VIII. esse in vigore in Germania cum eorum poenis. Et quidem Clemens VIII. directè loquitur contra Regiones Septentrionales; sic enim ait, Verum, quia cum magna animi nostri molestia intelleximus adhuc in quibuldam, præsertim Transalpinis ac remotis regionibus & potissimum vbi bella vigent, &c. nos nefaria Diaboli arma, &c. & paulò post: Insuper auctoritate & tenore præmissis decernimus & declaramus, easdem constitutiones ac decretum locum habere vbique gentium, & terrarum inter quas cumque personas etiam armatas, & in castris seu propugnaculis militantes, etiam vbi nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, aut fidei Catholicæ hostium furor impunè grassatur, vel in dominiis per eos occupatis, & detentis. Hæc Pontifex. Vnde ex his referendus venit Marcus Vidal in *Arca Theol. mor. tit. de Duello. in spec. 6. num. 49.* Sed ipse loquitur stante attestacione Layman.

In Belgio quis aspexit Duellum, nesciens prohibitum esse à Bullis Pontificiis sub poena excommunicationis: Quæsiuit à me per literas, an in illam incidit?

RESOLVT. XXVII.

ET respondi negatiuè, ac induxi in terminis Andreæ Duallium in *2. 2. D. Thom. tr. de Duello, qu. 17. circa finem*, vbi sic asserit: Postrema poena est eorum, qui consiliū pugnandi in duello dederunt, aut qui ex composito se spectatores præbuerunt; hi enim sunt similiter excommunicati, dummodò sciuerint istud esse ab Ecclesia prohibitum; nam si nescierint, essentque comparati, si sciuerint ipsos pugnantes non aspiciere, poenam hanc excommunicationis, & alias non incurterent; cum sic non fuerint contumaces; contumacia autem ad excommunicationem incurrendam, vt supponimus, est necessaria. Ita Duallius.

Probatur hæc opinio ex celebri, & nunquam obliuiscenda doctrina, quam alibi ego adduxi, & quam me citato docet nouissimè Martinus de San Ioseph in *Regul. Sancti Francisci, cap. 16. num. 41.* sic asserens: Aduertate a qui vna cosa de mucho consuelo, y es, que no basta que le obra que vno haze, sepa que está prohibida, y es pecaminosa: si ignorara que vtra de esto estam impuestas à los que hazen, penas de descomunión, suspensión, ò inhabilidad para tener officios, ò de priuacion dellos, ò la prohibicion de pedir el debito los caídos incestuosos, que si se ignoran estas penas, no se incurren. Sic Portel in *addit. ad dub. regul. verb. Ignorantia, numero 2.* qui citat Nauarrum, quibus adde Curiel in *1. 2. question. 76. art. 5. dubitat. 5.* Valentiam, *tom. 2. disp. 6. q. 6. punct. 1.* Henriquez *lib. 13. cap. 23. num. 2.* Suarez de *Censur. disp. 4. sect. 9. numer. 19.* Auilam de *Censur. quos citat & sequitur Diana, 2. part. tract. 5. Miscell. ref. 12.* y porque algunos destas Auctores solamente hablan de censuras: fienten lo mismo de las demas penas Nauarrus *cap. 23. num. 47. & c. 27. num. 16 & n. 274.* Philartus de *officio Sacerdot. tom. 1.*

part. 1. lib. 3. capit. 4. §. 3. Manuel *1. tom. sum. verb. ignorantia cap. 140. numer. 15.* & alij & reputat probabile Suarez *5. tom. in 3. part. disp. 4. sect. 9. num. 22.* & Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 32. num. 21.* & Diana *p. 2. tract. 5. Miscell.* citat plurimos pro hac sententia. Y acerea do la pena puesta à los caídos incestuosos, para que no puedan pedir el debito matrimonial, tienen lo mismo Portel *vbi supra*, Castus Palaus, *tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 17. numer. 8.* Y lo que mas os, que aunque la ignorancia destas penas sea vincible, y mortalmente culpable, como no sea errata, escusa de las censuras y penas, docent Portel in *addit. ad dub. regul. verb. ignorantia, numero 25.* Sanchez de *matrim. tom. 3. dub. 9. disp. 32. num. 31.* & citat Suarez, & exponit ignorantiam vincibilem, & crassam. Hucvque Martinus de San Ioseph; qui paucis multa complectitur. Et ita hanc sententiam me citato tenet etiam Thomas Hurtadus *tom. 1. tract. 4. cap. 8. ref. 46. num. 555. & resol. 61. §. 1. num. 814.* & me citato Baunus in *Theolog. moral. tom. 2. tract. 8. qu. 18.* & me citato Marcus Vidal in *Arca Theol. moral. tit. de censuris. Inquis. 3. num. 113.* & me citato Carolus Zambertus in *Decisionibus Bononiensibus casuum conscientie mensis Septembris, cas. 2. anni 1640.* Vide *cap. 73. animarum, de constit. in 6.* & Innocentius Papa *Epist. 3. cap. 1.* scribens Exuperio Tholosano, dicit, quod ignorabat Constitutionem Synodij Papæ ad Himerium Tarrac. *Epist. 7. cap. 7.* qua suspendebat Clericos incontinentes (vtramque refertur *c. Proposisti: & cap. Plurimos 81. dist. 1.*) ne incurterent præfatam poenam, quamvis non ignorarent prohibitam incontinentiam iure naturali, & diuino, quare solùm erit obnoxius poenis latis iure diuino, non verò latis iure humano, quod ignorat, & sic ignorans legem, & constitutionem quia imponitur pro aliquo delicto, vel excommunicatio, vel irregularitas, aut suspensio, has nullo modo incurrit. Itaque quamvis ignorantia sit vincibilis moraliter, potest esse, & est sine contumacia, quæ requiritur ad incurfionem censurarum, ergo &c.

Quis interfecerat Adulterum inuentum cum uxore, postea vult ordinibus initiari: queritur an egeat dispensatione ex illo homicidio contracta.

RESOLVT. XXVIII.

ET negatiuè videtur respondendum; quia non defunt Doctores asserentes, non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientie tæ homicidium non fuisse illicitum Ita Aluerium de Rosate *4. part. stat. qu. 19.* vbi se à multis Religiosis audiuille ait, Theologorum sententiam esse, occidentem malefactorem iuris auctoritate, non peccare; quasi tunc interfector se vt legis minister, & executor habeat: quare non solum non peccare asserit, verum mereri. Nec displicet Isoni (qui prædicta tradit) in *leg. vbi pactum, num. 16. Cod. de transact.* Idem docet Antonius Gomez, *lege 8. Tauri, num. 52. & 55.* Castillo *lege 8. 2. Tauri, num. 6. in fine.* Menchaca *lib. 1. controuers. cap. 6. n. 2.* Azenedus *lib. 2. recopilat. tit. 20. leg. 1. in fine, & lib. 4. tit. 10. leg. 1. numer. 21.* Barbosa in *leg. si ab hostibus, §. finali. numer. 56. tom. 2. pag. 129. col. 2.* vbi ait, leges in ea re maritos, & patres executores facere delicti, quamvis nulla præcedat sententia, & iustissimas esse ob bonum commune pacemque

cemque publicam Reipublicæ, & citat pro hac parte Felinum in *c. que in Ecclesiis, num. 13. de const.* idem tenet Iulius Clarius, *lib. 5. sent. §. homicidium, numero 5. vers. sed hæc quidem*, vbi alios citat, & Sà *verb. Homicidium, numer. 15.* vbi sentire videtur hoc esse probabile. Et nouissimè hanc sententiam tenet Pater Thomas Hurtado *Variar. 10. 2. tra. vlt. ref. 5. §. 7. numero 204.* vbi sic asserit: Licitum est Patri occidere propriam filiam coniugatam, & adulterum ei commixtum, si eos, vel in sua domo, vel in domo generi reperiat actualiter adulterantes; nam ciuiles leges non solum impunitum relinquunt Patrem, ita occidentem, sed etiam ei conferunt ad talem occisionem potestatem, & poenæ executionem constituunt. Ita expressè *leg. 21. 22. & 23. ff. de Adulteriis, leg. G. accus. 4. Cod. de Adulteriis.* Idem tenent leges Hispanicæ, *leg. 5. tit. 20. l. 8. & leg. 2. tit. 20. libro 8.* & aliæ plures, quas refert Couarruias de *matrim. 2. part. cap. 7. §. 7.* Quamuis verùm sit quod secundum ius Codicis nõ detur marito facultas occidendi coniugem, sed adulterum, & quod vxorem accuset. Quam sententiam defendunt Antonius Gomez *leg. 52. Tauri, numero 12.* Menchaca in *controuers. libro 1. cap. 6.* & dicit esse probabilem Lessius *lib. 2. de iust. cap. 9. dubitat. 3. numero 16.* & Salmanticæ anno 1617, eam intulerunt grauiores Cathedratici Primarij Legistæ illius vniuersitatis, alij esse veram, alij probabilem, & nulla censura indignam asserentes, vt refert Legionens. *lib. 9. de matrim. c. 15.* Et ego etiam idem tunc existimaui, & subscripsi. Et ita omnes Auctores, qui plures sūt, & quos citat Thomas Sanchez *lib. 10. de matrim. disputat. 8. numero 39.* & Sà expurgatus intelliguntur, quod non liceat marito auferre vitam vxori adulteræ auctoritate propria, benè tamen auctoritate publica, & Regia, quia constituitur publicus minister Reipublicæ ad tuendas res proprias, occidendo si ita necessum sit, iniquitorem, & latronem, honor autem facultatibus præfertur, *leg. Iulianus, ff. si quis omiff. causa.* Et ita omnia argumenta, quæ asserit Basilius Legionensis, *num. 5.* possunt solui facillimè ex hac tradita doctrina. Hucvque Pater Hurtadus. Ergo si tale homicidium non fuit in se peccaminosum, dicendum est non induxisse poenam irregularitatis.

Confirmatur ex *cap. Si verò alicuius, de sen. Excommunication.* vbi sic habetur: Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in Clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentum manus iniecerit violentas. Cæterum si in stupro, vel adulterio, quod committit cum ea, quæ ipsam ita proxima consanguinitatis linea non contingit, ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit, non erit à sententia illius excommunicationis immunis. Hæc ibi. Ergo si tales non incurrit in tali casu Censuram Canonis, vt obseruat Tolerus *libro 1. summa, cap. 33. numero 1.* Suarez *tom. 5. de censuris disputat. 22. sect. 1. numer. 34.* Syluester *verb. excommunicatio, 6. numero 6. §. 10.* Cardofus in *praxi de iudicib. verb. excommunicatio, numero 20.* Bermondus, in *tract. de concubinatu, fol. 267. numer. 5.* Couarruias *lib. 2. variarum cap. 10. num. 8.* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. finali, quest. 77. num. 11.* Claudius in *leg. vt vim, ff. de iust. & iure, numero 85.* Menochius de *arbitr. quest. casu. 419. numero 92.* Ceuallos communis contra communem, *question. 833. numero 310.* Ergo dicendum est in casu nostro, homicidium de quo loquimur irregularitatem, incurrisse. Et ita in terminis ex rationibus adductis tenet Stephan. Fagundez in *Decalog. tom. 1.*

lib. 5. cap. 10. num. 31. vbi sic asserit. Idem mihi planè videtur dicendum de irregularitate; non enim ob huiusmodi occisionem, irregularitas ex delicto homicidij voluntarij incurritur; sicut enim non incurritur excommunicatio, ita nec irregularitas, parci enim Ecclesia his poenis propter irreflexum dolorem, nec reputat hoc homicidium tam ex voluntate, quàm ex vehementissima passione factum propter iustum dolorem, quia textus ita loquuntur de huiusmodi percussoribus, & interfectoribus, ac de illis, qui se iuste defendunt; constat autem eos, qui alios se iuste defendendo occidunt, nullam excommunicationem, aut irregularitatem incurere, vt diximus in hoc libro, *cap. 3. n. 1. vers. Quod verò.* Et hæc opinio habet pro se omnes Doctores, qui dicunt licitum esse in foro conscientie Patri, marito, & fratri occidere filiam, vxorem, & sororem adulteras simul cum adultero, quicumque ille sit, in adulterio inuentas. Ita Fagundez *loc. cit.*

Sed hæc opinio apud me habet maximam difficultatem; nam vt ego olim docui, & nunc iterum doceo cum Poncio aduersus Patrem Hurtadum, & citatos Iuriconsultos, supradictam sententiam præcedere in foro externo, non autem in foro conscientie, & ided puto semper peccare mortaliter contra iustitiam patrem, & maritum, qui adulteros occidunt, sua propria auctoritate: Et idem dicendum est, si ante sententiam latam Index eos illis tradat occidendos. Hanc tenent Sanchez *lib. 10. de matrim. disputat. 8. numero tertio.* D. Thomas in *4. distinct. 37. question. 2. artic. 1. in corpore;* D. Bonauentura, *art. 2. question. 1. Victoria in summa, vbi de mat. tri, non. num. 292.* Veracruz *3. part. speculi, art. 4.* Sotus in *4. dist. 37. quest. vnic. artic. 3. conclus. 1. & libro 5. dist. question. 1. art. 3. ad 1.* Aragonius *2. 2. question. 64. art. 3. ad 2.* Rodriquez *tom. 1. summa in 2. edit. cap. 206. numero nono.* Sà in *sum. verb. Homicidium, numero 15.* Gurtierrez *lib. 2. qq. pract. question. 1. num. 22.* Petrus Nauarra *lib. 2. de restitut. cap. 3. part. 2. in noua edit. dub. 8. num. 206.* Nauarrus in *summa. Hispan. cap. 15. num. 3. in fine.* Couarruias in *4. Decret. 2. p. §. 7. num. 9.* Probatur ex *cap. inter hæc 33. quest. 2.* vbi Nicolaus Primus, ait, licere secundum leges mundanas, non tamen secundum Ecclesiasticas vxorem adulteram impunè interficere. Secundò, quia leges ciuiles solùm ob vehementem dolorem huiusmodi homicidia impunè fieri permittunt, ac leges permittentes aliquid impunè fieri; minimè à culpa excusant, vt latissimè, multis adductis exemplis, confirmat Tiraquellus *leg. 9. conubiali, numer. 1. & seqq.* aliud enim est ad vitanda maiora peccata, & scandala, permittere aliqua minora: aliud illa præcipere, vel concedere licentiam ad illa perpetranda, vt patet ex meretricibus publicis; permittunt enim leges ciuiles meretrices in Reipublica Christiana ad euitanda maiora peccata, & scandala adulteriorum, & sodomiæ; non tamen hæc permissio illas à peccato excusat, nec excusare potest, nec illorum actum facere potest licitum. Tandem, quia iniustum est parte non audita, & ante latam sententiam concedere generalem, vel specialem facultatem perimendi reum. Quamobrem iniquissimè faceret iudex, si ante latam sententiam adulterij id concederet parentibus, aut maritis earum, quæ in adulterio reperitur.

Nec obstat dicere quod leges humanæ expressè concedunt facultatem perimendi bannitos non auditos: ergo poterunt etiam hanc facultatem concedere circa adulteros. Respondeo esse diuersam rationem, quia banniti sunt hostes Reipublicæ, &

nec capi, nec accusari possunt: at adulteri non sunt hostes Reipublicæ, & capi, & accusari possunt. Confirmantur superius dicta ex doctrina Doctorum afferentium illum maritum, qui priuata auctoritate adulteros in scelere deprehensos necat, teneri damna restituere ad aliorum homicidarum instar, quia peccat contra iustitiam. Ita Petrus Nauarra, *lib. 2. de restitutione. capit. 3. part. 2. in noua edit. dubit. 8. num. 207.* Sanchez, *l. 10. de matrim. disput. 8. num. 41.* Bannez *2. 2. quæst. 64. art. 3. dub. 2. in solut. ad 3.* Parisius *conf. 154. numer. 12. & numer. 41. lib. 2.* Soccinus *libro 2. consil. 34. afferentes peccatum hoc esse contra iustitiam.* Et ita hanc sententiam; præter Doctores à me alibi citatos, tenet nouissime doctissimus Magister Marcus Serra *in 2. 2. D. Thomæ qu. 64. art. 3.* Amicus *in Curs. Theol. 1. 5. disp. 36. sect. 2. num. 21.* & Ioannes Wigers *de iustu. & iur. tract. 2. cap. 2. dub. 5. num. 14.* vbi rectè dicit ab hac sententia communi in quæstione tam practica, & tanti momenti non esse recedendum. Et ita etiã docet Ioannes Pontius omninò videndus *in Curs. Theolog. disputat. 5. quæstion. 5. conclus. 3. numer. 22.* Hinc sequitur maritum teneri ad restitutionem propter interfectionem adulteri in foro conscientie, & hunc posse licitè se defendere, ac etiam, si aliter euadere nequeat, interficere maritum tanquam iniustum inuaforem in foro conscientie. An verò esset irregularis, si interfecisset, ita controuertitur, vt vtraque pars sit probabilis, & propterea potest occisor amplecti partem sibi magis fauorabilem. Ergo cum in casu nostro homicidium illud fuerit in conscientia illicitum, & mortaliter peccaminosum, vt probatum est, sequitur consequenter, pœnam irregularitatis induxisse, atque idèd supradictum homicidam non posse ordinibus initiari, nisi prius dispensationem irregularitatis obtineat.

An si Clericus aggressus occidat inuaforem, incurrat irregularitatem si fugere possit.

RESOLVT. XXIX.

A pud me certum est, nihil prorsus distinguendum esse inter laicum & Clericum, vbi enim vterque ad occasionem iustam æquali premente necessitate, siue metus impendentis mali, siue obligatione vitandi peccati aliquem occidit, vtrumque immunem esse irregularitatis existimo cum Auila, *disp. 5. sect. 3. dub. 5.* Molina *disp. 109. tract. 2. num. 7.* idcirco enim negat contra Sorum, Nauar. & Caietan. alibi adducendos, opus esse protestatione de curanda morte, vt Clericus excusetur ab irregularitate propter denantiationem proditoris Patriæ, ad quam faciendam lege diuina, & naturali obligatur, quia protestatio necessaria non est, nisi in iis casibus, in quibus illa contrahi potest irregularitas: atqui ostendimus in actione ad quam obligat lex naturalis, aut metus, nullam aut indecentiam aut lenitatis violationem, aliumvè defectum reperiri posse: ergo neque irregularitas, Quod autem, qui illam actionem ponit, sit laicus, & clericus, omninò per accidens est, quandoquidem premuntur eadem obligatione ponendi actionem, de qua disputauimus, ne peccent, & eodem periculi grauiissimi metu impelluntur.

Difficultas est in casu nostro, an si Clericus possit fugere, ad id teneretur, & idèd quæritur an præ-

ter peccatum mortale, irregularitatem incurteretur. Et ad hunc casum sic respondet doctissimus & mihi dum viueret amicissimus Pater Ouiedo *tract. de Charitate, contr. 13. pun. 3. n. 39.* Quando quis intendit alium vulnerare, aut occidere, aut post vnum vulnus inflictum, aliud infligere, licere iniuriam præuenire inuadentem vulnerando, aut occidendo, dum alia via non superest sine infamia talem iniuriam vitandi, commune est apud Doctores. Dixi dum alia non superest via vitandi iniuriam sine infamia, nam si absque infamia possit vulnerandus aut occidendus fugere, ad id teneretur docent autem Molina, Lessius, Puente Hurtado, & alij, vitum nobilem laicum non teneri fugere inuaforem iniustum, quia talis fuga illi erit infamis, & cõtumeliosa. Teneretur autem fugere in hoc casu Religiosus, & Clericus, quia his non est infamis fuga, sed laudabilis. Docent verò Puente Hurtado, & cum Iulio Claro, P. Lessius, Clericum & Religiosum in hoc casu nolentes fugere non peccare contra iustitiam, sed tantum contra Charitatem. Addunt verò irregularitatem contracturos, si in eo casu occidant, aut mutilent inuaforem, quod nescio an consequenter dictum sit; videtur enim irregularitas tantum imposita in pœnam homicidij, aut mutilationis contra iustitiam, non verò præcisè contra charitatem, ille enim qui possit innocentem à morte eripere absque vilo incommodo, & non faceret, irregularitatem non contraheret, & tamen contra Charitatem peccaret propter mortem sequutam. Video in casu quem tractamus, Religiosum, aut Clericum esse causam Physicam mortis; in casu autem quocumque ab alio illatam, seu inferendam permitterent, non fore causam physicam, sed tantum moralem, sed hæc differentia materialis tantum videtur, dum eadem formalis malitia ex illa actione physica, & ex pura permissione confurgeret. Pater Valquez, Nauarra, & Bonacina apud Puente Hurtado §. 135. asserunt Clericum, & Religiosum in eo casu contra iustitiam peccare, quod ab illis non probari, ait Hurtado, qui cum Molina tenet non quamlibet mortem illicitè illatam esse contra iustitiam, sed eam tantum qua occiditur ille, qui iniustam causam non dedit. Hucusque Ouiedo. Et idèd satis probabiliter quis dicere possit intali casu, Clericum vel Religiosum nullam incurere irregularitatem, vt probabiliter alibi diximus de his qui non ex iustitia, sed tantum ex Charitate tenentur aliorum mortem impedire.

An vt simoniacus incurrat in pœnas iuris, opus sit simoniam esse, ex parte vtriusque completam.

RESOLVT. XXX.

Negatiuè sententiæ adhærent Doctores, quos citat & sequitur Garzias de beneficiis, *tom. 1. p. 8. c. 1.* & Castrus Palaus *tom. 3. tr. 17. punct. 28. n. 5.* Sed licet hæc sententia sit probabilis, non minus probabilem affirmatiuam esse existimo, vt fatetur ipsemet Castrus Palaus, & illam tumentur Doctores, quos larga manu adducit Garzias *vbi supra num. 19.* & Palaus *n. 4.* quibus ego addo Rocafull. *in Praxi Theolog. moral. tom. 2. lib. 3. de septimo præcepto Decalogi, sect. vlt. num. 111.* & omninò videndum Petrum Binsfeldium *in Rubrica de simonia, notab. 15. §. tertium fol. 62.* & Remigium *in Pract. Confess. tr. 5. c. 7. §. 7. n. 4.* vbi sic ait: La simonia reales, quando al modo de pacto se llega tambien la integridad de la cosa espiritual,

espiritual, y temporal de vna, y otra parte: y mientras esta no interuene, no queda el contracto perficionado en orden à incurrir las penas, conforme la extrauagante, que trata de las penas de los simoniacos, que habla de datione, ac receptione pretij, & beneficij: Que es dezir, que ha de ser completa de entrambas partes. Ita ille. Sed non deseram hic apponere verba Patris Tancredi *de Religione, tract. 2. l. 4. de simonia, disputat. 38. quæstion. 5. numero 18.* sic asserentis: Dico tertio, etiam si beneficij, aut Ordo sit collatus, si pretium non est solutum, sed tantum præcessit præmissio, adhuc non incuruntur dictæ censuræ, quia sic vsu Romano receptum est, vt sola simonia realis vtriusque completa punitur excommunicatione, & suspensione, licet ex vi verborum iurium, quæ solent allegari, videatur sufficere ad incurrendam suspensionem collatio beneficij, aut ordinis cum sola pretij promissione. Imò addo, non esse simoniam completam, etiam si instrumentum pecuniæ, factum sit, & traditum alteri, qui dedit beneficij; nam vt ait Sanchez *lib. 2. c. 3. dub. 106. n. 4.* scriptura non est pars pretij in rigore. Ita Tancredus. Aduerte hinc proxi, quod qui commisit simoniam realem, id est ex vtraque parte completam, tunc primum remedium est subire pœnas iuris, renuntiano beneficij, non percipiendo fructus eius, & petendo absolutionem ab excommunicatione, & suspensione. Secundum remedium est, quod petat dispensationem à Papa, vel eius nuntio, si ad id facultatem habet, & petat collationem beneficij, & pacificatur super fructibus male perceptis, & si dispensatio fuerat facta vera relatione manebit tutus in conscientia; interim, verò dum expectatur dispensatio, poterit confessor virtute Bullæ Cruciatæ absolueret ab excommunicatione, & suspensione, & sic absolutus, si fuerit Sacerdos, poterit celebrare missam secreto. Quod si simoniacus differat petere dispensationem, & sit in mora petendi, non est absolueendus, donec dispensationem obtineat.

Nota etiam hæc: obiter, pœnas latas in simoniacos, non comprehendere illos, qui tantum simoniam committerent, iure Ecclesiastico, & humano prohibitam. Ita probabiliter plures Doctores, quos alibi adduxi, quibus nunc addo Giragum *de Regimine Regularium, p. 1. dub. 8. num. 8.* vbi sic ait, Notamulum mihi placere opinionem asserentiũ simoniam realem, & completam, solo tantum iure Ecclesiastico prohibitam, non subiacere restitutioni, & pœnis simonia: vnde in permutacione beneficij inter duos beneficiatos facta propria auctoritate, & in reservatione pensionis sine licentia superioris, in promissione, seu donatione pecuniæ mediatori pro intercessione beneficij, & in conuentione, addit Diana *4. p. tract. 4. c. Miscell. resolut. 155.* inter electores, eligere me in Prouincialem, & ego eligam te in Guardianum, affirmant relati Doctores sic facientes peccare quidem mortaliter, non tamen incidere in excommunicationem, nec priuari beneficiis sic receptis ipso iure nec teneri fructus restituere, eo quod ista sunt prohibita iure Ecclesiastico: fundantur in hoc quia hæc non est simonia propriè dicta, cum non detur temporale pro spirituali, sed generali modo simonia vocatur: ergo quando iura loquuntur de simoniacis, non debent extendi ad hanc simoniam, sed ad aliam, quæ propriè & strictè est simonia, pœnæ enim sunt restringendæ: addunt etiam quod ex procemio *Extravag. 2. de simonia*, id clarè deducitur, sic enim incipit: Cum scelus simoniae prauitatis tam diuinitum, Anton. Diana Pars XI.

quam Sacrorum Canonum auctoritas abhorreat, vnde habetur iura tantum loqui de simonia diuino simul, & iure Canonico reprobata, nam præfatio legis, dat intellectum toti legi & ex ipsa regulariter, & causam finalem accipit vt tradit ex multis Molina *de primogenit. l. 1. cap. 5. numero quinto* & alij communiter. Excipit ab hac doctrina cum Sanchez *1. opus. lib. 2. capit. 3. dubitat. 108. numero quarto* simoniam confidentialem, quæ subdita est pœnis, licet aliquando sit tantum iure humano prohibita, vt quando quis renunciat beneficij pacto inito, vt sibi vel aliis postea reddatur, vel cum reservatione pensionis, non sibi, quia hæc non est confidentialis; vt probat Sanchez *vbi supra, dubitat. 34.* sed alijs soluenda; excipit etiam, quando datur aliquid Notariis, vel officialibus Episcopi, licet sit iure humano simonia, nam in tali casu incuruntur pœnæ Trident. *sess. 21. cap. 1. de reform.* Hucusque Giragus; cui adde Patrem Tancredi *vbi supra disputat. 37. quæstion. 3. numero octauo*, postquam sententiam Suarij & aliorum in contrarium adduxerit, in fine sic concludit: Sanè quamuis Suario hæc sententia non videatur probanda, mihi tamen tuta apparet, quod etiam docet nouissimè Diana Clericus Regularis vici pietate & eruditione insignis *resolut. 155. tract. Miscell. part. 4.* qui optimè concludit, quando aliquis obtinuit beneficij data pecunia mediatori, vel si electores pacti sunt vt vnus alteri suffragetur, non incurere priuationem beneficij, ex Sanchez qui putat esse simoniam iure humano tantum *lib. 2. capit. 3. dubitat. 26. numero nono*, & Villalob. *sum. tract. 27. tom. 2. diff. 24. num. 1.* loquente in secundo casu. Imò nec caret probabilitate quod docet Nauarrus, de eo qui pensionem sibi reseruat, sine hæc vox ex incuria Typographi non fuit impressa) Papæ auctoritate. Ita Tancredi. Quod vltimum etiam sustinet nouissimè doctus Pater Ioannes de Soria in Epitome Summarum, *part. 2. tract. 1. sect. 4. disp. 5.* sic asserens: Propter simoniam, quæ tantum est iuris humani, non incurritur pœna simoniae, vt in permutacione beneficij facta propria auctoritate, & reseruata Pensione, ac propterea valida est talis permutacio. Excipit tantum simoniam fiducialem, v. g. cum quis renunciat beneficij cum pacto, vt sibi, vel alteri postea reddatur, vel cum reservatione pensionis, non sibi, sed alijs soluenda. Hæc Soria. Et tandem hanc sententiam tenet etiam doctissimus & amicissimus Pater Escobar de Mendoza *in Theolog. mor. tract. 5. Exam. 2. capit. 6. numero 25.* & Ioseph Rocafull. *in Praxi Theol. tom. 2. lib. 3. de septimo Præcepto Decalogi, cap. vlt. sect. vlt. num. 1105.*

Plura notabilia in materia simoniae observantur.

RESOLVT. XXXI.

Quarto primò, an sit simonia si aliquis promittat alicui magnam pecuniarum summam, quam erogabit pro Eleemofyna alicuius monasterij, si ei impetret beneficij. Negatiuè respondet Ioannes de Soria *in Epitome summarum, part. 2. tit. 1. sect. 4. disputat. 5.* docet enim non esse simoniam si quis promittat alteri se daturum Eleemofynam loco Pio, si ipse opere beneficij impetret, & idèd inter alios titulos excusantes à labe simoniae apponitur Eleemofyna; vnde Ioseph Rocafull. agens de modis, quibus pecunia dari potest & accipi in beneficiis absque simonia, ita asserit, *in Praxi Theolog. mor. tom. 2. libro 3. de septimo præcepto Decalogi, sect. 4. cap. 2.*

cap. 2. n. 187. Primò ratione consuetudinis; quando enim consuetudo recepta est, vt dato, vel accepto spiritali, detur, vel accipiatur aliquod temporale, non est simonia illud dare, vel accipere, quia probabiliter censetur huiusmodi vsum esse bene introductum. Vide Azorium lib. 12. c. 12. Secundò in sustentationem vitæ: Tertio in stipendium laboris extrinseci coniuncti cum re spiritali: Quarto tanquam gratis oblatum: Quintò, vt Eleemosyna: Sextò in pœnam; sic imponi solet multa pecuniaria, cum quis absoluitur à censura: Septimò, tanquam id, in quo aliud permutatur, vt cum votum, vel iuramentum pecunia redimitur: Octauò, quando pecuniam, vel pacificum, vel largimur non directè ad rem spiritali obtinendam; sed quasi per accidens ad remouenda impedimenta, quæ per vexationem, & litem occurrere solent. Ita Rocafull, Sed circa titulum gratitudinis.

Quæro secundò, an si quis gratis promittat aliquid pro beneficio obtinendo, possit de hoc pacisci. Suppono quod latè probat ex communi D. D. sententia heu quondam noſter doctus, & amicissimus Quintanaduennas tract. 6. singul. 15. num. 7. titulum gratitudinis à simonia excusare, idè qui tradit aliquid temporale, intendens vt sibi aliquid spiritali conferatur titulo gratitudinis, simoniam non committit, cum liceat ab alio petere, quod ex naturali obligatione præstare tenetur. Et ideo Sanctotius de pœnis part. 2. cap. 15. sic ait. Non est simonia donare aliquid temporale, vel ante, vel post, ei, qui exhibet aliquid spirituale etiam cum intentione, quod donatarius moueatur ad dandum spiritali ex gratitudine, & è contra, dare spiritali cum intentione, quod recipiens ex virtute gratitudinis donet postea temporale. Et ratio est, quia donum opponitur pretio, & elicitur ex cap. sicuti Episcopum 1. quæstion. 2. cap. Et si quæstiones cap. Dilectus 2. sine cap. Tua, de simonia docet Sotus lib. 9. de inst. qu. 7. art. 3. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. capit. 45. numer. 4. contra Innocentium in cap. Tuam, de arat. & quali. Duo tamen hic adnotauerim, alterum qui hoc faceret in foro exteriori, præsumeret simoniacus, alterum quod difficile esset in his formalitatibus sub præfata doni ratione consistere, impossibile tamen non est. Ita Sanctotius. Vnde ex his asserit Pasqualigus in 99. Canon. Centur. 4. qu. 378. n. 6. esse ferè eandem rationem de simonia, ac vsura: Vnde sicut vsura excluditur reducendo contractum ad aliquem iustum titulum percipiendi lucrum, ita etiam excluditur simonia reducendo exhibitionem pecuniæ ad aliquem honestum titulum, pro quo exhiberi possit, & qui sit sufficiens, vt intentio dantis remoueatur à spiritali, ita vt faciat, quod pecunia non exhibeatur pro spiritali, aut ipsi annexo. Quando enim intentio dantis non respicit ad spiritali, non venit in contractum spiritali, atque adeò non committitur simonia. Et ex his poterunt in facti contingentia resolui plures casus. Et quæst. 379. num. 5. subdit Pasqualigus, quod si quis dedisset pecuniam in ordine ad obtinendum aliquid spiritali absque eo tamen, quod habuisset effectum, & intentionem illam tradendi pro spiritali non esset in foro conscientie dammandus de simonia, si posset considerari aliquid quod fuerit compensatum per illam pecuniam. Cum enim desit intentio dandi pro spiritali, cessat radix, vnde prouenit simonia, nempe studiosa voluntas emendi pretio rem spiritali, quæ est essentialis simonia; proinde deficit etiam ipsa simonia, aut saltem redditur incerta; præsertim, quia actus non operatur vltra intentionem

agentis: leg. non omnis ff. Si cert. pet. & leg. In agris ff. de acquir. domin. Vnde cum defuerit intentio respiciens ad dandum pretium pro spiritali, non debet censeri datum pro ipso; & proinde est excludenda simonia. Itaque in hoc simonia formalitas consistit, vt temporali detur tanquam pretium, & accipiatur tanquam pretium, secus autem ob liberalitatem, gratitudinem, amicitiam, laboris mercedem, &c.

His igitur suppositis, difficultas est an quibus titulis licet aliquid dare, vel recipere, liceat pacisci in omni re spiritali. Et affirmatiuè respondet Ioannes de Sorio vbi supra fol. 457. vbi sic ait: Non est simonia si quis det Paulo pretium, vt intercedat apud Petrum, vt ipse Petrus intercedat apud Ioannem collatorem beneficii: quod probabile esse docent Vasquez, & Sanchez. Idem si aliquid detur pro labore suscepro euando, & redeundo ad beneficii collationem, vel in compensationem alicuius damni, quod inde patitur, aut alicuius lucri, quod amittit. Imò probabile est eo modo quo licet temporale accipere pro spiritali sine simonia, licere etiam de hoc ipso pacisci. Ita ille, cui adde Marcum Vidal in Arca Theol. mor. tit. de simonia, Inquisit. 2. numer. 45. ita asserentem: Colligitur quintò, eo modo quo licet sine labe simoniae dare temporale pro spiritali, etiam licet de hoc ipso conuentionem facere; nempe tanquam dando, vel ex gratitudine, vel ex beneuolentia, vel ex iustitia, non quidem pro re spiritali, vt spiritalis est, neque tanquam precium, sed ob aliquam aliam rationem licitam, & à iure concessam. Hæc Vidal, & plures alij à me alibi adducti. Et quidem, qui potest intendere finem, potest media adhibere, vt sibi conferatur beneficium ob gratitudinem alicuius obsequij temporalis: ergo potest id ipsum in pactum deducere tanquam medium ad suam intentionem obtinendam. Adde quod in tali casu pactum & conuentio non cadit supra spiritalia, aut aliquid ipsi annexum, sed super aliquid consequens ad collationem spiritalium, quod contingenter se habet, ita vt possit consequi, & non consequi. Sola autem spiritalia, & ipsi annexa prohibentur deduci in pactum, quia sola prohibentur subici venditioni. Sed his non obstantibus ego alibi hanc doctrinam pro praxi non approbau; & nouissimè me citato non approbat Rocafull vbi supra, n. 1082. & ego iterum idem sentio.

Quæro tertio, an sit simonia si quis det pecuniam Titio, vt ipse Titius merita apud collatorem beneficii exponat. Affirmatiuè respondet Carthagenensis in disp. an liceat dare munera intercessori pro beneficio, capit. 6. difficult. 1. Sed negatiuam sententiam docet nouissimè Pasqualigus vbi supra, qu. 380. n. 3. tenet enim quod nulla interueniat simonia, si quis det pecuniam alicui vt propria sua merita notificet collatori, vt inde moueatur ad ipsum ei conferendum, iuxta doctrinam quam tradunt Adrianus quodlib. 9. Angelus verb. simonia, nu. 25. Syluester quæst. 6. Azorius, 3. p. lib. 12. cap. 5. q. 4. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 5. num. 17. Filliucius, tract. 45. cap. 12. quæstio 7. n. 12. in fine. Bonacina disp. 1. de simonia, q. 1. §. 7. num. 16. Ratio autem est, quia ad inducendam simoniam requiritur quod detur temporale pro spiritali, aut è contra; in hoc autem casu non datur temporale pro spiritali, quia datur temporale pro illo munere exponendi merita, & finis proximus est acquisitio bonæ opinionis apud collatorem beneficii, non autem ipsum beneficium. Insuper vt interueniat simonia necesse est, quod quando datur pecunia,

pecunia, finis immediatus sit requisitio alicuius spiritalis mediante illa pecunia, non autem sufficit, quod sit quid consequens ex alio immediato sine, iuxta doctrinam quam tradunt D. Thomas 2. 2. qu. 100. art. 5. ad 3. Nauarr. in Manuali, cap. 23. n. 101. Suarez, tom. 1. de Relig. cap. 36. n. 7. Garzias de beneficio, part. 11. cap. 3. num. 170. Molfesius part. 1. Sum. tra. 6. cap. 15. n. 56. vbi alios citat. In presenti autem casu quod intenditur mediante pecunia, non est beneficium, sed expositio meritorum ad bonam opinionem acquirendam, & acquisitio beneficii solum respicitur vt quid consequens. Dicendum est itaque ex Suarez, & Adriana, mediatorum assumptam curam præcisè informandi Prælaturam de meritis talis personæ, posse pro hoc munere pretium recipere; quia in hac parte solum gerit officium Aduocati repræsentando merita personæ; pro quo officio dicemus posse pretium recipi: est tamen hoc periculofum, quia sæpè mediator excedit officium informantis, & assumit officium exhortantis, & inducentis plus quam merita personæ simpliciter repræsentata possent inclinare. Et ita docet Castr. Palaus tom. 2. tra. 13. disp. 3. pun. 1. n. 5.

Quæro quartò, an iusta vexatio possit redimi pecunia ab eo, qui non habet obligationem opponendi, & affirmatiuè respondet Pasqualigus decis. 237. qui conatur aliquibus argumentis hanc suam sententiam stabilire: Sed ego adhæreo sententiæ negatiuæ, quam nominatim contra Pasqualigum firmat nouissimè doctus, & amicissimus Pater Tācredi de Religione, tract. 2. lib. 4. disp. 34. quæst. 4. n. 33. cum iusta vexatio, & communis sententia indistinctè loquatur non posse pecuniam redimi iuxta vexationem teste ipsomet Pasqualigo decis. 236. quod non debet dici factum fuisse ex consideratione Doctorum, vt innuit Pasqualigus num. 2. d. 236. sed quia voluerunt dare regulam vniuersalem, ex sacris Canonibus deductam; quia media pecunia pararetur via ad beneficium; nam cum ea detur, non ad tollendam vexationem, cum ea non sit, vt diximus; nec ad tollendum malum animum opponentis, & ad faciendum hoc opus bonum, nam supponimus ipsum moueri sancto zelo, & manifestationem esse bonam, & opus virtutis, remanet vt tantum detur ad facilitandam viam ad beneficium media pecunia quod nullo modo licitum est per Sacros Canones. Verùm stando in hac sententia, contra Pasqualigum dictam simoniam esse de iure humano videtur docere Tancredi loc. cit. atque idè non inducere statim vt supra firmatum est, penas contra simoniacos à sacris Canonibus latas, quod est valdè notandum.

Et tandem nota dam est hæc obiter, quod Pater Pasqualigus quærit an processione iuris spiritalis possit dari pecunia ad redimendam illam vexationem nolentis cedere. Et affirmatiuè respondet in decis. 241. Item quærit, an si electus vexetur per viam iuris circa possessionem iam habitam, possit pretio redimere vexationem. Et affirmatiuè respondet vbi supra, numero secundo. Item quærit an dare pecuniam alicui, ne mihi in electione exceptionem opponat, quam iure potest opponere; vel concurrenti, vt à concursu desistat, sit simonia, & ad vtramque partem negatiuè respondet in Decis. 245. & 248. Item quærit, an sit simonia pacisci cum aliquo ne concurrat in hac electione, & tu non concurras cum illo in subsequente. Et negatiuè respondet in decis. 249. Item quærit, an quando ius ad possessionem est dubium, liceat pretio redimere vexationem contra possessionem illatam, & circa præsen-

Anton. Diana Pars XI.

tem quætionem quandam distinctionem adhibet. Item quærit, an si quis det alicui pecuniam, vt meritum competitori incurrat ad hoc vt desistat à concursu circa electionem ad beneficium, sit simonia. Et negatiuè respondet in dec. 250. Sed ego supradictis opinionibus Patris Pasqualigi non audeo, nec possum adhærere, cum sint opiniones singulares, & fere omnes contra communem sententiam Doctorum, vt ipsemet fateatur: Vnde meritò contra dictas opiniones insurgit nouissimè Pater Tancredi de Religione, tra. 2. lib. 4. disp. 34. an. 38. vsque ad n. 60. qui respondet ad argumeta Pasqualigi. Et hæc remissiuè dicta sufficiant circa supradictas eius opiniones.

An si Minister Sacramenti petat vt detur pecunia in pretium illius, & faciat iurare dantem, vt omnino tali pacto det, possit sine simonia dari.

RESOLVT. XXXII.

Hanc quætionem pertractat Ioannes Vvigers de Inst. tract. 7. c. 4. dub. 6. n. 28. & ait ex Suarez, quod quando talis non amplius vrgeret sed simpliciter peteret vt sibi detur pretium Sacramenti, non per hoc cogi alterum, qui pecuniam dat, dare iuxta intentionem petentis, sed posse dare in sustentationem, vel ad tollendum impedimentum baptismi. Quod si autem iniquus ille velit, vt dans profiteatur & iuret se dare pecuniam illam in pretium Sacramenti, tunc quidem si ille id faciat in contemptum Sacramenti, & Religionis Catholicae; provt hoc natum est intelligi, cum vix occurrat ratio alia, qua id aliàs sic peteret, tunc inquam, ex communi omnium Doctorum sententia nullo modo obsequendū est eius petitioni, nec extrinsecus quidem, sed potius permittendū, quod infans sine Baptismo moriatur, quia tunc à donatione pecuniæ est inseparabilis iniuria Religionis, quæ est intrinsicè mala, vnde nec committi potest pro spiritali salute proximi. Si verò ponamus, aut fingamus, quod non petat istam declarationem, & iuramentum fieri in contemptum Religionis, sed ob aliquam causam priuatam, aut extrinsecam, in tali casu vult lib. 9. de Inst. q. 6. art. 1. licitum esse dare pecuniam in pretium, & affirmare cum iuramento hac intentione dari. Fundamentum eius est, quod existimet emere Sacramentum, non proinde esse intrinsicè malum, sicuti ipsum vendere, vnde putat extremam infantis necessitatem posse emptionem eius facere.

Sed hæc opinio tanquam omninò improbabilis à Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 12. num. 16. & aliis reicitur, quia in primis ista professio eiusmodi dationis, est valdè iniuriosa rebus diuinis, & Sacramentis, neque est talis iniuria separabilis, etiam si ab iniquo exactore non formaliter intendatur. Deinde fundamentum etiam omninò falsum est, quod scilicet emptio Sacramenti non sit intrinsicè mala, quod, vel ex eo colligitur, quod clarè D. Thomas quæstion. 1. artic. 1. ad 1. dicat, quod nullo modo deberet quis pretium pro Baptismo dare, sed potius absque Baptismo decedere, quod saltem formaliter intellectum debet censeri verè à D. Thoma dictum quod scilicet nullo modo liceat per modum emptionis dare pecunias pro Baptismo tanquam pretium eius: vnde etiam Doctores passim omnes supponunt ante omnia, remouendam

D d 2 semper

semper esse intentionem emendi Sacramentum, dandi pretium pro Sacramento: quod si non possit haberi intentio illa, non poterit quoque exterius dicere, aut iurare, quod illam habeat, nam si iuret committere peritium: si absque iuramento profiteatur se dare tanquam pretium Sacramenti; erit mendacium perniciosum, & sacrilegium contra reverentiam debitam Sacramento, inquit Suarez: & ita in specie sic vrgendo casum hunc docuit Ioannes Maior 4. *dist. 5. ad 3.* & ex modernis Vgolinus, *tabul. 1. cap. 6. num. 5. & 8.* neque satis video, quomodo eiusmodi declaratio in talibus terminis facta, vel iuramentum ipsam iustificari possit per amphibologias, aut restrictiones mentales, prout videtur Bonac. *tr. de simonia, disp. 1. quest. 4. §. 1. num. 4.* innuere. In illo itaque casu, addit Suarez, omittendum erit ipsum Sacramentum. Hacvsque Vigiers; Ex quibus vltimis verbis negatiue ad casum propositum respondendum videtur.

Sed affirmatiuam sententiam docet Pater Tancredi *de Relig. tract. 2. lib. 4. disp. 7. quest. 4.* asserit enim probabilissimum esse in casu presentis dubij, iurare cum æquiuocatione tantum in mente retenta, verbi gratia, iuro me non dare tibi hanc pecuniam ad redimendam vexationem, sed in pretium Sacramenti, & intra se intelligendo, vt tu dicis peruersè vel quid simile. Moueo, quia in hac assertione iuxta loquentis intentionem, non est mendacium: ergo neque peritium, nec sacrilegium, vt volebat Suarius, consequentia posito antecedente clara est, & notat Layman agens de mendacio *tr. 2. Lessius lib. 2. capit. 4. dubitat. 9.* & passim alij. Antecedens probatur fasè, & optime à Sanchez *lib. 3. summ. capit. 6. numer. 15.* & à nobis *tract. 4.* Probat etiam Nauarrin *cap. humana aures quest. 5. in quest. 2.* vbi ostendunt non esse mendacium vti verbis ex se non ambiguis, sed facientibus verum sensum, quamuis ex sola additione retenta in mente id fiat: si ergo non est peritium, nec mendacium illo modo vti, certè licebit iuramentum ex tam iuxta, & vrgenti causa, vt docet Sanchez *loc. cit. numer. 29.* cum Nauarr. *supra*, vbi ait licere quoties necessarium est, aut vtile ad salutem corporis, vel ad honorem familiæ, vel ad quemlibet alium virtutis actum: ergo multò magis ad salutem animæ in tanto periculo procurandam. Quod tamen intelligendum, dummodo id non cedat in iniuriam, & irrisionem Sacramenti, vt si minister petat me iurare coram aliis, & ego non possem illis manifestare meam bonam intentionem. Et hæc omnia docet Tancredi *vbi supra*, qui citat Valentiam *tom. 3. disputat. 6. quest. 16. punct. 3.*

Et quidem licet nouissimè nominatim contra me Thom. Hurtadus *Par. tom. 2. tr. 7. resol. 3. cum seqq.* querat, vtrum secundum se ea oratio, quæ falsa erat sine restrictione mentali, possit esse vera apposita tali restrictione mentali pura, vt ita externo signo neque implicite, neque explicite talis restrictio denotetur, & sic à mendacio, & cordis duplicitate sit libera: prorsus negatiue respondeat cum pluribus Doctoribus, quos adducit; tamen non desunt alij præstantissimi Theologi, qui nostræ affirmatiue sententiæ adhærent, quos ego alibi citavi, quibus adde Castrum Paluum *10. 3. tra. 14. disp. 1. punct. 7. numer. 5. in fine.* vbi sic ait: Quotiescunque aliqua causa honesta se offert regendi veritatem, poteris absque peccato vti amphibologico iuramento, vt ex allatis exemplis constat, & ex ratione sæpè dicta; quia tale iuramentum veritatem, & iustitiam habet; & cum vtile sit illud præstare, non

deficit iudicium. Ex nullo ergo capite vitari potest, Quapropter, vt bene dicunt Sanchez *lib. 3. c. 6. num. 45.* Bonac. *disp. 4. de iurament. q. 1. pun. 12. vers. 7.* & alij apud ipsos, etiamsi rogans omnem æquiuocationem vellet excludere, & vltra iuramentum de re facta petat iuramentum de calumniâ; exigatque iuramentum dicendi veritatem sincerè, & absque vlla æquiuocatione; adhuc poteris iurare amphibologico iuramento, & restrictione facta; Quia subintelligere potes, te iuramentum absque æquiuocatione iniusta; nulla enim propositio, ita ample sumi potest, quin aliquam restrictionem habere possit in mente. Quod manifestè conuincitur in confessore rogato de delictis in confessione auditis, qui ea tacere tenentur quomodocunque iuramentum exigatur. Dari ergo potest aliqua via occultandi veritatem absque mendacio. Ita Paluus: Vnde remanet fasè probabilis opinio superius allata docti, & amicissimi Patris Tancredi; qui etiam *num. 20.* querit, an necessitas recipiendi Viaticum homini iam confesso, vel non habenti peccatum mortale, sit causa sufficiens ad hoc vt pro illo recipiendo det pecuniam ministro nolenti aliter ministrare iuxta supradicta. Et affirmatiue respondet, quod etiam intelligit etiamsi iterum sumendum esset Viaticum in eadem infirmitate, quia non debet se priuare tanto bono, quantum affert Sacramentum illud in fine vitæ, quamuis non numeretur per modum Viatici cum cæremoniis solitis, sed reuera infirmus est in mortis periculo, quia militat eadem ratio necessitatis. De aliis verò Sacramentis, nempe confirmatione, & extrema vnctione, non videtur esse eadem ratio, quando constaret infirmo moraliter se esse in peccato, & iam recepit Eucharistiam: Contra verò si illam non posset recipere ob infirmitatem; ferè eadem ratio militat; quia hoc Sacramentum magnam affert vtilitatem. Hæc Tancredus, cui ego libenter adhæreo.

Sed si aliquis hic querat, an sit simoniacum, si adultus in extrema necessitate Baptismi sit constitutus, sibi que persuadeat quod sufficienter sufficientem contritionem habebit, pecuniam offerat ad redimendam suam vexationem. Et quidem communiter affirmatiue respondent Doctores, sed ego negatiue sententiæ adhæreo, quam tuetur Valentia, Henriquez, Richardus, Maior, & alij, quos affert, & sequitur doctus Pater Binsfeldius *in capit. 9. de simonia, quest. 3. concl. 3.* Et ratio est, quoniam etiam adultus in necessitate Baptismi grauissimam habet causam negligendi tunc peccatum alterius, atque procurandi per vexationis redemptionem Baptismum; quamuis qui sic pecuniam recipit simoniam committat. Etenim quis certus esse potest, an veram, & sufficientem contritionem habeat, quæ sine Sacramento ad salutem sufficiat, cum nemò sciat, an amore, an odio dignus sit, & quisquis merito timere debeat de sua dispositione. Atque etiam in hoc casu oblatio pecuniæ in adulto est vera redemptio vexationis, pro tuendo optimo necessarioque iure, quod Christus concessit omnibus ad Sacramentum salutis necessarium, imò efficax, tutissimumque remedium,

An

An sit nullum examen, in quo interuenerunt examinatores Synodales, designati nominè dignitatis v.g. Prior S. Domini Lector, &c.

RESOLVT. XXIII.

Negatiue respondet Petrus de Ledesma *in sum. 2. par. tract. 7. capit. 1. concl. 7.* circa tertiam difficultatem: & testatur sic vsu & consuetudine in Hispania esse receptum, & à viris doctis approbatum. Et ratio esse potest, quia illa verba generalia sunt, & sufficientia successores comprehendere; neque talis comprehensio videtur Concilij dispositioni obstat: nam esto successores in particulari approbati non possint à Synodo, cum sint incogniti, approbantur tamen in genere titulo dignitatis, & Officij, sicut sub eo titulo designantur: Et sicut Pontifex in suis relictis commissis Vicariis Diocæsanis, nec solum approbat Vicarium præsentem, & de illius probitate confidit, sed approbat futurum, & successorem, quia credit (moraliter loquendo) neminem in illo officio constituendum esse, qui aptus non sit ad minus sibi commissum obeundum: Ita de examinatores Synodales sub nomine dignitatis approbati, dicendum videtur. Et ita hanc sententiam tenet etiam Villalobos *in summa. tom. 2. tract. 8. diff. 5. n. 3.* qui testatur de consuetudine Hispaniæ.

Alij vero contrariam sententiam magis securiorum, & veriorum existimant, quam tuetur Salgãdus *de Protes. Regni. par. 3. cap. 9. n. 76.* vbi sic ait: Ex his apparet, quòd cum ipsi Examinatores ex Concilio, & motu proprio Pij. V sint approbandi scientia, moribus, & vita eorum deputatio debeat fieri nominatim, & de personis certis, non autem in genere puta, Prior, seu Lectores talis Monasterij, Canonici Doctoralis, vel Magistralis, ac Penitentiaris, ita vt comprehendantur etiam successores, tanquam persona incerta, in quibus non potest cadere approbatio à Concilio. Trident. & motu proprio. Ita ille, qui citat Garziam, quibus adde Castrum Paluum *10. 2. tr. 3. disp. 3. pun. 1. §. 4. n. 8.* & Thomam Hurtadum *par. 10. 2. tr. 12. c. 1. ref. 5. n. 95.*

Verum circa præsentem difficultatem mihi placet adhætere opinioni Patris Tancredi *de Religione tract. 2. lib. 4. disp. 17. qu. 2. n. 10.* Dicit igitur quod si sint illi idem, qui fuerunt tempore designationis, valet examen; nam tunc sufficienter determinatur persona nominando dignitatem, quam de præsentibus, & tempore nominationis illam obtinet, vt si dicant Priorem v.g. Sancti Domini, certum est nominari in Examinatore Priorem qui tunc in dicto Conuentu existit, qui etiam si à Prioratu finito tempore remoueretur, & nondum facta mutatione Examinatorum iterum Prior factus esset, adhuc esset legitimus Examinator Synodalis: nam estò secundum recentiores probabilius sit non venire successores in dignitate, tamen in hoc casu proculdubio venit, quia cessat eorum ratio, nempe posse euenire vt successor non habeat qualitates à Concilio requisitas in examinatores.

Quod si designatio fieret hoc pacto: Eligimus in Synodalem examinatore Guardianum Capucinorum, &c. & eum qui pro tempore erit, tunc dico successorem in officio venire. Ducor, quia ex vna parte non extat vllum præceptum Concilij in

Antou. Diana Pars XI.

contrarium, vt constat, & ipsi Recentiores fatentur; nec est contra eius intentionem, quia sunt aliquæ dignitates, ad quas semper moraliter promouentur viri habentes qualitates à Concilio requisitas in examinatores, nec ex eo, quòd Concilia velint, vt singula annis examinatores designentur, exclusit posse designari successores in aliqua dignitate; imò, cum iam videamus in multis locis Synodum non celebrari per plures annos, potest colligi posse successores in officio designari, modo Concilium Synodale suam exprimat intentionem: ex altera parte cum addit, & qui pro tempore erit, suam explicat voluntatem apertissimè, non est dubium in illo casu successores comprehendere, & esse veros, & legitimos examinatores Synodales. Nec Rotæ Decisiones, quæ adducuntur in contrarium, loquuntur in isto casu. Vnde Gauantus *in praxi Dioc. Synod. cap. 31. ait*, fortasse valere in eo casu, sed ob dictas rationes mihi est certum, ait Tancredi; *vbi supra*, qui testatur sic vsu fuisse receptum in multis Diocæsis, & præsertim in Archiepiscopatu montis Regalis.

Sed quia hic incidit sermo de Examinatores Synodalibus, queritur an possint ex consuetudine aliquod stipendium intuitu sui officij accipere. Et negatiue respondet Garzias *de benef. part. 9. capit. 2. num. 368. qui n. 374.* tres Declarationes Sacræ Congregationis adducit, in quibus statuitur quod neque Episcopus, neque Synodus Diocæsanæ possunt statuere aliquod stipendium etiam minimum examinatores pro concursu Parochialium, & si fecerint, decretum sit irritum, & nullum. Et has declarationes adducit etiam Bellarminus, & Barbosa *ad cap. 12. sess. 24. Concilij Tridentini.* Vnde etiam Barbosa *de potestate Episcop. par. 2. Allegat. 66. n. 52.* & alios penes ipsos.

At his non obstantibus Parter Hurtado *vbi supra. resol. 4. n. 47. cum seqq.* contrariam sententiam putat probabiliorum, & pro eo citat Ledesmam, & Nauarrum; quibus ego addo Franciscum Zypæum *in iure nouo Pontificio lib. 5. tit. de Simonia. num. 5.* vbi sic ait: Porro rigidissime procedit Concil. Tridentin. *sess. 24. cap. 18. §. Canonice* aduersus Examinatores promouendotum ad Ecclesias Parochiales per concursum. Cautant; inquit, ne quidquam prorsus occasione huius examinis, nec antea, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quam alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obrinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, rigidissime, inquam, nequicquam, inquit: vnde citati à Barbosa *in Collectan. Doctor. ad Concil. Trid. ad d. §. Cautant* num. 13. & seq. ne minimum quidem permittunt accipi; ne quidem ex interpretatione *cap. & si 10. de Simon.* occasione, inquit; huius examinis; non tantum in pretium, & pactum, sed etiam causa gratitudinis; iidem etiam contra *dict. cap. Et si* nec ante; inquit Concil. Tridentin. nec post etiam contra *d. cap. Et si cap. in tantum eod. cap. Ad apostol. 10. eod.* vbi post præstita officia non pretium, sed Eleemosyna, seu quid aliud consuetum accipi permittunt: adeo quidem scrupulosè, vt omnino nihil causa laboris, & in vicem stipendij, etiam ex fructibus Beneficij vacantis, aut alias recipi permittent: nisi forte Episcopus, de quo Concilium non statuit stipendium, de suo tribuat: at verò vt hic rigor pronos deterreat, non est admodum oppugnandum; cæterum verius puto, non tantum quod pro labore, studio, molestiæ Examinatorum ab Episcopo de suo soluitur prohibitum

D d 3

hij

hic non esse, sed etiam quod neque ab economo beneficij vacantis, ad nutum iudiciumque Episcopi; quinimo sententiam Concilij eo vergere, vt de concurrentibus agat tantum, vel per se, vel per alios, vel eorum nomine aliis tantum agat; ex verbis, tam ipsi, quam alij dantes: idque ad finem peruertendi rectum examinatorum iudicium ex connexionem textus; iurent, inquit, se quacumque humana affectione postposita fideliter munus executores: & coniungit, caueantque ne quidquam accipiant, &c. agit ergo de accipientibus, & dantibus ad inducendam humanam illam affectionem, ne prorsus extra iuris rationem sistatur: & verba magis, quam mentem sectemur; quia cum ea tantum dantur, quæ voluntatem recipientis, inquit, *d. cap. Eisi* inclinare, vel monere non debeant, Ecclesia Romana interpretari non consuevit accipientem in his delinquere, vel donantem. Hucusque Zypæus, & ad declarationem Cardinalium superius adductam respondet Hurtadus, quod nisi sit in forma Authentica ipducta ab Urbano VIII. non habet vim. Ad cuius Authenticam formam inter alia, vt vim obligandi habeant, duo requiruntur. Primum quod Auditor Cameræ Apostolicæ sub censura mandet eas obseruari. Et sic obseruat stylus Curia. Ita Valerius *de differ. verb. Absolutio dist. 1. numer. 29.* Secundum, quod dicatur eas factas consulto Summo Pontifice. Ita Coriolanus *de casib. refern. par. 1. sect. 1. art. 21. num. 5.* Peyrinis, *tom. 1. de Subdit. questio. 1. capite 25. conclus. 1. pag. mihi 291.* Vnde, & consulto Summo Pontifice Urbano VIII. die 2. Augusti anno 1631. omnes declarationes Cardinalium impressæ, vel imprimentæ prohibentur tanquam non authenticæ, nisi illæ quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentis munitæ fuerint, & nobis non constat an declaratio ista sit ita authentica, præcipue cum, vt notat Salas *de legibus disput. 2. sect. 9. numer. 53.* Congregatio non semper, sed in raro casu, & in grauioribus, & difficilioribus dubiis Summum Pontificem consulere soleat. Hæc Hurtadus: quæ quidem non omnia approbo; nam paucissimæ Cardinalium Declarationes vim haberent: vnde circa præsentem difficultatem non audeo à prima sententia negatiua recedere, propter reuerentiam quam debeo Purpuratorum Patrum Responsis.

Nota verò quod ex Garzia docet Massobrius in *Praxi habendi concursum Requir. 16. dub. 1.* posse Episcopum de suo dare aliquid examinatoribus, quia hoc nullibi reperitur prohibitum.

An Musici, qui in Ecclesijs diuina officia, canunt, aliquid temporale accipere possint sine labe simonia.

RESOLVT. XXXIV.

IN hoc casu nimis scrupulosè loquitur Ioannes Vvigers *de iust. tract. 7. cap. 4. dub. 8. numero 42.* vbi sic ait: Difficultas est de cantu Ecclesiastici officij, vtrum pro eo possit aliquid temporale accipi. Quidam affirmant, idque ratione scilicet laboris quem ipsi æstimant quasi extrinsecum officio diuino, quia nimirum posset officium legi sine cantu, aut quia ille cantus videtur reponendus in-

ter spiritualia illa mixta, in quibus temporale prædominetur siue quæ plus habent de temporali, in quibus licet simpliciter vendere quod temporale est, modò non habeatur ratio spiritualitatis. Indicat hoc de cantu Toletus *lib. 5. capite 86.* Suarez, *tom. 1. de Relig. libro 4. capite 21. numero 15.* Verum quandoquidem cantus ille ex munere clericali aut ordine, siue ex officio spirituali adhibeatur in Dei cultum, omninò dicendum videtur nihil pretij pro eo posse dari aut accipi, idque non tantum si Clerici aut Sacerdotes, siue ex officio suo per se canant, sed etiam quando Vicarij nomine, & vice istorum canunt; quia actus planè spiritualis est, & ex sua ratione postulat quod virtute Religionis informetur, vt legitime fiat. Neque refert quod officium legi possit sine cantu, quia vt vendibilis non sit, satis est, quod ipse talis cantus per se exigat, vt religiosè exerceatur, & quod ex spirituali in principio procedat aut pendeat. Neque conuenienter dici videtur quod in cantu Ecclesiastici officij prædominetur temporale, sicuti dici solet de Calice consecrato, cum principaliter ipse calix adhibeatur, & æstimetur idcirco, quia in eo laudatur Deus, non propter aliud temporale: quare dicitur melius quod Vicarij non pro cantu officij Diuini, sed pro sua sustentatione accipiant stipendium; ipsa tamen specialis ars cantandi, & singularis vocis suauitas forsitan possent pretio temporali æstimari; quamuis contrarium appareat probabilius, quia nec grata elocutio Concionatoris, neque ars eius bene dicendi, imò nec prærequiritur studium possunt pretio temporali æstimari & vendi, vt de studio expressè docet Suarez *loc. cit.* Sed non satis placet quod significat ibidem, nimirum quod Cantores musici conducti, & qui instrumentis musicis, ladunt, tantum adhibeantur ad ornandum Diuinum officium suis vocibus aut instrumentis, & reuera per se non exerceant actionem spiritualem, neque officium Diuinum recitent, aut peragant, quia in primis actus illi & instrumenta sunt idonea, & conuenientia ad laudandum Deum, & diuinas laudes celebrandas; vt ex scriptura constat, quæ sæpius nos hortatur, vt laudemus Deum in hymnis & canticis, in sono tubæ, in organis, & cymbalis bene sonantibus, quidni igitur quando in Ecclesijs, & Oratorijs, ad quæ populus religionis causa conuocatur & conuenit, dicenda erunt adhiberi, vt in illis Religiosum officium exerceatur. Sanè si tantum adhibeantur ad demulcendas curiosorum aures, non id sine vanitate & culpa fieri posse in tali loco, & in tali conuentu existimarem. Accedit quod totum officium, vt Laudes, Vesperæ, & aliæ Preces decantari possint per tales conductos musicos, & musicalia instrumenta; vnde si illi non exerceant actionem spiritualem, neque officium diuinum peragent, consequens videtur quod populus potius censerebatur vocari ad comedos audiendos quam ad audiendum, & interessendum Diuinis officijs: quare non monendi sunt eiusmodi cantores vt accipiant temporale titulo sustentationis, aut gratis religionis causa faciant, vel abstineant. Hucusque Vvigers.

Ego paucis me expediam, & contra Professore Louaniensem alium Professore adducam, & is est Ioannes Malderus in *2.2. de Iust. & Iur. tract. 9. capite 3. dub. 6. ad argum. 3.* Dico igitur si cantus ex munere Clericali, aut ordine, aut dono spirituali adhibeatur, non licere eius pretium, sed tantum personæ pacisci sustentationem. Secus si aliunde ad

ad populi deuotionem excitandam adhibeatur; tunc enim non minus licet eius pretium pacisci, quam pulsus campanarum, quo homines ad orationem vocantur, & incitantur. Ita ferè Adrianus *quodlibeto 9. qu. 1. ad 3. principale;* quamuis ex opinione sua addat, etiam priori modo possit locari operam. Toletus tamen *libro 3. capite 83.* cantum Ecclesiasticum ponit cum illis spiritualibus mixtis, in quibus prædominetur temporale, aut quæ plus habeant de temporali, vbi liceat simpliciter vendere quod temporale est, modò non habeatur ratio spiritualis.

Sed si quæras hic obiter, an sit simonia aliquid tanquam pretium accipere pro labore interno functionis spiritualis. Videtur negatiuè respondendum, quia labor ille, aut molestia non est in se spiritualis, aut ordinis gratia; quamuis ex opinione habeat spiritus, vt summum tantum inde dici poterit spiritualis à spiritu humano, quod diximus ad simoniam non sufficere. Deinde habet fatigationem corporis, quam æstimari posse nemo negauerit. Nec obest coniunctio interna cum re spirituali; neque enim ea maior est, quam sit aurum consecratione in Calice, quod tamen vendi potest. Deinde Matth. 10. & Luca 10. affirmatur ministrantem in iis rebus spiritualibus dignum esse mercede: non est autem dignus mercede ratione bonorum spiritualium, quæ aliis confert, neque ratione actionis, quam confert; si enim hæc omnia posset sine villo labore, & temporis diurnitate conferre, nullam mercedem, pretiumque exigere posset. Ergo est dignus mercede pro labore, & tempore, quod insumit in Sacris faciendis & quatenus illæ actiones Sacre sunt sibi molestæ, & aliarum actionum sibi vitium impeditiua. Quare maiori stipendio, & sustentatione dignus est, qui toto die audit confessiones, quam qui vna hora; & qui Missam canit, quam qui illam recitat. Alias deterioris conditionis essent Ministri Ecclesiæ, quam actores, & negotiatores temporalium rerum, qui ob defatigationem, & laborem impensum, & tempus quod infamunt, possunt aliquid ferre. Cur ergo priuari debent ministri, qui in negotiis salutis æternæ incumbunt? Et ita hanc sententiam docet D. Bonauentura in *4. dist. 25. art. 1. q. 4.* Ricardus *eadem dist. art. 3. qu. 2. ad 8.* Adrianus *sibi supr. & Glossa in c. significatum, de Præben.* Sed verior sententia videtur affirmatiua; nam quamuis labor iste interius æstimationem aliquam habeat, nullam tamen habet per se, nisi propter valorem substantialem actus spiritualis, qui pretio temporali inæstimabilis est, & quidem si venialis esset huiusmodi internus labor, non opus esset (quod tamen Patres passim faciunt, D. Thomas, & grauiores Scholastici) ita inculcare, quidquid Sacerdotes accipiunt temporalis emolumentum, pro sola sustentatione accipere: imò nihil ulterius pro sustentatione deberetur, sicut operatio non debetur alia sustentatio, semel ad æqualitatem soluta mercede. Neque solet in emptione, & venditione, & similibus commutationibus vrgere sustentatio. Itaque dicendum est pretium recipi non posse pro hoc labore intrinsecò, & necessario coniuncto operibus spiritualibus: posse tamen recipi stipendium sustentationis, si aliàs actio spiritualis debita non sit. Et ita hanc sententiam tenet Siluester, *verb. simonia, quest. 9. numero 3.* Sotus *lib. 9. de iust. quest. 6. artic. 1.* Valentia, *tom. 3. disp. 6. quest. 16. punct. 2.* Suarez in *3. part. tom. 3. disputat. 86. sect. 1.* & alij communitè.

Nota verò alios labores esse accidentales, & quasi extrinsecos actionibus Sacris, quippe (moraliter loquendo) nec necessarij non sunt ad actiones Sacras efficiendas, v.g. agere iter vnus leuca ad dicendum Sacrum, quando id non adnectitur officio, vel beneficio; expectare quotidie per horam vel aliud tempus ad celebrandum, dicere Missam statutis horis, vel in certis locis, & ad hoc obligari, promittere extraordinarium studium ad concionandum, &c. Pro iis igitur & aliis similibus pretium exigere potest, & pro obligatione ad hæc omnia efficienda; quia sunt temporalia onera, & priuant laborantem aliis commodis temporalibus. An verò ad simoniam pertineat, si quis Iudicem Ecclesiasticum inducat vt iustitiam in causa spirituali administret. Respondet Siluester *hoc verbo quest. 9. numero 9.* pertinere. Sed maioris dubitationis est, si Iudex quidem ex potestate Ecclesiastica iudicet, sed in causa alias seculari. Quidam putant, etiam tunc esse simoniam. Fauet *cap. Vendentes 1. qu. 3.* Glossa tamen ibidem indicat contrarium, & videtur probabile. Neque enim sufficit quouis modo à potestate spirituali actum proficisci, vt simoniaca sit eius emptio, vel venditio; aliàs qui pretio induceret Clericum ad sibi locandum fructus sui Beneficij, etiam esset simoniacus. Alteri tamen sententiæ fauet D. Thomas *dist. 25. qu. 3. art. 2.* vbi absolurè dicit, Iudicem simoniam committere vendendo iustitiam si sit spiritualis Iudex. Idem sequitur Turrecremata in *dist. cap. Vendentes,* & videtur verius; licet enim sit temporale: est tamen reuera vsus potestatis spiritualis. Aliud est quando elocatur Clericus fructus sui beneficij, vtitur enim quasi temporali dominio quod habet in illos, aut in æstimatam spem eorum. Et ita ego olim interrogatus respondi commississe simoniam quemdam iudicem Ecclesiasticum, qui pretio iudicauit, licet in casu seculari.

An si v.g. in aliqua vigilia quis sumeret multas formulas consecratas excedentes paruatatem materia; vel consecraret panem & illum comederet, frangeret ieiunium.

RESOLVT. XXXV.

Videtur prima facie negatiuè respondendum, quia ieiunium non frangitur nisi per cibum, vt patet: sed in Hostia, & pane consecrato desinit ex vi verborum consecrationis substantia panis, quæ transubstantiatur in Corpus Christi. Ergo per illius contractionem non frangitur ieiunium. Confirmatur; nam adest præceptum vt quis non sumat Eucharistiam nisi ieiunus, & non post cibum: sed in die Natiuitatis post primam Missam, si non sumatur ablutio Sacerdos potest denuò dicere Missam, quia non obstaate quod prima Missa sumplerit Hostiam, & vinum, dicitur adhuc ieiunus. Ergo qui in die Ieiunij comederet Hostias in magna quantitate, diceretur adhuc ieiunus, & non frangere ieiunium.

Sed affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis docet Tancredi *de Religione, tr. 2. l. 4. disp. 7. q. 1. n. 3.* vbi sic ait: Ex qua doctrina mihi videor bene his diebus respondisse ad questionem propositam à quodam Religioso satis pio, ac docto; nimirum, an frangeret ieiunium qui data opera ad famem satiamam integrum panem con-

secratur sumeret, præsertim extra. Sacrificium. Respondi affirmatiuè; quia licet panis ille consecratus iam per se sumatur ad spirituales nutritionem, tamen parit eodem effectus, quos ante consecrationem, & per accidens potest simul ad alium effectum, puta ad nutritionem, & sicuti peccaret, qui tantam vini consecrati quantitatem sumeret, ex qua cognosceret se inebriari; ita iste peccabit contra præceptum ieiunandi. Dixi si data opera; nam si id bona fide faceret, & ex deuotione, dum Sacrum dicit; excusaretur à mortali ob ignorantiam: at ex obiecto peccabit grauius, quia debet se conformare Ecclesiæ suæ ritui, siue sit Græcus, siue Latinus. Ita Tancredi. Sed amicissimi viri opinionum firmabo auctoritate D. Thomæ in 3. p. q. 77. art. 7. in corpore, ubi docet, quod sicut species Sacramentales corrumpi possunt, & in substantiam, quæ ex eis generatur, conuertitur, ita etiam conuertitur possunt in substantiam animantis, ac proinde ipsum nutrire. Ita D. Thomas: Et ideò l. 4. contra Gentes, cap. 66. ad finem, dicit: In ipsa consecratione miraculose accidentibus confertur quod subsistant, quod est primum substantiæ, & per consequens quod omnia possint facere, & pari, quæ substantia posset facere, & pari, si substantia adesset. Vnde ex his, quando in nostro sacro Tribunali Sanctæ Inquisitionis Regni Siciliæ fuit denunciatus quidam Tertiaris Laicus, quod omnes particulas existentes in Pixide comedisset, tunc præter poenam, & adiurationem ex tali delicto ortam, dixi, quod si talis particulas illas consumpsisset in die ieiunij, quod vti que præceptum ieiunij violasset ex rationibus adductis.

Hinc Ioannes Vigiers in 3. p. q. 77. art. 5. n. 9. asserit; quod si quis speciebus consecratis in magna quantitate utatur, non minus illis reficietur corporaliter, & sustentabitur, quam pane, & vino non consecratis. Et Lessius in 3. par. q. 77. art. 5. n. 11. notauit, quod posset homo speciebus Sacramentalibus sumptis per totam vitam sustentari. Et ideò ex his patet responsio ad argumenta superius dicta; nam vt rectè obseruat Præpositus in 3. par. q. 77. art. 6. num. 18. quod nullo modo requiritur vt substantia panis, vel vini remaneat in hoc Sacramento, vt dicamur ex illo sustentari, nutriri, &c. id enim fieri potest ratione specierum, modo à nobis explicato, sed de hac opinione iterum à me alibi dictum est.

An validè consecrari possit materia cuiuslibet paruitatis, dummodo sit sensibilis.

RESOLVT. XXXVI.

Negatiuè respondet nouissimè Pater Pasqualigus in sua Sacra Doctrina, l. 2. disp. 92. sect. 2. n. 9. ubi sic ait: Dicendum est materiam consecrandam non posse esse minimam, quamuis sit sensibilis, sed debere esse tantæ quantitatis, vt possit applicari per modum cibi, aut potus, alioquin non consecrabitur. Probat: Hoc Sacramentum est institutum à Christo sub ratione cibi, & potus: ergo nisi materia sit tanta, vt tanquam signum sensibile sit applicabilis ad cibandum, non habet rationem materiæ, quia non est illud signum, quod est institutum à Christo. Confirmatur: Sacramentum nedum debet esse sensibile, sed etiam sensibili modo applicabile: Ergo materia, quæ non est talis, non est sufficiens. Confirmatur secundò: si non esset ap-

plicabilis, non haberet significationem Sacramentalem, quia hæc fundatur in ratione cibi; & ratio cibi non solum dicit substantiam cibatiuam, sed etiam quod possit deferuire ad cibandum, sine autem significatione Sacramentali non habetur Sacramentum. Obiicit: Paruitas materiæ non variat essentialiter materiam: ergo non facit quod non possit consecrari. Respondetur: Non variare materiam quoad substantiam; variare tamen quoad rationem signi sensibilis, quia facit quod non sit illud signum sensibile, quod est institutum à Christo. Obiicit secundò: Si ab Hostia consecrata separaretur aliqua minima particula, manet sub ipsa corpus Christi, sicuti etiam maneret forma panis si Hostia non esset consecrata: Ergo, cum eadem materia, quæ sufficit ad factum esse, sufficiat etiam ad fieri, poterit minima particula consecrari. Respondetur: Si talis minima particula ita separaretur, vt tamen moraliter habeant rationem eiusdem cibi cum hostia, continere corpus Christi: secus autem si non habeat rationem eiusdem cibi, quia tunc definit esse illud signum sensibile, quod requiritur ad Sacramentum. Et hoc modo intelligendum Concilium Tridentinum sess. 13. & can. 3. de Euchar. dum definit sub qualibet parte separata manere corpus, & sanguinem Christi, intelligit enim de parte, quæ retinet rationem cibi partialis respectu totius, à quo pars separaretur. Hucvique Pasqualigus.

Sed hanc opinionem reuellendam esse puto, cum sit contra communem sententiam Doctorum, & præcipuè D. Thomæ in 3. q. 74. art. 2. Dico igitur omnem materiam cuiuslibet paruitatis, sensibilis tamen, esse consecrabilem, nam illud omne potest consecrari validè quod est verè panis, aut vinum pronomine hoc, aut hic more humano demonstrabile; sed huiusmodi est pars quantumvis exigua, si more humano sensibilis sit: Ergo est validè consecrabilis. Minor patet; quia cum panis, & vinum non sint substantiæ viuentes, non habent terminum paruitatis, seu minimum naturale, vt vocati solet; proinde in quantalibet exigua parte, esse, & saltem aliquantisper conseruari possunt, ac proinde sunt verus panis, & verum vinum; cumque possint naturaliter, siue humano more per aliquem percipi sensum, possunt humano, & ordinario more pronomibus Hoc, vel Hic designari, & dici.

Aduerte, vt materia censeatur apta consecrata ex parte sensibilitatis non requiri, vt visu percipiatur, vel etiam possit percipi à ministro consecrante, sed sufficere si possit percipi tactu, vel gustu, quia per illos sensus potest haberi sufficiens certitudo de præsentia materiæ, quæ ad consecrationem requiritur, & quod ita sentiri potest, potest demonstrari per pronomem hoc, vnde particula panis, quæ propter suam paruitatem non potest visu percipi, potest validè consecrari, si tactu vel gustu percipi possit. Dixi si sit sensibilis, quia si substantia panis remaneat sub particula omnino insensibili, ea non poterit consecrari: cum enim Sacramentum sit signum sensibile, saltem dum ipsum conficitur, requirit aliquid sensibile, quod in casu suppositionis, nullum est: idem ex forma potest confirmari: nam pronomem hoc in forma designat aliquid sensu perceptibile, & proinde si nihil tale sit præsens consecranti, is non poterit dicere, hoc. Et ita nostram sententiam docet Lessius in 3. p. q. 74. art. 2. dub. 1. numer. 4. Bernal de Sacram. disp. 29. sect. 4. numer. 24. Cardinal Lugo de Sacram. Euchar. disp. 4. sect.

sect. 4. num. 108. cum seqq. Præpositus in 3. p. quest. 74. art. 2. dub. 1. num. 4. Dicastillus de sacr. tom. 1. tract. 4. disp. 2. dub. 13. num. 230. Toletus l. 2. cap. 15. num. 5. Henriquez lib. 8. cap. 14. num. 4. Reginaldus tom. 1. l. 9. numer. 17. Martinon. de Sacram. Euchar. disp. 29. sect. 3. num. 10. Amicus in curs. theol. l. 7. disp. 16. sect. 8. n. 182. Castrus Palauus tom. 4. tr. 2. punct. 6. num. 6. Filiucius l. 2. tr. 4. quest. 5. Franciscus Lugo de sacr. l. 4. cap. 1. quest. 4. numer. 33. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 43. sect. 7. Valquez disp. 71. num. 2. Hurtadus de Sacram. disp. 11. diff. 17. Coninch. de sacr. quest. 74. art. 2. dub. 2. Tannerus, tom. 4. disp. 5. quest. 2. dub. 2. num. 52. cum seqq. Valentia l. 4. disp. 6. quest. 2. punct. 2. Nugnus in 3. p. quest. 74. art. 2. diff. 1. conclus. 2. Caspensis in curs. theol. l. 2. tr. 22. disp. 2. sect. 8. num. 48. Cornejo in 3. p. quest. 74. art. 2. dub. 2. Mercerus de Sacram. questio. 74. art. 2. num. 4. Vigiers in 3. p. quest. 74. art. 2. Auerfa de Sacram. Euchar. sect. 2. quest. 2. Leander de sacr. l. 2. tr. 7. disp. 8. quest. 81. Opatovius de sacr. tr. de Euchar. disp. 2. quest. 5. num. 51. Sotus in 4. disp. 9. quest. 1. art. 2. Ochagania de Sacram. tr. de Euchar. quest. 6. numero 6. Petrus à Sancto Ioseph in theolog. sacrament. cap. 16. resol. 3. Pitigianus in 4. disp. 1. quest. 6. artic. 5. Chamberota de Euchar. cap. 1. dub. 3. Angles quest. 1. art. 3. di. sic. 3. Bartholomæus ab Angelo, dial. 4. §. 330. Victoria de Euchar. quest. 56. Vivaldus de Euchar. capit. 3. num. 14. Villalobos in summa l. 1. tr. 7. diff. 8. num. 5. Ioannes de la Cruz in direct. quest. 1. de materia Euchar. dub. 4. concl. 1. Ludouicus à San Iuan in 4. sent. de Euchar. quest. 1. art. 6. dub. 1. conclus. 3. Petrus de Lesina in summa tom. 1. capit. 4. de Euchar. conclus. 5. Serra in 3. p. questio. 74. art. 2. Moscosus in summa tr. 4. cap. 2. num. 4. Martinus de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. l. 1. tr. 2. de Euchar. num. 17. Fernandez in medull. Casuum Conscientia, p. 3. cap. 4. §. 5. numer. 3. & alij pendes ipsos. Vidisti, amice Lector, aduersus quantam nubem Testium ausus est se opponere Pater Pasqualigus, ad cuius argumenta, quibus nix docuit opinionem singularem, optimè responderet Nugnus in 3. p. quest. 74. art. 2. diff. 1. Auerfa de Sacram. Euchar. quest. 2. sect. 2. & Amicus in curs. Theol. l. 7. disp. 16. sect. 8. num. 134. cum seqq. Dico igitur cum ipsis quod non valet dicere hoc Sacramentum est institutum vt cibus; sed ad rationem cibi requiritur aliqua determinata sensibilitas. Respondetur: esse institutum vt cibus, non materiale, qui vt corpus reficiat determinatam requirit quantitatem, sed vt spirituale, qui vt animam reficiat, certam quantitatem non possit. Vrges. Est institutum vt cibus spiritualis media sumptione corporali, sed vt cibus sit corporaliter sumptibilis certam requirit quantitatem. Sed contra; nam sumptio corporalis est tantum conditio applicans, qua posita, Sacramentum ipsum propria virtute reficit spiritualiter animam, conditio autem cum non debeat operari, non requirit certam quantitatem. Nec sufficit asserere quod non quæcumque minima quantitas aquæ sufficit ad Baptismum: ergo neque quæcumque minima quantitas panis ad hoc Sacramentum. Respondetur: disparitatem esse, quoniam materia Sacramenti Baptismi non est aqua, nisi vt abluens: at non quæuis minima aqua moraliter abluit: Panis verò est materia Eucharistiæ, vt continens Christum; quælibet autem minima quantitas panis potest continere totum Christum indiuisibiliter existentem.

Vnde ex his omnibus corrui fundamentum Pasqualigi; & contra illud insurgit Dicastillus de Sacram. l. 1. tr. 4. disp. 2. dub. 13. n. 240. notat enim quod Sacramentum Eucharistiæ non consistit primariò

in vsu, sed in esse permanenti; duplex enim est finis Sacramenti Eucharistiæ, proximus scilicet, & remotus: Proximus est, vt in ea contineatur Christi Corpus, aut Sanguis sub accidentibus sensibilibus panis & vini; ad hoc autem sufficit quæuis parua materia: Finis verò remotus, & secundarius est vsus & sumptio Eucharistiæ; ad quem finem licet aliqua parua quantitas materiæ per se sola non sit sufficiens, vt possit sumi præ paruitate, est nihilominus sufficiens ad primarium finem explicatum. Quibus accedit, quod etiam si illa particula per se sola non possit deferuire, vt sumatur edendo, aut potando; si tamen coniungatur cum aliis poterit, etiam si alia sint æquè parua; ex illis enim in acervum, seu cumulum loco coniunctis potest fieri vnus cibus, seu potus sufficiens vt sumatur, sicut potest fieri sufficiens vt sentiat, & designetur. Ergo, &c. Vide etiam Valentiam l. 4. disp. 6. qu. 2. punct. 2. Cardinalem Lugo de Sacram. d. 4. sect. 4. n. 112. & 113.

Sed ex his quæro primò, an materia quæ ob sui paruitatem nullo sensu exteriori percipi potest, consecrari possit? Sotus in 4. disp. 9. q. vnica, art. 1. Valentia disp. 6. q. 2. punct. 2. Henriquez l. 8. cap. 14. & Adamus, qu. 2. dub. 2. partem affirmatiuam tuerunt; quia ex vi consecrationis tantum, fit vt loco substantiæ panis & vini succedat sub accidentibus eorum Corpus aut Sanguis Christi: ergo sub quauis quantitate; quantumvis imperceptibili per sensus, sub qua sit substantia panis, aut vini, validè fiet consecratio. Maior verò in 4. disp. 11. qu. 2. Valquez disp. 17. c. 2. Suarez disp. 43. sect. 7. & Ægidius dub. 2. partem negatiuam tradunt; quia tunc materia illa non potest pronomine hoc ad sensum exteriorem demonstrari: ergo nequit validè consecrari, quia consecratio fit ex vi demonstrationis, & significationis verborum formæ. Verum ego ex istis sententiis cum Dicastillo ubi supr. de Sacram. l. 1. tr. 4. d. 2. dub. 13. à n. 236. vtramque probabilem esse puto.

Quæro secundò, an materia consecrationis debeat esse sensibilis ab ipsomet Sacerdote consecrante? Negant Sotus in 4. disp. 9. q. vnica, art. 1. Ægidius qu. 73. art. 3. dub. 2. Lugo disp. 4. nu. 116. quia existimant sufficere quod sit sensibilis respectu alterius, qui habet sensum magis acutum. Alij respondent debere esse sensibilem ab ipso consecrante, quia nihil facit ad rem quod materia sit sensibilis ab alio, nisi etiam sit ab eo, qui conficit Sacramentum; neque enim Sacerdos potest demonstrare per pronomem hoc, quod ipsi nullo modo est sensibilis: ergo. Sic Valquez, & Hurtado loc. cit. Ochagania loc. cit. numer. 7. Cornejo loc. cit. dub. 2. pag. 328. & alij, quos refert Leander de Sacram. l. 2. tr. 7. disp. 8. quest. 82.

Sed ego adhæreo primæ sententiæ, quam tueretur Amicus in Cur. Theol. l. 6. disp. 16. sect. 8. numero 134. ubi docet, ad præsentiam materiæ consecrandæ non esse opus, vt illa cognoscatur ab ipso consecrante, sed sat esse si cognoscatur ab alio, ex cuius relatione certus Sacerdos esse possit. Neque apparet, ex quo capite sit necessarium, vt materia consecranda debeat ab ipso consecrante agnosci, cum possit illam demonstratio pronomine ostendere, etiam si illam ipse non cognoscat cognitione visiva aut tactiua propria, modo fiat certus ex cognitione visiva, aut tactiua alterius.

An Regulares non obstante Bulla Urbani VIII. possint hodie sine licentia superiorum à casibus sibi referuatis absolui.

RESOLVT. XXXVII.

Dixi stante Bulla Urbani VIII. nam antea non erat tanta difficultas; & ad quæstionem affirmatiuè responderet Remigius in *pract. confessar. tr. 5. cap. 5. §. 4. nu. 8.* vbi sic ait: Del priuilegio de la Bula gozan no solamente los seglares, sino tambien los Religiosos, y Religiosas de qual quiera Orden que sean, y assi pueden por ella elegir confessor; y ser absueltos del de los casos referuados. Y los indultos de los sumos Pontifices, Principalmente el de Urb. VIII. ampliando el de Clem. VIII. concedidos à las Religiones Mendicantes, para que sus Religiosos no puedan en virtud de la Bula elegir confessor, sin licentia de sus Prelados, està ya derogado con la misma Bula porque el Pontifice Clem. VIII. y sus successores, despues de auer despachado el Breue de la restricion en fauor de los Prelados Regulares à conceder, y confirmar de nuevo la Bula de la Cruzada, con sus mismas clausulas, y sin limitacion ninguna. Confirma este parecer Trullench, que juzga que adonde este indulto, ò motu proprio de Urb. VII. no estuuiere notificado por los superiores à los subditos, y estos no le ayau recibido, ni obseruado, no ha perdido la probabilidad que tiene esta sententia. Es tambien opinion prouable, que ni los dichos indultos obligan à los que los recibieron sino los recipio la mayor parte de la comunidad; y assi no estan obligados à guardar los que los recipieron, viendo que otros de sus compañeros de la misma Religion no los recipien; porque es cosa asentada, que ninguna ley obliga en conciencia, sino es vniformemente recibida, por la mayor parte de los inferiores, como dotamente ensena Siluestro: Vbi lex generalis recipitur in vsu à certo genere personarum, ab alio verò non, non recipientes non peccant. Huevique Remigius.

Hanc sententiam teret etiam nouissimè doctus Pater Barnabas Gallego ex inclyto ordine Dominicano in *Bullam Cruciatam c. 12. claus. 12.* vbi postquam adduxit opinionem Ioannis de Sancto Thoma, asserentis, vigore Bullæ Urbani Octauo, non esse licitum Regularibus absolui à casibus referuatis virtute Cruciatæ, stantibus verbis Pontificis in dicta Bulla videlicet; Sed nostræ intentionis fuisse, & esse quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum penitentiae, seu confessionis administrationem, Ordinariae dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quoad sibi referuata subiecti sint, earum tenore præsentium perpetuò declaramus. Ita Pontifex; sed Gallego subdit: No obstante esto, en auiendo nueva concession de la Bula de otro Pontifice, sino declarar que no es su entencion, que les valga à los Religiosos quanto à la absolucion de los casos referuados à sus Prelados, parece que el Religioso que tuuiere la Bula, se podrá conformar si quiere con la opinion de los que dicen, que pueden los Religiosos ser absueltos de los casos referuados à sus Prelados, teniendo la Bula de la Santa Cruzada; y la razon que trae el M. Santo Toma de las palabras de la misma Bula, con que intenta prouar, que en todas las concessiones de la Bula se excluyen

los Religiosos de poder ser absueltos de los casos referuados, porque (dize) no se suspenden las facultades, y gracias concedidas à los superiores de las Ordenes Mendicantes en quanto à sus Frayles, digo, que no parece que conuenca esto, porque en estas palabras, *Gracias, y facultades*, &c. no se entiendo necessariamente que en virtud dellas se les confirme à los Prelados la autoridad que tienen de referuar pecados de sus subditos; lo vno, porque si assi se entienda necessariamente, no huiera auido opinion de tantos Teologos que han afirmado poder los Religiosos ser absueltos de los casos referuados à sus superiores por virtud de la Bula, pues en todas las Bulas han venido estas palabras. *Excepto las concedidas à los superiores de las ordenes Mendicantes in quanto à sus frayles*, y no obstante estas palabras algunos Autores, que han escrito antes de la declaracion de Urbano Octauo, han afirmados, que podian los Religiosos escoger por la Bula confessor que les absoluisse de los casos à sus Prelados referuados. Lo otro, porque las dichas palabras, se entienden muy bien de las gracias, y facultades que tienen los, dichos Prelados, de dispensar en las irregularidades con sus subditos, y exercitar en ellos otras gracias que en virtud de ser Prelados tienen, como dispensar en los votos de sus subditos y poderseles comutar, sino quieren vsar de la irritacion, y tambien se entienden las dichas palabras de las Indulgencias (de quien inmediatamente auia hablado la bula) concedidas à los Religiosos, que las ganan sin tener Bula. Ita ille.

Sed magis latè hanc difficultatem pertractat, & tenet nouissimè Pater Thomas Hurtadus *var. 1. 2. tract. 9.* vbi tamen *cap. 10.* docet, Regulares professi eius Religionis, in qua ex ordine Capituli Prouincialis ipsius, & Generalis, secundum Regulas, & Constitutiones quas profitentur, non est publicata Bulla Urbana, ex tacita eorundem Superiorum licentia possunt vti Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessorem, qui ipsos absoluat ab omnibus referuatis. Deinde *cap. 11.* firmat quod in Religionibus, in quibus Prælati admiserunt vsu priuilegij concessi in Bulla Urbana, talisque admissio, & acceptatio notificata est subditis, non possunt vti Bulla Cruciatæ, quantum ad hunc articulum de eligendo Confessore extra Religionem, qui absoluat à referuatis, sine expressa licentia ipsius Prælati. Postea verò, quod est valdè notandum, in *capit. 12.* me citato admittit non esse improbabile adhuc supposita Bulla Urbana quod Regulares virtute Cruciatæ possint eligere Confessorem Regularem eiusdem Religionis approbatum, qui possit absolueret à referuatis. Atque Clemens VIII. & Urbanus solum prohibent vti Cruciatæ ad eligendum Confessorem extra Religionem.

Et tandem absolute noster Siculus Pater Iuniparus à Drepano de *cas. referuatis p. 3. disp. 7. qu. 5. c. 3. & seqq.* fusissimè tuerur non obstante Bulla Urbani VIII. posse hodie omnes Regulares, tam viros, quam Moniales, inuitis superioribus sumere Bullam Cruciatæ, & absolui à peccatis, & casibus referuatis: Et responderet ad argumenta Cardinalis de Lugo, Lezana, nostra, & aliorum: & in confirmationem suæ sententiae adducit ex diuersis Religionibus subscriptionem quatuordecim Qualificatorum Sacri Tribunalis Inquisitionis Regni Siciliae. Et ne deseras etiam videre Ioannem Henriquez in *Pract. Quæstionibus sect. 48. quæst. 5. num. 11.*

riquez in *Pract. Quæstionibus sect. 48. qu. 5. num. 11.* & præsertim Quintanaduennas *1. 1. tract. 3. singul. 18.* qui loquitar in terminis Decreti Urbani VIII. & illud declarat.

Verum his non obstantibus, negatiuam sententiam, præter Doctores à me alibi adductos, tenet nouissimè me citato Martinus de San Ioseph in *monita confess. tom. 1. lib. 1. tract. 19. de Pœnit. num. 3. & in Regulam D. Francisci, capit. 16. numer. 20.* vbi sic ait: Otra razon, aun mas fuerte que la passada, que confirma lo dicho, es prouar claramente, que estan ò y en su fuerza las declaraciones y decretos de Sixto Quarto, Innocentio Octauo, Alexandro Sexto, Leon Decimo, Clemente Octauo, en que prohiben à los Religiosos el vsar de la Bula, y de otros priuilegios, para la absolucion de casos referuados. Porque aunque es verdad que la Bula de oganno es posterior à los dichos decretos, yen ella se concede generalmente à todos los que la tomaren, la absolucion de los dichos casos. Esta concession, aunque posterior, es general y se limita y corrige, segun derecho, por la constituciones especiales, y particulares anteriores de los Sumos Pontifices dichos (que podran verse en el compendio, y Bulario del Padre Fray Manuel) y era necessario para derogar las constituciones, y declaraciones de los dichos Sumos Pontifices, que la ley general posterior expressamente las reuocara. Dizelo assi la ley, *Sed & posteriores ff. de legib. gloss. sciendum verb. non compelli ff. qui satisdare cogantur, & ibi Bartol. in princip. num. 1. Bald. aubent. offerantur n. 12. initio C. de lit. contestat. Abbas conf. 24. numer. 1. vers. 2. principaliter, vol. 2.* y aunque los dichos decretos de Leon X. Clemente VIII. &c. estuuiieran derogados (que no lo estan) se auia de explicar la Cruzada conforme à su tenor, pues determina el derecho, que las leyes inueias se expliquen por las anteriores, aunque estan abrogadas. Ita *leg. non est nouum ff. de legib. & leg. sed & posteriores ff. eod. gloss. fin. in auct. ex testamento, C. de collation. & docent cum Bartol. Ludouic. Gomez, reg. de trienniali quæstion. 6. vers. tertius intel lectum*, Burgos de Paz *leg. 1. Tauri numero 570.* y no solamente se ha de explicar la ley nueva, per la ley especial anterior, sino que tambien se han de limitar las leyes posteriores por la razon de la ley anterior, vt docet Bartol. *l. de pretio ff. de publ. in rem actio.* Y confirmase, con que quando la ley antigua algun caso especial (como son los decretos dichos de Leon dezimo, y Sixto quarto, &c.) nos es visto derogar la ley nueva, que habla en general, vt oporime Antonias Gabriel *2. tom. commun. lib. 10. verb. lex, fol. 50. columna 2.* vbi id colligit, ex Bartolo & ex aliis, idem Azeuedus *libro 5. Recopilar. titul. 4. libro 1. numero 52.* y assi se entiende la Regla. 34. del libro 6. de los decretales, que dize; *Generi per speciem derogatur, leg. uxorem 41. §. felicissimo:* & ibi *gloss. generali, de leg. 3.* De donde conita claramente que la Bula de la Cruzada, en ninguna manera habla con los Religiosos de nuestra orden, quando concede la absolucion de los casos referuados, aunque sea concession posterior general, pues per decreto especial anterior, les està vedado el vsar de ella: Quia illud est speciale cuius contrarium est generale; *aubent. de non alienando §. vt autem lex.* Y no obsta dezir que los dichos Pontifices solamente prohibieron el vsò de la Bula por su tiempo, pues Clemente octauo en su Bula, que comienza, *Romani Pontificis*, dada el anno de 1599. vedando à los Religioso el vsò de la Bula, dize: *Auctoritate Apostolica perpetuò declaramus, &c.* Donde se vee que

comprehendere el tiempo por venir perpetuamente. Y no solamente no deroga la Bula de la Cruzada el dicho decreto, antes parece que le confirma; pues abrogando otros muchos priuilegios, excepta los cõcedidos à los superiores de las ordenes Mendicantes, quanto à sus frayles. Ita ille; cui adde me citato Leandrum de *Sacr. 1. 1. tr. 5. disp. 12. q. 58.* & me citato Marcum Serium in *Bullam Cruciatæ, disp. 1. diff. 10. §. 8. n. 5.* Ioannem de Soria in *Epitome Summarum, p. 2. 2. sect. 2. disp. 9. §. Circa Electionem*, & Leandrum à Murcia in *Reg. S. Francisci, qu. 1. c. 7. n. 17.* & hæc sunt pugnantis sententia circa præsentem quæstionem. Ego huic posteriori negatiuæ adheereo, quam olim docui. Verum interrogatus per litteras ex Hispania à pluribus, an sententia affirmatiua sit probabilis, non ausus sum nota improbabilitatis inurere, ex rationibus, quibus tot viri docti superius adducti illam tuentur, præsertim si decretum Urbani VIII. non fuisset à superioribus subditis notificatum, & ab illis acceptum, & præsertim hoc esset magis probabile, supposita supplicatione circa Decretum Urb. VIII. facta à Rege nostro Philippo IV. vt restatur Leander *vbi supra*, nam supplicatio suspendit executionem Bullæ dum alia iussio superueniat; vt docet Castr. Palas *10. 3. tra. 17. disp. 3. punct. 17. n. 8.* Sofa *super Constituit. Clementis VIII. de largit. Numerum §. 109. & 112.* Gonzales de *lege Polit. lib. 2. c. 3. num. 31.* Morla in *Emporio iuris, part. 1. tit. 2. quæst. 14. n. 8.* Cenedus in *qq. Can. q. 4. n. 36.* Hurtadus, *tom. 1. tract. 12. c. 1. ref. 29. num. 1814.* & alij: ergo, &c. Scio à Patre Bardi in *Bullam Cruc. tr. 2. c. 5. sect. 2. n. 9.* affirmatiuam sententiam tanquam improbabilem, & falsam damnatam esse; sed ego pace viri amicissimi, non audeo illam tali nota damnare, donec aliter à S. Sede determinatum non fuerit, & erubescerem asserere viros tam doctos, vt supra visum est, falso, & improbabiler loquutos fuisse. Non inteligo tamen ex his præiudicium asserre Religionibus, qui praxim in contrarium haberent.

An saltem Regulares possint, virtute Bullæ Cruciatæ, inuitis superioribus absolui à peccatis mortalibus non referuatis.

RESOLVT. XXXVIII.

Negatiuè responderet Bardi, & Card. Lugo, & ex illis Marcus Serius in *Bull. Cr. d. 1. diff. 10. §. 8. q. 8. n. 6.* quibus nunc adde Leandrum à Murcia in *qu. 2. ad c. 7. Reg. S. Franc. n. 2.* vbi sic ait: Los Regulares, maxime los Frayles Menores, no pueden en virtud de la Bula elegir confessor à otro alguno, aunque sea aprouado por el ordinario, fuera de los deputados por sus Prelados, para oir sus confesiones; esta sententia es la mas verdadera, y se prouea; porque Clem. VIII. no solamente declaró, que no podia los Religiosos de qualquiera Orden ser absueltos en virtud de la Bula, de los casos referuados, sino tambien que en virtud della no pueden elegir confessor, como consta de las palabras de su Breue, despachado en Roma à 23. de Nouiemb. de 1599. en otauo anno de su Pontificado, que son las siguientes: facultatem, & concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absoluedi à casibus referuatis, non habere locum cum fratribus, & sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Cõgregationum cuiusuis instituti: luego no solamente no pueden en virtud de la Bula ser absueltos de

los casos referuados; pero ni tampoco eligit confessor que los abuelua de los no referuados: y se confirma, por que assi Clem. como Urb. VIII. afirman en las dichas Bula, que su intencion, y voluntades, que todos los Regulares esten sujetos à sus Prelados, y à su disposicion, en quanto al Sacramento de la penitencia; sed nostræ intentionis fuisse, & esse, quod iidem fratres & Moniales quantum ad Sacramenti pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apost. quoad sibi referuata subiecti sint, earundem tenore præsentium perpetuò declaramus; luego no solo prohiben los dichos sumos Pontifices à los Regulares, que elijan confessor para ser absueltos de los casos referuados, sino tambien para serlo de los no referuados: porque en todo caso quieren, que en quanto al Sacramento de la penitencia, esten sujetos à la ordinaria disposicion de sus Prelados. Ita ille.

Sed his non obstantibus adhuc puto affirmatiuam sententiam non carere sua probabilitate, & idèd illam contra P. Bardi, & Cardinalem Lugo nominatim tener Gallegus in Bull. Cruc. capit. 12. dubitat. 172. vbi sic ait: Mi parecer es ser opinion muy prouable, y que seguramente se puede seguir en practica, que à todas las personas Regulares les aproueche la Bula, para poder elegir confessor qualquier Presbitero secular, ò Regular aprouado por el Ordinario, el qual les puede absolver de todos los pecados mortales, no referuados à sus Prelados; qui postea suam sententiam rationibus confirmat. Idem, præter Doctores à me alibi adductos, docet alter Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 12. question. 62. Martinus de San Ioseph in Regul. S. Francisci capit. 16. numero 23. & in eius fine, in declaratione Bullarum Clement. VIII. & Urbani VIII. numero quarto vbi fol. 493. sic ait: lo primero que se ha de aduertir es, que por los breues de Clemente, y Urbano octauo, no se prohibe à los Religiosos, y Religiosas, el vfo de la Bula de la Cruzada, y de otros priuilegios semeiantes, para las confessiones ordinarias, aunque sean de materia de pecado mortal, como no se confiesen en ellas, pecados referuados à la Sede Apostolica, ò à los Prouinciales, y como sea con confessores de dentro de la orden. Constarà, con claridad desta resolucion, atendiendo à que Urb. VIII. confirma el breue de Clemente VIII. y este siempre le han entendido todas las Religiones, que prohibe solamente la absolucion de los casos referuados y no de los ordinarios: y la misma declaracion hizo el Reuerendissimo Padre Don Fray Antonio de Treyo, siendo Vicario General de la Orden, en vna parente que embio por toda ella, y dize lo comunicado con hombres muy doctos, como se dixo arriba, en la declaracion de la Regla cap. 16. num. 21. Fr. Manuel f. tom. summe verbo absolucion cap. 8. in fine, dize que los muy doctos de Salamanca firmaron que el breue de Clemente VIII. no habla de pecados mortales ordinarios, sino solamente de pecados referuados, y que absoluer de estos prohibe solamente. Y en derecho la constitucion vltima, que declara otra primera constitucion se ha de explicar, y limitar por los terminos, y modos de la dicha constitucion primera, que se declara, y confirma, vt habetur authen. constitutio que innouat §. vnde vers. in illis collat. 3. & decretum innouans intelligendum est secundum tenorem decreti innouati l. in testam. ff.

de condit. & demonstrat. Demas de lo qual se ve, que lo dicho es verdad, porque si la Sanitad de Urbano Octauo quisiera quitar absolutamente el vfo de la Bula; no dixera por dos vezes, que su intencion es, que no valga la Bula, ni otros priuilegios semeiantes para la absolucion de los casos referuados; antes absolutamente quitara el vfo de la Bula, y pues limitò la prohibicion para los casos referuados, por el mismo caso la dexò en su fuerza para los casos ordinarios, pues en derecho casus exceptus firmat regulam in contrarium l. nam quod liquido ff. de pen. legata cap. Dominus 32. q. 7. Clement. eximi, de verbor. signific. §. proinde l. Tribunus §. vltimo §. de milir. testament. y quando (caso negado) estuuiera dudosa la decicion del breue estando clara la concesion de la Bula de la Cruzada, ha da valer esta, en todo lo que el breue de Urbano VIII. claramente no la prohibiere, glossa 4. in l. transigere 18. C. de transacionibus, & leg. statuas C. de Religios. & glossa 4. in l. final. C. de iur. fisci. Quia concessum dicitur quicquid expressè prohibitum non reperitur, leg. nec non §. quod eius ff. ex quibus causis. Y no obsta lo dicho, que al fin del breue se dize, que los Religiosos esten sujetos, quanto al Sacramento de la Penitencia à los Prelados, porque esto se ha da entender, quanto à lo que dos vezes antes auia prohibido, que era la absolucion de los casos referuados, quia clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in fine, censetur referri ad omnia contenta in eadem clausula cap. secundo requiris. de appellationibus (vbi id obseruant Doctores) capit. causam de rescript. capit. Apostolus 32. quest. 7. leg. item quia ff. de pactis §. vltimo leg. Titia §. 2. C. familia eriscunda. leg. quoties C. de pactis leg. petens ff. certum petat. leg. lecta est ff. de legat. 1. leg. auia ff. de condition. & demonstrat. leg. talis scriptura §. vltimo ff. de legatis 1. y las palabras vltimas generales del breue se han de entender secundum subiectam materiam de los casos referuados, que antes auia prohibido cap. indulgentia, de verborum significat. y estas vltimas palabras referidas, no comprehendien lo que el Pontifice no quiso comprehender, que fue la absolucion de los casos ordinarios, quia lex non includit illud, ad quod mens, & ratio legis non se extendit. leg. non dubium C. de legibus C. de leg. 1. C. que sit longa consuetudo, & idèd vbicumque habet locum ratio legis, habet etiam lex l. 1. C. de interdicto, & hoc etiam si verba legis contradicant leg. scire oportet §. aliud in verbo ff. de excusat. tutor. textus in l. 3. ff. de lib. præterit. quia vbi (inquit) manifestissimus est sensus statutoris, interpretatio verborum nunquam tantum valet, vt melior sensu existat, & cap. consuetudo distinet. 1. vbi dicitur quod lex est quicquid in ratione consistit, y la clausula general del fin se ha de limitar por la particular, de que no pueden absolver de casos referuados, quia clausula præcedens est maioris efficacix ad determinationem sequentium, quam sequens ad determinationem præcedentium, glossa 1. in leg. quisquis 85. de legat. 3. y lo que totalmente desnaze la dificultad es, que el derecho lo determina assi: Quia clausula generalis sequens determinatur per specialem clausulam præcedentem l. quoties, & ibi glossa 1. C. familia eriscunda; y assi la clausula general del breue, se determina por las dos speciales precedentes, &c. clausula generalis non porrigitur ad especificata, nisi fuerit apposta tantum pro illis, quæ specificata sunt leg. stipulationes commodissimum 53. & leg.

leg. doli clausula 310. & ibi glossa final. ff. de verborum obligatione. Et hæc omnia docet Martinus vbi supra.

Hanc etiam sententiam confirmat multis rationibus Quintanaduennas 10. 1. de Sacram. tra. 3. singul. 18. n. 19. & ex Societate Pater Andreas Mendo in Bull. Cruc. disp. 24. capit. 18. & in Appendice contra Patrem Bardi disp. 1. c. 10. & me citato Pater Hurtadus tom. 2. tra. 9. c. 6. n. 78.

An proficit sacrificium Missæ si applicetur à Sacerdote pro anima existente in Purgatorio, quam vult Deus.

RESOLVT. XXXIX.

Negatiuè ex Nauarro respondet noster Pater Vericelli doctus quidem & diligens in qq. mor. tract. 1. q. 21. quia potestas consecrandi & offerendi data est homini: ergo vt humano modo ea vtatur: non autem humano modo offert, si non nisi miraculosè, & supernaturaliter cognoscibile sit pro qua anima sacrificium offerat: etenim non humano modo, sed supernaturaliter cognosci posset quam animam Purgatorij Deus, aut Beata Virgo velle liberari: deinde causa prima determinatur obiectiue à causa secunda, ergo neq; Deus se determinat ad remittendam pœnam purgatorij animæ Petri; si quidem cum non sit determinatus Deus à causa secunda, remanet indifferens & indeterminatus, atque aded nihil producit: Ergo remanet illa missa absque vlla applicatione, & sic in thesauro Ecclesiæ, pro vt cætera sacrificia non applicata. Et idèd hanc sententiam ante Vericelli docuit etiam Tamburinus opus. de sacrifi. miss. lib. 2. cap. 2. §. 9. n. 17. vbi sic ait; Si quis applicet sic missam: Applico pro ea anima quam vult Deus, tunc sacrificium nulli prodesse, sed remanere eius fructum in Thesauro Ecclesiæ. Ratio est iam dicta, quia ex ipso Christi instituto, Sacerdotis, non verò Dei est applicare fructum missæ. Determinet igitur in hunc, vel similem modum Sacerdos. Offero pro ea anima, quam Deus videt magis indigere vel minus indigere, &c. nam sic quia determinata est Sacerdotis intentio, vt iuxta illam acceptabit Deus. Pari modo Ecclesiæ quando ex stipendio annuo debent multas missas celebrare pro variis defunctis, satis erit, si celebrantes applicant pro iis, quibus eo die v. g. illæ missæ debentur, eas enim Deus videt quibus debeantur. Ita ille. Itaq; dicendum est, quod applicare sacrificium, vel dirigere ad voluntatem Dei, vel ad scientiam Dei, si primo modo sacrificium nulli prodest, quia nihil determinatur à Sacerdote, secus autem in secundo modo, quia tunc Sacerdos determinat intentionem suam; ergo notentur hæc ab his, qui oneribus missarum pressi, nesciant quo ordine, & quo pacto teneantur illas applicare, nam in tali casu, vt patet ex dictis satisfaciunt suo muneri, si illas applicant pro vt Deus videt dictas missas ab ipso Sacerdote deberi, & esse applicandas.

Nota hinc obiter primò, cum plures Sacerdotes consecrant hoc Sacramentum, ad quemlibet illorū perinde pertinere applicationem illius ac si solus esset, eo quod vnusquisque eorum verè consecrat, non vt partialis (vt aiunt) causa. sed vt totalis, ac proinde ad ipsum sine alterius voluntate pertinet hoc sacrificium integre applicare cui voluerit: cumq; effectus illius infinitus sit, perinde proderit illis, quibus è singulis Sacerdotibus, applicabitur.

Anton. Diana Pars XI.

ac si ab vno solo Sacerdote vni tantum applicaretur. Alterum est cum vnus Sacerdos consecrauit solum Corpus Christi, quia morte, aut alio impedimento sanguinem consecrare non potuit, ab alio autem Sacerdote suppleto defectum prioris consecratur sanguis ad posteriorem pertinere applicationem sacrificij, quia cum ante consecrationem sanguinis non sit sacrificium, & consecratione sanguinis perficiatur, ille solus Sacerdos dicitur sacrificare, qui sanguinem consecrat, ac proinde ad ipsum pertinebit applicatio sacrificij non ad priorem. Quocirca ego non video qua ratione posterior Sacerdos debeat, vel aliquo vinculo teneatur ad intentionem prioris se conformare, vt recentiores nonnulli arbitrantur, non solum sub culpa mortali, sed etiam neque sub veniali. Et ita docet Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 231. cap. 6. n. 41. Verum obseruat, & bene Castus Palaus tom. 4. tract. 22. punct. 6. num. 16. quod in tali casu deberet secundus Sacerdos præcedentis Sacerdotis intentioni se conformare, tamen obligatus non sit, quod docuit etiam Conin. in 3. p. question. 83. art. 1. dubitat. 9. consil. 9. ex his infert Dicastillus de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 3. dub. 7. num. 175. Sacerdotem, qui post consecratum corpus nondum applicauit sacrificium, posse ante consecrationem Calicis applicare, illa enim consecratione perficit sacrificium, tuncque censetur sacrificare. Item quamuis Sacerdos consecrauerit corpus, intendens sacrificare pro vno, potest ante consecrationem Calicis mutare intentionem, & applicare pro alio, cui, & non priori, proderit sacrificium. Quod si ante perfectam vtriusque speciei consecrationem non applicauit sacrificium, nullus restat amplius locus applicandi, cum enim iam sit sacrificium peractum, non est cur censetur, aut sit factum ea intentione; quæ nullo modo existit ante, vel simul cum ipsa actione sacrificij. Verum est, quod vt alibi, pro applicatione habitalem applicationem celebrantis sufficere, nimirum intentionem offerendi pro tali persona, quæ præcesserit & retractata non sit, quia voluntas applicandi missæ fructum nomine, mouere debet ad aliquid alterius operandum, sed solum mouere diuinam voluntatem, vt statim ac sacrificium offeratur, eius fructum applicet alteri. Secus est in Sacramentis, vbi voluntas conficiendi me mouere debet ad faciendam externam actionem, ad quam concurrere non possum moraliter, & humano modo nisi perseveret intentio, vel actualis vel saltem virtualis. Nec ad applicationem missæ requiritur certa propinquitas temporis, quo talis applicatio, præcesserit, quia dum non retractatur, censetur permanere moraliter, & habitualiter, & per consequens sufficiens. Et ita me citato docet Franciscus Lugo de Sacram. lib. 5. c. 3. q. 3. n. 10. quidquid in contrarium asserat Granadus in 3. p. contr. 3. tract. 5. disp. 4. sect. 2. n. 14. Vasquez, & alij. Nota secundò in applicatione fructus sacrificij missæ præualere celebrantis intentionem, quamuis aliquando peccet contra iustitiam, vel obedientiam, vel fidelitatem, hæc applicatio est actus potestatis ordinis, & immediatè fit in persona Christi, quare non pendet ab Ecclesiæ, vel Superioris intentione, sed à libera voluntate celebrantis. Sic enim instituit Christus ob liberum exercitium consecrationis, & celebrationis vt applicatio missæ fiat immediatè suo nomine (sic effectio Sacramentorum) & per consequens quantumuis superior conetur applicare missæ fructum alicui, nihil efficit, si celebrans eum non applicet. Et ratio est, nam in contractibus, & in votis, & in similibus, operatur subditus

E 2

vt persona principalis, in missæ verò celebratione, ac applicatione quilibet Sacerdos operatur, vt immediatus Christi minister, independens ab omni humana potestate. Sed de hoc ego alibi. Peccaret tamen mortaliter Religiosus applicando missam contra intentionem Superioris. Verum est, quod quando Superiores præcipiunt pro deuotis amicis, Prælati, Principibus, vel pro conuersione Gentilium, aut hæreticorum, vel pro communibus necessitatibus missas offerri, non teneri subditos obedire sub mortali. Quia nec Superiores intendunt obligare subditos in hoc casu sub mortali, cum illas potius commendent, quam præcipiant. Nec apparet iusta ratio cogendi sub mortali subditos ad has missas dicendas, nisi forsitan pro aliquo Principe à quo Republica Christiana maximè pendeat, & est doctrina probabilis. Et ita docet Fagundez p. 1. lib. 3. cap. 10. num. 6. & Franciscus Lugo ubi supra numer. 28.

An si Sacerdos applicet missam existens in peccato mortali, sacrificium illud reponatur in thesauro Ecclesie, cum non proficit Sacerdoti quoad satisfactionem ex opere operato.

RESOLVT. XL.

Atrende quaeso, Amice lector, nam Doctores communiter affirmatiue respondent cum Suarez. Vnde Mercerus in 3. part. D. Thom. q. 83. dub. 8. num. 4. si quaeritur an effectus hinc remissionis pœnæ impeditus per obicem detur fictione recedente. Respondetur neg. sed si incapax sit ille, pro quo offertur, manet in thesauro Ecclesie: idem expedit sic offerre, vt si is pro quo offertur non indigeat iuuati non possit, proficit aliis, vni, vel pluribus quibus Sacerdos voluerit. Ita ille: cui adde Auerliam de Sacram. Eucharist. q. 11. sect. 10.

Sed mihi non displicet opinio Henriquez quam tuncur piissimus, & sapientissimus Pater Iacobus Granad. ex Societate Iesu, sic itaq; asserit in 3. p. D. Thom. contr. 6. tra. 14. disp. 7. sect. 3. n. 13. Secunda difficultas est an si sacrificium missæ non proficit ei pro quo offertur, aut non impetrat eam rem, pro qua offertur, reponatur in Ecclesie thesauro: Respondetur, variè iuxta varios casus explicandam esse hanc difficultatem. In primis enim accedere potest, cum pro quo offertur missa, non esse capacem totius fructus pro eo statu, quem tunc habet, v.g. si offeratur pro peccatore, cui licet proficit ad obtinendam veniam, non tamen ad satisfactionem. Et quidem Suarez existimat eam satisfactionem nullo modo in futurum prodesse posse eiusmodi peccatori, ac proinde vel statim applicandam esse alteri, vel reponi in thesauro Ecclesie. Mihi certè placet opinio Henriquez lib. 9. c. 15. §. 2. existimantis, eam satisfactionem reseruati in mente Diuina, vt applicetur illi peccatori, cum in Dei gratiam redierit. Probaturque ratione, quia sacrificium hoc licitè & sanctè offertur pro peccatore: ergo illi applicari potest quicquid ex operato tribuitur illi pro quo offertur sacrificium: ergo si pro eo statu id applicari non potest in actu secundo, manebit in actu primo, vt ablato obice peccati mortalis, statim conferatur. Sic enim homini bona fide accidenti ad Eucharistiam, sed sine dispositione ad gratiam, licet tunc non detur gratia, datur postea, cum tollit obicem peccati, vt tr. 9. diximus, & id est adhuc magis

verum in aliis Sacramentis. Hucusq; Granado cuius opinio non solum noua, & curiosa sed nimis deuota, & pia, & præbens occasionem fidelibus, vt magis libenter, & largius conentur offerre missas pro amicis, & coniunctis, etiam si sciatur esse in statu peccati mortalis, nam illa sacrificia eis proderunt non solum quoad fructum impetratorium, sed etiã satisfactorium, recedente obice peccati. Immenfa bonitas Dei, & munifica ad indulgendum natura.

Sed hic oritur dubium, an si Sacerdos obliuisceretur applicare alteri missam, illius fructus redeat ad ipsum? Negatiue respondet Henriquez Franc. Lugo fol. 251. Ioannes Vvigers in part. q. 83. dub. 10. numer. 54 & alij, quia Deus celebrantis intentione non confert missæ fructum; nec Sacramentorum valorem. At ego existimo, quod quoties Sacerdos nulli alteri applicat fructum sacrificij, censetur sibi applicare, idque per intentionem virtualem, seu interpretatiuam, qua quoties non applicat fructum bonorum operum alteri, se censetur velle sibi applicare; item ex alia intentione qua maximè suis bonis operibus intendit sibi prodesse quantum potest; vnde ex hac parte nullus fructus manet inapplicatus. Si autem applicet fructum ei, qui non indiget, vel non est capax, tunc putandum est fructum redire ad applicantem, nec remanere in thesauro Ecclesie (de fructu applicato vni loquor.) Ratio est, quia censetur quisq; habere voluntatem interpretatiuam satisfaciendi obligationi, applicando fructum alteri, & casu quo fructus illi non potest prodesse, reseruandi sibi eo modo ac si non applicasset, iuxta illud Psalm. 34. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* & Matt. 10. *Pax vestra reuertetur ad vos.* idque ex similitudine columbæ probari potest, quæ Gen. 8. non inueniens vbi pes eius requiesceret, ad arcam reuersa est: ita fructus sacrificij, cum non prodest ei cui applicatur, censetur reuerti ad applicantem, nisi intentione aliqua actuali, vel virtuali aliter disponat, aliàs enim si applicans non esset talis intentionis, fructus remaneret in thesauro Ecclesie, & hanc sententiam tenet Ruteus de sacrificio missæ lib. 1. disp. 5. quæst. 3. & præter alios Auctores, instar multorum vnus adducam, nempe Lessium in 3. part. D. Thom. q. 83. art. 1. dub. 19. n. 54. vbi sic ait: Dices. Ergo si Sacerdos obliuiscatur applicare alicui sacrificium, nullus inde proueniet fructus ex opere operato. Respondetur; Quidam dicunt posse postea applicari. Sed hoc parum est credibile: Quia sicut Sacramentum consistens in actione, solum potest applicari dum fit à ministro: tunc enim non aliàs est in eius potestate: ita etiam Sacrificium, tantum potest applicari dum fit, tunc enim tantummodo est in potestate ministri. Confirmatur, quia effectus qui datur ex opere operato, non potest suspendi arbitrio ministri, sed statim datur causa posita. Vn le aliter dicendum quando alteri non applicat, censetur implicite applicare sibi, & sic fructum ex opere operato habet sacrificium in Sacerdote. Ita ille, & hanc sententiam Tamburinus opusculo de Sacramento missæ lib. 2. c. 2. §. 12. n. 2. probat magis, quia in missa Sacerdos asserit, Offero tibi pro innumerabilibus peccatis meis, & pro omnibus fidelibus defunctis, vt mihi; & illis proficit ad salutem.

Nota tamen hæc cum Gran. ubi supra n. 13. quod cum celebratur missa pro anima Purgatorij, non solum applicandam esse illi satisfactionem, sed etiam impetrationem, quia hæc etiam illi maximè prodest, vt Deus inspiciat aliis alia bona opera, quæ pro illa anima applicant, & sic magis pro illa satisfiat. Sed si aliquis quaerat, an omnibus omnino iustis,

iustis, qui viuunt, & pertinent ad Ecclesiam militantem, pro quibus saltem in generali offertur sacrificium Missæ, vt supra vidimus sect. 9. suaderique potest primò, quia id in nulla lege fundamentum habet, non in Diuina, quam nullibi Christus Dominus præcepit offerri sacrificium Missæ pro omnibus fidelibus, & applicari iustis satisfactionem pro pœna, Nec in lege Ecclesiastica, cum quia de illa non constat, cum quia si Ecclesia id statuisset, designasset vtique quantum satisfactionis applicandum esset singulis iustis, cum possit magis, aut minus illis applicari: hoc autem nunquam Ecclesia fecit: nec deniq; fundamentum habet in lege naturali, quia natura non dicitur sacrificium Missæ debere offerri ad eum finem. Secundò, quia si quoties sacrificium Missæ offertur, relaxaretur aliqua pœna singulis fidelibus iustis, cum illi sint pœnè innumerati, oportet pœnam, quæ relaxatur, esse maximam, & pœnè incredibilem. Præterea, cum Missæ, quæ celebrantur quotidie, sint quamplurimæ, nullus iustus esset cui superesset aliqua pœna peccatorum, quod est planè falsum. His tamen non obstantibus contraria sententia magis mihi placet quam ex Bor. Nau. Tolet. tenet Granad. loc. cit. sect. 2. n. 7. quia sacrificium Missæ relaxat ex opere operato pœnam illius, pro quo specialiter offertur, vt dictum est: ergo etiam relaxabit pœnam eorum iustorum pro quibus generaliter offertur. Consequentia probatur, quia generalis oblatio est generalis applicatio sacrificij: sed sacrificium habet vim infallibiliter relaxandi pœnam iis iustis, quibus applicatur: ergo minor pater, quia quod applicatio sit particularis, aut generalis, non obstat quominus sit applicatio: ergo nec obstat, quominus censeatur sacrificium esse aliquomodo illius, qui generaliter applicatur: ergo quomodocumque applicetur fortietur effectum, si subiectum alioqui sit capax. Ad argumenta Suarez respondet Granadus, & hæc opinio est nimis consolatoria pro fidelibus existentibus in gratia.

An Religiosus, qui suis sumptibus, seu Monasterij inprimis libros à se compositos eaque exemplaria postea in diuersas regiones vendit, dicatur Negotiator.

RESOLVT. XLI.

Affirmatiue respondet Gherardus Bosellus in decisionibus Mutinensibus lib. 1. quæst. 28. nam talis videtur negotiatio propria, & prohibita, etenim negotiatio est vendere carius, seu quæstus gratia rem emptam nihil immutatam ab vendente, sed hic Religiosus vendit, quod emit, si quidem carta ab illo non fuit immutata, neque scriptura, ex quibus duobus codices impressi constant, quorum vtrumque emitur.

Item, quia si Religiosus curet impressos libros iterum imprimi vt vendat, est negotiator similiter si curet imagines imprimi, easque vendere velit. Similiter si lanam emat, ex qua pannos venales conficit suo sumptu.

Item, illa mutatio excusat Clericum à negotiatione, quæ sit opera, & industria eius, ex Anchar. d. c. *quanguam*. Nauar. capit. 27. n. 128. Feder. conf. 207. Licet enim propterea Clerico artificium exercere, glof. q. 14. vt motè Apostolico suis manibus viuant, c. *Namque*, de consecrat. dist. 6. capit. 3. dist. 91. Vbi ex Concil. Carthag. Clericus victum, & vestitum sibi

Anton. Diana Pars XI.

ex artificio, vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento paret, & cap. 4. Clericus quantumlibet verbo Dei eruditur artificioso victum parat, v.g. faciendo, aut scribendo libros glof. cap. 3. dist. 91. Turrecrem. dist. cap. Canonum q. 14. & cap. negotiatorum dist. 78. n. 2. Ergo negotiatio erit ista, de qua loquimur; & hæc omnia asserit Bosellus, ubi supra, & pro confirmanda sua sententia facit nimis Melin. de contractibus disp. 34. n. 6. vbi docet non posse Ecclesiasticos ex Lana etiam suatum ouium per conductos operarios pannum conficere, vt vendant; additq; ex panno sic confecto non deberi gabellam, quàm soluunt laici in suis venditionibus, confirmantur superius dicta per ea, quæ firmat Larrea in allegationibus fiscalibus, tom. 2. alleguion. 42. n. 42.

Sed contrariam sententiam tenet Pellizarius in man. Regul. tom. 2. præf. 6. capit. 10. numer. 19. vbi sic ait: An præsens prohibitio officiar quominus Regulares licitè possint imprimere libros in propriis Monasterijs (seruatis tamen seruandis) eoque postea vendere non solum aliis Monasterijs Ordinibus, sed etiam cuiuscumque alij extraneo debitum pretium soluenti.

Respondeo non officere, & probatur, tum quia id isto casu non venditur vlla res emptæ: tum tamen negotiatio propriè dicta sit ea, qua aliquid emitur, vt carius immutatam vendatur, vnde non video cur Regulares in isto casu dici debeant negotiatores: quamuis aliàs non videatur expedire, quod Religiosi his tricis se immisceant ob plura, vt varia incommoda; quæ inde possunt procedere. Ita Pellizarius, & post illum Pasqualigus in qq. can. cent. 1. q. 73. numer. 2. ibi docet quod hos libros imprimere, & vendere non sit negotiatio propriè dicta, quæ sit prohibita Clericis, & Religiosis, sicut nec etiam negotiatio colere conductis operariis proprios agros, & fructus perceptos vendere. Quia illa tantum est negotiatio propriè dicta qua res emitur, vt eadem immutata in eadem specie carius vendatur: ita vt lucrum intendatur ex emptione prius facta, & docent Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 21. n. 8. Alterius tom. 1. de censur. disp. 19. lib. 5. c. 6. dub. 7. Molina. ro. 1. de iust. & iur. 2. disp. 342. Duardus in Bullam Cæna lib. 2. can. 18. q. 8. numer. 14. & sequent. Bellet in Disquisit. Cler. part. 1. de discipl. Cler. §. 21. n. 7. & sequent. Mardel. 1. 2. de iust. & iur. tr. 5. cap. 2. dub. 4. Syluius 2. 2. q. 77. art. 4. concl. 4. ad 6. Rebel. de oblig. iust. part. 2. lib. 9. q. ult. sect. 1. & 2. Tanner. tom. 1. disp. 4. quæstion. 7. dubit. 2. numer. 69. Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 59. dubitar. 2. numer. 1. & sequent. Riccius tom. 1. Praxis resol. 317. Marta de iurisdict. part. 4. casa 3. n. 9. & 10. Faustus in speculo confessor. disp. 33. quæstion. 17. Palaus part. 2. oper. moral. tra. 11. disp. unica p. 9. n. 16. Barbosa tom. 2. Collectan. in ius Canon. lib. 3. tit. 50. cap. 6. n. 3. Bonnac. disp. 1. in Bullam Cæna qu. 19. punct. 3. §. 3. numer. 3. Soula in bullam Cæna cap. 19. disp. 52. conclus. 1. n. 4. Sperell. decis. 94. n. 8. & sequent. & ex iis qui libenter immunitatem Ecclesiasticam oppugnauerunt Ceuallos de cognit. per viam violent. p. 2. quæst. 64. n. 21. Pereira p. 2. de manum. Regia c. 24. n. 34.

Ex his resoluenda est difficultas, Non posse nimium dictos libros granari gabellis, sed posse tam Religiosos, quàm ceteros Ecclesiasticos eos si ber vendere, & asportare vendendos, quocumq; voluerint, absq; eo quod alicubi soluant gabellas quantum manent sub ipsorum dominio. Quia tales libri, tanquam Ecclesiasticorum siue sint bona Ecclesiastica, quando sunt religiosorum, siue reducuntur ad bona patrimonialia, exempla sunt à iurisdic. ioc. ne laica, & proinde non possunt grauari gabellæ is.

Et x vt.

vt decernitur in cap. *quancunque de consib. in 6. & c. 1. de immunit. Ecclesias. & in Bulla Cæna can. 18. & ided impōnentes gabellam, & exigentes incurrunt excommunicationem, ex quibus infert non posse dictos libros grani gabellis.*

Quid ego sentiam in hac difficultate dicam, consulendam itaque puto primam sententiam, in rigore tamen non possum secundam damnare; nam vt obseruat Pater Vvading. *rr. de contract. disp. 7. dub. 13. numero 6. Patres inelytæ Societatis Iesus Can. 84. Congregationis septimæ declarantur habere speciem negationis Typographiæ sumptus pro edendis libris Societatis subministrare, & exemplaria, lucra, damnaque Societatis diuidenda accipere; in hoc autem genere negationis, cum non sit iure communi prohibitum, potest Generalis, sed non nisi ob grauissimas causas dispensare. Ita ibi, ex qua declaratione firmatur nostra opinio, nempe primam sententiam esse consulendam; cum talis actio habeat speciem negotiationis, & quod non sit absolute dampnanda secunda sententia, cum talis actio non sit propriè negotiatio, & in factis canonibus prohibita, nam alioquin non posset in illa Generalis Societatis dispensare, & sic secundæ sententiæ sine vilo scrupulo adherere, quando Religiosus non inueniret Typographum, qui veller suum librum imprimere, aut non ita appositè imprimeret, tunc quidem posset suis sumptibus illum imprimere, & vendere quot ad expensas refarciendas sufficerent; nam in tali casu seruaret se indemnem, & hoc non efficeret quæstus, aut lucri gratia, sed tantum ad sumptus factos refarciendos.*

Assentiar tamen libenter Patri Pasqualigo, quod si libri Religiosorum, & aliorum Ecclesiasticorum imprimantur ab impressoribus pro priis sumptibus possint Ecclesiastici ea exemplaria, quæ in recognitionem operis accipiunt ab ipsis impressoribus, liberè vendere, & asportare quocumque voluerint nulla soluta gabella; quæ non poterit exigi ab iis, qui exactioni assistunt, & si exigant, incurrunt excommunicationem. Nam hæc exemplaria, postquam consignata sunt auctoribus, enumerantur inter bona ipsorum.

Nota hic obiter, Pellizarium *vbi supra num. 17. & 18. docere, Regulares facta fornace ad vsum propriæ fabricæ, posse etiam externis vendere lateres, calcem, &c. quia accessorium sequitur principale, principale autem in præsentī casu est vsum proprium Monasterij: vnde fit, vt sicut Regulares non sunt nec dici possunt negotiatores, si fornacem faciant ad vsum propriæ fabricæ, sic nec sunt nec dici possunt ex eo, quod modo dicto externis vendant lateres, calcem, &c. ex sua fornace. Item Regulares dammodo id non faciant extra proprium Monasterium ex frumento in propriis agris collecto conficere panem, eumque vendere in publica officina. Tum quia Episcopi, quibus non minus interdicitur negotiatio, quam Religiosus, suum interdum distrahunt frumentum hoc modo; nimirum publicè vendendo panem ex eo confectum, ergo & idem licitum erit Religiosis, cum sit eadem ratio de his, ac de illis: tum quia panis factus ex frumento collecto in propriis agris, est fractus seu quasi fractus propriorum prædiorum, adeoque sicut Religiosi vendentes frumentum perceptum in suis agris non sunt negotiatores, ita nec erunt si vendant panem ex dicto frumento effectum: tum quia aliquando id faciunt Religiosi scientibus, & non dissentientibus Prælati, cum facile possint dissentire: ergo signum est id esse licitum, & consequenter non debet ipsi*

derogari: præsertim si ij aliàs non possint sua vendere frumenta, sicque prospicere necessitatibus Monasterij, quod non raro euenit.

Item Regulares posse emere ad vsum Monasterij, & postea accrescente pretio eorum vendere, sperantes fore vt eadem paulò post emant vilius. Et hæc dicta esse volo secundum mentem patris Pellizar. Et quidem Barbola *de iure Ecclesiastico l. 1. cap. 40. n. 12. ex Abbate, Carolo de Grassis, & aliis approbat Clericos posse vendere panem coctum, & ad minutum ex frumento collecto in propriis prædiis, id tamen quod attinet ad Religiosos aduerti non debet: ita vt id faciant in propriis Monasteriis, secus si per alios, & in domibus sæcularium, quod etiam obseruat Lezana in *sum. tom. 4. ver. negor. n. 7.**

An dubius si mandatum suum, aut consilium influxerit in homicidium, debeat se irregularem existimare.

RESOLVT. XLII.

NEgatiuè contra me, & alios respondet ex Henriquez nouissimè Pater Giballinus *de irregularitat. c. 4. q. 1. consulti. 1. n. 3. vbi sic ait; Nego in utroque illo dubio contrahi irregularitatem: quare poterit Consiliarius iste deponere dubium prædictum, atque sacra more solito peragere; quod euidenter sequitur ex regula vniuersali à nobis stabilita consuetario tertio, diximus enim in dubio facti contrahi irregularitatem in solo homicidio ex peculiari iuris dispositione, quæ neq; in aliis irregularitatibus valet, neque nisi in casibus à iure expressis, atq; in iure nunquam habetur in dubio. an consilium influxerit in homicidium, contrahi irregularitatem, nam loca omnia, quæ tribuunt hanc irregularitatem consilio, supponunt vt illius positum fuisse effectum: de dubio autem an ex illo consilio fuerit secuta cædes, nihil planè definiunt; quare relinquunt iuri communi quod in dubio facti irregularitatem contrahi non vult nisi in quibusdam casibus ab ipomet expressis *cap. ad audientiam, & c. significasti 2. de homicidio. Fateor quidem in hoc dubio præsumi consilium fuisse operatum, vt cum Couar. diximus *lib. de censur. c. 5. q. 3. n. 21. quare ex ea præsumptione damnabitur tanquam irregularis iste Consiliarius non ratione dubij homicidij, sed certi, & constantis ex ea præsumptione, cui definitioni non renebitur se aptare forum internum quod ducitur rei veritate, & non sola præsumptione quæ sequi sæpius cogitur forum externum. Hucusque Giballinus; & si hæc sententia est probabilis à multis scrupulis plures immunes erunt.***

Sed ego non recedo à sententia, quam olim docui & docet præter alios doctus Magister Cornejo *in 3. part. tra. 14. de irregul. disp. 1. dub. 2. fol. 774. n. 3. vbi sic ait; Sed quid si consulens dubitet an ad hoc consilium præstitum hoc homicidium sit commissum, necne.*

Responderetur standum dictis ipsius consulti, ita vt si dicat se motum non fuisse per consilium, neq; ad substantiam, neque ad circumstantiam homicidij, liber manet consulens ab irregularitate; ita Sayr. *lib. 6. cap. 2. quod si hoc non possit ab eo sciri, vtendum est prudentibus coniecturis, si omnibus pensatis existimetur consilium non concurrisse ad tale homicidium, consulens non erit irregularis: si tamen omnibus inspectis dubium manet irregularem est censendus, tum propter supradicta in dubio*

de

de homicidio, tum etiam quia in dubio præsumendum est, quod alter non committeret delictum nisi instigantur cõsilio, lege merito ff. *pro socio. Ita Cornejo, cui adde Castrum Palaum tom. 7. disp. 6. punct. 15. §. 2. n. 3. & alios penes ipsum.*

Verùm circa præsentem difficultatem doctissimus, & amicissimus Bardi *de conscient. disp. 6. c. 7. §. 8. n. 3. & 4. ex Sanchez; & Merolla distinguit; Dico igitur primò; si constat de homicidio iam peracto, & dubitatio solùm versetur, an consilium præstitum habuerit influxum aliquem in delictum, quia præsumptio est contra consulentem ipsum, deberet enim probare homicidium vi sui consilij minimè illatum fuisse, quod in quibusdam circumstantiis, hoc est, ex assertione occidentis adminiculata aliis coniecturis, poterit probari, si autem hoc non probetur, ius præsumit, quod si consilium datum non fuisset, homicidium illud minimè commissum fuisset; neque præsumptio ista censetur temeraria; quoniam ex vna parte habemus effectum, videlicet homicidium; & ex alia causa habemus causam sufficientem applicatam fuisse, nempe consilium præstitum. idcirco nisi oppositum appareat, censendum erit homicidium vi prædicti consilij secutum, fuisse. Tunc veram censeo nostram sententiam affirmatiuam; quia dicit secundò si dubium de influxu consilij emergat non constante de delicto, id est de homicidio, admittendum esse iudicio priorem sententiam, quia cum crimen non probatur præsumptio est pro reo, nempe pro consulente; ideoq; non debet irregularitatem se existimare. Et quidem omnes istæ tres sententiæ probabiles esse existimo.*

Nota etiam hic obiter, Giballinum *vbi supra consuetar. 1. 2. num. 13. & Henriquez docere etiam contra me, non esse irregularem, qui non potuit dissuadere scemina abortum, cuius ipse prius auctor fuerat, nam ait ipse, causa dicti abortus tunc causa est sola malitia eius scemina, non consilium ipsi datum, quod reuocatum est, & impeditum ne fieret; cum enim sit causa moralis, & non physica; actiuitas impediti potest; nam reuocatio consilij impedit irregularitatem. Sed nostram sententiam sustinet etiam Palaus *vbi supra n. 4. & Cornejo loco cit. Giballini tamen, & Henriquez opinio sua non caret probabilitate.**

Ex Gallia per litteras interrogatus fui de hoc casu. An Titius contraxit irregularitatem, dum consulit Petro vt ad duellum vocaret Paulum, si Paulus postea interfecit in duello Petrum.

RESOLVT. XLIII.

NEgatiuè satis probabiliter respondi, & ad Gallum interrogantem, Gallum alium respondentem adduxi, nempe Patrem Giballinum *de irregul. cap. 4. qu. 2. consuetar. 7. n. 18. & ratio est, quia iste mandans, & consulens est causa moralis cædis mandatarij, & consultarij, quamuis enim suo mandato & consilio non intenderit, eam tamen indirectè voluit, cum eius periculo imprudenter exponere voluit hunc mandatarium, & consultarium, quare illud homicidium non erit respectu consulentis prorsus casuale, sed indirectè voluntarium. Quare ita docent Suar. *disp. 44. sect. 3. n. 18 qui contrariam, neque speculatiuè, neque practicè sequendam dicit. Villalob. tra. 2. 1. diffie. 20. n. 10. Auil. 7. part. disp. 6. sect. 2. dub. 5. cons. 4. Sayr. lib. 7. c. 3. n. 3. Vgolin. cap. 16. Anton. Diana Pars XI.**

§ 8. *Molin. tra. 3. disp. 3. 2. n. 2. Couar. 2. part. §. 2. num. 2. vers. quod si ex prauo. Qui omnes ferè Summistas, & Canonistas in hanc rem laudant, vt videbis apud Sayr. quod intelligendum tamen aliqui volunt si mandans, & consulens præuidere debuit periculum illius occisionis mandatarij. Quod etiam confirmatur ex eo, quod qui exponit se periculo mortis absque rationabili causa, vere homicida est sui ipsius si occidatur, qui igitur consulit, aut mandat alicui, vt eiusmodi discrimini se obiciat, consulit, aut mandat homicidium; quare si contingat, verè homicida fuerit, atque adeo irregularem.*

Responderetur nihilominus nullam hoc loco contrahi irregularitatem à mandante, aut consulente. ita viri docti apud Suar. *Henriquez lib. 1. 4. c. 16. n. 1. Speculator titulo de dispens. §. in xia n. 43. Turrian. l. 6. de censur. disp. 63. dub. 4. Hurtad. disp. 2. de irregul. diffie. 6. n. 22. Præposit. q. 5. de irregul. dub. 10. num. 78. Vasquez disp. 100. n. 45. 1. 2. Neque dicit improbabilem Bonac. disp. 7. q. 4. pum. 7. n. 17.*

Ratio mihi perspicua videtur, quia nullibi imponitur irregularitas ob mandatum, aut consilium nisi quando quis mandat, aut consulit alicui, vt seipsum, vel alium occidat, & effectus illius mandati aut consilij ponitur: at verò qui mandat aut consulit Titio, vt Caium occidat, non mandat, vt Titius seipsum occidat, quamuis mandet vt occidendo Caium exponat se periculo, vt occidatur à Caio, ergo etiam reuera Titius, dum mandatum, aut consilium sibi datum exequitur, occidatur, mandans non erit irregularis. Maior huius argumenti pater expeditenti iura quibus irregularitas ad mandantes, & consulentes extenditur, nam *cap. significasti 2. de homicid. loquitur de eo cuius consilio, & mandato parochiani processerunt contra latronem, cap. autem sic dignum §. Clericos eod. tit. agit de Clericis qui consilium dederant, vt Cantuariensis Archiepiscopus caperetur, aut eius captioni armati interfuerant. Denique cap. fin. eod. tit. in 6. Loquitur de mandante qui iusserat alium percuti, citra occisionem tamen, & mutilationem, qui tamen reus homicidij atque mutilationis factæ à mandatario fines mandati excedente dicitur, atque aded irregularem, ed quod debuerit cogitare id euenire posse, atque ita in culpa sit, quod non vitauerat tale periculum; ex quibus omnibus euidenter colligitur, nunquam in iure homicidam quempiam dici, atque ea de causa irregularem ratione mandati aut consilij, nisi qui mandat, aut consulit alicui occidere se ipsum, aut alium quempiam. Iam vero qui alteri consulit, vt alium inuadat etiam cum periculo suæ vitæ, aut vt quid difficile, cum magno discrimine ne ab aliquo interimatur, aggrediatur, non consulit ipsi vt seipsum occidat; neque causam proximam illius occisionis ponit; quod inde probatur, quia iste, qui aggressus alium, ab illo occiditur, aut qui obiit caput suum graui periculo, ne ab alio occidatur, non occidit seipsum, licet si imprudenter hoc periculum adeat, peccet contra fortitudinem, aut propriam charitatem, non enim ponit causam proximam tendentem ex se ad homicidium, atque independentem ab aliena voluntate, vt necessarium esset, vt diceretur se ipsum occidere. Sicut igitur qui offert se morti ab alio inferendæ non occidit seipsum, ita neque qui illi consulit occisionem sui ipsius, quare ratione illius consilij, licet contringat hunc consultarium ab illo occidi, minimè incurret iste Consiliarius irregularitatem ex homicidio, quia vt ait Vasquez, consilium traditum ei*

Et 3 qui

qui occiditur, & quod non tendit in mortem nisi ratione periculi, quod incaute aggreditur, non videtur in iure prohibitum sub pœna irregularitatis, atque ita elidunt aduersariorum rationes.

Vnde ex his immeritò dixit Suarez de cens. disp. 44. sect. 3. numer. 18. hanc sententiam neque speculatiuè, neque practicè sequendam esse, nam ego puto, & speculatiuè, & practicè probabilem esse, & in eius fauorem, vide Vasquez, Turrianum, Hurtad. Præpositum, & alios penes, Giballinum ubi supra.

Nota hic obiter, quòd qui assistunt homicidæ, si faciliorem faciunt occisionem sua præsentia, etiam si nihil aliud conferant, sunt irregulares, quia, vt dixi, cooperantur homicidio: si tamen ex illa associatione non fuerit auctus animus occisori, neque quidpiam aliud ipsi eam in rem præstitum, nam & vicibus, & animo longè superabat aduersarium, non sequeretur irregularitas, quia nulla fuit inibi cooperatio, ita Auil. 7. var. disp. 6. sect. 4. dub. concl. 1. Adde etiam patrem, filium, consanguineum, aut etiam intimum amicum, qui alterum comitatur bono animo, ne quid periculi patiatur, non incurere irregularitatem; etiam si occidat aduersarium, quia vacat rei licitæ; neque in ea præsentia adhibenda peccat, vt ibidem tradit Auil. cum Henriquez lib. 14. c. 16. n. 1. & Nauarr. conf. 32. de homicid. qui negat esse irregularem eum, qui bono animo nudum enslem ferebat, interea dum frater rixabatur cum alio, quem occidit, si ipsum iste minimè vulnerauit, quanquam Præpositus in 3. par. qu. 5. de irreg. dub. 3. n. 65. id ita intelligendum esse moneat, vt homicida ex illa associatione fratris, aut amici non fiat animosior ad occidendum; verùm ferè impossibile est moraliter, ne crescat animus illi, qui videt se stipatum amicis, & ne audacior fiat ad facinus aggrediendum; atque ita semper sequeretur irregularitas ex cuiuscumque associatione.

Nota secundò, quòd Maiolus de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 3. n. 14. adulterum, aut fornicatorem, qui dum immoderata copula cum muliere prægnante coit, illi abortum factus animati causat, damnat irregularitatis, non verò maritum. si idem faciat, eò quod vnus illicita copula, alter licita vtatur; quæ distinctio nulla apud nos est, vbi cætera paria reperiuntur. Itaque si ex modo copulæ, & fœminæ debilitate, aliisque circumstantiis potuit, ac debuit suspicari periculum abortus, illique vt suæ indulgeret intemperantiæ se exposuit, consequuto deinde homicidio, reus illius est contra quintum Decalogi præceptum, & fit irregularis, siue maritus, siue adulter fuerit.

Nota tertio, qui fœminam ad se venire iubet per recta, aliavè loca periculosa, vnde imprudens sibi mortem conscivit, aut si prægnans erat, fœtum excussit, non fit irregularis, quia iste siue Clericus, siue laicus (malè enim DD. aliqui solita ista distinctione vtuntur hoc loco) non consulit huic mulieri, vt seipsam occidat, vt abortiat; neque vt causam necessariò connexam cum abortu, aut suo interitu suscipiat, quamvis aliquod periculum sit quod tamen vitare poterit, si ipsa cautè, & prudenter se gerat: quare sibi imputet si sua culpa aut pereat, aut abortiat, non tamen amarius, à quo inuitata fuerat, dicetur propriè, & verè illius, aut fœtus ipsius homicida ad effectum irregularitatis, cum reuera illud homicidium non consulerit, si tamen ipse secum traheret fœminam aut funem tenderet aut explanaudum, iter suscepisset, aut remouenda offendicula, quæ occurrere, aut facilem transitum dixisset, vnde illa credula incautiùs se gessisset, aut

non aduissset amarius ad horam condictam, vt opem referret, illeque vel se delusam suspicata, vel metu exterrita concessisset, existimarem hunc esse irregularem, non ratione consilij venienti per eiusmodi iter periculosum, sed quia eius casui, cædi, aut abortioni reipsa fuisset cooperatus.

An si quis commisit plura homicidia contrahat plures irregularitates, necessariò in dispensatione manifestandas.

RESOLVT. XLIV.

Non est tam facilis ista quæstio, vt quidam Minister huius Romanæ Curie olim putabat, vnde ponam hæc per extensum verba Doctorum, sic itaque asserit Caspensis in Cur. Theolog. tom. 2. tract. 25. disp. 5. sect. 9. numer. 59. Inferitur, eum qui plura homicidia commisit, contrahere plures irregularitates necessariò in dispensatione manifestandas, & ita tenet Suarez de legib. 6. cap. 24. & videtur esse stilus Curie; sed certè opposita sententia est satis probabilis, quam tenet Castrus Palao tom. 1. tract. 3. disputat. 6. punct. 16. §. 4. quem plures & graues Doctores sequuntur. Et probatur a simili, quia copula sæpius repetita non inducit nouum impedimentum, neque est necessariò faciendæ meatio omnium illorum delictorum, sed sufficit si vnus tantùm mentionem faciat, vt tradit Sanchez lib. 8. de matrim. disputat. 24. & qui ter, vel quater contraxit nuptias non est necesse vt id exprimat quando petit dispensationem bigamiæ, vt docet idem Sanchez libro 7. disputat. 86. Hæc Caspensis. Stephanus Baunius in Theolog. mor. tom. 2. tract. 11. quest. 40. postquam adduxerat Henriquez, Filliucium, & Palaum pro sua opinione, sic subdit, Contraria tamen sententia Romæ est in vsu, vbi fama est eam opinionem in animis ministrorum fori Pontificij, pridem (incertum qua ex causa) inueterasse plane, vt sentiant conscientia suæ satis non facere, qui suppressa eiusdem facti iteratione, à quo canonica lege irregulares sunt facti, contenti sunt narrare Pontifici, absolute tales se esse numero non notato, quo in eius legem committentes, laqueo se irregularitatis induere, quam ego praxim, vt magis tutam ita in conscientia (nisi eam summus Pontifex seruari in Ecclesia imperauerit) non necessariò existimo.

Obiicies, cum de relaxanda irregularitate, Pontifici simplices libelli dantur, non plures sed vnam dumtaxat vt rogatur, remittere ei est animus, at tot quamquam numero tantùm diuersas in censura, v.g. qui celebrat incurrit, quot Deo in sacra ara Ecclesiæ nomine sacrificia offert, ac dicat, ergo earum faciendæ est in prædicto libello mentio.

Minor est falsa, quia cum irregularitas sit inhabilitas eaq; per modum habitus non potest operans ex eadem causa magis inhabilis reddi, cum tota inhabilitas quanta est, prima celebratione in censura, aut suspensione sit producta. Et licet (quod non admittimus) secus esset quam dicimus, vnus tamen tantùm meminisse satis forer, in cuius rei fidem exempla produci solent à scriptoribus variatrum Diana meminit de irregul. part. 4. resolut. 86. omnium clarissimum est quod de repetitis nuptiis profertur, has enim, et si quarto, quinto, aut sæpius quis

quis frequentauerit, non est tamen huius iterationis necessariò faciendæ mentio, quando petitur bigamiæ dispensatio, secundum Vgolin. de irreg. c. 56. par. 7. Auil. de cens. p. 7. disp. 8. ergo nec earum rerum quæ ex vno eodemque principio irregularitatem pariunt. Eodem mihi pertinere videtur, quod de impedimentis matrimonij dicitur. Certum enim est, ex coitu illicito affinitatem contrahi, quæ matrimonio ad secundum vsque gradum inclusiuè opponit obicem, fac ergo aliquem rem habuisse non semel, sed centies cum consanguinea eius, cuius tenetur amoribus, ac desiderio coeundæ cum ea societatis vitæ ac lecti, quæto eequid sit necesse Pontifici hunc numerum exprimere, an non sit satis rem nudè, hoc est factum exponere: id si conceditur, concedere quoque est necesse, cum dispensatione super irregularitate consequenda agitur, fungi eum officio, qui causam Papæ clarè, ac disertè, ex qua ea sit nota significat non expressis vicibus, quibus ei ex iteratione eiusdem causæ principium est factum. Hucusque Baunius.

Difficultas igitur huius quæstionis pendet ex resolutione, an stylus Curie obliget in foro conscientia. Negat Sapientissimus Granado, Henriquez, Villalobos, Ceuillos, Rebuffus à me alibi adducti, & quos me etiam citato adducit, & sequitur doctus Leander de Sac. r. 2. tr. 9. disp. 24. quest. 48. per totam numer. ego addo Præpositum in 3. p. D. Thome qu. 8. de dispens. matrimon. dub. 6. num. 61. Caramuelem in Theol. fundamentali fan. 23. n. 468. Martinum de San Ioseph in mon. Confess. 10. l. 1. lib. 1. tract. 46. de matrim. numer. 1. Martinum Perez de matrim. disp. 46. sect. 6. numer. 4. & 9. Hurtadum de Mendoza vol. 2. disp. 170. sect. 1. num. 197. Marcum Vidalem in Arca theol. mor. tit. de duello respon. 3. nu. 22. Pellizarium in man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 5. n. 195. Fagandez par. 2. Eccles. 1.8. cap. 8. num. 36. Crescentium in Præfatio Romano lib. 3. num. ... & latissimè Portel in respon. tom. 1. par. 3. cas. 5. n. 3. vbi sic ait; Moueor secundò, quia principale fundamentum quo nititur Sanchez de stilo Curie, videtur iam hodie non obligare saltem in Hispania. Nam Rodrig. additione ad summ. tom. 4. c. 39. concl. 5. in simili materia, ait, quod stilus Curie non obligat in Hispania; citat in primis ad hoc Staphileum, Ferratum, Azeuedo, & Rebuffum, & addit paucis ab hinc annis in Ciuitate Toletana bis à Vicario Generali fuisse iudicatum contra stylum Curie. Et probatur quia ad hoc vt stylus Curie obliget tanquam ius commune, oportet illum esse scriptum, promulgatum, & à Summo Pontifice approbatum: quod non constat de aliquo stylo Curie: maxime quia hic stylus multoties mutatur pro arbitrio Summi Pontificum, prout notant Mandos & Rebuffus ibi citati, Rodriguez, eum ergo fundamentum Sanchez de stylo Curie non vrgeat, poterit securè teneri opinio opposita Henriquez, &c. Ad Capitulum verò quam graui, de crimine falsi, dico primò, illud Capitulum esse iam antiquatum per contrarium vsu, sicut aliqua contenta in corpore iuris, saltem in decreto, dico tunc stylum Curie facere ius, quando talis stylus fuerit scriptus, promulgatus, & inuariabilis. Quod confirmari potest à simili, nam declarationes Cardinalium editæ Romæ autoritate Papæ circa Concilium Tridentinum, sunt inuariabiles, & tamen iuxta grauium Doctorum opinionem non faciūt ius commune, eo quod non sint promulgatæ toti Ecclesiæ. Sic sentit Delrio l. 9. Magic. disquis. cap. 1. sect. 3. præpò finem. Et

Valero Cartuxano l. de differ. viris que fori, ver. Nul-litas, different. 5. §. sed. certè, vbi citat Nauarr. in concl. 34. de prob. & alij viri doctissimi, quos suppresso nomine citat Rodriguez, to. 1. qq. quest. 1. v. ar. 2. & fauent tradita à Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 14. nu. 4. Si ergo hæc declarationes factæ autoritate Papæ, cum sint inuariabiles, non faciunt ius commune obligans totam Ecclesiam, eo quod non promulgantur vt lex communis; Minus faciet ius commune stylus Curie non promulgatus Ecclesiæ & quotidie variabilis pro arbitrio succedentium Pontificum. Et hæc omnia docet Portel, ubi supra.

Itaque supracitati Doctores firmiter tenent, stylum Curie facere ius ad summum quoad forum externum, non autem quoad forum internum, & quoad hoc non tollere probabilitatem alterius opinionis, quam tuto in conscientia sequi potest. Sed his non obstantibus ego non recedo à sententia, quam olim docui cum Sanchez, Merolla, & aliis, nec enim oportet sapere, plusquam oportet sapere. Itaque in his materiis exprimens cautè se gerant Authores, & tu Lector à multis tricis eris liber si nostræ sententiæ adhaereas.

An viua vocis oracula Regularibus concessa, hodie sint ablata, & extincta.

RESOLVT. XLV.

Non minus est practicabilis, ac etiam periculosa præsens difficultas, quam fuit altera in superiori resolutione tractata, & quidem negatiuæ sententiæ adhaerent plures Doctores, asserentes per Bullam Urbani VIII. hodie non esse reuocata oracula viua vocis, confirmata per Bullas sub generali nomine quorumcumq; priuilegiorum, vel etiam sub expresso nomine oraculorum. Probat hanc opinionem, quia confirmatio, vel innouatio priuilegiorum ex certa scientia seu motu proprio facta, vim habet nouæ concessionis, quæ iam habetur per Bullas. Ergo quæ prius erant viua vocis oracula, iam sunt priuilegia concessa per tales Bullas Pontificis confirmantis concessionem prius factam sine Bulla, & subinde talia priuilegia non comprehenduntur sub reuocatione oraculorum viua vocis. Vnde colligunt prædicti Doctores omnia priuilegia concessa Religionibus viua vocis oraculo ante Pium V. & Gregorium XIII. vel ante Clementem VIII. & Paulum V. habere iam vim priuilegij bullati, nam hi Pontifices ex certa scientia confirmarunt omnia priuilegia, gratias, & facultates Regularibus concessas quomodolibet etiam viua vocis oraculo. Quare iam omnia oracula præcedentia facta sunt priuilegia bullata, & perinde non comprehenduntur sub reuocatione Oraculorum viua vocis. Patet vero priuilegia Religionum confirmata fuisse sæpius à variis Summis Pontificibus per bullas authenticas motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, ac interdum exprimere priuilegia, gratias, immunitates, etiam viua vocis oraculo concessa. Plures enim Bullas habet Manuel in suo Bullario, multas annotat Hieron. Rodrig. sup. 7. & 8. seligam aliquas ad rem nostram. Pius V. anno 1567. die 16. Maij, confirmat ex certa scientia Mendicantium omnia priuilegia etiam viua vocis oraculo concessa. Eisdem ferè verbis, confirmant priuilegia Minorum Greg. XIII. die 1. Maij anno 1575. Sixtus V. die 3. Octobris anno 1587. Clemens VIII. die 20. Decembris anno 1597. sic inquit; Omnia, & singula priuilegia, E e 4 immunitates

immunitates &c. in genere vel in specie etiam per solam signaturam, etiam viar vocis oraculo, aut aliis sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, & in eis contenta illorum omnium tenores, ac formas, & decreta, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes; autoritate Apostolica tenore presentium ex certa scientia confirmamus & innouamus, illisque frui, vti, & gaudere posse, ac debere in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia, ac si specialiter, & expresse eisdem per nos concessa fuissent, decernimus; suppletes omnes iuris, & facti defectus. Similiter Paulus V. anno 1605. die 23. Maij confirmavit priuilegia Dominicanorum.

Gregorius XIII. plurimum Religionum priuilegia confirmavit ex certa scientia. Gregorius XIV. anno 1591. die 8. Iunij confirmat priuilegia Societatis Iesu, dicens; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolica plenitudinis potestate laudabile Societatis institutum, & quilibet ei priuilegia qualicumque sint, ac si ad verbum presentibus infererentur pro expressis habentes tenore presentium approbamus, & confirmamus. Clemens VIII. duabus Bullis anno 1592. & 1593. confirmat similiter priuilegia Benedictinorum. Paulus V. anno 1606. confirmans Societatis institutum, ait; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestate plenitudine laudabile predictæ Societatis institutum, necnon priuilegia, facultates, exemptiones, gratias, & indulgentias, qualicumque illa sint approbamus, & confirmamus, eaque omnia, & singula innouamus, & de nouo concedimus. Idem Pontifex eodem fere tenore anno 1609. confirmat priuilegia Minorum, vt refert Hieronymus Rodriquez *supr. n. 7.* & anno 1610. priuilegia Carmelitarum discalearum, vt habetur inter ipsorum priuilegia.

Et hæc omnia docet doctissimus Pater Franciscus Lugo, Author satis notus & insignis in quodam manuscripto de hac materia, quod mihi Romæ perhumaniter præbuit & penes me habeo, & in confirmationem sententiæ amicissimi viri adducam alios Authores, qui hanc opinionem tenent, & præter Peyrinum, Leandrum, Garziam, Samuelem, & alios à me alibi adductos, hanc sententiam tenent Thomas Hurtadus *l. 2. tr. 12. cap. 1. § 21. n. 1168. cum sequen. & l. 1. tr. 2. c. 6. ref. 22. numer. 250.* Marcus Vidali *in arca Theol. mor. tit. de Iurisdictione inquis. 4. n. 15. usque ad num. 24.* Pellizarius *ex man. Reg. l. 2. tr. 8. c. 7. n. 131. & 132.* Sed magis clare tract. 4. cap. 7. num. 5. Possentius *in Recollect. 99. mor. c. Miscellaneo pro Regularibus ante fect. 1. fol. 44.* Bassus *verb. Priuilegium 5. n. 8.* Straccius *Generalis Carmelitanorum in instruct. ad suos fratres 3. Martinus de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. de matrimonio, tract. 43. num. 4.* vbi sic ait, Aun- que Diana *part. 6. tract. 8. ref. 32.* dize, que este priuilegio estã reuocado por ser dado per viar vocis oraculo, y estos los abrogò Vrbano VIII. pero no aduertid, que este priuilegio es concedido por Bula, por quanto en la que dio Paulo V. el anno de 1609. de la confirmacion de nuestrs priuilegios, confirmò los viar vocis oraculos, etiam si de verbo ad verbum illic infererentur, y si los in frierã cadauno de por si en la Bula, na die negarã, que auian perdido la naturaleza de viar vocis oraculos, y adquirido la de priuilegios, y lo mismo es auienòolos inxerido con la clausula general dicha, pues impliciti, & expliciti eadem virtus est, &

cum quis, de re scripti. l. cum quis, ff. de rebus credit. Ita Martinus.

Et tandem Ioannes de Soria in fine suæ summæ tract. de Regularibus dub. 1. sic asserit, suppono primo, Bullam Urbani VIII. tantum tollere & reuocare oracula viar vocis concessa, quæ præcisè oracula viar vocis sunt; itaque non se extendit dictum decretum ab bullas, neque ad alia priuilegia viar vocis concessa vim habentia bullarum. Et ratio est manifesta: quia ista lex est quasi pœnalis, ergo restringenda est & non amplianda, secundum illam regulam iuris Canonici, provt habetur in Bonifacio VIII. conuenit odia restringi, & fauores ampliari, & secundum illam 49. in pœnis benignior interpretatio est facienda.

Secundò suppono, illud non esse præcisè viar vocis oraculum, quòd licet in sua causa, & primaria concessione tale fuerit, nunc reuadatum est per bullam alicuius sequentis Pontificis, & ab illo concessum saltem implicitè, & generali concessione ex certa scientia, & ad perpetuam rei memoriam.

His positis sit conclusio. Probabile est concessionem factam à Pio V. vt possint ministri Provinciales committere Religiosis approbatis (secundum Concil. Triden. decretum) autoritatem dispensandi cum viris, & mulieribus incestuosis, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius coniugis intra secundum gradum, ad hoc vt possint petere debitum in foro conscientie tantum nunc teneri. Sic sustinere debet secundum doctrinam suam Lezana *tom. 1. cap. 3. n. 21.* Et clarius Peyrinus *tom. 3. in conf. 18. Vrbani VIII. nu. 1. in scho.* Potestque colligi ex Parisio *l. 2. conf. 61. nu. vlt.* Et similiter ex Patre Leandro de Murcia Capuccino super expositionem Regulæ Minorum quam fecit: qui vt probabile defendit, non esse priuilegia derogata.

Probatur hac vnica ratione. Quia per decretum Urbani VIII. tantum reuocantur oracula viar vocis sunt, & tantum habent vim viar vocis oraculorum: sed concessio prædicta Pij V. non est huiusmodi, quia vim habet bullarum, & quasi priuilegij perpetui virtutem, ergo &c. maior patet, quia hoc decretum est odiosum & pœnale, ergo restringi debet, & non ampliari secundum Regulas iuris supra citatas.

Minor, in qua est difficultas, probatu. Quia post concessionem Pij V. electi anno 1566. 17. Ianuarij, successit Greg. XIII. electus 1572. 13. Maij, qui bulla, & Apostolicis litteris certa scientia, & ad perpetuam rei memoriam omnia priuilegia, & indulgentias viar vocis oracula Pontificum Prædecessorum concessa approbavit, confirmavit, & innouauit, vt licitè, & maiori virtute, & robore possint vti fratres Minores, quibus data fuit Bulla. Sic habetur in Bulla, vt videri potest in bullario Rodriquez *l. 2.* Nos igitur, qui omnium, &c. libenter annuimus eaque fauoribus prosequimur oportunitis, huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulgentias spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, &c. etiam singularibus personis, nec non Monasteriis, & locis quibuscumque in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viar vocis oraculo

oraculo, vt præferretur, aut alios tam præfatos, ac quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, &c. dicta autoritate Apostolica tenore presentium ex certa nostra scientia approbamus, confirmamus, & innouamus, perpetuæque roboris firmitatem obtinere, &c. Ergo saltem Minores, & omnes illi, qui vtuntur illorum priuilegijs per communicationem vt possunt concessione Pij V. sine eo quod transgrediantur decretum Urbani VIII. derogans viar vocis oracula; siquidem talis concessio propriè iam non est viar vocis oraculum. Idem potest affirmari de ipso Pio V. quia similiter iste Pontifex viar vocis oracula in suis constitutionibus innouauit cum clausula, ac si eorum tenores de verbo ab verbum, &c. hoc est de certa scientia, quæ clausula cum habeat vim nouæ concessionis, illa oracula iam non amplius oracula sunt, sed concessiones per breue. Idem dicendum de Clemente VIII. creato 1592. 30. Ianu. Hucusque Soria.

Et hæc sunt placita Doctorem in fauorem negatiuæ sententiæ, quos tamen Pater Hurtadus *vbi supra*, præter Stracciam non viderat, licet ipse dicat apud se habere libros, & quia Sapientissimus vir vrget me debuissè iudicium meum ponere, dico me declarasse *in par. 10.* adhærendo, vt nunc adhæreo opinioni affirmatiuæ asserenti oracula viar vocis hodie per Bullam Urbani esse omninò sublata. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Probatur nostra opinio. Nam oracula viar vocis, quamuis per Bullas confirmantur, & innouantur, aut etiam denudè concedantur, adhuc manent oracula viar vocis, ergo manent subiecta huic reuocationi Antecedens ostenditur, quia per confirmationem, aut innouationem non mutatur natura, vel conditio rei; alioquin non esset eius confirmatio, vel innouatio, sed noua productio rei diuersæ. Manet igitur oraculum confirmatum, idest magis firmatum, & roboratum in suam oraculi natura, non autem illam exiit, aut mutat in naturam, & denominationem priuilegij Bullati: ac subinde sub reuocatione comprehenditur. Confirmatur, nam bulla reuocantes oracula viar vocis, reuocantur etiam per clausulas, *Non obstantibus, &c.* constitutionibus omnibus, & litteris Apostolicis; quæ tali reuocationi possunt ob stare: Nec apparet quæ aliter possint ob stare, nisi tales confirmationes oraculorum viar vocis.

Vide præter Quintanadu. Cardinalem Lugo, Rocafull. & alios à me alibi adductos, Patrem Bordonum *in conf. Regul. tom. 1. resol. 31. num. 4.* & Baldellum *tom. 2. lib. 3. disp. 34. num. 16.* quibus omnibus adde Porrel. se retractantem *in respon. tom. 2. c. 110. seu ultimo.* Et quidem nostram sententiam esse communem fatentur ipsimet Aduersarij, vt Soria *loco citato*, & approbati ab omnibus Tribunalibus Vrbs Romæ non dubito, vt à Sacra Rota, sacra Pœnitentiaria, & à factis Eminentissimorum Cardinalium Congregationibus, nisi velimus asserere Bullam felicitis Memorie Urbani VIII. frustra emanatam fuisse, ac pro nihilo deservire. Sed hæc dicere est absurdum, ergo &c. & quidem si opinio contraria esset vera, cum Gregorius X V. die 16. Octobris 1621 non solum motu proprio, & ex certa scientia confirmasset omnia priuilegia nostræ Religionis Clericorum Regularium, sed etiam omnia innouasset his verbis, Eaque omnia, & singula priuilegia innouamus, ac de nouo etiam concedimus, sequeretur inquam, nunc viar vocis oracula concessa ante Gregorium X V. habere ius, & vim, vt concessa per nouas Constitutiones Sum-

morum Pontificum confirmantes omnia hæc priuilegia. Ergo nullo modo remanent reuocata per Constitutionem Urbani. Sed vt diximus nostra sententia superius adducta non est deferenda, quam etiam nouissimè tuetur amicissimus, & nunquam la- tis laudatus Pater Antonius Escobar, & Mendoza *in Theol. Moral. tom. 1. lib. 6. sect. 2. cap. 13. Probl. 16. num. 144. & cap. 16. Probl. 3. numer. 195.* vbi non solum doctè, sed prudenter casum pertractat.

An licitum sit indirectè, & mediare efficere, vel omittere, aliquid ex quo mors sit euentura.

RESOLVT. XLVI.

Affirmatiuè respondeo, ex quo multos casus deducit Gaspar Hurtadus *de iust. disp. 11. difficult. 1.* ait enim, licitum esse alicui ex altissimo loco desilire, quamuis mors sit certissimè euentura, vt horrendum incendium effugiat, quia tunc non se interficit directè, quia id non vult expresse, sed tantum fugere illud incendium, nec se interficit immediatè, sed mediare, quia interficitur à terra, vel ab aqua in quam incidit, vel ab aère per quem desiluit, sed tantum se exponit manifesto periculo mortis certè euenturæ, iusta causa ad id existente, nempe vt effugiat crudelissimam mortem.

Secundò licitum est militibus, qui vident se in potestatem hostium venturos, se in mare iniicere, vt hostium crudelitatem effugiant, & etiam secundum non paucos Doctores licitum est eis communi consensu ignem iniicere in puluerem tormentarium, quamuis certò sciant se statim dissipandos, quia tunc non se directè interficiunt, immediatè, seu à se ipsis, sed mediare, quia immediatè interficiuntur vel ab vndis, vel ab impetu ignis.

Tertiò licitum est in bello iusto turrim, & mœnia hostium suffodere, quamuis oppressio ipsorum sit certò euentura, quando id est vtile bono communi exercitus iusti, quia tunc nec directè nec immediatè se interficiunt, sed tantum ob iustam causam exponuntur mortì certè euenturæ.

Quartò licitum est seruire peste infectis, quamuis certum sit seruientem ob id moriturum, quia tunc nec directè nec immediatè se interficit, sed tantum exponitur periculo iusta causa ad id existente.

Quintò ob rationem repetitam, licitum est alicui se obicere telò ad conseruandam vitam Principis, aut alterius, & in naufragio tabulam ab ipso occupatam concedere alteri, etiam si concedens sit certò ab vndis deprimendus.

Sed quamuis illicitum sit alicui se ipsum propria autoritate occidere directè, aut immediatè, adhuc vt ad gloriam transeat, & vt effugiat peccatum quod timet. Licitum tamen est immediatè quamuis non directè, propriam vitam aliquantulum abbreuiare, afflictionibus adhuc posituis vt flagellis vt corpus in seruitutem redigat, vel vt puniat sua peccata, vel ob aliud opus virtutis, quia leuis abbreuiatio vitæ non intenta, ob opus virtutis facta videtur ratione conformis.

Deinde ex dictis deducitur, licitum esse nonnulla omittere quamuis ex eorum omissione mors sit euentura; quia primò licitum est non assumere tabulam

bulam in naufragio vt alter assumat, & saluetur, quia tunc ex iusta causa omittit conseruare vitam. Secundo etiam est licitum abstinentiis alijs honestis aliquantum abbreviare vitam, quia id omittitur ex rationabili causa.

Tertio licitum est omittere redemptionem proprietate vitæ, si immenso pretio redimenda est, & etiam omittere exquisitissimos cibos, & exquisitissima medicamenta, quamuis sine illis non sit vita conseruanda, & omittere transitum ad locum, in quo aer est salubrior, extra quem vita cito abbreviabitur, si transitus est difficilis, quia vita non est ex obligatione conseruanda cum magno incommodo, quantum est quodcumque ex tribus dictis.

Quarto licitum est non occidere inuasorem, quamuis sit necessarium ad defensionem proprietate vitæ, si prudenter credat se mori in statu gratiæ, quia tunc ex causa iusta omittitur defensio proprietate vitæ, ne scilicet proximus occidatur, præsertim in malo statu. Quinto licitum est reo non fugere ex carcere, quamuis sciat se morte plectendum, & etiam condemnatum vt fame pereat, posse licite à cibo clam oblato abstinere, quia tunc ex rationabili causa omittuntur fuga, & manducatio. Et hæc omnia docet Hurtadus loco citato, cui in pluribus adde Magistrum Serra in 2. 2. D. Thoma quæst. 64. art. 1. & Fagundez in Decal. tom. 1. lib. 5. cap. 12. & ne deseras videre Dicastillum de inst. & iure lib. 2. tract. 1. disp. 10. dub. 57. num. 530. cum sequen.

Quidam Regularis ex transgressione Bullæ Pontificiæ incidit in priuationem vocis actiua & passiuæ, queritur an teneretur in conscientia petere dispensationem.

RESOLVT. XLVII.

Affirmatiuè Theologus ex Societate respondit, & satis quidem probabiliter, sed ego adhæsi negatiuæ responsioni, & adduxi Martinum de San Ioseph in Regulam Sancti Francisci cap. 16. n. 39. vbi sic ait: Todas las vezes, que en nuestrs estatutos ò en los Breues Apostolicos se pone pena de priuacion de officio, y inhabilidad para tener otros, y otras penas semejantes, aunque la ley diga se incurran ipso iure, ò ipso facto, nõ se incurren antes de la sentencia de juez, glossa ipso iure in addit. margin. in l. Lucius 47. §. tutela ff. de administ. tutor. docet Nauat. in Manual. c. 23. n. 66. cum Caierano, & Syluestro, Molin. de Inst. tom. 1. r. 2. disp. 96. numer. 8. Granada in 1. 2. controu. 7. tract. 3. punct. 1. disp. & sect. 2. Sola in explic. Bullæ de larg. m. n. §. 9. y otros muchos, y assi me admiro de que Villalobos 1. p. rra. 2. dub. 25. num. diga, que solamente Soto es de esta opinion, con que el se mouio à tener la contraria. Y lo mismo se ha de dezir quando ipso iure es priuado algund por delicto del derecho de elegir: Sic Molina, & Maldærus Episcopus Antuerpiensis in par. 2. quæst. 96. art. 4. memb. 4. y aun annade la ley que pierdan el officio, y sean inhabiles para otro ipso facto, & sine aliqua declaratione, se ha da interpretat, sine declaratione ipsius pœnæ; perõ non sine aliqua declaratione ipsius culpæ. De manera que aun en este caso es necessaria sentencia del Iuez, que declare el delicto. La razon de todo esto es, por que nõ

se ha da creer, que el legislador (que siempre deua tener delante de los ojos la equidad, y l. quod s. Ephesi. ff. de eo, quod cert. loco, & ibi additio marginalis) ha da querer que na die sea executor contra si mismo de la pena, sciendo cosa que lo rehusa tanto la flaqueza humana contra c. ex parte de constit. ita Couar. rub. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. Mexia in taxa panis con. 6. nu. 136. Lopez 1. part. instruet. c. 296. fol. 830. Graff. 1. part. decij. lib. 2. caput. 11. num. 41. Henriquez lib. 13. de excommunic. c. 56. num. 3. Azeuedus, & Matienus super leg. 5. Recopilat. lib. 5. m. 11. gloss. 1. Antonius Gomez 1. 3. variarum cap. ult. numer. 3. Vasquez 1. 2. quæst. 69. art. 5. disp. 170. cap. 4. num. 24. & 25. Cruz in Epuom. lib. 5. caput. 3. dub. 6. citans pro ista sententia Bannez, & communem Thomistarum cum D. Thoma 2. 2. quæst. 62. art. 3. tenet expresè Sola in explicatione motus proprii de largitione munerum n. 102. & Sanchez lib. 9. oper. moral. cap. 15. numer. 65. Henriquez 2. tom. lib. 13. cap. 16. num. 3. Dize que regularmente hablando quando las leyes penales contienen las dichas palabras rigurosas, se han de explicar que solamente hablen en el fuero exterior y no en el de la conciencia. Esta sententia es mas prouabiles, que la del Padre Fray Manuel Rodriguez in expositione motus proprii contra mulieres. Monast. ingrediens num. 31. Sorbo in compen. princ. Attend. verb. ingressum Monasteriorum nu. 10. Sayro in clauis regia l. 3. c. 20. n. 35. Salas de leg. disp. 15. sect. 2. n. 29. Vasquez in 1. 2. disp. 248. c. 2. num. 12. que deficiend que las dichas penas se incurren en el fuero de la conciencia, y que assi se ha de pedir luego dispensacion à su Sentidad, ò vsar de vn priuilegio de Eugenio IV. que concede à los Prelados dispensen en estas penas con cargo de que por vn año entero el assi dispensado, reze cada semana los siete Psalms Penitenciales con sus litanias, Hucusque Martinus de San Ioseph.

Sed quoad vltimum dictum quæro an Prælati Regulares dispensare possint cum propriis subditis super priuatione vocis actiua & passiuæ, aut officiorum, dignitatum, &c. nec non in inhabilitatione ad ea, aliisque similibus pœnis Ecclesiasticis, quæ contrahuntur ex aliquo delicto sub dictis pœnis prohibito à summis Pontificibus, vel aliis Regularium Superioribus.

Respond. posse (pro foro conscientie tamen solum) & quidem etiam si sint reseruatæ Papæ; ita Lezana 1. 1. c. 18. n. 46. ex Sorbo in Com. V. Ingressus Monast. Monial. in annotat. à §. dico 4. Suar. 1. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 12. numer. 9. Rodriguez tom. 1. quæst. 61. a. 9. Sanchez l. 6. in decal. cap. 15. num. 78. alique, & probatur, nam patet Prælatos Regulares posse dispensare super irregularitatibus ex delicto prouenientibus si sint occultæ, æque ac possunt Episcopi ex concessione Conc. Trid. sess. 22. c. 6. cum tamen ibi nomine irregularitatum, ac suspensionum veniant huiusmodi pœnæ, quarum proinde dispensatio conceditur Regularibus. Constituitur, nam certum est per priuilegium bullatum Pauli III. concessum fuisse Patribus Societatis Iesu facultatem absoluendi à quibuscumque censuris, ac pœnis Ecclesiasticis & consequenter dispensandi in iis, quæ in hac questione proponuntur, vt pote quæ reuera sunt pœnæ Ecclesiasticæ.

Vtrum verò vi supradictorum priuilegiorum dispensari possit Regularis in priuatione vocis actiua, & passiuæ, ipsi imposta à Sac. Penitentiarum in pœnam cuiusdam delicti, cuius ipse absolutionem petebat.

Respond.

Respond. posse, patetque ex doctrina quam tradit Sanch. l. 2. in dec. cap. 13. num. 32. nimirum quod absolutus ab aliquo reseruat cum onere se præsentandi si postea vi iubilæi, aut alicuius indulti iterum absoluitur, manet liber ab illo onere, nec tenetur amplius se præsentare: quæ doctrina optime potest adaptari casui nostro, vt consideranti constabit.

Quis accepit scuta 60. pro 50. bona fide à mercatore, quem non cognoscit, vel qui ob distantiam conueniri nequit, queritur, an teneatur dare pauperibus, vel possit sibi ipsi applicare.

RESOLVT. XLVIII.

Affirmatiuè respondet D. Thomas in 2. 2. q. 62. art. 1. ad 3. Rebellius lib. 2. quæst. 12. num. 3. Molin. disput. 56. Vasquez opusc. de Re, cap. 3. §. 4. dub. 1. & communiter Doctores, quia creditor saltem interpretatiuè vult, quod sibi debita, ipsi spiritualiter possint, ac proinde quod pro ipso pauperibus soluant. Alij verò id probant, quia id habet praxis, & consuetudo piorum, quæ videtur habere vim legis physica.

Sed contrariam sententiam ego probabilem esse existimo, quam tuetur Petrus Nauarra de rest. lib. 4. c. 2. num. 46. vbi sic ait: Dixi si mala fide: Quoniam reuera si debita ex licito contractu essent, crederem sibi retinere posse, nec teneri ad restitutionem pauperibus vel alteri pio operi. Moueor ea ratione, quoniam vt dictum est, hæc obligatio dandi pauperibus non est obligatio iustitiæ iure naturali, vt dictum est, sed ob dispositionem principis, qui est altiorum bonorum incertorum distributor, attamè solùm iure statutum videmus de debitis ex maleficio contractis, & furto, & rapina, & vlura, vt habetur in d. c. Cum tu, & de extortis prætextu offic. vt in c. cum sit, de iudic. vt pauperibus erogentur, & merito nõ furtis, aut sceleribus ille ditescat, de alijs vero debitoribus nihil est cautum, igitur de rigore iustitiæ, aut iuris nulli tenetur talia debita restituere. Hæc dixi tamen sub aliorum censura; ad quod non obscure facit, quod vt infra dicemus, inuenta non tenetur quis restituere, nisi vbi lex aliqua id specialiter decernat, vel iudex per sententiam distribuatur, cuius eadem est ratio: quia cum ipse ea retinendo non peccauerit, si aliqua positua dispositio non impediatur, sua esse sunt censenda, sicut primi occupantis, talia ergo censeri debent debita iusto contractu. Est enim, ac si ea inueniret casu quodam tituloque non inhonesto. Cum enim dominus non comparet, perinde est, ac si adminum non haberent vt dicebam, & habetur Inst. de rerum diuis. Res cuius non est dominus, occupanti conceditur, & ita transire potest in ius possidentis. Vnde miror Sot. qui vt dicemus dub. 8. putat inuenta non esse restituenda pauperibus, quod vniuersaliter docuerit debita ex licito contractu deposito, mutuo, &c. esse danda pauperibus. Re enim vera idem est, ac si inuenirentur, Immo maiori profectò iure ista honesta, ac licita debita ad debitorem pertinere debent omnia, deficiente creditore, atque ignoto, cum habeat licitam, & indubitatam ante possessionem quam certè de inuentis habere non potuit.

Sed obijciat: Fatetur equidem nihil esse humano iure circa hæc debita positum, attamen ius naturale dicit in vsus communes Reipublicæ cedere, & ita

consulendus esset Princeps, vt illa distribuatur. Sed respondetur, quod sicut diuisio prima iure gentium non fuit facta ex necessitate, & auctoritate iudicis, sed primi occupantis fiebat: Sic enim hæc bona expectato domino, non ille comparet, iteratò redeunt ad communem rationem quam habebant ante introductam per ius gentium diuisionem. Et ita dum Princeps non disponit oppositum, sicut de inuentis dicebam, sibi retinere potest. Hucusque Nauarra; cuius sententiam sequitur Hurtadus de iust. disputat. 1. difficult. 37. & Layman. lib. 5. tract. 2. c. 9. num. 1. & hanc opinionem probabilem esse putant etiam aduersarij, vt Lessius de iust. lib. 2. c. 14. dub. 6. num. 36. & Castus Palas tom. 3. tract. 32. punct. 18. §. 8. num. 1. Itaque probabiliter, vt dixi, dicendum est debita incerta, id est quorum creditor ignoratur, vel conueniri non potest, quia v. g. nimis distat, si proueniant ex contractu iusto possessor sibi retinere potest, neque tenetur pauperibus erogare. Exemplum est, si à Mercatore per errorem duas panni vlnas pro vna accepisti, sed ei restituere non potes, quia nescis, quò discesserit, sine iniuria retines: neque pauperibus ex præcepti necessitate restituere cogeris Ratio est: Quia incertorum bonorum restitutio facienda non est iure naturali, aut diuino, sed tantum iure posituo, capit. cum tu, de vsuris, sicuti fatentur Sotus lib. 4. quæst. 7. a. 1. Couar. reg. pœnitent. part. 2. mit. num. 6. Medina quæst. 3. de restitut. caus. 1. Lessius l. citat. Atqui lex illa Canonica solùm præcipit; vt quæ iniuste acquisita sunt, puta per vsuram, &c. si domino non possint, in pauperes, vel alias pias causas erogentur: quia ius Ecclesiasticum iniustum possessorem eiusmodi incertorum bonorum incapacem reddit in pœnam criminis. De bonis erogandis Canonico iure nulla mentio habetur. Quare regula hic locum habet, quam à multis DD. approbatam testatur Petrus Nauarra cit. cap. 2. num. 145. Quotiescumque certa personæ, communitati restitutio non est facienda, nulli omnino ex præcepto debetur, nisi iusta lex positua imperet.

Notandum est hic obiter, debitorem debitorum incertorum posse ex eis Capellaniam, aut hospitale, aut Monasterium instituire, vt aduertit Henriquez l. 7. cap. 33. num. 5. quia sunt opera pia, & posse sibi, & suis successoribus in patronatus applicare; quia ex vna parte eo non minuit opus pium, & ex altera eo nulli facit iniuriam, cum ipse sit eorū bonorum distributor. Ita docet Hurtadus loco citato qui etiam difficult. 36. probabiliter contra aliquem docet, inuentorem bonorum incertorum posse ea sibi retinere, nec distribuere pauperibus, quia illa bona nullo iure sunt ex obligatione conferenda pauperibus: Non iure posituo, quia si aliquo maxime Ecclesiastico c. cum tu, de vsuris, eo autem non, quia in eo c. tantum est sermo, de bonis incertis acquisitis per vsuram, & non de aliis aliter iniuste acquisitis, & multo minus de inuentis, de quibus procedit difficultas. Imò in eo cap. non præcipitur ipsis vsurariis, quod restituant sic acquisita, sed tantum decernitur, quod cogantur ad id à iudicibus: nec iure naturali ea bona incerta inuenta, sunt ex obligatione conferenda pauperibus, quia domini non habent eam voluntatem, sed potius quod seruentur, vt si ipsi fortè compareant ipsi restituantur. Et quamuis eam voluntatem haberent, non sufficeret, vt ob id essent pauperibus ex necessitate eroganda, quia eo ipso quod dominus non comparet nec est spes prudens, quod comparebit.

ea bona moraliter censentur carere domino, sicut censetur carere thesaurus ab antiquo absconditus: ac proinde ea dicta bona sunt primò inuenientis illa, ea tamen conditione, quod si dominus compareat, ipsi restituantur si extent; si non extent, ei restituantur id, in quo quis factus est locupletior ob eorum consumptionem, si verè ob id factus est locupletior.

Sed si aliquis vellet stare in opinione contraria in tali restitutione incertorum, licet æquum sit pauperes indigentiores, & honestiores præferre, iuxta *c. non satis 86. dist.* non tamen ex obligatione, sed in quocumque pauperes huius, vel illius civitatis, aliaque pia opera distributionem facere potes, quia nullibi contrarium est cautum. Vt aduertit Nauarrus *cap. 17. numer. 39.* & Petrus Navarra *lib. 4. cap. 2. numer. 41.* Quisimo si tu verè pauper sis, poteris ea sibi applicare, quia non es censendus deteriotis conditionis, neque ad hanc applicationem indiges consensu Episcopi, aut confessorij, tamen si consultum esset. Vti tradunt præcitati Doctores.

Nota verò, supradicta non procedere, cum bona omnino incerta sunt. Nam si absolute sint certa, & incerta secundum quid, ut contingit, cum ad aliquem, vel aliquos huius communitatis debitum pertinet: ignoratur autem quibus determinatè pertineant, inter illos est necessario diuidendum, ut tradit Caietan. *2. 2. q. 6. 2. art. 5. ad 3. Molin. disp. 745. Lessius lib. 2. cap. 14. numer. 32. l. 4. c. 9. numer. 2.* Neque obest his, qui damnificati sunt non integre fieri restitutionem cum inter ipsos, & alios non damnificatos distributio fiat. Satis namque est quod ex maiori parte in damnificatorum commodum cedat. Præterquam quod eo dubio posito omnes æquale ius habere videntur, ac proinde inter ipsos diuidi debet, sed de hoc ego alibi.

*An detur paritas materia excusans ab incur-
sione irregularitatis propter acceleratio-
nem homicidij ex delicto.*

RESOLVT. XLIX.

Qvis v. g. erat iam firmatus occidere Petrum nocte sequenti, Paulus verò fuit causa, ut citius tale homicidium committeret. Petrus, quaeritur an incurreret in irregularitatem? Hunc casum inuenio pertractatum à docto Gaspare Hurtado Societatis Iesu *de iust. & iure disp. 5. diff. 7.* vbi me citato sic asserit: Est ergo difficultas, an si executor damni, illud erat absolute illaturus, v. g. occisurus Petrum, ut furaturus rem aliquam absque aliqua cooperatione ex dictis sex, non tamen eodem modo, quia cooperatio conduxit, ut citius fieret ab executore, vel facilius, vel crudelius, vel animosius, vel alacrius, an tunc sic cooperans positivè aliquo modo ex sex dictis teneatur ad restitutionem damni executioni mandari.

Caiet. *quæst. 62. Sot. lib. 4. qu. 7. art. 3.* Petrus Navarra *lib. 3. cap. 4. Valquez cap. 9. §. 1. dub. 1.* & Bonacina *disp. 1. qu. 2. punct. 7.* partem affirmatiuam tuerunt (quæ etiam aliquando mihi arrisit) quia tunc verè cooperatur aliquomodo ad damnum, imò aliquando ad actum damnificationis numero distinctum.

Adrianus verò in *4. quæst. 1. de rest. Anton. 2. p. sit. 2. cap. 12. §. 12. Lessius c. 13. dub. 2. Becan. de rest.*

quæst. 35. Laym. lib. 3. tract. 2. cap. 5. & Diana tra. 5. ref. 84. partem negatiuam tradunt, & merito, quia tunc cooperatur non censetur moraliter causa substantiæ damni, seu cooperatur ad damnum quoad substantiam, quia quoad eam etiam absque ea executor erat, verbi gratia occisurus eandem personam, aut furaturus centum eiusdem personæ, sed tantum censetur cooperari ad damnum, vel quoad modum, vel quoad circumstantiam, vel quoad hunc actum numero distinctum: imò quoad alium modum, vel quoad aliam circumstantiam, etiam fieret ab ipso executore absque dicta cooperatione, ex quo constat ad rationem aduersariorum.

Et ob eandem rationem, qui nullo modo ex sex dictis censetur cooperari ad homicidium quoad substantiam, quia scilicet etiam erat committendū ab executore absque cooperatione illius non incurrit irregularitatem, ut dicimus *tr. de irreg. d. 1. diff. 6.* quia scilicet tunc moraliter non censetur cooperari ad homicidium, quoad substantiam: quod est verum, quamuis sit causa, ut homicidium fiat citius si parum citius fiat nempe duabus horis antea, quia breuis acceleratio mortis moraliter non censetur homicidium saltem respectu mediæ cooperantis: bene tamen censetur quando acceleratio est notabilis, nempe, viginti, & quatuor horis antea, & idèd tunc cooperans ad eam notabilem acceleratorem sit irregularis.

Sed non grauaor hic apponere verba Caspensis in *Cyr. Theol. 10. 2. tr. 18. disp. 1. sect. 9. §. 2. numer. 98.* vbi sic ait. Sed quid si Petrus sit paratissimus occidere Ioannem die Iouis, & Franciscus roget, & instet ut occidat illum die Martis, tenebitur Franciscus restituere sicut Petrus. Affirmant Doctores secundæ sententiæ, quia sunt causæ totius actionis, ut hic, & nunc exercetur: neque potest esse causa accidentium mortis, qui non sit etiam causa substantiæ ipsius mortis. Censeo tamen cum eodem Lessio non teneri Franciscum restituere damna illata ex substantia mortis Ioannis, sed tantum illa damna, quæ nata sunt ex anticipatione mortis illius. Ratio est, quia quod est causa ut differatur mors alicuius per tres dies, non est causa substantiæ mortis, licet hic, & nunc sit causa illius. Et confirmatur, quia si quis occidat eum, qui iuste damnatus erat ad mortem, quam erat certò subiturus, non tenetur restituere nisi damna, quæ ex anticipatione mortis damnati orta sunt. Idem est in nostro casu, ergo, &c.

Nota hic obiter, quod qui alium inebriauit non est irregularis, quamuis ille deinde ebrius alium occidat, aut mutilet, nisi prævideat illud periculum, idque euitare neglexerit, quia ebrietas ex natura rei non est causa proxima occisionis: quare ad illam non influit nisi admodum remotè, & per accidens, qui vino ebrium reddidit contra Vgolin. *qu. 18. §. 2. n. 3.* istum adeo damnat irregularitatis, quia rem illicitam fecit, & hunc euentum possibilem esse cogitare debuit; verum actio illicita nihil facit hoc loco, sed connexio actionis positæ cum sequenti occisione, siue ea actio licita, siue illicita fuerit; hic autem, cum non sit connexio necessaria inter ebrietatem, & cædem, non debuit illa præuideri, ut futura, neque enim satis est si possibilis sit ut obligemur ad eam præuidendam, nisi frequenter, & ordinariè accidat. Item negandum est contra dictum Vgolinum.

An precipiente iudice, ut reus se interficiat, possit id facere.

RESOLVT. L.

EX Aragonio, Victoria, & Corduba affirmatiuam sententiam tenet nouissimè doctus Pater Ioannes Pontius in *curso Theol. disp. 52. q. 4. conclus. 1. numer. 18.* enim ait, ipsimet aduersarij concedant aliquem posse interficere se iubente Deo; non apparet quin possit occidere se iubente iudice, qui potest iuste interficere. Nec valet disparitas assignata à Cardinali Lugo, nimirum, quod quando Deus præcepit occisionem, illam solam meram præcepit, vnde homo tanquam minister ipsius potest se interficere eo iubente: sed quando iudex præcepit occisionem ob delictum, non solam occisionem præcepit, sed punitionem, nemo autem potest tanquam minister iudicis punientis punire se: quia punitio est actus iustitiæ vindicatiuæ, quam non potest reus exercere in se ipsum. Hæc, inquam disparitas non valet: tunc quia sequeretur, quod Deus non possit præcipere alicui, ut interficeret se ob delictum, posset autem sine delicto, quod ex terminis patet esse absurdum; tum quia falsum est, quod non possit quis auctoritate aliena exercere actum iustitiæ vindicatiuæ in seipsum, cum certum sit eos qui ex sententia iudicis eunt in exilium ob delictum, exercere actum iustitiæ vindicatiuæ in se ipsos.

Probatur hæc opinio, reus qui ex sententia iudicis occidit seipsum, non videtur peccare contra præceptum: Non occides, neque contra charitatem, quam sibi debet: ergo hoc ei licebit. Probatur prima pars antecedentis, quia non occidit innocentem, sed nocentem; non auctoritate priuata, sed publica, & secundum iuris ordinem, quod præcepto illo non prohibetur. Probatur, & secunda pars, quia vbi iustitia aliud postulat, ibi cessat obligatio charitatis: vnde contra charitatem non peccat, qui proximo damnato, ut fame moriatur, non subministrat cibum, quamuis eum subministrare posset, ergo, &c. Quod autem non peccet contra Rempublicam patet, quia facit ex decreto Principis, aut Magistratus: similiter neque in Deum, quia non contra eius mandatum, ergo, &c.

Sed ego contrariæ sententiæ adhareo, quia iudex non potest executionem sententiæ mortis mandare, aut committere ipsi reo, ut communiter omnes tradunt: quod confirmatur primò, quia hoc nimis aduersatur naturæ ut ipsa seipsum interimat, atque adeo nimis apparet crudele: præsertim, quia nunquam sufficiens potest allegari necessitas id faciendi: ergo non debet censeri hoc Magistratui à Deo concessum, ut iustitiam administret, committendo reo, ut seipsum interimat, sed ut administret hoc modis naturæ, & rationi magis accommodis. Hinc Magistratus gladium portat, non ipsi malefactores, qui gladio plectendi sunt.

Confirmatur secundò: quia iuxta communem omnium apprehensionem, nemo conuenienter à iudice constituitur executor sententiæ mortis in proprium parentem, non tantum ob reuerentiam ratione principij illi debitam, verum etiam propter naturæ coniunctionem, & quasi identitatem: ergo multò minus in se ipsum. Quod si itaque non possit iudex reo committere, ut sententiam mortis in se ipsum exequatur, sequitur quod quantumuis iudex præsumat committere, non tamen idcirco

Anton. Diana Pars XI.

reo licebit exequi: quia perinde faceret, ac si priuata auctoritate sese interimeret, quandoquidem iudicis potestas non se eo extendat, ut possit illi mandare, aut facultatem facere se interficiendi. Quemadmodum si iudex condemnaret aliquem nullo modo subditum, non liceret licitori eiusmodi sententiam exequi, & si exequeretur, committeret homicidium, perinde, ac si absque sententia, & cognitione causæ occidisset: quia iudex excederet limites suæ potestatis, & licet Victoria, & Aragon, ut citat Pontius in eam propendeant opinionem, quod quis condemnatus, ut veneno tollatur, eo casu sic damnatus possit venenatum poculum bibere; negant tamen illum idcirco dicendum esse occidere seipsum, aut morti suæ cooperari, vnde conclusioni nostræ non aduersantur. Nam comparant illum, qui ita sumeret poculum venenatum, cum eo qui ad suspendium condemnatus ascendit scalam, vel qui gladio damnatus disponit, & exhibet iugulum, quæ quidem licet DD. omnes fateantur posse reos sic damnatos facere, non tamen idèd admittunt illos sibi mortem inferre, aut licitè inferre posse. An verò comparationes ab illis adductæ subsistant, & quid de casu veneni sentiendum sit, paulò inferius dubitat. 16. dicimus: hic tantum declarare intendo, Victoriæ, & Arragonium non sensisse, reum ex sententia iudicis licitè se posse occidere, ut v. g. sibi ventrem aperire (ad quod apud Iapones in gentilitate adhuc versantes solent rei ex sententia siue mandato Regis condemnari) aut iugulum præscindere, quæ etiam expresse negant. Et ita hanc sententiam tenet Vigiers *de iust. 17. 2. c. 2. dub. 14. n. 93.* & alij.

Verum circa præsentem quæstionem media via procedunt aliqui, & inter illos doctissimus Dicast. *de iust. lib. 2. tr. 1. disp. 10. dub. 17. numer. 522.* vbi firmat actus positivos, aut negativos ex quibus necessariè sequitur mors, alios continere notabilem crudelitatem si exercentur ab eo, qui damnatur: alios verò non item. Idèd iudex publica auctoritate præcipere potest, ut secundæ generis actus exercent, quia non continent modum irrationabilem punitionis, qualis est actus bibendi venenum, qui non continet maiorem crudelitatem, quam actus illud accipiendi per vim externam, imò videtur habere minorem.

Ex qua doctrina existimo damnatum cooperari posse ad suam mortem illis actibus, ad quos siue iustitia damnari potest, qui scilicet non continent aliquem modum pænæ irrationabilis: non tamen posse cooperari aliis actibus, quos iudex præcipere non potest propter nimiam crudelitatem, qui nullo modo necessarij sunt ad punitionem delicti: Cuius ratio est; quia quando mors mandatur executioni ratione punitionis, idèd actus interficiendi non est peccatum; quia non sit auctoritate priuata hominis exequentis, sed publica superioris mandantis. Quando ergo fieri potest ab ipso damnato auctoritate superioris mandantis, non potest esse peccatum. Quod potest accidere quando sententia non est irrationabilis, ut quando non potest damnatus interfici commodè nisi per venenum; tunc ipse cooperari potest auctoritate superioris mandantis, atque tali casu ipsius cooperatio nullam habet malitiam. Pari ratione quando per huiusmodi actum damnato mors suauior sequitur quam esset alia quæ illi inferretur, si ipse non cooperaretur, tunc enim, & ipse potest honeste venenum sumere & superior permittere, ut hac ratione interficiatur.

FF Contraria

Contraria verò ratione probatur non posse damnatum cooperari eo genere actionis, quod contineret modum sententiæ crudelis, si exerceretur ab ipso damnato, qualis est actus iugulandi se: tunc enim sicut superior non potest illum actum iuste præcipere, ita neque damnatus potest illum exercere nomine superioris, & quidem actus iugulandi se, multò maiorem continet grauitatem, & multò grauiorem poenam, quàm illa iugulatio, in quam damnatus tantum passiuè se habet. Hucusque Dicastillus.

Sed ego vt verum fatear non audeo discedere à sententiâ absolute negatiua. Quia qui sumit venenum ille sibi applicat, & introsumit rem, quæ non minus directè naturam destruit, & interimit, quam ignis, vel gladius, aut plumbum liquatum. Vnde constat nihil hinc commune esse cum assensu scalarum ad patibulum, siue cum dispositione iuguli ad gladium, quæ tanquam similia adducunt Victoria, Aragonius, cum manifestum sit hæc mortem non operari, sicuti veneni applicatio.

Confirmatur: quia veneni sumptio idcirco lege naturali illicita est, quia est sui ipsius occisio: atqui hanc deformitatem non exiit, cogente siue iubente alio homine, non magis quàm iniectio sui in ignem, aut iuguli proprii præcisio: ergo propter iudicis sententiâ non licebit venenum sumere.

Neque refert quod bibitio ex genere, & ratione sua non inferat mortem, quod allegat Arag. satis enim est ad hoc, vt censeatur sui occisio, quod bibitio huius potus, aut sumptio huius boli ex sua ratione, & efficacia causet mortem.

Nec obstat dicere, quod apud complures etiam sapientes in vsu fuit, non est verisimile repugnare legi naturæ: atqui apud multos in vsu fuit istud per veneni potionem supplicium; apud Athenienses enim Socrates, & alij multi sapientes veneno hausto sententiæ paruerunt. Nam responderunt non ita clarè hoc esse iuris naturæ, quin potuerint in eo caligare Philosophi, qui & in alijs similibus pluribus errarunt; nam & Græcis Marsilientium, illam, quam diximus veneni sumendi consuetudinem habuisse leguntur, qua tamen nemo dixerit non violari legem naturæ. Sanè vsus populi Christiani satis ostendit ab hoc genere supplicij tanquam à nouo peccato abstinendum esse.

Et ita hanc sententiâ tenet Caiet. in 2. 2. q. 69. art. 4. Sotus de iust. lib. 5. q. 6. art. vlt. Nauar. lib. 2. c. 3. n. 81. Vvigers vbi supra dub. 16. nu. 102. Malderus tract. 3. cap. 1. dub. 18.

His tamen non obstantibus non nego hanc opinionem Dicastilli, in quam inclinat Toletus lib. 5. cap. 6. nu. 13. & docent alij suam non habere probabilitatem, & in fauorem Patris Dicastilli amicissimi viri posset quis dicere, quod sumptio ista ex se præcisè non inferat mortem, sed retentio veneni, quæ non videtur inseparabiliter coniuncta quia per antidotum posset fortassis liberari nisi ab eo sumendo impediretur, & sententiâ Dicastilli sequitur etiam ex neotericis Gaspar Hurtadus de iust. par. 11. difficul. 1.

Sed an sit licitum se ipsum mutilare, ne occidatur à Tyranno aliquo minante mortem, Tolet. lib. 5. c. 6. Petrus Nauar. lib. 2. c. 3. n. 98. Layman. lib. 3. par. 3. cap. 1. Lessius, Becan, & Bonac. docent id esse licitum, quia pars naturaliter est propter totum, ergo licitum est ipsi homini custodi, seu gubernatori membrorum, & totius, membrum abscindere ob conseruationem totius, Mihi verò ma-

gis placet opinio contraria, quam ructur Baunius, & Syluius in 2. 2. qu. 65. articul. 1. disp. 30. dub. 1. Hurtadus de iust. disp. 11. difficul. 2. & alij, quia tunc homo ille cooperatur, vel potius operatur peccatum, quod Tyrannus intendit ex eo, nempe abscissionem membri.

Affirmatiuam tamen sententiâ probabilem esse puto.

Nota hinc obiter cum Pontio, in cur. Theol. disp. 12. quæst. 4. concl. 2. num. 19. peccare eos, qui castrant se, aut permittunt id fieri à parentibus ad conseruandam vel procurandam vocis suauitatem.

Sed si quæras vtrum iudex in poenam delicti possit reo imponere, vt sibi ipsi membrum aliquod, v.g. manum amputet, an reus teneatur obedire? Respondetur id non videri licitum iudici. Poenæ namque corporales, quæ ad personæ interitum tendunt, & quæ illis sunt affines debent à reo sustineri non ab ipso inferri. Si tamen præciperet iudex, & nisi obtemperet reus, condemnaret cum mortis, tum quidem docent communiter, reum posse membrum amputare ad mortem euadendam iuxta ea, quæ supra diximus: non tamen obligari, quia neque iudex legitime mandat, neque reus tenetur tam aucto remedio vitam redimere, & ita docet Vvigers de iust. tra. 2. c. 2. dub. 19. n. 111. & Malderus de iust. tra. 3. cap. 1. dub. 20. cum alijs.

An sit licitum tradere Tyranno aliquam virginem deslorandam, ad tuendam Rempublicam.

RESOLVT. LI.

Affirmatiuè Respondet Ioannes Pontius in cur. Theol. disputat. 52. quæstion. 5. concl. 4. num. 25. vbi sic ait, Licet aliquando directè interficere innocentem. Hæc videtur esse contra communem sententiâ.

Probat: quia posset contingere, quod mors ipsius, & ipsius, & Reipublicæ esset valde necessaria: vt si Tyrannus potens veller destruere Rempublicam aliquam, quæ resistere non posset, nisi mitterent ad ipsum caput alicuius innocentis amputatum: in tali enim casu mors illius innocentis esset necessaria, vt conseruaretur Respublica & filij, ac parentes ipsiusmet innocentis: sed omnino videtur de iure naturali licitum Reipublicæ ipsum in eo casu interficere: & quamuis vita hominis sit sub dominio Dei, ramen non ita, quin licet posset Respublica ordinare vt omnes fatentur, vt quis exponeret se etiam manifesto periculo mortis pro salute Reipublicæ, sic etiam posset in casu præmissio interficere se ipsum. Hinc à fortiori patet Rempublicam posse tradere innocentem Tyranno, ipsum interfecturo, eum aliàs, & ipsum interficeret, & Rempublicam destrueret, aut redigeret in seruitutem. Quæ est sententiâ communior. Hucusque Pontius.

Sed aliquis posset dicere talem virginem exponi periculo proximo consentienti in copulam, & delectationem, atque idèd hoc esset exponere illam ad peccandum, & idèd Valle de Moura opusc. de Eursalm. sect. 2. capite 17. numero 13. dicit quod vrgens necessitas non facit quod possit exponere se periculo consensus in violationem legis, à qua nulla necessitas excusat, v.g. consensus in fornicationem

tionem, vel in hæresim, Quia inquit non potest quis habere propositum efficax obseruandi legem, dubitans an hic, & nunc sit eam obseruaturus, quia voluntas efficax alicuius finis excluditur dubium retardans, vel impediens electionem mediorum. Et hoc videtur docere D. Thom. quodlib. 3. ar. 9. ad 3. & in 4. distict. 17. q. 3. art. 3. quæstion. 4. ad 5. Sotus lib. 5. de iust. q. 2. art. 5. ad 3. Medina in summ. cap. 13. cont. 2. §. 9. & alij.

Respondeo ex virginis necessitate posse aliquem se exponere periculo, & occasione proxima peccandi, sed in nostro casu puella exponeret periculo peccandi vrgente necessitate maxima, videlicet liberatio Patriæ, & tot cædium, & furtorum, ergo. Probat maior ex verbis Basilij Pontij de marim. lib. 5. cap. 35. num. 4. vt dicimus in materia de confessione, licet non expellere domo eam foeminam, quæ est occasio peccandi, quando sine scandalo eiici non potest, quæ multorum sententiâ est, & resolui debet poenitentis et si non eiiciat, si aliàs sit rectè dispositus. Secutus est Basilicus doctissimus Patrem Henricum Henriquez in sum. libro 1. de sacram. poenitentia, qui est quartus de sacramentis. capit. 24. numero 4.

Periculum quod extrinsecè adiacet, & tamen expertus est homo se facile ex fragilitate & incautè peccata dum ad certum locum, vel alicuius societatem accedit. Quod periculum quamuis in generali debeat homo vitare, ab eo tamen cum in se ipso peccatum non sit, sed peccati occisio, excusatur aliquando per impotentiam moralem, quæ occasione reddit huic homini inuoluntariam, & non imputabilem aut ob aliam notabilem causam excusatur ne statim vitet occasionem, Et in comment. littera O. huius reddit rationem. Quia impotentia, & difficultas moralis excusat à voluntario, ac subinde à peccato, Haec tamen ibi plures alios authores me etiam citato adducit, & sequitur Pater Thomas Hurtadus var. tom. 1. tract. 1. capit. 2. resolut. 1. quibus ego addo Iacobum à Grassis de arbit. confess. vbi sic ait: Quod si poenitens dicat, quod quando tetigit foeminam causa medendi posuit se in probabili periculo pollutionis, respondeat confessarius, an se exposuerit huic periculo absque vrgenti causa, & tunc est peccatum mortale, aliàs se eius, vt qui erat necessarium mederi, & aliàs non erat Medicus, & proposuit firmiter se non consenturum delectationi. Neque obstat si dicatur, qui amat periculum peribit in illo, Ecclesiast. 3. Nam non dicitur amare periculum, qui necessitate compulsus in illud se conicit, quia de Diuina misericordia considerare meritò potuit fore vt maius sibi auxilium impendat, quo à lapsu caueat. Et postea. Quod si hoc procedit ex tactu ex sui natura illicito, vt in chirurgo verenda foeminæ attræctante, multò magis id procedere dicimus in pollutione præter intentionem subsecuta ex tactu licito, quando tactus ille est necessarius, quia cessat periculum consensus. Enim verò tunc caret culpa, & amplexu iuxta patriæ consuetudinem, quo recusato incidere in notam patriæ consuetudinem, quo recusato incidere in notam inurbanitatis, ita dixit Thomas Sanchez lib. 9. de debito coningali disp. 45. num. 8. Hæc Grassis. Accedit Emanuel Sà v. absol. num. 12. & v. peccatum n. 7. vbi sic ait, Exponere se moraliter peccandi periculo mortale est, nisi causa aliqua excuset, vt proximi salus, aut necessitas aliqua, tunc enim sufficit nolle peccare.

Item etiam docet Seraphinus Freta in addit. nouissimis ad Acugniam confess. sollicit. tom. 1. libro 2. par. 3. tract. 19. docum. 10. numero 6. in fine, Stephanas Baxton. Diana Pars Xl.

nus in Theolog. moral. Diuus Basilius in constit. e. Monas. capit. 4. qui vrgente aliqua necessitate, & causa, se periculo obiicit, vel permittit se esse in illo, cum tamen aliàs noller; non tam dicitur amare periculum, quam inuitus illud subire: & ideo magis prouidebit Deus, ne in illo pereat. Dicendum est itaq; quod exponere se periculo salutis spiritualis amittendæ, quamuis peccatum sit, non tamen ex his peccatis est, quæ quavis circumstantia posita, vel detracta suam deformitatem retinent, sed cuius malicia pendet ab his, aut illis circumstantiis. Quare ea expositio periculi culpa vacabit, quando ex magna fiat, & vrgenti causa. Tunc enim non est amare periculum, sed amare ingens illud bonum, ad quod sine eo periculo perueniri non potest.

Sed his non obstantibus casum supradictum ego non admitto contra Ioannem Pontium vbi supra, maximè si puella traderetur Tyranno pro semper absque spe redditus, & libertatis. Dicendum est itaq; cum Lessio de iust. lib. 2. cap. 9. dub. 7. n. 40. quòd in tali casu puella non tenetur ire, vnde nec Respublica potest eam cogere, vel tradere, potest tamen ex vrbe excludere, & non tueri, neque enim cum tanto suo damno tenetur illam protegere, vel apud se retinere: & ita hanc sententiâ docet etiam Dicastil. de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 16. dub. 12. n. 142.

Verùm pro curiosis, & in fauorem Ioannis Pontij non deseram hinc obseruare, Ioannem Vvigers de iustitia tract. 2. cap. 2. dub. 3. num. 87. non approbare in totum supradictam Lessij sententiâ, sic enim asserit; Caterum non eadem hinc videtur esse ratio Reipublicæ, & virginis, vt scilicet, quod sicuti hæc non tenetur, imò nec potest ire ad Tyrannum, à quo præcisè se violandam, ita nec possit Respublica eam mittere, & tradere Tyranno: Declaratur, quia licet nullus debeat, aut licitè possit accedere ad locum, vbi nouit sibi imminere morale periculum labendi in peccatum, tamen si iustam habeat causam accedendi ad locum, vbi præter suam intentionem nouit verisimiliter aliquem alium peccaturum ex occasione præsentia illius, non tenebitur idcirco cum suo grauiori incommodo abstinere ab illo loco: & si alter peccet occasione eius, non censetur hic id voluisse, aut ad illud cooperatus fuisse, sed se habuisse ad illud permittit dumtaxat. Quare non videtur quoque Respublica cum suo exitio obligata præcauere illud periculum peccati virginis, quod præter Reipublicæ intentionem eueniet, si in opere consensus eius accedat, quemadmodum, & ipsa violatio contra intentionem, & voluntatem est Reipublicæ, quæ tantum intendit se saluam conseruare vt iure suo insisterido talem personam eo loco, vbi eius requiritur præsentia, vt Respublica ab exterminio libetetur. In ipso autem accessu quando virgo inuita ducitur, tunc ipsa non peccat, quia nec in violationem actiuam, neque in eius perpeffionem censetur consentire. Quare videtur, quod assumptum obiectionis negari possit. Tamen explicandæ materiæ gratia per modum inquisitionis veritatis, non omnino per modum assertionis hæc dicta sunt. Hucusque Vvigers; idèd tu cogita.

An inuafus ab ebrio poffit illum occidere cum moderamine inculpata tutela, fi fciant incidiffe in amentiam cum peccato mortali.

RESOLVT. LII.

Poteft quis magis generaliter quætere, an poffit occidere furiofum, vel amentem, ebrium, vel dormientem, qui cum inuadit, fi non poffit aliter defendere. Ratio dubitandi, quia fi iniuftus aggreffor propter iniuftam aggreffionem amittit ius, quod alias habebat feruandi propriam vitam, ifti non funt iniufti aggreffores, vt fupponimus, ergo non amittunt ius feruandi propriam vitam.

Nihilominus refpondeo cum Lefſio *lib. 2. c. 9. dub. 8. n. 12.* & aliis licitum eſſe: Ratio eſt, quia aggreffus tunc habet ius feruandi ſuam vitam, & amens, ebrius, &c. non cenſetur habere ius retinendi vitam ſuam cum damno alterius innocentis. Et ita etiam docet Dicafillus *de iuſt. lib. 2. tract. 1. diſp. 10. dub. 2. num. 26.*

Sed difficultas eſt in caſu propoſito in titulo præſentis reſolutionis, & ad illum ſic reſpondet Ioannes Pontius *in curſ. ſchol. diſp. 62. q. 5. concluſ. 5. n. 27.* vbi ſic ait: Licet in conſcientia interficere aggrefforem iniuſtum ad tuendam vitam, quando alias eam tueri non poteſt.

Obiicies, ſi talis aggreffor interficeretur perderet vitam æternam, ſed aggreffus deberet exponere vitam temporalem pro vita ſpiritali proximi: ergo non licet ipſi interficere ipſum.

Reſpondeo diſtinguendo minorem: quando iactura illa vitæ ſpiritalis non dependet à voluntate ipſiusmet proximi, concedo; alias, tranſeat; & nego conſequentiam: quia poſſet aggreffor non aggreſſiendi, aut deſiſtendo ab iniuſta inuaſione cauere illud damnum; vnde ſibi illud imputandum, non aggreſſo, qui ſe tantum defendit.

Quod ſi tamen inuaſor eſſet ebrius, aut inſanus, & conſtaret ipſum eſſe in ſtatu peccati mortalis: inuaſus autem crederet probabiliter ſe eſſe in ſtatu gratiæ, teneretur ex charitate potius permittere ſe interfici, quam occidere inuaſorem: quia in tali caſu mors æterna inuaſoris non dependeret à voluntate libera ipſius; vnde ex præcepto charitatis obligantis ad exponendam vitam temporalem pro vita ſpiritali proximi, quando iactura ipſius non dependet à voluntate ipſiusmet, teneretur inuaſus permittere ſe interfici potius, quam occidere talem inuaſorem.

Sed ſi dubitaret multum de ſuo ſtatu, potius deberet cauere vitæ ſpiritali propriæ, quam alienæ, Exiſtimarem tamen, quod ſi quis ex charitate, quamuis antecedenter eſſet in malo ſtatu, permitteret ſe interfici, quod iuſtificaretur mediante actu tam heroico charitatis, & voto Sacramenti illo incluſo. Hæc Pontius, multum quidem notanda.

Colligitur ex dictis, poſſe occidi ſatellites, ſeu publicos miniſtros cum moderatione inculpatae tutelæ, ſi forte, vel iniuſte conentur interficere innocentem, vel illum capere, vt iniuſte occidatur, dummodo ipſi ſciant eum eſſe innocentem. Quod ignorent, & bona fide munus ſuum obeant, plerique Auctores docent non poſſe occidi; bonum

enim commune poſtulat, vt non inferatur damnum miniſtris bona fide publicum officium exercentibus. Ita Dicafillus loco citato *num. 31.* qui adducit Molinam, Couar. Aragon. & alios; ſed Franciſcus de Cuenca *de ſui deſenſione lib. 2. q. 3. num. 11. & 12.* ait, iniuſte carceratum poſſe licite à carceribus fugere, tam adhibita conſpiratione frangendo carcerem, quam vincula dirumpendo, & ſi opus fuerit etiam carceris Cuſtodes occidendo; Boërius *d. de-cti. 215. num. 30. verſ. quinimo*, per Lucam de Penna *in l. prohibitorium C. de iure ſiſci lib. 20. col. 2. n. 1. ver. ſed pone dum ageretur*, Fatiniacus *d. iuſt. de carceribus quaſt. 27. n. 14. & d. q. 30. n. 129.* plures referens.

Nota, quod licet poſſit quis etiam interficere inuaſorem iniuſtum vitæ, bonorum, honoris proximi, vt impediatur ſi non poſſit alio impediti; difficultas eſt an teneatur quis id facere: ad hoc dubium Ioannes Pontius *vbi ſupra concluſ. 8. num. 31.* ſic reſpondet; Exiſtimo quod ſic, præſertim ad tuendam vitam innocentis, quia cum licite poſſit, videtur charitas obligare, vt faciat, quidquid dicat Cardinalis Lugo poſt Lefſium, nam quamuis vita inuaſoris ſit ex ſe æqualis vitæ inuaſi, & ipſa occiſio ſit horrenda actio; tamen cum culpa ipſiusmet fiat, vt occidatur, omnino præferenda eſt vita inuaſis, cuius etiam occiſio eſt longè magis horrenda, quam inuaſoris: imò huius non videtur horrenda, ſed potius glorioſa. Ita ille.

De cenſuris, quibus aliqui Auctores inurunt opinionem aſſerentem in rebus veneris dari paruitatem materiæ.

RESOLVT. LIII.

Doctiſſimi Viri Arauyo, Caram Boſſius, Laudmeter, Zanardus, Salas, & olim Sanchez, cum aliis à me alibi citatis docuerunt, quod in rebus veneris detur paruitas materiæ, & hæc opinionem nouiſſimè tanquam probabilem admittit Thomas Hartadus *tom. 1. tract. 4. cap. 8. reſ. 65. §. 2. num. 927. & §. 3. numer. 932. 934. & 935.* vbi ſic ait, Vt autem id quod ſentio dicam, ſuppoſita ſententia probabili quod detur paruitas materiæ, tum in materia luxuriæ, tum in materia ſollicitationis in confeſſione vera, vel ſimulata ſuppono primò, quod verba poſſunt dici inhoneſta, aut turpia, aut ex parte rei ſignificata, quæ turpis, & inhoneſta eſt, aut ex parte ipſius loquentis, & proferentis. Primo modo non ſunt mala moraliter, aut peccata, ſed ſunt indifferentia: ſicut, & cogitatio de re turpi, & inhoneſta indifferentia eſt, & poteſt ordinari ad bonum, & malum finem, vt notauit optimè Thomas Sanchez, *vbi ſupra numero 34.* Quare ſi ordinetur ad bonum finem declarandi doctrinaliter conceptum rei turpis, bona eſt: ſi verò ad malum finem, mala; vnde Doctores, Medici, & Theologi, qui cauſa medicinæ, aut pacificandi conſcientias, verba ſignificantia res inhoneſtas dicant, non peccant, quia omnia munda mundis: idem dico de verbis amatoriis, vulgò Requebros.

Suppono ſecundò, quod inter ea, quæ in materia luxuriæ ex paruitate poſſunt eſſe peccata venialia, eſt notanda proximitas ad copulam, ad quam ordinantur, tactus enim ſecundum partem, quæ tangitur, magis, aut minus prouocat ad luxuriam. Idem dico de oſculis. Quis dubitat magis incitare tactus in mammillis, quam in facie, & magis in cruribus quam

quam in mammillis. Rurſus oſculum in proprio ore, quam in fronte. Idem de nutibus, magis mouent, quæ ſunt toto corpore, quam qui ſit capite, aut ore. Amplius verba, quæ clare, & diſtinctè ſignificant partes verendas, quam alia, quæ alias partes ſignificant. Similiter verba amatoria alia ſunt magis incitativa, quia viuacius ſignificant amorem mundanum, alia, quæ minus.

Dico primò, oſculari ſœminam in confeſſione antè, vel poſt, in facie, vel in ore, abſque dubio eſt ſollicitatio, ſimiliter tangere crura, atrectare mammillas. Secus verò oſculari manus, vellicare brachium, premere pedem. Ita ille.

Verum communiter DD. contrariam ſententiam tenent, aſſerentes in rebus veneris non eſſe materiæ paruitatem concedendam, quos ego alibi ad fatietatem adduxi, quibus nunc addo Remigium Noyden *in tract. confeſſ. tract. 2. cap. 6. §. 2. num. 3.* vbi ſic ait, En la materia de la ſenſualidad no ſe da paruidad de materia, y aſſi eſt pecado mortal qualquiera accion libidinofa; pongo por exemplo la de los beſos y oſculos, que aunque de ſu naturaleza no ſean deſhoneſtos, moralmente lo ſon, y ſe ordenan à torpeza, aunque falte la intencion de paſſar adelante, como dotamente lo enſeñan Caiet. 2.2. quaſt. 154. art. 5. y es laſtima que aya auido Autores, que han enſeñado la contraria; porque muchos vſando mal della, ſuelen comerer muchos y graues pecados: y aunque ſegun ſu opinion parece dan modo como vn pecado mortal venga à ſer venial con ſus metaſiſicas, las quales quando bien ſean aſſi eſpeculatiuamente, todas ſon vnos impoſſibiles morales, y es poca cordura, eſcriuando moralmente para caſos morales, y que ſucceden practicamente, poner los metaſiſicos; y quando eſtos ſe puſieſſen para monſtrar el ingenio, ò otra razon, ſiempre à la poſtre ſe auian de dar por impoſſibiles moralmente. Y o ſe de vna grauiffima, y doctiſſima perſona, que deſpues de auer ſeguido cinco, ò ſeis años eſtas opiniones, vino à confeſſar que eran tantos los zumbidos de la conciencia, que le obligaron à abrazar, y ſeguir la otra: y que todo à quel tiempo auia ſido tanto la fuerza de la tentacion, y la bateria, de queno era peccado dar vn oſculo à vna muger, que era caſi impoſſible poderle reſiſter. Ita Remigius, ex quibus patet quantum in praxi ſit deteſtanda opinio affirmatiua.

Sed quid ſentiant aliqui Auctores de dicta opinione nunc videndum eſt; Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 12. diſput. ſecunda, punct. 10. numero quarto*, aſſerit, nullam habere probabilitatem. Ioannes Henriquez *in qq. ſelect. ſect. 8. quaſtione octaua, numero 21.* ait, eſſe falſam. At plus addit Magiſter Texeda Dominicanus *in Controuer. Theolog. moral. tom. 1. lib. 2. tractat. 3. controu. 13. numero 66. fol. 163.* & dicit hanc opinionem eſſe omnino regulandam à ſana doctrina, & controu. 1. numero 11. hæc ſcribit; Quare doctrinam noſtram, ita veram iudico, vt oppoſitum iam ſuſtineri non poſſit, quia Clemens Octauus ſælicis recordationis, & Paulus V. condemnarunt illam, & decreuerunt ſententiam aſſerentem dari paruitatem materiæ in rebus veneris, actumque venereum (ſi ſit ſufficienter delibetatum) poſſe vacare mortali culpa debere denuntiarum Inquiſitoribus fidei, & ideo omnino dicendum eſt contra præfatos Auctores, delectationem veneream, ſeu libidinofam captam ex oſculis, aut

Anton. Diana Paris XI.

amplexibus, ſeu impudicis tactibus etiam ſecluſo ordine ad copulam, & pollutionis periculo, quamuis parua ſit, eſſe mortalem culpam.

Vnde præfatus Sanciſ in *ſumma, 2. to. lib. 5. c. 6. num. 12.* retractauit ſententiam, & nunc conformis prædicto motui proprio (aſſerit ipſe) & veritati, iudicat non reperiri paruitatem materiæ in delectationibus veneris, quæ deliberatè capiuntur ex obiecto graui etià ſecluſo periculo pollutionis, & conſenſus in delectationem, & ideo quantumcunque modica fuerit delectatio, ſi ex obiecto mortali fuerit capta, erit ſemper mortalis. Ita Texeda quem forſitan poſtea pœnituit hæc ſcripiſſe, nam omnia ſupradicta iacula contra Sanchez ab ipſo emiſſa, vulnerant etiam Arauyum ſui ordinis ornamentum. Et tandem Pater Verricelli *in qq. moral. tract. 4. quaſt. 17. num. 3.* exardeſcit contra dictam ſententiam, ait enim eſſe per principia intrinſeca, quam extrinſeca omnino improbabilem, falſam, temerariam, erroneam, periculoſam, ac ſcandalofam, & fortè grauiori cenſura dignam, & poſtea per partes conatur probare omnes ſupradictas cenſuras; vnde *in ſine num. 12.* ſic ait, Itaque opinionem aſſerentem dari paruitatem materiæ in rebus veneris, tanquam temerariam, erroneam, periculoſam, ſcandalofam, ac in fide ſuſpectam à quorundam neotericorum libris expungendam cenſerem. Imò in publice eam docentes, poſſe procedere fidei Inquiſitores puto; nam Paulus III, in ſua conſtitut. incip. *In Apoſtolici cultum ſpecula*, quæ habetur poſt Directorium Inquiſitorum, facultatem dedit Inquiſitoribus procedendi contra quoscuque aſſerentes propoſitiones periculoſas, ſcandalofas, errores continentes, & alias Catholice fidei minus conſonas, Chriſtianæque pietati, ac bonis moribus minimè conformes. Huiusmodi autem propoſitionum aſſerentes, non ſunt cogendi ad abiurationem, ſed ad renouandum publicè illas, & ad errorem ſuum deteſtandum, iuxta *extranag. Vn electionis, de hereticis. & aduerſit. Carena tract. de Sanctiſ Officio par. 2. tit. 16. n. 22.* Hucſque Verricelli.

Verum ego tum ex modeſtia, quam profiteor in ſcribendo, tum etià ſimul propter reuerentiã, quam debeo viris doctis, libenter me abſtineo à cenſura opinionum, vt facio circa præſentem ſententiam, ac illam remittendo ad quos ſpectat; ſolum aſſero me olim docuiſſe, & nunc iterum docere, non eſſe in rebus veneris proſus concedendam paruitatem materiæ; vnde præter Doctores, quos etiam me citato adduxi Verricelli, *vbi ſupra* hanc ſententiam etiam me citato tenet Doctus Ioseph Ianuarius *de caſibus reſeruat. reſolut. 56. num. 5.* vbi ſic ait, Tactus verò læuiore, vt tangere manus ſœminæ, vel vellicare ipſam, vel digitum intorquere, vel pedem premere, vel brachium reſtringere, &c. habiti etiam ad captandam delectationem veneream inde ſurgentem, non eſſe materiæ peccati mortalis putat Sanchez *l. cit. num. 16.* ob leuitatem materiæ; At oppoſitum ſentio, cum talis delectatio, ſit etiam ordinata à natura ad coitum; & conſequenter, eſt delectatio parua, tamen continet totam malitiam, quæ ſecundum eundem Sanchez eſt coordinatio à natura ad coitum & conſequenter mortale, & talis delectatio eſt parua, tamen ſpiritus ad coitum deſerientes commouet, cum delectatio cum tali commotione ſit venerea. Vnde quamuis mihi placeat, quod oſcula, & tactus non libidinofi ſint ad ſummum

F f 3 peccatæ

peccata venialia, tamen omnino displicet opinio dicentium in osculis, & tactibus libidinosi dari paruitatem materiæ; hoc enim fateor, me non intelligere, quomodo materia cum adæquata malitia peccati mortalis possit dici venialis, commotio enim spirituum deseruentium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas spirituum; & etiam ordinatio delectationis ad generationem, & non ordinatio quantitatis delectationis: Si enim quantitas spirituum constitueret peccatum mortale, quanta quantitas horum spirituum esset necessaria ad peccatum constituendum? quis enim vidit hanc determinationem à natura stabilitam? Tandem magis, quia videmus nonnullos cum parua commotione spirituum ad pollutionem transcurrere, & de conuerso alios cum maxima delectatione non pollui. Dicendum igitur est, quod delectatio commotionis spirituum deseruentium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas commotionis. Et ideo omnino negamus paruitatem materiæ in delectatione venerea. Ita Ianuarius.

Vide etiam me citato Franciscum Bricchium in *Promptuario confessorum part. 2. cap. 16.* & ne deseras omnino cognoscere sapientissimum, & amicissimum Patrem Rodericum Arriaga in *cur. Theol. tom. 5. disput. 58. sect. 3. num. 43. cum seq.* vbi notat, quod dupliciter potest concipi hæc paruitas materiæ. Primum in delectatione morosa, & motibus carnis à se insurgentibus non procuratis à voluntate: ita tamen, vt eis sic insurgentibus liberè voluntas consentiat. Alio modo vt ipsa voluntas procuret deliberatè eos motus, aut delectationem, de qua disputamus, vtrum includat paruitatem materiæ, & in hoc vltimo casu tenet firmiter non dari paruitatem materiæ, quæ excuset à morali, in primo verò casu sic ait Arriaga *num. 46.* Alio modo potest ea, paruitas materiæ accipi, vt scilicet appetitus ipse per se ex aliquo casu excitet motus aliquos carnis leues, & tunc voluntas liberè eis delectetur, in hoc autem casu non desunt aliqui Auctores, qui iudicent tales consensus non esse mortale, eo quod in primis motus illi, non dicunt in se aliquam indecentiam grauem, neque inferunt damnum graue naturæ rationali; periculum autem illius vltioris consensus, aut grauiorum motuum excitandorum nullum videtur esse: Cum enim supponamus ipsum appetitum non esse tunc magis motum, nec habere alias cogitationes naturales, per quas fortius excitetur, sanè ex eo quod voluntas liberè gaudeat de ea excitatione, non videtur se inducere in nouum periculum grauioris consensus; ideoque non videtur tunc vlllo modo peccare mortaliter. Et ita ego docui *tomo tertio.* Nihilominus tamen re melius considerata, accedente maximè admodum Reuerendiss. Patris nostri Generalis Vincentij Carafæ mandato, ne vllus eam sententiam doceat, omnino dicendum est etiam tunc esse mortale eis consentire: quia si appetitus agnoscit voluntatem sibi posituè consentire, sumere inde vires potest, vt fortius insurgat: licet enim appetitus non tam insurgat, ex eo quod voluntas delectetur in ipsis motibus, quam ex cogitationibus, & propositionibus obiecti, aliisque naturalibus occurrentibus dispositionibus, & supponamus in eo casu non esse tales cogitationes hic & tunc potentes, nisi ad leges motus excitandos, nihilominus eo quod voluntas eis delectetur, nouum ignem videtur applicare, quo facit illos maiores. Ita Arriaga. Exterminetur

igitur paruitas materiæ in rebus venereis.

Ex his protus reiciendam esse puto sententiam P. Hurtadi, *vbi supra*, est enim contra praxim sacri Tribunalis, & aperit viam fraudibus, ac præbet anfam malis confessariis sollicitati impune, nam si fœmina illis leuibus tactibus confitentur sollicitationi, haberet quidem intentum; si autem non confentiret subterfugeret denuntiationem propter excusationem paruitatis materiæ, quæ datur in rebus venereis. Et ideo me citato refellit hanc sententiam Carena *tr. de offic. 1. quis. par. 2. tr. 6. §. 6. n. 37.* & Bordon. in *sacro Tribunali c. 23. q. 2. n. 14.* tradit tactus manuum penitentis sine vlla causa allicere ad sollicitationem, & ideo nouissimè Philippus de Bictis Capuccinus in *praxi causarum iudicialium Regularium c. 3. tr. 1. §. 1. 2. 2. n. 37.* probat, ad denunciandum confessarium non excusare paruitatem materiæ, vt premere manum, brachium, vel pedem penitentis vellicare, vel digitos intorquere.

An opinio asserens chocolatum non frangere ieiunium, sit probabilis.

RESOLVT. LIII.

Afirmatiuè respondet Pater Magister Lezana in *consulatiouibus conf. 48. nu. 88.* vbi sic ait. Quintò in eadem materia ieiunij, sententia, quæ affirmat portionem illam ex Indiis Hispaniam aduectam, vulgò chocolate non frangere ieiunium (intellige quando in aliquo notabili quantitate sumitur) non videtur mihi probabilis, sed potius falsa. Quod quidem salua pace meorum Hispanorum, quos valdè veneror, didicim sit. Primum quidem, quia vt dixi in superioribus, sententia illa, quæ ab vno, vel altero Auctore defenditur tunc tantum est probabilis, quando non leui, sed graui alicui innititur fundamento, ab aliis doctoribus communiter non reicitur, quæ singula huic sententiæ deficiunt. Hæcque Lezana, qui postea me citato alias rationes adducit.

Verùm aduersus amicissimum Virum, in fauorem Hispanorum propugnabo, dico igitur, quod licet ego olim docuerim chocolatum frangere ieiunium cum multis Doctoribus, quos alibi citavi, quibus nunc addo Castrum Palaum *tom. 7. tract. 30. disp. 3. pun. 2. §. 2. n. 5.* Ioannem de Sancto Thoma in *explic. doctrina Christiana part. 2. vbi de 4. præcepto Ecclesia*, & sapientissimum, & amantissimum Dominum meum Ioannem Solorzanum in *Politica lib. 2. c. 10.* Henriquez, *vbi supra n. 41.* Tamen hoc non obstante sententiam contrariam non audeo nota improbabilitatis inurere. Et nego Patri Lezana illam esse desitutam auctoritate Doctorum, & rationibus, nam pro se habet non infirma fundamenta, & plures Auctores, vt pater nouissimè ex Patre Thoma Hurtado *tom. 2. tract. 10.* per totum, & in eius appendice per totam, quibus locis probabiliter respondet ad argumenta, quæ ego olim adduxi, & post me adducit Lezana *vbi supra*, firmans per multas rationes, & auctoritates Doctorum, chocolatum non frangere ieiunium; Adiditque declarationes Pontificias, quibus sic etiam assertit Ioannes Henriquez in *editione nouissima 99. mor. sect. 16. quæst. 17. num. 45.* Sola vna cosa tiene en su fauor el chocolate; y es desir del Tomas Hurtado al fin de su Compendio que el Padre Fray Rafaël de Luzan Prouincial de la orden de los Predicadores dixo con juramento, que el P. Fr. Gelonimo

Geronimo de S. Vincente Prouincial de la misma Religion. y varon de singular virtud le auia dicho, que stando en Roma en tiempo de Pio V. le auia preguntado al Pontifice, si la beuida del chocolate que brantaua el ayuno, y que le respondio: *Poniam non frangit ieiunium.* Y iuntamente reficere Tomas Hurtado, que estando tambien en Roma el Padre Nicolas de Anaya de la Compania de Iesus el año de 1614. siendo Pontifice Paulo V. le propuso esta questione, y el Pontifice le dixo, que hiziesse delante del esta beuida, y hayendola el P. Nicolas de Anaya en presencia del Pontifice, le respondio estas palabras: *Hæc non frangit ieiunium.* Y respondiendo todo esto el P. Francisco Cornejo, varon insigne en letras, respondio conforme con este parecer. Y assi supuesto, que hemos dicho en esta question, que assi el precepto de ayuno, como su forma, es todo de derecho Ecclesiastico, y todo sugeto à la voluntad de los Pontifices, para poder quitar, y poner, y alterar lo que quisieren: y supuesto que testifican personas tan graues, y de tanto credito, que estos dos Pontifices han declarado que la beuida del chocolate no quebranta el ayuno, dando credito à quien tan prudentemente se puede dar, no viene y à esta beuida à quebrantar el ayuno. Ita ille.

Sed ex alio capite defenditur etiam probabilitas sumptionis chocolatae, nempe ex consuetudine, de qua vide Machad. *tom. 2. l. 2. p. 4. t. 3. docum. 1. n. 8.* Trullench in *decal. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 15.* & Licet Murcia in *Regul. sancti Francisci quæstion. 5. super cap. 3.* & Pasqualig. *decis. 141. numer. 4.* non admittant hanc consuetudinem, tamen nouissimè illam latè, & doctè defendit Hurtadus in *appendice c. 6.* per totum, & responder ad argumenta adducta in contrarium à Patre Murcia. His itaque suppositis sic argumentor contra Patrem Lezanam. Illa est opinio improbabilis, quæ desitutata est auctoritate extrinseca Doctorum, & auctoritate intrinseca rationum, vt de se patet, nec indiget probatione; sed opinio asserens chocolatum non frangere ieiunium habet pro se plures Doctores, & non infirma fundamenta, vt patet apud Hurtadum, & alios. Ergo contra Lezanam, improbabilem esse minimè dicendum erit.

Nota verò, quod circa præsentem quæstionem optimè distinguit Pater Leander de *præceptis Ecclesia tract. 5. disp. 5. q. 5.* vbi sic asserit; Si potio chocolatica parum habeat admixtum sacchari, amigdalatum, nucum maizi, & aliorum ingredientium: verè ex natura sua non franget ieiunium: quia tunc remanet simpliciter in ratione potus, si verò talis potio multum habeat admixtum materiæ chocolatae, ita vt in quantitate valde excedat aquam, cum qua misceatur; tunc ex natura sua franget ieiunium, quia remanet simpliciter in ratione cibi. Ratio huius nostre responstionis est: Quia mixtum, seu compositum ex duobus oppositis, seu contrariis, semper à prædominante, tale dicitur, seu denominatur; vt constat in mixto ex aqua, & vino composito; ipsum namque semper remanet in ratione vini; quoad vsque superetur ab aqua; quia tunc ratione contrarij prædominantis aquæ potus erit, ac denominabitur. Sic ergo in proposito. Mixtum ex materia chocolatae, & aqua; & potest esse, & denominari potus, & potest esse, & denominari potus; cibis quidem, si excedat in materia comestibili, potus verò si excedat in materia potabili, hoc est in aqua. Si excedat in illo materia comestibilis, natura sua, & ex se franget ieiunium; si sumatur in magna quantitate; si verò è contra in illo mixto sit maior materia potabilis, seu quantitas aquæ, tunc non franget ieiunium, quantumuis sumatur in quantitate magna, & quoties libuerit, quia ex se est potus; cum remaneat in esse talis; quod constat in portione, quæ dicitur Aloya, & in mixto quod sit ex quantitate magna aquæ, & paruo melle, &c. Huc vsque Leander.

Et ideo in defensionem amicissimi viri Patris Lezana assero, quod quando ipse dixit esse improbabile chocolatum non frangere ieiunium, intellexit de potu chocolatae quia ratione magnæ quantitaris cibi, quem in se imbibit, iam est cibus simpliciter, & secundum quid potus; & in hoc sensu rectè dixit Lezana, quod est improbabile chocolatum non frangere ieiunium; secus autem dicendum est quando potus chocolaticus, qui propter parua quantitate cibi, quem in se includit remanet simpliciter in esse potus, tunc enim non frangere ieiunium dicendum est, hæc vt dixi, sunt de mente Patris Leandri.

Ex quibus aliquis posset forsitan concordare pugnantes sententias Doctorum, qui plures negant chocolatum frangere ieiunium, plures affirmant. Nam affirmantes, dicendum est, loqui quando ingredientia comestibilia ad chocolatum faciendam sunt in maiori quantitate. Negantes verò, quando dicta comestibilia existant in minori quantitate, nam in hoc casu chocolata diceretur potus, in alio casu esset cibus.

Vnde non grauabor hic apponere verba Remigij in *præf. confess. tract. 3. part. 3. §. 1. numer. 2.* vbi sic ait.

Por la primera particula à cibo se colige, que sola la comida quebranta el ayuno, y no la beuida, sino que de suyo sea tambien comida, como es la leche, almendra, &c. De aqui se colige, que el vino no quebranta el ayuno, aunque vno lo beua todas las vezes que le diere gusto: pues el exceso será contra la templanca; no contra el ayuno; ni tam poco quebranta el ayuno el chocolate, aunque se tome per no sentirle, y muchas vezes en el diaporque en Espanna, y en las Indias, se ha hecho beuida vsual. Si bien dexa poco merecimiento al ayuno, y tal suele ser el abuiò en tomarle, que no aurà quien le excuse de pecado mortal; pues suelen añadir huevos, vizcochos, y otras superfluidades: de manera que non viene à sentir de beuida, sino de cuplido de saymo. El chocolate pues, para que se diga beuida, y se pueda tomar sin escrupulo, es menester, que sus ingredientes no excedan la cantidad de dos onzas, como doctamente lo declara ex nostris el muy Reuerendo y doctissimo P. Thomas Hurtado; conuiene à saper, para vna xicara, se eche vna onza de chocolate, y otra poco mas; ò menos de azucar; porque como los mixtos figuen el elemento, que predomina, y se denominan del como se colige en el vino que se mezcla con agua, que siempre que da vino, hasta; que le venca el aguay entonces no se dice vino, sino agua. Assi el chocolate bien puede llamarse, y tambien ser comida, y puede ser beuida conforme los ingredientes, y si mixtiun. Será comida quando esta exceden la dicha cantidad; y sera beuida; de manera, que se podrá beuir muchas vezes, quando los vence el agua; como tambien se colige en el aloxa, y pocras, &c. Ita ille.

Vide etiam Escobar in *præf. confess. part. 2. l. 4. c. 2. numer. 8.* Et nota quod stando etiam in sententiâ

rigorosa, si quis sumeret duas vncias chocolatae nõ frangeret ieiunium, ratione paruitatis materiae. Ita contra Pasqualigum *decis. 141. numero quinto*, dicendum est per ea, quæ alibi firmari, & me citato docet Murcia in *regul. S. Francisci quæstion. 15. super cap. 3.* & me citato Leander *vbi supra quæstion. 4.* Qui responderet ad plura quæ non bene dicit Pasqualigum loco citato.

An deflorator virginis sub spe coniugij teneatur illam ducere.

RESOLVT. LIV.

Respondeo quod Sanchez *lib. 1. disp. 10.* & Vasquez *d. spm. 6. docent*, eum qui sub spe promissionis, quamvis tantum verbalis, deflorauit virginem; teneri determinate eam ducere in vxorem, & non satisfacere iuuando ad nuptias illi aliis æquales. Primò, quia iste, quamvis solum verbaliter, verè tamen promisit sub conditione deflorationis, quæ impleta fuit, ergo tenetur stare promissis. Secundò quia iste verè intulit damnum virgini contra eius voluntatem, quæ solum consentit sub conditione promissionis matrimonij verè. & non fictè: ergo tenetur ex iustitia ad matrimonium, quia quamvis damnum deflorationis possit pecunia compensari, non tamen iniusta deceptio, nisi eam in vxorem ducendo.

Et ita hanc sententiam tenet Lessius, Vasquez, & Molina, Cardinalis Lugo *de instr. tom. 1. disputat. 22. tract. 2. numer. 20.* Hurtadus verò *de matrim. disput. 1. difficult. 1. 2. num. 45.* existimat prædictum teneri ex fidelitate ad eam ducendam in vxorem, quamvis sit multò nobilior, quàm illa: ex iustitia tamen ad id non teneri, sed satisfacere, si damnum deflorationis recompenfer, aut constitutione dotis sufficientis, aut aliter.

Ex quibus deducit Hurtadus, prædictum teneri tantum sub veniali ad ducendam virginem defloratam, quia tantum tenetur ad id ex fidelitate ratione promissionis verbalis: teneri tamen sub mortali si eam non ducat ad satisfaciendum damno deflorationis dote, aut aliter: quia ad id tenetur ex iustitia ratione damnificationis iniustæ. Quod si omnino fictè promitteret, (id est si non proferret verba promissionis, sed simularet ea proferre) non tenetur ex fidelitate ad illam ducendam; quia non promisit verè adhuc verbaliter: teneretur tamen ex iustitia ad satisfactionem damni ratione damnificationis iniustæ.

Sed his non obstantibus, satis probabiliter ego puto cum D. Antonino, Bartholomæo Ledefma, Bonacina, quos citat, & sequitur doctissimus, & amicissimus Pater Martinus Perez *de matrimonio disputat. secunda, sect. 3. numero secundo*, eum qui sic virginem deflorauit, non teneri eam in vxorem ducere, sed satisfacere constituendo ei dotem sufficientem ad supplendum defectum deflorationis. Moueor, quia ille nullam incurrit obligationem ratione promissionis, nam fuit ficta; & ex promissione ficta præcisè non oritur obligatio, vt constat ex superioribus; ergo solum ratione damni illati; ergo si damnum sine matrimonio refarciri potest, vt verè potest dando sufficientem dotem, quæ nubat viro sibi simili qualitate, non est necesse, vt matrimonio refarciatur. Firmo: nam aliàs ex doctrina, & fundamento Sanchez aperte sequi

videtur, cum, qui fictè promississet matrimonium fœminæ, sub conditione veræ repromissionis, si fœmina repromitteret, teneri ex iustitia illum verè contrahere; quod tamen negat Sanchez. Quia, vel teneretur ratione promissionis, & hoc non, quia ficta promissio non obligat, vel ratione damni; & hoc etiam non, quia nullum securum est, vt supponitur: ergo signum est, quod quando defloratur virgo ex ficta promissione; solum præcisè oritur obligatio, quia securum est damnum. Nam si nullum esset securum, nulla esset orta obligatio; ergo si damnum deflorationis refarciri potest dotando, vel augendo dotem, qua possit æquè bene nubere, ac si deflorata non fuisset, non tenetur eam ducere. Quod si accideret, vt in aliquo euentu tale damnum aliter euitari non posset ratione scandali, nisi nubendo; tunc teneretur per accidens stare promissioni, & complere ipou-falia.

Et hæc sententia contra vtrumque Pontium, Basilium, & Ioannem, ille *de matrim. libro 1. cap. 2. §. unico numero 25.* Hic in *cur. Teolog. disputat. 52. quæstione 7. conclusio. 3. numero 44.* à fortiori procedit, quando contrahentes sunt inæquales, vt si deflorator esset vir nobilis, etiam si non solum sub spe coniugij, sed etiam sub spe conditionata virginem deflorauerit. Et ita cum Corduba, & aliis tenet Pere, *vbi supra sect. quarta, numero tertio* & Hurtadus *numero 48.* Negandum est igitur istam esse veram promissionem, & ideo non teneri nisi ad compensandum pecunia, vel alia re damnum illatum. Quia nec tenetur ad eam ducendam ratione promissionis, quæ fuit ficta, & inualida; nec ratione iustitiæ, & iniuriæ illatæ, quia iustitia non obligat ad reitutuendum plus, quàm damnum æstimatur, sed damnum ablata dolo virginis non tanti æstimatur, ac virum notabiliter digniorem, eam fœminam ducere: ergo nulla ratione tenetur. Optima etiam est ratio, quam adducit Sanchez quando in contractu est inæqualitas, fictè promittens non tenetur integrè implere, sed æquale reddere: sicut promittens meretrici valdè superfluum in sui corporis pretium, fictè tamen, non tenetur ex iustitia habere consensum reddendi nisi æquale. At in præfenti casu promissum matrimonium est multo inæqualius defloratione: non ergo tenetur ad id fictè promittens. Quare sicut si legitimum interuenerit impedimentum, vt si vir sit sacris initiatus, ante, vel post deflorationem, vel matrimonio adstrictus, vel si aliquod graue damnum, aut scandalum ex matrimonio timeatur, satis erit damnum refarcire. Ita in præfenti.

Nota etiam hinc obiter contra Basilium Pontium, *vbi supra capit. 2. numer. 17.* dicentem, eum qui fictè promisit, si in iudicio interrogetur an promiserit, non posse negare se promississe: Contrarium iudico verius cum Nauarro, & aliis, quos refert, & sequitur Sanchez *disputat. 10. numero 27. & 28.* Ratio est, quia non tenetur ille promissionem, atque adeo, cum iudex roget, vt ad matrimonium debitum cogat, sensus interrogationis est, promissisti matrimonium, ita vt tenearis: verè ille responderet non promissi, intelligendo, ita vt teneatur. Idem dico quoties quis verè promississet matrimonium, sed non tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est; potest enim iuramento negare promissionem, intelligendo, ita vt teneatur. Quod etiam intellige quoties causa

non

non implendi promissum non solum est certa, sed solum iudicio sapientum probabilis: quia tuta conscientia inuitens opinioni probabilis, potest se non obligatum existimare, atque adeo potest iurare se nõ promississe, ita vt teneatur. Totum id firmat Sanchez optimis exemplis, quidquid dicat Basilium, vt de illo interrogato à Indice an mutuo receperit nummos; quos iam verè non debet, qui potest iurare, se non receperisse, quia non receperit, ita vt nunc soluere teneatur: de clerico, qui interrogatus an portet aliquid, de quo gabellam debeat, potest iuramento negare, intelligendo, se nihil portare, ex quo gabellam debeat: de eo, qui venit ex loco non infecto peste, quem tamen custodes falso putant esse infectum; potest enim iurare, se ex eo non venire, intelligendo ex eo peste infecto, vt custodes rogare debent. Similiter ergo in præfenti potest fictus promissor sub iuramento negare se promississe, subintellecta ea conditione non promississe, ita vt teneatur implere, quia, vt iam probatum est, non tenetur.

An teneatur adultera aliquando reuelare peccatum suum, vt impediatur damna legitimorum hæredum.

RESOLVT. LV.

Causa potest accidere, & in facti contingentia torqueret confessariorum ingenia, ad illum certò sic responderet Doctissimus Pater Ioannes Pontius in *suo cur. Teolog. disputat. 52. quæstion. 7. conclusio. 6. num. 44.* adultera si non possit ex suis aliter prouidere damno sequenti filiiis veris, ex eo quod adulterinus putetur verus, quam reuelando peccatum suum, tenetur quandoque id facere, quandoque non tenetur. Hæc videtur communior re ipsa.

Probatum prima pars, quia si damnum sequens filiiis veris sit notabiliter maius, quàm sit damnum infamiae quod solum sequeretur, in casu quo reuelaret peccatum; vt contingeret quando, qui putaretur primogenitus ad quem spectaret amplissima hæreditas; esset adulterinus, & nisi mater reuelaret ipsi peccatum suum, secundus filius legitimus, qui esset verè primogenitus patris priuaretur illa hæreditate; certè nemo est qui non existimet infamiam, quam incurreret apud filium, longè inferius malum esse, quàm iactura tantæ hæreditatis, & consequenter si per talem reuelationem efficeret, quod primogenitus putatius ingrederetur religionem, & sic hæreditas perueniret ad verum hæredem, omnino apparet matrem obligari ad subeundam illam infamiam; si tamen non existimet filium crediturum; & consequenter non profuturam reuelationem, non debet reuelare crimen ipsi non enim debet se infamare absque vtilitate vlla.

Sed circa hoc dubitatur, an filius debeat credere matri id dicenti.

Sorus videtur tenere, quod non: sed intelligendus est, quando aliunde non constat moraliter, quod dicat verum, sicut existimarem constare quando in articulo mortis mater id diceret, & non constaret aliunde, quod duceretur affectu particulari erga alios filios: debet enim videri moraliter certum, quod in tali casu dicendo mendacium, & præiudicando filio, non exponeret se periculo æternæ damnationis.

Probatum iam secunda pars: quia si reuelando in-

curreret periculum mortis, vt aliquando posset contingere, apparet eam non teneri ad reuelationem: quia quodcumque detrimentum sequens aliis filiiis non accedit ad iacturam vitæ: vnde hæc non debet incurri, vt aliud vitetur. Hucusque Pontius.

Sed aliqua ex dictis apud me habent magnam difficultatem, & idè ad id quod dicit, Adulteram; quando ageretur de successione magnæ hæreditatis, teneri cum iactura famæ suam turpitudinem manifestare. Respondeo hoc non esse admittendum nisi in casu, quo adultera esset suspecta conuersationis, vt eius famæ iudicio prudentum parua sit æstimationis, tunc posset habere locum sententia Pontij, & quorundam aliorum, qui dicunt damna obuentionia marito, & legitimis hæredibus aliquando posse iudicio prudentum præponderare, aut æqualia esse famæ adulteræ; vt si agatur de magna, & notabili hæreditate, & tunc eam teneri cum periculo famæ factum suum manifestare, si credat probabiliter quod sic damna impediuntur. Quod tamen non videretur admittendum, quando mulier absolute, & simpliciter possidet bonam famam, vt tenet Lessius *libro 2. capit. 11. dicitur. 7. num. 57.* cum Io. Wigets *de instr. 2. capit. 4. num. 31.* & Gaspare Hurtado *de instr. disputat. 11. difficult. 20.* qui tamen in vno casu sententiam admittunt, si fortè manifestatio adulterij aliquando profutura sit ad impediendam successionem filij adulterini in aliquo Principatu, qui ob suos perditissimos mores futurus est maximè nocius Reipublicæ loco hæredis legitimi, qui non sit sic futurus nociuus, tunc adultera tenetur ad manifestationem veritatis, adhuc cum periculo vitæ, & non solum ex misericordia erga Rempublicam ad vitandum magnum damnum illius, sed etiam ex iustitia commutativa erga legitimum hæredem, quia tunc non sufficit dictum periculum ad excusandam eam ab obligatione impediendi damnum, cui ipsa causam opposuit.

Ad id verò quod Pontius supra asserit, filium non teneri aliquando credere matri testanti in articulo mortis se esse adulterinum. Respondeo hoc etiam docere Hurtadum *loc. cit. vbi sic asserit*; Adijmus filium non teneri credere matri manifestanti adulterinum (nisi ex circumstantiis conuincatur ad id, vt continget, si mater iurata in articulo mortis, & post susceptam Eucharistiam id asserat, seu quam certum) quia contenti suum delictum, seu suam turpitudinem, non est credendum in præiudicium aliorum distinctorum ab ipso contente; ex eo solum quod id manifestet, nisi id alias conuincat, eo tamen ipso quod filius absque suspitione prudenti credit matri, nequit hæreditatem adire vt pater: nec iam possessam retinere, nisi eam bona fide possederit tempore sufficiente ad præscriptionem. Ita Hurtadus, sed bene dixit hanc doctrinam multos non admittere.

Dico igitur quod ordinariè spiritus non tenetur in conscientia credere matri dicenti illum esse spurium, etiam si mediante quocumque iuramento id confirmaret, aut in mortis articulo assereret. Ita Mald. *supra dubit. 10. Syluest. V. Adulterium numer. 5.* Bannes in *2. 2. quæst. 62. art. 6. Suarez tom. 5. de cens. disp. 50. sect. 4.* Azor. *3. part. lib. 3. cap. 7. quæstion. 5.* & alij. Et ratio in primis est, quia iura indicant, matri non esse ea in re fidem adhibendam, vt patet *l. miles 11 ff. ad leg. Juliam de adulteris. & l. filium 6. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.* Deinde, quia alleganti suam turpitudinem nulla debetur fides vt habet Regula iuris: quæ maximè locum habet, quando

quando id cedit in alterius præiudicium. Vide *Gloss. ad cap. Officij de penitentis, & remiss.*

Hinc inferitur Confessarium debere ut magna prudentia ne ultra modum urgeat adulteram in articulo mortis ad detegendum suum crimen: tum propter alia graviora incommoda, quæ inde sunt sequuta: tum quia rarè ad quidquam profuit detectio adulterij. Quare sentio, ne quidem esse consulendum, nisi valdè moraliter certum esset ex pluribus circumstantiis quod sine aliis grauioribus incommodis sic possent auerti damna, quæ alioquin legitimis hæredibus sunt obuentura.

Adde ex Azorio, & Henriquez, neque consulendum esse ut adultera detegatur post mortem per confessarium de ipsius scilicet consensu dato: quia periculum erit quod vel proles adulterina, vel Confessarius ipse occidatur, Præterea haberetur violator sigilli confessionis, & etiam iniquæ diffamationis: nisi forsitan per scripturam, & signaturam defunctæ se posset defendere.

Dixi ordinariè, quia si proferentur eiusmodi argumenta conceptus adulterini, quibus spurius in conscientia conuinceretur, ita esse, puta quia paterfamilias tempore conceptus abfuisse satis ostenditur: vel quia ut habet citata *l. filium*, interueniente infirmitate, aut alia de causa tunc demonstratur abstinuisse ab vxore, vel ea valetudine fuisse, ut generare non potuerit, teneretur ab hæreditate, & seruare veros hæredes indemnes, ut notant Bonacina *supra*, & alij DD. sed si paterfamilias vixerit tempore partus, non apparet quomodo spurius postea conuinci poterit, aliquid istorum subfuisse, cum haud dubiè maritus ea facile animaduertisset, & prolem ab initio tanquam illegitimam respicisset. Et omnia superius dicta docet etiam Ioannes Vvigers *loco citato*, quæ quidem menti tenenda sunt à Confessariis, & casuum conscientia Responsoribus, si quando casus in facti contingentia eis accideret.

Sed ad huius materiae complementum notandum est contra Sorum, & Henriquez, communiter Doctores asserere non solum Adulteram, sed etiam adulterum teneri ad restitutionem dictorum damnorum in hæreditate. Verum est, quod Adulter teneretur ad restitutionem expensarum in sustentatione suæ proles adulterinæ, & dictorum damnorum in hæreditate, & in collatione dotis, quando est moraliter certus absque prudenti ratione dubitandi, quod proles illa adulterina sit sua: quando verò est dubium ad quem adulterum ex duobus pertineat, existente certitudine morali, quod vnum, vel ad alterum pertineat, vterque teneretur ad dictam restitutionem, quilibet ad restitutionem medietatis, & altero nolente, ad restitutionem totius pertinentis ad Patrem.

In casu autem dicto, in quo tam adulter, quam adultera tenentur ad dictorum restitutionem, tenentur æqualiter, quia quilibet est causa principalis partialis damni, quia istud oritur ex adulterio, cuius vterque est causa principalis partialis, & quilibet teneretur ad restitutionem partis sibi correspondentis faciendam ei, qui totum damnum testituit, teneretur autem ipsam ex bonis, de quibus potest disponere, & si non habeat, vel non habeat sufficientiam, teneretur ad suadendum marito, ut veros hæredes meliores, & etiam ad rem familiarem diligentiùs, quam aliàs tenebatur administrandum, & ad imminuendum sumptus sui corporis quantum conditio sui status, & valetudinis permittat, & si his, aut aliis modis satisfacere nequeat, teneretur

quantum possit prolem adulterinam inducere, ut renunciet hæreditati, vel in totum, si ad id induci possit, vel saltem in partem, siue statum Religiosum eligendo, vel aliter; maximè si hæreditas sit maioratus, & proles adulterina sit in eo successura, si ei non renunciet, quia adultera, & adulter teneretur ad ea damna impedienda, vel refarcienda quacumque via commode possint. Vide Hurtadum *loc. cit.* & alios.

Et tandem pro curiosis hæc nota, quod Pontius *vbi supra concl. 5. n. 43.* docet quod si duo cognouerint eandem mulierem, itavt plane incertum sit, quis eorum sit eius Pater; vel vterque ex æquo debent concurrere ad eius sustentationem, & ad restitutionem faciendam marito, & filiis eius, si mulier fuit maritata, & cognoscitur certè quod filius non sit legitimus: quia aliquis debet, & neuter potius, quam alter: ergo vterque, vel, quod scio factum aliquomodo, debent sortes mittere, & ille in quem cadit, debet solus nutrire, & restituere; vel alio aliquo simili modo debent convenire. Si tamen mulier ipsa posset congruenter sustentare ex suo, fortassis neuter teneretur concurrere; sed illa sola, quia, cum dederit causam dubij iniuste, in penam huius meriti ipsamet videri posset habere totam obligationem.

An si quis infamaret aliquem de furto, qui postea furem esse inuenitur, teneatur ad restitutionem.

RESOLVT. LVI.

Affirmatiuè responder Pontius *in cur. Theolog. disput. 52. quest. 8. concl. 3. numer. 48.* vbi sic ait, Multa liberant à restitutione pro infamia, si postea in eadem materia infamatus, perdidit famam, ut si falso imponeres, quod furatus fuerit, & postea confter, quod ipse sit fur. De quo tamen valde dubito; quia magis infame est, quod aliquis sæpius furatus fuerit, quam quod semel tantum; ergo, si quis falso dixit, quod semel furatus fuerit; quamuis confter quod postea furatus fuerit, non tollitur obligatio restituendi famam perditam ratione falsæ impositionis prioris furci. Ita ille.

Tu cogita, nam circa hæc sententiam habeo magnam difficultatem, nam Doctores communiter asserunt, quod si quis, v.g. infamaret aliquem de delicto non vero, si de eodem delicto ex alio capite laboraret adhuc infamia, excusari à restitutione famæ, ergo & in casu nostro.

Verum quicquid sit de sententia Pontij, sciendum est, quod Syluest. *verb. de retractio, qu. 1. & Paludanus in 4. dist. 19. qu. 4.* dicunt non esse peccatum factum mortale publicare aliquod crimen minus illicitius, qui de grauioribus criminibus est infamis, v.g. de illo, qui infamis est de homicidio & furto, putat non esse peccatum mortale dicere quod fuerit fornicatus. Hoc tamen non est simpliciter admittendum, quando minus connexionem non habet cum aliis maioribus, sicuti fornicatio non habet cum homicidio; aut furto; idque propter rationes iam allegatas. In certo tamen casu posset locum habere, ut si quis de tam multis, & variis criminibus grauioribus sit infamatus ut passim habeatur talis, qui nullum seelus tempore, & loco verecundatus fuisset perpetrare, quia huiusmodi persona totaliter, & quasi per omnem virtutis materiam amisit famam suam, vnde ex relatu alicuius inferioris

inferioris criminis non censetur eius infamia notabiliter augeri, imo vix augeri. Et ita docet Ioannes Vvigers *de iust. tr. 4. c. 1. dub. 6. n. 28.* cum Gaspare Hurtado *vbi supra.*

Notandum est hæc obiter, multas causas excusare à restitutione famæ. Excusat Primò iusta condonatio facta ab eo, cuius infamia non redundat in alios.

Secundò, iusta compensatio, ut si ab eo, quem infamasti pari modo sis infamatus.

Tertiò, si fama sit alia ratione recuperata.

Quartò, si infamia prudenter existimatur abiisse in obliuionem, tunc enim non teneris, siue fallum imposueris, siue verum.

Quintò, si crimen occultum, quod aliquibus dixisti, alia via & ratione fiat publicum, tunc enim amisit ius restitutionis. Lessius *l. 2. c. 11. dub. 26.* & Nauarr. *l. 2. c. 4. nu. 198.* Nam si re vera factum est publicum, nihil proderit retractio. Secus autem si non sit publicum; nam fieri potest, ut illius exemplo alij retractentur. Hoc tamen certum existimo cum Nauarr. pro medio tempore antequam fieret publicum non teneri restituere famam, benè damna eo tempore sequuta.

Sextò, si restitutio sit impossibilis.

Septimò, si non possit fieri sine amissione famæ, quæ sit longe maioris momenti, ut si Prælati, vel vir illustri infamauit plebeium.

Octauò, si bona fide persuasus esse verum & publicum, narraisti, nec possis sine damno tuæ famæ restituere.

Nondò, si re vera nulla fuit infamia sequuta, eo quod infamator esset nullius fidei, quod sæpè accidit; vel quia illi apud quos infamatur, sciebant similia, itavt infamia non sit notabiliter aucta. Hæc autem omnia remissiuè inuenies apud Trullenchi *in decal. l. 2. l. 7. c. 10. dub. 30.* quæ tamen latè antea in aliis dubiis pertractauerat.

Aduertant tamen hic Confessarij faciliorem modum restituendi famam propter peccatum occultum propalatum non posse inueniri, quam laudando illum quem prius infamauerat. Et ita ex Caietano, & Soto, docet Amicus *l. 5. disp. sect. 11. n. 145.* quoniam ex vna parte talis modus efficax est ad famam restituendam, maximè apud prudentes, & ex alia parte modus per retractionem est periculosus, ne infamator mendacium committat, vel ex conscientia etronea, vel non rectè vtendo verbis verum sensum habentibus. Cæterum monet loco citato Caietanus etiam hunc modum cautè esse adhibendum, ne auditores in sua opinione magis confitentur. Vnde non de fictis, sed veris virtutibus laudandus est, eoque tempore, loco, & modo, quo prudentes auditores suspicari non possint, quod id fiat ad laudati famam restituendam; Debet autem tamdiu publicè coram iis, coram quibus fuit infamatus, laudari, eiusque occultæ virtutes depromi, quamdiù eius laudatio prudentis arbitrio censeatur sufficiens ad obscuratum ipsius famam illustrandam.

Et hæc sententiam admittit etiam Syluius *loc. cit. quest. 24.* & docet nouissimè Ioannes de Soria *in epilogo summarum p. 2. tract. 2. sect. 3. disp. 1. §. circa restitutionem famæ.* vbi sic ait: Qui verum alterius crimen propalauit, ad nihil aliud teneretur, quam laudare eum, quem prius infamauerat, nec amplius de illa re loqui coram illis apud quos eum diffamauit. Ita ille, & hunc modum restituendi famam etiam approbat Ioannes Pontius *vbi supra concl. 2. n. 47.* Hurtadus *de iust. disp. 1. 2. difficult. 18.* cum aliis

Notent hoc Confessarij, quia vt dixi, nullum faciliorem modum, ac minus onerosum pro penitentibus inuenient ad famam ablatam restituendam; ego scio quam difficiliter penitentes famam restituant, & in quantis tricis se inuoluant, quando aliis modis volunt famam restituere.

An si quis, ut auerteret furem à furto maiori à Paulo, consuleret furtum minus à Petro, teneatur ad restituendum Petro.

RESOLVT. LVI.

AD hoc dubium Pontius *in cur. Theolog. disp. 52. qu. 9. conclus. 2. n. 56.* responder, quod si fur erat determinatus ad furandum ab alterutro, sed indeterminatus à quo qui consuleret furtum minus à Petro, non esset obligatus ad restitutionem Petro; nec peccaret consulendo illud, quia tale consilium non esset nisi significatio, quod minus malum esset futuri à Petro minus, quam à Paulo maius. Quod non potest esse illicitum. Quod si etiam consilium supra hanc significationem importet (vt ego existimo) desiderium aliquod voluntatis quo velis, ut furetur à Petro, adhuc illa voluntas non videtur iniusta: quia non est nisi conditionata; nimirum si ab alterutro ex illis duobus futuri vis, volo potius ut furetur à Petro, quia id minus malum est. Huiusmodi autem voluntate non facit iniuriam Petro, quia potius debet respicere honorem Dei, quam emolumentum Petri.

Cardinalis de Lugo existimat, quod si fur determinaret futuri multum à Paulo, ut hoc quis impediret, eum non debere consulere ipsi: noli hoc facere; sed potius furare minus à Petro: quia sic induceretur fur ad furandum à Petro, de quo, ut supponitur, non cogitauit fur, quod videtur iniuriosum Petro.

Hæc tamen doctrina mihi limitanda videtur: nam si posset aliter auertere furem à peccato maiori, quam determinando Petrum; conuenio cum Cardinali Lugo, quod fieret iniuria Petro per determinationem illius. Sed si non posset eum auertere nisi determinando Petrum; videtur omninò, quod non faciat iniuriam Petro: quia potius debet respicere ad honorem diuinum, qui magis offenditur peccato maiori, quam ad emolumentum Petri. Hucusque Pontius.

Sed ego assero, quod si suadeas homini parato inferre magnum damnum Petro, ut inferat minus damnum Paulo, de quo ille non cogitabat, teneberis Paulo de isto damno minori si inferatur. Si malefactor vero cogitet de vtroque, sed hæreat anceps, cui malum vellet inferre, resolutus tamen alterutri inferre, teneberis de damno, si consulueris aut rogaueris, ut damnum inferat Paulo, quod in se minus est.

Ratio est, quia iniuriam facit Paulo, quando malefactoris indeterminatum animam ad vtrumlibet inclinas, & determinas in particulari ad malum isti inferendum: tantum enim habet iuris Paulus, ut sibi seruetur res sua integra, quæ minoris est pretij, quam Petrus, ut sibi seruetur res sua, quæ maioris est momenti.

Notant hæc quidam, si tantum in genere dixeris, minora mala esse potius faciendâ, quam maiora vel hoc, esse minus malum, siue peccatum, quam alterum,

terum, non idcirco te incurrere obligationem restituendi, quamvis malefactor rem istius postea auferat, vel destruat.

Ratio redditur, quia tu veram doctrinam tantum explicuisti, quia ipse ex sua voluntate se se determinavit ad damnum inferendum Paulo potius, quam Petro. Existimarem tamen, quod ille censeretur moraliter malefactorem inclinare, & quasi determinare ad damnum Pauli, qui assumptum, & absumptum simul ei proponeret, praesertim si non rogatus id faciat, cum non appareat alius poenae usus istius discursus. Non enim dici potest seruire ad impediendam maiorem culpam, quia iam malefactor voluntate, & affectu in utrumque indifferenter fertur. Secus autem esset, si ipse peteret utrum sit maius malum, & peccatum, quodque velit tantum facere minus. & tum responderetur, illud, siue tale esse minus malum: quam rationis diuersitatem quique potest facile apprehendere, & ided addidi praesertim si non rogatus. Et haec omnia docet Ioannes Vvigers de iust. tr. 3. c. 2. dub. 4. n. 26. cum seqq. & alij penes ipsum.

Sed si quaeras an si fur sit determinatus ad furandum aequalem quantitatem à Petro, vel Paulo, indeterminatus autem, à quo velit, amicus Pauli possit consulere ipsi, ut furetur potius à Petro. Et affirmatiue cum Cardinali Lugo respondere Pontius, quia amicus ille debet potius prospicere amico auertendo fuere ab ipsius damno, quam non amico nec rationabiliter potest Petrus conqueri, quod conditionata voluntate voluerit amicus potius malum ipsius, quam amici.

An qui confessus est centies plus minusue furatum, si postea certo sciat fuisse centum, teneatur excessum confiteri.

RESOLVT. LVII.

Negatiuam sententiam ex Vivaldo tanquam probabilem videtur admittere Pater Verricelli in 99. mor. tract. 5. quaest. 6. numer. 23. & tract. 1. quaest. 8. per totam, quia quamuis proprietates dictionis *Circiter*, aut plus, minus, vel similis, importet adiectionem paruae summae supra expressam: tamen in declinatione numeri peccatorum, praesertim cum numerus est magnus, & longi temporis; ex communi vsu loquendi consentientium, significat longè maiorem quantitatem, & sic addit dimidium supra quantitatem expressam, idque propter ingentem difficultatem, ac fere moralem impossibilitatem, quae est in expressione certioris numeri, seu in restrictione ad illam propriam, ac legalem significationem dictionis pluralis, ut modicam quantitatem exprimat, nempe decem supra centum. Ita ille, qui postea alias adducit rationes, sed prudenter in fine quaestionis apposuit haec verba. Verum his non obstantibus puto non esse recedendum ab opinione affirmatiua posita numero primo, quia est communis inter Doctores, & communiter seruatur in praxi.

Itaque Vivaldi opinio omnino est reiicienda, neque bene loquitur, qui contra omnes loquitur maxime circa ea, quae pertinent ad praxim Sacramentorum, & à communi vsu fidelium. De hac quaestione ego egi in 3. part. tract. 4. resolut. 294. & me citato de illa bene tractat Cardinalis Lugo de penitent. dispensatio. 16. sect. 2. numero 96. & me citato Leander

de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. quaest. 10. alij notant; aliquos illa verba plus, vel minus extendi non solum ad duo, vel tria, verum etiam ad quartam partem summae cui addicitur; ut si poenitens dicat, octies periuravi plus, minusue, tunc extendantur ad decem, quia duo sunt quarta pars ex octo. Sic alij, quos refert G. of. in l. Haec adiectio 192. ff. de verb. signif. Quorum sententiam bene refutat Lugo eo quod nequeat esse vniuersaliter vera. Quia si aliquis mihi promittat centum millia aureorum, parum plus, vel minus, non satisfaciatur dando septuaginta quinque millia, quia illud quod deest, licet sit sola quarta pars, non est tamen parum; sed multum minus, quam centum millia, quae promittit Caspensis in cur. Theolog. 1. 2. tract. 24. disp. 4. sect. 15. numer. 137. sic ait, cum enim quis confitetur decies peccavi, plus minusue, duo v.g. ad quae se extendunt illa verba sunt aliquid paruum, & non est notabilis excessus: quando verò quis confitetur, mille peccavi plus, minusue, centum vel ducenta licet sint aliquid parum respectiue, sunt tamen aliquid magnum absolute, & notabilis excessus necessarium exprimens in subsequenti confessione: hoc tamen relinquatur iudicio prudentis, quia regula omnino certa assignari non potest.

Verum in his omnibus pro regula generali mihi placet quod sit admittenda explicatio iurisperiti Vulpiani in d. lege haec adiectio. Vbi sic ait: Haec adiectio pluralis non insinuat peccatam continet sed modicam dumtaxat. Adiectio haec solidorum decem, pluralis ad minusculam (vel ut alij legunt, ad minutulam) summam refertur. Quanta autem debeat esse, non potest definiti vniuersali regula, sed arbitrio prudentis relinquatur, ut docet Glossa ibidem, & Vasquez quaest. 91. art. 1. dubi. 6. numero 2. debet autem in eo iudicio formando seruari haec regula, ut quo maior est numerus qui nominatur, maior etiam numerus possit intelligi verbis illis plus, minusue: non tamen debet hoc accipi proportionem Arithmetica, ut dicunt, sed Geometrica: hoc est non debet ita accipi, ut si numero minori addita extendantur ad quintam partem, addita etiam numero maiori possint extendi ad quintam eius partem, v.g. cum dicis peccavi decies plus, minusue, verificatur si octo, vel si duodecim vicibus peccasti, atque adeo illa verba addunt vel demunt quintam partem numeri denarij, quae est duo, & tamen cum dicis peccavi centies plus minusue, non verificantur verba si octuaginta solis, vel centum viginti vicibus peccasti, quia quinta pars numeri centenarij, quae est viginti, non est parum, sed multum plus, vel minus.

Ratio regulae huius quoad utramque partem est, quod ad verificanda illa verba, parum plus, vel minus semper debet interuenire aliqua paruitas in eo, quod additur, vel aufertur: paruitas autem aliquando est absoluta, quando in se ipso absolute est parum id, quod additur: aliquando verò est respectiua, quando licet in se non sit paruum, est tamen paruum respectiue ad aliquid multò maius. Hinc est quando verba illa plus, minusue adduntur numero paruo, verificari, etiam si id, quod additur, vel aufertur, sit tertia pars: v.g. si dicas peccavi ter plus, minusue, vera sunt, si solum bis aut quater peccasti, quia licet vnum sit tertia pars numeri ternarij est tamen in se satis paruum. Si autem dicas peccavi centies, plus, minusue, non erunt vera si centum triginta vicibus peccasti, quia triginta, neque in se, neque respectiue ad centum, sunt aliquid paruum; E contra verò, si dicas peccavi

millies,

millies, plus, minusue, verum erit, licet mille quinquaginta vicibus peccaueris quia licet quinquaginta non sint parum in se, sunt tamen nimis parum respectiue ad mille. Hinc ergo oritur ratio, cur verba illa ad lapsus se extendant addita numero maiori, sed non cum totali proportionem: quia scilicet, quando dicis decies plus, minusue, duo v.g. ad quae se extendunt illa verba, sunt aliquid paruum ex utroque capite, nempe absolute, & respectiue. Quando verò dicis millies, plus minusue, ducentum licet sint aliquid paruum respectiue, sunt tamen aliquid magnum absolute, quae magnitudo absoluta debet vinci per maiorem multò paruitatem respectiuam, ratione cuius possit intelligi illis verbis parum plus, minusue. Quo ergo maior est numerus, qui nominatur, eo plus debet distare ab illo pars quae additur, vel aufertur, ut intelligatur verbis illis: quia quo pars illa est maior in se, eo minus intelligitur per paruum, nisi adeo crescat paruitas respectiua, ut propter excessum illum possit dici paruum, plus vel minus id, quod in se non est paruum, sed magnum. In praxi autem placet id; quod dicebat Menochius, verba illa posse verificari de quinque pro quolibet centenarij; maxime si addantur numero millesimo, vel ultra millesimum, videtur aliquantulum stricta regula illa, qui enim dicit centies, plus, minusue, verum dicit, licet centum & decem vicibus peccasset. Huc vsq; Caspensis, cui assentitur Leander ubi supra, vnde patet ut diximus, esse prorsus refellendam opinionem quam ex Vivaldo adducit Verricelli, nemo enim ex Doctores ausus est ad illum numerum pertinere; Hinc rectè nouissimè noster Pasqualigus in sua Theologia tom. 2. disp. 73. sect. 2. num. 17. sic ait Quaes ad quantum se extendat particula plus, aut minus. Respondetur. Extendit tantum ad id, quod non est excessus notabilis supra numerum explicatum arbitrio prudentis viri iuxta qualitatem, & naturam subiectae materiae, ut desumitur ex l. Haec adiectio ff. de verb. signif. & notat Glossa ibidem, vnde aliquando importat aliquid magnum respectiue, licet in se non sit aliquid magnum, ut duo respectu sex. Aliquando importat aliquid magnum in se, quia est aliquid parum respectiue, ut quinquaginta respectu mille. Ita ille.

Et ided meritò hic numerus extenderetur ad centum, ut ponitur in exemplo adducto à Verricelli.

Et tandem non deseram hic apponere verba Martini de San Ioseph in mon. Confessor. tom. 1. lib. 1. tra. 8. de poenit. n. 5. vbi sic ait; El que no puede ajustar el numero de los pecados, podrá añadir la particula poco mas, ò menos, v.g. confesò vno diez pecados mortales, pocas mas, ò menos; despues se à cordo que eran doze, no esta obligado à confessar los dos oliuados, porque entraron en la particula poco mas, ò menos. Però si despues hallasse quatro ò cinco pecados mas, tendria obligacion de confessar el exceso, porque no se entendio de baxo de la dicha particula, sic Authores citati, de los pecados que se confessa, sera mayor el numero de los que se pueden incluir en la particula, mas, ò menos.

An sit absolendus, qui non confitetur nisi generalia.

RESOLVT. LVIII.

Ad hunc casum sic respondet Caspensis in Curf. Theolog. tom. 2. tract. 24. disp. 4. sect. 15. num. 135. Anton. Diana Pars XI.

Inquires quid sit faciendum cum homine rudi, qui non confitetur nisi quaedam generalia. Respondetur si sit verè attritus, & verè apprehendat se peccasse, absolendus est: communiter tamen, & extra necessitatem non est absolendus, quia eo ipso quod non confitetur aliquid peccatum in particulari, sufficienter intelligitur non apprehendisse; quid sit peccatum, maxime cum interroganti de rebus in particulari, in quibus regulariter datur peccatum ad minus veniale, ut de distractione in oratione; ipse tamen semper respondet in nulla re illarum peccasse, quapropter neque attritionem habere potest. Ita Caspensis.

Verum Pasqualigus in Theol. 10. 2. disp. 83. sect. 1. n. 10. putat posse absolui eum, qui solum dicit se peccasse, etiam si nesciat exprimere aliquid peccatum siue in genere, siue in specie, quia dum non scit explicare, censetur impotens, ad explicandum; qui autem est impotens potest absolui, si solum se accuset, quod peccauerit, ut constat in moribundis.

Non desinam etiam hic apponere ea, quae nouissimè adducit Remigius in Pract. Confess. tr. 5. c. 5. §. 9. num. 5. A conteece (ait ille) llegar à confessare algum penitente, que nunca, ò muchas vezes no se ha confessado bien y enteramente, por no auer dicho el numero los peccados con buena fe, ò porque se confesò con Confesores ignorantes, ò por mejor dezir tan inauertidos, que no le auisaron nunca deste yerro tan notable y cocinodo. Querer pues, que semejante penitente veyà à suplir este defecto, es nunca acabar, y Affligile demasadamente y hazer el Sacramento algo odioso; y assi enseñan los Doctores, que estando el penitente con buena fe y persevera en ella, no tiene el Confessor necesidad de preguntarle, ni hablarse de nada dello, sino procure instituirle para en adelante, como dize doctamente Marcanzio: Nam etiam si quandoque confessiones fecerit materialiter non integras, propter bonam tamen fidem censentur formaliter integras. Però si el penitente en la confession dixere, ò preguntare algo de si està bien confessado, ò no, en tal caso aunque no se ha de mandar que repita las confessiones hasta alli, ha de hazer que supla el defecto que cometio en ellas, diciendo el numero verisimil de los peccados que dexò de dezir en à aquellas confessiones, y bastará dezir auiendo hecho vna mediana diligencia de examen Ita ille.

Vide etiam Leandrum de Sacramen. tom. 1. tract. 9. disput. 5. quaest. 71. & 72. vbi quaerit, an Ruiticus qui grosso modo sine certo numero peccatorum mortalium indocto Parocho bona fide confessus est, teneatur postea de toto errore confessiones factas reiterare. Et an saltem in dicto casu teneatur Ruiticus denuò confiteri, & declarare numerum peccatorum, quem in aliis confessionibus determinate non fuit confessus, sed confusè tantum. Et me citato negatiue respondet.

Idem etiam docet Cardinalis Lugo de penitent. disp. 16. à n. 577. qui etiam num. 586. & 587. & ex illo Leander qu. 83. obseruant, quod in articulo mortis si aliquis diceret in specie, commisi multa peritura v.g. non explicando numerum propter temporis angustias. Et in hoc casu dubitari potest, an postea data occasione, & opportunitate debeat explicare numerum, quae prius sub illa generalitate dixit. Et distinguendum existimo: nam vel Confessarius ex circumstantiis personae, & temporis intellexit per illa verba verisimiliter numerum illum, & multitudinem, quam poenitens concipiebat, & significare volebat, & iam tunc erit idem dicendum;

Gg

dicendum;

dicendum, quod de confessione rustici, in quo Parochus per illa verba attentis circumstantiis intelligit sufficienter multitudinem, quam poenitens concipit, atque ideo propter eandem rationem neque in illo obligandus erit poenitens postea ad illum numerum magis distinctè declarandum; quia iam iuxta capacitatem præsentem declaratus fuit sufficienter ad hoc, ut absolutio directè ad totum illum numerum terminaretur: si autem ex illis verbis Confessarius non potuit concipere prudenter aliquam multitudinem, & numerum verisimilem iuxta poenitentis intentionem, tunc fatendum est absolutionem non terminari directè ad totam illam multitudinem, sed solum secundum eam partem, quam Confessarius ex illis verbis potuit prudenter colligere, & ad minus terminatur ad aliquam: quoad reliqua verò manet obligatio confitendi illa distinctè, & procurandi directè absolutionem ab illis: quod in nostro casu (id est est præcedentis quæstionis) non procedit, cum absolutio supponatur directè terminata ad omnia peccata contenta in illa multitudine quam rusticus crasso modo confitetur.

Sed quia satis est consolatoria illa opinio, quod detur confessio informis, sed valida contra Vasquez, Suarez, & alios, vide illos, quos adducit & sequitur me citato Leander *vbi supra* p. 75. Unde minime dubitandum est hanc sententiam solidam esse in praxi, & ex magnis angustiis liberare confessarios, & poenitentes.

Et nota hic etiam confessiones bona fide factas post confessionem inualidam, non esse necessariò repetendas Ita Lugo *vbi supra* num. 599. & me citato Leander q. 89 qui etiam optime quæstion. 91. contra Vasquez, Valentiam, Layman Reginandum, & alios, docet non esse necessarium reperi omnia mortalia distinctè, quando iteratur confessio inualida cum eodem confessario, sed sufficere in eo casu quod in generali se accuset de omnibus mortalibus, quæ in confessione inualida falsus fuerat, & in speciali & distinctè declaret illud peccatum, quod tacuit, & sacrilegium ob hoc commissum, & si quæ de nouo alia habet mortalia, etiam si Confessarius, nec prædictorum peccatorum, aut poenitentiarum recorderetur. Quia poenitens in prima confessione licet inualidè, verè declarauit distinctè, & in specie sua peccata eidem confessario. Et hic verè iniunxit poenitenti poenitentiam proportionatam, ergo nihil obstat, quo minus suæ obligationi satisfaciatur, etiam in generali solum se accusando, & dicendo Accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione inualida tibi aperui, & insuper de illo peccato, quod tacui, de sacrilegio ob hoc commissum, & de nouo de hoc, & de hoc peccato. Ex quo inferitur posse optime poenitentem, qui diu eidem confessario confessus est, reiterare vno verbo omnes illas confessiones, dicendo, Accuso me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus, confessus sum. Quod quidem est optimè, & facile remedium, quando habet aliquod scrupulum de defectu aliquo in eis commissum; accusando se simul de illo defectu, si culpabilis fuit.

An si quis habens peccata mortalia, quæ ex ista causa non potest aperire Confessario, teneatur saltem confiteri venialia, ut adimpleat præceptum confessionis.

RESOLVT. LIX.

Negatiuè olim respondi, sed nouissimè affirmatiuam sententiam tener Pasqualigus in *Theol. tom. 2. disp. 83. sect. 5. num. 35. vbi* sic ait, Dico tertiò quando poenitens haberet vnicum peccatum mortale, & illud non posset explicare, & vrgeret præceptum confessionis, teneretur confiteri venialia tacendo mortale. Probatur, tunc vrgeret præceptum confessionis. Ergo est implendum eo modo quo potest. Ita ille; qui citat Granadum, quem ego antea citaueram, & poterat adducere etiam Nugnum in *addit. ad 3. part. 6. art. 6. difficult. 1.*

Sed ego non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & quam me citato docet Leander de *Sacram. tom. 1. tra. 5. disp. 3. q. 32.* & me citato Eminentiſſimus Lugo de *poenit. disp. 15. sect. 7. numer. 175. vbi* sic ait; Idem videtur dicendum in casu, quo aliquis habeat vnum solum mortale, quod sine grauissimo periculo dicere non potest suo confessario: nam licet illi confiteatur alia venialia, & taceat illud mortale in iis casibus, quibus id licite tacere potest, atque adeo faciat confessionem formaliter integram, non tamen dicitur satisfecisse præcepto confessionis annuæ, sed debet illud mortale intra annum confiteri eidem, vel alteri Confessario, si possit absque illo periculo.

Dices, illa confessio venialium erat tunc debita ex præcepto: nam qui non potest confiteri mortale quod habet, debet saltem confiteri venialia, ut absoluat saltem indirectè ab illo mortali. Respondetur de obligatione, quam habet confitendi venialia in illo casu est dubium, pro nunc dico illam obligationem non esse ex præcepto diuino, vel Ecclesiastico confessionis, sed si quæ est, esse ex obligatione non communicandi absque confessione, vel ratione charitatis propriæ, vel ex alio capite. Ita Lugo.

Dicendum est igitur in casu proposito, nullum adesse præceptum obligans fideles in communi ad confitenda venialia. Nota etiam Leander *qu. 33.* & quærit, an saltem teneatur sub veniali ex præcepto Ecclesiæ confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret aut si illo non caret, non potest aperire illud, & respondet negatiuè.

Nota hic obiter contra Suarez *disp. 36. sect. 2. n. 9.* Fagundez *præcept. 2. lib. 1. cap. 2. num. 9. & lib. 2. cap. 1. num. 4.* Leandrum, & alios qui non habent conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialium, non tenei ex vi saltem præcepti confessionis ad comparandum coram proprio Sacerdote, & illi dicere se non habere conscientiam peccati mortalis, quia si comparere deberet maximè ad hoc ut proprius Sacerdos cognosceret vultum sui pecoris: at poenitentis vultus non debet cognosci à Sacerdote nisi in iudicio confessionis: ergo ex quo semel cessat obligatio huius iudicij, cessat obligatio sic comparandi. Verum est, quod ratione scandalij sedandi, si ortum est, ex eo quod quis non confiteatur, posset forte aliquando contingere talis obligatio comparandi, sed non ratione præcepti confessionis. Ita Vasquez in *3. part. tom. 4. quæst. 90. artic. 2. dubitat. 2.*

numero

numero 18. Cardinalis Lugo de *poenitent. disputat. 15. numero 133.* Hurtado de *sacram. disput. 7. difficult. 7.* & alij.

An præceptum confessionis obliget, propter periculum incidendi in plura peccata si differatur confessio.

RESOLVT. LX.

AD hoc dubium respondet Ioannes Pontius in *curſ. Theol. disp. 45. qu. 6. concl. 2. n. 38.* Quæritur hic, an hoc præceptum obliget ad confitendum propter periculum incidendi in plura peccata si diu maneat absque confessione. Affirmatiuam partem tenent Caiet. Petrus de Soto, Suarez, Filliucc. Fagundez, citati à Cardinali de Lugo, qui tenet oppositum, & dicit id esse de mente Theologorum communiori, quod an verum sit, nolo examinare. Sed certè fundamentum præcipuum ipsius non sufficit: nempe quod frequentia confessionis ideo conducatur ad vitanda peccata, quia confitens dolet efficaciter de peccatis, & proponit ea euitare; sed vi autem talis doloris, & propositi magis determinatur ad non peccandum: sed sine confessione potest habere huiusmodi dolorem, & propositum: ergo non est necessaria ipsamet confessio. Hoc inquam fundamentum non sufficit, quia maior est falsa; illa enim non est sola causa; sed quia per confessionem ponitur in statu gratiæ creptus à seruitute dæmonis, & propterea maiorem habet congruitatem, ut recipiat à Deo gratiam superandi tentationes occurrentes, quam esset inimicus Dei ob statum peccati.

Itaque concludo cum Authoribus partis affirmatiuæ, addendo tamen, quod obligatio currat quando sine magno detrimento quis confiteri posset: nam si tale occurreret, posset proponendo vitare peccata, sperare non defuturam gratiam qua tentationes superaret.

Obiicies: præceptum Ecclesiasticum de confessione semel in anno esset superfluum; si quis teneretur communis confiteri, & hinc etiam oritur, quod fideles possent colligere se non esse obligatos ad frequentius confitendum ex mente Ecclesiæ; quæ non limiteret tale tempus, si putaret eos obligari ad id frequentius faciendum.

Respondeo negando sequelam, quia illud præceptum haberet hanc vtilitatem, ut mouerentur fideles ad non continuandum peccatum non confitendi, quod committerent omittendo confessionem semel, vel sæpius in anno ultra annum; & etiam ut præcepto Ecclesiæ magis inuitarentur ad faciendum id, ad quod aliis obligarentur. Nec verum est, quod ex illo præcepto fideles possint rationabiliter colligere, quod non habeant obligationem sæpius confitendi; sed tantum quod non habent illam ex obligatione Ecclesiæ. Et hæc omnia docet Pontius *loc. cit.* quibus adde Coninch, Granadum, Fagundez, Nugnum, Filliuc, Molfesum, quos citat Leander.

Sed ego non assentior opinioni negatiuæ Cardinalis Lugo quam latè tractat, & firmat de *poenitent. disputatio. 15. sect. 4. numero 22. cum seqq.* & illam etiam docet Regin. *tom. 1. libro 6. capit. 1. numero 29.* vbi sic ait; Secundum dubium est, an obligatio confitendi, tunc contingat cum confessio censetur esse medium moraliter necessarium ad su-

Anton. Diana Pars XI.


perandam aliquam tentationem, seu occasionem peccandi.

De eo autem tria videntur tenenda. Primum est negati non posse quin frequenter confiteri, sit optimè, & vtilissimum remedium aduersus tentationes; quoniam per confessionem ritè obitam, anima pondere peccatorum exonerata, & diuinæ gratiæ habitu repleta, & roborata, valentior redditur ad spiritualem pugnam.

Secundum est, propositam necessitatem moraliter loquendi non nisi rarè posse contingere: quia cogitari non potest casu in quo nequeat tentatio superari, aut nouum peccatum mortale vitari, aliter quàm per confessionem Sacramentalem. Nam ad vincendam quamcumque tentationem, & periculum peccandi mortaliter superandum, potest sufficere diuinum auxilium exercitans nos, & adiuuans. Quod non dari efficaciter nisi præcedente Sacramentali confessione, nulla ratio persuadet; præsertim cum ipsa confessio, ut debite fiat, requiratur potius superationem tentationis, quàm contra; quandoquidem coniunctum habere debet firmum propositum non peccandi mortaliter de cætero, data quacumque occasione, quod est tentationem superantem.

Tertium est: dato casu, in quo reuera hic, & nunc, in hac persona, & cum his circumstantiis confessio existimatur esse medium necessarium ad vincendam tentationem, & periculum peccandi mortaliter, tunc obligationem esse confitendi, non quidem ortam ex præcepto confessionis, sed ex præcepto quo homo tenetur vitare peccatum illud, de quo tentatur cum lapsus periculo. Tale enim præceptum obligat, ut ad vitandum peccati, sic & ad media, quæ sunt ad illam necessaria: sicque confessionem omittendo in eo casu mortaliter peccatur, non quidem transgressione præcepti diuini de Confessione, sed alterius per quod prohibetur peccatum illud cuius probabili periculo quis exponit se per eam omissionem. Ita Reginaldus, cui adde dictum Leandrum de *Sacram. tom. 1. tra. 5. disput. 3. quæst. 17.* vbi restat eam sententiam docuisse duos magnos viros suæ dignissimæ Religionis fratrem Franciscum à Sancto Iuliano, & fratrem Eugenium à Sancto Gregorio & probat supradictam sententiam, quia ad hoc quod confessio in eo casu obligaret, deberet quis sibi persuadere, illam esse vnicum, & singulare remedium ad vitanda peccata; siue in communi siue in particulari, & hæc persuasio esset falsa, cum reuera confessione non sit tale remedium: ergo. Minor probatur Primò: quia plura alia remedia reperiri possunt, ut ieiunia, flagellationes, &c. Secundò; quia licet confessio ad hoc vtilissima sit; non tamen est remedium efficax & infallibile; nam confessio solum habet efficaciam circa peccata præterita: circa futura verò licet habeat aliqualem, non tamen infallibilem: ergo tota obligatio hæc prouenire solum potest ex falsa hominis persuasione: ergo solum interuenire potest hic obligatio, quam quis per conscientiam erroneam sibi imponit.

Remanet igitur satis probabiliter firmata nostra sententia contra Pontium, & alios, quæ à multis scrupulis, & obligationibus liberabit Confessarios, & Poenitentes, & ipsimet aduersarij, ut Pontius, velint, nolint, tanquam probabilem conantur admittere.



TRACTATUS VII.

Miscellaneus.

An ex diuino præcepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem.

RESOLVT. I.

NEGATIVE respondi cum communi sententia Doctorum, à qua nominatim contra me discedit Eminentissimus Cardinalis Lugo de *pœnit. disp. 15. sect. 5. à n. 66.* vbi sic ait. Loquendo verò de præcepto Diuino, licet hoc non obliget ad confitendum peccatum cum graui detrimento extrinseco, vt tradunt communiter Theologi: non tamen apparet huiusmodi detrimentum sequi ex confessione facta per interpretem fidelem, & prudentem, cui non minus quàm ipsi Confessario fidei possit pœnitens. Suppono enim, interpretem etiam obligatum manere secreto, atque adeò totum detrimentum esse, quòd peccata, quæ aliàs nota esse deberent vni, manifestentur duobus. Hoc autem non esse tanti ponderis, vt excuset ab obligatione diuini præcepti probari potest ex aliis casibus, in quibus non obstante eiusmodi detrimento, obligat confessionis præceptum. Ita Lugo, qui postea multa argumenta adducit pro hac sua firmanda sententia.

Sed puto non esse recedendum à contraria sententia, quam communiter docent DD. & idè nominatim contra Card. Lugo insurgit nouissimè Io. Pontius in *cur. theol. disp. 45. qu. 6. concl. 3. numer. 45.* respondens ad omnia eius argumenta, & ita me citato tenet nouissimè Leander de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 6. q. 10.*

Probat hęc communis opinio à nostro Pasqualigo in *theol. tom. 2. disp. 82. sect. 7. n. 35.* quia præceptum confessionis nunquam obligat ad confessionem publicam, vt decernit Trid. *sess. 14. c. 5.* Ergo nec ad confessionem per interpretem; consequentia probatur. Ex eo quod non adest obligatio ad confessionem publicam, sequitur tantum quod ad sit ad secretam. Ergo non ad confessionem per interpretem. Consequentia ista probatur, secreta confessio est illa, qua apud solum Sacerdotem manifestantur peccata, vt docet Trident. citat. Ergo non est confessio per interpretem. Confirmatur, Sacramentum pœnitentiæ est iudicium, quod exercetur inter Deum & hominem, & Sacerdos interuenit vt gerens vicem Dei. Ergo non obligat ad confessionem per interpretem. Consequentia probatur. Præceptum obligat tantum quòd tale iudicium potest exerceri secundum formam institutam nempe inter pœnitentem & Deum; non autem quando esset exercendum cum hominibus; fit autem coram hominibus quando fit per interpretem.

Dico secundò, neque ex generali obligatione procurandi propriam salutem tenetur quis in articulo mortis confiteri per interpretem. Probat, præceptum confessionis non obligat nisi ad eam confessionem quæ fieri potest, ita vt sufficiat etiam vnicum peccatum explicare, aut etiam solum exhi-

bere signum externum contritionis, quando aliud non est possibile. Ergo quando opus esset interprete, sufficit explicare per nuntius propria peccata Sacerdoti eo modo quo possunt explicari.

Nota verò, quod licet non sit præceptum diuinum particulare de confitendo per interpretem, ad illud tamen quem obligari posse ex præcepto charitatis, quando scilicet in articulo mortis non esset securus de contritione, sed de eadubitat; an verò si probabiliter iudicet se habere contritionem. Qui etiam vltèriùs putant in tali casu sufficere, quod vnum peccatum mortale sic confiteatur. & reliqua in genere. Imò Coninchus existimat sufficere confiteri peccata aliqua venialia: quia sic indirectè absoluetur à reliquis, etiam si solum habeat attritionem.

Sed Pontius *vbi supra* obseruat quòd si in tali casu sufficit confessio vnius peccati mortalis aut venialis, vix vnquam occurrere possit obligationem, etiam ex charitate confitendi cum interprete; quia vix vnquam fieri potest quin aliquo signo possit quis significare aliquod peccatum mortale aut veniale; sufficeret autem id facere. Concludit itaque non esse præceptum vllum confitendi per interpretem, nisi in articulo mortis ratione periculi defectus contritionis; cum non possit vllis signis vllum peccatum confiteri, & tunc sufficere confiteri vnum peccatum etiam veniale in particulari, ac reliqua in generali. Sed in fauorem amantissimi Domini mei Card. de Lugo sciant DD. eius sententiam non esse singularem, nam illam docet *supplem. D. Th. in 3. p. 9. ar. 3. ad 2.* Canus *relect. de pœnit. par. 5.* & ex Theologis neotericis Ludouicus Caspenis in *cur. Theol. tom. 2. disp. 4. sect. 15. n. 120.*

Nota hic obiter aliquem posse validè & licitè confiteri per scripturam Sacerdoti præsentem, dando ipsi illam legendam, & significando se accusare de omnibus illis; quæ scripto tradit; quando aliter confiteri non potest. Imò & cum posset etiam aliter nullum est præceptum prohibens talem confessionem, modò saltè postquam Sacerdos legit peccata, pœnitens dicat: Accuso me de omnibus illis peccatis, quæ legisti in illo scripto, nam sicut secundum omnes, si Sacerdos cognosceret peccatum commissum à pœnitenti, vt potè qui esset præsens cum committeretur, aut qui id audiret, sufficeret pœnitenti dicere: Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committere aut quod audiui me commississe heri, aut nudius tertius, vt tenent Authores communiter: ita in proposito dicendum est à pari.

Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea. Cardinalis Lugo videtur putare illud requiri, & non sufficere quod dicat antecedenter: *Accuso me de peccatis quæ leges in illa scriptura*; sed reuera tamen existimo sufficere quod accuset se ante: nam illa accusatio manet moraliter post lecta peccata, & ex eo quod non retractet se, & maneat expectans absolutionem post lecta peccata, sufficenter innotescit Confessario, quod etiam post lecta peccata accuset se de illis. Per quod patet ad ea, quæ proponit Lugo in oppositum. Et ita tenet Pontius *vbi supra n. 48.* & Leander de *Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 6. qu. 15.* contra Sotum, & Candidum, opinionem Cardinalis de Lugo tenentes. Valdè enim accidentarium est quòd ante vel post de illis pœnitens ore se accuset, sicut est quod antea, vel post de illis contritionem habeat, dummodo ad absolutionem ab illis præcedat.

Sed si aliquis hęc quærat, an qui non potest aliter, teneatur

teneatur confiteri per scripturam: plures quos citat & sequitur Pasqualigus in *Theol. tom. 2. conr. 82. sect. 4. n. 18.* negatiuè respondent. alij quos citat & sequitur Leander de *Sacram. tom. 2. tr. 5. disp. 6. q. 17.* affirmant. Sed ego vtramque opinionem puto esse probabilem, nisi aliquis dicat distinguendum esse cum Pontio in *cur. Theol. disp. 45. q. 6. conclus. 3. n. 48.* nam si quis posset scribere coram Sacerdote, quia ex natura rei nullum est periculum morale publicitatis maioris per talem confessionem, quam per vocalem: cum possit pœnitens chartam statim rumpe- re sic vt amplius legi non possit, & in hoc casu teneretur sic confiteri, & procederet sententia affirmatiua Leandri, & aliorum; vel si non posset scribere coram Sacerdote, tunc non esset obligatio scribendi illa antea, nam facile charta, in qua scriberentur ante perdi posset & sic peccata publicari, & in hoc casu non teneretur ita confiteri, & procederet opinio negatiua Pasqualigi, & aliorum.

An opinio plurimorum Doctorum asserentium pœnitentem teneri acceptare pœnitentiam impositam à Confessario, sit saltem tanquam improbabilis censuranda.

RESOLVT. II.

EGO teneo cum communi Doctorum sententia, Confessarium posse obligare pœnitentem ad acceptandum satisfactionem iniunctam, & ipsum teneri ad eam acceptandam, dummodò sit rationalis. Probat, Sacerdos habet clausas ad soluendum, & ligandum, & hæc potestas est in ordine ad imponendas pœnitentias, vt docet Trident. *sess. 14. cap. 8. & can. 15.* Ergo Sacerdotes habent potestatem obligandi pœnitentes in ordine ad satisfactionem. Ergo pœnitentes tenentur acceptare pœnitentiam iniunctam, quia tenentur ad id, ad quod obligantur ab habente legitimam potestatem.

Dices: Sacerdotem posse ligare eo modo, quo potest soluere, vnde sicut non potest soluere, nisi volentem solui, ita nec ligari, nisi volentem. Contra. Eo ipso quod pœnitens vult solui, vult iudicari secundum propriam conscientiam quòd ad peccata. Ergo se subiicit potestati iudicariæ Sacerdotis. Ergo punitioni, quia punitio est de necessitate iudicij.

Sed difficultas est, an opinio contraria plurimorum Doctorum sit tanquam improbabilis censuranda. Ego olim adduxi, aliquos, qui negatiuè respondent, sed nouissimè illam nota improbabilitatis inierit Cardinalis de Lugo; Verùm aduersus illum insurgit Ioannes Pontius in *cur. Theol. disp. 46. quæst. 1. conclus. 4. num. 171.* vbi sic ait; Non tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam iniunctam à Sacerdote in ordine ad satisfaciendum pro pœna temporali, in quam commutatur æterna: debet tamen eam implere si eam acceptet.

Hanc tenet Doctor *4. disp. 49. num. 27.* cum suis & Gabr. Ioann. de Medina, Nauarro, Syluestro contra Recentiores communius, quos sequitur Cardinalis de Lugo, quem miror addere (aliorum malè fundatis censuris) non esse audiendos illos, qui adhuc illam sententiam probabilem putant, quos authores congerit Diana: vtinam doctus Cardinalis parceret censuræ, aut melius consideraret fundamenta sua, ac nostra. Ita ille, & Leander de *Sacram. Anton. Diana Pars XI.*

tom. 1. tract. 5. disput. 9. quæstion. 66. Licet nostram, & Cardinalis de Lugo sententiam teneat, tamen aduersus illam nominatim asserit non bene contrariam tanquam improbabilem damnasse. Idem obseruat post adductum Cardinalem de Lugo Martinius de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. libro 1. tr. 2. 7. de pœnit. numero sexto* vbi sic ait, El penitente tiene obligacion à acceptar la penitencia iusta, que le impone el Confessor: la razon es, porque la confession es juizio, y todo juizio consta de la virtud coactiua, y assi puede obligar el Confessor en el juizio de la confession, Lugo, y es comun. Però tambien es bien probable la opinion de Escoto *dist. 19. numer. 27. & 28.* que dice que el penitente no està obligado à acceptar la penitencia: pero que si la accepta tiene obligacion à cumplirla, porque no ay precepto, que obligè à satisfazer en esta vida, sino que se puede remitir la satisfacion en el purgatorio. Y assi los que dixeron, que la opinion de Escoto es improbable ò nõ leieron, ò no aduertieron à la fuerza de sus razones; inaduertencia por cierto bien probable. Ita ille, cui adde Ioannem de Soria in *epilogo summa part. 2. tract. 1. section. 1. disputat. 6.*

Sed pro curiosis hęc adducam doctissimum Scotistam, qui tenet authoritatem Scoti non facere pro casu nostro, hic itaque asserit Petrus Marchant. in *Tribunali Satram. tom. 1. tract. 6. l. 3. quæst. conclus. 2. fol. 249.* Dices apud Doctorem subtilem Scotum in *4. distinct. 15. quæst. 1. numer. 14.* permittitur Pœnitenti reculare omnem pœnitentiam modò satisfacere velit residuo pœnarum debitatum in purgatorio. Respondeo subtilitatem esse mere speculatiuam, & in praxi nullatenus tutam, etsi enim concludat de satisfactione pœnarum simpliciter in foro Dei, quam debet peccator in hoc mundo, vel in alio adimplere: Non tamen concludit de satisfactione, vt est pars integralis Sacramenti, & cuius susceptio ad integritatem Sacramenti spectat: Vnde dico, eisi pœnitens quòd ad forum Dei possit reculare pœnas, & se resoluere ad satisfactionem in igne Purgatorij: quoad forum tamen Sacramenti grauem irreuerentiam faceret Sacramento, redderetque illud mutilum parte integrali, ac non minus mortaliter peccaret, quàm qui ex propria voluntate culpabiliter omitteret partem integram facticij. Quod ergo Doctor subtilis subtiliter concludit, est quod, qui pœnitentiam Sacramentalem respuerit, essentiam Sacramenti non læderet, tamen læderet non sine mortali peccato eius integritatem. Hucusque Pater Marchant.

Sed video recentiores Scotistas Fabrum, Pontium, & alios hanc distinctionem non admittentes, idè remanet adhuc difficultas, an dicta opinio sit censuranda saltem tanquam improbabilis, & in fauorem Cardinalis de Lugo adducam Patrem Amicum, qui in *cur. Theol. tom. 8. disputatio. 16. sect. 1. numero tertio* sic ait; Hanc sententiam Vasquez & Victoria putant de fide; Suarez ita certam, vt sine temeritate negari non possit; Canus oppositam vocat intolerabilem. Et sanè si verba Tridentin. *sess. 14. capit. 8. & can. 15.* expendantur, adeo sententia hæc cerra est, vt de ea dubitari non possit. Verba autem Concilij sunt hæc; Habeant pro oculis; supple Sacerdos) vt factio quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiã ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam clausæ Sacerdotum non ad absoluendum dumtaxat, sed & ad ligandum

concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Et *can. 15.* Oppositum sub anathemate damnat. Si igitur in Sacerdote est potestas ligandi poenitentem per iniunctam satisfactionem, erit in poenitente obligatio acceptandi: alioqui frustra esset in Sacerdote potestas, cui nulla responderet in poenitente subiectio.

Dices primò cum Navarro. Esse in Sacerdote potestatem non absolutam sed arbitrariam, cui respondet in poenitente subiectio non coacta, sed libera. Sed contra. Nam hanc potestatem ligandi. Concilium comparat cum potestate soluendi, atque potestas soluendi siue à culpa, siue à poena aeterna (non enim intelligi potest de potestate soluendi à poena temporali: quia hæc est eadem cum potestate ligandi per poenitentiam impositionem: quæ quatenus poenitentem obligat ad acceptandam satisfactionem, dicitur potestas ligandi) non est potestas arbitraria, sed absoluta: quia non est in arbitrio Sacerdotis absolueret, vel non absolueret poenitentem à peccatis, sed ex præcepto tenetur posita subiecti dispositione: quo etiam præcepto imponitur poenitens ad absolutionem procurandam & acceptandam: ergo etiam potestas ligandi per satisfactionem erit in Sacerdote absoluta, consequenter etiam in poenitente respondet obligatio acceptandi absoluta.

Dices secundò, cum Fabro apud Dianam *tract. 4. de Sacram. resolut. 15.* Concilium intelligi de poenitentia, quatenus est medicinalis & preseruatua à futuris peccatis; non autem quatenus est satisfactoria; Vt sic enim potest illam non acceptare, sed in alia vita soluere. Sed contra, nam hanc potestatem, quam Confessarius habet imponendi poenitenti satisfactionem, manifestè extendit se ad imponendam illam etiam in vindictam, & castigationem præteritorum peccatorum, vt ex ipsius verbis supra relatis aperte constat. Confirmatur, quia Confessarius in hoc Tribunali non solum agit partes Medici, sed etiam Iudicis & ministri Dei, cuius offensas iuxta ipsorum grauitatem punire, debet in reo. Et hæc omnia docet Amicus vbi supra, quæ censuram Cardinalis Lugo confirmant, & rationes quas adducit Pontius contra ipsum enervant. His tamen non obstantibus, cum licentia Patris Leandri, ego iudicium meum circa præfatam censuram, an rectè vel non lata sit, lectoribus ex dignis rationibus non aperiā, & vellem à sacra Congregatione Concilij Tridentini circa præsentem difficultatem oraculum sumi.

Aliqua dubia circa poenitentiam impostam à Confessario proponuntur.

RESOLVT. III.

Quæro primò an poenitens possit propria auctoritate satisfactionem impostam à Confessario in inæqualem vel in melius commutare, & nouissimè negatiuè responderet Pasqualig. in *Theolog. cap. 2. contr. 86. sect. 6. n. 2.* & nominatim contra Card. Lugo, sed ego aduersus illum postea plures Doctores adduxi, & tunc aliquos etiam addam, vt probabilitas nostræ sententiæ magis firmetur, sic itaque asserit Remigius in *pract. confess. tract. 5. cap. 5. §. 15. n. 10.* El mismo penitente se puede tambien de obligar de la penitencia impuesta en la confesion comutandola en cosa igualmente buena, ò satisfactoria, ò per lo menos en cosa euidentemente mejor; y assi el que tuuo deuocion de rezar todos los

dias el Oficio de nuestra Señora, y despues le han dado en penitencia que reze todos los dias vna parte de vn rosario, satisfaze la penitencia con el rezo del dicho Oficio. Et me citato Ioannes de Soria in *epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 2. disp. 2. §. circa satisfacionem fol. 101.* Potest Sacerdos, imò debet, imponere per virtutem clauium poenitenti poenitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub præcepto determinando opus, cum sufficiat aliquando dicere, Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in poenitentiam. Ex quo infertur, valde vtilius esse illa verba à Sacerdote proferte post absolutionem scilicet, *Et quidquid boni egeris, &c.* maxime ad serenandas confessorum scrupulorum conscientias.

Et tandem hanc sententiam me citato, tanquam probabilem defendit doctus Pater Ioannes Maria de Castilento in *Polyanthea Seraphica tom. 1. vers. Confessio difficul. 62.* vbi sic ait, Licet negent probabiliter multi Doctores in melius euidenter opus, posse sibi met poenitentem commutare impostam Sacramentaliter poenitentiam, cum in seipsum iudicis actum ferre nequeat, volunt enim requiri noui iudicij adum à Confessario factum ad commutandam poenitentiam etiam in melius opus, ita Coninch *disp. 10. d. 12. de Sacram. pen.* Henriquez *l. 5. cap. 20. Reginald. tit. 1. l. 7. r. 8.* Sanchez *10. in sum. l. 4. cap. 1. r. 1.* Sanchez in *select. disputatio. 14. num. 22.* & alij.

Attamen nostri Portel *V. Poenit. sacr. in addit. n. 6.* & Villalob. *tit. 1. tract. 9. difficul. 79.* quos citat & sequitur Diana *1. part. tra. 4. de Sacram. resolut. 13. §. 1. part. Miscell. 1. resolut. 53.* ex eo quia votum quis potest propria auctoritate mutare in melius euidenter opus, puta vnam coronam in vnum diem ieiunij, ergo etiam propria auctoritate poterit commutare vnam coronam pro poenitentia impostam in diem ieiunij, cum eadem ratio militare valeat vtrinq; & probabiliter quidem, quia vtrobiq; non adest commutatio auctoritatis iurisdictionalis, sed auctoritas æquitatis fundata in superabundanti pietate, quia quis perfectius cupit adimplere vel Deo promissionem factam, vel ab homine mandatum acceptum, ita vt ista dicatur improprie commutatio voti, & poenitentia adimpletio. Hinc oblatus reddere, vel dare modium vnum hordei, det ex sua liberalitate vel pietate tres modios frumenti, dicitur verè adimplere obligationem, quantumvis in specie hordei modium non tribuat, quia superabundanter tradit quod melius est. Vnde sicut debens recipere hordei modium nollet recipere tres modios tritici, videtur esse irrationabiliter inuitus acceptat opus melius pro minori promisso, & confessor etiam esset irrationabiliter inuitus, si nollet poenitentiam paruum à se datam commutare, vel adimplere per opus euidenter melius propria poenitentis voluntate vel pietate electum. Quare ex præsumpta Confessarij voluntate, vt dicemus infra, potest poenitentiam in opus euidenter melius commutare poenitens.

Quod si dicas cum Henr. Reg. *loc. cit.* quod non est eadem ratio voti, & poenitentia, nam Votum est lex à se posita, poenitentia autem ab alio imposta; non obstat; nam strictius adstringitur vouens à lege sibi per votum imposta, vt potè iure diuino obligatus deinde eam seruare; nec nisi à Prælati cum causa legitima dispensari potest, quam poenitentia, quæ solum ex præcepto confessoris obligat, & eam ipsemet potest tollere; vel alter, vt dicemus

dicemus infra, & tamen præsumunt ipsi, quod Deus benedictus paruum opus quod quis vult, in euidenter melius commutatum à vouente: acceptet, & non præsumunt hoc de confessoribus qui si esset inuitus, irrationabiliter inuitus dicendus, quod tamen non potest dici de Deo, quia si nollet acceptare, ipse est Dominus, & illud est bonum quod Deus vult, non autem est bonum quia sic volendum est, itaque præfata opinio omnino mihi probabilis videtur, cum nulli fiat præiudicium, & poenitendi perfectius detur occasio, Hucusque Castilentus; cui etiam adde Nouarinum in *seruino spiritali p. 1. cap. 41.* & me citato Possentium in *Recolle. 99. mor. ver. poenit. Sacram. 3. n. 15.* & me citato doctum & amicissimum Laurentium Longum in *tabulis Sacram. 2. cap. 30. n. 2.* præter Leandrum, Bassæum, Baucium, Martinum de San Ioseph, quos alibi in me defensionem adduxi, dico itaque circa præsentem difficultatem, sententiam negatiuam esse probabilem, affirmatiuam verò suam habere probabilitatem non dubito, vt olim docui.

Quæro secundò, An Confessarius liberetur à peccato si aliquando imposuerit non ita grauem poenitentiam, si in absolutione appoluerit illam clausulam, *Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum?* Negatiuè responderet Martin. de *Sacram. 1. d. 51. sect. 5. n. 46.* sed probabiliter olim cum multis affirmatiuè respondij; sed nominatim contra me insurrexit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, contra quem postea in fauorem huius sententiæ ego adduxi Leandrum, Amicum, Machadum, Bassæum, Reuerendissimum Candidum sacri Palatii Apostolici Magistrum, & alios, quibus nunc addo Remigium in *Pract. Confess. 1. 5. cap. 5. §. 17. n. 2.* vbi sic ait, Fuera de los ayunos, oraciones, y limosinas, puede tambien el Confessor dar por penitencia todas las obras, que generalmente hiziere buenas en el dia, semana, ò mes, porque si el pecado en comun puede ser materia deste Sacramento, porque no lo sera tambien la satisfacion; y este es el estilo de la Iglesia, conforme à aquellas palabras, *Quidquid boni feceris & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c.* que acostumbran dezir los Confessores despues la absolucion Sacramental. Y es opinion comun que tambien siuecn de que el Confessor se libre de pecado, en auer impuesto penitencias leues por graues culpas. Ioannes de Soria in *epilogo summarum. p. 2. tr. 1. sect. 1. §. circa satisfacionem.* ait: Potest Sacerdos (imo debet) imponere per virtutem clauium poenitenti poenitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub præcepto determinando opus, cum sufficiat aliquando dicere: Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in poenitentiam, ex quo infertur valde vtilius esse illa verba à Sacerdote proferte post absolutionem scilicet. Et quidquid boni egeris, &c. maxime ad serenandas confessorum scrupulorum conscientias. Ita ille.

Et tandem Baucius in *casibus singularibus conscientia cas. 112.* sic ait, Quæritur, an Confessarij imponentes paruas poenitentias in particulari, in aliquo casu excusari debeant.

Respondetur affirmatiuè, puta quando Confessarius profert illa verba in absolutione, *Quidquid boni feceris, aut patienter sustinueris sit tibi in augmentum gratia. &c.* debet verò Confessarius declarate poenitenti, vt sciat leuem poenitentiam sibi idè imponi, quia omnia bona opera totius vitæ suæ in

satisfactione poenæ peccatis debita iniunguntur: Vide etiam Trullench. *de Sacram. 1. 4. c. 7. d. 2. n. 9. §. 14.*

Quæro tertio, an confessarius teneatur imponere poenitentiam præseruatua? Negatiuè responderet Remigius in *Pract. confess. tr. 5. c. 5. §. 18. num. 4.* vbi sic ait; Aqui se ofrezte vna dda y es, supuesto que el confessor no solo es juez, sino tambien Medico, si tendrà obligacion debaxo de pecado mortal dar al penitente penitencia, no solo satisfactoria, sino tambien medicinal, y preseruatua contra el peccado, v.g. que ayune, que se vista de silicio, &c. A esto se responde, que aunque harà bien el confessor en darle semejantes penitencias, y en aconsejarlas: però no tiene obligacion debaxo de pecado graue à mandarlo assi; porque semejantes penitencias non son simpliciter necessarias para remedio del penitente, y puede el penitente con medios mas suaves, y aun con viuir con cuidado apartarse de sus culpas, y pecados, aunque ay an sido de costumbre; y bastarà, que el diga, que con el fauor di Dios, ha de procurar la emenda, y complir la penitencia, que el diere el confessor. Ita ille.

Sed hæc opinio mihi non placet, & idè Ioannes Pontius in *curf. Theol. disp. 46. quæst. 14. conclus. 5. n. 173.* rectè ex Concilio Tridentino *sess. 14. c. 8.* & multis rationibus firmat, confessarium teneri imponere poenitentiam non solum vindicatiuam, sed etiam præseruatua iuxta conditionem personæ, & qualitatem culpæ.

Hinc oritur dubium curiosum, an confessarius possit iniungere poenitenti, vt matrimonium contrahat? & negatiuè responderet Fagundes *p. 2. l. 9. c. 5. num. 4.* & Layman *tract. 6. cap. 15.* sed Leander de *Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quæst. 36.* ex Navarro, & aliis affirmatiuam sententiam docet, in casu quo confessori constiterit esse poenitenti remedium vt ipse non tuat in peccata carnis; ratio est, tum quia ex Apostolo, *melius est nubere, quam vri.* Tum etiam, quia susceptio huius Sacramenti non est ita ardua, aut onerosa, quæ non possit sub poenitentia aliquaminiungi.

Nota hic obiter, Pasqualigum in *Theol. 2. d. 86. sect. 8. nu. 38.* cum aliis, probabiliter docere, poenitentiam non posse commutari nisi reputetur confessio peccatorum, pro quibus fuit iniuncta, non est tamen necesse quod perfectè repetatur, sed sufficit si in confuso. Sed ego sententiam affirmatiuam puto etiam probabilem esse, quam tuetur etiam nouissimè me citato Remigius in *pract. confess. 1. 5. d. 5. §. 18. num. 9.* vbi ita asserit, Es tabien opinion muy probale, que el confessor puede comutar la penitencia, que impuso otro, aunque no se repiran los peccados, y ayan sido reseruados, y aunque sea la penitencia de las que llaman preseruatias y medicinales, con tal que se comute en otra preseruatua, y concurra alguna causa, como quando el penitente no la cumplio, y cree el confessor que diffcultosamente cumplirà la primera; ò es contra la salud, condition, ò estado; Quia præsumitur hanc esse superioris intentionem.

Con todo esto parece dificultoso de entender, que se puedan comutar la penitencia medicinal en otra, sin que nueuamente el penitente se confesse de sus peccados, porque la medicinal no se hà de poner y gualmente por todos los peccados, sed ratione seruata, vn remedio se destina contra la torpeza, otro se ordena à la ira, &c. y consecutiuamente parece necessario saber los peccados para hazer lo comutacion de vna preseruatua penitencia en otra; pero juzgo que diziendo el penitente la causa

porque dieron la penitencia preferuatiua, podrá el confessor comutarla en otra.

Nota etiam quod pœnitens potest recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicantur est quid accidentale, & modus tantum pœnitentiæ, quod deficiente implenda substantia manet; quia præceptum confessoris intelligendum est instar præcepti Ecclesiastici. Item potest recitare cum socio dicens quilibet suam salutationem Angelicam, qui ex pœnitentia ad Rosarium, vel coronam Virginis recitandam obligationem habet. Quia interpretari possumus voluntatem confessorij esse ut huiusmodi pensum, & pœnitentia eo more, quo Officium diuinum persoluitur, adimpleatur.

Et ita docet Leander de Sacram. to. 1. tract. 5. disputat. 9. quæst. 69. & 70. sed difficultas est an pœnitens si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, aut Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare? Et negatiuè responderet Leander loco citato qu. 71. etiam si pœnitens socium facillimè adiuuente queat. Quia probabilius est Clericum non teneri ad recitandum Officium cum socio (etiam si illi, aliqui in socium se offerat) si impotens est ad recitandum solus; ergo neque pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam per se solum, tenebitur ad eam exequendam socium querere.

An Regulares ex priuilegio possint ministrare laicis Eucharistiam pro adimplendo præcepto annuæ communionis.

RESOLVT. VI.

Alibi pro affirmatiua sententia adduxi Ioan-nem de la Cruz, Rejam, Rodriguez, Bau-nium, & alios, quibus nunc plures addam, quorum verba per extensum apponam, & inter illos primus agmen ducat Ioannes Henriquez in 99. moralibus sect. 15. vbi sic ait, Traen à cerca de la comun-ion en la Parroquia en tiempo de Pasqua vn priuilegio Iuan de la Cruz, y Manuel Rodriguez concedido por Nicolas V. y Julio II. à los Padres de Guadalupe para que todos los fieles, que comulgaren en su Iglesia ocho dias antes de Pasqua, à ocho dias despues satisfagan y cumplan con el precepto de la comunion, como si comulgassen en la Parroquia, à este priuilegio no le han dado tanto credito algunos, como a otros por ser en disfauor de las Parroquias; y assi infiere Fagundez citado por Diana, que en vna ciudad de Portugal queriendo los Padres de San Francisco gozar de la participacion deste priuilegio, y praticarlo en su Iglesia, lo contradixeron los curas di vna parroquia; y despues de auerse pleiteado fuertemente, fue sententian-do en fauor de los Padres de San Francisco verdad sea que aqui no auia necesidad mucho pleito, pues la comunion de los priuilegios concedidos à qualquir Conuento de Religiosos, es tan cierta à todas las Religiones.

Remigius in præf. confess. tract. 3. cap. 3. §. 1. num. 6. Es tambien probable que cumplen los fieles con el precepto de la comunion, comulgando en las Igle-sias de qualquiera Religion, comulgando, por vn priuilegio de Julio II. y Nicolao V. concedido à los Padres de Guadalupe de que todas comunican, y por vna sententia dada en fauor de los Padres de San Francisco, en confirmacion deste priuilegio contro los Curas, como refiere Fagundez apud Dianam, mas no conuiente que esto se haga sino

raras vezes con mucha prudencia y cautè a por cui-tar escandalos, y discordias.

Ioannes de Soria in Epilogo summ. par. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 7. §. circa ministrum. Item possunt Regu-lares virtute suorum priuilegiorum in die Pascha-tis ad implendum præceptum annuæ communio-nis petegrinis, & aduenis Eucharistiam ministrare: quia in hoc nulla fit parochis iniuria: imo Pater Rodriguez teneret quolibet, & alios sæculares communicando apud Regulares satisfacere Eccle-siæ præcepto.

Martinus de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 5. de Euchar. nu. 14. En rigor pueden los Re-ligiosos en sus Conuentos dar à los seculares la co-munion Pascual, por vn priuilegio de Nicolao V. concedido al Monasterio de nuestra Señora de Gua-dalupe, y entendido por Pio IV. à todos los Con-uentos de la Orden de S. Gieronimo, de que parti-cipan todos los Mendicantes y yo juzgo tambien que es probable, aunque aconsejo, que en el tiempo Pascual se abstengan los Religiosos deste priuile-gio. Algunos Auctores niegan con ansia, que se pue-da vsar deste priuilegio Granados tr. 1. 2. disp. 2. nu. 3. Fagundez præcep. 2. lib. 1. c. 3. nu. 16. Portel v. Sacra-mentorum administr. nu. 6. Hentiq. lib. 8. cap. 55. lit. B. Nauarr. cap. 12. nu. 51. dan por razon que es contra el Derecho comun, y que assi se ha de interpretar est rechissimamente Diana 6. part. ar. 7. ref. 58. Trae cierta declaracion de los señores Cardenales en contrario. Todo esto no quita la probabilidad de nuestra opinion, no lo primero porque todos los priuilegios son extra ius commune, que son leyes priuadas l. in lege quod fauore 6. C. de legib. y siempre han de obrar algo de nuevo los priuilegios, cap. si Papa vers. si autem de prin. in 6. l. 3. in princip. ff. de iur. iuran. l. si quando 109. ff. de leg. 1. leg. si. ff. ne quid in loco publico, y hasta el priuilegio de Pio IV. no podian dar los Religiosos à los fieles la comun-ion Pascual. Concedio esto Pio IV. luego pueden darle, y queriendo interpretar este priuilegio estre-chamente, sera quitarle del todo, porque no tiene mas lances, ni admite otras interpretaciones estre-chas, ni lardas, que poder dar, nõ dar la comunion Pascual, y ya queda probado, que el priuilegio ha de obrar algo de nuevo, y este de que tratamos lo-que obia, es poder dar los Religiosos la comunion Pascual: Ni se deue dar credito al Padre Diana, quando trae declaracion de los señores Cardenales en contrario, pues como prouare abaxo, para que hagan fee estas declaraciones, han de parer autenticas, y firmadas del Señor Cardenal Presidente de la Sacra Congregacion, y legalizadas del Secretario della, y de mas desto han deser promulgadas con los requisitos, que las damas leyes, y muchos de los Autores citados por la opinion contraria, nõ disputan la questio de Pio IV. porque non tuuie-ron noticiadel.

Ludouicus de San Iuan in summ. q. 8. de Euchar. 3. diffi. 3. hanc etiam sententiam absolutè, & sine for-midine tenet, & Leander de Sacram. to. 2. tr. 7. d. 3. q. 19. putat etiam hanc sententiam esse probabilem.

Idem etiam existimat Tamburinus opusc. de com-munione cap. 4. §. 4. à nu. 51. vsque ad num. 45. Quod si aduersus hoc priuilegium obiciatur verisimile non esse Pontificem voluisse parochorum iurisdic-tioni derogare, & ab eorum cura, & sollicitudi-ne oues proprias eximere; facillè, satisfacies ne-gando hoc priuilegio iurisdictioni parochorum derogari, & ab eorum iurisdictione oues extrahi. Tú quia Pontifex est potissimus parochus, ex cuius

licentia

licentia, & facultate hæc administratio fit. Tum quia parochis specialibus non admittitur facultas administrandi Eucharistiam suis ouibus, sed re-tenta eorum facultate alij in eorum leuamen, & adiutorium designantur. Quæ omnia manifestè patent in facultate concessa pro administratione pœnitentiæ, quam Religiosi quolibet ante tem-pore præstant, nec tamen ob inde iurisdictioni pa-rochorum derogatur nec ab eorum cura oues exi-muntur. Quod si iterum obiciatur per non vsum priuilegium prædictum amissum esse; obstat, quia per non vsum non amittitur priuilegium; quod in grauum aliorum non cedit, sicuti prædictum est priuilegium. Neque priuilegium cedens in alio-rum grauum amittitur per non vsum, nisi gra-uari præscribant aduersus priuilegiatum. At nulla est parochorum præscriptio aduersus Religiosos prædicto priuilegio gaudentes, cum à tempore Pij IV. & V. omnes Pontifices successores priuilegia à Pio IV. & V. concessa Religiosis confirmate-rint. Adde hoc priuilegium Religiosis concessum esse, non vt ex obligatione illo vtantur, sed vt vtantur eo pro suo arbitratu. Quoties autem sic est priuilegium concessum, non amittitur per non vsum.

Adde, priuilegium hoc, et si non fuisse accepta-tum à Religiosis Sancti Hieronymi (quibus primò concessum est) potuisse, & posse acceptari à Reli-giosis aliorum Ordinum participantibus de priuile-giis dictorum Religiosorum S. Hieronymi: præ-ter quàm quòd non potest dici amissum hoc pri-uilegium per renunciationem factam à Regulari-bus: cum non constet talem renunciationem fuisse acceptatam à Papa: & alioqui renunciatio priuile-gij debeat perici acceptatione eius, qui priuile-gium concessit, possitque renunciatus mutata vo-luntate velle vt priuilegio sibi concesso, vsque dum sit acceptata eius renunciatio (vt bene osten-dit Bordonus t. 2. ref. 52. n. 112. in simili) Accedit, quòd difficile est Religiosos amittere sua priuile-gia per præscriptionem, sicque iuxta paulò ante dicta possent Regulares in præsentia velle vt præ-fato priuilegio, et si antea vti non fuissent.

Vide etiam circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos, Samuellum de sepulchris tract. 1. tom. 15. concl. 2. n. 20. cum seq.

Sed vt alibi obseruauit, Eminentiss. Cardinalis Lugo, de Euchar. disp. 18. nu. 49. circa priuilegium Nicolai V. videtur dubitare, primò quia dicitur concessum à Nicolao V. anno 1458. quod constat esse manifestè falsum, quia illo anno erat Papa Pius Secundus, qui Calixto III. successit, qui successer-at anno 1455. Nicolao V. Ex alio c. dubitat, secun-dò, quia Rodriguez in Bullario Regular. vbi alias bullas eiusdem Papæ congerit illius Bullæ non meminit. Sed hæc non admodum mouent Patrem Dicastillo de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 11. dub. 4. nu. 67. nam in primo potuit esse error in scriptura in vna littera seu nota numeri, quem errorem ali-qui alij secuti sint, maximè cum alioquin constet in eo conuentu sic seruari, & haberi tale priuile-gium. In secundo vero capite argumentum est ne-gatiuum quod omiserit illud Rodriq. fortè, vel oblitus, vel quia cum illud fuisset collatum prius pro solo illo Conuentu, non notauit, nec sola illa Bulla omittitur ab eo Auctore, sed alia, quis vult hominem cogere, vt omnia colligat priuilegia, cum nec Seraphinus, nec Barbosa, nec alij qui hæc postea ex instituto collegerunt potuerint omnia congerere: Addit Lugo si illud fuit solum viua

vocis otaculum, iam cessasse, & reuocatum fuisse per Vibani VIII. generalem reuocationem, quod verum esset, si non fuissent à Pio Quarto, & Pio V. extensa per Bullas eiusmodi priuilegia, & conce-sa aliis Monasteriis, & per alios Pontifices, aut etiam illos aliis Religiosis per Bullas omnia priui-legia antea quouis modo collata.

Verùm his omnibus non obstantibus, ego protus puto supradictam sententiam non esse à Regu-laribus practicandam, etiam secluso scandalo, & rixis cum Parochis stante clara declaratione Eminentissimorum Cardinalium facto verbo cum San-ctissimo à me adducta in part. 6. tr. 9. ref. 58. & licet ad hanc declarationem teneatur respondere Tam-burinus, & Martinus de San Ioseph vbi supr. tamen me citato illam tuetur Dicastillus vbi supra disp. 11. dub. 5. numero 96. & 97. Vnde merito sententiam superius expressam in fauorem Regularium non ausus est docere nouissimè Patrem Vrbanum ab Ascensione in Theolog. moral. tract. 2. dist. 1. capit. 1. Regula 4. Castro Palaus tom. 4. tract. 21. punct. 19. numero 5. Suarez de Religion. tom. 4. tract. 10. libro 6. capit. 3. numer. 6. Pellizar. tom. 2. tr. 8. capit. 3. sect. 3. num. 295. & alij.

An Princeps propter publicam necessitatem priuilegij ius quaesitum auferre possit.

RESOLVT. V.

Negatiuè respondeo nisi iusto pretio refuso. Probatum primò, iniuriam, & iniuriosum foret, vt cum iactura, & incommodo vnius, aut quo-rundam duntaxat ciuium non etiam vniuerso-rum publicæ necessitati, & vtilitati subueniretur: cum, vt vtilitas, & commodum est vniuersorum, ita quoque æquissimum sit, vt non quorundam dun-taxat ciuium, sed vniuersorum re atque opera quærat, ac pareatur: cum, & hæc sit natura lex iustissima, & æquissima, vt cum sequantur incom-moda, quem commoda sequuntur leg. secundum 10. ff. de reg. iur.

Secundò. Accedit, quod nemo debet alterius causa prægrauari cap. non debet de reg. iur. in 6. Iam verò si ob necessitatem publicam quis à re sua pel-leretur, prægrauaretur vtique alterius conciuum, videlicet causa, vt qui necessitatem publicam so-lus ferre cogeretur, quam tamen ipse solus non commeruit.

Tertiò. Si filius ob patrem, & è diuerso Pater propter filiam quicquam sentire incommodi non tenetur, multò minus ob suos conciuos quisquam tenebitur quicquam sustinere damni: cum multò maior, & atetior sit inter patrem, & filium, quàm inter Conciuos coniunctio: si quidem pater, & fi-lius pro vna habentur persona l. fin. C. de impub. & aliis sust. Et pater, ac filius in secundo humanæ Societatis gradu, cuius verò cum conciuie in septi-mo demum sit constitutus: atqui verum est prius, quod nempe filius pro parte non teneatur quic-quam sufferre incommodi rot. tir. C. ne filius pro pa-tre. Ergo, & posterior, ac consequenter non potest Princeps, boni publici causa quicquam priuato auferre, aut eum prægrauare.

Quartò. Ad hæc si etiam tunc cum ex contractu cum ciuitate, vel vniuersitate inito ciues sigilatim obligantur, non obligantur singuli in solidum; sed quisque illorum pro virili parte, multò minus tunc quando ciuis planè non est obligatus, exige-

111

tur ab ipso quicquam ultra virilem portionem : at verum est prius ex omnium confessione : ergo sequitur posterius.

Quintò. Accedit textus apertissimus in *l. vend. 13. §. 1. ff. comm. prad.* in quo Vlpianus verbis differtis scribit : *Si in agro alicuius sint lapidicinae, tunc innito illo domino, neminem posse lapidem cadere nec priuato, nec publico nomine, nisi prius pro hoc salarii domino praestet.* Vnde profecto luce meridiana clarius elucescit, nec publico nomine, siue quod idem est, propter utilitatem, vel necessitatem publicam quicquam priuato auferri posse nisi iusto refuso pretio.

Sextò. Et idem planè etincit quoque *l. 2. C. pro quibus caus. feruit. pro pram.* in qua ferui, qui monetarios adulterinos in publicum deferunt, libertate donantur, iniuris etiam dominis : sic tamen, vt ipsi domini pretium in fisco recipiant.

Septimò. Atque huc referri debent regulæ illæ iuris ex medio iure natura, & æqualitate desumptæ, quod nemo sit lædendus *l. 10. ff. de iust. & iur. §. 3. instit. eod. tit.* nec quisquam locupletari debeat cum alterius detrimento, *l. 14. ff. de condit. indeb. l. 206. ff. de reg. iur.* neque quisquam sine culpa sua re sua, suoque iure priuati debeat *d. l. 11. de reg. iur.* sed suum cuique tribui oporteat.

Et quamuis respondeatur ob publicam necessitatem à regulis iuris recedi; non tamen existimo tantam esse Reipublicæ causam, vt eius gratia leges naturæ atque æquitatis regulæ violari possint, vbi quacumque ratione factæ rectæ conseruari queant, vt hic si rei, cui res adempta est, vel qui damnus passus fuit, id resarciatur vel contributione conciuum, vel ex fisco Reipublicæ.

Octauo. Confirmat denique hanc sententiam non parum *§. fin. instit. de his, qui sui, vel alien. iur. sanr.* Vbi cum D. Pio Antonio Iustinianus aperte testatur, nemini hominum ius suum detrahendum, & ideo et si Reipublicæ intersit dominos in seruos suos ultra modum læuientes seruos distrahere, ad hoc tamen non aliter ipsos cogendos quàm iusto refuso pretio.

Atque ex his dicendum videtur, quòd licet Princeps ex causa publicæ utilitatis potest alteri in re sua præiudicare, imò illam auferre, iuxta ea quæ per textum in *l. Lucius ff. de euict. & in l. si verberatum §. 1. ff. de rei vend.* resoluunt Felin. in *cap. nouit. sub num. 8. de iud. & in c. que Ecclesiarum num. 53. de conscri. vbi Abb. num. 11. Boff. in tit. de princip. sub nu. 187. Afflict. decis. 361. n. 4. Bec. conf. 3. num. 51. vol. 1. Surd. conf. 203. n. 17. Pereg. de iur. fife. l. 5. tit. 2. num. 49. Ludouic. Rodolphin. d. c. 6. n. 60.*

Quo casu tamen teneretur recompenfare *l. 1. C. quibus ex caus. fer. pro pram. libert. accip. l. si quando C. de oper. libert. Dec. in l. id quod nostrum num. 3. ff. de reg. iur. & conf. 375. in fin. Socin. in conf. 266. num. 30. vol. 2. Iaf. conf. 233. numero 38. vol. 2. Natt. conf. 354. Roland. conf. 69. in 1. dub. vol. 2. Crauert. conf. 95. numer. 7. & conf. 276. numer. 7. & conf. 308. num. 8. Menoch. conf. 721. num. 27. & conf. 744. n. 10. latè Rimin. iun. conf. 199. n. 69. cum multis sequentibus Pereg. de fideicom. art. 52. numero 128. Petra de potest. Princ. cap. 3. numer. 49. Ludou. Rodul. d. cap. 6. num. 162. quibus adde Magerum de Aduocaria c. 56. num. 195.*

Et quamuis Surd. conf. 313. nu. 98. afferat, quod de consuetudine non tenetur Princeps ad recompenationem, vbi ius alterius aufert ex causa publicæ utilitatis, fultus auctoritate *glos. in l. si locus. §. fin. quàm ibidem sequuntur Alber. & Paul. de Castro*

ff. quemadm. feruit. amitt. & Cæpoll. in tract. de feruit. vrbani. prad. capit. 24. in fine. Tamen maiorum Doctorum calculo gloss. illa reprehenditur secundum Andr. Ifern. cap. 1. §. post natale in fin. & ibidem Afflict. colum. 2. de puce tenen. Roland. com. 69. num. 46. vol. 2. Natt. conf. 554. num. 27. Rimin. iun. conf. 199. numer. 181. Subdens hanc consuetudinem esse irrationabilem, & reprobata Afflict. decis. 321. n. 6. Alber. in l. venditor §. si constat §. commun. pradior. adiciens ibidem num. 185. quod dato quod glossa illa esset vera, procedit tamen in casu speciali illius text. vt ibidem declarat Florian. relatus à Rolando d. conf. 69. sub num. 48. & idè non est illud dictum gloss. trahendum in consequentiam ex vulgaribus & tanto magis in materia consuetudinis, quæ est stricti iuris, nec extenditur, vt in eisdem terminis attestatur Natt. d. conf. 554.

Dicendum est itaque. Principem ne quidem publica utilitate, vel necessitate urgente vsu, aut dominium rei suæ alicui adimere valeat, nisi pretium iustum, vel merces exoluta fuerit, Ezech. 46. v. 18. *l. venditor 13. §. 1. ff. commun. pradior. l. 2. C. pro quibus caus. ferui pro pram. & C. D. Bocet. in tr. de inuestitura feudi c. 3. nu. 74. cum seq.* Hieronymus de Ceuallos in speculo aureo opinion. commun. qu. 577. & seq. 10. 2. quibus adde Harprechtum in *instit. 10. 1. §. 6. de iure non. gent. & inu. n. 23.*

His tamen non obstantibus sententiam Surdi tener heu quondam noster doctissimus, & amicissimus Larrea *10. alleg. 59 num. 19.* dicens Principem quando in publica utilitate rem priuatam aufert, nihil teneri restituere postquam necessitas cessauit, ex glossa in *l. si locus §. fin. ff. quomod. feruit. amitt. Alberico, Castrensi. & Cæpoll.*

Et hæ sunt pugnantes sententiæ circa præsentem quæstionem; ego quid sentiam dicam breuiter. Affero itaque primam sententiam procedere quando dominium rei tollitur specialiter particulari personæ, secus si tollatur per viam legis generalis, quia nulla tunc restitutio fieri debet, vt ait Alex. in *conf. 190. maturè num. 17. vol. 2. & Dec. in c. qua in Ecclesiarum numero 93. ver. secundo hoc intelligitur est conscri. & Gozadin. in conf. 5. in quaest. numer. 21. ver. quinto adduco, & Menoch. in conf. 701. num. 88. vol. 8. & M. Ant. Pereg. in tract. de iur. fife. libro 5. tit. 2. num. 52. ver. item cum domino, & Boff. in tit. de princip. num. 201. Yfern. cap. 1. ver. similiter 10. 2. d. c. qui cur. vend. vbi Afflict. num. 69. Roland. conf. 69. num. 44. vol. 2. Natt. conf. 554. quos omnes in propriis nostris terminis adducit Surd. vbi supra & eisdem fere adduxerat *conf. 210. numero 63. libro 2. Port. l. 5. comm. conclus. 15. Mandell. conf. 185 num. 21. & latè Rota Roman. decis. 477. num. 14. & 15. lib. 1. in nouissimis; lateque etiam probat Gozad. conf. 2. numero 21. & in fortioribus terminis dixit Ruin. conf. 60. libro tertio. Dec. conf. 520. Restaur. Castal. in tractat. de imperatore quæstion. 98. à Pon. de feudis sub titulo de his, qui feud. dar. poss. lectura 8. numero 20.**

Vide etiam Hectorem Capycium *consult. 41. numero 4. Benedictum Ægidium in leg. ex hoc iure ff. de iust. & iur. part. 1. cap. 1. numero 23. Fastidium. de estimo part. 4. cap. 6. quæst. 15. numero 13. tom. 12. tract. fol. 191. sect. 3. & ipsum Larream vbi supra allegat. 3. num. 11.*

Scio contrarium docere Augustinum Barbofam *tom. 2. lib. 3. vot. 91. numer. 14.* vbi sic ait; Non obstat doctrina Bartol. in *l. Antiochenium ff. de priuileg. credit. per quam habetur, reuocationem priuilegiorum factam in lege generali præiudicare particularibus*

titularibus illud obtinentibus, ac proinde quod quando per legem generalem iuri tertij præiudicatur, non ob id nascitur obligatio restituendi subdito damnus ex tali præiudicio proueniens: quia contrarium verius, & receptus est, ex ea ratione, quia cum subditus iure naturali rerum suarum dominium, & proprietatem habeat, ac proinde à Principe eis priuati non possit, nihil interest quod per rescriptum, aut per legem generalem priuationem inducere velit, cum in vitroque casu eadem reperitur incapacitas, & idem ius offendatur, ita aduertit Iaf. in *l. Barbarium num. 44. ff. de offic. Praetor. sequuntur Felin. in cap. que in Ecclesiarum num. 26. & 28. de conscri. Matth. de Afflictis in prelud. ad conscri. Neapol. quæst. 4. numer. 7. & decis. 321. nu. 16. Roch. de Curt. in cap. fin. de consuet. fol. 46. col. 3. inx. parnam impress. Mairill. de Magistr. lib. 3. capit. 4. numer. 355. & seq. Rodolphinus de suprema Principis potestate capit. 6. numer. 165. ver. contrarium tenet, & num. 166. & in priuilegio immunitatis, ita aduertit Syluanus *conf. 66. numer. 24.* adductus auctoritate Crauetæ, qui pariter loquitur in materia immunitatis *conf. 276. sub numero 7. ver. si dicatur, & consil. 308. num. 1. lib. 2.* in eisdem terminis, hoc etiam voluit Cephal. *consil. 451. numero 306. & cum aliis pluribus Glorit. resp. 1. part. 3. numero 234. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 36. numero 36. & 38. Petr. de Gregorio in conuersione fraudalis part. 1. quæst. 7. numer. 24. & 28. Muta ad cap. 38. Sicilia tom. 1. numer. 10. & 12. cum seq. libro 12. vbi resoluit priuilegium immunitatis per legem generalem non tolli, Lancellot. Gallia *conf. 44. num. 43. & 44. Stephan. Gratian. d. tom. 5. cap. 991. num. 58.***

Verum ego puto non esse recedendum à sententia, quam docui, nam præter Iuriconsultos citatos, illam docent nostri Theologi, vt Graffius in *decis. p. 1. lib. 2. capit. 113. numer. 4. Iuniparus in defens. iur. Pour. disput. 4. quæst. 5. capit. 3. numero 3. & 4. & Molfesius in summa tom. 2. tractat. 12. capite sexto, n. 92. vbi sic ait; Quòd autem dicitur, quod Princeps tenetur ad excambium, tollendo ius quæsitum tertio; est verum quando id faceret sine iusta causa. At quando id facit pro bono publico, id determinando per legem generalem, potest tollere ius quæsitum tertio absque aliqua emendatione damni. Ita ille.*

Vnde ex his infert Iuniparus vbi supra, quòd Papa validè reuocat priuilegia per modum contractus onerosi quibuslibet personis, quauis dignitate, Pontificali, Imperiali, Regali præfulgentibus, virtute Bullæ Cænx Domini absque villa restitutione, seu compensatione; signum euidentis igitur est, Papam ex eo quod pecuniam receptam in pretium non iubeat restitui, non teneri ad quidquam restituendum, vel recompenandam ob illorum reuocationem. Et sic dicendum est quando reuocat priuilegia concessa Regularibus, vt fecit Vrbanus Octauus de viuæ voci oraculo.

Non deseram hic adnotare, non deesse Doctores opinantes, serioque volentes omnia esse suprema Principis, hancque posse ciuibus res suas, siue earum dominium ex plenitudine potestatis pro libitu, atque ita sine vlla causa auferre, & ad alios transferre *l. de precario 9. ff. ad l. Rhod. de iact. l. benè à Zenone vlt. ibiq; Bald. & Od. C. de quadrien. prescri. cum multis legibus similibus inferius explicandis Angel. in l. item si verberatum 15. de rei vind. Iaf. ad l. omnes 6. siue vlt. num. 3. ver. sexto limita, C. si cont. in, vel vtilit. publ. & conf. 227. & consil. 236.*

*volum. 2. Bald. in l. fin. C. sent. rescind. non poss. & consil. 214. in fin. lib. 2. Matth. de Afflict. in c. 1. §. similiter num. 14. d. cap. qui iur. vend. Felin. in cap. que in Ecclesiarum 7. num. 32. de conscri. Panormit. conf. 84. lib. 1. Paul. de Castr. conf. 178. col. 2. & conf. 180. l. 1. Alex. conf. 2. num. 14. vol. 1. & conf. 216. num. 14. vol. 1. Capyc. decis. 166. n. 10. Decius conf. 191. n. 3. conf. 98. numer. 2. conf. 269. num. 5. conf. 390. num. 14. conf. 498. num. 26. Curt. Iun. conf. 138. nu. 5. conf. 158. num. 15. Gozad. conf. 8. num. 38. & conf. 26. num. 10. & seq. Alb. Brunus conf. 1. num. 55. Card. Patif. conf. 106. num. 42. vol. 1. & conf. 11. num. 1. vol. 2. & conf. 46. num. 44. vol. 3. Menoch. consil. 181. num. 25. vol. 2. Vac. à Vacun. l. 3. Declarat. cap. 148. numer. 9. & nonnulli alij ab his commemorati, qui omnes vno ferè ore restantur, Principem absolutam habere potestatem nullis legum cancellis circumscriptam, atque propterea neminem illi, quod ab ipso decretum, factum, gestumvè fuerit, refragari posse. Imò Angelus Perusinus in *d. l. item si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vind. dicere non erubuit; mentiri eos per gulam (sic enim loquitur) qui, Principem potestatis plenitudine vrentem, ab aliquo rem suam auferre non posse, affirmauerint.**

Verum hæc sententia ex superius dictis venit refellenda, & præter Doctores citatos illam acriter, & merito refellunt Bartolus in *d. l. item si verberatum 15. §. 1. ff. de rei vend. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. pub. Didac. Couar. var. res. lib. 3. cap. 6. num. 5. Fernand. Vasquius controuer. illust. l. 1. capit. 5. Zafius in l. princeps 31. ff. de legib. & conf. 10. num. 6. & seqq. Tiraquell. ad l. si unquam in verb. donatione largitus num. 43. C. de reuocand. donat. & in tr. de pœr. temporal. in prefat. nu. 38. Emanuel Soatez com. opin. l. 1. P. nu. 258. Vallasch. in l. Imperium 3. n. 146. ver. est etiam ff. de iurisdic. Anton. Gab. Rom. tr. reg. l. 3. tit. de iur. quæst. non tollen. concl. 1. num. 1. Decius in l. id quod nostrum 11. nu. 3. & ibi Cagnol. nu. 15. ff. de reg. iur. Peccius in tr. de testam. coning. l. 3. cap. 25. n. 2. Gail. l. 2. obser. 56. Thom. Grammatic. decis. 66. num. 2. & 3. Crauetta *conf. 5. num. 4. conf. 7. n. 10. conf. 103. num. 3. conf. 141. n. 12.* Frieder Schenench in *c. 1. §. notandum nu. 7. de his, qui feud. dar. poss. Borcholt. tr. feud. capit. 7. p. 2. num. 55. Fortunius Garzia in l. Gallus 29. §. & quid sit tantum num. 21. ff. de libert. & posthum. Sfortia Odus tr. de rest. in integ. 9. 99. num. 55. Costalius in *d. l. item si verberatum 15. nu. 8. ff. de rei vind. Nicol. Bellon. conf. 2. num. 6. Butlat. conf. 54. n. 17. conf. 78. nu. 12. vol. 1. Acad. Patav. inter consil. diuers. consil. 17. num. 43. vol. 3. Acad. Vitebergh inter. consil. diuers. conf. 2. num. 48. vol. 2. Sarmient l. 1. selectar. interpretat. cap. 8. n. 13. cum seqq. Bod. in l. 1. de Republica c. 8. Mynsing. cent. 5. obs. 87. Ruinus *conf. 4. nu. 17. col. penult. & conf. 95. num. 10. col. fin. vol. 3. & conf. 94. in princ. vol. 4.* Marian. Soc. *conf. 120. nu. 32. & 35. volum. 2.* Anton. Pereg. in tr. de iur. fifei l. 1. pag. 78. nu. 26. & seq. & pag. 87. num. 66. Valteius l. 1. Iurispr. Rom. cap. 12. n. 34. Hartman Pistoris p. 2. qu. 40. num. 43. Mattæus Cuno in tr. de pact. lib. 1. capit. 22. numer. 23. Io. Fiecard. consil. German. 129. num. 12. part. 2. Theod. Petreus in The-saur. controuer. concl. crimin. conclus. 57. Et Martinus Bumalinus ad auream Bullam Caroli quarti dissert. 5. par. 1. resol. 9. quibus omnibus adde Hunnim in *Comm. ad Treuilerum volum. 1. disput. 1. Thes. 5. littera F. & G.****

Nec obstat dicere, quod lex benè à Zenone vlt. C. de quadrien. prescri. in qua omnia Principis esse legitur; Si igitur omnia Principis sunt: consequens erit nullam dominiorum distinctionem esse: solumque Principem de illis pro libitu arbitrij, & voluntatis

voluntatis disponere posse, cum rei suae quilibet sit moderator & arbiter, vulgat. *leg. in re mandata* 21. C. *mandati*. Non inquam, lex ista aduersatur. Neque enim simpliciter, & indiscriminatim de omnibus subditorum bonis loquitur: sed expressè de patrimonialibus tantum, & fiscalibus agit, eaque Principis esse disponit.

Neque etiam obstat quod *ex leg. 2. ff. de const. pr. & d. l. sed, & quod Principi 6. §. de iur. nat. gen. & c.* obicitur, quaecunque Principi placuerint, legis habere vigorem, & per consequens, eum pro arbitrio suo aliquem re sua spoliare posse. Nam ita demum id, quod Principi placet legis vim habet, si animo condendae legis placeat, & publicè vtile sit, vt publicè vtile fore speretur, adeoque cum iure naturali, & honestatis formula non pugnet: aliàs verò secus est.

Similiter exigui est ponderis, quod dicitur in *l. 3. C. de crim. sacril. de potest. Summi Principis disputare sacrilegij instar esse*: Lex enim ista hæc restringit semetipsum ad ea, quæ in tertij præiudicium siue detrimentum non tendunt: vt puta si Princeps in Consiliarium, vel ad simile officium administrandum elegisset talem, qui vel aratem, vel propter rerum imperitiam oneri ferendo impar esset: de eo dubitare & disceptare, num dignus satis sit, nec ne, sacrilegij instar reputatur. Quippe principali iudicio electus est, & Princeps minus idoneo dans magistratum eius, simul personam approbasse creditur, *l. quidam consulēbat 57. ff. de ind. Longè aliter res se habet in iis, quæ sine vlla legitima causa ex plenitudine potestatis per Principem in graue tertij damnum fiunt: veluti si cui res suas, vel ius quaesitum adimeret, & in similibus. Qui enim tunc vtrum iure, an iniuria hoc fieret quaerentem, & inuestigantem sacrilegij crimine aspergeret, amens profus effer.*

Sed vt videant Lectores, quàm sint varia iudicia hominum sciant, Fridericum Truckmannum *tr. de Regularibus cap. 4. effect. §. num. 15.* docere Principem non posse etiam ex causa, publicæ utilitatis, vel necessitatis auferre subito inuito rem propriam, sed ad eius argumenta rectè respondet Ioannes Harprechtus in *comment. ad insti. vol. 2. in princ. de rerum diuis. & acquis. ips. dom. nu. 147.* sed ex præsentis difficultate oritur responso ad aliam.

An Princeps à legibus sit solutus.

RESOLVT. VI.

Oritur difficultas ex verbis Vlpiani, qui in *leg. Princeps 31. ff. de legibus*, disertè tradit, Principem legibus solutum esse: sed variè respondent Doctores, Iacobus Cuiacius *lib. 15. obs. cap. 30.* scribit Græcos interpretes eam accipere de legibus pœnariis, itavt Princeps, delicti à se commissi, pœnam legibus definitam non sustineat, cum iudices non habeat. Ipse verò Cuiac. eam de legibus caducariis, seu odiosis, nempe Iulia, & Papia tantum interpretatur; hoc argumento quod desumpta sit ex Vulp. *lib. 13. ad l. Iuliam, & Papiam*, quæ de caducis erat lata, quod ex inscriptione ipsius legis appareat. Idem censent Anton. Augustin. *lib. de leg. & Senatus consult. capite 17.* & Tob. Paumestier *lib. 1. de iurisdict. cap. 19. numero 7.* Gotofredus in *notis ad nou. 105. cap. 2. in fin.* Vlpianum ita intelligit, non quod sit Princeps verè legibus solutus, sed quod solutus videatur, *arg. l. imperfecto 13. ff. de leg. 3.* Guilielmus Onciacus *quest. philos. 27.*

numero 4. opinatur, Principem de facto legum vinculis solutum, iure verò esse obstrictum. Vult eius *aa §. sed quod Principi 6. Scilicet de iur. nat. gen. & c. nu. 7. & 8.* docet Principem omnibus legibus tam à populo Romano, quàm ab ipso, & antecessoribus suis latis solutum, & liberum: interim tamen legibus diuinis, & naturalibus (vt potè, quæ Vlpiani regula non contineantur) teneri atque adstrictum esse. D. Besoldus *lib. 1. polit. cap. 2. num. 32. pag. 82.* alique ab eo relati, distinguunt inter ordinariam Principis potestatem, & extraordinariam: secundum ordinariam potestatem Principem legibus subiectum: secundum extraordinariam verò iisdem solutum esse existimant. Plerique denique alij distinguunt inter leges merè positivas siue civiles, iurisque solemnias: & inter leges naturales siue diuinias, atque gentium, sicque eas, quæ publicum respiciunt bonum; & concludunt Principem illis omnibus esse exemptum: his verò (cum sint incommutabiles) non item, *§. sed naturalia 1. §. de iur. nat. gen. & c. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. qua usu consumuntur*, ac proinde populum Romanum qui lege regia omne suum imperium, & potestatem in Principem, seu Imperatorem transtulit, *d. §. sed & quod Principi 6. §. d. 1. & l. 1. ff. de const. princ.* his eundem soluere non potuisse, & consequenter etiam eundem Principem, neque cuiquam rem suam sine iusta causa auferre, neque proprium contractum transgredi posse, etiam si vtatur plenitudine potestatis; quia eius potestas, vtrumque plena ad id se non porrigat: cum pacta, & contractus violare nefas sit iure naturali, & gentium, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de const. pec. l. 3. C. de rescind. vend. Iason in l. ex imperfecto 3. C. de testament.*

Sed de hac quaestione latè tractat Ferdinandus Vasquius *l. 1. cont. i. llo c. 26. num. 15.* Corasc. *l. 2. mis. c. 25. nu. 4. & 5.* Vves in *§. fin. nu. 4. in fin. quibus modis rest. in firm. Contran. Coram. iur. civ. l. 1. cap. 16. num. 8. & 10.* Anton. Fab. *10. i. iurisprud. Papiam. tit. 2. princip. 8. illud 2.* Schiforhegh. *l. 3. tr. 19. qu. 2. 1.* Vngepaur *exercit. Insti. 2. quest. 5. pag. 44. cum seqq. edit. ultim.* Bender in *1. de reuis. concl. 22. nu. 16. & seqq.* Niellius *disp. feud. 2. thes. 3. lit. B. Treutler disput. 1. thesaur. 6. volum. 1. Scipio Gentil. in disp. de Principatu Rom. thesaur. 30. & seq. Henonius disput. 1. sub controuerf. 17. Lanlius in discursu de lege Regia thesaur. 62. cum multis seqq. & in dissertat. de legibus in Corollar. 46. & Andr. Schepsius in orat. sine q. *Princeps lege sit solutus*, Bocer dicto *tr. de inuestitura feudi cap. 3. nu. 78. & pluribus subsequentibus* Besold. & *Oeconomia tit. 3. & 4. l. 1. ff. num. 7. pag. 137. & sequentibus.* Hunnius *lib. 2. de interpret. & auctoritat. iur. cap. 1. quest. 7. pag. 135. cum sequentibus* Enekel *l. 1. de primleg. capit. 8. & l. 3. cap. 3. & sequentibus* Bacchoni in *notat. & animaduers. ad Treutler volum. 1. disputat. 1. th. 6. lit. A. & B. pag. 24. cum sequentibus.**

Quibus omnibus adde Runalinum in *auream Bullam Caroli Quarti differ. §. p. 1. Thesi 10.* & Morlam in *emporio iuris p. 1. q. 2.*

Sed vt aliquem Theologum sentiamus, in expositione d. legis Vlpiani sic ait Ioannes Præpositus in *par. 2. D. Thoma qu. 95. disp. 4. dub. 1. num. 5.* Contra tertiam conclusionem potest obici *l. Princeps 31. ff. de legibus*, vbi dicitur, Princeps legibus solutus est.

Respondent aliqui, ibi esse mentionem certarum quarumdam legum, non verò Imperatorum velle Principem solutum esse omni legum genere: Alij

Alij solutum idem volunt dicere, quod dispensatum; quibus tamen, repugnat ipsa lex, vbi dicitur, Augustia autem legibus, soluta non est, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent. Vnde.

Respondi. Imperatorem solum indicare id, quod docuimus in explicatione, illius conclusionis, scilicet supremum Principem non adstringi lege, vt est lex ab eo posita eo modo, quo adstringuntur subditi, cum quo bene potest consistere, quod quando materia legis, eiusdemque legis conditiones in eo locum habent, iure naturæ teneatur facere quod aliis per legem præscribit, vt caput corpori se se conformet. Ita Præpositus.

Mihi verò in hac difficultate aliqua firmanda existimo. Dico igitur primò, quod legislator supremus non obligatur lege sua quoad vim coactiuam.

Prob. Vis coactiuam maximè conaturaliter exercetur in inuitum, à quo pœna repositur pro transgressione legis, atqui pœna non potest repositi à supremo legislatore; ergo Min. Prob. qui non subditur aliis, sibi etiam non subditur; nec habet in se vim coactiuam.

Confirm. esse debitorem pœnæ, dicit respectum ad alium, à quo quis possit vrgeri ad pœnæ solutionem, supremus autem Princeps non subditur alicui, qui possit pœnam ab eo exigere: relictur ergo quod si peccet, reddatur obnoxius pœnæ apud Deum debite; non verò apud alium. Ex quo sequitur, quod Pontifex non incurrat pœnam constitutam in lege à se lata, similiter nec Episcopus incurrat pœnam legis suæ, nec item Princeps secularis: in hoc passim conueniunt Doctores.

Dico secundò, Princeps etiam supremus tenetur præstare id, quod aliis præscribit per legem, si ratio, & materia legis in illo etiam locum habeat, vt in exemplis allatis. Ita communiter Doctores, & speciatim D. Th. *q. 96. art. 5. ad 3.* qui dicit Principem subditi legi quoad vim directiuam non quoad vim coactiuam. Paret *cap. cum omnes. de constitut.* vbi dicitur, quod quis, quæ iuris, in alterum statuit, ipse debeat vti eo. *Et L. digna C. de ll. dicitur*: Digna vox maiestate regnantis alligatum legibus se Principem profiteri.

Dico tertio, quod legislator non obligatur sua lege immediatè ex efficacia legis illum adstringentis, sed lex ab eo posita se habet respectu illius tantum conditio, sine qua non, qua posita lex naturæ obligat ad præstandum id, quod aliis sua lege præscribit propter rationem dictam. Consentit Azor. *1. part. moral. lib. 5. cap. 1. §. huius igitur quest. Malderus quest. 96. art. 5. §. aliter tamen*; Lorca *disp. 25. §. primum Princeps*. Tannerus *disp. 5. quest. 6. dub. 2. numero 20.* Gamachus *questione 96. cap. 5. in conclusione.* Et hoc solum concludit Vasq. *disput. 167. capite 3.* quia scilicet ipsa ratio naturalis postulat, vt Princeps se aliis conformet, id suadent, & non amplius varia, quæ ex legibus ciuilibus afferuntur.

Valentia *disput. 7. quest. 5. punct. 4. §. respondeo, hoc ipsum*; conuenit nobiscum in conclusione si Princeps nolit se lege sua comprehendere: addit tamen, si cum legem tulit ex intentione se se etiam includit in illa, itavt, cum voluit omnes id facere, quod lege præscripsit se ipsum quoque in illis omnibus comprehenderit, ipsum obligari lege sua directè.

Sed contrarium est longè probabilius: nam etiam eo dato, non redditur inferior legislatore, & obligatio ex lege orta non est voluntatis, sed ex ratio-

Anton. Diana Pars XI.

ne inferioris respectu legislatoris oritur; non potest ergo legislator se legi subicere, ad hoc vt lex eum directè obliget.

Nec refert, quod possit aliquis per votum directè se se obligare ad aliquid faciendum, nam obligatio voti non est obligatio orta ex lege (quod votum dicatur priuata lex idest improprium, seu impropria locutio) sed ex promissione, nam per votum aliquis promittens Deo, se se illi tanquam promissario obligat.

Ex quo deduco, quod seposito scandalo Princeps non peccet moraliter legem suam non seruans, Azor. *supra, Less. lib. 2. de inst. c. 35. dub. 5. Salas de leg. disput. 14. numer. 17. 19. & 21. Bonac. quest. 1. de leg. punct. 6. Palao de leg. disput. 1. punct. 24. §. 1.* quia illa naturalis æquitas non grauitur obligat. Hinc seposito scandalo Summus Pontifex non legens horas canonicas, non ieiunans non grauitur peccat in hoc.

Licet aliqui contrarium sentiant, aduerte tamen superiores mirum in modum excitare inferiores ad obseruationem legis, quando ipsis præeunt exemplo in exacta legum suarum obseruantia.

Vide circa præsentem quaestionem Escobar in *Theol. mor. 10. 1. lib. 5. sect. 2. c. 5. num. 36. cum sequenti.* & me citato Meroll. *de leg. disp. 4. cap. 3. n. 616.* & alios penes ipsos.

Ex his inferitur, omnia peccata, quæ à Principe committuntur ob non obseruantiam propriarum legum, esse eiusdem speciei, vt bene inquit Salas *de leg. disp. 14. sect. 2. n. 21.*

Ratio est, quia illud præceptum generale legis naturæ de seruanda propria lege, non ponit actum Principis in eadem specie, in qua esset actus subditi, qui directè, & immediatè subditur legibus Principis, quæ specialiter pertinent ad materiam talis virtutis, vel vitij, & ideo in eadem specie vitij violationem legis humanæ constituunt. Et probatur hoc, quia ratio formalis propter quam dicimus peccare Principem non seruandò legem suam, eadem est in violatione omnium legum suarum, scilicet, quia turpiter agit discordando à toto, ergo omnia peccata censentur eiusdem speciei, licet contrarium absque sufficienti ratione velint Lessius, & Bonacina.

Item inferitur, legem latam à Principe respectu Principis non habere vim, ac rationem legis per se loquendo: quia non est causa immediata, & proxima à qua in conscientia Princeps obligetur, sed tantum est conditio requisita, qua posita emanat iure naturali obligatio ad seruandum suam legem. Nam ius naturale dicit, quod caput se conformet, corpori, & membris, & quod patiat legem, quam ipse tulerit.

Nota etiam hinc, quod Princeps superior non tenetur in conscientia seruare statuta, seu leges municipales prouinciarum sibi subiectarum, quando in illis Prouinciis moratur, vel in eis peregrinatur. Ita Pelin. *capite 1. de const. numero 30.* Suar. *libro tertio de leg. capite 35. numero 14.* Salas *disp. 14. sect. 2. numero 23.* & sequenti Bonac. *de leg. disput. 1. questione 1. punct. 6. numero 26.* Ferd. Castro in *oper. mor. part. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. num. 7.* Ratio est, quia talia statuta lata sunt ab inferiori potestate, & iurisdictione, & ideo non habent vim obligandi eum, qui in eodem loco habet superiorem iurisdictionem. Qua ratione dicunt etiam communiter Canonistæ, legatum Pontificis, dum est in aliquo Episcopatu non obligari peculiaribus legibus illius Episcopatus.

H h

I mo

Imo addunt Salas, Suarez, & Castro licet tale statutum particulare firmatum sit ab ipsomet Principe, nihilominus non obligare illum. Et ratio eorum est, quia non confirmat illud pro tota sua Republica, sed tantum pro determinato loco, & ideo nulla ratio cogit caput totius Reipublicae, ut illi subdatur. Hoc autem limitat Suarez nisi talis locus esset quasi propria habitatio ipsius Principis, ut est verbi gratia Roma respectu Pontificis, vel propria curia respectu Regis: nam quae ibi generaliter seruanda statuuntur per supremam auctoritatem ipsiusmet Principis, cum etiam obligare videntur, quia speciali ratione habentur tanquam ciuis, & membrum illius loci.

Sed hoc quod dicunt Auctores citati de statutis particularibus à supremo Principe confirmatis, non videtur indistinctè verum; sed etiam quando confirmatio est in forma communi: scilicet verò quando est ex certa scientia; nam Princeps hoc modo confirmando statutum datum ab inferiori potestate, videtur de nouo ipse idemmet statuere, seu illud facere suum arg. cap. 1. de confirmat. viil. & cap. si Apostolica de prob. lib. 5. Ergo tenebitur Princeps tale statutum seruare eo modo, quo leges à se latas seruare tenentur. Et hæc omnia tenet Merolla, ubi supra n. 673. cum sequenti.

Datur licentia ad audiendas alicuius confessiones specialis; queritur, an expiret morte concedentis, re integra.

RESOLVT. VII.

Afirmatiuè responder Sanchez de matrimon. libro octauo, disput. 28. numero 73. vbi sic ait; Quando tamen licentia esset concessa Sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati in illius pœnitentis fauorem, expiraret facultas morte concedentis re integra, id est: quoad confessionem nondum antea cœptam. Quia, cum illa gratia sit in illius pœnitentis fauorem, & nondum sit perfecta, sed per confessarium exequenda, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ; quam morte concedentis re integra expirare diximus numero 64. Et ita tenet Gaëta capit. ad limina 30. questione prima, §. 106. numero 312. Et idem aperte colligitur ex Doctoribus, quos numero 81. referam, asserentibus facultatem dispensandi cum determinata persona in illius fauorem expirare morte concedentis re integra. Ita Sanchez.

Sed ego negatiuam sententiam satis probabillem, & tutam existimo cum Basilio Pontio de matrimon. libro octauo, capite 19. §. primo, numero quinto, & octauo, qui nominatim Sanchez impugnât, & ideo sic asserit; Nouissimè sufficienti fundamento dici posset etiam facultatem concessam alicui, ut dispenset cum aliquo determinatè non expirare morte concedentis. Sequitur Emanuel Sà verbo dispensatio numero 6. estque in praxi secura sententia. Nam correctio Romana, quæ abstulit ab eo auctore etiam omnia, quæ in praxi non erant omnino tuta, hanc sententiam in eo auctore intacta reliquit. Fauet Salas de legibus disput. 20. sect. 17. con. 6. Probabilem putat Suarez dicto cap. 31. numer. 14. & 15. Solùm oportet explicare rextum in dicto capit. si cui nulla. In cuius explicationem multa dici possent, valdè enim in hac

doctrina, explicanda torquentur Doctores. Ego tamen dixerim vniuersè loquendo omnem licentiam vel facultatem, vel rescriptum concessum vni in ordine ad effectum causandum ab alio, censeferi gratiam statim factam ex vi priuilegij ante quemcumque eius usum, si materia gratiæ sit spiritualis: imò & in quacumque materia dummodo non sit iure prohibita, vel excepta. Itaque habebit locum nostra doctrina in omnibus casibus, in quibus contrarium non statuatur ipso iure. Reperimus autem iure ipso aliter statutum in duplici casu. Primus est materia ambitiosa, qualis est beneficiæ, ut in dicto capit. si cui nulla, & cap. si super gratia, de officio deleg. in 6. Alter est in materia fori contentiosi, ut in capit. gratum, & cap. relatum de offic. delegat. ad quam etiam reducuntur leges, quæ statuunt mandatum expirare morte mandantis re integra. Quare ea decisio non est ad omnes casus extendenda.

Solùm ergo superest, an iuxta hanc doctrinam dicendum etiam sit, potestatem datam alicui confessori ad audiendam confessionem determinatæ personæ expirare re integra morte concedentis? Affirmat expirare Thomas Sanchez loco citato; Salas limitat communem doctrinam in hoc casu, & excipit à generali regula nescio quo fundamento; Suarez capite 31. citato, negat habere locum in hoc casu, quia istud iudicium magis est gratiæ, quam iustitiæ. At non sufficiens videtur assignari ratio, cum in aliis indultis, quæ dantur determinatæ personæ, & in ordine ad determinatam personam, etiam reperitur ratio gratiæ potius, quàm iustitiæ, & nihilominus expirare censentur morte concedentis. Quare ego dixerim si nihil speciale in concessione exprimitur, non censetur expirare morte concedentis, idque spectato ipso iure Pontificis in dict. capit. si cui nulla, & attentè animaduerso. Consultò enim dixit Pontifex, si non ob suam, sed eius cui prouideri mandatur gratiam, & fauorem. Ut ergo expiret ea gratia concessa alicui in ordine ad determinatam personam, debet esse ob solam gratiam tertij, his enim æquiualeat illa vox, non ob suam. Quare si simul sit in gratiam, & fauorem vtriusque, non expirabit. Quia, cum ex ea parte sit gratia facta, & gratia facta non expiret, neque possit claudicare ex aliqua parte, necessario per consequentiam sit, ut ex omni parte maneat. Versari autem in ea concessione gratiam, & fauorem vtriusque tam confessoris, quàm pœnitentis communiter loquendo, planum videtur esse. Et hæc omnia docet Pontius vbi supra, cui adde post hæc scripta visum Patrem Antonium Escobar. & Mendoza in Theolog. mor. 10. 1. sect. 2. cap. 15. Prob. 27. num. 177. qui etiam optimè Prob. 28. obseruat contra Angelum Philarchum, & alios, quòd quando conceditur tibi priuilegium eligendi confessarium siue determinatum, siue indeterminatum, qui te à reseruatibus absoluat, vel tecum dispenset, hæc facultas, vel priuilegium non perit concedentis morte re integra, quia est gratia iam facta tibi, & beneficium legitime à se possessum, ratione cuius potes confessarium eligere; Sic Henriquez l. 7. capite 21. §. 6. Suar. tom. 4. de penit. disput. 26. sect. 3. numero 7. & lib. 8. de legib. capit. 31. numer. 3. & 19. Sanchez. de matrimon. l. 8. disp. 28. numero 72. & 75.

Et addit Escobar hanc sententiam sine vlla limitatione tenendam esse, & procedere à fortiori in facultate eligendi confessarium data per Iubilaum,

Jeum, quia huiusmodi facultas est accessoria facultati lucrandi indulgentiam, quæ cum sit gratia facta, & concedentis morte non expirat; neque etiam priuilegium eligendi confessarium, quòd illi est accessorium. Deinde addiderim à fortiori procedere in facultate concessa eligendi confessarium per Bullam Cruciatæ; quia est gratia iam facta Regi, in cuius fauorem pro expeditione belli contra infideles conceditur. Et in facultatem recipiendi ordines extra tempora, vel non seruatis interstitiis, celebrandi in priuato oratorio, comedendi carnes diebus prohibitis, & aliis similibus: quia hæc omnes sunt gratiæ factæ ipsi, cui huiusmodi priuilegia conceduntur, ac proinde non possunt concedentis morte deperire.

Excusantur aliquæ irregularitates in Bello iniusto.

RESOLVT. VIII.

Quæro primò, An miles pugnans in bello iniusto incurrat irregularitatem si occidat insequentem se, & ipse confodiatur defensionis causa. Affirmat Auila de censur. par. 7. disput. 8. sect. iertia, dub. primo conel. secunda. Sed ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam ex Præposito tenet Giballinus de irregul. capite quarto, questione tertia, conel. quinta, difficult. quinta, numero 32. Dico igitur, militem, qui iniuste pugnauit, & modò terga vertit, si paratum se ostendat ad reparandum iniuriam pro sua parte, verbi gratia velit deinceps mereri sub castris hostium, & nihilominus impetatur, posse se defendere etiam cum aliterus interitu, quia non mihi videtur priuatum miles ad aliud obligari posse, an vero miles iuste pugnans, & hunc fugientem occidens, quamuis paratum ad satisfactionem, peccet, dubitari poterit, si enim iniuriam licitè defendit, illicitè pugnatur, ut sæpius sumus argumentati, alioquin dabitur bellum vtriusque iustum; verum quidquid sit de hac sequentia, de qua dicemus alibi fusius, neutrum hoc loco peccare existimarem; quia vterque ducitur optima ratione, fugiens quidem dum se defendit, & insequens etiam, qui sapienter existimat, se sui Principis iuste pugnantis partes agere, & eius iniurias iure vlcisci: atque ita vterque occidere ex opinione probabili sui iuris, & tunc tantum est bellum vtriusque iustum formaliter, quod sæpius contingere certissimum est, neuter igitur eo casu fuerit irregularis.

Nota etiam cum Lessio in 3. part. capit. 2. de irregular. dubitat. 4. numero 13. quòd si quis prior inuadatur ab hoste, nec valens aliter effugere, eum occidat, non fiet irregularis, etiam si pugnetur ex parte iniusta.

Nota verò hic cum Auila, quòd qui se conferunt ad bellum iniustum non quidem ad pugnandum, nec ad inducendos milites, sed ad adiuuandos eos in spiritualibus non esse irregulares, etiam si ad propriæ vitæ defensionem quempiam occidant, quia legitima defensione vtuntur.

Quæro secundò: an omnes qui militant in bello iniusto sint irregulares sequuto aliquo homicidio? Affirmatiuè respondent Doctores; vnde Villalob. in summa 10. 1. tr. 2. 1. diff. 24. sic ait; Todos los que pelean en guerra iniusta (aunque nõ maten con sus manos, ni corten miembro) quedan irregulares; An si lo tienen todos. La razon es porque todos ellos

Anton. Diana Pars XI.

cooperan en el homicidio, y anfi son irregulares, como los que cooperan al homicidio en vna renzilla particular, y mucho mas lo son estos, lo qual consta del derecho.

Sed Giballin. ubi supra conel. 7. diff. 2. num. 35. admodum probabile videtur quod existimauit Coninch alibi à me etiam adductum, eos tantum esse irregulares, qui moraliter dici possunt iuasse occidentes, aut mutilantes, quales sunt tantum alii qui circumstantes, non autem totus exercitus per latam planitiem diffusus, quia non facis intelligitur quomodo multa millia fuerint huicædi cooperata: quando verò ex parte iniuste pugnantium aliqui cæduntur, ij tantum ex commilitonibus erunt irregulares, qui fuerint causa cur hic & nunc pugnant, atque aded ab hostibus occisi fuerint; confirmaturque hæc sententia Coninch ex eo, quod non videantur singuli milites teneri ad reparandum damnum, quod à toto exercitu in iniusta vrbis excisione illatum fuit, vti Paludan num. 40. dist. 15. quest. 2. num. 30. docuit, cui adhæsit Less. lib. 2. cap. 14. nu. 37. quia inquit singuli milites non iuuarunt iniquam expugnationem, nisi faciendò partem suam, non autem procurando, ut alij suam in illo damno facerent, & sicut totus exercitus est causa totius damni, ita singuli suæ tantum partis, nisi alia ratione alios iuuerint; quod autem singulis conflantibus in gentem exercitum fieri non potuit respectu singulorum aliorum, ut patet: atque ea ratio æquè valet in irregularitate ad restitutionem damni, cum vtraque oriatur ex cooperatione ad damnum, & mortem inferendam: communis verò Doctorum opinio, quæ contraria est, non dicitur alia ratione, quàm quod omnes coniunctis animis, & viribus pugnantes sint vna causa moralis damni, & iniustæ cædis, quam causæ vnitatem nos negamus inter tot millia militum, dici-musque non aliter facere vnam causam, quam vnitatem Ordinis, eodem modo, quo conflant vnum exercitum, & quo in toto collectiuo singulæ partes illud faciunt.

Quæro tertio, an qui custodiunt sarcinas militantium in bello iniusto sint irregulares? Affirmatiuè in terminis responder Villalobos, & Baunius ubi supra, Auil. dub. 2. conel. 3. sed ego adhæreo sententiæ negatiuæ Giballini loco citato, quia isti non nisi remore admodum cooperantur militibus pugnantibus, & occidentibus, ut diximus aliàs de vendentibus arma. Idem mihi omnino dicendum videtur de iis, qui obsonia deferunt ad exercitum, neque enim magis cooperantur hi homicidiis, quàm qui seruant sarcinas.

Nota tamen cum Giballino, quod Dux iniusti belli tot incurrit irregularitates, quot in illo fiunt homicidia, quia ipsorum omnium causa principalis est, & in omnibus militibus pugnat, quandoquidem illi suo imperio, & auspiciis pugnant; vnde etiam totius damni causa existit; & ideo Villalobos numero secundo, & numero quinto, subdit, De lo dicho se colige, que si succeden en esta guerra iniusta muertes y mutilaciones de ambas partes (como suelen succeder) los que en ella se hallan, incurren irregularidades diferentes, vnas de homicidio voluntario que naen de delicto, y otras de casual.

Clericus olim Chirurgus secundum artis præcepta exercuit suam artem cum quodam infirmo, qui tamen mortuus est, quæsit à me, an inciderit in irregularitatem.

RESOLVT. IX.

DVbium ei insurrexerat ex his, quæ ego docui in p. 4. tr. 2. resol. 23. Verùm pro sententia negatiua in sui fauorem adduxi Lessium in 3. part. D. Thomæ cap. 3. de irregul. capit. 4. dub. 1. num. 33. vbi sic ait, Valdè probabile est etiam eum, qui dat operam rei illicitæ, quia periculosa, & tendens ad homicidium, si debitam circumspectionem adhibeat, ne grauis noxa sequatur, non esse irregularem et si fortè sequuta fuerit. Ita multi recentiores hoc tempore. Ratio est, quia homicidium sequutum censetur planè inuoluntarium: diligentia enim illa abstergit periculum ratione cuius videtur tendere ad homicidium; est contra Couarr. Nauarrum, Sotum, & alios.

Hinc sequitur, Clericum peritum chirurgiæ, si secundum artis præcepta incidat, vel vrat, etsi peccet contra præceptum iuris, quo tale ministerium tanquam indecorum eius statui prohibetur, non tamen fieri irregularem, et si fortè mors sequatur; quia censetur omnino inuoluntariè sequi. Quòd confirmo; Quia laicus in huiusmodi casu non fiet irregularis, vt omnes fatentur, ergo neque Clericus; intra enim non constituunt differentiam inter Laicum, & Clericum in hac specie.

Dices, ille Clericus tenebatur vitare illam incisionem ob periculum homicidij: ergo si non vitet, ei imputabitur.

Respondeo: si erat peritus non tenebatur vitare præcisè ob periculum, sed ob præceptum iuris, quod vetuit hanc incisionem generalem Clericis: partim quia dedecet eorum statum, partim quia plerumque Clerici non sunt ita periti, vt res illa postulat ad vitandum homicidium. Cum hoc tamen stat quòd si quis Clericus reperitur satis peritus, qui omnem diligentiam necessariam præstet, hunc non censeri causam mortis, sicuti nec Laicum censetur.

Hanc etiam sententiam docet Giballinus de irregular. capite 4. quæst. consecr. 11. num. 27. qui etiam docet, (quòd est valde notandum) Clericis non esse simpliciter interdictum medicinæ exercitium, aut etiam chirurgiæ, modò fiat citra incisionem, & adustionem, vnde non fient irregulares ex eo exercitio, quia capit. sententiam ne Clerici, vel Monachi prohibet tantum adustionem, & sectionem. Deinde in tam sæpè citato capit. ad aures, non tribuitur culpæ Canonico Colonienfi, quòd exercuerit medicinam; quod inde etiam confirmatur; quia ex communi Doctorum, & Canonistarum sententia, qui volunt casuale homicidium ex actione illicita sequutum, parere irregularitatem, hic Canonicus fuisset irregularis sequuta alicuius ægroti morte ex curatione à se facta, & adhibita, quanvis diligentia & prudentia apposita, quia ille Canonicus vacasset rei illicitæ, quod tamen negat Pontifex, qui illum Canonicum non arceat à suscipiendis ordinibus propter exercitium medicinæ sequuta inde morte, si illum conscientia minimè remordeat. Male probatur ex eò quod medicinæ studium prohibeatur

Clericis cap. fin. ne Clerici, vel Monachi, ergo & eius exercitium, quæ consequentia à pluribus reicitur à Rodriguez loc. citat. & Sanchez lib. 6. in Decalog. capite 14. numero 10. quia studium quoque legum prohibetur Clericis eod. capit. fin. & tamen licet ipsis consulere tum verbo, tum scripto, modò aduocari munus non gerant, si quàm prius sibi compararint quod pluribus ostendit Sanchez eod. libro 6. capite 13. numero 29. & 32. Deinde in illo cap. fin. redditur ratio, cur tum medicinæ, tum legum studia vetentur Clericis non, ne ea aliquando exercent, ex coque exercitio fiant irregulares; sed vt Theologiæ studium amplectantur. Non diffiteor quidem aliquam esse indecentiam in hoc medicinæ exercitio à Clericis, aut Religiosis, vt dixit Molina, & Sanchez, sed nego ob eandem indecentiam alicubi latam esse irregularitatem; gratè (modò caueant à combustione, & incisione) eam non incurrent, licet ab ipsorum actione incal-pabiliter sequatur mors ægroti. Hucusque Giballinus.

Sed circa prohibitionem combustionis, & incisionis in cap. sententiam cit. quædam obseruanda restant; primum est illam non fieri nisi Subdiaconis, Diaconis, & Sacerdotibus, non autem reliquis Clericis, etiam si sint beneficiati, aut Clerici contra Nauarrum, Panormit. Angelum, Sylu. Atmil-lam, Tabien. & Sanchez loc. cit. qui fatentur quidem nullum textum reperiri qui loquatur de aliis, quàm de iis qui Sacris Ordinibus sunt initiati: volunt tamen, omnia, quæ interdicta sunt Clericis in Sacris constitutis, censeri, quoque interdicta Clericis beneficium ad victum sufficiens habentibus. Verùm hæc regula generalis, quæ nomine Clericorum Sacris Ordinibus insignitorum vult comprehendere omnes beneficiatos, probari deberet ab his Doctoribus ex aliquo iure, non autem gratis ab illis asseri, ipsi enim non faciunt ius, neque vllam rationem asserunt, quæ necessario faciendam esse hanc extensionem persuadeat, quare claro, & certo iure, quod habemus in cap. ad aures, in quo prohibitio ista traditur, standum erit; vnde etiam Felin. cap. tua nos, de religioso Sacerdote intellexit.

Vide etiam Molinam disp. 75. n. 2. qui etiam n. 4. obseruat per prohibitam Clericis incisionem, non intelligi venæ ad mittendum sanguinem aperitionem. Ratio est, quia id pertinet potius ad officium tonforum, quàm chirurgorum, & in pœnalibus voces potius restringendæ, quàm ampliandæ sunt. Præterea combustio prohibita non comprehendit carnis aperitionem caustico, aut tumoris, seu apostematis ruptionem emplastro mollificatiuo, quod tradunt iidem Doctores, quia illæ non sunt propriæ combustiones, & incisiones.

An pœnitens possit per annum differre pœnitentiam impositam à Confessario, & alia dubia proponuntur.

RESOLVT. X.

NEgatiuè respondet Trullench. de Sacram. lib. 4. cap. 7. dub. 4. num. 11. Reuerendissimus Candidus to. 1. disp. 24. art. 30. dub. 9. vbi sic ait, Quando Confessarius non præfixit tempus adimplendæ pœnitentiæ, pœnitens quamprimum commodè potest adimplere tenetur, quòd si valdè diu iudicio prudentis viri pœnitens pœnitentiam grauem dif-

ferat

ferat adimplere absque iusta causa, grauius peccaret; quia faceret contra voluntatem Confessarij, & finem Sacramenti in re graui; secus si non multum differat, vel pœnitentia non sit grauis. Ita ille; cui adde Suarez, Coninch, Reginaldum, Bonacinam, Granadum, Hurtadum, & Cardinalem Lugo, quos citat Leander de Sacram. to. 1. tr. 5. disp. 9. quæst. 89.

Sed opinionem contrariam probabilem ego olim docui, & nunc iterum doceo, quam tucur præter Ferdinand. Io. Henriquez, Leand. & alios Doctores à me citatos, nouissimè Martinus de San Joseph in monitijs Confess. to. 1. lib. 1. tract. 27. de pœnit. numero 15. vbi sic ait, Muy probablemente lleuan muchos Doctores, que si el Confessor señalò al penitente el cumplimiento de la penitencia en tal y tal tiempo, que peca mortalmente se lo dilata notablemente, porque es deuda que ya deue por la acceptacion que hizo: y el que dilata notablemente pagar otras deudas de dinero, &c. peca mortalmente, luego, &c. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 34. numer. 57. & alij: però mas probable me parece, que aunque se dilate vn año non peccará mortalmente, porque tiene mas esperas Dios, y la ley en lo que se deue, que los hombres, y el Derecho lo dize que mitius agitur cum lege, quàm cum hominibus; l. Celsus ff. de recept. arbit. Parece me ferà pecado venial, como no se ponga en peligro de que se le oluide la penitencia, en special si la dilacion es por quarto, ò seis meses. Quia sine mora dicitur fieri quod fit intra sex menses. aliàs intra quatuor menses, glos. mora in l. finali C. de cens. lib. 11. Ita Martinus.

Et hanc opinionem admittit etiam alius Hispanus Remigius Noyden in pract. confess. tr. 5. cap. 5. §. 18. num. 2. sic asserens; Quando el Confessor non señalò termino en que se auia de cumplir la penitencia, estará el penitente obligado à cumplir la quando buenamente pudiere, y no será pecado mortal la dilacion si non fuere grande, porque por el mismo caso que la Iglesia hà puesto precepto de confessar vna vez en el año, se in fiere de aqui, que dando vn año de termino para la confesion, le dà tambien para cumplir la penitencia: y bien puede el penitente antes de auerla cumplido dentro deste año, si quisere boluer à confessar vna, y mas vezes, quia vitur iure suo. Ita ille. Cui etiam adde me citato Laurentium Longum in Tabulis Sacramentorum tab. 2. c. 30. n. 4.

Nota verò quod idem Leander qu. 63. quærit an habens pœnitentiam recitandi septem Psalmos flexis genibus, & taliter nequeat, teneatur alio modo recitare? Et pro negatiua sententia me adducit, ipse autem affirmat teneri recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicantur, est quid accidentale, & modus tantum pœnitentiæ, quo deficiente implenda substantia manet. Et hoc optimè docet, sed malè pro contraria sententia me adduxit, nam ego non loquor quando quis habet iustam causam non recitandi flexis genibus, sed quando potest, tunc enim assero non posse recitare alio modo, non autem dico, quòd si non possit ex aliqua iusta causa recitare flexis genibus, quod remaneat liber à recitatione. Vide etiam Lugo de pœnitent. disput. 25. sect. 6. num. 93. vbi sic ait, Dubitari potest quomodo obligetur pœnitens ad circumstantias operis à Confessario iniuncti, v.g. impositum illi fuit, vt recitaret coronam flexis genibus, vel coronam tali imagine, an satisfaciatur, licet non flexis genibus, nec

Anton. Diana Pars XI.

coram illa imagine recitatur. Affirmat Vega in summa tomo 2. cap. 64. cas. 6. quia attendi debet magis ad substantiam, quàm ad circumstantias. De hoc tamen meritò dubitat Diana 2. tom. tract. 4. de sacrament. resol. 55. quia recitare flexis genibus videtur addere aliquid substantiale simplici recitationi. Distinguere ergo possumus cum Thoma Sanchez lib. 4. in Decalog. cap. 12. n. 8. vbi in simili de voto docet, quando res promissa est grauis & circumstantia leuis, vt si quis voluit recitare coram tali imagine Beatæ Virginis, votum principale obligabit ad mortale, circumstantia autem, nempe vt si hæc imago specialis, obligabit communiter sub veniali: quia communiter æquale, aut ferè æquale est Virginis obsequium, & ideo leuis est mutatio illa. Posset tamen aliquando esse culpa mortalis, eo quod circumstantia sit multò maioris cultus diuini, orando, v.g. coram tali imagine propter multo maiorem deuotionem & populi concursum. Vnde eodem modo de circumstantiis à Confessario adiunctis dicendum erit, cum eadem sit ratio.

An verò liberetur pœnitens ab obligatione implendi pœnitentiam, quando non potest exequi circumstantiam à Confessario iniunctam: vt si præcepit recitare coram tali Imagine, vel in tali Ecclesia, quod facere non potest, eadem est quæstio ac de voto, an propter impotentiam ad circumstantiam liberetur vouens à substantia, quam quæstionem latè tractat idem Sanchez dicto lib. 4. cap. 14. à num. 24. vbi plures regulas assignat ad discernendum, an in eo casu fuerit intentio obligandi ad substantiam, cessante etiam circumstantia: quæ omnes regulæ transferri possunt ad casum nostrum, & videri apud illum Auctorem, ne quæstionem latè, & optimè ab eo tractatam adhuc locum, cuius non ita propria est, transferre cogamur. Et hæc omnia docet Lugo vbi sup. & secundum superius dicta intelligenda sunt, quæ dixi in loco à Leandro citato.

Nota, Pasqualium in theol. tom. 2. disp. 86. sect. 5. numero 23. cum aliis docere, non posse imponi satisfactionem in Sacramento pœnitentiæ, implendam per alium. Probatur, satisfactio sacramentalis est actus proprius pœnitentis, vt definit Tridentinum sess. 14. cap. 4. & can. 3. & debet esse in castigationem peccatorum, vt habet c. 8. Ergo non potest imponi vt implenda per alium, quia tunc est actus proprius pœnitentis; nec castigatio peccatorum.

Sed contrariam sententiam ego docui, & me citato cum pluribus aliis docet Leander vbi sup. q. 81. qui quæst. 81. firmat, quòd quando pœnitens per se ipsum nequit implere, possit absque expressa licentia Confessoris, alteri eam committere, & per illum satisfacere ex implicita, & interpretatiua licentia Confessarij, dummodò pœnitentia sit satisfactoria, & non medicinalis.

Item, licet Fagundez neget non posse Confessarium post datam pœnitentiam declarare suam mentem fuisse, post pœnitentem illam per alium implere. Tamen Leander q. 83. me citato, putat posse absolute declarare, esse suam voluntatem, vt per alium satisfaciatur (& hoc extra confessionem) etiam si à principio, quando pœnitentiam imposuit non ita intellexeris. Primò, quia tunc pœnitens iam verè satisfaciatur per alium cum consensu Confessoris, qui talem pœnitentiam imposuit. Secundò, quia mutatio sententiæ quoad personam satisfactricem, potest fieri à quocumque Iudice, ergo

Hh 3 melioris

meliori iure ab eodem: Poterit ergo Confessor declarare poenitenti, suam voluntatem esse, vt per alium poenitentiam adimplere possit, etiam in casu, in quo à principio, nec ita intellexerit, aut voluerit.

An Sacerdos celebrans Missam cum voluntaria distractione, peccet mortaliter.

RESOLVT. XI.

Affirmatiuè respondent Doctores, asserentes in recitatione horarum esse necessariam internam attentionem. Sed negant Doctores, qui tale præceptum in recitandis horis Canonicis non agnoscunt. Sed maior difficultas est, si Sacerdos cum voluntaria distractione recitaret canonem. Nouissimè Pater Tamburinus *opusc. de sac. Miss. lib. 2. c. 3. nu. 8. & 9.* asserit, quòd distractus voluntariè in iis Missæ partibus, quæ ad canonem non pertinent, si eas ritè operetur (etiam cum celebrat ex præcepto) non audeo dicere eum peccare mortaliter. Ratio est, quia eæ Missæ partes non excedunt rationem rationis ad Deum. Cum igitur probabile sit (vt modò vidimus) recitare orationes de præcepto cum voluntaria distractione non esse mortale, probabile etiam erit in casu nostro; per notabile tempus voluntarie distractus eas Missæ partes, quæ canonem continent, recitet, seu peragat, peccabit mortaliter, siue Missa celebretur de præcepto, siue de feria. Ratio, quæ me ad id mouet, est discrimen, quod intercedit inter Missæ sacrificium, & cæteras orationes. Hæ enim sunt meræ allocutiones ad Deum: at Missa est insuper sacrificium, hoc est actus Religionis excellentissimus, quo profitemur Deum summe venerati, vt supra suo loco notauimus. Videtur autem mihi grauis esse irreuerentia, quòd quis dum profitetur Deum summe per suam actionem venerari, cum illo irreuerenter per voluntariam distractionem se gerat, & in tanto ministerio, de quo tremunt Angelorum Ordines, omnia alia cogitare velis, quam mente attendere ad quod operatur. Adde & morale periculum aliquid graue omittendi, vel non ritè operandi, &c. non audeo dicere eum peccare mortaliter, secus autem si voluntariè canonem recitaret.

At ego his diebus interrogatus de hoc casu à quodam Religioso, negatiuè respondi, & nunc inuenio nostram sententiam docere sapientissimum, & amicissimum Patrem Franciscum Bardì in suis eruditissimis moralibus nouissimè editis communem vtilitatem totius Reipublicæ literariæ; sic itaque asserit *lib. 8. quest. 6. num. 8.* Quæ dicta sunt de attentione debita in recitandis horis, intelligi etiam debent in recitandis aliis precibus, in audiendo sacro, & in ipso conficiendo, quamuis quidam recentior discrimen agnoscat, dicatque grauitè peccare Sacerdotem, si tempore notabili partem canonis voluntariè distractus recitet, discrimen autem ex nullo alio capite colligit, nisi ex eo quòd reliquæ orationes sunt meræ allocutiones ad Deum, Missa verò est sacrificium, quo Deum ipsum veneramus, proinde grauis videtur irreuerentia, quòd quando quis profitetur per suam actionem Deum colere, irreuerenter se gerat.

Contra hunc recentiorem vrgeri poterit; nam vtroque modo Deus colitur, nempe & orationibus, & sacrificio proinde in vtroque irreuerentia debet

existimari grauis, vel leuis, & ad summum, quamuis demus distractionem voluntariam in actione sacrificij esse maiorem, posset quis dicere esse maiorem intra latitudinem peccati venialis, & superesset ipsi recentiori ostendendum, maioritatem hanc pertinere ad culpam lethalem quod tamen non probat neque ratione, neque auctoritate, nam legi neminem, qui tale ponat discrimen; Authores enim qui dicunt esse grauem culpam se distrahere voluntariè in recitandis in locis Canonicis, hoc ipsum sustinent de auditione & celebratione, quando saltem est de præcepto; addo etiam, quòd in Canone preces etiam continentur; proinde discrimen quod recentiori ille putat interuenire, est omnino reiiciendum.

Sed si hic obiter quæras, potest ne Sacerdos Religiosus extra Conuentum missas dicere, quas tenetur soluere ipsemet Conuentus, & postea in ipso Conuentu refarcire? Respondet Villalob. non posse absque licentia Prælati, & notitia, quia iudicat hoc assimilari missis dictis pro futuris intentionibus, sed meo iudicio videtur absolue hoc negari non posse: quia si licet secundum prædictum patrem missas soluere pro aliquo illo ignorante, ad quas tenetur soluendas, cur si conuentus debitor est circa determinatas missas, non poterit quis pro illis soluere, & postea refarcire? dicendum ergo hoc non esse illicitum dummodo duo obseruentur, Primum, vt missa dicatur semper cognita primò obligatione, & debito circa determinatas missas; Secundò; vt nec dissipentur pro aliquo accidenti aliq̃ ex missis, quas tenentur dicere siue conuentus, siue Religiosus particularis. Et hæc omnia docet Ioannes de Sotia in epilogo *summarum p. 2. tr. 1. sect. 3. disp. 2. §. circa applicationem.*

An si quis in Vigilia Natiuitatis ieiunaret pro lucrando Iubilæo, satisfaceret sumendo illam maiorem quantitatem, qua sumi solet in dicta Vigilia cum ieiunatur extra tempus Iubilæi.

RESOLVT. XII.

Suppono, in dicta vigilia (vt alibi probaui) posse sumi vncias sexdecim, & ita docet nouissimè Ioannes Henriquez in *pract. 99. sect. 16. quest. 5. nu. 17.* vbi sic ait, Alunos Doctores asserunt que esto no es licito. Otros tienen que donde ay costumbre se puede hazer colacion en la Vigilia de Nauidad con todo, quanto vna persona puede comer de todas frutas: Puro la opinion mas recebida es la de Azor, Fagundez, y Diana, losquales afirman, que casi en todas partes ay costumbre de hazer colacion la vigilia de Nauidad con cantidad doblada, que en losdemas dias de ayuno: de modo que si en los demas de ayuno se puede comer ocho onzas à colacion, en este dia se podran comer diez y seis.

Però ay dificultad en aueriguar si esta cantidad se hà de entender tambien con los Religiosos, porque los mas afirman que esta costumbre la ay en las Religiones, però Villalobos niega esto, y Diana dize, *In nostra Religione certum est non stare.* Pero verdad sea, que vnos Doctores puede ser que hablen de lo que se vsa en vna Prouincia, y otros del vsò de otra: y hablando del vsò de nuestra Religion digo, que se vsa en esta Prouincia del Andalozia hazer colacion con las diez y seis onzas que

que dize Azor. Imo plus addit nouissimè Remigius *pract. Confess. 3. c. 4. §. 5. n. 1.* vbi sic ait, Para que la colacion sea licita, y se pueda tomar sin pecado, ha de ser moderada en cantidad, y calidad: y para euitar prolixidades permiten communemente los Doctores como §. 2. n. 7. diximos ocho onzas poco mas, o menos, aunque sea de diuerfos manjares: y no pecaria mortalmente el que hiziesse colacion algo mas larga con buena fee, y por tener mucha hambre. Es licito en vispera de Nauidad hazer colacion doblada, que en los demas de ayuno; y aun quanto, cada vno quisiere, como sea de cosas permitidas en colacion. Ita ille.

Hoc supposito, ad quæsitum adductum negatiuè respondet Bossius *sect. 4. cas. 18. numero 163.* sic asserens, Consequenter tali pacto in dicta Vigilia Natalis Domini, aut Paschatis tam immoderatam sumens collationem iuxta præfaram consuetudinem, licet non violare præceptum de Ecclesiastico ieiunio, non tamen satisfaceret oneri ieiunandi ratione Iubilæi; sicut non satisfaceret oneri ieiunandi ratione vel poenitentia, aut voti, quia non verè ieiunaret. Hæc Bossius.

Sed ego contra illum puto cum Patre Bardi in *selectis lib. 5. quest. 4. numero secundo* hunc talem etiam si ea nocte sumeret refectiunculam illam maiorem, satisfacere ieiunio ex voto, aut poenitentia, quia dum non constet de opposita intentione vouentis, aut Confessarij imponentis poenitentiam, censendum est vorum fuisse emissum, & poenam pro eo die à Confessario fuisse impositam eo modo quo seruari solent ad satisfaciendum Ecclesiastico præcepto; ex qua doctrina videtur inferendum hoc ipsum de ieiunio Iubilæi, cum eadem sit ratio in hoc de ieiunio ex voto, aut poenitentia, ac de ieiunio Iubilæi. Et hanc opinionem ante Bardi docuerat doctissimus & amicissimus Pater Gobat in suo *erudito tract. de Iubilæo cap. 28. quest. 75. numero 201.*

Non desinam hæc obiter adnotare quod docet Quintanadueñas de *Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 8. numer. 13.* Si vno vniuersa hecho voto de ayunar, ò el miercoles, ò Viernes, ò Sabado, ò todos los tres dias de la semana que gana el Iubilæo, ò se los vniuersa dado en penitencia, ò por otro qualquier camino estuuiera obligado à ellos debaxo de pecado mortal, cumpla con estos para el Iubilæo. A que añado que si vno tenia obligacion à ayunar estos dias en la primera semana, y no en la segunda, ò al reues, puede dexar el ganar el Iubilæo para la semana en que està obligado à los ayunos, aunque lo haga con fin de cumplir con vnos mesmos ayunos con ambas obligaciones, y euitar el trabajo de los otros, porque entonces vsa de su derecho segun la sententia, que con Fagundez, y otros Doctores sigue Diana *part. 1. tract. 9. resol. 18. & 19.* Que vno puede por euitar el ayuno dexar el lugar donde obliga, y ir donde no obliga, y reseruar para el dia de ayuno la obra trabajosa, que le escusa del aunque la pueda anteponer, y posponer. Hæc Quintanadueñas. Qui etiam *numero 14.* me citato admittit tanquam probabile, quòd si aliquis ieiunasset nesciens Iubilæum promulgatum, quòd hoc non obstante illud lucraretur, præsertim aut ille, si vno tuuiera vna intencion, ò proposito, ò concierto general hecho con Dios N. Sig. (que fuera bueno hiziesse todos) de que su animo, y voluntad es hazer todas sus buenas obras, con intencion de ganar todas las indulgencias, y Iubilæos, que à ellas

aplicaron los Pontifices y de que ely ellas son capaces.

Sed magis generaliter nostram sententiam docet Ioannes Pontius in *Cur. Theol. disp. 46. qu. 15. concl. 4. numero 189.* vbi sic ait: Non est necessarium, vt quis sciat Indulgentiam concessam propter opera bona; sed sufficit, quòd ponat illa opera; Ita tenet noster Portel, & post eum Cardinalis de Lugo. Ratio est, quòd nihil impedit quominus Ecclesia dispense thesaurum Ecclesiæ facientibus talia opera, siue sciant Ecclesiam id fecisse, siue non. Ita ille.

An si quis confiteatur pro obtinendo Iubilæo, & postea recordetur alicuius peccati obliti, si non habeat copiam Confessarij possit Eucharistiam sumere, & lucrari Indulgentiam.

RESOLVT. XIII.

Affirmatiuè respondet Pasqualigus in *praxi de Iubilæo quest. 64. num. 3.* vbi æc ait: Si confessio præscribitur solum in ordine ad dispositionem necessariam pro Iubilæo, aut Indulgentia, probabile est, quòd ille, qui non potest confiteri, absque tamen propria culpa, lucratur Iubilæum, si cætera opera iniuncta perficiat, & conteratur, Probatur; In tali casu confessionis præscripto se habet ad modum præcepti. Ergo non obligat in casu, in quo fiat impossibilis, sicut nec obligat præceptum.

Dices necessariam esse confessionem ob communionem, sine qua quantumuis contritus non potest ad illam accedere, cum hic casus non sit ex illis, qui excusant à præmittenda confessione, quando pro lucranda Indulgentia requiritur communio. Deinde neque in hoc casu locum habet, quia sicut damnum notabile tam spirituale, quam temporale excusat, vt possit quis accedere ad Eucharistiam absque præmissa confessione, quando non potest præmittere; ita etiam amissio lucri notabilis præsertim spiritualis, quale obtinetur per Indulgentiam, nam damnum, & amissio lucri æquiparantur. Ita ille.

Sed negatiuam sententiam sustinet Bartholomæus à Sancto Fausto *l. 4. de Iubil. extraor. qu. 4. 1.* & Pater Bardi in *select. lib. 5. quest. 3. num. 17.* quia licet variæ assignentur causæ, ob quas cum sola contritione possit quis communicare absque eo quod sacramentaliter absoluat; inter causas tamen non apponunt Authores hanc, quæ est consequi Indulgentiam, neque tradunt regulam vniuersalem, sub qua contineatur acquisitio Indulgentiæ; admitto tamen cum prædictis Authoribus id fieri posse ad scandalum vitandum; in tali enim casu erit omnino licitum Eucharistiam sumere sine præuia confessione non solum ad Indulgentiam obtinendam, sed hoc est per accidens ex iure naturali dictante scandalum esse vitandum. Addo etiam non posse mentem Pontificis eam esse, quam sibi persuadent Authores primæ sententiæ, quia præceptum de præmittenda confessione mortalium ante summptionem Eucharistiæ, iuxta communem ferè sententiam est de iure Diuino, & non Ecclesiastico; atque adeò in illo non habet locum humana dispensatio, & omisso confessionis intermedium præmittitur non vi alicuius dispensationis, sed interpretationis

pretationis iuris Diuini non obligantis in quibusdam circumstantiis, quas doctores enumerant in tractatu de Eucharistia; proinde nunquam audiui-mus aut legimus in hoc præcepto aliquem dispensatum fuisse à Pontifice. Ex hac doctrina patet, quæ ratione sit reicienda responsio, quam ad hoc argumentum tradit Pasqualigus numero 4. ait enim amissionem lucri spiritualis notabilis, quale obtinetur per Indulgentiam, excusare, sicuti excusat damnum notabile tam spirituale, quam temporale; nam in iure ista duo æquiparantur, patet, inquam qua ratione sit reicienda; primò, quia, vt dixi, inter causas excusantes à confessione, Doctores nullam faciunt mentionem de utilitate Indulgentiæ; secundò, quia lucrum hoc spirituale, quamuis sit magnum, cum facili negotio haberi possit aliis mediis, idcirco illud amittere per tale determinatum medium, nempe per Iubilæum, non videtur res magni momenti; passim enim se offerunt media lucranda Indulgentias plenarias, videlicet mediis gratis benedictis, visitatione Ecclesiarum, quibus concessæ sunt similes Indulgentiæ, &c. Hæc omnia Bardi.

Et quidem contra doctum, & amicissimum Patrem Pasqualigum suæ sententiæ adhærere non possum stante autoritate Concilij Tridentini sess. 13. cap. 7. vbi seuerè prohibetur, ne vllus peccati conficius absque præmissa confessione sacramentali ad Eucharistiam accedere debeat, quod, vt ego alibi probaui, intelligitur etiam de aliquo peccato oblito, quod in mentem venerit post factam confessionem in ordine ad communicandum.

Sed quid dicendum, si quis ritè sit confessus, & communionem sacram receperit, si antequam lucratur Iubilæum, labatur in nouum peccatum mortale, vtrum teneatur iterum confiteri? Affirmatiuam sententiam tuetur Amicus in *Cur. Theolog. 1. 8. disp. 20. sect. 8. num. 242.* vbi sic ait: Dubitari potest, an cum in Iubilæo exigatur confessio, si post confessionem homo mortaliter peccet, ad Indulgentiam lucrandam sufficiat contritio absque noua confessione? Negat Suarez, mouetur, quia talis confessio debet esse de omnibus mortalibus vsque ad tempus Indulgentiæ commissis; nam illa refertur ad tempus ipsius Indulgentiæ: ergo comprehendit omnia mortalia vsque ad tempus Indulgentiæ commissis. Ex quo infert, quod si quis post confessionem, antequam Indulgentiam lucratur, recorderet aliquod peccatum oblito, teneri ad illud confitendum, alioquin Indulgentiam non lucrabitur: secus si non recorderet; quia tunc tale peccatum non impedit effectum Indulgentiæ, etiam si Pontifex expressè requirat confessionem omnium peccatorum: quia intelligitur requirere confessionem omnium peccatorum humano modo integram. Quæ sententia non solum est tutior, & in praxi adhibenda, sed etiam probabilior, præsertim cum exigatur confessio omnium peccatorum. Ita Amicus.

Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam docet Castus Palauus *t. 4. disp. 24. punct. 9. num. 25.* eo quod peccatum oblito in confessione legitime facta, remissum sit virtute gratiæ per Sacramentum communicatæ, ac proinde securitatem Indulgentiæ nullatenus impedire potest: confessio autem expositulatur omnium peccatorum, quæ fuerint ante indulgentiam commissis, quæque virtute Sacramenti saltem virtualiter remissa non fuerint, secus de remissis directè vel indirectè.

Nota hæc obiter, quod quis per confessionem facilem non consequitur Iubilæum, quicquid ex mente aliorum alibi dixerim, quia Pontifex requirit confessionem, vt tollatur impedimentum, ad hoc vt acquiratur indulgentia: at per confessionem inualidam non tollitur impedimentum, nempe peccatum mortale, proinde non obtinetur Iubilæum.

Secus autem per summptionem Eucharistiæ indignam, nam si quis sacrilegè communicauit, non tenetur. Et ducor à pari: sicut enim adimplens alia opera iniuncta, quamuis sit in peccato mortali, nihilominus satisfacit oneri iniuncto, ita etiam & communicans, dum manet in peccato satisfacit impositioni huius operis; Verum si communicatio sit vltimum opus ex iniunctis non poterit ita communicans in eo momento lucrari indulgentiam: non ex eo quod opus non sit factum in gratia, sed quia ad acquirendam indulgentiam requiritur in acquirente status gratiæ, & amicitia Dei.

Et ita ego olim docui contra Pasqualigum, quem etiam nouissimè refellit Bardi *vbi supra quest. 5. numer. 3.* respondent ad omnia eius argumenta; non nego tamen eius sententiam esse probabilem, quam etiam tuetur Amicus in *cur. Theolog. 1. 8. d. 21. sect. 6. numero 123.* id quod constanter assero est, ipsum non bene, & parum modè dixisse (quod etiam obseruat Bardi) opinionem contrariam, auctoritate Doctorum, & efficaci ratione munitam esse improbabilem.

An excommunicati, suspensi, & interdicti excusentur à præcepto annuæ communionis.

RESOLVT. XIV.

PVtat Pater Auerfa de *Sacr. Euchar. q. 8. sect. 3. vers. tertio*, quod si quis inueniatur censura aliqua impeditus, tenebitur præter aliam omnem obligationem, hoc speciali titulo absolutionem procurare quantum in ipso fuerit, ad hoc vt communicare valeat.

Sed ego puto cum Leandro de *Sacr. tom. 2. tra. 7. disp. 3. quest. 33.* Isambert. in *3. p. D. Thoma quest. 80. disp. 6. art. 2. vers. & aliis tertio notandum*, quod sapienti excusantur ab obseruantia huius præcepti, & proinde non teneantur etiam ex hoc capite procurare absolutionem, vt satisfaciant huic præcepto. Quia ratione excommunicationis & interdicti, prohibiti sunt ab Ecclesia Sacramentorum esse participes. Ergo excusantur si per eos non sit vt absolutio detur.

Sed plus addit Pater Pasqualigus in *cur. Theol. 1. 2. disp. 118. sect. 9. num. 41.* quod si prædicti possent absolui, & nolent absolui eo fine vt non communicarent in Paschate, peccarent contra præceptum, quia vellent in causam illius transgressionis secundum citatos Doctores. Quod tamen habet difficultatem; Quia quamdiu sunt impediti, non obligantur præcepto, & proinde non habent locum præcepti transgressio, cum ibi tantum sit vbi viget obligatio. Quod autem velint differre absolutionem in hunc finem ne communicent in Paschate, non est velle transgredi præceptum, sed velle impedire ne superueniat obligatio præcepti. Et faciunt ea, quæ dixi in praxi ieiunij *decis. 320. num. 3. & sequen. de iis, qui assumunt laborem non necessarium in eum finem, vt postea fatigati non teneantur ieiunare.* Ita Pasqualigus.

Sed

Sed si quæras hæc obiter, an qui fumeret Eucharistiam vno aut altero die ante, vel post illos quindecim Paschales designatos pro adimplentione præcepti, adhuc satisfaceret præcepto. Et affirmatiuè responder Pasqualigus *vbi supra sect. 6. numero 30.* quia ait ille, sumus in iis, in quibus terminus præfixus tempori non est indiuisibilis, sed habet latitudinem: & proinde moraliter tempus designatum accipiendum est. Nam cum parum & nihil æquiparentur, *l. quamuis ff. de condit. & demonst. & cap. coram dilecto, de offic. deleg. dum parum abest tempus à præscripto, censetur non abesse, & proinde quæ sunt in ipso, censentur fieri in tempore præscripto.*

Sed ego magis adhæreo negatiuæ opinioni, quam tuetur Ioannes Præpositus in *3. partem D. Thoma quest. 80. art. 11. dubitatio. 2. numero 58.* quia in præceptis affixis tempori, tempus debet commensurari indiuisibiliter & non moraliter, vt vult Pasqualigus & idè Præpositus *vbi supra*, sic asserit, Porro ita necesse est hoc tempore communicare; vt etiam is, qui pridie Palmarum quacumque ex causa communicauit, teneatur rursus intra illos dies communicare; quod etiam existimo dicendum de eo, qui communicasset per modum Viatici, quia qui propter instans mortis periculum sumpsit Viaticum ante illos dies, non eximitur ab obligatione communionis in Paschate, & præcedentes dies etiam proximi non sunt tempus aptum executioni præcepti communionis Paschalis, cum in illis nondum urgeat præceptum, vnde per summptionem Eucharistiæ proximis diebus Dominicæ Palmarum non satisfacit præcepto de Eucharistia sumenda in Paschate, ergo cum obligetur communicare in Paschate, tenetur rursus inter illos dies Eucharistiam sumere. Ita Præpositus.

Et quidem communiore Doctores loquentes de præcepto annuæ communionis, asserunt adimplendum esse intra illos quindecim dies, qui incipiunt à Dominicæ Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè. Ergo inclusiuè contra Pasqualigum sentiunt, aliquem paulò ante vel post dictos quindecim dies Sacram Eucharistiam sumentem, non adimplere præceptum Ecclesiasticum; sicuti si quis statim post mediam noctem recitaret horas canonicas præsertim diei, non satisfaceret præcepto, sicuti non satisfaceret si paulò ante mediam noctem recitaret officium subsequenti diei.

Rectè itaque dixit Eminentiss. Lugo de *Sacram. Euchar. disputatio. 16. sect. 5. numero 62.* Nomine Paschalis non intelligitur solus dies Resurrectionis, sed quindecim dies à Dominicæ Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, iuxta communem vsu & declarationem Eugenij I V. Imo in aliquibus locis extenditur tempus ad totam Quadragesimam, itavt qualibet eius die satisfieri possit præcepto.

Dices, ex hac opinione sequeretur, quod qui non communicauit intra illos quindecim dies, non teneretur amplius communicare.

Respondeo, hanc sententiam cum multis Doctoribus satis probabiliter me olim docuisse, & esse verè probabilem etiam Aduersarij admittunt, & me citato Dicastillus de *Sacr. tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 6. num. 136.* & me citato Leander de *Sacr. tom. 2. tract. 7. disp. 3. quest. 29.* Præpositus in *3. part. quest. 80. art. 11. dub. 2. num. 63.* Valentia *tom. 4. disp. 6. quest. 8. punct. 4.*

Vel respondeo secundò, si quis non adimpleuerit præceptum intra tempus Paschale, tenetur eo elapso etiam sub præcepto communicare, nam quando tempus præscribitur à legè vt terminus, quovsque differri possit obseruantia præcepti, eo elapso non extinguitur obligatio. Ratio est, quia quod principaliter tunc intenditur, est substantia ipsa actus præcepti, & tempus solum præscribitur vt terminus, vltra quem non liceat differre obseruantiam actus præcepti; tum quia hoc præceptum de semel communicando in Paschate est determinatio præcepti diuini, ne ulterius differatur quam par sit; Tum quia hoc ipsum iudicat lex per illa verba, Ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum suscipiens: & clarius Tridentinum *sess. 13. can. 9. Si quis, inquit, negauerit omnes & singulos Christi fideles teneri saltem in Paschate ad communicandum, &c.* quibus verbis Concilium declarat principalem intentionem Ecclesiæ esse ne vltra annum huius Sacramenti susceptio differatur.

Ex hac verò opinione non sequitur quod præceptum de communicando tempore Paschali adimpleri possit post vnum, vel alterum diem, sed factò præcepto, & non adimpleto suo tempore elapsis quindecim diebus remanet adhuc præceptum communicandi. Itaque licet hoc præceptum sit affirmatiuum, est tamen simul virtualiter negatiuum quatenus includit prohibitionem de con differendo vltra annum hoc Sacramentum.

Et: dictis sequitur stando in hac opinione, continuè peccare eum, qui cum possit communicare non communicat: sicut continuè peccat ille, qui cum possit restituere non restituit. Quid si quis, inquit, ex deuotione communicauit in Natali, & postea transgressus est præceptum in Paschate, an possit expectare vsque ad sequens natale, in quo annum complet? Negat Suarez: quia hoc inquit est per accidens, per se autem seruandum est Ecclesiasticum præceptum de annua communionem. Quod probabile est, inquit Amicus in *cur. Theolog. tom. 7. disp. 26. sect. 1. n. 49.*

Nota Lector aliam mediam opinionem circa discussam difficultatem, & est Patris Ioannis Pontij in *cur. Theol. disp. 44. quest. 5. concl. 6. numer. 101.* videlicet, eum qui non communicauit à Ianuario vsque ad Pascha, si omittat communicare in Pascha, teneri adhuc ad communicandum, vi præcepti de communicando semel in anno aliquando ante Ianuarium sequentem. Si verò communicauit post Ianuarium ante Pascha, & omisit communicare in Paschate non teneri vi huius præcepti ad communicandum postea vsque ad sequens Pascha: quia satisfecit præcepto de communicando semel in anno, & transiit tempus limitatum per alteram partem præcepti de communicando in Paschate.

De communionem quotidiana.

RESOLVT. XV.

ALiqui Authores Hispani annis elapsis opinati sunt, dum quis læthali culpa minimè teneatur, præstat, eum diebus singulis communicare quam abstinere, quæcumque illius sit dispositio, velit nolit Confessarius, qui malè ager, si postulantur laico penitenti ad communicandum, facultatem concedere hanc noluerit.

Hanc

Hanc sententiam nouissimè tuetur Magister Antonius Bernaldus de Braojos in quodam libello impresso Compluti per Franciscum Bopexem, in quo ex pluribus fundamentis firmat hanc conclusionem; *Esto supuesto, la conclusiõ segura, cierta, y verdadera es, que à qualquier Christiano, quando se halla sin consciencia de pecado mortal, ò se la tiene, se confessa como deue (como no false à las obligaciones del precepto) auunque se vea con tibiezas, ò imperfecciones; serà licito, sano, y loable el comulgar cada dia; y esto fera mejor, que dejar de comulgar, aunque sea por temor, reuerencia, ò humildad.* Vease al Doror Geronimo Perez en su suma Theologica en el tratado de esta materia; Al Doror Ioan Sanchez en la disputa 22. de sus selectas; Al Padre Marfilla en el memorial Compostelano y sus adiciones; Al Doror Don Antonio de Rojas en la preparacion Eucharistica; Al Padre Molina en su instruccion de Sacerdotes en el tratado 7. cap. 4. §. 1.

Et tandem his omnibus ego etiam addo nouissimè Martinum de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 8. de Euchar. numero 2.* vbi sic asserit, Por ninguna ley diuina ni humana està prohibido à los seglares comulgar cada dia vna vez, auiendo sene primero examinado, y no teniendo consciencia de pecado mortal; ni los Concilios piden otra disposicion, por lo qual el Concil. Trident. *sess. 12. cap. 6.* dize, que deca que todos los Fieles comulguen cada dia: à la verdad, delatar de ordinario la communion, no es nueua disposicion sino tentacion, porque comunmente por dezar de comulgar, no se consigue mas deuocion, respecto, y amor de Dios; antes le ama, y respecta mas el que por su amor, y paraque remedie sus flaquezas le recibe con frecuencia, aunque se halle con pecados veniales, y tibieza de espiritu con distraciones, y falta de deuocion sensible al fin el que llegare sin pecado mortal recipir à gracia ex opere operato. Y no me atrecciera à consejar à na die, que se aparte de la comunion cotidiana, aunque viua vida ordinaria, porque de llegar se à Dios con conocimiento de sus misterios y deseo de emendarlos, se siegue mayor gloria de Dios, que à todos conbida à que le reciban por flacos, y miserables que sean. Muy saludable consejo es, que los que comulgan cada dia, se desembracen de los cuydados y ocupaciones del mundo, y traten de oracion y recogimento, y anhelan por la perfeccion de vida, y procuren deuocion actual con santas consideraciones; pero estas preparaciones, y disposicion son para alcanzar mas gracia, y mas fruto espiritual. Ita ille.

Sed ego prorsus existimo hanc sententiam ita absolutè prolatam, non esse admittendam, vt potè contra communem opinionem Doctorum, & contra Praxim Ecclesiæ, & vsu omnium Confessariorum, & idèd Suarez in 3. part. 10. 3. disp. 49. *sect. 4. ver. dico tertio*, sic ait, Videtur sanè rarò esse alicui consulendum, vt ordinaria consuetudine frequentius, quàm octauo quoque die communicet. Ita significant Doctores citati, & ita sentiunt prudentes & experti viri in hac materia; & communis Ecclesiæ vsus non parum fauet. Doctores quos retulerat, sunt D. Thomas, Bonauentura, Ricardus, Paludanus, Gabriel, Adrianus, & Petrus Soto, Vasquez verò 1. 3. in eadem 3. part. 1. 3. disp. 2. 14. cap. 3. num. 27. sic asserit, In Ecclesia maximè vsitatum video, vt frequentius, quàm octauo quoque die, rarò, & non nisi hominibus probatæ virtutis, singulis autem diebus rarissimè & paucissimis hoc Sacramentum

concedatur. Huius tamen rei iudicium certius piis, & doctis Confessariis relinquatur. Lege Nnnum Capitonem in 3. par. qu. 80. art. 10. *conclus. 10.* cuius est; rarissimè, & ferè nunquam est concedendum non Sacerdotibus, præcipue secularibus quotidie communicare. Ochagavia *tract. 2. de Euchar. question. 16. numero quarto* Generaliter non est fidelibus consulendum, vt frequentius quàm octauo quoque die Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum suscipiant. Probatum primò ex consuetudine Ecclesiæ; secundum quam communiter non recipitur hoc Sacramentum frequentius. Et post alias probationes subiicit; Paucissimis ac non nisi maximos in virtute profectus consecutus concedenda est Eucharistia quotidiana. Verum tamen huius negotij perfectum iudicium reseruandum est piis & doctis Confessariis, qui iuxta qualitatem pœnitentium maiorem, aut minorem frequentiam suadere poterunt.

Idem docet Filiucius *tom. 1. tra. 4. de Euchar. c. 7. quest. 9. concl. 3. n. 299.* vbi de hoc agit ita scribens; Non potest esse eadem ratio omnium, sed prudentia iudicioque opus est. Nam qui continent, & religiosi frequentius communicare possunt, quam laici & coniungati per se loquendo. Idem etiam Dionysius Richelius sentit in 4. *distin. 12. question. 5. ver. se autem quaratur*, vt & Durandus eadem *dist. question. 5. num. 6.* Antonius 3. part. tit. 14. cap. 1. 2. §. 5. Sotus in 4. *dist. 11. qu. 1. art. 10. ver. tertio nihilominus*, Nicolaus de Orbellis in 4. *dist. 12. quest. 2. Vega 1. part. summa cap. 61. cas. 23.*

Eiusdem sententiæ Ledetma est in *summa de Eucharistia Sacramento diff. 2. 7. per totam*, & Emanuël Rodriquez 1. tom. *summa cap. 65. conclus. 2. §. Aniso à los Confessores*, Ioannes à Cruce *directory conscientia de Eucharistia question. 5. dubit. 5. concl. 2.* Idem etiam docet Alensis libro 4. tit. 17. art. 3. *question. 1.* Syluester, *Eucharistia 3. question. 19. ver. septimum*, Raynerius 1. part. *summa verb. Eucharist. cap. 126. ad initium*, Corradus *responsorum casuum conscientia part. 1. question. 57.* Ludouicum Granatensem in eandem sententiam referens; & iure, quoniam ita hic piissimus author docet, Ludouicus à Sancto Ioanne Euangelista lucis Sacerdotum 1. par. *question. 7. de Eucharist. art. 13. dubitat. 1. concl. 2. appendice 1.* Ludouicus Lopez *instructory conscientia 2. p. cap. 66.* ferè per totum, maximè *ver. Præterea descendendo*, Toleus in *summ. l. 6. cap. 19. n. 3.* vbi ait; Non eadem frequentia omnibus consulenda est præsertim laicis; & accedens ad designandum cuique hominum generi, quàm ei expedire putat, subdit; Rusticis, mancipiis, & similibus menstrua sufficere, aliis maioris iudicij, sed negotiis implicitis, aut curis familiaribus decimo quinto quoque die, reliquis negotiis etiam debitis, sed non magis eis immeris quam Scholastici sint, coniugatis item minus distractis octauo. Statimque subiungit, frequentior communio non est in vniuersali consulenda, sed remittendum hoc est ad iudicium Confessariorum, qui in his, & aliis, considerabunt diligenter, quid in particulari cuique sit magis expediens. Villalobos his accedit *Manualis 4. cap. numero 18.* Corona Confessorum 4. part. *de Sacram. Euchar. §. de frequentia huius Sacramenti, ver. sed melius cum aliis*, Henriquez l. 8. *summa c. 54. numero tertio* & 4. Aegidius Coninch *de Sacram. quest. 80. art. 10. numer. 81.* Tannerus *tom. 4. disp. 5. de Eucharist. quest. 8. dub. 5. num. 128. & 129.* Valentia 1. 4. *disp. 6. question. 8. punct. 4. ver. sexto cum hoc ita se habeant*, Ricardus in 4. *distin. 22. art. 6. question. 1. in corpore*, Syluius 3. part. *quest. 80. art. 10.* Sebastianus

Episcopus

Episcopus Oxoniensis 3. part. *quest. 80. post artic. 2. quest. 1. num. 38.* Alensis 4. part. *quest. 11. artic. 4. §. 1.* Lorichius *tom. 2. Theauri Theologici, verbo Sacramentum Eucharistia numero 16. vers. Duodecimò quotidie*; Lucius in *summa ad quartum præceptum Ecclesia nota 1. vers. Ni le esta bien*, & alij, quos adducit & sequitur Pater Franciscus Lugo *de Sacrament. lib. 4. cap. 9. quest. 6. numer. 57.* Pater Dicastillus *de Sacrament. tom. 1. tract. 4. disput. 9. dub. 18. num. 414. cum seq.* Pater Ioannes Perlinus *de frequentia & vsu Sacra Eucharistia distin. 5. cap. 2.* quibus adde Eminentissimum Cardinalem Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 17. per totam*, in qua latè & doctè, vt semper solet, has duas propositiones variis rationibus firmat.

Prima est, non expedire omnibus istis indifferenter cuiusque status & vitæ sint, quotidianâ communionem, neque eis esse vtiliorem, licet alioquin non sit illicita. Secunda est, eum, qui in re tanti ponderis errare noluerit, non se suo arbitrio debere ducere, sed standum sibi iudicio prudentis Confessarij, vel Patris Spiritualis, cuius erit hanc frequentiam plus, minusve extendere pro maiori, vel minori ipsius aptitudine.

Hinc Sapientissimus Lessius in 3. part. *Diui Thomæ quest. 80. art. 10.* sic ait; Aduerte tamen, quia varia sunt hominum negotia, & animarum occupationes, satis esse vt seculares octauo quoque die accedant: id enim sufficit ad fructum animorum, & habetur ratio reuerentiæ huius Sacramenti: difficile enim est secularibus crebrius conueniens tempus huic sacratissimæ actioni impendere, & sese debite præparare. Qui autem planè à mundo sunt segregati, & toti rebus spiritualibus dediti (quales debent esse Religiosi & hinc similes) ij sapius possunt communicare, habita tamen ratione ædificationis proximorum, & consuetudinis locorum. Ita Lessius.

Dico itaque cum Mercero *de S. scr. q. 80. art. 10.* quòd considerando actum communicandi ex suo genere, consultius esset frequenter communicare, quàm rarò.

Secundò considerando hunc actum in particulari, quia ordinariè tot sunt vitæ humanæ impedimenta animo distrahentia, vt secularibus difficile sit sapius se debite præparare, non esse consulendum vt frequentius communicent, quàm semel octauo quoque die. Sic enim humana infirmitati sufficienter fructu huius Sacramenti subuenietur, & habebitur ratio reuerentiæ huic Sacramento debite.

Tamen non est hic vnâ omnium regulam. Nam continentibus frequentius quàm coniugatis conuenit communicare; & Religiosis ac Sacerdotibus, aliisque Clericis qui à mundo abstracti se totos spiritualibus dedunt quàm laicis. Et ita in hoc penitentes debent stare prudenti arbitrio Confessarij.

Nota etiam cum Ioanne Vvigers in 3. part. *quest. 80. artic. 10. 44.* & aliis vbi supra, Confessarios in hoc magis cautè debere procedere cum sceminis, quæ facilius subducuntur illusionibus Dæmonum, & vt ait Ioannes Pontius in *cur. Theolog. disput. 44. quest. 11. concl. 4. num. 104.* propter vanam gloriam, quæ multum prævalere solet apud mulieres. Claudam hanc resolutionem cum verbis D. Bonauenturæ in 4. *distin. 12. punct. 2. question. 1.* Si ergo quæritur vtrum expediat frequentate alicui? Dicendum, quòd si videat se esse in statu primitiæ Ecclesiæ, laudandum est quotidie communicare:

si autem in statu Ecclesiæ finalis, vt potè frigidum & tardum, laudandum est quòd rarò: Si autem medio modo, medio modo se debet habere; & aliquando debet cessare, vt addicat reuereri, aliquando accedere, vt inflammetur amore. Quia tali hospiti debetur honor, & debetur & amor, & tunc secundum illam partem, secundum quam viderit se melius proficere, ad illam magis declinet; quod homo solùm experientia discit. Omnes ergo rationes ad primam partem pro frequentia, intelligantur salua debita præparatione, quæ in paucissimis est, vt semper. Ita Seraphicus Doctor, qui etiam libro 2. *de Profectu Religiosorum cap. 77.* hæc asserit, Vix aliquis ita Religiosus esse videtur, & Sanctus (exceptis Sacerdotibus) quin semel in septimana sufficiat cum ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque vel ratio plus suadeat, infirmitas superueniens, vel singulariter festiuitas solemnis.

Quid ad hæc respondebit Bernaldus, Sancius, & alij superius adducti, ad quorum rationes, & auctoritates Sanctorum Patrum, quæ pro firmanda eorum sententia adducunt, solidè & latè respondent Cardinalis Lugo, & Ioannes Perlinus *locis citatis?*

Notandum est hic obiter non esse definitum iure diuino positio, an sapius vno die liceat communicare (hinc S. Leo III. celebravit interdum septies, interdum nouies eodem die apud Bar. *tom. 9. anno 816.*) sed id relictum est prudentiæ quam ius naturale dicit, scilicet cauendam esse frequentiam, quæ Sacramenti contemptum parere possit. Ideo Ecclesia prohibet communionem iterari eodem die, *cap. Consulisti de celebratione Missarum, & cap. sufficit de consecratione dist. 1.* in quibus de celebrantibus sermo est, sed hinc desumitur argumentum ad laicos communicantes etiam in Natali Christi, quo aliquis Sacerdos potest ter celebrare ex priuilegio; quam collectionem vsus Ecclesiæ approbavit, & præcepto confirmavit, ne Sacramentum vilescat per nimiam frequentiam. Non modica res est (inquit Alexan. *cap. sufficit*) vnâ Missam facere, & valdè felix est qui vnâ dignè celebrare potest. Et ita docet Ioannes Præpositus in 3. part. *quest. 80. art. 10. n. 51. in fine*, cum Mercero ibidem, & aliis.

An Superior teneatur seruare pactum de immunitate reo promissa.

RESOLVT. XVI.

Subditur pars negatiua, eo quòd promissio de re impossibili nullius sit momenti, nec quis ad id villo pacto se obligare queat, quod præstare in ipsius arbitrio, & potestate non est, *Impossibilium, ff. de re iur.* Atqui in arbitrio iudicis non est pœnam nocentibus remittere: Sic enim cum Papiano C. *Marcianus respondit, facti questionem in arbitrio esse iudicandis*: Pœnæ verò persecutionem non eius voluntati mandari, sed legis auctoritati reseruari, l. 1. §. 4. *ff. ad S. C. Turp.* Quocirca iudex non potest pœnam remittere noxio, nec veniam ei concedere; Et si concesserit, aut promiserit, promissio nullius erit momenti, nec à pœna reum liberabit.

Hinc cum iure permissum sit venire contra ea quæ nulliter sūt gesta, *l. quemadmodum C. de Agric. & cens. cap. si quis extr. de reb. Eccles. non alien. C. cum*

cum quis, & *seqq. caus. 35. q. 9.* licebit etiam iudici aduersus hanc promissionem venire, & reum nihilominus condemnare. Quandoquidem promissio hæc nullius momenti est, cum (vt dictum) sit de re iudici impossibili, & quia contra apertam legis prohibitionem.

Accedit huic, quod publicè interfit delicta puniri, *l. congruit ff. de offic. praesid. l. locatio §. quod illicitè ff. de publico. & veligal.* Pacta autem, quæ contra publicam sunt utilitatem non valent, nec vilius sunt momenti, *l. 7. §. si paciscar. ff. de pact.*

Et hanc sententiam defendit Popek *in c. non est n. 6. de reg. iur. in 6. Couar. var. res. lib. 1. cap. 2. num. 16. Clarus §. Recept. sent. §. fin. qu. 55. num. 8. Mollerus 2. sem. 1. num. 2.*

Sed alij Iuris-Consulti affirmatiuam sententiam docent, vt Matthæus Cunonus *in tract. de pact. cap. 23. num. 25. & seqq. Alciat. in l. 177. de verb. signif. Duaren. ad l. 5. ff. de pact. Menoch. l. 2. arbut. ind. qu. casu. 367. Gomez var. resolut. 3. cap. 12. num. 6. & 7. Binsfeldt de confess. malefic. concl. 7. dub. 3. Fachin. lib. 9. contr. 61.* Quæ sententia sequentibus nititur fundamentis.

Primò; Fides & promissio semper, & quolibet in actu atque negotio est seruanda & sanctè custodienda, *lib. 1. ff. de pact. lib. 1. ff. de constit. pecunia;* ac proinde iudex, qui reo fidem dedit, & impunitatem promisit si delictum fuerit confessus, si dem datam frangit, & pactum violat, quando reum post confessum condemnat; Igitur iudex cum impunitatem reo promisit, non potest contra fidem datam reum condemnare, ac supplicio afficere.

Secundò: ex confessione iudiciali, sic demum reus condemnatur, si confessio sit libera, nec dolo aut fraude iudicis extorta: Atqui confessio hæc quæ ad veniæ promissionem facta est; à Reo dolo est extorta: Ergo non est libera.

Tertiò: Huc etiam facit quod confessio facta persuasione aduersarij reuocari possit, tanquam erronea neque consistenti præiudicet, vt est Gloss. *in l. 2. ff. quand. act. de pecul. Bartol. in l. error. nu. 7. & ibidem Iason num. 38. in fin. & seqq. ff. de confess. Vnde etiam eo casu quo quis persuasionibus aduersarij inducitur ad renunciandum, non valet renunciatio, neque renuncianti præiudicat, *cap. sane, & ibi notat Panorm. ext. de renunciat. Nec iuramentum persuasione, & dolo aduersarij extortum nocet iuranti, Imol. consil. 109. n. 2. Hippol. de Marfil. in l. 1. §. questioni n. 1. ff. de quest. Sed cum quis persuasionibus aduersarij inducitur ad aliquid credendum, talis error dicitur iustus & iustificus, Bartol. in l. Censur. n. 4. ff. de usucap. Iason in l. error. n. 19. C. de iur. & fact. ignor. l. hominem ff. pro socio Quapropter etiam is, qui persuasione aduersarij ad soluendum inductus, ita potest repetere per conditionem indebiti atque si ignoranter soluisset, Bald. in l. 1. pr. C. de fil. pro patre, Alex. in l. 1. ff. condit. ind. deb.**

Verum has pugnantes sententias fœdere distinctionis conciliandas esse existimo; dico igitur distinguendum esse inter iudicem inferiorem, & superiorem. Et ita hanc sententiam tenet ex Theologis Stephanus Fagundez *in Decal. tom. 1. l. 8. c. 21. num. 16.* vbi sic ait, Si dolo reum iudex induxit ad constituendum, v. g. promittendo impunitatem, tenetur enim etiam tunc iudex ad restitutionem totius damni emergentis; paria enim sunt, confessionem esse extortam dolo, atque metu, vtraque enim per iniuriam, & contra ius fuit extorta, vt

probat Gomez *cap. 12. de delictis nu. 6.* Iulius Clarus *§. finali quest. 55. vers. circa secundum;* Lessius *l. 2. cap. 29. dub. 18. nu. 173. vers. quarto;* Imol. *consil. 106. Remigius de immunit. Eccles. fol. mihi 185. fallentia 26. in fin.*

Quod intelligendum est de iudice, aut Principe qui poterat eam immunitatem concedere; ij enim tenentur illam dare. Cæteri verò non tenentur prædictam impunitatem dare, licet teneantur ad damna alia: quare si impunitas fuit promissa ab eo, qui eam non potuit concedere, tunc sibi imputet, is, qui tali promissioni credidit; nunquam tamen addit Iulius Clarus huiusmodi reus condemnandus erit ex tali confessione ad pœnam ordinariam, nisi esset aliis etiam indicibus grauatus. Ita Fagundez. Cui adde Eminentiſſimum Cardinalem Lugo *de iust. tom. 2. disp. 37. sect. 15. nu. 180. & Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 35.* quia cum Princeps Supremus poterat in eo casu pœnam relaxare, & hoc ex animo promisit, tenetur implere: quod si non impleat, tenetur refarcire omnia damna, quia promisit id quod licitè poterat præstare, & ex promissione reus acquisiuit ius ad rem sibi promissam: Ergo si non impletur promissio patitur iniuriam, & debetur ei restitutio pro damnis secutis.

Nota verò, supradicta procedere quando reus iuste delictum negare poterat, nam si Reus non tenebatur confiteri suum crimen, vel quia non erat contra eum semiplena probatio, vel quia deerant alia requisita, (de quibus infra agendo de Reo) & sub illa spe impunitatis dolosè exorqueatur delictum; confessio non est valida, & sententia sequuta ex vi illius confessionis est nulla, ac denique iudex tenetur ad restitutionem omnium damnorum. Et hæc omnia obseruat Lugo vbi supra. Qui etiam rectè subdit, quod quando constat Reum legitime interrogatum, iniuste negare delictum à se commissum, non videtur illicitum amphibologia aliqua, vel æquiuocatione eum decipere, vt aperiat veritatem, Iudex enim habet ius illam extorquendi, sicut ergo eam potest extorquere per vim tormentorum; cur non poterit per dolum? dummodo sit dolus iustus, & sine mendacijs.

Notat tamen hinc Confessarij, & Responsores casuum conscientie, quod in duobus casibus potest iudex excusari à restitutione. Primò si Iudici suppetebant aliæ rationes, ex quibus reum iuridicè damnaturus erat vel dānare poterat, non teneri ad restitutionem, quia solum in modo inferendi damni iniuria commissa est, cum idem damnum alia ratione iuste possit inferre. Itaque cum ad ipsam substantiam damni inferendi ius habeat, non censetur iniuriam fecisse, nisi quoad modum: & consequenter non tenetur ad restitutionem damni quoad substantiam. Confirmatur, quia etiam si restitueret illi vitam adeptam, posset tamen illam alia ratione auferre, & sic restitutio esset nullius momenti.

Secundò. Quando error à iudice contra iuris ordinem commissus est in aliquo puncto, in quo Princeps supremus poterat dispensare, ita vt ipsemet Princeps posset sic procedere, si de causa illa cognouisset (vt si tortus est miles vel vir in dignitate constitutus) tunc potest iudici remittere restitutionem; quia potest eius factum approbare, vt supra dictum est. Et ita docet Lessius *de iust. l. 2. c. 29. dub. 28. num. 174.*

Sed quoad hunc vltimum casum à Lessio pō-

fitum

dit solum cum limitatione admittit Cardinalis Lugo *numero 182.* quando scilicet Princeps ratum habet ante terminatam causam, vel saltem non post mortem delinquentis, ea de causa occisi: post mortem enim non videtur posse Princeps condonare iudici illam obligationem restituendi: quia licet viuentem reo Princeps semper habeat ius procedendi legitime contra ipsum, & obligandi eum ad confessionem criminis, &c. & idcirco possit compensare hoc debitum delinquentis cum debito iudicis, & potest fingere, sed de nouo obligare reum ad constituendum, & de nouo condemnare reum, &c. mortuo tamen reo iam Princeps nullum habet ius contra ipsum, & per consequens non apparet quomodo possit condonare iudici obligationem quam contraxit per suam iniuriam. Imo adhuc viuentem reo, & condonante Principe iudici, ratam habendo eius sententiam, teneretur aliquando iudex ad damna priora, quæ ex sententia iudicis interim prolata vsque ad illud tempus passus esset: nam Princeps non poterat illum nunc damnare pro tempore antecedenti sed solum pro tempore sequenti. Ita Cardinalis Lugo. Sed sententiam Lessij puto probabilem esse, quam præter Malderrum à Lugo citatum, tenet etiam Ioannes Vvigers *de iust. tract. 6. capit. 1. dubitatio. 18. numero 123. & Trullench in decal. tom. 2. libro 8. capit. 2. dubitatio. 23. numero 6.*

Nota etiam hinc obiter, quod quando iudex iuridicè procedens, timeret reum malè negaturum veritatem, potest licitè, & iuste ei impunitatem cum æquiuocatione, aut cum restrictione mentali promittere, vt sic deceptus confiteatur veritatem. Et ita contra Layman docet ex Bonac. Couarr. & Reginaldus Pater Hurtadus *de iudicio forensi disput. 1. difficult. 17.*

An votum disjunctiuum Religionis, vel perfectæ castitatis, sit per Bullam Cruciatæ, vel Iubileum dispensabile.

RESOLVT. XVII.

DE votis disjunctiuis, quando vna pars est seruata, & alia non, ego plura dixi *in tract. de Bulla Cruciatæ, & nouissime me citato dicit Leander de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputatio. 14. question. 12. cum sequenti.* Sed difficultas est in casu proposito, nam vtraque pars voti seruata est, & hoc non obstante affirmatiuè respondet Pater Pasqualigus *in praxi de Iubileo question. 301. numero tertio* vbi sic ait, Votum alternatiuum antequam fiat electio vnus partis, non est perfectum, & completum, quia nondum est de materia determinata, sed determinando: vnde est sufficiens, vt inferre possit executionem; ergo nondum est votum completè emissum, sed est veluti adhuc in fieri, quia debet determinari ad alteram partem, vt possit executioni mandari, & proinde non venit nomine voti strictè saltem accepti, quia vt notat Menochius *consil. 133. numer. 12.* Actus, qui perfectionem non habet, & est adhuc in fieri, non meretur nomen actus. Et ideo non continebitur sub seruatiuone; quia cum seruatiuone sit strictè accipienda, se exten-

Anton. Diana Pars XI.

dit solum ad vota strictè accepta, & cū proprietate.

Confirmatur secundò: Votum alternatiuum habet tacitam conditionem respectu vtriusque partis, si vouens illam eligat, & proinde ante electionem neque ad vnā, neque ad aliam partem obligat, sed solum de præfenti obligat ad eligendam vnā, aut alteram partem. Ergo non est votum seruatum, quia neque est determinatè votum obligandi se mediante electionem, aut ad religionem, aut ad castitatem. Reseruatio autem cadit solum supra vota, quæ sunt determinatè de castitate, aut de Religione. Ita Pasqualigus.

Sed vt verum fatear, dum hanc opinionem legi, mihi non placuit, & postea de illa interrogatus negatiuè respondi, frater auctoritate Sanchez, & Ludouici de la Cruz, nunc verò inuenio illam reprobare Patrem Bardi *in selectis libro 5. question. 12. numero 36.* vbi sic ait; Dicendum est cum hac secunda sententia, quam puto certam: nam prior illa quam tuetur Pasqualigus non videtur solido fundamento inniti, vt mox ex solutione eius argumenti patebit, probari autem potest nostra conclusio, eam rationem (qua vtuntur Authores citati) aliquanto fufius ampliando tali pacto: quoties tota materia voti est seruata; toties votum ipsum est seruatum: Sed votum disjunctiuum, de quo agimus, ex suppositione habet totam materiam seruata, ergo votum disjunctiuum, de quo agimus, est seruatum: & per consequens computari non poterit virtute Iubilæi: probatur maior; nam votum recipit seruatiuonem, aut negotiationem eiusdem à materia circa quam versatur, vnde si materia erit seruata, ipsum quoque seruatum erit.

Ad argumentum ex Pasqualigo deductum, responderetur negando antecedens, in quo dicebatur votum disjunctiuum habens vtramque partem suæ materiæ seruata, non esse seruatum: ad eius probationem cum distinctione est procedendum; vt omnis æquiuocatio tollatur: cum enim dicitur tale votum disjunctiuum esse imperfectum; si per imperfectionem intelligatur indeterminatio quoad talem materiam particularem, & in specie, concedo quod sit imperfectum: si verò intelligatur imperfectio, seu indeterminatio quoad materiam seruata, vt sic & in genere, negatur. Votum igitur istud quoad materiam seruata, est omnino perfectum, & determinatum, quia procedit à voluntate omnino determinata, nam voluntas nullam habet indifferentiam in ordine ad materiam seruata, quamuis indeterminata sit in ordine ad electionem huius, vel alterius partis materiæ seruata; porò non apparet cur votum ad hoc vt sit determinatum & seruatum, debeat esse de materia seruata in specie, & non in genere, & debeat procedere à voluntate determinata ad materiam specificam, & non genericam, nam & ipsa quoque materia generica suam habet determinationem, & per consequens sufficiens erit ad inducendam seruatiuonem in votum.

Ad confirmationem, concedo in voto alternatiuo implicitè contineri conditionem respectu vtriusque partis, quatenus vouens manet in sua libertate ad eligendam potius vnā, quam alteram par-

Ii tem:

tem: ex hoc verò non sequitur, tale votum non esse referuatum, si tota materia est referuata, & vovens eligendo necessitatur materiam referuatam eligere, neque ex tali libertate voventis sequitur quòd votum sit imperfectum & indeterminatum. Hæc Bardi; unde puto non esse recedendum ab hac negatiua sententia, nec posse Confessarium virtute Bullæ aut Iubilæi in voto sic emisso dispensare, & ita senserunt aliqui ministri huius Curie Romanæ, de hac difficultate à me interrogati.

An innotescente, nondum elapso tempore Iubilæi, famulum non dedisse Eleemosynam à domino acceptam, ut pauperibus largiretur, teneatur dominus adhibere alteram Eleemosynam erogare?

RESOLVT. XVIII.

Suppono tanquam probabile, quod si dominus det famulo stipem pro pauperibus ad lucrandum Iubilæum, & ipse sibi retineat, dominum lucrari Iubilæum. Ita doctus Pater Gobat de Iubilæo c. 30. q. 80. num. 221. Quintanadueñas de Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 9. n. 1. Si la persona (ait ille) à quien se entrego la limosna para que la diese, se oluido de darla, ò se la perdio, ò de malicia non la quiso dar; es muy probable gaña el Iubilæo el que la mando dar, que este, quanto es de su parte, y a la dio; y Dios la recibio como si con efeto la diera el criado: lo contrario sienten otros y juzgan tam-poco lo gañara si la dio despues de las dos semanas. Lo cierto es, no lo ganara solo señalando en su entendimiento la que auia de dar, guardandola en especie y numero para vn pobre, sino se la entregaua dentro de la semana, que entonces no se verifica auer se la dado: Pero se le dixo, que alli la renia que fueffe por ella, ò que se la embiaría, y el la accepto, y dixo se la guardasse, ò no dixo nada; aun que no la entregasse en tiempo del Iubilæo le gaña.

Sed difficultas in casu nostro est, num scilicet innotescente fraude famuli antequam terminus Iubilæi sit elapsus, & ante eius consecutionem adstringendus sit dominus aliam Eleemosynam erogare? Et in rigore putat pater Bardi in selectis libro 5. quæstion. 3. numero 15. non esse dominum obligandum ad secundam Eleemosynam, & illum ad hoc adstringere, non esse ita cohærens opinioni quam tuemur, quia posito quòd sustineamus per abdicationem dominij ex voluntate subueniendi pauperibus, satisfactum esse intentioni Pontificis hoc primariò & formaliter intercedentis, iam censetur posita conditio, & adimpletum opus iniunctum, & ideo non supererit alia obligatio. Neque ad huius argumenti vim eneruandam, dicas talem esse præsumendam mentem Pontificis, videlicet quòd in tali casu sit excusandus dominus durante tantum bona fide, non autem quando scit cum effectu exhibitam minimè fuisse, ne dicas hoc, quia in iis, quæ se habent in forma, non prodest bona fides ad valorem actus; alter iis, qui v.g. non ieiunet, vel omittat visitare aliquam ex Ecclesiis designatis, aut non orat vt præscribitur in diplomate, & omisso procedat ex bona fide inuincibiliter

ignorantis obligationem, sequeretur omittentem lucrari Iubilæum, quia dici posset talem esse præsumendam mentem Pontificis, quod tamen communiter non asseritur à Doctoribus, ideoque signum est in his rebus non sufficere bonam fidem, sed requiri vt cum effectu opera iniuncta ponantur; Igitur efficax ratio ad sustinendam opinionem affirmatiuam, ea est quam adduximus, nempe id quod formaliter iniungitur, esse actionem illam pietatis, procedentis ex voluntate subueniendi pauperibus; ideoque ea posita; iudicandum erit ex parte dantis, conditionem hanc appositam fuisse quòd tamen non habetur in exemplis allatis de alijs operibus iniunctis; & patet quia Pontifex per ieiunij impositionem primariò intendit honestatem illam, quæ reperitur in sobrietate & abstinentia à cibis, quæ tamen deest si ieiunium in re non ponitur. Similiter iniungendo visitationem Ecclesiarum & orationem, primariò & formaliter intendit talem actum externum religionis, & preces ad Deum pro gratiis obtinendis, quæ non habentur nisi per externam, & actualem visitationem, & veram realeque orationem in eum finem effusam; at in erogatione Eleemosynæ faciendæ per famulum, iam habemus actionem externam intentam à Pontifice, quæ consistit in abdicatione pecuniæ, aut alterius rei erogandæ ex intentione subueniendi pauperibus, quæ est honestas pertinet ad virtutem misericordiæ, quam primariò Pontifex intendit, & sic non valet paritas. Hæc omnia Bardi *ubi supra*, quæ licet subtiliter & doctè excogitata sint, ego tamen in facti contingentia non recederem ab affirmatiua sententia, & quidem communiter Doctores, quos alibi citauimus, firman in casu, quo dominus præbeat Eleemosynam famulo ad dandam pauperibus pro consequendo Iubilæo & famulus non det, dominum non lucraturum Iubilæum, etiam si bona fide maneat.

Nota etiam hinc obiter, rectè Patrem Bardi *ubi supra numero quinto* docere contra Patrem Pasqualigum, Eleemosynam dandam pauperibus pro consequutione Iubilæi non esse mensurandam iuxta vniuscuiusq; sumentis mensurationem, quod etiam ego alibi docui. Vide Bardi, qui responder ad argumenta Pasqualigum. Rectè itaque dixit Quintanadueñas *ubi supra numero tertio*. La limosna en qualquiera cantidad se puede hazer, y nos es necesario el rico de como rico, y el pobre como pobre, sino cadauno lo que quisiere.

An qui dixi hæresim externam, sed postea dubitauit, an dum illam potulit ita mente senserit, vel affirmauerit causa loci, quaeritur an talis hæresis sit referuata?

RESOLVT. XIX.

Affirmat Sanchez in summa tomo 1. libro 1. capit. 10. numero 74. quia quando est præsumptio fori externi pro veritate peccati admitti, illud peccatum esse referuatum, quia dum non constat de veritate, forum internum sequitur præsumptionem fori externi. Ergo in casu proposito præsumptio est pro hæresi, proinde illa hæresim externam esse referuatam,

referuatam, quia cum verba sint naturaliter signa internæ conceptionis, & intentionis, nisi constet de opposito, non præsumitur proferentem aliud sensisse interius, & aliud seu alio modo exterius loquutum fuisse, vt colligitur ex *Labeo verb. id tubero ff. de suppell. leg.* & confirmant, quia in foro externo talis homo censetur hæreticus, ergo idem est dicendum in foro interno.

Verum contrariam sententiam docet Eminentiſſimus Lugo de *sacr. pœnit. disp. 30. sect. 2. n. 18.* vbi absolute & absque distinctione ex pluribus Doctoribus me etiam citato firmat, in dubio non censeri casum referuatam, nec admitti argumentum Sanchez desumptum à foro externo in quo reputaretur, & puniretur vt hæreticus propter præsumptionem fundatam in verbis: est enim clara differentia: nam in foro externo verba externa probant hæresim internam: & hæc probatio non infirmatur sufficienter, cum nihil afferatur quòd in foro externo probet contrarium, atque ideo reputaretur hæreticus simpliciter & absolute. At verò in foro externo contra præsumptionem fundatam verbis afferatur aliquid eius vim infirmans, nempe conscientia, & testimonium pœnitentis, dicentis se dubitare de consensu interno: quod quidem licet in foro externo non crederetur; creditur tamen in foro conscientia: in quo stari debet dicto pœnitentis: quare creditur, quod verè dubiter de consensu ad hæresim requisito. Et hanc sententiam Cardinalis Lugo sequitur etiam nouissimè Pater Bardi in *selectis lib. 6. q. 4. n. 9.*

Sed ponamus subdit Cardinalis Lugo num. 20. si propter dubium illud inferior absoluit ab hæresi v.g. vel alio peccato referuato, postea pœnitens remelius examinata deponat dubium, & recordetur certè peccati commissi; quod erat referuatum, an censetur iam legitime absolutus; an vero debeat recurrere ad superiorem pro absolutione? Videtur dicendum ablatam esse iam referuationem si iuxta id quod diximus supra *disp. 16. sect. 2.* probabile esset quòd qui confessus est peccatum dubium, licet postea recordetur fuisse certum, non teneatur illud iterum vt certum confiteri, quia iam fuit ab illo directè absolutus sub conditione si fuerat commissum: similiter enim in casu præsentis remanet directè absolutus, quia ille, qui in dubio absoluit ab hæresi peccato ad hoc maxime absoluit, vt si verè fuit peccatum, remittatur; ergo si postea constat fuisse verè peccatum: constat etiam fuisse absolutum directè: ergo non remanet obligatio illud iterum superiori confitendi. Hæc Lugo.

Verum ego alibi non ausus sum discedere à communi sententia asserente peccata dubia certè postea cognita debere iterum clauibus Ecclesiæ in confessione subiici.

Sed pro curiosis non deseram hinc apponere alios duos casus, quos assert Bardi loco citato *qu. 7. n. 4.* vbi sic ait; Colligio quòd si aliquis hæreticus internus discedat plura mysteria fidei, v.g. Trinitatem diuinarum personarum, Eucharistiam, Incarnationem, &c. & volens deliberata intentione proferre exterius vnum ex prædictis erroribus, &c. Deum non esse incarnatum, & tamen casu præter suam intentionem proferat, corpus Christi post consecrationem non esse in Eucharistia; colligo inquam ex principijs supra positjs, talem ita loquentem non esse hæreticum externum, ita vt incidat in excommunicationem, & per consequens prolationem il-

Anton. Diana Pars XI.

lam externam non esse casum referuatam ratio est, quia licet ille voluerit deliberata voluntate exterius manifestare suum errorem, tamen illa manifestatio provt est manifestatio erroris interni circa Eucharistiam, non est libera, & cum neque fuerit manifestatio alterius erroris, sequitur non esse referuatam, & quamuis casum hunc apud neminem viderim excogitatum, tamen cenſeo euidenter inferri posse ex principijs supra positjs: similis huic est ille de quo loquitur Sanchez *lib. 2. de cal. capit. 8. num. 25.* dum ait, hæreticum externum non esse eum, qui in somnis, aut ebrietate pronunciauit hæresim internam; & ratio quam adducit, est, quia tunc hæresis externa excommunicationi subiicitur, quando procedit ab interna, quod debet intelligi liberè, & modo humano: at hæresis in somnis pronunciaua quamuis aliquomodo procedat ab interna, nihilominus non procedat ab illa modo humano. Sic ego dicam, licet manifestatio illius erroris quo quis credit Christum non esse in Sacramento Eucharistiæ procedat ab errore interno, tamen non procedit ab illo liberè, & modo humano, ideoque non erit casus referuatus.

Et hæc omnia dicta esse volo secundum mentem docti, & amicissimi viri. Et quidem communiter asserunt Doctores, Titium v.g. volentem percutere Caium Clericum, si casu, vel per ignorantiam percutiat Sempronium Clericum, hoc non obstantem incutere in excommunicationem.

An liceat Iudici informationem vnius litigantis alteri tradere.

RESOLVT. XX.

Hæc resolutio est quotidie practicabilis, & ad dubium propositum sic responder Eminentiſſimus Lugo de *insit. tom. 2. disp. 37. sect. 15. num. 183.* secundum dubium circa Iudices potest esse, vtrum peccet iudex, qui informationem tibi traditam ab vno litigante, dat alteri parti videndam ob amicitiam? Videtur peccare, quia est contra fidelitatem debitam illi, à quo vel explicitè, vel implicitè rogatur iudex seruare, & occultare informationem. Adhuc tamen cenſeo per se loquendo: iudicem non peccare, quia iudex vt possit rectè iudicare, non solum debet videre rationes vnius partis, & rationes alterius, sed etiam quomodo vtriusque rationes possint dissolui: ad hoc autem iudicium formandum, non parum conducit audire quid pars aduersa respondeat informationi huius, ergo vtrius iure suo ostendendo informationem patri contrariæ, & ita censent aliqui viri docti: Dixi tamen per se loquendo, quia aliquando per accidens poterit iudex peccare, vt si vni parti det informationem alterius, & non è contra, videtur enim esse aliqua inæqualitas, & acceptatio personarum contra æqualitatem, quam iudex debet seruare. Ita Lugo.

Nota tamen Sanchez in *opus. tom. 1. libro 3. capit. vniuo dubi. 44. numer. 3.* docere, esse peccatum mortale petere ab impressore, vel à famulo Iudicis, seu auditoris, vel ab amanuensi Aduocati, vt prædictas informationes capiat, & tradat litiganti. Ratio est, quia si ipse litigans non potest illas iuste capere, à fortiori non poterit ab altero petere, vt illas

Ii 2 capiat;

capiat; præsertim, cum alij teneatur ex iustitia seruare secretum tanquam personæ quibus altera pars, vel iudex, vel Aduocatus confidit. Ita Sanchez cum doctis iunioribus; quibus adhæret Cardinalis Lugo *vbi supra n. 184.* licet obseruet, aliquos docere, hoc secundum se, & seclusis aliis circumstantiis, quæ possunt anteueneri, non esse peccatum; quorum sententiam ego admitterem in vno casu, quando videlicet litigans esset certus quod aduersarius subripisset suas informationes, nam in tali casu sibi posset licite recompensare capiendo etiam aduersarij sui informationes, & si impressor, vel famulus, aut amanuensis haberet eandem certitudinē, posset etiam eas illi tradere, quia id esset iuuare ad iustam recompensationem. Et mecum etiam sentit Sanchez, & Lugo.

Nota verò, quòd quando litigans non potest prædictas informationes capere iuxta dicta in prima conclusione, non potest Aduocatus illas recipere, nec amanuensis illa scribere, quia licet studium Aduocati, & actio scribendi sint res indifferentes, at litigans vult illis abuti contra iustitiam; imò nec in dubio, an litigans peccauerit capiendo dictas informationes, poterunt Aduocatus, aut Amanuensis prædicta facere, quia quòd communiter contingit, est perperam & iniuste illas vsurpare, & rarissime oppositum accidit, nisi, vt dictum est, constaret alteram partem prius prædicti litigantis informationes vsurpasse. Vide Sanchez *vbi supra*. Nescio autem si supra dicta à litigantibus obseruentur, & si cedant iuri suo, vt faciat vnusquisque quod potest, ita vt sit æqualis inter illos conditio.

An Sacerdos, qui prius missam celebravit, possit postea aliam missam in eodem die celebrare ad dandum Viaticum cum infirmo.

RESOLVT. XXI.

Suppono probabiliter, posse Sacerdotem non ieiunium celebrare pro ministrando Viatico infirmo in articulo mortis constituto. Et ita docent Doctores, quos ego citavi in *pari. 8. tract. 1. resolut. 78.*

Sed maior difficultas est in casu proposito, an post absolutionem sumptam in prima missa, possit iterum Sacerdos celebrare ad communicandum infirmum. Et negatiuè respondet Eminentissimus Cardinalis Lugo de *Eucharist. disp. 20. sect. 1. num. 44.* vbi sic ait, Secundus casus est quando esset necesse celebrare ad dandum Viaticum ægroto: in quo casu ferè omnes conueniunt posse secundò celebrari eadem die: quia iura illa supra allegata excipiunt casum necessitatis. Quæ autem maior necessitas potest occurrere; sed rarissime aut nunquam continget: quia si Sacerdos iam accepit Sacramentum & abluionem, non poterit non ieiunium iterum celebrare: si verò non accepit Sacramentum potest, & debet partem suæ hostiæ referuare, quam ad infirmum deferat. Solum ergo potest fingi, quòd accepta hostia & nondum abluione nunciatur ei de periculo ægroti, & non sint aliæ particulæ consecratæ in Ecclesia, & tunc abstineat ab abluione, &

iterum celebret; qui casus magis est metaphysicus quam moralis, quare ex consuetudine contraria non potest argui (vt aliqui arguunt) ad probandum non licere, quia reuera, cum casus nunquam datur, non potest esse contraria consuetudo. Ita Lugo; & alij, quos citat & sequitur Tamburinus de *cast. temp. mortis cap. 3. dub. 6. n. 9.* & Leander de *Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 5. qu. 34.* Idem etiam docet Pater Auerfa de *Sacram. Euchar. q. 11. sect. 15.*

At his non obstantibus, licet cum formidine contrariam sententiam videatur docere Pater Franciscus Lugo, heu quondam noster, qui dum viueret scio ex intimis præcordiis me peramasse, is igitur de *Sacrament. tom. 1. lib. 5. cap. 5. qu. 5. n. 48.* sic asserit: Ego certè per intrinseca principia non video cur non sit probabile posse Sacerdotem etiam post sumptam abluionem dicere secundam missam ad communicandum moribundum. Nam probabilis est aliquorum sententia, dicentium posse Sacerdotem celebrare non ieiunium ad communicandum moribundum. Aliunde certum est posse dicere secundam Missam ob eandem causam. Cur ergo Sacerdos, qui Missam dixit, & non est ieiunus, non possit dicere secundam Missam ad communicandum moribundum, saltem quando non potest æger aliud Sacramentum recipere, subindeque nequit si sit in peccato mortali cum attritione alio medio saluari? Quia Missa dicta per se non obest, nec violatio ieiunij per se. Concurrentia verò vtriusque simul non videtur præponderare saluti vnus animæ, quæ forsitan sumpto viatico saluabitur, non sumpto damnabitur. Ego nihil desinio propter extrinsecam Doctorem auctoritatem. In contingentia facti pendat doctus Sacerdos, quid suggerat prudens charitas. Huc vsque Pater Lugo. Tu Lector iudica, nam vrget me communis sententia Doctorem in contrarium.

Sed hic oritur alia difficultas, an pro dando viatico constituto in articulo mortis, possit inchoari Missa post meridiem, vsq; an nonam? Et dico, quòd ex Vasquez, Pater Hurtadus *disp. 4.* de sacrificio Missæ *diffic. 5.* docet, primò, consuetudine receptum esse, vt quando Missa solemnis inchoata ante meridiem durat post meridiem, quamuis multo tempore post, Missa priuata possit inchoari quamdiu solemnis durat. Secundò addit, quòd, ob necessitatem succurrendi infirmo ne decedat absque viatico, possit ex epycheia Missa priuata inchoari multo post meridiem, vsque ad horam scilicet nonam.

Et hoc idem tenet Leander de *Sacram. to. 2. tra. 8. disp. 6. quest. 12.* Et quæ dicta sunt de celebratione vsque ad horam nonam pro dando infirmis viatico idem dicendum est de celebratione ante Auroram ex eadem causa, & ita tenet Eminentissimus Lugo de *Sacram. disp. 20. sect. 1. n. 26.* qui ex Vasquez, Layman, & me etiam citato asserit, Missam in tali casu posse celebrari statim post mediam noctem, & licet hoc neget Henriquez *lib. 9. c. 24. n. 5.* & alij penes ipsum, tamen non est recedendum à nostra sententia, quam etiam me citato docet Leander de *Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 5. qu. 5.* quia maioris momenti est ægroto succurrere viatico, quam statim post mediam noctem celebrare, cum illud sit de præcepto diuino, istud verò solum ex consuetudine prohibitum.

Sed si quæras hæc obiter, an qui manè sumpsit Eucharistiam, possit iterum sumere vespere si incidat in periculum mortis per modum viatici, Olim,

Olim firmiter negatiue Eminentissimus Lugo, ego mendicus affirmavi. Habet ille suos sequaces, & ita præter alios alibi à me citatos, tener eius germanus frater doctus Pater Franciscus Lugo de *Sacrament. lib. 4. cap. 9. quest. 4. numer. 16.* Magister Candidus *tom. 2. disputat. 2. art. 26. dubitatio. 8.* Pontius in *cur. Theol.*

Habeo, & ego meos commilitones, & præter alios à me alibi adductos, ita tenet Kellisonius in *3. parte quest. 80. art. 1. not. 2.* Turrianus in *summa part. 2. cap. 1. § 8. dub. 2. num. 2.* & Pasqualigus in *Theol. tom. 2. disp. 109. sect. 5. n. 27.* vnde apparet vtramque sententiam esse probabilem, sed nostram in auxilium, & consolationem infirmorum puto practicandam esse, vt illam sæpius practicarunt Patres in clityæ Societatis Iesu.

An Eucharistia possit sumi quacumque hora diei.

RESOLVT. XXII.

Affirmatiuè respondeo cum Auerfa de *Sacram. Eucharist. q. 8. sect. 3.* Bonac. de *Euchar. q. 7. n. 14.* & Io. Præposito in *3. part. quest. 80. artic. 10. num. 3.* Sed de hoc habet magnam difficultatem Pater Pasqualigus in *Theol. tom. 2. disp. 109. sect. 3. num. 17.* quia prohibitio sumendi Eucharistiam sequitur prohibitionem celebrandi, vnde cum sub mortali ad sit prohibitio non celebrandi, neque ante Auroram, neque post meridiem, & in Rubrica Missalis, & ex communi interpretatione, videtur adesse etiam prohibitio non sumendi Eucharistiam extra dictum tempus. Ita ille.

Verùm hoc non obstante, quicquid asserat Pasqualigus, puto non esse recedendum à communi sententia Doctorem. Dico igitur, communionem esse licitam qualibet hora diei, modo communicatur si ieiunus, & absit scandalum, quia nulla obstat lex, aut consuetudo habens vim præcepti. Ad argumentum verò adductum à Patre Pasqualigo, neganda est consequentia, & ideo licet interdictum sit Sacerdotibus celebrare ante Auroram, tamen ex hoc non sequitur esse interdictum laicis communicare ante Auroram, vt patet, & asserunt Doctores, quos ego alibi adduxi, ergo. Et si argumentum Pasqualigi procederet, sequeretur, quòd sicut Sacerdotibus est concessum in die Natiuitatis ter celebrare, ita concessum esset laicis ter communicare, non enim video rationem, quare laici debeant sequi sacerdotes in prohibitionibus, & non in concessionibus; tamen Doctores clamant odia esse restringenda, & fauores ampliandos. Itaque dicendum est, non valere argumentum de Missa ad communicationem, vel de prohibitionem celebrandi ad prohibitionem communicandi, & ideo in feria sexta Parasceue prohibetur Sacerdotibus celebrare ab Innocentio Primo *epist. 1. ad decem. c. 4.* vt patet in *cap. Sabbato, de consecrat. dist. 13.* & tamen non obstante Pater Pasqualigus, me etiam citato, adducit Suarez, Vasquez, & alios Doctores asserentes in illa die laicos posse communicare.

Sed quia nunc existimo contrariam sententiam tenendam esse, stante declaratione Congregationis Sacrorum Rituum, puto hoc non efficere contra nos, nam hoc non procedit ex prohibitionem facta Sacerdotibus, ne possint celebrare in Parasceue, sed procedit ex prohibitionem Pij V. in Rubrica Missali.

Anton. Diana Pars XI.

Dicendum est itaque, posse in quacumque hora diei Eucharistiam sumi, & ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenet Mercerus de *Sacram. quest. 8. art. 10. num. 6.* Suarez in *part. tom. 3. disp. 69. sect. 4.* Emanuel Sà *ver. Eucharist. num. 19.* doctus Pater Tamburinus *opusc. de commun. §. 1. num. 5.* Et Ioannes de Soria in *epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 1. §. circa præceptum*, vbi sic ait; Non datur tempus determinatum ad communionem; nec præceptum circa hoc inuenitur, itaque nihil interest, quod sit communio, ante, vel post meridiem, nisi scandalum aliquod, seu irreuerentia Sacramenti sequatur.

An sit vsura mutuare cum conditione, quod pro futuro det mutuatarius aliquid ex gratitudine.

RESOLVT. XXIII.

Suppono, quòd nolens mutuare vinum verbi gratia, nisi alius mutuet triticum pro presenti, modo id faciat, non vt quærat mutationem alterius pro præmio, sed sit ipsi tantum conditio sine qua non, non est vsurarius.

Hæc conclusio videtur mihi in re communis, & conciliare posse Auctores, quorum aliqui absolute dicunt mutuum pro mutuo presenti non esse vsurarium, absolute dicunt esse: neutri tamen addunt limitationem in conclusione positam.

Probatur autem, quia hoc modo non petitur alterius mutuum pro præmio, nec obligat alterum ratione mutui, quem ipse vult dare, quia non obstante, quòd offerat cum illa conditione, alter non est obligatus dare mutuum: sed solum facit contractum conditionatum eiusdem oneris ex vtraque parte; vnde si aliter nolit adimplere conditionem, quæ fuit in contractu, accipit rem suam, quæ nondum translata fuit in dominium alterius; neque consequenter quarit, aut accipit ab altero aliquid pro pretio mutui.

Hoc supposito à Ioanne Pontio in *Theol. disp. 55. quest. 3. concl. 1. num. 10.* infert ipse, posse aliquem dare mutuum cum conditione: quod alter postea mutuum det, & si non det quòd non continuabitur mutuum, dicendo, do tibi mutuum ea conditione, vt post mensem, vel annum des mihi si petiero aliud mutuum, quod si non feceris volo repetere mutuum meum, sed non obligo, vt tum des mihi mutuum, si verò non dederis propter defectum istius conditionis nolo continuare mutuum, sed illud repetam: quia non volo illud continuare nisi ad illud tempus; est enim eadem ratio de hoc, ac de priori casu.

Sequitur similiter, quod mutuans, non possit mutuare cum hac conditione; volo tibi mutuare rem meam ad annum, & si tum ex gratitudine dederis mihi aliquid, continuabo illud, sed tamen sine obligatione. Posset etiam similiter petere à mutuatario, vt obliget se ad dandum mutuum alterum, quando petetur; non quærendo tamen illam obligationem pro pretio mutui, sed tanquam experimentum benevolentia, & amicitia alterius: est prorsus eadem ratio de omnibus his casibus.

Dices, ex his sequeretur quòd quidquid exigitur per vsuram propter mutuum, possit haberi ratione ipsius sine vsura, & sic inutilis esset prohibitio vsuræ.

Probatur sequela, quia si mutues centum ea conditione, ut si alter post annum non reddat quinque, non pro pretio, sed ex gratitudine, non velis continuare ulterius; si verò velit, continuabis pro alio anno, & sic consequenter poterit continuari mutuum, & recipi ratione ipsius quinque singulis annis.

Respondeo, negando sequelam, & disparitas est, quia qui mutuum dat usurariè, petit absolute quinque pro centum, sed qui dat mutuum hoc modo non petit aliquid absolute, sed reliquit rem arbitrio mutuatarij, qui potest absolute nihil dare non obstante huiusmodi pacto, & etiam mutans non teneretur continuare mutuum, quamvis mutuatarius daret illa quinque ex gratitudine. Et hæc omnia docet Pontius ubi supra, quæ tamen secundum eius mentem dicta esse volo.

Nec obiter deseram hic apponere ea, quæ scripta reliquit Sapientissimus Magister Marcus Serra ex inclyto ordine Dominic. in 2. 2. to. 2. q. 68. art. 1. dub. 2. ubi sic ait, Aduertit Caietanus hic, ne fallaris putans esse sufficiens signum usurariæ mentis, quod non mutuet, si crederet illum futurum ingratum. Est enim signum fallax in foro conscientie, quamvis in foro iudiciali multum fortè ponderat: & Doctores tanquam nuntio perueræ mentis ipso quandoque vtantur. Constat namque in arctiori materia, scilicet simonia, scriptum esse ab auctore in quodlibetis, quod qui vadit ad Ecclesiam propter distributiones, aliàs non iturus, tunc non est simoniacus. Et simile est in proposito, quia remuneratio sperata non est ratio quod mutuet, sed conditio, quare magis mutuet huic, quam illi, quia iste est gratus, ille non. Et quoniam facere, & desiderare, ut dictum est, eiusdem sunt rationis, si quis non solum hæc intus speret, sed extra etiam, spem talem, hoc est, sic moderatam, ut descripta est, demonstrat, & sequatur effectus gratuitæ remunerationis, ut descriptimus, nullum est peccatum usuræ mutuantem, qui excitat mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum, etiam si mutuatarius sic excitatus mittat illi aliqua dona, hæcque ille accipiat, non esse usurarium, nec teneri restituere illa dona, imò addit cum P. Salas licitum esse non mutuari, do nec mutuatarius ab eo excitatus dicat, se daturum auctitium ex gratitudine, ac proinde ex veritate, & fidelitate licet non ex iustitia maneat obligatus. Hæc omnia Magister Serra, cui etiam adde Roccaful. in praxi Theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 4. cap. 4. n. 757. Less. lib. 2. c. 5. dub. 8. n. 56. Trull. in decal. tom. 2. lib. 7. c. 19. dub. 3. n. 4.

Nota etiam, quod Ioannes de Soria in epilogo sum. par. 2. tract. 2. sect. 3. disp. 5. §. de mutuo, obseruat quod si quis mutuum daret, non ut pretium beneficij Ecclesiastici, sed ut prouocet amicitiam collateralis, aut ut ei gratiam præstet, quam non vult præstare nisi alter statim gratificetur conferendo beneficium, probabile est nec usuram nec simoniam fore, quia illa obligatio non tollit libertatem collateralis, quare non est pretio estimabilis. Et tandem non negat videri non paucis probabile, mutuanrem posse deducere in pactum eam iuris naturalis obligationem, qua ex gratitudine tenemur benefacere benefactoribus nostris, dummodo mutuatarius nihil inde patiat incommodi, v. g. possum tibi mutuari, ut mihi, cum opus habeo, remutues vel in meo molendino mola, vel à me iusto pretio emas, &c. Item secundum aliquos non est usura si mutuan deducat in pactum, ut mutuatarius statim emat, vendat, remuneret, &c. neque iste contractus:

do tibi mutuo centum aureos, vel centum amphoras vini, ut mihi vicissim mutues centum modios tritici. Vide etiam Gesualdum in Theol. mor. tom. 3. tract. 15. cap. 1. num. 21. Caspensem in curs. Theol. to. 2. tract. 19. disp. 3. sect. 1. nu. 4. & doctissimum Patrem Escobar & Mendoza in Theol. mor. tract. 3. exam. 5. cap. 4. num. 47.

Et tandem claudam hanc resolutionem cum verbis Parris Hurtadi de contr. disp. 3. diff. 7. ubi sic ait. Addidimus in nostra conclusione in principio tradita, esse illicitum, & usurarium ex vi mutui pacisci cum mutuatario, & eum obligare ex iustitia ad id ad quod aliàs non teneret ex iustitia, quia eum obligare ad supradicta, & ad quæcumque alia ex sola gratitudine ratione beneficij facti medio mutuo, vel ex sola fidelitate ratione nudæ promissionis, seu obligationis fidei, non dantis ius iustitiæ, non est usurarium, quia tunc non exigitur aliquid ex iustitia; seu tanquam pretium mutui, in quo solo consistit ratio usuræ. Ita ille.

Itaque ex his Auctoribus pactum rigorosum quod inducit obligationem iustitiæ constituit simoniam, & usuram, nam obligatio civilis, & stricta, aufert naturalem libertatem, secus autem pactum latè sumptum, seu ex gratitudine, vel ex pura fidelitate, ut loquitur Hurtadus ubi supra, quia in tali casu remanet in potestate mutuatarij id facere, vel non facere. Et idèd usura, vel simonia adesse non potest. Vide omnino Serram ubi supra qu. 78. art. 2. dub. 1. qui egregie pertractat hanc difficultatem, & firmat pactum iustitiæ inducere usuram, & simoniam, non autem pactum amicitie, & gratitudinis. Et hanc sententiam præter Doctores citatos tenet etiam Stephanus Baunius in Theol. mor. tom. 3. lib. 2. quest. 37. ex qua post multa sic infert. Quid si beneficium à collatore, officium à Principe, à priuato mutuum petente postuletur aliquid non tanquam ex iustitia, ac obligatione civilis, & legali debitum, sed tanquam conditio, cum qua, & sine qua mutuan appetit, si iuari pecuniis mutuo sibi à me creditis optas, vicissim equum commodato dabis, aut iusto mihi eum pretio vendas; aliter nihil obtinebis ad quos ego te contractus celebrandos astrictum nolo obligatione civilis, & ex iustitia ratione mutui accepti, aut accipiendi, sed tantum gratitudinis, cui si non parueris nihil consequeris, quid tum iuris. Hæc est ratio, nam usura est furti species, proindeque iustitiæ opposita, de cuius est natura, ut lucrum exigat tanquam civiliter, & ex æquitate ratione mutui debitum, atque gratitudo largitur, & offert, largitur non coactè, sed ita libere, ut in largientis sit potestate non largiri, quod in debitis ex iustitia non accidit, quæ sunt ei præstanda necessariò qui iniustus audire non vult, nec peccare. Ita ille.

Verùm aliqua ex superius dicta de mente supradictorum Auctorum dicta esse volo; & idèd non puto in praxi deducenda, nisi cum consilio docti, & prudentis confessorij, seu casuum conscientie Responsoris, qui maturè ratione personarum, & circumstantiarum omnia perpendere, & considerare debent; aliquando enim quibuldam sententiis vtendum est tanquam elleboro; & ego solitus sum dicere, in rebus moralibus, non solum scientiam, sed etiam prudentiam necessariam esse.

An in mutuo pro incerto loco, probabile tamen possit quis promittere certam aliquam summam pecunie.

RESOLVT. XXIV.

DE hac difficultate olim alteratio litteraria mihi fuit cum Clemente Merlino Sacræ Rotæ Auditore, & Decano, ac Sacræ Pœnitentiariæ Regente, viro incomparabili, acuti, & profundi ingenij, atque ad omnia nato, & cui maiora encomia deberem propter affectum quem ex intimis præcordiis dum viueret erga me profitebatur. Ipse itaque negatum sententiam tenebat, & mihi adduxit Ioan. Baptistam Lupo Comment. de usuris §. 6. & Bullam Pij V. editam anno 1571. quæ expressè prohibet certum lucrum pro incerto taxari. Hanc sententiam tenet Ambrosius de Vignate in c. salubriter, de usur. nu. 4. cum sequenti, & dicit hanc esse veritatem, & pro Evangelio habendum. Idem docet Felinus in c. cum venerabilis, de except. nu. 4. Et quidem video Iuris Consultos detestari taxationem interesse antequam eueniat, quia putant à iure reprobari interesse quod probari non potest, quale est in præfenti, l. qui testamentum ff. de probation. leg. Tria ff. de leg. 3.

Sed ego affirmatiuè sententiæ tunc adhæsi, & adducebam Nauarrum, Couarruiam, & Bonaciam, quos postea cum aliis inueni apud Petrum Vuadingum in de contract. disp. 6. dub. 7. sit. 2. num. 4. qui mordicus hac sententiam sustinet, quia ait ipse, huiusmodi pactum de iure naturæ non potest ostendi illicitum, vel usurarium, cum à parte rei verè subit interesse mutuantis, spes enim verisimilis magni lucri, aut prudens damni metus est pretio æstimabilis, & cuiusque interest à lucro acquirendo non impediri, & hoc punctum pauci negant, quod autem est pretio æstimabile, quo me in tui gratiam priuo, potest in pactum deduci, ut seruer immunis; difficultatem faciunt in eo quod incertum certo pretio æstimeretur. Sed hoc non videtur magnum habere considerationem, quia certum est in aliis contractibus non posse pacisci de certo pro incerto, quando certa est spes lucrum euenturum, sed incertum est quantum l. si iactum ff. de actione empt. nemo dubitat posse spem emere aut vendere (modo sit fundata) quare ergo eodem modo in mutuo non continget.

Dices primò, videtur per multa iura prohibitum ne in hac materia adeo delicata propter procliuatatem hominum ad usuras pro incerto certum in pactum veniat. Respond. primò (ut paulò ante dictum est) hoc non facere, ut iure naturæ sit illicitum, modo verè subit verisimilis spes lucrando plurimū. Respond. secundò nullum ius nostrum casum prohibuisse, ut bene notauit Rota Genuensis decis. 34. apud Card. Tuschum V. interesse concl. 308. nec certam spem incerti lucri certo aliquo pretio æstimari, sed incertam tantum, & remotam taxari vtuerunt, & citati Doctores dicunt in hac taxatione in mutuo interuenire veram transactionem; mutuan enim spem habet, quasi certam ex negotiatione sua, vel emptione fructuosa lucraturum se magnam summam, sed quia incerta est quantitas, & fortè futura est maior, fortè minor quam cogitat transigit cum mutuatario. ut determinatam quantitatem assignet, sed multò minorem quam sit spes, quia

spes lucrandi decem non tanti valet, quanti ipsa decem si adessent, in qua re ob ignorantiam mutuatarij graues latere possunt doli, dum mutuan spes lucrandi decem aureos ex 100. æstimat 10. aureis, quod plerumque est iniustum, in qua promissione id quod spe priuat in tui gratiam mutuan, non est res aliqua, vel existens, vel exitura, sed est spes præfens, quæ morali iudicio sex in centum æstimatur, & interest eius illam spem non perire, sicuti diximus de iactu retis, pisces enim non venduntur, qui fortè non capiuntur, sed spes probabilis capiendi illos. Et ita videmus vbique penè gentium præsertim apud mercatores taxari spem lucri, & certum pro incerto in stipulationem venire in maiori, vel minori quantitate, iuxta diuersas regionum consuetudines. Hucusque Vuadingus.

Ad auctoritatem verò Bullæ Pij V. respondet Nauarrus, quod loquitur de solis cambiis, ergo non est extendenda ad alios contractus. Deinde non esse vlti receptam, saltem extra statum Ecclesiæ. Itaque si haberet aliquis pecunias paratas ad lucrum, cuius acquirendi proximam, & probabilem habet spem, & quidem in magna quantitate, quam non potest determinare, quia autem non est omnino certa, sed variè potest impediri, aut minui cum mutuatario conuenit, licet cum mutuatario potest conuenire ut spem illam probabilem de quantitate magna lucri redimat, & promittat illi sex in centum, quæ vult solui, etiam si nullum lucrum à parte rei cesset, nec plus, quam sex exigit, etiam si lucrum 20. vel 30. cessaret.

Notandum est etiam hic obiter, quod Eminentiſſimus Cardinalis Lugo de iust. 1. 2. disp. 25. sect. 6. §. 1. n. 95. ait, posse exigere lucrum cessans, etiam si ego non deliberaueram negotiari, sed anceps eram; ea ratione quia mutuan in gratiã mutuatarij se priuat hac potestate deliberandi, & destinandi suam pecuniam negotiationi, quæ libertas pretio æstimabilis est, neque tenetur gratis eam spem, & potestatem à se abdicare. Sed hæc opinio non placet Patri Verricelli in 99. mor. tract. 3. quest. 11. sect. 1. num. 7. Primò, quia est contra omnes, nam communiter Doctores requirunt, probandum esse, mercatorem habuisse paratas merces, quas emere potuisset; alij requirunt probandum esse se solutum negotiatori, alij quod pecuniam destinauerat negotiationi. Vnde Rota Genuensis decis. 139. rectè ait, quod de remoto interesse nulla habenda est ratio. Secundò, quia sequeretur, quod semper mutuan posset ratione lucri cessantis aliquid exigere vltra fortem, nam semper se priuat potestate negotiandi, & deliberandi, quod est aperte viam usuris; peto enim cur potest exigere lucrum cessans, quando anceps est an negotietur, & non etiam, quando omnino deliberauit non negotiari; etenim in vtroque casu se priuat potestate deliberandi, cum potuisset mutare voluntatem, & negotiari; ergo, vel in vtroque casu, vel in neutro potest pro ea potestate, qua se priuat, aliquid vltra fortem exigere. Tertio, quia ea spes lucri posita ea in deliberatione adeo tenuis est, ut non sit eius consideratio habenda.

Quartò, quia causa cessationis lucri non est mutuum, sed indeliberatio negotiandi, ideo enim mutuan sum, quia non deliberaueram negotiari, fortè non fuisset mutuanus. Hæc omnia Verricelli. Sed adhuc puto opinionem Cardinalis Lugo sua non carere probabilitate.

Sed ponam hic causam de quo his diebus inter-

rogatus, sui, an mutuarius debens soluere decem pro mutuo, possit dare alteri mutuo mediam partem pro quinque, v.g. Caius sumpsit mutuo à Titio ducentos aureos, cum pacto, vt solveret viginti ultra sortem ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, an in tali casu possit Titius postea dare mutuo centum aureos Sempronio, vt soluat decem ultra sortem. Ratio dubitandi pro affirmatiua parte est, quia hic per huiusmodi vsuram non exigit nisi compensationem damni, quod ipse ratione mutui passus est: vnde sicut exigere potest compensationem damni, cui ratione motæ causam dedit mutuarius, ita & compensationem damni, quod ratione mutui passus est mutuator. Sed negatiue respondet Ioannes Pontius in *cur. Theol. disp. 55. q. 4. concl. 1. num. 14.* vbi sic ait, *Quæritur an qui accepit mutuum cum pacto soluendi propterea decem ultra sortem, possit mutuo alij mediam partem cum pacto, vt soluat quinque ex illis decem.*

Respondeo, quod non, nisi ratione huius mutui ipsemet sit damnus correspondens passurus, nihil enim potest petere ratione damni iam incursum ratione obligationis, quam habet soluendi decem. Ita Pontius, & rectè quidem, nam damnus in conscientia soluendum debet incurri ratione mutui præcisè. Et hanc sententiam ex aliis rationibus cum multis Doctoribus tenet Castrus Palaus *1. 7. tr. 3. 2. disp. 4. punct. 1. 2. n. 2.* & Amicus in *cur. Theol. 1. 5. d. 20. sect. 7. nu. 101.* Sed alij negatiuam sententiam probabilem esse existimant, dicunt igitur probabiliter, quod si mutuum sub vsuris accepisses, & alius tertius peteret à te mutuum, posses mutuum à te acceptum in ipsum transferre, quia non mutuas sub vsuris, sed obligationem, quam habes reddendi mutuum sub vsuris in alteram consentientem deriuas. Deinde esto censetur mutuator, potes mutuarium cogere vt vsuras soluat, nec ex mutuatione detrimentum patiaris soluendo vsuras sorte alienata, sic Angel. *ver. vsura 1. n. 22.* Siluest. *eodem q. 20.* Emanuel Sà *verb. mutuum in fin. Molin. disput. 314. circa finem.* Et Lessius *de inst. l. 2. c. 20. dub. 10. in fin.* Ego primæ sententiæ adhareo.

Et tandem hic nota id, quod alibi obseruauit, quod si quis fecit contractum vsurarium bona fide, credens esse iustum, si postea cognoscat fuisse illicitum; potest tantum retinere, quantum acquisiuit per contractum licitum, & ita præter alios à me adductos, tenet me citato Verricelli in *qq. mor. tr. 3. q. 11. sect. 2. num. 18.* licet etiam probabiliter alij contrarium asserant, quos sequitur Baunius in *Theol. mor. 1. 3. l. 2. q. 8.* Etiam pro praxi obserua, quod licet si mutuas centum vt mutuarius partem in mercibus recipiat, sit illicitum, & vsura, quia obligas ad emptionem sibi non necessariam; Potes tamen in effecta id ipsum præstare, si petenti mutuum nolis concedere, offeras tamen merces, quas mutuarius, vt pecuniam, qua indiget, habeat, emit, tamen postmodum eas distracturus sit: nam si merces iusto pretio vendas, nullam emptori irrogas iniuriam. Quod verò ipse viliori pretio eas distrahatur, sibi, suæque necessitati imputet, non tibi, qui in ea venditione non astrinxisti emptorem ad sic vendendum. Et ita ex Molina, & Salas, docet nouissimè Castrus Palaus *tom. 7. tractat. 32. disput. 4. punct. 12. num. 4.*

An sit vsura, velle, mutuarius initio mutui soluat lucrum occasione mutui.

RESOLVT. XXV.

SEcluso scandalo negatiue respondet Baunius in *Theol. mor. tom. 3. lib. 2. q. 22.* Primò, quia est tempus quidpiam vsuræ extrinsecum, ergo ab eo lucri cessantis solutio non trahit vsuræ maculam, ac vitium.

Secundò, simul ac aliquid est debitum creditori, illud soluere non est malum, ac est mutuantium lucrum cessans illicite debitum, ac fit mutuum; solui ergo tuum poterit, si erit mutuarius commodum.

Minor probatur. Est iam tam à principio mutui lucrum cessans debitum; si actualis concessio eius sit actu causa, eaque à futuro independens tempore, ac id accidit, cum ex rei suæ priuatione, ac carentia, obtinere mutuantium quantum non liceat, quem si pecunia ad commercia, quæ hominum sunt generi fructuosa, ei vti sua licuisset, certò consecutus esset.

Obiicit, aucupari lucrum ex mutuo vsura est: facit id, quod cum mutuo damna sua sic æstimat, vt tam ea, quam lucrum quod sibi occasione mutui cessare ait initio contractus solui velit, fac enim eum mille dare mutuos, in centenos autem singulos decem ei pro cessante lucro tribui, centum pro mille recipiet, quos si alteri quoque mutuo dari placet, octo aut decem ex eo mutuo refert, erit ergo illi mutuum vile, ergo, & vsurarium, cum sit eiusmodi vilitas fructus mutui.

Respondend. primò, dici id per æquè posse pretio quod respondet cessanti lucro siue detur contractus initio, siue aliquanto post illum factum temporis interuallo, quare quod de eo respondebunt aduersarij, cum datur progressu temporis, aut vna cum restitutione accepti mutui, nos de eo quod datur initio dicturi sumus.

Deinde respondendum, summam illam, quæ centum mutuantium traditur, vt octo, aut decem, non peti vt mutui, sed occasione lucri cessantis. Hæc omnia Baunius.

Sed hæc opinio mihi non placet, & singularis contra communem Doctorum videtur, nam vt ex Molina, Lessio, Rebellio, & Salas docet Castrus Palaus *1. 7. tr. 3. 2. disp. 4. punct. 8. num. 9.* Lucrum cessans non debet statim, cum mutuum recipitur, tradi, quia aliàs ea parte qua illud lucrum accipis non tibi lucrum cessaret. Si enim mutuas centum, & occasione lucri cessantis exigis triginta, nequis ea triginta statim accipere, nisi detrahas de lucro, aliàs non tibi cessaret lucrum ex mille, sed ex 970.

Hanc etiam sententiam tenet Amicus in *cur. Theol. 1. 5. disp. 20. sect. 8. num. 123.* Vnde Magister Serra in *2. 2. D. Thom. q. 78. art. 2. dub. 2.* sic ait, *Requiritur, vt lucri cessantis compensatio non exigatur statim dato mutuo, sed conuenienti interuallo. Cuius ratio est: nam si compensatio lucri cessantis ex mutuo centum ducatorum, sint decem ducati, mutuantium qui statim decem exigit, teuera non mutuat nisi nonaginta, pro lucro autem cessante ex 90. exigere decem sicut ex lucro cessante ex 100. iniquum est. Si lucrum cessans non esset soluendum ex pecunia mutuata cum interesse lucri cessantis, sed vel ex alia mutuo accepta sine interesse, vel ex frumento*

frumento, aut vino quod habet mutuarius, ait Diana *1. p. tr. 1. miscell. res. 50.* cum aliis posse mutuantem statim eius compensationem exigere: nam tunc prædicta ratio non procederet. Ita Serra. Et hoc vltimum quod ex me adducit concedit etiam Castrus Palaus *vbi supra.* ex Rebellio, & Salas; Et in hoc tantum casu opinionem Baunij admitto, secus autem tanquam singularem reitico.

Non etiam, quod vt lucrum cessans sit licitum, præter dictam conditionem, quod non statim cum mutuo recipiatur, requiruntur aliæ duæ. Prima est, vt lucrum cesset ex mutuo, quod contingit, quando quis mutuatur pecuniam quam parauerat ad negotiandum. Si non habet aliam pecuniam conueniunt omnes posse de interesse lucri cessantis percipi, & illud exigere. Idem est si aliam haberet, illam tamen destinasse ad fortuitas necessitates, vt ait Nauarrus *cap. 17. numer. 12.* si haberet tantam, vt magna pars eius superflua, & otiosa esset, quidam dicunt non posse tuta conscientia quærere lucrum cessans. Alij illud posse exigere affirmant: nam mutuatur quam negotiationi destinatum habet, & non tenetur illam extrahere, nec ex alia mutuo.

Secunda est, vt mutuantium non exigat totum, & integrum lucrum, quod sperat. Colligitur hæc ex D. Thoma *hic ad 1. & supra. qu. 62. art. 4. in corp. & ad 2.* Eiusque ratio est, quia illud lucrum est in potentia, & potest pluribus modis impediri, ergo non potest exigi totum, & ex æquo; nam quod est in potentia minus valet, quam quod est actu; Palaus cum aliis penes ipsum, & Magister Serra.

Sed cum dictum sit, quod mutuantium non debet exigere integrum lucrum, quod probabiliter sperat, seu quanti spes illius æstimatur detracto illius consecutionis periculo, & deductis expensis, difficultas est quantum verò exigi possit. Magister Serra *vbi supra.* me citato hanc regulam statuit, vt qui mutuatur tantum remittat de lucro separato, quantum ipse daret alteri ob contractum assicuracionis, id est quantum dare illi, qui ipsum securum redderet de toto lucro sperato, in se ipsum suscipiens totum periculum. Intelligenda est autem hæc conditio, quando lucrum, ita deducitur in pactum vt pro eo aliquid determinatum sit accipiendum: nam si pactum sit, vt mutuarius teneatur soluere pro interesse quantum euentus declarauerit lucri esse futurum, expectato euentu aliorum negotiorum eodem tempore; & loco totum lucrum deductis deducendis poterit mutuantium exigere. Sed an ex lucro certo, vel probabiliter sperato, teneatur mutuantium deducere laborem quem in eo comparando apponeret, Siluest. *ver. vsura 1. qu. 19.* Angel. *qu. 16. Veg. cas. 26.* Ioannes Medina *q. 3. de vsur. Toler. l. 5. c. 83.* Lopez *2. par. instruct. c. 62.* Petrus Nauarra *3. de rest. cap. 2. dub. 8.* & alij, ed quod labore non deducto vi mutui accipis excusationem laboris, quæ pretio æstimabilis est.

At meritò contrarium docuerunt Molina *disp. 316.* Lessius *l. 2. c. 20. dub. 13. num. 98.* Rebellius *p. 2. lib. 8. qu. 6. num. 3.* & alij penes Salas *tract. de vsur. dub. 20. numer. 9.* Nam est labor cessatio pretio æstimari possit, id verum est cum eam venalem facis, secus cum ex ipso mutuo nascitur, aliàs libenter laborem subiturus. Eaque de causa cogens ad mutuandum, vel mutuum non solvens præfixo termino, lucrum cessans soluere tenetur non compensato labore, qui in eo comparando intercedere potest. Si enim hic labor compensandus esset, cum plerumque lucro acquirendo æquiualeat, vt con-

tingit in agricolis, & mercatoribus, raro occasione lucri cessantis aliquid recipi possit.

An fructus ex pignore perceptos teneatur mutuator in sortem computare.

RESOLVT. XXVI.

RESPONDEO affirmatiue, & ided si pignus sit datum creditori tantummodo in securitatem debitorum, tenetur creditor fructus ex eo perceptos in diminutionem sortis inferre, nisi ratione lucri cessantis, damni emergentis vel alterius iusti tituli, ex pacto eos sibi possit reseruare. Ita communiter DD. Rebell. *libro 8. questio. 11.* Reginald. *libro 25. n. 204.* Mol. *disput. 320.* Med. *quest. 2. de vsuris.* Salas, *dubit. 28.* Salon. *2. 2. questio. 78. art. 2. controuers. 12.* Arrag. *ibidem.* & docet expressè Alexander III. in *capite 1. & 2. de vsur.* Limitat hoc Sotus *de inst. quest. 1. art. 2. ad finem.* quem sequitur Sà *verb. pignus numer. 9.* ne procedat in creditore percipientem fructus modicos ex pignore, quod dominus colere non intendebat, quia illius fructus industriæ contentis adiudicandi sunt. Sed meritò hanc restrictionem reprobat Nauarr. *cap. 17. numero 216.* Molina *disputat. 320. post inu.* Rebell. *2. par. de inst. libro 8. questio. 11. numero 2.* Lessius *libro 2. capite 20. dub. 16. numero 137.* Salas *de vsur. dub. 28. num. 5.* ed quod res suo domino fructificare debeat, ac proinde nisi censentur liberaliter donati, præsumendi sunt (inquit Salas *num. 8.*) domino pignoris pertinere deductis expensis.

Quinimò non solum domino pignoris competunt fructus ex pignore collecti deductis expensis, sed etiam fructus, quos ex culpa lata, & leui, colligere omittit.

Ceterum si illud quod in pignus offertur nolit creditor in pignus accipere, sed in emptum cum pacto de retrovendendo fructus intermedij temporis perceptos, non tenebitur computare in sortem, quia percipit fructus rei cuius dominium habet. Sicuti obseruat Molina *dicta disp. 320. circa finem;* Lessius *l. 2. c. 20. dub. 16. nu. 137.* Salas *dub. 28. numero 5.* Quod intelligendum est cum in gratiam venditoris hoc pactum institutum est, aliàs si emptor conueniret, vt post aliquod tempus venditor rem emptam reciperet, neque fructus perceptos deduceret, vsuram palliatam committeret, quia illa non tam esset venditio, quam pignorat. vt aduertit Salas *loco citato.*

Stat igitur communis conclusio, fructus pignoris esse in sortem principem computandos; verum excipiuntur ex hac regula duo casus. Primò quando emphyteuta rem emphyteuticam, vel feudatarius feudum oppignorat domino directo: tunc enim fructus non computantur in sortem, sed cedunt domino directo, integra manente ipsius sorte principali, modò nullum eo tempore dominus directus exigat à feudatario, vel emphyteuta seruitium aut pensionem: ita definit Innocentius III. *c. 1. de feudis.* At difficultas est quo titulo possit mutuatur in tali casu fructus feudi, vel rei emphyteuticæ sibi in pignus creditæ sine vsura percipere, & in sortem non computare. Molina *disput. 323.* post aliorum multas allatas rationes; hanc ipse ex maiore, Gab. & Almains affert, & sequitur huiusmodi fructus accipi vi contractus feudalis & emphyteutici, qui sub hac conditione fuerunt à principio initi, vt quotiescumque feudum ipsum, vel res emphyteu-

emphyteutica rediret ad dominum directum, rediret simul cum dominio vtili. Quod autem hac conditione à principio instituti sunt, constat ex prædicta consuetudine.

Secundus casus exceptiuus à regula generali est, fructus, qui percipiuntur ex pignore tradito Genero pro dote nondum soluta *leg. Syluius 2.2. q.78. art.2. in resp. ad 6.* nam neque sibi computantur in sortem, vt statuit idem Pontifex *cap. salubriter de usuris*, his verbis: sanè generum ad fructus possessionem, quæ sibi à focero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem non credimus compellendum, Rationem reddit, cum frequenter, inquit, dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda. Ex qua ratione infert Glossa, non posse generum huiusmodi fructus ante contractum matrimonium percipere: quia cum illi concedantur ad onera matrimonij toleranda, ante contractum matrimonium extra sortem percipi non possunt.

Et de omnibus superius dictis præter Doctores citatos vide Ioannem Vvigers *de iust. tract. 3. cap. 6. dub. 13. & 14.* nec non Baunium *in theol. mor. tom. 3. libro 2. quest. 35. 36. & 37.* doctum, & acutum Petrum Vvadingum ex Societate Iesu *tract. de contr. disp. 6. dub. 10. §. 2. cum sequ.* Qui etiam ponit in §. 5. casum nimis practicabilem, ait enim Princeps supremus siue tempore belli siue in alia Reipublicæ necessitate, accipit à subditis magnam pecunie summam, & interim dum differt solutionem dat in pignus ciuitatem, vel dominium fructiferum. Nobiles illi, qui talia pignora accipiunt, non solent in sortem computare fructus, quos ex pignore accipiunt. Quæritur an hoc licitè fiat.

Et respondet, posse honestari illam praxim aliquot titulis, primum suggerit Caietanus *2.2. q. 75. art. 2. ad sextum*, vt non accipiant in pignus, sed emant cum pacto retrouendendi, siue obligando se, quod iterum vendent Principi, qui dedit, quando pretium numerabit, & in tali casu, cum fiant domini rei traditæ per veram emptionem, percipiunt fructus ex re sua, & non amplius aliena, proindeque non computant eos in sortem, & hic titulus fortè in praxi seruetur, etiam si contrahentibus non ita explicitè in mentem veniat. Secundus est, contractus censualis redimibilis ex parte venditoris, vt supra meminimus, v. g. vt possit Princeps, qui vendit censum mutuaroti, se exsoluere soluendo capite, interim tamen dum non refundit, dat pignus, ex quo creditor possit soluere sibi quotannis interesse ordinarium sex in centum. Sed hic titulus non sufficit ad excusandam praxim, quia propriè dicti pignoris subiecti censui creditor non est dominus, sed dominium manet penes debitorem. Videmus autem vbique, penè eos qui accipiunt à Rege dominia, vel Ciuitates in pignus, suo non Regis nomine illa administrare, & effici veros dominos, donec soluantur sors debita, admiscenda proinde est translatio dominio vtilis, vt ipse creditor ex dominio illo tanquam ex re sua fructus percipiat, & propterea hæc valde impropiè vocantur pignora, & videntur donationem in diem habere coniunctam, vel ad certum, vel incertum tempus, scilicet donec certa summa pecuniæ tibi refundatur à domino, & potest benè donatio talis præsumi facta à supremis principibus subditis de se benè meritis.

Nota tamen ex Salas *dub. 28. de usur.* si princeps suam mentem explicet, quod nempe nolit, aut fructus donare patrimonialium bonorum, & domi-

nium totum vtile transferre in creditorem, & tantum velit ei dare iurisdictionem in territorium vel Ciuitatem, & transferre in eam curam gubernandi subditos, tunc percipere omnes fructus iurisdictionis, & vectigalia, quæ Principi dari solebant, quia talia dantur Principi tanquam stipendium laborum, quos suscipit in subditis gubernandis, & tuendis, cum ergo illa cura sit in alium translata, meritò stipendia percipit, & cum principes supremi rarè habeant bona patrimonialia quorum sint particulatè domini, sequitur, ordinariè creditores non teneri computare in sortem fructus, quando tota iurisdictione in ipsos est translata. Et hæc omnia docet Vvadingus *ubi supra*, quæ valde notanda sunt, nam talis casus à paucis pertractatur, & in praxi frequenter solet accidere.

An pro fructu sibi competenti possit Sacerdos accipere aliud stipendium pro missa dicenda.

RESOLVT. XXVII.

NOuissimè affirmatiuè responderet Pater Thomas Hurtadus *1.1. tract. 2. disp. 4. resol. 173. cum sequen.* & ex eadem Religione Pater Remigius *in summa tractat. 5. disp. 4. §. 7. num. 2.* vbi sic ait, El fruto de las misas es de tres modos; El primero es el fruto general, y es el que la Iglesia aplica à todos los fieles viuos y difuntos: El segundo es el fruto medio, y es el que responde à aquellos por quienes se ofrece la Misa: El tercero es special, que responde al Sacerdote, como ministro publico.

Conforme esta doctrina enseñan, que no obstante el decreto, puedo el Sacerdote pobre recibir por vna Misa mas estipendios ofreciendo por el vno el fruto medio, y por el otro el valor que corresponde al Sacerdote, porque es de la misma calidad que el fruto medio; y como dixe el Padre Leandro de mayor satisfacion: Quia Sacerdos celebrans dixit proximior est sacrificio omni alio pro quo medium fructum applicat. Ita ille; qui vt vides hanc sententiam tanquam probabilem admittit, & illam Pater Hurtadus asserit non paruum solatium afferre pauperibus Religiosis, & aliis.

Sed ego puto proflus nec à Religiosis, vel aliis illam minime in praxi deducendam esse, & præter Eminentiissimum Lugo, & alios Doctores, quos alibi adduxi, nouissimè negatiuam sententiam tenet Ioannes de Soria *in epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 5. disp. 2. §. circa stipendium*, vbi sic ait; Potest etiam partem sacrificij sibi conuenientem alteri applicate, non tamen tanquam pro integro sacrificio, sed vt pro vna tertia, sed contrarium nunc omnino tenendum propter decreta Vrbani Octauij. Idem etiam docet me citato Pater Franciscus Lugo *de Sacram. l. 5. cap. 12. qu. 4. numer. 32.* & ex eadem Societate nominatim contra Hurtadum Doctissimum Bardi *in Selectis l. 10. qu. 1. 12. numer. 6. cum sequenti.* Itaque etiam seclulo decreto Vrbani Octauij, puto contrariam sententiam non esse sustinendam, nam incertum, & controuersum est apud Doctores, num valor iste personalis possit alteri applicari, & ideo est contra iustitiam pro certo stipendio dare aliquod incertum, nihil de tali incertitudine manifestando dari elemosynam, nam si ei aperiretur velle pro stipendio accepto, solum applicare valorem hunc personalem,

nalem, proculdubio nemo esset adeo infans, vt vellet elemosynam erogare pro re adeo dubia.

Probatum secundò conclusio, quia incertum est, an valor iste personalis etiam triplicatus, adæquet valorem vnus integræ Missæ, pro qua celebranda datur integrum stipendium, & quamuis Marchinus *loc. cit.* dicat, valorem hunc esse æqualem valori medio, hoc tamen, vel non probat, vel inefficaciter probat diuinando. Sed dato, & non concessio, esse veram contrariam sententiam spectando rem ipsam secundum se, nihilominus post decretum Sacræ Congregationis sustineri non potest: nam in primo Paragrapho Sacra Congregatio prohibet ne accipiantur plura stipendia pro iisdem Missis celebrandis, quæcumque exigua sit elemosyna, siue etiam Sacerdos acceperit ab vna, siue à pluribus personis, & declarat accipientem non satisfacere suæ obligationi, peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri; ex hoc decreto duo colligo, quæ confirmant vtramque conclusionem superius à me positam. Primò enim prohibet Pontifex pluralitatem stipendiorum pro eadem Missa; & ideo prohibitio ista confirmat secundam conclusionem, per quam dixi post publicationem huius decreti sustineri non posse priorum sententiam: neque valet dicere per hoc decretum prohiberi: ne idem Sacerdos pro multis celebraretur, pro quibus ratione stipendij ex iustitia tenetur Sacerdos Missam applicare; non autem prohiberi quin valor personalis alteri applicetur; & ab eodem aliud stipendium recipiatur: non valet inquam hoc dicere, tum quia dubium est num talis valor possit in alium transferri, vt suprascriptum est, tum etiam quia si posset transferri, & id esset licitum, Pontifex non prohiberet absolute pluralitatem stipendiorum pro eodem Sacro, sed declarare debuisset sumi non posse pro applicatione eiusdem valoris siue medij, siue specialissimi, aut personalis: sed cum absolute prohibeat pro eadem Missa pluralitatem stipendiorum, intelligi debet, quod prohibitio feratur in Missa secundum omnem valorem, quem continet, & alteri applicari potest. Et hæc omnia docet Bardi, & Lugo *locis citatis.*

Dico igitur sententiam Hurtadi, & aliorum esse refellendam, nec in praxi deducendam, quia iustè non potest accipi pro re, vel actione dubia prærium, vel stipendium certum, sed quamuis sit probabile competere celebranti talem fructum specialissimum, & hunc aliis applicari posse, tamen vtrumque dubium est, cum à multis probabiliter negetur. Incerta simul est quantitas talis fructus, an scilicet adæquet fructuum medium. Non ergo potest certum stipendium, accipi pro applicatione fructus ita dubij Vnde soluuntur argumenta contrariæ sententiæ, quæ hic Romæ ab omnibus Ministris huius Curie derectatur, & meritò quidem. Et idè infert Bardi *ubi supra*, à Sacerdote referendum damnum illarum iis à quibus plures elemosynas recepit pro iisdem Missis, & hoc, vel restituendo excessum supra legitimum stipendium, vel celebrando alias Missas, easque applicando personis illis, à quibus plura accepit stipendia pro quantitate stipendiorum, neque dicto Sacerdoti suffragantur bona fides, quia nolo eum teneri solum ratione rei acceptæ iam consumptæ, secundum quam forsitan non est factus diuor, sed volo illum teneri ratione contractus innominati, do vt facias, hoc est, do elemosynam, vt pro illa facias Sacrum: bo-

na autem fides non tollit obligationem illam, quæ reperitur inter contrahentes, vt omnes fatentur.

Hanc verò quæstionem hic pertractare iterum volui, ne Lectores nixi auctoritate amicissimi Patris Bardi, vel Patris Hurtadi, me pro affirmatiua sententia in posterum adducant, vt ipsi non benè fecerunt, nam licet ego olim in illam inclinauerim, tamen postea, vt optimè obseuat Pater Lugo, *ubi supra*, negatiuam sententiam mordicus docui in *p. 5. tract. 14. resol. 45. & part. 6. tract. 6. resol. 8.* nec enim pudet in meis operibus dissentire ab aliqua sententia quam docueram, exemplo D. Augustini, & omnium Magistrum D. Thomæ; idem fecit Sanchez retractando se, & mutando plures sententias in summa, quas de matrimonio docuerat. Idem fecit Rodriguez, Portel, ipse Suarez, & Vasquez.

Rectè itaque ex eadem Societate Pater Franciscus Amicus, qui inter Theologos ætatis nostræ prima subfella obtinuit, sic asserit *in curs. Theol. tom. 7. disp. 33. sect. 12. n. 385.* Hoc tamen constanter, an fideliter pronuncio, me nunquam affectu impugnandi, sed studio inquirendi veritatem, & Authores legisse, & sententias examinasse, quo fit, vt non semel, vel ex assidua Doctorum lectione, vel ex publica, & frequenti disputantium concertatione, vel ex diuturna, ac sedula mentis commentatione, quasi è tenebris oborta luce eandem sententiam, quam semel, vt veram statimus, bis, aut ter mutauerimus, eligentes potius mutabiles videri, quam cum præiudicio agnitæ veritatis pettinaces haberi. Ita ille, & ego.

Nota hic obiter, quod Sacerdos, qui tenetur in aliqua Ecclesia celebrare pro cultu illius, vel commoditate populi tantum absque obligatione applicandi sacrificium, non potest pro illius applicatione aliud stipendium accipere; sed contrarium non est improbable etiam post decreta Vrbani Octauij; Ita Soria, *ubi supra*, & alij.

Item, quia iuxta probabilem sententiam, quam amplectuntur Angelus, Siluester, Nauarrus, quos sequitur Lessius *lib. 2. cap. 12. num. 71.* Nauarra *lib. 3. capite 1. num. 375.* Filliucius *tract. 22. num. 143.* licet etiam probabiliter in valde graui Sacerdotis necessitate, cui nequeat aliter occurrere, plura stipendia iusta vnus Missæ recipere pro sufficiente vitæ clericalis sustentatione. Nec decreta Cardinalium anni 1625. loquuntur in hoc casu, cum non intendat iuri naturali derogari. Ita Pater Lugo *ubi supra numer. 688.* Sed in hoc ego puto procedendum esse cum magna cautela, ne Sacerdos putet se esse in graui necessitate, in qua non est, nec aliter huic necessitati occurrere posse, nisi sumendo duplicatum stipendium, ideo in facti contingenti omnia benè perpendat, & cum vitis Doctis, & piis statum suum consulat. Alibi etiam à nobis dictum est, quod qui pluribus debet Missam non ex stipendio accepto, sed ex liberali promissione, potest vnica Missa pluribus satisfacere, quod nouissimè docet Ioannes Soria *loco citato*, nec hoc prohibitum esse in decretis Vrbani, quæ solum loquuntur, quando missa debetur ex iustitia multis ratione multiplicis stipendij illis, à quibus plura accepit stipendia pro quantitate stipendiorum, neque dicto Sacerdoti suffragantur bona fides, quia nolo eum teneri solum ratione rei acceptæ iam consumptæ, secundum quam forsitan non est factus diuor, sed volo illum teneri ratione contractus innominati, do vt facias, hoc est, do elemosynam, vt pro illa facias Sacrum: bo-

ex promissione, liberalitate, & misericordia. Quare opinio Thomistarum de infinitate valoris sacrificij missæ, non solum theoreticè, & speculatiuè est vera, sed etiam practicè quantum ad obligationem pro aliis multis, dummodo non sit ex accepto stipendio. Quare maximè fauorabilis est animabus Purgatorij, pro quibus ex æquo potest offerri, ac pro illo, qui stipem donat; & potest contingere, quod in illo pro quo offertur ex gratitudine maiorem fructum causet, quàm in alio, qui stipendium dedit, quia in illo maior est deuotio, iuxta cuius mensuram causatur fructus satisfactionis. Ita Hurtadus.

Hinc sequitur, quod si in aliqua Religione est consuetudo, vel statutum, quod ex beneuolentia vel gratitudine erga amicos fundatoris, protectoris, benefactoris necessitatum communium Regni, Ciuitatis, aut Communitatis dicantur aliquot Missæ: potest nihilominus Sacerdos stipendium accipere ab alio, & illi applicare sacrificium.

Vnde Remigius *ubi supra*, n. 3. dicit, Et tam bien muy prouable, que los Religiosos que estan obligados por la Regla y constituciones de la Orden, dezir Missa por los difuntos della, puden ofrecer la Missa por otro de quien han recibido estipendio.

Nota etiam hinc, quod peccat mortaliter Sacerdos, qui nimium differt dicere Missam pro eo, à quo accepit stipendium; tempus notabile, ego alibi cum multis Doctoribus existimaui esse spatium ultra mensem, Leander existimat spatium ultra tres, vt magis latè loquitur Hurtadus *ubi supra*, ref. 18. n. 203. puto tamen hanc materiam non esse ampliandam, sed potius restringendam: nam si huiusmodi Missæ dici iubeantur causa impetrationis, vt puta pro aliqua necessitate, notabiliter dilatae damnum spirituale, vel temporale importare possunt; si verò ratione satisfactionis; præcipuè animarum Purgatorij, tunc etiam plana est iniquitas, cum eas acerbissimis doloribus cruciatas debito à se suffragio differat liberare. Et Marchinus putat quod Sacerdos tenetur restituere elemosynam acceptam si Missa celebranda erat pro beneficio aliquo temporali impetrando, et ob culpabilem eius moram, vel nullo modo, vel segnus est impetratum, violatio enim iustitiæ obligationem parit restituendi. Sed huic sententiæ non adhæret Pater Hurtadus loco citato num. 188.

Et tandem nota, quod aliqui, quos citat & sequitur noster Alphonus de Leone *quest. 7. sect. 10. Et quest. 8. sect. 16. de Capellanis*, asserunt debere Sacerdotem sigillatim, ac distinctè dicere singulas Missas pro singulis, qui petierunt illas, At Bonacina de Sacram. *disp. 4. quest. ult. punct. 7. §. 3. numer. 2.* & Auerla de Sacram. *Euchar. questio. 11. sect. 17. §. admittunt*, posse Missas applicare coniunctim, & inconfuso. Si nimirum Sacerdos qui recepit à quatuor personis quatuor stipendia dicat totidem Missas pro cunctis, ita vt singulæ pro rata profint omnibus; dum omnes Missæ dicantur intra latitudinem temporis concessi. Ego autem existimo hanc secundam sententiam in rigore sufficere, prima tamen magis mihi placet, & eius modus accommodatior, & vtilior est.

Quidam Conuersus, seu Laicus Religiosus sumpsit tempore Paschali Eucharistiam à Sacerdote suæ Religionis, simul cum ipso commorante in viridario eiusdem Religionis, quaesierunt an satisfecerit præcepto annuæ Communionis.

RESOLVT. XXVIII.

Respondi negatiuè, si ex probabilibus rationibus non scirent Prælatum in hoc consentire, & hanc opinionem nouissimè inuenio docere nostrum Patrem Pasqualigum *in theol. tom. 2. disp. 118. sect. 7. num. 31*. vbi sic asserit; Colligitur, Regulares qui communicant more Laico teneri, vt adimpleant præceptum Paschalis communionis, illas sumere de manu proprii Prælati, cum ipse sit proprius Sacerdos ipsorum, & quamuis iuxta Constitutionem Clementi. Octauo deputer plures Confessarios; qui audiant confessiones suorum subditorum, non tamen ipsis censetur concessa facultas administrandi Eucharistiam, cum hæc sit diuersa ab ipsa; nec ad sit illa. necessitas, quod talis facultas aliis deputeretur, sicut adest de facultate audiendi confessiones. Nec facultas quam habent ex priuilegio administrandi Eucharistiam suffragatur, quia est concessa solum in ordine ad sæculares. Ita ille.

Nota hinc obiter, quod etiam alibi adnotauimus, stantibus priuilegiis posse hodie laicos seruientes intra monasterium Religionis, satisfacere præcepto annuæ communionis, si sumant Eucharistiam ab illis. Imò absolutè non desunt qui doceant eam obligationem adeundi Parochum, restringendum esse ad eos, qui non degunt intra Monasterium. Nam degentes in loco exempto à cura Parochorum, videntur licitè posse communionem sumere in iis locis, in quibus degunt; tum quia sicut ibi possunt sepeliri in consuetis Parochis, ita etiam videntur ibi posse Sacramenta sumere, vt colligit Bonacina supra ex iis, quæ docet Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 23. num. 12.* & docet Dicastillus de Sacram. *tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 7. numero 173.* Vnde Remigius *in præf. confess. tract. 3. cap. 3. §. 1. num. 5.* sic ait, Los peregrinos, que pasan de camino sin tener domicilio: y los jornaleros que se alquilan por algun tiempo, y no han tomado vezindad en el lugar en que se hallan, ni tienen intento de morar alli la mayor parte del año, cumplen con el precepto comulgando en la Iglesias de los Religiosos: tambien los criados de la Religion, que viuen dentro della con sujecion à los Prelados, porque en esto no se haze iniuria à los Parrocos, en cuyo favor se hizo à quella limitacion del dia de Pascua; Ita ille; qui adde Ioannem de Soria *in Epilog. summ. part. 2. tract. 2. sect. prima, disputat. 7. §. circa ministrum*, vbi sic asserit: Regulares possunt Eucharistiam administrare illis, qui nullum domicilium habent. Item operariis, qui conuentionem faciunt per aliquod tempus ad laborandum in conuentu, & parochia carent. Item possunt administrare hoc Sacramentum cum Sacramento extremæ Vnctionis seruis, & famulis conuentus: & idem est dicendum de seruo, & famulo non solum, qui extra clausuram de nocte cum muliere sua pernoctat, si infirmitatem patiat in ipso cœnatio, quos in suis Ecclesiis possunt sepelire quando sepulchrum non elegerint.

Sed

An præceptum annuæ communionis adimpleatur per sumptionem indignam Eucharistia?

RESOLVT. XXIX.

Affirmatiuæ sententiæ olim adhæsi, & me citato nouissimè tenet Leander de Sacram. *tom. 2. tract. 7. disp. 3. quest. 26.* & me citato Bassæus *verbi communio Sacra num. 14.* & me citato Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 7. numero 74.* & me citato Gestaldus *in Theol. Moral. tom. 1. tract. 12. capite 4. numero 21.* & me citato Dicastillus de Sacram. *tom. 1. tractat. 4. disputat. 10. dub. 9. numero 175.* & me citato Cardinalis Lugo de Eucharist. *disput. 16. sect. 4. numero 83.* & me citato Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 9. de Eucharist. numero 14.* & me citato Franciscus Lugo de Sacram. *lib. 4. cap. 10. quest. 3. num. 29.* quibus adde Castrum Palaum *tom. 4. tract. 21. punct. 15. num. 12.* Trullench. de Sacram. *tom. 1. lib. 3. cap. 5. numero 13.*

Verum nouissimè Pater Pasqualigus in *Theol. tom. 2. disp. 118. sect. 13. n. 66.* negatiuam sententiam tenet, quia præceptum Paschalis communionis quoad substantiam est diuinum. Ergo non impletur per indignam communionem. Antecedens probatur: Præceptum diuinum communionis extra articulum mortis est indeterminatum, & ab Ecclesia determinatum est, vt executioni mandetur in Paschate, ita vt præceptum Paschalis communionis de Eucharistico non habeat nisi determinationem temporis pro exequendo diuino; Ergo quoad substantiam est diuinum. Consequentia probatur. Præceptum diuinum de communionem obligat ad communionem dignam, quia cadit etiam super actum internum. Ergo.

Dices, Ecclesiam determinasse præceptum diuinum quoad substantiam communionis, non quoad modum dignitatis, atque adeo determinasse extra, & ultra præceptum diuinum, contra. Determinauit præceptum diuinum quoad obligationem ipsius; ita vt obligatio imposta à Christo, & relicta, vt determinaretur ad tempus Paschatis: ergo, cum obligatio diuina sit non solum de substantia communionis, sed etiam de modo sumendi dignè, includitur obligatio ista in præcepto Ecclesiæ, & determinatio Ecclesiæ non est ultra, & extra præceptum diuinum. Ita ille. Sed ego non recedo à sententia, quam docui, & quam esse communem nemo negabit, & ad argumenta Pasqualigi, & aliorum asserentium quod Ecclesia determinat præceptum diuinum: Sed diuinum non solum obligat ad suscipiendum, sed ad dignè suscipiendum: ergo etiam Ecclesia.

Respondet vterque Lugo, Dicastillus, & alij.

Dico igitur data maiori propositione argumenti, distinguo minorem, præceptum diuinum affirmatiuum quo præcipitur accipere, nego minorem; præceptum diuinum negatiuum quo præcipitur non accipere indignè, concedo minorem; hoc autem præceptum non determinatur ab Ecclesia, quin semper, & omnes obligat, solum determinat præceptum affirmatiuum communicandi, determinando tempus, hoc autem etiam, vt diuinum, solum ipsam susceptionem mandat, quæ potest bene fieri; quod autem non fiat malè, per aliud præceptum negatiuum naturale diuinum prohibetur.

K k tu.

Sed difficultas est an sæculares communicantes tempore Paschalis in Ecclesia Cathedrali, satisfacciant præcepto? Et negatiuè respondet Dicastillus. *vbi supra num. 170.* & alij, quos alibi adduxit, & nunc adhæret Pasqual. *vbi supra numero 3.* Cum enim Episcopus resideat in Ecclesia Cathedrali, & sit vniuersalis pastor totius Diocesis, potens omnibus immediatè ministrare Sacramenta, Cathedralis quoque est Ecclesia vniuersalis propria omnium, & ideo possunt omnes ad ipsam concurrere pro recipienda Paschali communionem, nam censetur recipere à proprio pastore, cum nomine Episcopi Sacramenta in ipsa ministrantur. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. libro 1. tract. 9. de Euchar. num. 11.* Et ideo supposita consuetudine, vt mihi constanter aliqui asserunt adest, dicendum est, Magistrum Capellanum Cathedralis Ecclesiæ Ciuitatis Panormi (dulcis patria mea) posse administrare omnia Sacramenta, etiam matrimonium aliis Parochianis alterius parochiæ, & hæc vt dixi stante consuetudine, quæ iurisdictionem præbet non habenti. Et ita in fauorem dicti Magistri Capellani latè probauit doctissimus, & amicissimus Pater Vincentius Tancredi Societatis Iesu in quodam voto, quod subscripserunt ex eadem Societate Pater Franciscus Bardi, & Pater Franciscus Tamburinus, Pater Auerla ex Clericis Minoribus, Pater Magister Lezana Carmelitanus, & ego ipse.

Nota tamen hic obiter, quod Religiosi possunt ministrare Eucharistiam extra tempus, quo satisfaciendum sit præcepto de communionem in Paschate, & tempus sumendi viatici est extra controuersiam, quia habent adhuc à summis Pontificibus Priuilegia, quod etiam possunt dare viaticum, quando non potest expectari Parochus, aut consensus eius, est sententia communis, quia tum potest bene præsumi consensus Parochi. Sed talis præsumptio consensus ipsius non sufficit, vt deatur communio Paschalis, quia facile potest differri illa communio donec habeatur consensus expressus eius; & interea potest quis tum ex deuotione communicare, & recipere fructum Sacramenti, cum animo communicandi ad satisfaciendum illi præcepto, quando aderit Parochus, & dederit consensum. Ita Ioannes Pontius *in curs. Theolog. disput. 44. questio. 12. concl. 2. num. 107.* Putat tamen Leander de Sacram. *tom. 2. tract. 7. disput. 3. quest. 8.* & alij penes ipsum, quod pro communicandis Laicis tempore Paschali ad implendum præceptum sufficiat probabilis spes, aut præsumptio, quod Parochus approbabit postea id quod gestum fuerit.

Vide Fagundez de præcepto *Eccles. part. 3. libro 1. capite 4. numero 11.* & Trullench. *in decal. to. 1. lib. 3. capite 5. dub. 2. numero 10.* vbi firmat, quod tacita licentia, & rati habitio Parochi, etiam si sit de futuro, sufficit ad validè, & licitè ministrandam Sacram Eucharistiam, & extremam vñctionem, quæ non requirunt ad sui validitatem iurisdictionem; secus dicendum de confessione, & matrimonio. Idem etiam docet Martinus de San Ioseph *in mon. confessio. 1. lib. 1. tract. 9. de Eucharist. n. 10.*

Anton. Diana Pars X I.

tur. Quapropter si quis in articulo mortis indignè communicauit, & postea confiteatur, & doleat, non tenetur iterum communicare, quia præceptum affirmatiuum iam impleuit, quod tantum erat suscipiendi Eucharistiam. Responiones ad alia argumenta videbis apud citatos auctores.

Ex his infert rectè Ochagauia de Sacram. 11. 2. de Euchar. qu. 15. n. 6. cum aliis, qui indignè communicaret non incurteret pœnas, vel censuras Ecclesiasticas, quæ contra transgressores huius legis imponerentur, quia in rigore seruaret præceptum, & legem Ecclesiasticam. Sed hic oritur difficultas, an præuidens se impediendum esse à communione tempore Paschali, tenearis communionem præuenire? videns teneri, ne contingat ultra annum communionem differri. Et contra est, quia per illam anticipatam communionem non videris satisfacere posse præcepto communicandi in Paschate. Aliàs si impedimentum non eueniret, vt considerata est, non esses obligatus tempore Paschali communicare, cum iam præcepto comunicandi in Paschate satisfeceris. Verum de hac quæstione alibi à nobis actum, nunc assero tanquam omnino veram, si post Dominicam Resurrectionis credis te impediendum esse à communione, obligari hebdomada sancta communicare, quia eo tempore opus præceptum plenè exequeris, sicut si hora decima cognoscis impediendum esse ab auditione missæ, teneris ante eam horam Missam audire, quia præcepto audiendi Missam eo tempore teneris.

Verùm ex his oritur dubium curiosum, an si alicubi (vt teste Remigio in pract. confess. 11. 3. cap. 3. §. 1. n. 3. & aliis est in tota Hispania) adsit priuilegium implendi præceptum annuæ communionis per totam quadragesimam, teneatur quis in illo tempore sumere Eucharistiam, si præuideat non posse illam sumere tempore Paschali? Affirmatiuè respondet aliqui, sed Patri Dicastillo de Sacram. 10. 1. 11. 4. disp. 10. dub. 6. num. 161. hoc non videtur certum, & clarum, maxime si propriè loquendo non sit latum præceptum communicandi inter omnes illos dies, sed concessum priuilegium (vt fieri potest) quo quis eo ipso quod communicet intra quadragesimam, non teneatur in illis quindecim diebus communicare: aliud enim est, habere priuilegium, vt præceptum, quod nondum incipit vrgerè, censetur impletum pro illo tempore, in quo vrget per actum exhibitum ante illud tempus; aliud verò, extendere præceptum, vt vrgeat non solum in illo tempore, quo antea vrgebat, sed etiam in tempore antecedenti: quando enim solum priuilegium est, vt possit antecedenter impleri per actum exhibitum in tempore, quo nondum vrget non tenetur quis anticipare actum; etiam si præuideat per totum tempus, in quo vrget præceptum fore impeditum ad exhibendum talem actum. Quapropter si quis habeat (vt habent nonnulli) priuilegium anticipandi Horas Canon. ante tempus, in quo obligant, etiam si videat se fore legitime impediendum à recitatione Horarum toto tempore in quo vrget præceptum, non tenetur anticipare vtendo suo priuilegio, quia nondum est tempus in quo vrget lex, & præceptum.

Hac ratione vsus, qui iam percrebuit, recitandi Horas Matutinas sequentis diei quasi ex priuilegio tacitè concessio hora quinta, idest audita quarta sub vesperum præcedentis diei; non censetur habere vim cogendi eum, qui videt se impediendum toto sequenti die, vt legat antecedenter

Horas Matutinas. Hæc Dicastillus, quæ quidem factis probabiliter dicta esse, mihi videntur.

Exponitur casus curiosus de confessione valida facta per litteras.

RESOLVT. XXX.

His diebus de hoc casu interrogatus fui, videlicet si in Anglia aliquis Catholicus esset ad mortem damnatus, & hæretici nollent permittere illum confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad dictum Confessarium, an possit per litteras confiteri, & rogare Confessarium, vt se miseret inter astantes propè patibulum, & illum tunc præsentem & Confessarium intuentem voce secreta absolueret? Casus quidem est non minus curiosus, quam difficilis. Et prima facie negatiuè videtur respondendum, stante decreto Clementis Octauæ; vnde nouissimè Pater Pasqualigus firmavit in theol. 10. 2. disp. 82. sect. 8. n. 42. Non solum non posse absolui absentem, sed nec confessionem fieri absentem in ordine ad absolutionem obtinendam à præsentem; desumitur ex eodem decreto Clementis Octauæ, nam damnauit vtramque professionem, nempe, & quod possit fieri confessio absentem, & quod Confessarius possit absolueret absentem; vnde Paulus V. die 18. Augusti 1605. decreuit, vt ex tractatu de pœnitentia quem ediderat Suarez, deleteret *sect. 4. disp. 21.* quia in ipsa tenebat, quod licet non possit absolui absens, posse tamen confessio fieri per litteras absentem, & ita explicabat decretum Clementis Octauæ. Probatur, quod confessio fiat secrete apud solum Sacerdotem, vt est in praxi atque adeo coram ipso personaliter, est ex institutione Christi, vt decernit Trident. *sess. 14. can. 6.* Ergo non potest confessio Sacramentalis, quæ sufficiat pro Sacramento fieri absentem. Consequentia probatur. Validitas Sacramentorum pender ex institutione Christi, ita vt si aliter fiant, quam instituta sunt, non sint valida. Ergo confessio facta absentem non erit sufficiens pro hoc Sacramento: vnde Trid. *cap. 2. sess. citat.* docet. Quod Christus voluit peccatores sisti ante Tribunal Confessarij tanquam reos. Ita Pasqualigus. Vnde Alvarez, & alij asserunt, quod licet Confessarius possit absolueret moribundum, si accesserit Confessarium per internuncium, vel per litteras, & adueniens Sacerdos ægrotum inuenit impotentem ad confessionem faciendam, & ad alia signa sensibilia, astantes tamen fide digni affirmant ægrotum voluisse confiteri; Negant tamen posse Confessarium absolueret moribundum, si internuncius qui vocauit Sacerdotem nomine ægroti, monuit quidem Sacerdotem voluntatis pœnitentis, & postea non adest præsens coram Sacerdote, & ægrotus. Sicut etiam putat in supradictis duobus casibus infirmum confiteri per litteras, & nuncium contra decretum Clementis Octauæ. Ergo erit illicitum.

Sed ego ad omnes casus supradictos affirmatiuè respondendum esse censeo, quia dictum decretum Clementis Octauæ non officit in supradictis casibus, & non est intelligendum in casu necessitatis, quando aliter confiteri non potest, & quando licet confessio efficaciter per litteras, vel per nuncium, tamen absolutio datur à Confessario præsentem pœnitente, vt accidit in casibus supradictis; loquitur igitur decretum Clementis Octauæ de confessione stricta, non autem de confessione minus stricta, & in

in vniuersaliiori acceptance, vt probat, & explicat Cardinalis Lugo *vbi infra sect. 4. n. 72.* & Leander. Dico igitur moribundum posse absolui à Sacerdote præsentem, licet testes non repetant testimonium coram ipso infirmo. Quia quamuis dicta per testes confessio facta fuerit in absentia, tamen postea absolutio datur in præsentia pœnitentis, quod sufficit ad valorem Sacramenti, vt non fiat contra decretum Clementis Octauæ. Nam illa confessio facta à pœnitente per testes non est confessio strictè, sed magis vniuersaliter sumpta, quæ in defectum rigorosæ confessionis acceptatur ad proferendam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis Octauæ solum loquitur de confessione strictè accepta, quæ fieri nequit nisi in præsentia Confessarij.

Et ita hanc sententiam latissimè, & doctissimè probat Pater Bardi in *selectis lib. 10. q. 13.* per totam omnino videndus, & me citato Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacram. pœnit. disp. 18. sect. 1. n. 85. vbi sic ait; Alij generaliter loquuntur, quomodo documque illud consistit desiderium Confessario innotuerit, posse Sacerdotem absolueret pœnitentem præsentem sensibus destitutum. Pro qua sententia plures asserunt idem Diana *loc. cit.* dicens illam esse probabilem, quod idem affirmat Bonacina in eam magis inclinans in præsentem *disp. 5. qu. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. n. 10.* Et in nona editione *tom. 3. disp. 2. de censuris qu. 3. punct. 33.* vbi dicit ita Romanæ à multis iudicatum fuisse. Quod quidem videtur esse omnino iuxta mentem, & verba Pauli V. in Romali Romano, vbi absque vlla limitatione, aut distinctione dicitur, Si desiderium confitendi per se, vel per alios ostenderit, absolueus est. In casu autem posito verificatur tota illa conditio, cum infirmus per alios desiderium confitendi ostenderit: ergo iuxta regulam illam à Pontifice propositam absolueus est. Quod ipsum ex aliis decretis supra adductis colligitur, quæ absque tali limitatione loquuntur. Si enim in Araucano dicitur: Si voluntatis præteritis testimonium aliorum verbis habeat. Et in Carth. dicitur, Dent testimonium, qui eum audierunt. Et in decreto Euseb. Papæ dicitur: Si idonea testimonia habuerit, quod ipse pœnitentiam petiit. Denique S. Thom. in *dicto opus. 65.* generaliter dixit: Si infirmus qui petit absolutionem amisit notitiam, vel loquelam antequam Sacerdos adueniat, debet à peccatis absolui. Cum non petatur talis conditio testimonij in præsentia ipsius infirmi exhibendi, non est cur à nobis talis conditio apponatur.

Ratio autem sumitur ex dictis *sect. præceden.* quia nimirum illa non est confessio strictè, sed magis vniuersaliter sumpta, quæ in defectum strictæ confessionis acceptatur ad proferendam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis Octauæ loquitur, vt diximus, de confessione strictè accepta, quæ fieri non potest valde aut licite, nisi in præsentia Confessarij. Nec obstant verba Leonis Papæ: nam ipse mentionem fecit testimonij circumstantis; quia ita communiter fieri solet, quod præsentem sint, qui testantur voluntatem, & desiderium infirmi. Sicut ob eandem rationem dixit, testimonia fidelium circumstantium, quia nimirum semper solent illi esse fideles, & tamen si fideles non essent, sed infideles, fide tamen digni, & de quorum veracitate non dubitaretur, non negaret Leo illud testimonium sufficere, parum enim refert character testificantis, cum testificatio illa non ordinetur ad conferendum Sacramentum ipsi testifi-

Anton. Diana Pars XI.

canti, cuius infidelis non esset capax, sed solum ad manifestandam voluntatem infirmi, & ad faciendam fidem de illa, ad quæ non est incapax infidelis. Sicut ergo non alligatur S. Leo ad testimonium fidelium, ita nec ad testimonium solum circumstantium. Et hæc omnia docet Lugo *vbi supra*; cui adde Leandrum de Sacram. 10. 1. 11. 5. disp. 5. quæst. 45. Et omnia superius dicta docet etiam nouissimè Martinus de San Ioseph in *mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de pœnit. num. 6.* vbi hæc asserit; Y aunque los testigos que dicen al Confessor las señales de penitencia del penitente (que ya carece de sentido) bastará el testimonio para que el Sacerdote le absuelva de baxo de condicion; porque el decreto de Clemente Octauo que prohibe absolueret en ausencia, se deue entender quando la confesion, y absolucion son en ausencia, y no quando la absolucion es en presencia: Quia verba legis sunt accipienda secundum sensum grammaticalem, & in priori significato l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vetigal. l. 1. §. si is, qui nauem ff. de exercit. actio. §. quod ius quidem ciuile instituta, de iur. nat. gentium. c. ciuili. c. penult. de sent. excomm. & debent intelligi in eo significato qui est aptior, l. quoribus idem ferm. ff. de reg. iur. Ita Martinus.

Nec obstat dicere cum aliquibus aduersariis, quod pœnitens vt pœnitens debet esse præsens Confessario, at homo, vt se accusans est pœnitens vt pœnitens, ergo homo, vt se accusans debet esse præsens Confessario. Nam respondet Bardi *vbi supra* §. 3. n. 7. distinguendo, pœnitens vt pœnitens debet esse præsens, quando recipit absolutionem, concedo: quando facit confessionem, nego: (loquendo in casu necessitatis, & essentialiter) distinguo etiam minorem, homo vt se accusans siue per se ipsum immediatè, siue per alium & mediatè, concedo, semper per ipsum immediatè, nego minorem, eodemque modo distinguendo consequens, in primo se vsu concedo, in secundo verò nego consequentiam.

Nec etiam obstat dicere cum Alvarez & aliis, quod si moribundus validè confiteretur per internuncium absentem Sacerdoti, etiam sanus hoc modo valide confiteretur, sed hoc est absurdum, vt omnes fatentur: ergo, &c. sequela probatur, quia casus necessitatis cum non mutet essentialia Sacramenti, non facit vt confessio valida sit inualida.

Respondeo, confessionem inualidam ex multiplici capite provenire posse; videlicet ex defectu integritatis, ex defectu dispositionis, &c. in casu autè qui ponitur confessio facta absentem sine vlla necessitate erit inualida, quia pœnitens aperiendo cõscientiam, & peccata per internuncium absentem Sacerdoti, & sine vlla necessitate, peccat contra Ecclesiæ præceptum, & consequenter ex defectu dispositionis non perficitur Sacramentum; non autem erit inualida ex defectu sufficientis materiæ: hoc ipsum concedere debent aduersarij; nam admittentes confessionem factam per testes coram moribundo, aiunt absque necessitate hoc fieri non posse, ac proinde retorqueri potest idem argumentum. Et tandem non obstant verba Catechismi, quo sic habetur; *Nemini omnino neque per nuncium, neque per litteras peccata confiteri liceat*: ego Catechismus damnat confessionem factam absentem; nam respondet doctissimus Bardi, locum citatum esse intelligendum per se, non autem in casu necessitatis & per accidens, quando aliter fieri nequit, & patet hoc modo locutum fuisse Catechismus, quia præscribendo modum quo facienda sit confessio,

K k 2

videlicet

videlicet secretè & occultè, subdit illa verba citata, & tamen certum est confessionem interdum fieri posse coram alijs, & hoc admittere debent aduersarij, dum volunt validam esse confessionem in casu necessitatis, si fiat per alios, testantes coram moribundo sensibus destituto. Ergo, &c.

Pater igitur ex superius dictis satis probabiliter in casu proposito posse reum, cui denegatum est confiteri cum Confessario Catholico, scribere ad ipsum per Epistolam peccata sua, non vt in absentia absoluat, nam hoc esset contra decretum Clementis, sed vt postea, quando ipse duceretur ad patibulum, & esset præsens coram ipso Confessario tunc illum absolueret. Nam in tali casu ex necessitate, nec valens aliud agere confiteretur per scripturam, & Confessarius postea absoluit illum præsentem, sicuti asserunt Doctores posse Confessarium postquam ex obliuione dimisit pœnitentem absque absolutione, posse illum, in quâ absolueret, dum adhuc extare in Ecclesia videt. Itaque in nostro casu vt in simili docet Ysambert in 3. p. 10.3. de Sacram. pœnit. disp. 18. sect. 10. n. 3. Decretum Clementis non obstat, nam pœnitens ille, videlicet reus, est non tantum corporaliter præsens, dum absoluitur, sed etiam ipsa eius confessio, quæ per literam fuit antea ab eo explicata, censetur adhuc esse, & darare moraliter, quatenus non est reuocata. Imò ego puto in casu nostro fuisse confirmatam non repetitam per occultorum injectionem in confessarium, vt ad illum reus pœnitens antea scripserat. Ergo, &c.

An ad absoluedam moribundum sit sufficiens notitia mediata, quæ ex testibus mediatis proueniat.

RESOLVT. XXXI.

Quod est querere, an possit Sacerdos absolueret moribundum, quando is, qui testatur de voluntate, & petitione confessionis, non audierunt hoc ab ipso infirmo, sed de alijs: atque adeo non sunt testes immediati, sed mediati. Ratio dubitandi esse potest, quia in prædictis decretis videtur requiri testimonium eorum, qui ab infirmo audierant. Sic loquitur Concil. Carthag. IV. can. 67. supra adductum, vbi dicitur, deest testimonium, qui eum audierat, & accipiat pœnitentiam.

Verùm his non obstantibus affirmatiuæ sententiæ adhaerendum esse puto, quam tueretur Martinus de S. Ioseph in mon. confess. 10. 1. lib. 5. rr. 16. de pœnit. n. 7. vbi sic ait; Pero si los testigos de quien oyo el confessor las señales de penitencia no son los mismos, que las víeron en el enfermo, sino otros, que las oyeron afirmar à los primeros, aunque niegan graves Autores, que puede el confessor absoluer al penitente con este testimonio inserto, es probable que quede ser absuelto debaxo de conditione, porque basta el testimonio mediato para cosa tan grave, y de importancia, como absoluer à yno en el articulo de la muerte, y al Sacramento non se le haze agrauio con la conditione de la absolucion. Pruebalo Lugo disp. 17. num. 81. pruebalo porque conditio nihil ponit in esse, & ideo actus conditionalis, non valet nisi existente conditione, l. si quis sub conditione ff. si quis omnia causa, l. cedere diem ff. de verb. signific. l. si quis sumam ff. de contrahend. empr. l. ex pacto ff. de hered. instituen. Ita Martinus; cui adde Leandrum de Sacram. 10. 1. tract. 5. disp. 5. quest. 44. & ante omnes Cardinalem Lugo de Sacram. pœnit.

disp. 17. sect. 5. num. 81. & ratio est, quia notitia mediata, notitia est, & quæ sufficit ad alios effectus; in quibus maior caritudo requiritur. Nam si de Baptismo alicuius paruuli, vel etiam adulti queratur, & non adsit, qui eum baptizauit, sed alius fide dignus, qui dicat se ab ipso audisse, quod eum baptizauerit, vel etiam per internuncium fide dignum id testatur, habebitur pro baptizato, quantum magis sufficit hæc notitia ad absoluendum in eo periculo in quo absolutio prodesse potest, & non nocere? Vnde in Rituali Romano non alligatur ad testimonium immediatum, sed generaliter dicitur. Si confitendi desiderium per se, vel per alios ostenderit, absoluendus est. Ostendit autem per alios, qui per alios, mediata id manifestat, sicut Deus locutus dicitur populo suo per Prophetas, licet non omnes audierint immediate ipsos Prophetas, sed alios, quibus Prophetæ immediate locuti fuerant. Ad quod etiam afferri potest exemplum confessionis, quæ fit per interpretem: posset enim contingere, quod non sufficeret vnus interpretes, sed requirerentur duo, qui inter pœnitentem, & confessarium intercederent, v.g. si Græcus confiteretur cum Latino, & vteretur interprete Gallo, qui, & Græcum idioma intelligeret; & Gallicam applicaret, non confessario, quia, nec Gallicam linguam intelligeret, sed Italo Latino, qui rursus Italicè idem explicaret confessario: tunc enim confessarius contentus esset notitia accepta non ab eo, qui immediate à pœnitente acceperat, sed ab alio qui mediata acceperat à pœnitente. Cur ego in casu nostro non posset simili notitia à pœnitente accepta per duos intermedios quorum vnus altero mediante eam notitiam accepisset? Hoc idem si in matrimonio accideret, crederem valere matrimonium, quod per duos interpretes fide dignos celebraretur, quorum alter alterum interpretaretur; quando ergo peritur in casu nostro testimonium alterius de voluntate confitendi, quam infirmus ostenderit, non peritur testis omni exceptione maior, & iuridicè legitimus qui de vtu testificatur, sed testimonium iuxta præsentem materiam, quæ in nullius præiudicium, atque adeo tale, vt possit probabiliter credi rem, ita esse, quod confessionem petierit. Et hæc omnia docet Lugo vbi supra.

Ex his sequitur quod si aliquis in via v.g. diceret Sacerdoti, se nunc intellexisse ab aliquo in tali domo extare infirmum in articulo mortis, petentem confessarium, si ille Sacerdos petat illam domum, & inueniat moribundum sensibus destitutum, tunc quidem posse illum absolueret sub conditione stante prædicta attestazione ei facta, & ita hanc sententiam tenet etiam Hermanus Bufenbaum in medulla Theol. mor. libro 6. tractat. 4. capit. 1. dub. 3. articulo 2.

Sed si aliquis querat an in prædicto casu etiam seclusa omni attestazione testium, potuisset Sacerdos illum moribundum absolueret sub conditione affirmatiuam sententiam tenet eruditus, & amicissimus Pater Laurentius Longus in tabulis Sacr. tab. 2. cap. 28. num. 8. Ioannes de Soria in Epilogo summarum par. 2. tract. 1. sect. 11. disp. 6. §. circa articulum mortis, Remigius præf. confess. tract. 5. capit. 6. §. 11. num. 5. & nouissimè Ioannes Pontius in cur. Theol. disp. 46. quest. 7. concl. 5. n. 9. vbi loquens de incidentibus in amentiam, & de iis, qui nullum antea dederunt signum contritionis, sic asserit, Quamuis posset conici ex antea bona vita, quod si habuit tempus, habuerit etiam internam dispositionem; tamen illa coniectura non sufficit, nisi ad absolutionem conditio

conditionem, qualis, si possit dari ipsi, posset etiam ei, qui antè sceleratè viueret: quia tales solent dolere de peccatis, & petere confessionem, quando sunt in periculo vitæ, de quibus tamen non eodem modo quantum ad hoc discurrendum esse sentiunt Auctores, qui oppositum conclusionis tenent.

Quantum ad me autem attinet, non video, cur non possit dari vtrisque cum conditione, cum nihil mali sit in conferenda tali absolutione, & non si euident, nec certum de fide, quod non possit prodesse.

Nec obstat, quia Concilia, & Pontifices in hoc casu semper addiderunt, absolutionem impediendam, modò testimonium ab alijs detur voluntatis præteritæ confitendi: ergo requiritur, quod ipse aliquando significauerit talem voluntatem.

Respondeo, eos loqui de absolutione absoluta, non conditionata: & propterea hoc argumentum valere de tali absolutione, non de conditionata, quidquid dicat Cardinalis de Lugo.

Dices cum Cardinali, hoc Sacramentum ex institutione sua esse iudicium sensibile, ad quod requiritur accusatio sensibilis.

Respondeo, negando consequentiam, si loquatur de tali sensibili accusatione, quàm de illa, quæ potest ex signis sensibilibus conici: accusatio autem pœnitentis potest sic sensibiliter cognosci ex eo, quòd soleant pœnitentes cuiuscunque conditionis in periculo mortis petere confessionem, cum possunt id facere; est enim verisimilius quod talis pœnitens idem faciat internè, aut fecerit ante, ergo saltem sub conditione absolui potest. Hucusque Pontius Dicedum est igitur secundum mentem horum Doctorum, moribundum sensibus destitutum posse à confessario sub conditione absolui, quin addit peccare mortaliter si id non faciat Martinus de San Ioseph in mon. Confess. 10. 1. lib. 1. rr. 16. de pœnit. n. 9. vbi sic ait; Pero la mas graue cuestion, si podrá absoluer el confessor al penitente destituido de sentidos, que ni confesò pecado alguno, ni diò señales de contricion. Es comun opinion de los Doctores, que no podrá absoluerle, porque todos los decretos de los Pontifices, y Concilios, quando hablan de la absolucion de los enfermos sin sentido, dicen que podran ser absueltos, es con condition que ayan pedido confession con palabras, ò señales, y el Concil. Trident. sess. 14. cap. 9. enseña, que la confession es acto judicial, en que forzosamente ha de auer algun modo de acusacion: y quando demos, que el tal enfermo tuiese attricion ò contricion interior, esta no es confession; señal de confession seria la contricion, ò attricion, significades con accion exterior, y assi no basta la voluntad que pudo tener de confesarse, sino que la confession ha de ser actual; ò por señales, ò por llamar al confessor, con todo esto ay Autores graues que afirman, que aun en este caso apretado, le deue absoluer el confessor de baxo de condition: si possum & est capax absolutionis; y lo mismo han tenido hombres dotissimos, que no han escrito, porque todos dicen que en à quel punto, aun los hombres desfalmados se conuerten de ordinario, y le piden misericordia à Dios, pefandoles de sus ofensas. Y na die en duda se ha de presumir, que no se acuerda, y cuyda de su saluacion eterna, y que por lo menos en lo interior carezca de attricion; con que ayudado con el Sacramento se salue. Et moriens nunquam præsumitur immemor salutis æternæ, l. fin. C. ad leg. Iul. repetundar. cap. sancimus 1. q. 7. A la verdad yo juago, que esta opinion es probable

Anton. Diana Pars XI.

por principios extrinsecos, y en caso semejante peccata contra caridad el Sacerdote, que no absolueret al tal enfermo debaxo de la conditione dicha, porque no haziendo, como no se haze agrauio al Sacramento, dexara, deponer los medios, que puede para la saluacion del proximo en lance tan apretado. Ita Martinus de San Ioseph.

Sed ego pro hac sententia in pluribus locis alios Doctores adduxi, & quid sentiam aperui, nunc verò sufficiat pro curiosis Doctoribus iam alibi adductis, Auctores in hac resolutione citatos addidisse.

Ad quem periculum rei vendita ante traditionem pertineat emptori, vel venditori.

RESOLVT. XXXII.

Casus est satis practicabilis Dico igitur, quòd certum est, facta traditione emptoris esse commodum, & incommodum rei emptæ, difficultas est ante traditionem, & quidem tunc si res determinata absolute fuerit vendita, estò dominium illius in emptorem translatum non sit, leg. traditionibus C. de pactis: attamen commodum, & incommodum emptori accidit; ita vt non obstante deterioratione, vel interitu rei vendita teneatur pretium soluere, si fortè non soluisset, quia sic censetur esse mens contrahentium, cum aliter conuentum non fuerit. Quam intentionem ius non impedit, sed potius fauet §. cum autem inuncta glossa insti. de empr. & vend. l. quod sapè §. si res ff. de contrah. empr. leg. necessario ff. de periculo; & commodo rei vendita leg. 1. & seq. Cod. eod. tit. Neque obstat textus in leg. bona fides ff. de action. empr. Vbi resolutio contractus ex vna parte, ex alia resoluitur, quia, vt bene ibi respondet Gomezius, id intelligitur, quando fit resolutio per dispositionem legis Principis, vel sententiam iudicis, cui consonat Rebell. lib. 9. quest. 15. num. 15. Molin. disp. 366. §. 4. Sed hoc intelligendum est modo rei vendita diminutio, vel interitus non succedat culpæ venditoris. Nam, cum ipse ex vi contractus teneatur rem venditam tradere, consequenter obligatur ad illius custodiam, ac proinde teneatur de dolo, lata, leuique culpa, Anton. Gomez 2. var. capit. 1. num. 32. Rebell. 2. part. lib. 9. quest. 15. n. 19. Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 12. numer. 97. Eman. Sà verb. venditio numer. 29. Secundò intellige ne fuerit in mora culpabili rem tradendi; alioquin apud emptorem non eodem modo perituram; Vt habetur leg. illud. ff. de periculo, & commodo rei vendita, & solunt præcitati Doctores. Si autem constaret eodem modo apud emptorem perituram fore, neque in foro externo neque in foro conscientie censendus est venditor obligandus, sed emptori damno cedit. Vt colligitur ex leg. item §. vlt. de rei vindicat. & ex lege cum res §. vlt. ff. de legatis 2. à contratio sensu, & tradit glossa in §. cum autem insti. de empr. & vendit. Rebell. lib. 9. quest. 15. num. 21. Lessius dub. 12. num. 96. Sà verb. venditio num. 26. quia eo casu nullum ex moræ præiudicium emptori aduenit; In dubio tamen ari eodem modo res apud emptorem foret peritura, faciendam est interpretatio contra morosum venditorem, tum in foro externo, tum in foro conscientie. Vt rectè aduertit Rebell. loc. cit.

Notandum verò, quòd si vendita res sit sub conditione, pendente conditione venditoris est commodum vel incommodum, & idem dicendum est si rem mensurandam, vel gustandam, quia censetur sub tacita conditione mensurationis, vel gustationis vendere, ac proinde tanquam de re sub condi-

kk 3 tione

tionem venditæ agi oportet *leg. quod sapē ff. de contra-
henda empt. & leg. 2. Cod. de periculo, & commodorei
venditæ, & tradit Siluest. verbo emptio, q. 2. Ant. Gó-
mez cap. 2. nu. 22. Couar. præf. cap. 3. n. 7. Sà V. vendi-
tio num. 26.*

Et tandem difficultas est, si res vendatur sub in-
determinatore, & tunc Hurtadus *de contr. disput. 2.
difficut. 1. 2.* sic ait, si res vendita nondum tradita
non sit omnino determinata in indiuiduo, sed inde-
terminata, vt quando venduntur decem oues ex
grege eas non designando, vel si sit determinata in
indiuiduo, vendita tamen ad mensuram, vt quando
venditur aceruus tritici vno aureo in singulas men-
suras; vel quando venditur ad pondus vt fructus
horti vno dipondio in singulas libras, vel quando
venditur ad gustationem, tunc periculum interitus
earum rerum ad venditorem pertinere iure Cæsa-
reo *leg. 1. ff. de peric. & commodo rei venditæ, & etiam
iure naturali, quasi emptio, & venditio istarum re-
rum sit tacite sub conditione, nam emptio, vel ven-
ditio rei indeterminatæ in indiuiduo sub conditio-
ne traditionis illius, & emptio, & venditio dicta-
rum rerum determinatarum ad mensuram, vel ad
pondus, vel gustationem sit sub conditione, si
res mensuratur, vel ponderatur vel gustatur, ac
proinde si res pereat ante traditionem, vel mensu-
rationem, vel ponderationem, vel gustationem
(in quibus continetur quædam moralis conditio,
cum fieri debeat, vel ab emptore si sit gustatio, vel
saltem coram eo si sit mensuratio, vel ponderatio)
perit venditori, quia perit ante impletionem con-
ditionis, & consequenter ante perfectum, seu ab-
solutum contractum, periculum verò determinatio-
nis, & euentus meliorationis earum rerum ad em-
ptorem pertinent, quia emptio, & venditio earum
sit, earum provt fuerint tempore traditionis, quia
eas emens, & vendens se exponunt euentibus for-
tuitis. Ita Hurtadus.*

Sed magis clarè assero, si venderes v.g. decem
modios tritici, duplicem seruum, &c. abique vlla
designatione loci, ex quo deberent extrahi, ob cu-
iulcumque tritici à te possessi absumptionem, vel
serui interitum non excusaris: quia estò omne tri-
ticum, quod possides absumatur, & omnes serui,
quos habes, & ex quibus cogitabas venditionem
perfecturus, pereant, cum alij serui, aliudve triti-
cum in rerum natura sit ex quibus venditio perfici
possit, teneris *leg. in ratione la 2. §. incerta ff. ad legem
falcid. & leg. incendium Cod. si certum petatur.* Si au-
tem sub aliqua determinatione venditio instituta
sit, vt si venderes decem modios tritici, ex his, quos
habes congregatos, debent vt ab hac obligatione
excuseris, omnes absumi *leg. 1. ver. sed non sunt ff. de
periculo, & commodo rei vend. leg. 2. ver. cum autem C.
eodem, Sic Ant. Gomez 2. var. c. 2. nu. 32. post. med.
Lefl. lib. 2. cap. 21. dub. 12. n. 97. Rebellius lib. 9. q. 15.
num. 14. Eman. Sà verbo venditio num. 27. Mol. tr. 2.
disp. 366 paulo post init.*

Sed circa præsentem difficultatem in facti con-
tingentia præter Doctores citatos, ne deseras re-
cognoscere doctissimum Dicastillum *de iust. lib. 2.
tr. 9. disp. 1. dub. 2. per totum,* vbi in hac materia, &
doctrina ab ipso tradita quatuor colliguntur. Primò
periculum rei indeterminatæ in indiuiduo, perti-
nere ad venditorem quoad substantiam, quamuis
periculum pretij, & valoris rei spectet ad emptorè.
Vnde si tempore traditionis, aut mensurationis res
in pretio decreuit, censetur decreuisse in damnum
emptoris, perinde atque etiam si deterior, aut me-
lior fiat: damnum, & commodum videtur ad em-

dem emptorem pertinere, quia venditor solum vi-
detur obligari ad tradendam rem talis speciei, &
emptor rem emit, provt erit tempore traditionis
subiiciens se periculo sentiendi incommodum, &
etiam commodum, vt clarè colligitur *ex cap. nauis
gauri citato.*

Secundò, rem, quæ vendita fuit ad corpus, si per-
reat ante traditionem perire emptori. Ideo si vendi-
tio fiat hoc modo, vendo tibi hoc dolium vini quin-
gentis argenteis, & postea effundatur vinum, effun-
ditur in damnum emptoris. Si verò venditio fiat ad
mensuram, antequam mensuratur, atque etiam
ante traditionem damnum erit venditoris. Propte-
rea si in contractu dicatur vendo tibi hoc dolium
vini tribus aureis in singulas mensuras, & postea
vinum effundatur ante mensurationem, vel tradi-
tionem perit venditori.

Tertiò colligit cui res pereat quando ex certo
numero venditur vnum sub disinctione, vt si di-
catur vendo tibi hanc, vel illam ouem. Constat
enim perire venditori, cum omnibus saluis inte-
gram erat tradere, quam veller. Ergo par est vt si
aliqua pereat ante traditionem, illi pereat. Quod
si omnes pereant simul, aut successiue nulla exce-
pta, vna perit emptori. Consequenter emptor da-
re tenetur pretium, quamuis res sibi nondum fuerit
tradita. Constat *ex l. si in emptione §. penult. ff. de con-
trahend. empt. & ratione probatur, quia emptor alius
destructis habet ius, vt superstes sibi tradatur, respec-
tu cuius perinde est, ac si venditio fuisset determi-
nata in indiuiduo. Ergo par est, vt si pereat illa, ipsa
pereat.*

Et tandem quartò infert, si domus vendita in-
cendio pereat, vel seruus moriatur, vel aliqua cor-
poris parte lædatur post perfectam venditionem,
damnum pertinere ad emptorem; idemque iudi-
cium est quando fundus post venditionem ad cor-
pus totus, vel ex parte perit alluione fluminis. Si
tamen per alluionem aliquid fundo accrescat, ac-
crescit emptori, vt ad quem incommodum spectat,
spectet commodum. Vide etiam in facti contingen-
tia circa omnia superius dicta Amicum *in curs. Theol.
10. 5. disp. 2. 1. sect. 11. per totum, & Malderum de iust.
tr. 5. cap. 2. dub. 13. per totum.*

*Cuinam competant fructus rei venditæ, emptori,
vel venditori.*

RESOLVT. XXXIII.

SI de fructibus tam enatis, quam nascituris con-
uentum sit inter contrahentes ad quem specta-
re debeant, conuentioni standum esse aperte collig-
itur *in leg. qui fundum §. fundi ff. de contrah. empt. &
leg. Julianus §. si fructibus ff. de actionibus empt. & tra-
dunt Doctores communiter.*

Difficultas est, quando nihil de fructu in conuen-
tione actum est, & nunc etiam distingui oportet de
fructibus, alij enim sunt fructus pendentes, & ap-
parentes iam tempore venditionis, alij verò sunt
non pendentes neque apparentes, vt in arbore ali-
quando quidem pendunt, & apparent fructus, siue
maturi, siue immaturi.

Ac de iis dicendum est etiam vniuersim, fructus
pendentes, & apparentes tempore venditionis per-
tinere ad emptorem, siue maturi, siue immaturi,
quoad valorem, quem habent tempore venditio-
nis. Et ratio est primò, quia fructus pendentes
tempore venditionis censentur pars rei empta, &
simul

simul cum ipsa emi, ergo simul cum illa ad empto-
rem pertinebunt. Secundò, quia sic habetur *l. Lu-
lianus §. si fruct. Tertio, quia si res periret, vel deterio-
ri fieret, periret, aut deterioraretur emptori, ergo
illi etiam fructificare par est, cuius est damnum, sit
etiam commodum. Et ita docet Dicastillus *de iust.
lib. 2. tract. 9. disputat. 1. dubitat. 1. 1. num. 116. cum seq.
secundò vendito equo, nisi aliud exprimat, intel-
ligi vendita ornamenta, vt sella, ephippium, fræ-
num, & cætera; quamuis enim hæc non sint fructus
equi, si tamen equus cum illis venalis fuit propo-
situs, & ostensus, omnia censentur simul vendita,
tanquam accessoria, & adiacentia principali: Op-
positum tamen dicendum est si sine illis fuit pro-
positus, vel venditus in absentia: Et hæc omnia
difficultatem non habent.**

Sed tria sunt, quid dicendum de fructibus,
qui tempore contractus non existunt pendentes,
vel apparentes. & in tribus statibus de hac re pos-
sumus loqui. Primò ad quem pertineant fructus
venientes quidem post rei traditionem, sed ante
pretij solutionem. Secundò ad quem pertineant
fructus rei traditæ quidem, & soluto pretio, vel
habito pro soluto, aliqua ex rationibus prædi-
ctis.

Circa primum de fructibus post rei traditionem,
sed ante pretij solutionem, vel antequam habitum
sit pro soluto modis prædictis; Anton. Gom. 2. var.
*cap. 2. numer. 11. Couar. 2. var. capit. 15. numer. 2. &
Lucius lib. 3. cap. per totum Molin. disput. 268. num. 8.*
doctent, fructus rei venditæ, & traditæ ante pretij
solutionem pertinere ad venditorem; probant *ex l.
curabit de action. empt. vbi minor quidam vendi-
derat rem de qua ibi, & lex sic habet; Curabit Præ-
sides Prouinciæ compellere emptorem, qui nactus
possessionem fructus percipit, partem pretij quam
penes se habet cum vfuris restituere, quas, & per-
ceptorum fructuum ratio, & Minoris ætatis fauor,
licet nulla mora interuenierit, generauit; vbi aperte
supponitur emptorem non potuisse percipere fru-
ctus rei in integrum, quia non soluerat pretium
in integrum, sed tantum partem fructuum iuxta
quantitatem pretij soluti; Ergo si nihil sit solutum
pretij, nihil fructuum pertinebit ad emptorem.
Probant etiam *ex leg. vltima de periculo, & commo-
rei emptæ.* Deinde probant ratione, quia æquitas natu-
ræ non patitur, vt prius emens ex re vendita per-
cipiat fructus, quam soluat pretium, quia ex ratio-
ne pretij habet tantum titulum ad illam, quæ ratio
magis vrget, si emptor sit in mora soluendi pretij.
Vnde Couar. vult prædictas vfuras concedi in re-
compensationem fructuum, quos ipse existimat ad
venditorem pertinere, quem Bonacina, & alij pu-
tant adhuc esse dominum rei, donec ipsi soluantur
pretium, vel ipse habeat pro soluto: fructus autem
rei ad dominum pertinent.*

Ex his sequitur ad venditorem agri pertinere
messem, quæ erat ante venditionem collecta, etiam
si ex ea conductus pensionem nondum debebat,
quia terminus pensioni præstitutus, nondum adue-
nerat.

Sequitur secundò, si tempore vindemiæ matu-
ra, sed nondum collecta, vendatur vinea, emptoris
fore totum fructum vuarum nondum decerptu-
rum.

Sequitur tertio, si domus vendatur tertio alicui
locata à tempore venditionis pretium locationis
cedere emptori, & pro rata debere illud diuidi in-
ter emptorem, & venditorem, quando terminus
solutionis post venditionem demum expirat. Ex

cipe nisi venditor sit Fiscus: tunc enim tota pensio
cedit emptori, quia in huius compensationem te-
netur ratum habere contractum locationis à Fisco
initum, qualem contractum initum à privato ven-
ditore non teneretur ratum habere, *l. emptorem Co-
dice locati.*

Sed contrariam sententiam tuetur Gabriel *in 4.
distin. 15. quæst. 21. conclus. 4. cas. 3. Rosella V. usura
1. Armill. q. 15. Siluest. verb. emptio q. 3. num. 4. & verb.
usura 2. q. 11. qui alios citat. Idem Petr. Navarra
lib. 3. de rest. cap. 2. dub. 13. Sà verbo venditio num. 4.
Mercado lib. 2. cap. 12. circa finem. Ioann. Gutier.
in quæst. Canon. c. 39. num. 19. asserentes huiusmodi
fructus non pertinere ad emptorem, nisi soluto
pretio, vel saltem habito à venditore vt soluto, &
ad certum diem dilato, quo non soluto, tenetur
emptor soluere vfuras adæquantes fructus, quos a
tempore moræ ipse percipit. Colligitur *leg. 4. Cum
inter Codic. de periculo, & c. quæ lex, vt commodum,
vel incommodum rei venditæ transeat ad empto-
rem, requirit vt inter emptorem, & venditorem
de pretio conuentum fuerit: Et ex præcitata lege
fructus C. de actionibus empti, in qua sic sancitur;
fructus post perfectum iure contractum, emptoris
spectare personam conuenit, ad quem, & functio-
num grauamen pertinet: Venditor quoque pre-
tium tantum, at si moram intercessisse probetur,
vfuras ex officio iudicis exigere potest. Idem col-
ligitur *ex §. vendita instit. de rerum diuisi. in quo di-
cuntur res venditæ fieri emptoris, Si venditori
pretium soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: &
ex lege Iulianus §. offerri ff. de action. empt. offerri
pretium venditor, ab emptore, inquit, debet, cum
ex empto actio est: Venditor enim quasi pignus
retinere potest eam rem, quam vendidit. Ratio ve-
rò est, quia æquum non est, vt emptor fructus rei
venditæ percipiat, & venditor non possit frui pre-
tio sibi debito, ex quo posset, adhibita propria in-
dustria fructus percipere.***

Eadem ratio est, si emptor fuerit in mora sol-
uendi pretium tempore debito in quo euentu te-
netur vfuras fructuum ab eo tempore percepto-
rum venditori soluere, vt expressè statuitur præci-
tata *l. Iulianus, quæ sic habet: Ex vendito actio ven-
ditori competit ad ea consequenda, quæ ei ab em-
ptore præstari oportet Veniunt autem in hoc iudi-
cio infra scripta, in primis pretium quanti res ven-
ditæ, Item vfura pretij post diem traditionis, nam
cum re emptor fruatur æquissimum est cum vfuras
pretij impendere: neque dicas, vfuras esse illicitas:
nam duplices sunt vfuræ, aliæ lucrativæ, aliæ re-
compensatiuæ, priores tantum sunt illicitæ, non
autem posteriores, quæ dantur in recompensatio-
nem fructuum, quos emptor ex re sibi vendita
percipit.*

His tamen non obstantibus non nego senten-
tiam primam Præsidis Couarruuias, & aliorum esse
satis probabilem; ego autem huic posteriori ad-
hæreo, quæ probabilior mihi videtur.

Sed nunc transeundum est ad secundum du-
bium sepe prius positum, nempe ad quem perti-
neant fructus nondum apparentes rei vendi-
tæ, & nondum traditæ, & ante pretij solutionem
eadem ratione dicendum est, si inter contra-
hentes à principio expressum sit, ad quem de-
beant pertinere, iustæ illorum conuentioni stan-
dum erit.

Quod si contrahentes statuunt, vt tali die offe-
ratur pretium, vendens verò nolit rem tradere, in
eo casu à die oblato pretij fructus pertinent ad

emptorem, iuxta expressam dispositionem legis *sterilis §. cum per venditorem steterit*. Estque indubitata doctrina, & illius ratio. Tunc enim vendens verè est causa non tradens rem, vt fructu non percipiantur ab emptore ex re sibi debita tradi, ac proinde tenetur soluere lucrum cessans emptoris, quod per se prouenit ex negatione debitæ traditionis maius habeant pretium, quam postea cum vendens tradit rem, tenebitur soluere ultra rem ipsam illum excessum pretij.

Difficilius est ad quem pertineant prædicti fructus, quando nihil fuit expressum de tempore traditionis assignando. Neque de fructibus non existentibus, ad quem deberent pertinere.

Couarruias *3. var. capit. 4.* qui pro se alios refert *Sa v. venditio, numero quarto Molina d. 368.* & alij apud Couarr. cum quibus videtur sentire Mercado supra, putant tunc fructus non pertinere ad emptorem; sed ad venditorem; fundamentum est, quia vendens ante traditionem dominus est rei venditæ (vt supra diximus) illi ergo fructificat res sua. Secundò, quia æquum non est, vt emptor accipiat fructus rei, nisi vel postquam facta est traditio, & pretium solutum, vel saltem post traditionem habita est fides de pretio, aut quando vendens est in mora tradendi.

Secunda sententia est aliorum, asserentium fructus rei à die celebratæ venditionis ad emptorem pertinere, nisi aliud expressum sit.

Ego verò existimo vtramque sententiam probabilem esse, huic tamen posteriori ego magis adhæreo ob naturale quidem ius, quia licet vendens ante traditionem sit dominus, tamen non ita est dominus rei, vt ad se pertineat rei periculum, & licet emptor non habeat ius in re ante traditionem, nec sit absolute dominus rei, tamen tale habet ius ad rem, vt ad illum pertineat rei periculum, & damnum, quod contingat sine culpa venditoris, iuxta supradicta ex communi omnium doctrina. Ergo, & supposito iure naturali fructus rei ad eundem debent pertinere.

Et tandem circa tertium dubium, videlicet ad quem pertineant fructus rei venditæ & traditæ soluto pretio, vel habita fide de pretio, & concessa dilacione ad soluendum; dicendum est, fructus omnes pertinere ad emptorem, neque hunc teneri ad interesse pro pretio à se non soluto, nisi aliter conuentum sit inter contrahentes; estque communis Doctorum sententia, cuius ratio est; quia venditor hoc modo cedit iuri suo, quo alioquin potuisset exigere interesse fructuum; tum quia res domino fructificat, sed res vendita, & tradita emptori, habita fide de pretio, est emptoris; ergo ad illum spectant fructus.

Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi numero 148. cum seqq.* cui adde ex parte Amicum *in curs. Theolog. tom. 5. disp. 21. sect. 12.* Castram Palaum *tom. 7. disp. 5. punct. 25. & 26.* Lessium *de Iust. lib. 2. cap. 21. dub. 13.* Layman *lib. 3. sect. 5. cap. 17. §. 2.* Rebellium *lib. 9. question. 17.* Cardinalem Lugo *de Iust. 1. 2. disp. 26. sect. 14.* Malderum *de Iust. tract. 5. c. 2. dub. 15.*

An sit specificanda species contumeliæ, qua quis aliquem afficit.

RESOLVT. XXXIV.

Nominatim contra me affirmatiuam sententiam tenet Pontius *in curs. Theol. disp. 46. quest. 7. conclus. 2. numero 74.* vbi sic ait; Dico aliquando specificandam speciem contumeliæ, qua quis aliquem afficit, dixi autem aliquando, nimirum quando aduertitur ad particularem malitiam, quæ est in vna contumelia præ alia. In quo casu probatur, quia honor diuersæ rationis ab alio læditur per vnam contumeliam, qui non læditur per alteram, & damna diuersæ rationis possent oriri ex vna contumelia ab illis, quæ ab altera prouenirent. Quis enim dubitat, quin qui aliquem vocaret adulterum, aut hæreticum, diuerso modo specificè læderet honorem alicuius, & diuersa specie nocumenta posset inferre, quam qui vocaret ipsum furem; aut ebrium. Per quod patet ad fundamentum Lugo desumptum à Molina, nempe, quod per contumelias omnes non auferatur, nisi honor, & quod omnis honor sit eiusdem speciei; hoc enim de dictis falsum esse constat.

Et eodem modo de detractioe dicendum arbitror, ac etiam de iudicio temerario, grauius enim specificè ostendit proximum, qui iudicat temerariè, quod esset hæreticus, quam quod esset fur cæteris paribus. Ita Pontius.

Sed licet hæc opinio sit prebabilis, non minus probabilem negatiuam sententiam esse puto, quam olim docui, & nunc iterum doceo, & me citato, præter Cardinalem Lugo tenet Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. libro 1. tract. 15. de pen. numer. 1.* & me citato Gesualdus *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 19. capit. 4. numer. 17.* & me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quest. 10. & 11.* qui etiam *quest. 8.* me citato tenet, quod desiderans ex odio malum, non tenetur in confessione specificare speciem mali, quidquid in contrarium contra me, & Cardinalem Lugo asserat Pontius *vbi supra n. 71.*

Notandum est hic obiter, Pontium *numero 71.* docuisse, quod qui rumpere ieiunium in vigilia cadente in quatuor temporibus, deberet explicare vtrumque titulum ex natura rei, quis omitendo obseruare vigiliam præceptam in honorem Sancti, videtur non satisfacere reuerentiæ, quam ipsi teneretur exhibere, & omitendo obseruare ieiunium quatuor temporum, videtur negligere finem, ad quem ieiunium illud ordinatur, quæ sanè duæ malitiæ sunt distinctissimæ speciei.

Item *numer. 84.* docet, quod peccans quocumque peccato in Ecclesia, debet hanc circumstantiam in confessione exprimere, scilicet ignorantia, aut inadvertentia, quia reuera apparet ex terminis fieri magnam irreuerentiam Deo, quando in loco facti, qui est domus orationis, & specialiter ad cultum, & honorem ipsius consecratus, offenditur mortaliter.

Lugo concedit quidem quodcumque peccatum in Ecclesia commissum contrahere malitiam sacrilegij; videtur tamen id intelligere de malitia leui ac propterea non necessariò explicanda in Confessione: sed sicut peccando venialiter contraheretur malitia leuis sacrilegij; Ita sanè peccando

cando mortaliter, videtur contrahi malitia grauis, & consequenter necessariò explicanda.

Ita Pontius; sed has duas opiniones quas vir doctus docet, puto non esse admittendas, cum Doctores communiter contrarium sentiant.

Nota etiam, quod licet ego alibi aliter docuerim, tamen existimo probabile, eum qui toto anno statuit non ieiunare, non audire sacrum, non recitare Horas Canonicas, vnicum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui propositum non ieiunandi, non audiendi sacrum, non recitandi Officium; sic si quis eodem actu auferret tria vasa argentea trium Dominorum, vnum peccatum committeret, & sufficienter confiteretur, dicens semel furatus sum materiam grauem. Ita docet Verticell. *in quest. moral. tractat. 8. question. 17. numer. 2.* & Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 11. numer. 7. & 8.* vbi etiam probabiliter docet *num. 9.* Que es lo mismo quando vno tuo polucion con obiecto de muchas casadas, que no tiene obligacion à dezir el numero, bastará, que confesse la polucion y el pensamiento con casadas: aun es probable que si tuoo por obiecto muchas casadas, o monjas, que complira con dezir, que tuoo por obiecto muger casada, o Monja, porque los obiectos, que solamente non diuersos en numero, no multiplican los peccados, sino solamente los agrauan.

Et tandem nota, quod ego olim probabilitet docui, non esse necessarium explicare in confessione gradus consanguinitatis, vel affinitatis personæ, ad quam quis luxuriosè accessit; Et præter Doctores alibi à me adductos, ita tenet Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disputat. 7. §. circa circumstantiam,* & me citato Remigius *in pract. confess. tract. 10. cap. 7. §. 9. numer. 8.* & me citato Ioannes Henriquez *in pract. quest. sect. 8. question. 14. numer. 21.* & me citato Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 10. de penit. numer. 20.* & me citato Marcus Serius *tom. 1. disp. 4. d. vnic. question. 24. numer. 33.* & me citato Mazuchellus *de casibus referuatis disput. 21. cap. 4. diff. 5. numer. 28.* vbi sic ait; His tamen non obstantibus alij satis probabiliter respondent, Penitentem non teneri per se loquendo explicare circumstantiam consanguinitatis, aut affinitatis, neque diuersitatem graduum. Quorum ratio est, quia incestus inter consanguineos & affines non differunt specie in genere moris. Vnde in hac sententia, si quispiam habuisset copulam cum sorore, satisfaceret, si in confessione diceret, commisi incestum, absque eo, quod explicaret personam sibi coniunctam.

Neque obstat grauiorem esse illum incestum, qui cum matre, vel filia fuit commissus cum sorore vxoris; cum enim grauitas hæc augeat malitiam intra eandem speciem, inde est, vt non sit necessario confitenda. Sicut grauius peccatum est furtum mille aureorum, quam centum, & tamen quantitas non est explicanda in confessione; sed satis est dicere furtiui materiam notabilem. Ita ille; qui tamen subdit, quod aliquando ratione referuatiõis esset explicandus gradus si in aliqua Diocesi incestus in primo, & secundo gradu fuerit referuatus. Quomodo qui rem habet cum moniali, per se loquendo satisfacit, si dicat, se copulam habuisse cum obstricta voto castitatis. Et qui carnaliter cognoscit virginem consentientem, satisfacit si dicat, se fuisse fornicatum. Per accidens tamen, & ratione referuatiõis aliquando est explicanda circumstantia personæ, quod sit Monialis, vel quod sit virgo;

puta si concurrat necessitas confitendi inferiori confessori, non habenti facultatem absoluendi à referuatis.

Cæterum si poenitens confiteretur superiori habenti facultatem à referuatis absoluendi, satisfaceret dicendo commisi incestum, retenta sententia probabili, quod gradus non sint explicandi; fornicatus sum, licet persona esset virgo; vel obstrictam voto castitatis carnaliter cognoui; licet persona esset Monialis. Et ratio est, quia respectu superioris habentis facultatem ab illo peccato absoluendi, casus ille non dicitur amplius referuatus: Sed si non est referuatus poenitens satisfacit, ita confitendo: ergo etiam tunc. Tum quia referuatio non addit maiorem malitiam: tum quia si circumstantia personæ est confitenda, vel hoc est ad tollendam culpam, vel ad tollendam referuatiõnem. Non primum, quia culpa sufficienter explicatur, vt probatum est. Neque secundum; quia si poenitens superiori confiteretur sua peccata, & inculpabiliter obliuisceretur illius peccati referuati; puta incestus cum matre, vel cum sorore, tolleretur referuatio.

Et sic potest peccatum hoc vnicuique confessori confiteri. Ergo multò magis ea tollitur, si peccatum ipsum exprimat, dicendo incestum commisi. Et hæc omnia docet Mazuchellus, quæ sunt nimis notanda à confessoribus.

An possit quis, si non habeat peccata mortalia confiteri in genere, verbi gratia se commississe peccatum contra castitatem.

RESOLVT. XXXV.

Hanc questionem præter alios pertractat Ludovicus Caspensis *in curs. Theolog. tom. 2. tr. 24. disputatio. 4. sect. 18. num. 11 & 8.* vbi sic ait; Difficultas tamen est de eo, qui non habet conscientiam peccati mortalis, an sufficienter confiteatur explicans aliquod peccatum vitæ antea actæ in genere, v.g. aeculo, quod in superiori vita sæpius contra castitatem grauius deliquerim. Et quidem si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie, v.g. verba otiosa, mendacia leuia, de quibus probabiliter credat esse attritum; non est dubium, quin ceteri debeant sufficiens confessio, & impendi debeat absolutio. Itaque difficultas est, An in homine conscientiam lethalis non habente, sufficiens, & licita sit ista confessio; Accuso quod olim grauius per incontinentiam peccauerim. Suarez *disputatio. 23. sect. 1.* existimat partem affirmantem speculatiuè tantum posse defendi, non verò practice propter materiæ incertitudinem, ac proinde supposito quod aliquis velit confiteri, debere aliquod peccatum, saltem veniale, in particulari exponere; Si verò necessitas vrgeret, vel id fieri non posset, addit peccatum in genere explicatum, verbi gratia, mendacia vel verba otiosa vitæ antea actæ, fore materiam sufficientem.

In primis opinor, confessionem illam si bona fide fiat, validam esse, & vero Sacramento sufficere, quia non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti explicare speciem in confessione peccata, vt patet in moribundo, vel ignato linguæ, qui nullum speciale possunt explicare peccatum, & ex libitis confessionis signis valide absoluuntur. Dices illud habere locum vrgenti necessitate, & non

aliàs, Contra, quia neque citra necessitatem illa explicatio est necessaria in confessionibus omnino spontaneis, sicut nec explicare numerum peccatorum, quod videmus fieri apud pios, & doctos, qui consistuntur de verbis otiosis, de mendaciis leuibus in genere vitæ antea, nullum ex eiusmodi peccatis particularare, nullumve eorum numerum exponendo, quas confessiones docti, & pij confessarii approbant.

Secundò opinor, prædictam confessionem per se loquendo, licitam esse, & colligitur ex eodem Vasquio. Et probatur ratione adducta, quia non magis requiritur ad hoc Sacramentum vt exponatur peccatorum species, quam numerus: sed exponere numerum non est necessarium, vt vidimus, & est praxis, & vsus piorum, & Doctorum: ergo. Deinde, quia si peccat species in confessione voluntaria deberet exponi, esset, vt confessario notus esset pœnitentis status: at hæc ratio solum habet locum in confessionibus necessariis. Nam in liberis, sicut liberè se exponit reus iudicandum de tali peccato in genere: quare sicut istud in summa necessitate, & validè, & licitè exponitur & absoluitur: sic etiam in summa consistendi libertate. Vnde licet iuxta Tridentin. species, & numerus peccatorum exponi debeant, hoc intelligendum est de confessione necessaria, non verò de libera.

Dices, ex hac doctrina sequitur, quod hæc confessio sufficiet, & licebit, accuso, quod olim grauiter peccauerim, vel etiam ista; accuso quod olim peccauerim. Respondetur, quod etsi speculatiuè videatur concedendum consequens, non tamen practicè, quia est contra rotius Ecclesiæ consuetudinem; & hæc omnia docet Caspensis *vbi supra*.

Obseruat tamen ex Bonacina. Possentius in *recollekt. qu. moral. verb. confessio Sacramentalis numer. 49.* quod si peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat est vt dicat in generali, se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie; sed vnicum explicet saltem oportet peccatum in specie, verbi gratia mendacij, vel furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam supposito ea confiteri velit, saltem vnum in speciali explicet oportet, suppressis aliis.

An qui se iactat, vel laudat de peccato, teneatur in confessione aperire speciem peccati?

RESOLVT. XXXVI.

Affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè Ioannes Pontius in *curf. Theolog. disputatio. 46. questio. 7. conclus. 2. numero. 74.* vbi sic ait; Dico, quod quando aliquis iactat se de peccato commisso; (quando autem sit cum tali complacentia, aut gaudio, omnes concedunt debere speciem peccati significari) explicandam esse speciem peccati. Hanc resolutionem tenet notè Rodriquez, Sanchez, & alij, & probabilem asserit Cardinalis de Lugo, quamuis videatur præferre oppositam, quam tenet cum Nauarro, & aliis Diana.

Probatur autem, quia illa ipsa virtus, quæ prohibet peccatum, videtur prohibere ex terminis ia-

stantiam de illo commisso, & qui iactat de illo videtur approbare factum, & quod vellet iterum illud facere, quod per se videtur malum; & quidem malitia diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccatorum.

Confirmatur ad hominem contra Cardinalem de Lugo, quia ipse *num. 173.* ait, aliquando in peccato iactantia debere explicari speciem peccati, quando scilicet iactatio afferret secum irreuerentiam grauem, non solum contra Deum, sed contra personam creatam, nempe principem: quia si quis contumelia afficeret Principem, & postea iactaret de ea, eo ipso nouam iniuriam inferret ipsi, & consequenter deberet explicare speciem contumeliæ de qua se iactaret: sed non magis nouam iniuriam inferret Principi, iactando se de contumelia ipsi facta, quam nouam iniuriam faceret Deo, iactando se de peccato, & quidem iniuriam diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccati: ergo si in casu hoc, proposito à Lugo, debet explicari species peccati: iam dicendum de omni iactantia.

Obiicit pro aduersariis: tota malitia peccati iactantia consistit in hoc, quod peccatum accipitur, vt medium, aut capiendum ex ipso gloriam, & laudem apud homines: ad hoc autem per accidens est, quod sit hoc, vel illud peccatum, quia solum attendi debet ad irreuerentiam, quæ per iactantiam infertur Deo; sicut quando quis violat votum, perinde est quo peccato violatur, quia spectatur tantum ad irreuerentiam factam Deo, mediante violatione voti.

Respondeo, negando minorem, quia ex eo, quod fiat de tali peccato, apparet specialis turpitudine in ipsa opposita virtuti, cui opponitur peccatum.

Posset etiam negari maior, quia per hoc, quod explicat tale peccatum, significatur contemptus, seu paruipensio virtutis, cui opponitur, quod apparet esse ex se malum malitia proportionata tali virtuti. Hucvque Pontius.

Sed licet hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negatiuam esse puto, quam docui, & nunc iterum doceo cum Tamburino *opuscul. de confess. libr. secundo, capit. septimo, §. 3. numero decimo.* vbi docet, non solum prædictas species non necessariò esse declarandas; sed probabile esse, sufficere si dicas, toties iactaui me de peccato mortali, seu de obiecto mortaliter peccaminoso. Ratio est, quia tota malitia quanta est iactantia consistit in eo, quod offensa Dei eligatur, vt medium ad captandam gloriam apud homines, quæ magna est Dei irreuerentia, id quod æquè in omnibus mortalibus inuenitur, vel si quid aggrauat peccatum, non videtur eiusmodi malitiam in aliam speciem transferre.

Et ita hanc sententiam, me citato tenet etiam Leander de Sacrament. *tomo primo, tractat. quinto, disputatio. 8. §. tertio, questione 12.* & Ioannes de Soria in *Epilogo summarum parte 2. tractat. 2. sectio. 1. disputatio. 6. §. circa circumstantiam.* Imò contra Pontium non deseram hinc apponere verba doctissimi Patris Castri Palai *tomo 1. tractat. 2. disputatio. 2. punct. 11. numero quinto* vbi sic ait; Inquires an iactantia eiusdem sit specificæ malitiæ cum peccato, de quo te iactas, ac proinde in confessione tenearis dicere, & declarare peccatum, de quo fuit iactantia, si fuit, inquam, iactantia de furto, vel de fornicatione.

Affirmat

Affirmat Sanchez illo *capit. 3. numer. 13.* Mouetur, quia virtus non solum prohibet peccatum sibi formaliter contrarium; sed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ sententia vera omnino est, si iactantia sit cum gaudio de peccato commisso: at si gaudium excludas, & solum peccatum iactantiæ committas, existimo probabilis non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur; ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum, cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere dicendo, te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantiæ malitia consistit in captanda gloria, & honore ex malefactis, quod verò male facta sunt latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiæ malitiam; sicut ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid est, quod violatio si in castitate, vel in paupertate. Ita tenet expressè Nauarrus *Summ. pract. 4. numero quarto.* Neque verum est quamlibet virtutem, prohibere iactantiam de peccato sibi contrario, sicut prohibet delectationem, gaudium, & desiderium illius, quia iactantia de peccato quodcumque sit, per se prohibetur à virtute humilitatis: est enim iactantia filia superbiæ, seu inanis gloriæ, vt dixit Gregor *libro 3. moral. capit. 1.* & Dius Thomas communiter receptus *2. 2. qu. 132. artic. 4.* Ac proinde humilitati contraria, ac delectatio, gaudium, & desiderium de peccato solum ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipsum peccatum.

An pœnitens à Confessario interrogatus, teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi.

RESOLVT. XXXVII.

Hoc dubium nouissimè adducit, & ad illud sic respondet Ioannes Pontius in *curf. Theol. disp. 45. qu. 4. conclus. 2. n. 32.* Quærit solet, an pœnitens teneatur confessario interroganti, an habuerit consuetudinem committendi peccatum, quod confiteretur, respondere quod sic, si eam habuerit.

Ioannes Sancius negat; Cardinalis de Lugo affirmat.

Ille mouetur, quia non tenetur pœnitens peccata dimissa subiicere iterum Clauibus; ergo potest eludere aliqua æquiuocatione interrogationem Confessarii.

Fundamentum Cardinalis est, quod licet, quis non teneatur confiteri quantitatem furti mortalis, secundum eos, qui putant circumstantias aggrauantes non necessariò confitendas esse; tamen secundum eisdem teneatur eam confiteri, quod lapsus fuerit ante in familia peccata, tenebitur tamen, si interrogetur.

Sed certè hoc fundamentum non subsistit, primò, quia non est eadem ratio vtriusque casus; nam idè deberet quantitas furti significari Sacerdoti interroganti; quia illa deseruierit, vt Confessarius imponat pœnitentiam secundum grauitatem peccati ex natura intrinseca ipsius; sed in alio casu lapsus antecedens in similia peccata, non est circumstantia, saltim intrinsecè, aggrauans peccatum sequens; nec propterea Confessarius debet imponere maiorem pœnitentiam ratione ipsius: ergo non est eadem ratio vtriusque casus.

Secundò quia, reuera, si non debeat confiteri il-

lam circumstantiam furti, non debet illam magis confiteri interroganti, quam lapsus præcedentes. Vnde idem per idem, & eiusdem rationis probatur hoc fundamentum: nec est necessarium, vt Sacerdos imponat pœnitentiam, nisi iuxta speciem peccati, & circumstantias, quas pœnitens debet confiteri.

Itaque existimo non teneri quidem confiteri lapsus antecedentes, quamuis vtiliter posset, si veller. Sed non placet modus eludendi interrogationem per æquiuocationem, propter doctrinam quam tradidi in commentariis meis ad tertium de illa materia. Melius esset absolutè, & sincere dicere: Parec hoc, non spectat ad rem, quicquid sit de hoc, iam spero cum gratia Dei cauere lapsum in postèrum. Et certè illæ interrogationes non necessariae, sunt valdè periculosæ, nam si aliquis à puella ingenua & pudibunda, quæ aliquando lapsa est, & iterum confiteretur nouum lapsum quæreret, an lapsa sit aliàs, periculum esset, quod id non confiteretur, & consequenter si non posset sine peccato id facere, committeret sacrilegium, quod aliàs non commisisset. Et sanè experientia mihi constat ex nimis rigidis, & indiscretis interrogationibus, quarum plurimæ in iuuenibus præsertim confessariis oriuntur ex curiositate, plura mala euenire, quam si ommitterentur, nec iugum huius Sacramenti aliàs ex se difficile est vilo modo aggrauandum ultra necessitatem. Hucvque Pontius *vbi supra*.

Et hanc sententiam tenet nouissimè nominatim contra me Leander de Sacrament. *tomo 2. tract. 5. disputatio. 8. §. 7. questio. 21.* vbi quærit, An saltem teneatur pœnitens confiteri consuetudinem; si à confessario de illa interrogetur; & respondet adhuc in hoc casu, non teneri, si aliàs pœnitens verè sit dispositus. Quia pœnitens non tenetur (vt vidimus) talem consuetudinem confiteri. Ergo nec confessarius habet ius ad hoc interrogandum.

Sed affirmatiuam sententiam tenet Reuerendissimus Candidus *tomo 2. disputatio. 24. artic. 23. dub. 48.* asserens, Consuetudo peccandi est necessariò fatenda in confessione, quia etsi non mutat speciem peccatorum, aggrauat tamen notabiliter, tum quia consuetudo peccandi constituit hominem secundum præsentem statum in quodam morali periculo, & facilitate peccandi, & necessarium est vt confessor hanc consuetudinem sciat, vt de dispositione, & obligatione pœnitentis certus reddatur; tum quia confessarius, qui medici, & iudicis vices gerit in Sacramento pœnitentiæ, non cognita consuetudine peccandi, non posset pœnitenti congrua remedia pro eius salute exhibere.

Si verò confessarius iusta de causa pœnitentem interroget de consuetudine peccandi; vt pœnitentis dispositionem intelligat, pœnitens tenetur consuetudinem explicare, secundum omnium Doctorum sententiam, quia consuetudo peccandi arguit infirmum emendationis propositum. Ita ille. Verum ego quoad primum eius dictum dissentio per eas quæ alibi adduxi, & me citato adducit Leander *vbi supra questio. 20.* libenter tamen eius secundum dictum amplector contra Pontium, & Leandrum *vbi supra*.

Itaque, me citato Eligius Bassæus vir quidem doctus in *suis flor. Theol. pract. verb. circumstantia §. 4. numer. 12.* sic ait, An consuetudo peccandi, vel circumstantia relapsus sit exprimens in confessione? Affirmant Henriquex, Fagundes, & alij quando est valdè frequens; nam tunc valdè aggrauat.

Negant

Negant Vasquez, Suarez, Reginaldus, & alij, nisi quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam poenitens tenetur refecare, vel nisi iusta de causa interrogetur à confessario: Ratio illorum est, quia circumstantia relapsus non mutat speciem, & non potest afferri ratio per se loquendo, cur poenitens obligetur ad huiusmodi circumstantiam explicandam, modo cum debito dolore peccata commissa quoad numerum, & speciem explicet, ac in posterum vitæ emendationem firmiter proponat: Alias enim si consuetudinem peccandi teneretur poenitens aperire; Idem esset quod obligare illum peccata legitime confessa iterum repetere, quod sanè nullo præcepto humano induci potest. Quod autem poenitens teneatur illam circumstantiam explicare, si à confessario interrogetur; ratio est, quia confessarius Medici, & Iudicis vices gerit in hoc Sacramento, & cognita peccandi consuetudine, poterit poenitenti diuersa remedia exhibere, v.g. peccatum mollitiæ ex consuetudine patienti, frequentes confessiones cum vno, eodemque confessario bis, aut ter in hebdomada, si opus fuerit, iniungere. Ita Bassæus; cui etiam adde me citato, carissimum Patrem Auerſa de Sacram. poen. quest. 10. sect. 10. in fine; & Gesualdum in Theol. mor. tom. 1. tract. 19. cap. 3. num. 14. dico igitur poenitentem (per se loquendo) non teneri hoc explicare, quia consuetudo peccandi non mutat speciem peccati: Imò hoc esset valde onerosum poenitenti: Nam sæpè sapius obligaretur ad confitendum iterum peccata aliàs confessa absque rationabili causa; Dixi (per se loquendo) quia quandoque erit expediens; ut videlicet confessarius percipiat statum poenitentis. An sit in periculo recidendi in posterum, & ut possit remedia oportuna, & necessaria illi præstare. Ideoque si à confessario poenitens interrogatus fuerit de consuetudine, debet poenitens in casu veritatem aperire, ut illi satisfaciat: Si verò non interrogetur, hoc explicare non debet nisi quando necesse sit, ut declarat confessario statum conscientie suæ.

Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenent etiam Pater Tamburinus opusc. de confess. lib. 2. capit. 1. §. i. numero sexto & Tullench de Sacram. lib. 4. capit. 6. dubitatio. 4. numer. 32. Pater igitur ex dictis contra Pontium, nostram sententiã esse magis communem.

An sit valida confessio venialium, si aliquis non habeat dolorem, nec propositum cauendi de omnibus; & an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem, nec propositum cauendi habeat?

RESOLVT. XXXVIII.

AD primum respondeo affirmatiuè cum Fagundez in præcept. Eccles. pr. 2. l. 2. capit. 1. numero 19. vbi ex Suarez sic ait; Ex hac doctrina sequitur, veram facere confessionem illum, qui vnum tantum veniale habet, illudque confiteretur sine dolore, ac proposito efficaci emendationis ipsius peccati venialis, modo se accuset de aliis venialibus, aut mortalibus antea vitæ iam confessis, & de illis legitimum dolorem habeat, cum iam debitam materiam confessori subiiciat, & aliunde obex venialium non impediatur gratiam, seu effectum Sacramenti. Ita ille; cui adde Layman libro 5. tractat. 6. capit. 4. numero 19. & communiter Doctores,

vnde cum Egidio Coninch de Sacram. disputatio. 2. dubitatio. 14. numero 230. Notandum est triplex discrimen inter propositum requisitum ad remissionem peccati mortalis, & requisitum ad remissionem venialis.

Primum propositum vitandi mortalia, sicuti, & ipsamet contritio, vel attritio debet se ad omnia explicitè, vel implicitè extendere; propterea quod vnum mortale sine alio remitti non possit, neque vnquam hominis iustificatio fieri, manente actuali, aut habituali affectu ad peccatum mortale, quippè cui gratia iustificans per se, ac formaliter repugnat, sicuti docet S. Thomas questio. 86. art. 7. Alensis p. 4. questio. 69. mem. 10. Adrian. in 4. de Sacram. poen. q. Quia iam ostensum; Contra vero nihil obstat, quin vnum veniale homini remittatur, altero remanente, vel secundum habitualem, & non retractatam voluntatem, vel etiam secundum actualem affectum, seu peccandi propositum; Ratio est, quia S. Thom. indicat questio. 87. art. 4. ad 3. Licet gratia sanctificans ad remissionem peccati venialis concurrat, tamen non expellit omne peccatum veniale, quando quidem peccatum veniale in actu, & in habitu, consistere potest cum gratia sanctificante, non item peccatum mortale, sicuti supra etiam dictum fuit.

Secundum, Ad remissionem peccatorum mortaliū requisitur propositum abstinendi ab omnibus non tantum in sensu diuiso, sed etiam in sensu collectiuo, itavt animus sit non tantum singulari, sed etiam omnia simul cum Dei gratia euitare. At verò ad remissionem peccatorum omnium venialium sufficit propositum vitandi singulari in sensu diuiso; Itavt nullum determinatè designari possit; à quo animus virtualiter saltem non abhorreat; non verò requiritur propositum vitandi omnia simul & collectiuè; itavt animus sit nunquam venialiter, ne quidem ex animi subreptione, peccandi, hoc enim sine specialissima Dei gratia, homini in hac vita impossibile est: impossibile autem non est voluntas, siue propositum. Ita etiam docet S. Thomas quest. 87. art. 1. ad primum.

Tertium propositum vitandi venialia necesse non est tam firmum, & efficax esse: itavt, eo perseverante, tam efficaciter moueatur homo ad declinandas peccati occasiones propinquas, & adhibendi remedia, quæ tum ad peccata; tum ad peccatorum occasiones vitandas aliquo modo necessaria videntur; sicuti moueri debet ex vero proposito vitandi mortalia. Cum enim peccatum mortale longè grauius animæ malum sit, quàm veniale; Ideò homo multò maiorem conatum adhibere tenetur ad vitanda mortalia, quàm venialia, consequenter verus poenitens firmitus, & efficacius propositum concipere debet ad mortalia, quàm venialium declinationem. Ex quo vterius sequitur, facilius absolui posse relabentes sapius in eandem speciem peccati venialis, quàm mortalis, quod frequens ille relapsus non ita sit indicium defectus doloris, ac propositi ad eorum remissionem necessarij: quia prouenire potest ex frequentia occasione, à quibus remouendi facilius aliquis excusari potest, quàm à remotione occasionum ducentium ad peccatum mortale.

Sed pro praxi difficultas in nostro casu est, an licitum sit peccata venialia de quibus poenitens non habet dolorem, explicare in confessione? nam sic videtur applicare materiam non sufficientem pro Sacramento; Vnde aliqui putant peccare mortaliter: Sed ego contrarium existimo, ex his quæ docet

docet Ioannes Pontius, qui in concordiam hoc redigit. Et idèd circa superius dicta in cur. Theolog. disp. 4. §. quest. 3. concl. 5. num. 25. sic asserit, An quando aliquis confitetur venialia, vel consequatur gratiam Sacramentalem, debeat dolere efficaciter de illis, & habere propositum firmum non cadendi iterum in illa.

Respondeo primò, quando nullum aliud peccatum confitetur, præter venialia, eum debere sub mortali dolore de aliquo, saltem ex illis efficaciter, & proponere emendam. Ratio est, quia sine tali dolore, & proposito non esset dispositus ad recipiendam gratiam Sacramentalem, & consequenter applicaret data opera materiam insufficientem Sacramento, & impediret effectum ipsius, & sic concurret, ut frustra nee conferretur Sacramentum: hoc autem est peccatum mortale, sicut esset peccatum mortale secundum omnes apponere aquam loco vini ad consecrationem, aut vinum loco aquæ ad baptismum, quia expositio voluntaria materię ineptæ Sacramentis est grauissima iniuria, nec alia fortassis ratione peccaret mortaliter, qui confiteretur data opera aliqua peccata mortalia, ommissis alijs Sacerdoti ut impenderet ipsi absolutionem, quod secundum omnes est peccatum mortale.

Respondeo secundò, eum, qui confiteretur aliqua peccata venialia cum dolore efficaci de ipsis, & proposito emendæ, & confiteretur alia sine dolore, aut proposito tali, si id faciat, ut absoluaatur ab omnibus peccare mortaliter ob rationem iam dictam; quia applicat materiam non sufficientem Sacramento; sicut peccaret mortaliter, qui apponeret vnam hostiam non triticeam simul cum hostiis triticeis consecrationis. Si verò illa confiteretur non ut absoluaatur ab iis in Sacramento, sed ob aliquam maiorem confusionem sui, aut vt recipiat instructionem aliquam à Sacerdote, ratione cuius posset induci ad dolorem de ipsis, & propositum ea vitandi, non peccat vllò modo, sicut non peccaret ex natura rei, qui ornatus causa deauraret Hostiam consecrandam ex aliqua parte, modo non veller atrum illud consecrari.

Per quam resolutionem conciliari possunt fortassis Auctores, quorum aliqui dicunt, quod sit peccatum mortale confiteri, alia venialia, & alij, quos sequitur Cardinalis Lugo, putant, quod non sit peccatum mortale. Hucusque Pontius.

Quinam dicantur infantia, & qui pubertati proximi.

RESOLVT. XXXIX.

Questio hæc deseruiet pro resolutione multorum casuum. Multicus Hunnius de patris c. 3. quest. 4. putat, infantem dici impuberem vsque ad annum septimum completum l. 18. pr. C. de iure delib. lib. 1. §. 2. ff. de adm. tur. vbi illi, qui fari possunt, dicuntur minores septem annis. Reliquos verò impubertatis annos in duas æquales partes secandas, quarum prima dicatur infantia; ab initio anni octauo vsque ad annum decimū cum dimidio completum: Ab hoc verò vsque ad annum decimum quartum completum dicatur proximus pubertati: Fœmina verò infantia proxima dicatur à septimo anno completo ad annum nonum cum dimidio completum: ab eoque annum duodecimum proxima pubertati: Nam post infantiam vsque ad pubertatem sunt in masculo septem anni, & in fœmina quinque, quare ex quo excessit quis dimidiam

Anton. Diana Pars XI.

huius temporis partem, magis pubertati, quàm infantia proxima dici debet.

Accedit huic, quod experientia testatur masculus, postquam annum decimum, & sex menses; fœmina verò nouem cum semestri compleuerint, regulariter, atque communiter incipere ea ætate habere aliquem intellectum eorum, quæ agunt proinde ab ea ætate merito proximi pubertati dicentur. Cum illi qui, quod agunt, intelligunt, proximi pubertati in iure dicantur d. §. 18. de oblig. qua ex delict. nasc. Hæc Hunnius.

Aliqui vero hoc omne iudicis arbitrio relinquunt; Probatur, quia à iudicis arbitrio pendere debeat, quod in iure nostro determinatum, ac definitum non est. l. 1. in fine ff. de fun. delib. cap. ult. xvii. de transact. Nullibi autem in iure definitum; ac determinatum reperitur, quinam sit pubertati proximus, & qui proximus infantia, proinde istud arbitrio, & discretioni iudicis relinqui debeat.

Verum ego puto, suam habere probabilitatem sententiam illorum, qui statuunt illos esse pubertati proximos, qui ad plenam pubertatem sex menses adhuc distant.

Probatur primò, quod in l. non tantum 17. ff. de excusat. tur. ætas illa dicatur propè pubertatem esse, cui ad pubertatem tantum semestris tempus reliquum fuerit.

Secundò, quod Idem etiam confirmet l. excipiuntur ff. ad Sylaniam. vbi proponitur Trebatium Germanum legatum, supplicium sumi iussisse de eo impubere qui à pubertate non multum abfuerit. Atque de proximo duntaxat pubertati sumi supplicium potest, §. in summa ff. de obl. qua ex delict. nasc. Et non multum à pubertate abesse dicitur. Is, cui ad pubertatem adhuc semestris deest. Igitur pubertati proximus dicendus videtur, cui sex menses adhuc ad pubertatem absunt.

Tertiò, cum dicto propè, item proxime ad semestris tempus ab ipso Iustiniano referantur in l. proferendum §. & si quidem C. de iud. d. l. non tantum 17. ff. de excusat. tur. sequuntur inde quod proximus pubertati sit, cui desunt sex menses, siue semestris.

Quartò in c. continebatur 6. extra de dispens. impub. puella dicitur pubertati proxima, quæ in anno vndecimo, vel circa annum duodecimum est constituta, hoc est, cui sex menses adhuc ad pubertatem desunt.

Sed Hunnius pressus hoc argumento sic ait, In matrimonialibus, quæritur, quinam proximus sit pubertati, ad hoc vt matrimonium ei concedi debeat, rectè dici proximam illam esse pubertati, quæ sit in vndecimo anno, vel circa duodecimum, quia vt plurimum solet malitia supplere ætatem: Ac proinde adductum cap. continebatur extra Terminos, in quibus loquitur non extendendum existimo. Præterea si rectè consideretur, probat hanc opinionem, quod nempe proximus tantum ille sit pubertati, cui deest semestris. Vndecimus enim annus, cuius meminit d. cap. continebatur de anno vndecimo cepto, non de penè perfecto intelligi debet; quia si verba illa, quæ subsequuntur (vel circa duodecimum) intelligenda sunt de semestri, vt voluit dissentientes ante finem anni duodecimi: necessariò sequitur illa verba (in vndecimo) intelligenda esse de vndecimo solùm cepto, & non dimidiato, ita Hunnius; cui adhæret (quod valdè notandum est) Gaspar Hurtadus de matrim. disp. 2. diff. 1. 2. numer. 46. vbi sustinet in d. c. continebatur, pubertati proximum eum dici, cui non deficit plusquam integer annus.

LI Verùm,

Verum, vt dixi communiter docent Auctores, quod pubertati proximus dicatur qui tantum per sex menses ab aetate quatuordecim annorum completorum distat, & ita tenuit Rota, & aliquos adducit, sequitur nouissimè Episcopus Maranta in suis responsionibus part. 5. resp. 14. n. 7. confirmantur superius dicta ex doctrina Bartoli in §. si vero numero secundo Authen. de Monach. vbi docet, quod testis, dicat, quod Titius possedit propè per vnginti annos, quod testis probat de decem, & nouem annis cum dimidio, vt dicto propè intelligatur per sex menses.

Et ita etiam ex aliis obseruat Cenedus singul. 21. num. 7. & Barbosa dict. 291. n. 1. Vnde ex his elapsis diebus ego consului legatum relictum cuidam, quando esset propè 16. annos, potuisse illud consequi in anno 15. cum dimidio.

An minor viginti quinque annis sine Curatoris consensum pacisci, & ex pacto obligari possit?

RESOLVT. XL.

Affirmatiuè respondet Hermanus Vultorius in discip. Schol. cap. 16. Cuiac. lib. 9. obseruat. 33. & ad l. 101. de verb. oblig. Borcholt. de reb. credit. cap. 3. de iure iur. cap. 3. n. 29. & seq. Andr. Fachin. lib. 3. contr. 9. Giphanius ad leg. obligari, de oblig. & act. Ant. Faber. 6. error. pragmat. 9. & alij quos plurimi è Neotericis sequuntur.

Argumenta illorum hæc sunt.

Primò in l. 101. de verb. oblig. expressè Modestinus Iurisconsultus, Puberes, ait sine Curatoribus suis ex stipulatu obligari possunt.

Secundò, cura non est personæ, sed rei; nec enim curator datur personæ, sed rebus, seu bonis Minoris l. 3. pr. ff. tutel. l. 32. pr. ff. de Episcop. & Cleric. leg. 1. C. quando ex sect. iuror. l. 44. §. at si ff. de excusat. iur. Obligatio autem non est rei, sed personæ, quia persona, & non res vinculo adstringitur ex obligatione pr. 1. de oblig. verb. obstringimur. Igitur Minor etiam sine curatore obligari potest, nec obligatio ad curatoris administrationem, & munus pertinet.

Tertiò in l. sciendum C. de nupr. disertè scribunt Imperatores: Fœminam sine curatore posse, matrimonij contractum inire. Et in l. in copulandis §. C. eod. tit. In copulandis, inquit Gordianus, nuptiis, nec curatoris, qui solam rei familiaris sustinet administrationem, auctoritatem debere interuenire.

Et in l. 20. ff. de rit. nupr. Paulus scribit; Sciendum est ad Officiam curatoris non pertinere, nubari pupilla an non, quia officium eius in administrationem negotiorum consistit.

Quartò in l. ait. Prator §. 1. ff. de minor. dicitur, sine curatoris consensu Minori rectè solui, vt hac solutione iure liberetur debitor, tantumque super sit Minori in integrum restitutio.

Quintò in l. nam postquam §. si minor ff. de iure iur. statuit Vulpianus Minorem posse sine curatore iusturandum litis decisoribus deferre: sic vt delatio ista non sit ipso iure nulla, sed valeat, & si læsum se minor probet, in integrum restitui queat; Si Minor, ait, viginti quinque annis detulerit iusturandum, & hoc ipso iure captum se dicat, aduerfus exceptionem iusturandi replicari debet, vt Pomponius ait. Ego verò puto hanc replicationem non imper esse dandam; sed plerumque ipsum Præto-

rem debere cognoscere, an captus sit, & sic in integrum restituere.

Sextò si minor viginti quinque annis rogatus sit per fideicommissum restituere curatoris suo hereditatem, rectè eam, sine vilius curatoris auctoritate restituere dicitur in l. 1. §. fuit ff. ad l. C. Trebell.

Septimò in l. cum in una §. final. ff. de appell. dicitur, si tutoris auctoritas fuerit pupillo necessaria, veluti ad adeundam hereditatem, tutor ei necessariò dabitur. Quoniam tutoris auctoritas ad hoc ei inutilis est. Si igitur sine curatore Minor potest adire hereditatem, sequitur; quod etiam sine curatore Minor possit contrahere, & exinde se se obligare, quia hereditatis datio est, quasi contractus, ex quo hæres legatariis, & fideicommissariis obligatur. §. 5. 1. de oblig. qua quasi ex contract.

Sed alij distinguendum putant inter Minorem, qui habet curatorem, & qui non habet, vt hic quidem sine curatoris consensu obligetur, sic tamen, vt læsus in contractu habeat beneficium restitutionis in integrum: Ille verò qui curatorem habet sine eius consensu non obligetur.

Et ita docent Robertus lib. 1. animaduers. 12. & in notis ad Mercatorem capit. 12. Probatur, nam in l. 3. de rest. in integr. min. Diocletianus, & Maximianus distinguunt, vt si Minor habuerit curatorem, & sine consensu eius prædium venderit, tum contractus non subsistat, sed ipso iure sit nullus: Si vero curatorem non habuerit, tum contractus ab eo initus subsistat; Verum rescindi possit per in integrum restitutionem. si in isto contractu Minor læsus fuerit, & circumuentus. Si curatorem habens, inquirunt imperatores, Minor quinque, & viginti annis, post pupillarem aetatem res vendidisti, hunc contractum seruari non oportet, cum non ab simili ei habeatur Minor curatorem habens, cui à Pratore, curatore, dato bonis interdictum est. Sin verò sine curatore constitutus contractum fecisti; implorare in integrum restitutionem, si nec dum tempora præfinita excesserint, causa cognita non prohiberis. Et si verò Iacobus Cuiacius libro 9. obseruat. 33. & in l. 101. de verb. obligat. Ioannes Borcholt. in tract. de reb. credit. cap. 3. & in tract. de iur. iurando cap. 3. num. 29. & sequenti. Andr. Fachin. lib. 3. contr. cap. 9. & Giphanius ad l. obligari de oblig. & act. ad dict. leg. 3. Respondeant eam legem de rerum alienatione, veluti de rerum venditione iam perfecta, complectique loqui, non verò de obligatione: Pubertem non posse quidem alienare res suas absque curatoris auctoritate; Cùm curator sit rerum administratio commissa, ipsi verò adempta: At verò pubertem obligari posse sine curatoris auctoritate, quoniam curator non personæ minoris, sed eius dumtaxat rebus, ac bonis datus intelligatur, 1. p. de curator. Verum tamen responsio hæc vix, ac ne vix quidem sustineri poterit: quia expressè in d. l. 3. de venditione loquuntur Imperatores, non de alienatione: Venditio autem, propriè loquendo, non est alienatio l. 20. C. de pactis l. 3. ff. de obligat. & act. nec enim rei venditæ dominium transfertur, nisi traditione eius subsequuta, §. per iraditionem de rebus diuis. quæ tamen traditio non est de venditionis substantia, nec ad essentiam eius pertinet tot. iur. 1. de oblig. qua ex consensu par. & §. 3. 1. de empr. §. 2. 1. de donat.

Et quamquam venditionis nomine sæpè alienatio intelligatur, vt potè consequens quoddam venditionis; Vnde, & Seneca, numquid non demens, ait, videbitur, qui aliud se vendidisse sibi docet, quia venditio alienatio est, ex rei suæ iurisque

iurisque sui in alium translatio. Et, contra alienationis nomine frequenter venditio significetur l. 3. C. de iur. emphyt. Hoc tamen in loco venditionem pro alienatione non poni hinc colligitur.

Primò, quia propriè loquendo venditio non est alienatio d. l. 20. C. de pact. l. 3. ff. de oblig. & act. à propria verò significatione in dubio non receditur leg. non aliter delegat. 3.

Secundò, quia Imperatores de contractu venditionis loquuntur. Hunc contractum inquirunt seruari non oportet: Contractus verò non est alienatio.

Tertiò, quia minorem curatorem habentem comparant cum prodigo: Prodigum verò sine suo curatore non obligari constat ex l. 6. ff. de verb. obligat. Nec impedit, quod Giphanius respondet, Prodigum minorem in d. l. 3. tantum secundum quid comparari quod alienationem scilicet, de qua ibidem agitur; Nam hoc in mera, ac nuda coniectura, & diuinatione consistit, atque satis cum generalitate tentas, tum rationibus antecedentibus refellitur.

Probat verò secundò, hæc opinio videlicet, quod sine curatoris auctoritate non obligetur minor, quia cui bonorum administratio adempta est, eadem quoque ademptum sit ius se se obligandi suo arbitrio ex conuentione, l. 11. cui bonus 6. de verb. oblig. 101. tit. ff. de curat. furios. Quoniam bonorum appellatio continet obligationem, & ius se se obligandi l. 49. de ver. signific. & ius administrandi tam ad obligationem, quam ad alienationem spectat l. sane C. de admin. iuror. Atqui minori adempta est bonorum administratio, dato ei curatore l. Sancimus 25. C. de admin. iur. leg. in bonorum 48 ff. de admin. & pericul. prin. 2. de auct. iur. leg. 1. ff. de minor. Ergo eadem quoque ademptum est ius se se obligandi, & contrahendi.

Tertiò qui non potest alienare inuito, seu non consentiente curatore, is non potest se sine illius consensu obligare, quia alienatio est effectus, & consequens quoddam obligationis. A quo autem remouetur effectus, ab eodem quoque causam remoueri necessum est; Cui denegatur necessarium consequens, eadem quoque antecedens denegari intelligitur: Atqui minor absque curatoris consensu non potest bona sua alienare tot. iur. ff. de rebus minor. ergo non potest sine curatore suo contrahere, & contrahendo se se obligare.

Et hæc sunt circa præsentem questionem pugnantibus sententiæ; sed in ordine ad forum conscientiarum. Primò ego puto, quod pupillus pubertati proximus non obligatur naturaliter, de pubertati proximo, & de minori puto affirmatiuam sententiam esse probabiliorē; non nego tamen, negatiuam esse probabilem. Quæ omnia latè, & cum aliquibus limitationibus inuenies pertractata ab Eminentiſſimo Cardinali Lugo de iust. 10. 2. disputat. 22. sect. 10. n. 286. cum seqq. & aliis penes ipsum. Et nostra opinio procedit non solum quando pupillus factus est locupletior, sed etiam quando non est factus, vt colligitur tum ex dicta leg. 1. de nouationibus, vbi pupillus non erat factus locupletior, tum etiam, quia quando factus est locupletior, non solum naturaliter, sed ciuilitè etiam obligatur, vt colligitur ex lege pupillus 127. ff. de verb. oblig. ita cum aliis Sanchez n. 22. contra alios, quos refert glossa in d. leg. 1. verb. promiserit ff. de nouat.

Ampliat verò secundò, vt procedat in pupillo etiam non habente tutorem, quem aliqui dixerunt, non obligari naturaliter, quos refert Sanchez n. 23. sed Anton. Diana Pars. XI.

immerito, quia difficilius obligatur de solo pupillus habens tutorem quam illo carens, vt constat de minori, qui curatore carens obligatur etiam ciuilitè habens curatorem, obligatur solum naturaliter, quando sine illo contrahit ex lege si curatorem C. de in integrum restitutione; Quare merito illam limitationem reiciunt Doctores communiter.

An valeat Testamentum cæci, si ante hæredis institutionem legata sint relictæ, & plura circa cæcorum testamenta.

RESOLVT. XLI.

Suppono cum Dicastill. de iust. lib. 2. tit. 19. disp. 1. sub. 5. n. 50. per errorem 60. quod iure communi cæcus nuncupatiuè tantum testari potest, atque id coram septem testibus cum tabellione, qui si non adsit neque haberi possit, octauus testis adhibendus; idemque habetur de Codicillo cæci, ita Siluester verbo testamentum 1. n. 2. Sà eodem verbo nu. 17. Valquez de testam. §. 4. & per errorem typographia 5. omnibusque præsentibus, & vocatis significare debet se velle condere testamentum, & proferre hæredum, ac legatariorum nomina. Quod si sint aliqui eiusdem nominis, ex adiunctis tollere debet ambiguitatem. Præterea debet exprimere coram testibus portionem, seu quantitatem, in qua singulos hæredes instituit, & quantitatem, quam singulis legatariis relinquit, debentque hæc omnia scribi coram testibus vocatis, vt dicebam, & rogatus, coram quibus dicere debet testator, quod ad hoc vocati sint, & rogati, atque hæc omnia debent dici, & fieri vno eodemque tempore, & contextu, debentque tabellio se subscribere; imò, & testes, qui omnes signare tenentur scripturam testamenti, ac tandem requiruntur, quod institutio hæredis præcedat legata. Hæc omnia constant ex l. hæc consultiſſima.

Hoc supposito, difficultas est vtrumne in cæci testamento necessarium sit ordine scriptoræ, institutionem hæredis legatum præcedere; sic, vt prius scribatur hæres, post demùm relinquantur legata, ita vt vitiosum reputetur cæci testamentum, si prius in eo scripta, & relictæ fuerint legata, postea verò hæres instituat?

Et negatiuam sententiam tenet Cyn. Bartol. Albericus, Fulgosius, & Decius ad l. 8. C. qui testam. facer. poss. Alciat in rubric. de verb. obligat. nu. 22. & in paradoxo lib. 5. cap. 16. num. 4. Et hanc sententiam plerisque esse receptam refert Richard. dict. leg. 8. num. 9.

Probat verò hæc opinio per textum dict. leg. 8. nam, cum ibi Imperator Iustinianus fanciisset in cæci testamento prius esse hæredem instituendum, postea legatarios, & fideicommissarios scribendos, subiicit hæc verba; quibus omnibus ex ordine peroratis; quibus ostendit, quod hic ordo in cæci testamento strictè obseruari debeat, vt nempe prius scribatur, & instituat hæres, & postea verò legata, & fideicommissa relinquantur.

Deindè, cum formam hanc Iustinianus præscripsisset cæco, subiicit in fine constitutionis; Ita demùm ordinari posse testamentum, vt antelata formæ declarant.

Confirmantur supradicta, quia hæc conditio in d. l. consultiſſima per ablatus absolutos ponatur, conditionem importat l. à restatore C. de cond. & demonst. & conditio formam inducit Bald. in

Auth. matri auia C. quando mul. rut. off. fungi poss. Decius conf. 77. in princip. & in conf. 466. col. penultim. in fine, Gozadin. consil. 73. cui formæ nihil addi, vel detrahi potest, Bald. in l. final. C. de suis, & legit, quod Dec. in d. leg. hac consultiſſima numero sexto & seqq. ex pluribus probat, vt Iasoni more suo contradicat.

Verum affirmatiuam sententiam tenent Grassus, Gomeſius, & Vasquius, quos citat, & sequitur Hieronymus Barrus de *restam. lib. 1. tit. 8. numer. 38.* quibus adde Hulricum Hunnium in *comment. ad Trullerum vol. 2. disp. 10. thesi 3. q. 22.* Michalorium *tract. de caco, surdo, & muto cap. 6. numer. 12.* & alios penes ipsum.

Probat hęc opinio, Primò, quia omissio leuis alicuius solemnitate non solet testamentum vitare l. 1. §. final. ff. de ventre inspicien. leuis autem hęc sit solemnitas, vt prius hæres instituitur post legata, & fideicommissa relinquuntur.

Secundò formæ huius subtilitas propterea excogitata est, ne quid falsi committatur, At verò siue legata ante hæredis institutionem, siue postea relinquuntur, nulla metuenda est falsi excogitatio, nec vllum falsitatis periculum imminere intelligitur.

Tertiò transpositio, verborum non solet vitare testamentum, nec illud labefactare l. Gallus §. 1. ff. de liber. & posthum. hered. inst. l. cum in testamento ff. de hered. inst. in proposito autem sit nuda verborum transpositio.

Quartò quoties de interpretatione verborum est aliqua repugnancia, is sermo in toto collocandus erit, qui actum sustineri faciat leg. quoties ff. de rebus dubiis, igitur, & in proposito hęc sit interpretatio attripecta, vt Ordo scripturæ non ita exactè obseruari debeat, nec, eo turbato ordine testamentum propterea inutile existat.

Quintò denique regula est posita in §. ante inst. de leg. quod hodie minimè necessarium sit in testamento hæredem prius institui, & postea demum legata, & fideicommissa relinquere, sed in arbitrio testatoris esse debeat, vtrum velit prius hæredem instituere; an hunc ordinem inuertat. Ab hac autem regula non reperitur, vllò in loco iuris nostri exceptum cæci testamentum, igitur sub ista regula continetur.

Non sanè probatur ista exceptio per *textum d. l. 8.* Nam quod de ordine obseruando in ea lege subicitur, id non ad ordinem istum scripturæ pertinet, sed ad ordinem reliquorum, quæ eadem in lege referuntur, spectat.

Ad confirmationem respondeo, quòd licet in sine dictæ legis hac consultiſſima, dicatur ibi tradita requiri pro forma, ea tamen pro forma requiri intelligi debent, quæ sunt alicuius momenti ad *Text. in l. final. §. & si præfatam cum glof. C. de iur. delib. Brun. in d. conclus. 8. vers. & facit.* qui allegat Signor. dicentem in *conf. 87. in §. Col.* quod si statutum plura ad actum requirant, & addat ea omnia requiri pro forma, debet intelligi, vt requiratur pro forma ea, quæ sunt alicuius ponderis, non autem solemnitates leues, & Brunum sequitur Roland. *d. Conf. 82. n. 13. & 14.* ablatiui absolutiui important conditionem, quantum ad solemnitates essentielles, non autem leues, Alex. in l. 2. §. prius col. 2. ff. de vulg. & pupill. Secundò regulam declarat Brun. in d. 1. 1. *concl.* vt ablatiui absolutiui important conditionem, quando disponunt super eo, quod est à iure certum & per Bald. in *repet. l. 1. in 2. opus. de leg. 2.* & Bart. in l. eum stipulatus in *princ. ff. de verbor. oblig.* quæ omnia

sequitur Roland. *loc. cit. n. 15. & 16.* Addi etiam possit *d. l. hac consultiſſima in fin.* disponere vt ea omnia requisita intelligantur pro forma, hoc est ea omnia specialiter in testamentis cæcorum requisita, de quibus ibi, sed institutio hæredis, quod fieret in principio testamenti non erat speciale in testamentis cæcorum, ergo, &c. à qua sententia vt magis communis nullo modo venit recedendum. Et ideo ex his hanc sententiam affirmatiuam ego amplectendam esse puro.

Nota verò, cæteras conditiones requisitas in dict. leg. consultiſſima, pro testamentis cæcorum, non esse omnia essentialia, vt optimè notat Blasius Michalorius in suo *tract. de caco, muto, & surdo c. 6. n. 7. & 20. & 21.* qui etiam (quod est valdè notandum) *num. 28.* ait omnes dictas solemnitates à lege requiri ad evitandas fraudes, quæ in testamentis cæcorum fieri possent, vt in *d. l. hac consultiſſima* expressè habetur, vbi Iason. *n. 4.* & Decius *num. 36.* Marcus Antonius Natta in *l. hac consultiſſima §. ex imperfecto num. 37. C. de Testam.* Ac propterea cessante fraudis suspitione valerent testamentum cæci, etiam si prædictis careret solemnitatibus, Bald. in *d. l. hac consultiſſima C. qui testam. facere possunt*, vbi etiam Decius *num. 36.* & Natta in *d. §. ex imperfecto numero tertio* & sequitur Menoch. *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 6. n. 2.* qui inter alias coniecturas ad excludendam falsitatis suspitionem considerat, si testator superuixerit per plures annos post illud conditum testamentum, cum enim illud non mutauerit, dicitur declarasse se velle ipsum valere, vt per ipsum *num. 4.* Idem, & multò fortius dicendum esset, si cæcus ante cæcitatem aliud fecisset testamentum, in quo eadem ferè præcipue circa hæredum institutionem disposuisset: tunc enim cessaret suspicio in testamento condito in cæcitate, fraudes aliquas fuisse adhibitæ; & tanto magis si non vnum, sed plura præcessissent testamenta ad fauorem earundem personarum; tunc enim diceretur apparere de enixa eius voluntate, suspitionem fraudi prorsus excludente. Possent etiam considerari ad exclusionem fraudis amor, & benevolentia testatoris erga personas institutas, & demum cessaret fraudis suspicio, si per testes probaretur verè sic disposuisse testatorem; & cessante fraudis suspitione cessant prorsus supradictæ solemnitates, vt per Menoch. & alios supra citatos.

An sacerdos extra necessitatem possit propter deuotionem tantum si non adsit aliud Sacerdos administrare sibi Eucharistiam, secluso scandalo?

RESOLVT. XLII.

Negatiuè respondet Pater Pasqualigus in *Theol. rom. 2. disputatio. 108. sectio. 7. numer. 36.* vbi sic ait, Dicendum Sacerdotes extra necessitatem, etiam si scandalum absit, non posse per se ipsos Eucharistiam sumere desumitur, ex Concilio Tridentino *sess. 13. capit. 8.* vbi ponit tantum duos modos sumendi Eucharistiam, alterum de manu Sacerdotis, & per se ipsum, & hunc coarctat ad Sacerdotes celebrantes. Probat, Sacerdos non celebrans, & sumens Eucharistiam, sumit tanquam ouis pasceda cibo illo spirituali, & non vt Sacerdos; ergo non potest per se ipsum sumere. Antecedens patet. Quia vt Sacerdos habet tantum duos actus proprios

propriis consecrationem Eucharistiæ & ministratio-nem. Ministratio autem non potest exerceri, nisi sit adiuncta iurisdic-tio, saltem ex priuilegio, aut ex commissione, & proinde dicit exercitium pastoris in ordine ad oues. Ergo cum Sacerdos sit ouis, quando non sumit, vt Sacerdos celebrando, debet sumere vt ouis. Consequens probatur; Quia vt ouis dicit ordinem, & subiectionem ad pastorem, à quo pasceus est. Ita ille.

Sed ego non recedo ab affirmatiua sententia, quam olim docui, & me citato tener nouissimè Leander. *de sacram. 10. 2. tract. 7. disp. 4. quaest. 14.* & me citato sapientissimus Dicastill. *de sacram. tom. 1. tra. 4. disp. 11. an. 6. num. 103. cum seqq.* Dico igitur non solum in casu necessitatis; verum etiam deuotionis causa, veluti, si magna occurrat festiuitas, & Sacerdos sacrificare nequeat; tunc enim optimè poterit ex sacratio Eucharistiam accipere, & se ipsum communicare. Quia non est necessarium, quòd minister huius Sacramenti sit (sicut in aliis) distincta persona à suscipiente, ergo cum ipsemet Sacerdos sit proprius huius Sacramenti Minister, optime poterit seipsum communicare.

Deinde in Concilio Nicæno 1. *Can. 14.* conceditur, vt Diaconi etiam extra necessitatis articulum, possint absente Sacerdote communicare; Sacerdos autem est ordinarius minister huius Sacramenti, & simul est Diaconus, atque adeo potiori ratione hoc facere poterit, nec apparet aliquod ius in contrarium, vt probat Dicastillus, penes quem etiam inuenièti responsonem ad argumenta, quæ ad supra in sui fauorem adduxit Pasqualigus; & idem præter Doctores supra, & à me alibi citatos hanc sententiam tenet Martinus de San Ioseph in *non. conf. 10. l. 1. tract. 5. de peccat. n. 7.* vbi sic ait. Quando los Sacerdotes, que no celebran, quisieren comulgar por deuocion, se podran dar à si mismos el Santissimo Sacramento, sino ay otro Sacerdote que se le de, ni aya peligro de escandalo. Idem tenet Castulo Palaus *tom. 4. tract. 21. punct. 18. n. 10.* sic asserens; Dixi legem esse consuetudine introductam, ne quis extra Missæ Sacrificium sibi Eucharistiam ministraret. At hæc lex non est eo rigore recepta, quin vrgente aliqua rationabili causa, tamen si non extrema omitti possit. Quocirca sacerdos infirmus, qui celebrare commode non potest, poterit cessante scandalo è Sacratio Hostiam consecratam sumere, cum non adsit alius, qui ministraret, quia non in alienâ personam, sed in propriam iurisdictionem à Christo datam administrandi Eucharistiam exercet. Neque in hoc Sacramento opus est, ministrum à suscipiente distingui, patet in die Parasceues, in quo Sacerdos seipsum communicat, tamen si non consecrat. Ita Palaus.

Cui etiam adde doctissimum Amicum in *curf. Theol. 10. 7. disp. 31. sect. 2. n. 33.* cuius hæc sunt verba, Extra verò articulum mortis, vel ad præceptum Ecclesiasticum adimplendum, vel sola deuotionis causa, probabilior opinio fert, posse Sacerdotem & Diaconum absente Sacerdote, si nullum sit scandalum, seipsum communicare. Et colligitur ex Concilio Nicæno 1. *Can. 14.* vbi conceditur Diacono, absente Presbytero, facultas seipsum communicandi ex præconsecratis, nulla mentione facta de mortis articulo, vel periculo. Idem à fortiori licebit Sacerdoti, si vel celebrare non possit, vel non habeat omnia ad celebrandum requisita, nullusque alius Sacerdos adsit. Hæc Amicus, vt remaneat satis firmata contra Pasqualigum nostra sententia.

Et hanc opinionem contra Fagundez, & Præpo-
Anton. Diana Pars XI.

situm putat Leand. *vbi sup. q. 15.* etiam procedere si in prædicto casu adesset Diaconus, possit enim Sacerdos se ipsum propriis manibus communicare.

Primò, quia Sacerdos est minister ex officio. Secundò, quia Sacerdos debet seipsum communicare, quando Diaconus tempore mortis illi Eucharistiam defert. Ergo etiam poterit in nostro casu seipsum propriis manibus communicare. Ita ille.

Sed quidem dubium est, an præsentem Diacono debeat Sacerdos potius Eucharistiam sumere ex manibus Diaconi, quàm ex propriis; Ex doctrina Vasquez videtur sequi, quod tunc potius deberet ex manibus Diaconi; docet enim, quòd deferente Diacono Eucharistiam Sacerdoti infirmo, etiam si Sacerdos possit propriis manibus, deberet tamen potius ex manibus Diaconi communicare: Vnde idem diceret, si Sacerdos non possit celebrare, & velle communicare, vel ad præceptum implendum, vel deuotionis causa & non adesset nisi Diaconus.

Oppositum autem colligitur ex Durando in *4. dist. 13. q. 4. num. 7.* & Suar. *disp. 72. sect. 3.* affirmantibus, in eo casu debere Sacerdotem infirmum propriis manibus, si possit, Eucharistiam sumere. Quod mihi probabilius est. Etenim decentius est, vt Sacerdos propriis manibus consecratis Christi Corpus sumat, quàm permittat illud sibi ministrari manibus Diaconi non consecratis. Cum enim nulla sit indecentia seipsum communicare, nam licet in reliquis Sacramentis requiratur distinctio personarum, ministrantis, & suscipientis, in hoc tamen nulla per se requiritur inter ministrantem, & suscipientem distinctio; & cum ex alia parte maior sit reuerentia huic Sacramento debita, vt illud non nisi consecratis manibus Sacerdotis contrectetur, congruentius erit in eo casu potius suis, quàm Diaconi manibus Sacerdotem communicare.

An si sit præsens proprius Parochus, vel alius Sacerdos, & nolent communicare infirmum existentem in articulo mortis, possit Laicus, supradictis reuuentibus, & prohibentibus, infirmo Sacram communionem porrigere?

RESOLVT. XLIII.

CAsum non inuenio à netmine in terminis pertractatum; Et sine vlla difficultate negatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Pasqualigus in *Theol. tom. 2. contr. 108. sect. 7. n. 41.* vbi sic ait; Dicendum est non posse laicum sibi Eucharistiam sumere, aut aliis ministrare, vrgente quacunque necessitate, etiam ex commissione. Habetur ex *cap. peruenit. de consecrat. dist. 2.* vbi dicitur horribile, & detestabile, quòd laici Eucharistiam deferant ad alium. Quod autem est horribile, & detestabile, nec vrgente necessitate fieri potest. Probat, ministratio Eucharistiæ fundatur in Sacerdotio; ita vt ratione ipsius conueniat, & in tantum Diaconis potest committi, in quantum sunt ex vi Ordinis speciales ministri Sacerdotis: Laici autem nequæ sunt Sacerdotes, neque communicant in officio Sacerdotis, vt communicat Diaconus; Quando autem aliquis actus conuenit ratione Ordinis, non potest exerceri à non habente ordinem, vt inductione constat, & censetur prohibitus cæteris omnibus. Confirmatur. Distributio corporis Christi est quedam potestas supra ipsum, quia est actus consequens ex potestate ipsius consuecendi; L 3

Laici autem nullam habent potestatem supra corpus Christi. Itaque.

Sed ego saepius alibi cum multis Doctoribus satis probabiliter affirmatam sententiam docui, & nunc iterum doceo, & illam, me citato, late & doctè, vt semper solet defendit Pater Thomas Hurtadus *tom. 1. tract. 5. capit. 6. resolut. 63. §. 2. num. 1483. cum seq.* & hanc sententiam probabilem putat Pater Hermanus Bulembaum *in medulla Theol. moral. lib. 3. tract. 3. capit. 2. dubitatio. 1. numero tertio* Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tract. 5. capit. 4. §. 9. numero primo* Dicastillus *in Sacrament. tom. 1. tract. 4. disputatio. 1. dubitatio. 3. numero 92. in fine*, vnde sapientissimus Lessius *in 3. part. D. Thom. questio. 82. artic. 3. numero vigesimo* sic ait; Dispenfatio Eucharistiæ inferioribus Diacono committi non posse, nisi forte in illo casu, quo infirmus sine viatico esset moriturus: tunc enim videtur etiam laico permitti posse, modo scandalum absit. Probat; quia non est contra ius diuinum, aut contra vllum Canonem, aut contra aliquam Ecclesiæ consuetudinem, quæ vim legis habeat; præsertim, cum exempla antiquitatis non desint. Nam olim Eucharistia solet dari in manus deferenda domum, & etiam aliquando per pueros mitti ad infirmos. Ita ille, & alij à me alibi adducti.

Et ratio est, tum quia iure solum humano prohibitum est laico attingere Eucharistiam *cap. peruenit, de consecr. dist. 2.* ius autem humanum non videtur in tali euentu obligare, sed potius cedere grauiori præcepto diuino quo fideles tenentur in articulo mortis communicare; tum quia olim permiffam fuit fidelibus secum deferre Eucharistiam sequenti die sumendam; imò etiam permiffum fuit laicis deferre Eucharistiam ad infirmos tempore necessitatis teste Eusebio *lib. 6. hystor. Ecclesiast. c. 36.* vt diximus. Ergo etiam hoc tempore videtur permittendum vt laici in articulo mortis sibi Eucharistiam administrare possint, & alijs.

Deinde concedunt Doctores in periculo irreuerentiæ, quam hoc Sacramentum pati posset, vt laicus possit illud proprijs manibus contrectare, sumere, & si necesse fuerit, etiam alteri tribuere, vt si nimirum eo tempore esset aliquis infirmus viatico egens, cui per Sacerdotem, vel Diaconum ministrari non posset. Ergo hoc ipsum facere poterit in casu necessitatis, si desinit legitimus minister: Confirmatur; nam iura concedunt, si forte particula consecrata ceciderit intra pectus, & vbera fœminæ, vt ipsa possit proprijs manibus illam sumere. Cur illam in casu necessitatis sumere non possit ex ipsa pixide, vt propria consulat saluti.

Vnde ex his patet responsio ad argumenta adducta in contrarium à Patre Pasqualigo; Dico igitur iure optimo Patres Concilij appellasse detestabile, & horribile crimen, & temerariam præsumptionem, quod Laici sine urgente necessitate porrigerent Eucharistiam, & illam suis manibus tangerent, quibus sacrarium ingredi est prohibitum.

Et quando Laicus in casu necessitatis Eucharistiam porrigeret, non esse actus auctoritarius quæ si laicus auctoritate vel ordinaria, vel delegata Sacramentum dispenseret, nullam enim ad hoc habet auctoritatem, sed vt succurreret proximo extreme indigenti in articulo mortis de viatico, quod de iure diuino tenetur accipere, si potest. Quare Laicus id præstaret ex licentiâ præsumpta Summi Pontificis, qui prudenter censetur dispensare in sua lege humana, vt diuina obseruetur, nec enim, vt illa obseruetur, hæc omittenda est.

Et quidem Pontifex potest in hoc dispensare, vt fatentur contrarij, nec negari potest; ergo semper quod occurrat necessitas articuli mortis, & non adfit copia ministræ Ecclesiasticæ, censetur adesse præsumpta Papæ voluntas, vt Laicus possit ministrare. Consequentiæ est euidens, quia Epycheya, quæ est legis emendatio, vt ait D. Th. 2. 2. *quest. 120. art. 1.* dicitur sequi id, quod possit iustitiæ ratio, & communis vtilitas.

Itaque *textus in dicto cap. peruenit*, loquitur extra casum necessitatis, expressè enim dicit horribile, & detestabile facinus esse absque vlla necessitate per Laicos, vel fœminas deferri ægris Eucharistiam. Ergo stante necessitate maxime extrema, nullum erit facinus.

Neque obstat solis Diaconis inueniri concessum urgente necessitate, nam, vt optimè obseruat Castus Palauus *tom. 4. tract. 21. punct. 17. numer. octauo* & alij; Inde non inferitur Laicis denegatum esse, sed solum inferitur non esse illis expressè concessum, bene tamen potest esse concessum virtute, & interpretatiuè; spectata Ecclesiæ pietate, vt supra diximus.

Neque enim obstat, quod præfenti tempore non videamus vnquam à laicis Eucharistiam ministrari: id enim provenire potest ex eo, quod casus necessitatis non occurrerit, vel non occurrerit publice, sed occultè, & ministratio Eucharistiæ occulta fuerit.

His suppositis, difficultas est, an procedant si Parochus, vel alius Sacerdos præfens adesset, & noller moribundum communicare, & prohiberet laicis, ne ipsi hoc facerent, an non obstante tali prohibitione, possent ipsi adhuc infirmo Sacramentum Eucharistiam ministrare? Et affirmatiuè respondeo, nam vt optimè obseruat Dicastillus *de sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 1. dub. 5. num. 91.* & alij, Perinde omnino casus necessitatis censetur, quando in articulo mortis non vult Sacerdos per ipsum facere, aut committere, atque si non esset Sacerdos.

Sed supra fundauimus probabiliter absente Sacerdote posse laicum communicare in articulo mortis infirmum. Ergo poterit hoc etiam facere, eo præfente, & moribundum communicare nolente, quia tunc haberetur tanquam absens.

Confirmatur ex simili dubio, quod putant Doctores, an quando in extrema necessitate Sacerdos nec vult dare, nec Diacono permittere, liceat nihilominus.

Et licet Siluester, & Petrus Sotus, aliique nonnulli, negent posse Diaconum ministrare Eucharistiam etiam in necessitate extreme indigenti; quando Sacerdos negat, etiam iniquè, facultatem. Probant aliqui, quia ex Concilio Carthaginensi non debet Diaconus in præfentia Presbyteri, nisi iussus Eucharistiam ministrare. Præterea sumptio huius Sacramenti non est necessaria tanquam medium; sed solum ex præcepto, quod in eo casu, sicut in alijs similibus non obligat; quia in eo casu non potest Diaconus contra voluntatem Presbyteri ministrare. Tandem quia quando adest immediatus superior, & hic repugnat, non licet recurrere ad voluntatem interpretatiuam alterius superioris; aliàs Episcopo iniuste, & inique negante iurisdictionem, vel approbationem ad audiendas confessiones alicui sacerdoti digno, liceret huic ex interpretatiua voluntate Pontificis, aut Christi Domini Confessoris munus exercere, quod falsum est, & nemo audebit concedere. Nihil ergo refert quod Sacerdos ille sua abutatur potestate, quia licet iniuste id faciat,

faciat, tamen denegat licentiam, sine qua Diaconus non potest tale munus obire.

His tamen non obstantibus contraria sententia est tuta in praxi, posse scilicet Diaconum in eo casu necessitatis, iniuste renuente Presbytero ministrare, & docent graues Authores Sotus *in 4. dist. 13. quest. 1. art. 3.* Henricus 8. c. 54. *num. 2.* Suarius *disp. 72. sect. 1.* Valentia *disp. 6. quest. 10. punct. 1.* Rodriguez *tom. 1. quest. regul. questio. 56. artic. 8.* & alij multij; Nam quando non est præfens Episcopus, aut presbyter, quid id possit Diacono committere, poterit ille facere ex præsumpta interpretatiua voluntate id potentis committere: Imo iure ipso communi Canonis 14. Concilij Nicæni 1. ex illis in eo casu concessum.

Ergo & in casu nostro, quando Sacerdos nolle ministrare Eucharistiam infirmo existente in articulo mortis, & prohiberet laico, ne id faceret, dicendum est, laicum, hoc non obstante posse ei Eucharistiam ministrare, ex præsumpta, & interpretatiua voluntate Ecclesiæ, & Summi Pontificis, qui in tali casu ex rationibus adductis ab Hurtado *vbi supr.* censetur dispensare in præcepto, & licentiam laicis concedere.

Confirmatur secundò nostra sententia ex opinione Patris Hurtadi *numer. 149.* vbi putat valde probabile non posse fieri legem, quæ statuit, quod neque in casu extrema necessitatis possit laicus porrigere Eucharistiam, quia sumptio Eucharistiæ in hoc casu est de iure diuino, contra quod non potest ius humanum, quod sicut non potest prohibere, quod laicus non leuet Eucharistiam de terra, vbi indecenter iacet, quia hæc indecentia, est contra ius reuerentiæ debitæ Sacramentis; ita non potest prohibere, quod laicus non porrigat Eucharistiam infirmo in extremis posito: cui incumbit obligatio iuris diuini sumere viaticum. Ita ille.

Quæ omnia maxime, & à fortiori procedunt in casu nostro ad firmandum, non posse Parochum, neque alium Sacerdotem, nolentem communicare infirmum, prohibere laico, ne Eucharistiam infirmo ministret.

Hinc inferitur, quod Regularis, vel alius Sacerdos possit ministrare infirmo viaticum, si Parochus præfens nolle ei illud ministrare, nec licentiam ministrandi illis præbere, & hoc ex tacita, & interpretatiua licentiâ, & auctoritate Summi Pontificis; Ita Pater Hermanus *in medulla Theologia mor. l. 6. tr. 3. c. 2. dub. 1.* & Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. de panis. numero 15.* vbi sic ait; Tambien podrá dar el Viatico el Religioso, aunque el cura este presente, si injustamente no quiere dersele el a su Parroquiano, porque puede el Religioso en este caso tener la presumpcion del Obispo, ó del Summo Pontifice; Et voluntas ex coniecturis declaratur. Ita ille: sic & in casu nostro. Ergo, &c.

Sed hic breuiter notanda sunt duo; Primò, infirmum qui satisfecit præcepto sumendi Viaticum è manibus sui Parochi, posse post aliquot dies in eadem infirmitate illud sumere è manibus cuiuscunque Regularis, si haberet priuilegium, vt in Oratorio Domus suæ possit dicere Missam; nam in illo Regularis posset celebrare, & postea infirmum etiam non ieiunum communicare; Ita Pater Hermanus loco citato.

Secundò nota, non esse mortale, si laicus existens in peccato mortali, reuerentiæ, & honoris causa deofculetur Eucharistiam, licet Sotus dicat fortasse

se esse mortale, sed certè ait Suarez, non videtur esse tale; & ita docet Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 21. dub. 5. num. 101.*

An stando in opinione Doctorum afferentium, laicum non posse in articulo mortis, absente Sacerdote infirmum communicare, an inquam si hoc faciat, incurrat irregularitatem.

RESOLVT. XLIV.

Affirmatiuè videtur respondendum, quia Laicus ministrans in ordine, quem non habet, incurrit irregularitatem *ex cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato ad min.* & ita docet Suarez 3. *par. tom. 3. disp. 3. sect. 4. sub fine, & tom. 5. disputat. 42.* Gordon. *lib. 7. questione 18. numero 102.* Valent. *tom. 4. disp. 4. questione 2. punct. 1.* Filliuc. *tractat. 20. numero 208.* Non. *disputat. 10. numero 45.* Hurtad. *disputat. 2. difficult. 1.* Auila *disputat. 9. sect. 2. dub. 13.* in vltima limitatione, qui sequuti sunt Paludan. *in 4. d. 5. questione 2. sect. 1. conclus. 2.* Anton. 3. *parte titul. 29. cap. primo, sub princ. Silu. verb. irregularitas questione 12.* allegans Calder. Nauarr. *capite 29. numero 252.* Tabien. *verb. irregularitas 4. initio, Maiol. lib. 4. capit. 13. numero 4.* Præposit. *questio. 5. de irregular. dub. 6.*

Sed ego existimo satis probabilem opinionem contrariam, quam in terminis casus nostri tenet Dicastillus *de Sacrament. tom. 1. tractat. 4. disput. 11. dub. 5. numer. 97.* vbi sic, ait certissimum est, quod si subdiaconus administrat Eucharistiam extra extremam necessitatem irregularis manet, quia omnis Clericus ministrans in ordine, quem non habet, sit irregularis, *cap. 1. & 2. de Clerico non ordinato ad ministrante*, & de Laicis valde probabile est incurrere irregularitatem, si eam administrarent extra extremam necessitatem propter iura citata, vt cum Nauarro *cap. 27. numer. 241.* & alijs docet Suarius *tom. 3. disput. 31. sect. 4. in fine, & latius tom. 5. disput. 4. sect. 4.*

Quamuis probabile etiam sit non incurrere irregularitatem laicum exercentem actum ordinis, quem non habet; quia textus loquitur de Clerico. Ita ille.

Et ratio est, quia nullibi fertur à iure hæc irregularitas aduersus laicum, imò aliquo modo contrarium colligitur, quamuis enim non firmum adeo ducatur argumentum ex titulis, & rubricis, vt diximus in scientia Canonica. Cum tamen antiqui omnes Codices haberent vniuersalem hanc inscriptionem *De non ordinato ministrante*: & in vltima editione Gregoriana omnium castigatissima addita fuerit vox *De clerico non ordinato*, non lene indicium est, hanc fuisse lectionem antiquissimam, aut certè communioem sensum Doctorum, de Clerico non ordinato hos Canones interpretari, & quidem cum duo tantum afferantur eo loco decreta Pontificum, quorum vnum Urbani nimirum III. agit de Diacono fingente se Sacerdotem; Alterum verò Hormisdæ de non ordinato baptizante, aut officium Ecclesiasticum exercente; difficultas tantum esse potest de mente huius secundi, de quo tamen non licet certò pronuntiare, cum alibi non reperitur integra illa decretalis, & neque constet, an Hormisdæ, an Honorij fuerit, quia tamen agit de solemnè administratione Baptismi,

& Officij Ecclesiastici, quæ facile possent usurpari à Clericis non ordinatis; eo quod non sint actiones annexæ certo alicui Ordini Sacro iure diuino, sed tantum Ecclesiastico; videtur de illis tantum agere Pontifex, non de laicis, qui non nisi rarè admodum hæc officia usurpabant: quæ ratio optima est, propter quam Ecclesia sapienter omninò Clericis tantum hanc pœnam irregularitatis imposuerit, non verò laicis; cum crimen, de quo agitur, frequentius à Clericis committi solet, non verò nisi per rarè admodum à laicis, quibus omnibus adde vulgarem regulam de non ampliandis, sed potius restringendis constitutionibus pœnalibus. quare hanc posteriorem sententiam omninò probandam esse existimo.

Et ita docent Doctores, quos ad fatietatem citat, & sequitur eruditus Pater Giballinus de irreg. qu. 1. dub. 6. contr. 1. n. 25. Ex quibus deducit primò, ut Laicus solemniter baptizans non sit irregularis, quod tradunt DD. proxime citati. Secundò, Laicus fingens se Sacerdotem, & abluens sacramentaliter, non erit quoque irregularis, quod docent Sayr. num. 8. & plurimi ab eo relati, & ex nostra sententia iam stabilita necessariò sequitur. Tertio, neque erit irregularis laicus, qui cum stola, & superpelliceo concionem, habuerit in Ecclesia tanquam Diaconus, quia non exercet actum Ordinis.

Sed ex his oritur aliud dubium, an Diaconus ministrans Eucharistiam incurrat irregularitatem si id faciat sine commissione Sacerdotis, & extra extremam, sed græsem necessitatem, in quibus casibus diximus licere, quod valde probabile est, & fortè probabilius.

Affirmant aliqui, & quidem probabiliter; sed ego puto cum Dicastillo ubi supra numer. 99. negatiuam esse probabilem; nam licet tunc peccet, non tamen irregularitatem incurrit, & colligitur ex his, quæ tradit Suarez tom. 5. in 3. part. disput. 11. sect. 3. num. 14. quia Diaconus ex vi suæ ordinationis recipit aliqualem potestatem administrandi hoc Sacramentum, modo explicato in secundo quæsto huius dubit. assert. 2. Quod autem debeat esse cum licentia Presbyteri, pertinet ad ius, seu iurisdictionem; Sicut ergo simplex Sacerdos ministrans sine vlla auctoritate, & iurisdictione Eucharistiam, peccat quidem, sed non sit irregularis; ita etiam Diaconus. Idem quoque colligitur ex iis, quæ docet idem Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 72. sect. 2. §. sed inquiret. Quia illa irregularitas non est imposta usurpanti iurisdictionem, aut ius alienum, sed usurpanti iurisdictionem, & actum Ordinis, quem non habet.

Sed quæro hic, an Diacono ex officio competat Eucharistia dispensatio? Quoad dispensationem sanguinis, aliqui affirmare, non autem quoad dispensationem corporis, est sententia D. Thomæ 3. part. quæstio. 82. artic. 2. ad 1. Paludani in 4. dist. 13. quæst. 1. artic. 4. Soti quæst. 1. artic. 3. Siluestri verbo Diaconus quæstio. 2. Valentia 3. part. disp. 6. quæst. 10. punct. 1.

Sed mihi placet sententia negans Diacono vllius Eucharistia pœnis dispensationem ex officio conuenire; sed ex sola Episcopi, vel Presbyteri commissione; Hanc docent communiter recentiores Palatius in 4. dist. 13. disput. 1. §. sunt qui putent, Henricus lib. 8. de Eucharistia cap. 54. Suar. disput. 72. sect. 1. Valquez disp. 219. cap. 1. Coninch 3. par. q. 82. art. 3. & alij.

Quia illud ex proprio officio conuenit ministro,

quod cum ipsa potestate ordinis ei traditur; Sed Diacono cum potestate Diaconatus non traditur Christi sanguinis dispensatio: igitur Christi sanguinis dispensatio non conuenit Diacono ex proprio officio.

Difficultas est, an nulla urgente necessitate possit Diaconus iussu Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare: ad quod respond. Primò accedente iussu Sacerdotis, non requiri extremam, sed sufficere moralem duntaxat necessitatem, seu vilitatem. Secundò licet posse in tali casu Diaconus Eucharistiam ministrare, si eis euidenter non constet de nullitate causæ, non posse licet Sacramentum ministrare, quia cum hoc sit proprium Sacerdotis, neque Diacono competat nisi urgente necessitate, non poterit abique huiusmodi necessitate illud licet ministrare, nisi fortè si illud non ministraret, incurreret offensam Episcopi, vel Presbyteri præcipientis: nam tunc puto, licet posse Diaconum ad euitandam huiusmodi offensam, hoc Sacramentum ministrare, modo hoc non fiat in iniuriam, & irreuerentiam Sacramenti; nam illa est aliqua necessitas, si non communicantis, saltem communionem ministrantis. Contra verò, in casu necessitatis possit, adhuc prohibente Sacerdote, vel Episcopo, Diaconus viaticum ministrare infirmo, quia tunc censetur Diaconus potestatem habere à Papa, vel ab ipso Christo.

Ex his infert Amicus in cur. theol. tom. 7. disput. 37. sect. 1. n. 17. non esse licitum Diacono absente, vel deficiente Sacerdote in die Parasceues in altari Hostiam consecratam consumere, & reliquas caeremonias peragere.

Nam illa actio est propria Sacerdotis: quia licet per illam non consecret, per eam tamen celebrat. Vnde in rubricis eiusdem diei Parasceues, dicitur Sacerdos, eo die celebrare. Quomodo modum nec possit Diaconus perficere Missam, deficiente Sacerdote, etiam post consecrationem, nam tota illa actio est propria Sacerdotis. Possit tamen Diaconus Hostiam consecratam ex altari deferre ad Sepulchrum in die Parasceues: sicut potest idem Sacramentum ex vno alteri ad aliud transferre.

An interitus rei legatæ spectet ad legatarium.

RESOLVT. XLV.

Respondeo affirmatiuè, si sine culpa, & dolo ipsius hæredis perierit, nam si, vel facto, vel culpa, vel mora, vel dolo hæredis perierit, teneatur in æstimationem rei legatæ præstandam legatario. Sed difficultas est, si res, quæ facto, culpa, aut mora hæredis perierit, æquè fuisset peritura, etsi culpa, factum, aut mora hæredis non interuenisset?

Ioannes Robertus 1. sentent. 23. Bartol. in l. 5. n. 10. de reb. credit. Saporta in tra. de mora numer. 119. Zaccus ad l. 5. n. 28. Menoch. 3. presump. 138. n. 2. statunt, & hoc casu hæredis, tanquam debitoris esse damnnum.

Primò, quia in l. 83. §. penult. ff. de verbor. oblig. Palaus I. C. moratorem furi comparat, at furem indistinctè teneri, licet res domino peritura fuisset, traditur in l. 1. §. restititè ff. de vi, & vi armata, l. 46. præf. ff. de furti. Quocirca re post moram debitoris perempta, damnnum ad debitorem eundemque moratorem, indistinctè pertinet, siue

eadem

eodem modo res fuisset apud creditorem peritura, siue non.

Secundò, insuper in actionibus personalibus non simpliciter rem petimus, sed personam obligatam, obstrictamque persequimur pr. 1. de oblig. ibi necessitate obstringimur. At persona obligata manet, & si res fuerit perempta l. 25. §. si post. diuortium ff. solut. matrim. proinde hæres quoque legatario ex quasi contractu obligatus manebit, etsi res perierit, eodemque facto apud ipsum peritura fuisset.

Denique huc facere videntur illi textus, in quibus generaliter, & indistinctè dicitur, Rei post moram peremptæ damnnum, & interitum ad moratorem spectare, vt in l. 12. ff. de positi l. cum res 47. §. fin. in ver. quod verum est, si non post moram factam id euenerit, potuit enim legatarius eum acceptum vendere ff. de leg. 1. vbi notandum, quod verba ista potuit enim, &c. non conditionem, sed rationem prædictorum contineant; itavt I. C. absolute, & simpliciter concludat ad debitorem spectare post moram, interitum, ex hac ratione quod creditor, qui legatarius est, rem legatam, & nunc peremptam, vendere potuisset. Idem probat l. 5. ff. de reb. cred. in qua, & ipsa indistinctè dicitur debitoris esse damnnum: At vbi lex non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere, etsi omninò iuris nostri Auctores distinguendum putassent, proculdubio tot in locis, in quibus de præsentia quæstione ex professo tractarunt, tam necessariam, & celebrem distinctionem tanto silentio non inuoluissent.

Verùm contrariam sententiam tenet Hulticus Hunnius in commentariis ad Treutlerum volum. 2. disp. 14. thes. 2. q. 6. idè statuendum existimat interesse vtrum res fuisset eodem modo peritura apud creditorem, hoc est legatarium, si ipsi sua die fuisset restituta, nec vlla interuenisset culpa, vel mora hæredis, an verò restitutione facta non fuisset; ita peritura: priori casu interitus damnnum ad legatarium spectet; posteriori verò ad hæredem. Confirmatur autem hæc sententia in primis responso Iuriconsulto Gaij in l. 24. §. finali ff. de positi. vbi sic demum vult debitorem liberari, & rei interitum ad actorem spectare, cum res eadem fati calamitate apud creditorem peritura fuisset.

Confirmatur, eò quod creditor nec possit, nec debeat amplius quid à debitore exigere, quam habiturus fuisset, si res ei sine mora restituta fuisset, Donellus cap. 7. de mora.

Accedit, quod creditor re post moram debitoris perempta, id solum petere, & à debitore exigere queat, quod ipsi per moram debitoris damni est datum, aut interuersum fuit: Atqui re post moram debitoris, ita perempta, vt eodem modo apud creditorem quoque peritura fuisset, nihil lucri per moram debitoris creditori interuersum est, quod aliàs, habiturus fuisset, nec quicquam ei damni datum est. Quare hoc casu nihil exigere poterit à debitore.

Denique Vlpianus in l. 47. §. finali ff. de legat. 1. tradit, æstimationem fundi non deberi, si fundus chafinate perierit, si non post moram hæredis id euenerit, quia legatarius potuisset fundum vendere, quibus posttemis verbis satis innuit, fundo legato post moram extincto, ita demum æstimationem fundi deberi; si legatarius potuisset fundum legatum vendere. Ex contrario itaque non debetur æstimatio fundi, quamuis fundus post moram ad hæredem factam, perierit, si legatarius fundum vendere non potuit.

Nec obstat, quod is, qui vi aliquid, aut metu extorsit, vel occupauit, aut furto abstulit, non liberetur, si res ita ablata perierit, etsi apud dominum, vel eum, cui ablata est eadem peritura fuisset l. 49. pr. ff. de furt. l. 14. §. quatenus ff. quod met. caus. l. 1. §. restititè ff. de vi, & vi armata l. 8. l. finali ff. cond. furti.

Ad hoc enim rectè Cuiacius, in furibus, ait, ab actoribus, prædonibus, & iis qui metum intulerunt, hoc speciale esse, vt re perempta non absoluantur, sed indistinctè teneantur; eò quod plus sint, quam moratores d. l. penult. ff. de vi, & vi armata, vt qui non tam sint in mora, quam in dolo, & maleficio; Vnde etiam licet alij debitores re ante moram peremptam, indistinctè liberentur, siue ea apud creditorem peritura fuisset: odio tamen eius, qui metu aliquid extorsit, aut furto abstulit, sic comparatum est vt non liberetur, re etiam ante moram peremptam, si metu non illato peritura res non fuisset l. 14. §. 1. ff. quod met. causa.

Sed ex his oritur dubium, quando res, quæ casu perempta est, æquè fuerit apud creditorem, & in nostro casu apud legatarium, qui hæredis creditor est peritura? Etenim de hac re extant diuersæ Interpretum sententiæ. Nam Iacob. Cuiac. ad l. 23. ff. de verbor. obligat. Iulius Pacius cent. 13. quæst. 62. Ioan. Borholt. in tract. de verbor. oblig. cap. 8. tunc aiunt, rem peremptam dici apud creditorem fuisse perituram, si & corpore apud eum peritura, & ita peritura fuerit, vt nec receptam, fuerit creditor distrahturus, quamuis distrahere potuerit.

Mouentur hi, l. 15. de rei vend. in verbo, sed est verius si fortè distrahturus erat creditor, si accepisset, moram passo debere præstari; nam si ei restituisset, distrahtisset, & pretium esset lucratus.

Cæterum Hugo Donellus in d. l. 23. de verbor. oblig. & in tr. de mora, cap. 7. Giphanius in eadem leg. 22. Gedd. de contrab. & committend. stipulat. cap. 11. concl. 4. tunc demum aiunt rem apud actorem eodem modo fuisse perituram, cum is potuisset rem distrahere, etsi fortassis distrahturus non fuisset.

Et quidem hæc sententia confirmatur diluioiissimo Textu leg. 47. §. finali ff. de legat. 1. In qua idem Vlpianus ita scribit: item si fundus chafinate perierit, Labeo ait, vti que æstimationem non deberi, quod ita verum est, si non post moram factum id euenerit, potuit enim eum acceptum legatarius vendere.

Ecce hic non attenditur an venditurus fuerit fundum legatarius sed hoc solum spectatur an vendere fundum potuerit, quod ipsum etiam rationi iuris per omnia conuenit, quoniam non spectandum quid non habeat creditor, sed potius quid habebit, si vellet.

Itaque interitus, rei legatæ fortuitus, qui vel dolo, vel culpa hæredis, aut post moram eius accidit, ad hæredem pertinet, nisi eodem modo res apud legatarium fuisset peritura.

Cæterum si nulla culpa, nec dolus, nec vlla mora hæredis interuenierit, hic æquum est absolui hæredem, si casu rem legatam perire contigerit.

Quæ omnia superius dicta valde notanda erunt, nam sæpius possunt in furto contingere, in quibus confessorij accipites remanent.

An possit testator prohibere deductionem legis
Falcidiae, & Trebellianicæ.

RESOLVT. XLVI.

Suppono testatores olim per legata, vel fideicommissa nimis enormia, heredes institutos ita grauasse, ut sæpè non inueniretur, qui hæreditatem adire vellet, ut fuerit necesse per leges huic incommodo occurrere. Falcidius enim Tribunus plebis legem tulit, quæ ab ipso vocata est Falcidia, qua dabatur hæredi potestas seruandi sibi quartam partem legatorum, si forte legatis integre solutis tota defuncti substantia exhauriretur. Vnde non licebat Testatori legare ultra nouem uncias, siue tres quartas, siue tres partes suorum bonorum, nam quarta hæredi debebatur: & cum idem incommodum perspiceretur in fideicommissis vniuersalibus, facta sunt postea Senatusconsult. Trebellianicum, & Pegasianum à Coss. Trebellio, & Pegaso sic dicta, quibus in fideicommissis statuitur, quod in legatis. Et hæc quidem sunt clara in iure ff. eod. per titulos integros ad Falcidiam, & Trebellianicam.

Hoc supposito assero, quod testator deductione legis Falcidiae prohibere possit propter apertam Iustiniani Imperatoris sanctionem in nouell. 1. & Authent. sed cum testator.

Hoc tamen intelligendum est, ut obseruat Rutherfordus in Nouell. inst. par. 6. c. 5. n. 16. seclusa legitima, quæ debetur integra, & libera, puraque ab omni onere.

Difficultas est itaque, an possit testator consimiliter prohibere deductionem quartæ Trebellianicæ, atque in suo testamento cauere, ut de fideicommissario hæredi integram hæreditatem nulla detractioe diminuatam restituat.

Et affirmatiuam sententiam tenet Hunnius in Trutlerum vol. 2. disp. 44. thes. 5. qu. 9. Probatur, quia si licet inhibere quartæ deductionem ubi plus onerum est hæredi, multo magis ibi licere debet, ubi hæredi minus est onerum: Atqui magis oneratur hæres restitutus legatis, quam restituta hæreditate; quia restitutus legatis, hæres nihilominus tenetur creditoribus hæreditariis, non verò legatariis l. vltim. C. de hered. act. restituta hæreditate definit teneri hæres, & transeunt in fideicommissarium actiones. Quapropter facilius poterit Trebellianica, quæ de hæreditate restituenda deducitur prohiberi; quam Falcidia, quæ de legatis deduci solet.

Adde, quod sicut Falcidia testatorum imprimis gratia introducta est, ne ipsi, deficiente herede intestati decedant; ita quoque Trebellianica eadem ratione sit introducta, ne herede ob id, quod ex hæreditate nihil percepturus sit commodi, commoditatem repudiante intestatus decedat defunctus. Quapropter cum Trebellianica non minus fauorem testatoris eiusdemque commodum discernat, atque Falcidia, par est, ut illi æquè atque huic renunciare queat, argum. penult. C. de pact.

Denique ex ipsa Nouella constitutione argumentum pro nostra sententia sumitur firmissimum: Nam in dict. §. final. Iustinianus loquitur expressè de eo herede Falcidiam detrahente prohibito, cui hæreditatem repudiante succedant fideicommissarii, ita enim habent verba illius textus; Si verò expressum designauerit non velle heredem retinere Falcidia, necessarium est testatoris valere

sententiam: & aut volentem eum parere testatori, forsitan etiam quædam iustè, & piè relinquenti lacrum non in percipiendo, sed solum piè agendo habentem. Et non videre sine lucro huiusmodi esse hæreditatem. Aut si parere noluerit, eum quidem recedere ab huiusmodi institutione, locum verò fieri (sicut dudum prædiximus) substitutis, & coheredibus, & fideicommissariis, & legatariis, &c. Atqui hæres cui recedenti succedunt fideicommissarii habuit ius deducendi Trebellianicam: Proinde Iustinianus non solum de Falcidia, sed & de Trebellianica tractat.

Sed licet, ut verum fatear hæc argumenta speciosa videantur pro sententia affirmatiua Hunnij, tamen negatiuum sustinent viri Doctissimi, ut Andreas Fachineus l. 6. courrou. iuris c. 4. Osualdus Hilligerus in notat. ad Donellum l. 7. c. 9. littera A. Sarmientus l. 2. sect. cap. 7. num. 16. Dominicus Atmæus exercit. Justin. n. 9. Thest. 20. & alij.

Probatur hæc opinio, quia ante Nouellam Iustiniani de heredibus, & Falcidia l. c. 2. Trebellianicam prohiberi non potuisse, quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant l. nemo potest. de leg. 1. & satis luculenter probantur l. si vbi allegat C. ad Trebellianum l. iura digest. eod. tit. Sed per nouellam Iustiniani l. c. 2. contrarium non est constitutum: ergo in vigore suo manet ius antiquum, l. precipimus C. de appellat. Assumptio inde patet, quod Iustinianus in d. nouell. 1. c. de lege Falcidia loquitur, quæ ex legatis detractioem concedit quoribus ultra dodrantem legatis hæreditas onerata est: De Senatusconsulto autem Trebelliano, de quo quarta, quæ inde deducitur altissimum est in d. nouell. 1. cap. 2. silentium.

In dict. nouell. i. c. 2. Iustinianus electionem concedit ei hæredi, qui prohiberi potest quartam, potest detrahere, vtrum velit adire, an verò repudiare hæreditatem: Atqui hæc electio non conceditur hæredi, à quo fideicommissum relictum est, quique ex Iurisconsulto Trebelliano quartam detrahente potest, sed cogitur si inuitus etiam adire hæreditatem, & eam ex fideicommissio restituere tot. tit. Inst. de hered. qua ab intest. defer. Igitur præfata constitutio Nouella, non potest de Quarta Trebellianica accipi.

Diversa porro videtur esse ratio quartæ Falcidianæ, & Trebellianicæ. Nam detractio Trebellianicæ competit hæredi grauato restituere per fideicommissum, qui cogi à fideicommissario potest, adire hæreditatem, & restituere etiam inuitus, l. quia poterat, Digest. ad Trebell. Falcidiae autem beneficium datur hæredi grauato ad legata præstanda, qui cogi non potest adire hæreditatem. Quapropter, cum hæres fideicommissio grauatus, in eo sit deterioris conditionis, quàm alter, qui legatis est oneratus, meritò debet in altero esse melioris conditionis, ut Trebellianicæ commodo priuari à testatore non possit, licet alter priuari possit commodo Falcidiae.

Vidisti, amice Lector, pugnantem inter se Doctorum sententiam, validissimis quidem falcitas rationibus; Vnde meritò Iulius Clarus in §. testamentum q. 62. vocat hanc quæstionem terribilem, & arduam; sed quia ipse tandem concludit affirmatiuè, non tantum si testator expressè, sed etiam si tacitè prohibuerit; Idèd huic affirmatiuæ sententiæ libenter adhæreo, quam veram Hulficus Hannius ubi supra vocauit, & Doctores, quos citat, & sequitur Franciscus de Barry de testam. l. 1. §. tit. 8. n. 1.

Et

Et quia optimum est in his materiis Iuriconsultis Theologos confociare, ita etiam nostram sententiam tener Malderus de iust. & iure tr. 1. cap. 11. dub. 13. ubi sic ait; Potest testator prohibere, ne detrahatur à fideicommissis Trebellianica, sicut, & ne à legatis Falcidia, nam de hac iure id definitum; & illa huic æquiparatur. Ita Malderus; cui adde Petrum Vuadingum doctum, & acutum Theologum Societatis de Iesu tr. de contract. d. 5. dub. 3. §. 2. Qui inquirit postea, an in hoc casu sufficiat tacita, an verò requiratur expressa testatoris prohibitio; & sufficere tacitam prohibitionem concludit cum Claro, Crauetta, quod etiam ex pluribus probat Barrus, ubi supra num. 2.

Sed difficile est benè explicare, quandonam tacitè prohiberi censetur; Itavt non sit locus Falcidiae. Fusè tractat præsumptiones tacitæ prohibitionis Menochius libro 4. præf. 198. Certum videtur, quando testator prohibuit alienationem bonorum suorum, prohibuisse quoque detractioem quartæ, Auth. sed & in eo, Cod. ad Falcid. Deinde placet distinctio, quam adhibet Felinus cap. andius de prescript. quando verba testatoris non possunt commode habere alium sensum, quàm detractioem prohibitionem, tunc prohibita censeri; quando alium habere possunt; tunc non censeri prohibitam; affert exemplum, Mandò, ut restituat sine vlla diminutione, censetur detractioem prohibuisse, quia illa verba nullum alium sensum commode admittunt, restitutas pleno iure possunt habere verum, & communem sensum, etiam stante detractioe; ergo per illa non prohibetur tacitè detractio.

Sed ex superius dictis oritur alia difficultas, an testator liberis primi gradus Falcidiae, & Trebellianicæ deductionem prohibere potest? Quæ enim dicta sunt, facilius in extraneis heredibus admittuntur, & negatiuè respondet Iason in l. Marcellus prin. nu. 5. & segg. ff. ad Trebell. Barr. & Bald. in d. l. Inubemus C. ad Trebell.

Probatur ex l. Inubemus in princ. in verbo non per imputationem reddituum, licet hoc testator rogauerit, vel iusserit C. ad S. C. Trebell. vult enim illic Iustinianus Imperator, quod testator non possit disponere ut liberi primi gradus fructus in Trebellianicam computent, qui alias computandi forent, nec hac imputatione vlla ex parte Trebellianica minuatur. Quod si igitur testator non potest hoc modo diminuere Trebellianicam filiis, multò minùs poterit eam in totum tollere.

Ad sententiam affirmatiuam docet Cynus in d. l. Inubemus, Clarus §. Testament. quæst. 63. Alciat. in l. cum proponas C. de pactu.

Ratio, & fundamentum illorum consistit in eo, quod noua Iustiniani constitutio in Nouell. 1. c. 2. §. final. expressè, & indistinctè sancitur, quod testator possit heredibus prohibere Falcidiae deductionem, & non distinguitur inter heredem extraneos, & suos, nec liberi vpsiam excipiuntur; proinde, & hos sub dispositione istius nouellæ constitutionis contineri dicendum est. Atque, ita per nouam hanc constitutionem, quæ iuris veteris correctoria est, emendata videtur d. l. Inubemus prin. C. de S. C. Trebell. Sic ut fructus non solum in Trebellianicam illis imputentur, eaque imputatione quarta minuatur, sed etiam quartæ illius deductio penitus prohibere, ac imputari possit.

Mihi vero magis placet prior sententia, cum enim lex noua, permittens testatori prohibere Falcidiae deductionem, generalis sit, at vero d. l. Inubemus

in l. specialis loquatur casu, & exceptionem contineat; Idcirco non potest dici, quod d. l. Inubemus per nouell. 1. c. 2. §. final. corrigatur. Cum regula sit, per iura noua generaliter corrigentia, nunquam censentur corrigere leges speciales, certis personis priuilegium aliquod, seu beneficium deferentes, Gloss. in l. sciendum princ. ff. qui suisd. cog. & est pro regula ista textus in l. in testam. C. de Testam. Et sanè alias etiam sic comparatum est cum legibus nouis, quod debeant trahi ad veteres leges, atque ex illis restringi, distinguere, & explicari, nisi manifestè sint contrariæ l. 28. ff. de legibus.

Quod, & idèd admittendum, quia à correctione legum, quantum fieri potest abstinendum, nec vlla correctio per subauditos intellectus inducenda, cum verba aperta desideret; l. precipimus C. de appell.

Verùm Pater Vuadingus ubi supra §. 4. late, & solidè probat, filium grauatum sub conditione, vel in diem restituere hæreditatem, posse detrahere duas quartas, v.g. si moriaris sine liberis, vel quando morieris, restitues hæreditatem meam Titio. Docent in casu tali posse statim à morte patris detrahere suam legitimam tanquam filium, & postea eueniente conditione detrahere quartam Trebellianicam, & heredem, ex toto, quod superest post deductam legitimam, v.g. si hæreditas fuerit 12000, potest pro legitima separare sibi 3000. secundum ius antiquum, & postea ex 9. millibus, quæ super sunt quartam partem pro Trebellianica, & postea reddere fideicommissario, quod superest. De his autem duabus quartis filius disponit siue in testamento, siue inter viuos, sicut quisque alius qui habet bona omnino libera. Si verò purè, & sine conditione sit grauatus, siue iussus statim atque hæreditatem adierit tam restituere, tunc vel legitimam tantum, vel Trebellianicam tantum detrahent; cum ius non permittat, ut vno, eodemque tempore fiant duæ deductioes. Vide etiam Gallium obseruatione 121.

An Sacerdos peccet speciali peccato sacrilegij, si non solum sumat Eucharistiam in peccato mortali, sed cum etiam in peccato mortali retinet, antequam species sacramentales consumpantur.

RESOLVT. XLVII.

Alus est curiosus, & à paucis pertractatus, cuius resolutio pendet ex illa difficultate, an Sacramentum Eucharistiæ continuè gratiam augeat, quàm diu in nobis manet.

Et affirmatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur Cardinalis Lugo de sacram. Euchar. disp. 12. sect. 1. nu. 46. Probatur hæc opinio, quia hoc Sacramentum causat gratiam per modum cibi nutritis, quare susceptio, & manducatio se habet solum, ut conditio, & applicatio, non ut virtus agendi: Ergo dum cibus fuerit in stomacho poterit operari, siquidem habet secum totam virtutem & ibi adest totum Sacramentum; ergo sicut in primo instanti potuit; ita etiam poterit agere in toto tempore sequenti; causa enim necessaria debite applicata, non est cur non operetur.

Et quoad hoc non requirit actum magis intentum, aut maiorem deuotionem, sed putant sufficere diuturniorem deuotionem actus, ipsamque maiore

perseuerantiam, esse maiorem dispositionem.

Amicus verò ubi infra, putat hoc Sacramentum augere gratiam, dum manet in stomacho, si dispositio augeatur, & non accidere, nisi aucta dispositio subiecti; Nam sicut causæ naturales ad meliorem appellationem passî, melioremque dispositionem subiecti, intentiorem, perfectioremque producant effectum: Ita Sacramenta ad meliorem dispositionem subiecti inentiosem producant gratiam: igitur aucta dispositione subiecti, augetur gratia sacramentalis, cum hæc producat ad instar effectus naturalis; hanc etiam sententiam tenet Franciscus Lugo *de Sacram. lib. 4. cap. 4. quest. 1. num. 9.* Ylambert in 3. par. tom. 2. quest. 79. *disput. 3. artic. 2.*

Verùm negatiuam sententiam sustinent Doctores, quos nouissimè adducit, & sequitur Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 8. dub. 3. numero 40. cum sequen.* qui responder ad argumenta Cardinalis Lugo, idem docet Martin. in 3. par. t. 4. *disp. 44. sect. 2.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 2. 1. punct. 9. §. 1. nu. 10.* Pasqualigus in *theolog. t. 2. can. 117. sect. 5. num. 27.*

Probatur hæc opinio, Primò, nam promissio gratiæ facta est manducanti Ioan. 6. qui autem species Sacramentales in stomacho conferuat, & digerit, non manducat, ut per se patet, nam manducare, est cibum ex ore in stomachum traicere. Secundò, sequeretur gratiam successiue produci pro toto eo tempore, quo species in stomacho durat. Tertio, reliqua Sacramenta non conferunt gratiam, nisi in aliquo determinato instanti, quo elapso, non amplius gratiam conferunt, ergo neque hoc Sacramentum gratiam confert, nisi in aliquo determinato instanti, quo transacto, non amplius gratiam causat. Quarto, digestio specierum non est vñs Sacramenti, vel actio libera, sed merè naturalis: ergo non potest virtute illius gratiæ sacramentalis augeri, quia hæc non est promissa, nisi liberè vñenti hoc Sacramento: alioqui posset illud dormienti collarum gratiam conferre. Quintò sequeretur, maiorem gratiam recepturam illum, qui plures, aut maiorem accipit Hostiam; Imò qui debiliorem haber stomachum, quia diutius in eo manent species Sacramentales.

Et hæc sunt oppositæ sententiæ circa præsentem difficultatem, quas ego omnes probabiles esse puro; quo supposito, stando in opinione affirmatiua, cui ego magis olim etiam adhæsi; Oritur dubium propositum in titulo resolutionis, & ad illud negatiue responder Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 12. sect. 2. n. 64.* ubi sic ait; Hinc obiter infero, si homo acciperet Eucharistiam in statu peccati, licet in ipsa sumptione peccauerit, non tamen teneri sub obligatione noui peccati mortalis ad contritionem statim procurandam: antequam species corrumperentur, ut posset accipere fructum illius Sacramenti. Diximus enim, quod etiam si tunc confiteretur, non ideo Eucharistia daret illi gratiam sacramentalem, nam licet cibis sic adhuc in stomacho, non tamen prodest, nisi prout cibus voluntarius, seu voluntariè acceptus; tunc autem non potest eo modo prodesse, quia acceptio voluntaria facta fuit in statu peccati, perseuerantia autem sola non sufficit, nisi prout coniuncta cum voluntaria acceptione illius cibi. Multò autem minus teneretur homo tunc ad confessionem statim faciendam antequam species corrumperentur ex hoc capite (quidquid sit de obligatione Sacerdotis; quam primum confitendi, quam imposuit Ecclesia

in Tridentino) tum quia præceptum præmittendæ confessionis solum videtur fuisse de præmittenda confessione ante ipsam communionem, nec verba Pauli, ex quibus colligitur illud videntur indicare, dum dicit *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, &c.* ubi probatio illa solum ante eum, & potum requiritur: tum etiam, quia illud præceptum positiuum confitendi post communionem ante corruptionem specierum parum vtilitatis, & multum afferret nocuenti: est enim nimis incertum, & dubium tempus illud, quo species perseuerant incorruptæ, & extra notitiam humanam, atque adeò esset res anxietatibus plana, aliunde verò vix esset spes, quod ille qui voluit indignè sumere Eucharistiam, vellet postea mutato consilio confiteri ad tollendum obiectum Sacramento iam suscepto; non ergo expe diebat legem positiuam fieri de confessione tunc faciendâ. Ita Lugo.

Sed affirmatiuam sententiam tenet Pater Amicus in *curf. Theol. tom. 7. disp. 25. sect. 2. n. 42.* ubi sic asserit, Sequitur quartò peccare speciali peccato sacrilegij, non modò, qui ad hoc Sacramentum accedit cum peccato, sed etiam qui peccat, dum illud retinet in stomacho, cum non minorem iniuriam Sacramento irroget, quàm illud accipit in peccato, quàm qui illud in peccato retinet; atque hoc corollarium, me iudice, admittere debent etiam aduersarij, nam etiam si in eorum sententia dom Christus perseuerat in stomacho, non causet gratiam, magna tamen illi iniuria irrogatur, peccando eo tempore, quo per sacramentalem præsentiam intra nos est.

Dices hinc sequi, communicantem non solum obligari ad confitendum peccatum ante sacramentalem manducationem commissum, ne hoc Sacramentum indignè suscipiat, sed etiam post sacramentalem manducationem patratam, ne indignè hoc Sacramentum intra se retineat: nam si eadem irrogat iniuria per indignam manducationem, ac per indignam retentionem, eadem erit obligatio ante, ac post sacramentalem manducationem commissum peccatum per confessionem expiandi.

Respond. quoad confessionem negari potest sequela; eo quod præceptum illud diuinum ab Apostolo traditum 1. *Corinth. 11.* de non manducando pane, & bibendo calice domini, nisi præuia probatione sui, quam probationem Trident. *sess. 13. cap. 7.* interpretatur de præuia confessione, ubi peccati mortalis conscientia stimulauerit, iuxta praxim & declarationem Ecclesiæ non obligat, nisi ante sacramentalem sumptionem, non autem post, nisi solos Sacerdotes, ibique ex speciali præcepto Eucharistiæ; quoad contritionem verò omnino cenfeo, talem hominem teneri ad actum contritionis eliciendum, ne iniuriam irroget sacramentali præsentia Christi. Hucusque Pater Amicus, cui adde Leandrum *de Sacram. t. 2. tr. 7. disp. 11. q. 19.*

Itaque sumens Sacramentum indignè teneri conteri, vel confiteri, quamdiu species incorruptæ manent, siue tempore communionis fuerit in peccato, siue statim post communionem peccauerit, quia toto tempore, quo Christus in illo adest, ponit obicem Sacramento, & retinet Christum in vase immundo. Ergo tenebitur pro toto illo tempore conteri, aut tollere obicem. Verùm est, quod per accidens poterit ab hac obligatione eximi propter probabilitatem contrariæ opinionis.

Verùm quid ego sentiam, dicam breuiter. Sententia.

rentia Patris Amici videtur mihi nimis scrupulosa, licet probabilis; Ideò adhæreo magis opinioni Cardinalis Lugo asserentis, Sacerdotem non teneri sub nouo peccato mortali elicere actum contritionis, si indignè sumpserit Eucharistiam, & species adhuc in stomacho non sunt corruptæ.

An Sacerdos in peccato mortali celebrans, si antequam species Sacramentales corrumperantur eliciat actum contritionis, recipiat gratiam ex opere operato Eucharistiæ.

RESOLVT. XLVIII.

EX diuersitate opinionum, quas in superiori resolutione adduximus, oritur diuersa resolutio præsentis dubij, & ideò ad illum negatiue responder Pasqualigus in *Theol. to. 2. cont. 117. sect. 3. nu. 26.* ubi sic ait, Ex dictis colligitur contra Caiet. Palud. Suar. Coninch *num. 48.* Chellison *ver. hinc sequitur secundo.* Mercer. *ver. dices tertio*; Auer. *ver. nec. S. Th.* locis citatis pro prima opinione, eum qui indignè suscipit Eucharistiam non percipere fructum; etiam si postea quandiu species durat in stomacho peccateat, & conteratur, aut etiam confiteatur, ut notat Præposit. 3. *part. quest. 79. art. 1. dub. 3. num. 12.* *verbo ex his deduce*, Hurtad. *disput. 8. de Euchar. diff. verb. de deinde*, & alij adducti pro secunda sententia. Ratio est, quia ut habetur ad *Corinth. 11. Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Vnde iam in sumptione illius Sacramenti iudicatus est, & idem non potest amplius esse ad vitam, cum fuerit ad mortem. Deinde ipsa manducatio est iam completa, & habuit obicem, ne produceret suum effectum; Vnde non potest amplius procedere quia gratia datur dignè manducantibus, non autem qui digni sunt postquam manducauerunt. Ita ille.

Sed ego probabiliter adhæreo sententiæ affirmatiuæ, & præter Doctores à Pasqualigo adductos, illam tenet Hermanus Busenbaum in *medulla Theol. moral. lib. 6. rr. 3. c. 1. dub. 7.* Trull. *de Sacram. lib. 3. c. 5. dub. 2. n. 2.* Leand. *de Sacram. tom. 2. tr. 7. disp. 15. q. 18.* Franciscus de Lugo *de Sacram. lib. 4. cap. 4. q. 1. n. 10.* Martinon. in 3. *part. to. 4. disp. 18. sect. 2. n. 25. & 26.* & sapientissimus Lessius in 3. *part. qu. 69. art. 10. dub. 3. nu. 22.* ubi sic asserit, Vtrum solius baptismi sit proprium, ut eius effectus redeat.

Respondeo, probabilissimum est id etiam commune esse aliis Sacramentis characterem imprimentibus.

Probatur duplici ratione, Prima est D. Th. quæ si aliquid valet in Baptismo, etiam valet in Confirmatione, & Ordine. Secunda ratio est, nisi posset illa gratia recuperari, non bene prospere esset hominibus in hac imbecillitate vitæ, qua gratia facillè amittitur. Quod patet, quia per hæc Sacramenta Confirmationis, & Ordinis constituuntur homines in quodam statu immobili, ad quem opus habent gratia sacramentalis: Ergo nisi gratia, quæ datur ad huius status functiones, posset recuperari, manebit homo obligatus ad functiones sine gratia illis functionibus propria, quod non est consentaneum suani prouidentia Dei.

Eodem argumento probari potest reuincere etiam gratiam Sacramenti Matrimonij, quia hoc Sacramentum tribuit statum immobilem. Item extremæ vnctionis, quia hoc Sacramentum non potest repeti manente statu eiusdem morbi; cum ta-

Anton. Diana Pars XI

men hæc gratia in illa extrema lucta sit tantoperè necessaria.

Idem facillè probari potest de Pœnitentiâ, hoc Sacramentum potest esse informe, id est sine effectu, salua substantia. Probatur, quia non teneor peccatum mortiferum secundò confiteri, quod antea in confessione, et si informi, explicauit, ut omnes fatentur; ergo hoc peccatum non remittitur per sequentem absolutionem, alioquin in sequenti confessione fuisset explicandum: ergo remittitur per præcedentem, cuius effectus fuerat impeditus.

De Eucharistia res est magis incerta: est tamen satis probabile in quodam casu, scilicet, si quis in peccato communicauerit, & ante corruptionem specierum pœnitentiam concipiat. Ita Lessius.

Dicendum est igitur, si quis indignè communicauit, & postea, dum species permanet in stomacho, sufficienter disponatur ad gratiam, illum verè perceptum esse fructum Sacramenti.

Et Suarez *disp. 63. sect. 7.* probat id concedi non solum non esse inconueniens, sed maxime dignum Christi benignitate, & efficacia in redimendo, & saluando hominem. Nam si ad hunc finem venit in hominem, per hoc Sacramentum, ut illum sibi vniat, & in itinere veniens (ut sic dicam) non inuenit illum dispositum: antequam verò discedat, homo se conuertit, ac disponit, cur non operabitur in illo effectum, propter quem ad eum sacramentaliter venit?

Itaque dicendum est, quod Eucharistiæ potest fide suscipi, vel cum aperto sacrilegio, vel bona fide si sumatur cum aperto sacrilegio cognoscentis se indignè communicare, nec tollatur obex ante consumptas species Sacramentales, nullum operatur effectum, recedente postea fictione; nam qui sic manducat indignè, iudicium sibi manducat, ut inquit Apostolus 1. *Corinth. 11.* scelus immane committens. Ergo non est, cur fructum inde percipiat; Vnde tam grauius derelinquit, cum præsertim iterari facillè Sacramentum, & dignè recipi possit. Alioquin Sacerdos, qui cum indignitate sibi nota contra ius, & fas celebrat grauissimis criminibus, & censuris innodatus, sæpius etiam quotidie per longam vitam reciperet in fine vitæ contritus gratiæ cumulum ingentem ex tot sacrilegiis horrendis, quod apparet satis absurdum. Ita sentiunt S. Th. in 4. *d. 4. quest. 3. art. 2. quest. 3. ad 3.* Durandus Maior, Palud. ibi, Cano, Silvester, & alij, quos sequitur Suarez *sup. disp. 63. sect. 8.* Filliu. *tr. 1. n. 143.* Bonac. *disp. 1. qu. 6. punct. 3.* Coninch *qu. 62. nu. 78.* Henriq. *libro 1. capit. 25. num. 7.* Palaus *to. 4. tract. 18. punct. 9. num. 6.* Villalob. *tom. 1. tract. 7. diff. 32. numer. 1.* Trullench, & Layman supra, Auerla *de Euchar. qu. 7. sect. 1.*

Si verò tollatur obex ante consumptas species, probabile quidem est, conferri fructum sacramenti. Nam promissio gratiæ facta fuit huic Sacramento propter Christum manducatum, non ratione solius manducationis, sed ratione quoque termini manentis, & per manducationem applicati, iuxta id Ioan. 6. *Qui manducat me, viuet propter me; rursus in me manet, & ego in illa*, ubi Augustinus *tr. 26.* ait, *manducare Christum est illum manentem in se habere.* Dum ergo manet Christus in stomacho sub speciebus, efficax est ad producendam gratiam iuxta dispositionem subiecti; subindeque posita sufficiente dispositione, confert gratiam ex opere operato; quia manet adhuc Sacramentum cum efficacia sibi propria.

Et hæc omnia etiam notat, & docet Pater Lugo

M m

de Sacram. lib. 1. cap. 3. quæst. 5. n. 34. & 35. quæ quidem satis grata, & consolatoria Lectoribus fuisse reor.

Verum ex his facilius oritur resolutio alterius dubij, videlicet, an Sacerdos recipiens unam partem Hostiæ in peccato, recipiat gratiam Sacramenti, si antequam alteram partem Hostiæ manducet, per contritionem in gratiam constituitur?

Negatiuè respondet Bonacina de Sacram. disp. 4. q. 4. p. 1. n. 4. negant Henriquez, Bonacina, Vasquez supra: nam hic iudicium sibi manducat ex A. postolo.

Non est autem æquum, ut quis per eandem receptionem pariat sibi iudicium, & gloriam. Quare Patres aiunt, huic Eucharistiæ inutilem, & mortiferam esse, nec dignum reputant, ut ex vi receptionis initio sacrilegæ, vilius ei gradus gratiæ postea conferatur.

At ego adhæreo sententiæ affirmatiuæ, & ideoo putat Leand. ubi sup. n. 17. in tali casu dictum Sacerdotem recipere fructum, & gratiam Sacramenti, siue per summionem secundæ partis hostiæ, siue per primam solam, aut simul cum secundâ, si species nondum erant corruptæ. Ratio est, quia adhuc tunc Eucharistia habet vim conferendi gratiam ex opere operato. Ergo, cum aliis Sacerdos sit sufficienter dispositus, verè eam conferret.

Et citat pro hac sententiâ Suarez, & Coninch, quibus ego addo Cardinalem Lugo de Euchar. disp. 12. sect. 2. n. 64. eius germanum Patrem Franciscum Lugo de Sacram. lib. 4. c. 4. q. 8. n. 6. Castr. Palaum to. 4. tr. 21. punct. 9. §. 1. n. 7. Pasqual. loc. cit. n. 28. quia ait ille, quando sumitur secundâ pars Hostiæ, adhuc durat usus Sacramenti.

Et hanc sententiâ docet etiam Trullench. de Sacram. lib. 3. c. 5. dub. 2. n. 2. & Dicastil. de Sacram. to. 1. tr. 4. disp. 8. dub. 2. n. 26. Dicendum itaque, quod illæ particule, quæ denuo sumuntur, sunt gratiæ causatiuæ, & non inveniunt iam obicem in subiecto. Est autem ibi tunc verè sumptio corporis Christi. Quod autem prius fuerit impedimentum pro priori parte specierum, non sufficit, ut sit impedimentum pro posterioribus partibus, perinde atque in agentibus natu ralibus: etiam si initio applicationis agentis passum sit indispositum, deinde verò disponatur effectus ille, qui à prioribus partibus agentis erat causandus, causabitur postea eo ipso, quod passum incipiat esse dispositum.

Præterea si quis cum minori dispositione, simpliciter tamen sufficienti, accipiat primam partem Eucharistiæ crescat tamen dispositio, quando accipit sequentes, recipit maiorem gratiam ex opere operato. Ergo pari ratione, si quis sit simpliciter indispositus in prima, & pro secunda sit iam simpliciter dispositus, recipit gratiam virtute secundæ. Ita ille.

Sed hic pro curiosis apponam difficultatem, an si Eucharistia poneretur in stomacho-hominis miraculose, sine eo quod intraret per oris manducationem, adhuc causaret gratiam?

Et negatiuè respondet Pater Suarez in 3. par. 10. 3. disp. 63. sect. 7. ante 2. concl. Sed affirmatiuam sententiâ tenet Eminentiissimus Lugo de Sacram. Euchar. disp. 12. sect. 7. n. 115. vbi sic ait; Ego sanè non inveni adhuc rationem satis efficacem, contra eum, qui concederet prædictam sequelam, & admitteret quod si tunc ille homo sciret quid secum ageretur, & veller recipere illud Sacramentum, reciperet quidem effectum Sacramenti, quod proportio cibi naturalis suadere videretur, & ratio supra posita,

quod scilicet manducatio sit mera conditio applicationis, quare si causa alio modo applicetur, non est cur non possit operari. Imò posset hoc ipsum confirmari ex facto miraculoso, quod à prebendis Auctoribus narratur contigisse cuidam comiti Gallo, iuxta Massiliam, qui dum esset morti proximus, & mala stomachi dispositione prohiberetur à communione Eucharistiæ, quam ardentè exoptabat, allatam sibi hostiam, & super stomachum positam, aperto diuinitus pectore suscepit, & statim obiit.

Quam historiam supresso nomine, refert, & approbat P. Salmeron tomer. 9. in Euangel. tract. 1. 33. ante tertium argum. in quo casu non videtur credibile, Sacramentum non habuisse effectum ex opere operato, ut quid enim eximius ille fauor, nisi ad communicandum fructum Eucharistiæ? Ita Lugo.

Vnde utramque sententiâ ego probabilem esse puto, & ideoo cum Suarez consentit Conin. de Sacram. q. 70. art. 1. dub. 2. n. 43. & cum Cardinali adhæret Leand. de Sacram. to. 2. tr. 7. disp. 11. qu. 16. sed ego sententiâ Patris Suarez & Coninch habere vim magnâ purarem, quando quis per respirationem non voluntariè, sed casu per nares, vel per os attraxisset in stomachum paruum fragmentum particule; In his enim casibus tu cogita, valdè dubito, si Eucharistia illi conferret gratiam; Quia ex constitutione Christi Eucharistia confert gratiam per manducationem; apertè hoc probat Suarez, & alij ex apertis verbis Sacræ Scripturæ.

Sed iste talis, qui per nares, vel os respirando attraxit fragmentum hostiæ, non attraxit illud in stomachum actione commestiuâ; ergo Minor probatur, nam si quis sumeret per nares parum aquæ, vel per os v. g. muscam per attractionem spiritus, iste talis non frangeret ieiunium naturale, sed posset Sacram sinaxim sumere; Et rationem adducunt Doctores communiter, & ipsemet Cardinalis Lugo, quia tunc illa aqua, vel musca non intraret in stomachum per actionem commestiuam, nec ille talis diceretur manducasse.

Ergo, & in casu nostro Eucharistia attracta respirando per nares, & per eos, non causaret gratiam, quia non descenderet in stomachum per manducationem; Idèd vt dixi tu cogita, nam casus sunt curiosi, & à nullo Auctore pertractati.

An hæres tutoris de leui culpa teneantur.

RESOLVT. XLIX.

Affirmatiuè respondet Cuiacius lib. 13. obseru. 13. & lib. 21. obseru. 2. Hotomanus lib. 1. anticab. resp. 2. Mercerus libro 2. opin. 24. asserunt enim, actionem tutelæ non solum de dolo, & lata culpa, sed de leui etiam culpa competere, l. 23. ff. de regul. iur. Atqui hæc actio tutelæ in hæredes est transitoria, vt quæ ex quasi contractu descendat, & rei sit persecutoria §. 1. de perp. & temp. act. Hinc itaque dicendum videtur, hæredes quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

Accedit, quod cum hæredes tutoris de dolo defuncti, adeoque de eius delicto conueniantur, multa facilius de leui culpa conueniri possint.

Idem confirmat l. 4. §. 1. ff. de fideius. vbi Vlpian. negligentia, ait, planè propria hæredi non imputabitur, ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligentiam hæredem imputari colligit.

Verum

Verum negatiuam sententiâ sustinet Ant. Fabr. lib. 1. comest. 12. asserens, hæredis tutoris de lata solum culpa, non etiam de leui teneri.

Primo, hoc si quidem expressè Vlp. confirmat in l. 4. ff. de magistr. conuen. vbi asserit, Hæredem tutoris negligentiam nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quàm culpam leuicem intelligit.

Respondet Cuiacius, quod Vlpianus dicit hæredem tutoris non teneri negligentiam nomine, id non de negligentia tutoris, sed de propria ipsius hæredis negligentia exaudiendum. Verum præterquam quod hoc diuinatorum sit, refellitur etiam eo quod hæredem tutoris similem dicit Vlp. hæredi Magistratus; atqui Magistratus hæredi nulla potest esse propria culpa in eo quod non idoneè satisfidatum sit; relinquatur itaque, quod hæres negligentiam tutoris nomine non conueniatur: Accedit, quod longè facilius quis de propria culpa, quàm de aliena teneatur: Si itaque, vt Cuiacius concedit, hæres tutoris non teneretur de culpa propria, multò minus conueniri potest de culpa aliena, tutoris videlicet.

His addè, quod Iurisconsultus subiiciat hæredem culpæ dolo proximæ succedaneum non esse, quibus verbis luculenter Vlp. significat sibi de culpa ipsius tutoris, ac magistratus, in quam hæredes illorum succedant, sermonem esse.

Secundò, de qua culpa hæredes Magistratum tenerentur, de eadem, & hæredes tutorum conueniri queunt; Si quidem ab hærede tutorum ad hæredem Magistratum, & vice versa quoad propositum bonum, ac validum argumentum duci probat l. 4. §. 1. ff. de magistr. conuenien. Atqui hæres Magistratus de culpa solum lata conueniri potest l. 2. C. de magistratibus conuenien. in qua Alexander Imperator in hæredes magistratus, cuius non lata culpa pupillo non sit idoneè cautum, ait non solere actionem dari, & in l. 4. ff. eod. dicitur hæredem Magistratus in culpa dolo proximam, hoc est in latam culpam succedere.

Et in l. 6. ff. eod. tit. hæredem Magistratus teneri, si tanta fuerit Magistratus culpa, vt omnem cautionem omitteret: item non aliàs in hæredem actionem dandam, quam si euidenter Magistratus citri minus idoneis fideiussoribus contrahant: Quocirca, & tutorum hæredes non de alia, quàm de lata culpa conueniri poterunt.

Et ego quidem huic sententiæ adhæreo, & ad primum respondeo, actionem tutelæ directam quidem dari in hæredes, sed aliter atque in ipsos tutores, id quod expressè probat l. 4. ff. de magistr. conuenien. vbi Iurisconsultus hæredes Magistratus aliter teneri ait, quàm ipsos Magistratus: Hos teneri etiam negligentiam nomine: illos verò non item: At hæredibus Magistratus comparari hæredes tutoris docet in eadem l. Vlpianus; & nos idem ostendimus supra. Quare, & hæredes tutorum aliter tenebantur, atque ipsi tutores: Hi quidem etiam de leui culpa; illi verò de dolo solum, & lata culpa.

Ad secundum respondeo, non sequitur teneri de dolo, & lata culpa, & teneri de leui, quia longè plus est de leui culpa teneri, quàm de dolo, & lata culpa; Sic depositarius de dolo, & lata culpa teneri; non tamen teneretur de leui culpa l. 5. ff. de mod. l. 1. ff. de positi.

Ad postremum respondeo, quando in d. l. 4. §. 1. scribit Vlp. negligentiam propriam hæredi tutoris non imputari, exinde non rectè inferri, ergo negligentiam tutoris imputari hæredi.

Et idèd nostram sententiâ præter Doctores citatos Anton. Diana Pars XI.


tatos tenet etiam Varrumserus in nucleo iuris controuersi lib. 1. tit. 26. contr. 5.

Nota, quod in contractibus, aliisque negotiis interdum dolus (sub quo, & lata culpa continetur) interdum leuis, interdum verò leuissima culpa præstanda venit, nimirum quatenus vnus, vel alterius, vel vtriusque vtilitas versatur. Dolus, & lata culpa præstantur in deposito, quoniam sola deponentis non depositarij in eo vertitur vtilitas. Culpa leuis præstat in empto, in locato, in dote, in pignore, & in societate, cum in iis vtriusque versetur vtilitas, diligentia, siue leuissima culpa (quæ duo sibi inuicem opponuntur) est præstanda in commodato, quippè solius commodantis hic vtilitas versatur, veluti differentiam hanc ponit Gaius l. C. in l. si ut certo §. §. nunc videndum est 2. ff. de commodat. & Vlp. l. C. in l. contract. 23. ff. de regul. iur.

Hoc supposito, tutorem teneri de dolo, lata, & leui culpa, & ideoo Villalob. to. 2. tr. 29. diff. 7. n. 10. sic ait, Este officio de tutor, y curador no se haze de balde, que lleuan suprecio por ello, y es cierto que le pueden lleuar, y assi como este quasi contracto viene à ser en fauor de ambos, quando las cosas del menor pereciètem por colpa del tutor ò curado lata, ò leue, estarà obligado à restituylr; mas no si fuele por culpa leuissima, conforme alo que se dixo arriba, donde queda esto declarado. Ita Villalob. cui adde Machadum to. 2. par. 7. tr. 8. document. 3. num. 4. Fagundez de contract. lib. 1. cap. 13. num. 28. & 29. Rebelliur part. 2. lib. 17. quæst. unica num. 17. Vallosium in praxi part. 1. c. 8. n. 18.

Itaque tutor, seu curator post rationes officij reditas, si fidelis deprehensus fuerit, debetur ei præmium, quod in quibusdam locis est vigesima pars reddituum bonorum omnium minoris, in aliis autem decima pars.

Si autem tutor, & curator, cum tenerentur negotiari omiserunt, possunt pupilli ab eis accipere §. pro 100. Ita Hermânus Busenbaum in medulla Theol. moral. lib. 2. tr. 5. §. 7. pr. cap. 4. dub. 1. num. 11. & Etianuel Sâ verb. curator, num. 1.



TRACTATUS VIII.

Miscellaneus.

An Episcopus possit absoluere à reseruatis Papa, existente impedimento illius ad eundem?

RESOLVT. I.



D hoc dubium sic respondet Andr. Mendo in Bull. Cruc. disp. 23. cap. 3. n. 30. Potest quis, existente impedimento, quo nequit adire Pontificem pro absolutione à reseruatis, absolui ab Episcopo, ita tamen, vt cessante impedimento, teneatur adire, aliàs reincident in eadem censuras, nisi sit impedimentum pueritiæ, qua adhuc cessante adire non teneretur; infertur ex cap. mulieres, & aliis de sent. excomm. in 6. Hi autem, qui impediti sunt, si adire queant Nuntium, aut legatum Pontificis, non possunt ab Episcopo absolui. Ita Bonacin. de censur. disp. 1. qu. 3. punct. 2. numero 4. probabile tamen est, posse, vt defendit Mendo.

P. Auila de censur. 2. part. capite 7. dub. 6. quod si impeditus nequeat Episcopum adire, posse cum prædicto onere absolui à Parocho, aut ab alio confessore, probabiliter tueretur P. Granada in 3. part. tract. 10. disp. 7. num. 12. sed verius est oppositum, quia Pontifex solum ad Episcopos indulget in casu prædicto recursum, vt docet Cardinalis Lugo disp. 20. de pœnit. numer. 215. ita Mondo, cui quidem assentior.

Sed aliqui putant in tali casu adendum esse Nuncium, si adiri potest. Ratio est, quia tunc iam adest ad hoc Papæ locumtrens, & ita habetur in dicto cap. *quamuis*, de sententiâ excommunic. vbi præcipitur adire Legatum si possit. Quia verò ibi non fit mentio de aliis confessoribus, qui fortè habeant ex privilegio facultatem ad absoluendum ab iis, putat Coninch quòd, etiamsi talis adsit, possit Episcopus absoluerè. Melius tamen Lugo docet nullum esse discrimen quoad hoc inter Legatum, & habentem facultatem absoluendi, cum ille quoque sit delegatus à Papa in ea re, & ad illum potest esse recursus, cui ex voluntate Papæ commissâ est illa causa.

Verùm non desunt alij docentes posse etiam Episcopum absoluerè à censuris eum, qui licet non possit Summum Pontificem adire, posset tamen recurrere ad Nuncium Summi Pœntificis, vel ad alium habentem privilegium absoluendi, quia existente impedimento recurrit ad Papam, restituitur Episcopo ordinaria potestas, quam per reservationem amiserat: ergo non est, cur non possit absoluerè, nec cur pœnitens excommunicatus, ad Legatum Apostolicum recurrere teneatur. Adde, reservationem esse odiosam, & strictè interpretandam. Vnde explicari debet de recursu ad solum Papam; ita Hurtadus, de excommunic. disp. 15. difficult. 3. num. 10. contra Bonacinam, Peregrinum, & alios; Qui tamen Hurtadus obseruat excommunicatum sic adolutum ab Episcopo, teneri post impedimentum se præsentare Pontifici, saltem per procuratorem sub pœna reincidentiæ, quam obligationem tenetur illi iniungere Episcopus, si non sit im puber.

In casu autem quo nec Pontifex, nec Legatus, nec Episcopus, nec alius facultatem habens, adiri posset pro impetranda absolutione à censuris Papæ reservatis, stante, inquam, tali impedimento, docet Tanner. 10. 4. disp. 6. qu. 10. dub. 6. n. 12. posse talem excommunicatum absolui à Parocho, eoque deficiente, à quolibet confessorio approbato. Vide me ipsum in part. 5. tract. 9. resol. 6. §. non desinam. Et ad confirmationem suprascriptorum videndus est omnino Magister Ludouicus Bertrandus Loth. Dominicus in resol. Theolog. tract. 1. q. 3. articul. 1. qui in terminis fortioribus nostram sententiam confirmat.

Ex his omnibus inferitur me rectè his diebus respondisse, posse Episcopum absoluerè duellatorem iuste impeditum si non posset adire. Sedem Apostolicam, ita docet Nauarr. in Manuali c. 27. n. 90. vers. Ad quintum, & c. Vgol. de censur. in genere, tabul. 1. c. 4. §. 5. n. 13. in fine. Peregr. q. 37. de duello n. 9. Regin. lib. 5. n. 256. Sayr. Suar. Sanch. Auila. Henriq. relati à Bonac. 10. 1. excommunic. disp. 2. q. 4. punct. 5. num. 11. Hurtadus de excommunic. disp. 15. difficult. 3. num. 10. dicendum est itaque posse Episcopum vel per se, vel per confessorium ab ipso in casu particulari delegatum absoluerè à casibus Papæ reservatis si iusto impedimento aliquis ad sedem Apostolicam non possit pro absolutione adire.

Sed si scire cupis quænam sunt impedimenta; quæ excusare possunt excommunicatum à recursu ad Papam. Respondetur, multa esse, quæ à Doctorebus enumerantur.

Primum, periculum mortis in itinere, c. si quis suadente, & alie, de sententiâ excommunic.

Secundò, infirmitas longa etiam non periculosa. Ex cap. quod de his de sententiâ excommunic.

Tertiò, paupertas; nam si quis mendicare soleat, non tenetur Romam ire mendicando, & ita intelligendum est cap. ea nascitur, eodem titulo.

Quartò, Etas siue semilis, ex dicto cap. ea nascitur siue impubescentis cap. quamuis eod. tit.

Quintò, sextus familiaris, cap. mulieres eod. tit.

Sextò, subiectio filii familias ad Patrem, & serui ad dominum, quando sine illorum graui præiudicio Papam adire non possunt cap. velatum eod. titulo.

Septimò, circa animarum, vel temporale dominium, quando subiectorum detrimentum timetur cap. Ne pro dilatione, de pœnit. & remissione.

Octauò, debilitas in viris delicatis, qui labores itineris sustinere non possunt; cap. Quamuis, vt etiam debilitas in membris in cæco, & claudio cap. Ea nascitur.

Vltimò, quodlibet aliud, quod arbitrio prudentis censetur impedimentum graue, & legitimum. Vide Bonacinam de excommunic. disp. 2. quest. 4. punct. 5. numero 9. Cornejo in 3. part. tract. 5. disp. 11. dub. 2. Peregrinum de duello q. 37. num. 7. & alios, vbi supra.

In his igitur impedimentis potest Episcopus absolutionis beneficium excommunicatis impetrare. Quod si pro certo haberetur, vel probabiliter existimaretur, esse breuis temporis impedimentum, tunc non posset ab Episcopo absolui excommunicatus: nam pauci temporis ratio haberi non debet. Ita docent Vgolinus de censur. Ecclesiast. in genere tabul. 1. c. 4. §. 5. num. 16. & Peregrinus loc. cit. si verò ignoraretur quandiu duratum esset impedimentum, vel diuturnum fore pro certo, aut probabiliter haberetur, tunc sic impeditum absoluerè posset Episcopus ab excommunicatione. Ita præcitat Doctores.

An qui non possit adire Papam ex perpetuo impedimento, possit ab hæresi absolui.

RESOLVT. II.

AD hunc casum sic respondet Dicastil. de Sacram. 10. 2. ir. 8. disp. 11. dub. 16. n. 267. Quærit potest, an qui laborat perpetuo impedimento ad eundem Papam, etiamsi nondum sit in articulo mortis, possit prædicto modo absolui, non solum ab aliis reservatis, sed etiam ab hæresi; ita vt sub nomine articuli mortis comprehendatur perpetuum impedimentum, & impotentia ad eundem illum, & sicut quando est in articulo mortis potest absolui ab hæresi, possit etiam in tali impedimento?

Negant multi, inter alios Sanchez in summa lib. 2. cap. 13. num. 37. Suarius de fide disp. 21. sect. 3. num. 26. in fine, qui alios referunt. Refert etiam Diana 8. part. tract. 7. resol. 15. Candidum, ipse tamen Diana nihil decidit. Mouentur ad id negandum ob eius delicti singularem grauitatem, ob quam censeri debet magis rigorosa reservatio. Oppositum tamen existimat (si ratio agatur) probabilius Castro Palao loc. cit. num. 5. cuius rationes mihi valdè placent.

placent. Probat ergo eandem esse rationem de hæresi. Quia ea facultas conceditur ob necessitatem pœnitentis, hæc autem non minor, sed eo maior est, quo grauius est delictum, & magis cauendum periculum, ne quis sub tanto malo moriatur, ergo grauitas non obstat, sed potius inuare debet, vt præcauet periculum, nec superior censetur velle, vt tandiu maneat expositus tali periculo. Accedit, quod iuxta receptam sententiam (de qua alibi diximus, & Sanchez admittit num. 14.) nemo in periculo mortis constitutus tenetur mittere procuratorem, aut litteras pro obtinenda absolutionis facultate, & beneficio, neque enim tenetur medium adhibere, in quo se exponat periculo manifestandi suum delictum aliis. Atque ille qui in tali impedimento est constitutus eodem modo se exponeret eidem periculo, ergo eodem modo tenetur illi se exponere. Alioquin si ob grauitatem hæresis deberet tunc mittere per procuratorem aut litteras ad Inquisitores, vel Papam, id ipsum teneretur in ipso mortis articulo, si posset, quod aduersarij non concedunt. Hucusque Dicastillus; sed sicut ego, vt ipse supra notauit, olim nolui in hac quæstione iudicium ferre; idem iterum, & nunc facio.

Notandum est hic propter superius dicta quod quoties quis non potest per semetipsum adire superiorem, etiamsi possit illum vocare, censetur constitutus in articulo necessitatis, idque colligitur ex cap. Quamuis, de sententiâ excommunic. vbi ad obtinendam absolutionem solum requiritur, vt quolibet canonico impedimento retrahatur quo minus Romanum Pontificem possit adire; ita Corduba in summa q. 18. part. 2. Valentia 10. 4. disp. 8. q. 10. punct. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 19. qu. 5. Henriquez de pœnit. lib. 6. cap. 9. Sanchez lib. 2. summa cap. 13. n. 14. qui omnes teste eodem Sanchez, & alij plures, quos refert, docent censeri legitime impeditum eum, qui personaliter superiorem adire nequit, etiamsi procuratorem mittere valeat. Atque vt idem Sanchez aduertit, ius non obligat pœnitentem, vt se per tertiam personam præsentet, sed per seipsum. Vltius in hac materia onus ad eundem superiorem, vt obtineat absolutionem, non est onus confessarij sed grauius pœnitentis, quasi in pœnam sui delicti. Quando ergo non potest ipse adire superiorem, vel eum accersere, censetur verè impeditus, & carere copia superioris. Multò minus per litteras tenetur, quia exponeret se periculo detegendi peccatum, si vel litteræ amitterentur, vel ab alio reperirentur, aut postquam in manum superioris venerunt ab aliquo alio legantur, vt sæpè potest fieri; est etiam difficile tale medium exequi sine nota. Quid si superior non annuat? Denique multa sunt, quæ ab his medijs deterere possunt. Hanc ipsam sententiam relatis auctoribus prædictis sequitur Castro Palao, & rectè probat discurrendo per singula alia media recurrentia ad superiorem, & ostendendo pericula, quæ in his possunt timeri. Legatur illa, citata disp. 4. punct. 5. n. 7. vbi cum eodem Sanchez rectè docet non teneri pœnitentem accipere Bullam cruciatam, aut aliud simile privilegium, sed posse vt ordinatio beneficij iuris.

Et hæc omnia docet Dicastillus loc. cit. n. 270. qui postea num. 271. probat impedimentum perpetuum ad eundem superiorem pro absolutione æquialere articulo mortis. Ratio est, quia impeditus moraliter certus est se non posse ante mortem absolui à superiore; atque adeo est iam ad eam necessitatem

Anon. Diana Paris XL

redactus, vt ab alio debeat absolui, & non à superiore, quem per seipsum adire (vt supponimus) non potest, per alios verò, aut per scripturam non tenetur, vt probatum est cum tot auctoribus; quid ergo proderit, quod hic maneat toto tempore vitæ non absolutus à peccato, nec à censura, si illa habebatur? Cumque omnis reservatio sit in ædificationem, non in destructionem (vt sæpe dixi) nec debeat superior censeri voluisse reservare pro casu, quo non solum non prodest, sed nocet reservatio; meritò in talibus casibus locum habere debet doctrina, quo impedimentum perpetuum reputari debeat pro vero articulo, seu periculo mortis in ordine ad obtinendam absolutionem peccati, seu censure. Cum ergo in proprio articulo, aut periculo mortis (posito saltem quod non possit haberi superior) possit absolui, poterit etiam in tali casu æquiualeat. Et superius dictis consentit Palao & alij quantum ad casus Pontificios, & Hurtad. de pœnit. disp. 11. diff. 13. hoc etiam extendit ad casus aliorum Prælatorum, sed negat Cardinalis Lugo, verum aduersus illum insurgit Dicastill. vbi sup. ad illud, & non pigeat.

An Episcopus possit aliquando dispensare in impedimentis matrimonia dirimentibus.

RESOLVT. III.

DE hoc casu ex Mexico interrogatus affirmatiuè respondi, & cum pluribus Doctorebus me etiam citato probat Leand. de Sacram. 10. 2. ir. 9. disp. 2. 4. q. 7. & c. me citato Dicastill. de sacram. 10. 3. ir. 10. disp. 8. dub. 4. n. 53. docet enim pro foro conscientie posse dispensare aliquando Episcopum ex tacita Pontificis concessione in iis, quæ iure naturali non dirimunt. Quæ doctrina intelligenda est pro casu quo impedimentum est occultum quidem, matrimonium verò publicum, nec coniuges possunt separari absque magno scandalo neque ad Summum Pontificem patet recursus propter paupertatem, aliavè damna grauia, aut locorum distantiam, aut ob alia legitima impedimenta, aut quia quamuis possit adiri Pontifex, interim tamen cum separari non possint absque graui scandalo, sunt in magno periculo cohabitantes simul. Quæ sententia etiam locum habet in diuitibus, qui quamuis habeant, quantum satis est, vt possint mittere ad Pontificem, est periculum interim grauium malorum, quæ prudenter timetur.

Probat hæc opinio, quia non est credibile Pontificem pro tali casu, quando prædicta inconuenientia sequuntur, velle talem dispensationem sibi reservare. Nam, cum reservatio (sicut & quæuis alia similis lex) ordinetur in ædificationem animarum; non in destructionem, credendum non est, quod pro tali casu sub iis circumstantiis, sub quibus, si reservatio fuisset, vrgeret in damnnum animarum; velit Pontifex eam reservationem locum habere.

Hoc ipsum posse Episcopum etiam ante contractum matrimonium probabilissimum est pro casu necessitatis; quando non patet aditus ad superiorem, vt, quando quis est morti proximus, & vult legitimare filios, vel restaurare concubinæ honorem, vel ita oportet fieri pro bono pacis.

Quod verò in contrarium asserit doctus, & amicissimus Pater Auerfa, quem ego adduxi in part. 8.

M m 3 tractat.

tract. 3. resol. 80. parum roboris habet. Contendit enim prædictos casus non posse, aut vix habere locum: nam si impedimentum erat notum, non debet extendi potestas Episcopi (maximè pro foro externo) ad id; si autem erat occultum non habent locum ea damna. Hoc (inquam) parum roboris habet. In casu enim occulto falsò negat Auerfa quod damna non sequantur (attende quæso) An proles, quæ ab vitium occultum non fuisset reuera legitima, quia defuit dispensatio, iuste succederet parentibus, aut aliis siue ab intestato, siue ex testamento, præsertim si id tandem euidenter constaret? An, si aliqui quidem sciant impedimenta; licet non tot, quot iufficiant, vt res conseatur publica, & notoria, non possit decursu temporis res propalari & inde sequi multa mala? An non etiam inter illos paucos, qui sciunt, possent esse aliqui, qui rem vehementer sentitent, & possent ab illis, & ab aliis quibus id communicaent, timeri scandala, rixæ, inimicitia, & similia? Itaque hodie est factis recepta, & tuta, & ipsi etiam Pontificibus nota sententia prædicta affirmans.

Sed difficultas est, an si adit Legatus, aut Nuncius, possit tunc dispensare Episcopus? Vtraque pars affirmatiua, & negatiua est satis probabilis. Affirmatiua pars probatur ex prædicto fundamento, quod Pontifex pro tali casu vrgentis necessitatis non censetur referuare. Vnde, si seclusa reservatione potest Episcopus, per accidens est, quod superueniat aliquis habens delegatam iurisdictionem. Idque adhuc maiorem probabilitatem habet in hoc casu, quam in illo de absoluteione à censuris. Nam quod attinet ad absoluteionem à censuris, expressè dicitur in Textibus ibi citatis ad eundem esse Legatum Pontificis si possit adiri, & in defectu Pontificis, vel Legati posse Episcopum absolueret. In hoc autem casu non habetur similis Textus.

Opposita tamen sententia non modo tutior, sed probabilior videtur, vt ex aliis me etiam citato tenet Dicastill. *vbi sup. n. 61.* Quia Episcopus solum potest in hoc casu dispensare ratione necessitatis vrgentis. Sed quando adest alius, qui possit dispensare, cessat necessitas: ergo pro tali casu non censetur Pontifex eam facultatem concedere Episcopo, vel non abstulisse ab Episcopo quando referuauit, nec referuatio tunc cedit in destructionem animarum.

Notandum est etiam hæc quod docet Glossa, Cardin. Hostiens. Henriquez, & Alexand. in *cap. quia circa de consanguinit.* Episcopum post matrimonium contractum, dispensatione impedimenti alioquin subreptitiè obtenta, posse dispensare in eo impedimento, confirmando dispensationem Pontificis. Idque probabile putat Basilius nec mihi videtur improbabile (quicquid alij reclament) si crimen supreptionis sit omnino occultum, nec facile possit adiri Pontifex, vel timeatur graue scandalum, aut periculum peccati interim dum expectatur legitima Pontificis dispensatio. Ita Dicastill. *num. 63.* licet Leander *vbi sup. quæst. 12.* probabilius contrarium putet; sed Dicastilli sententiam probabilem etiam putat Pontius de *matrim. lib. 8. cap. 13. num. 7.*

Verùm, an bona fides requiratur in contrahentibus, vt possit Episcopus in impedimentis superius dictis dispensare hoc opus, hic labor est. Ego cum multis sententiam affirmatiuam docui *vbi sup. resol. 79.* sed Dicastillus loco citato negatiuæ sententiæ adhæret, sic enim asserit *numer. 66.* Nihilominus

quamuis hoc probabilissimum sit, & quantum fieri potest in praxi seruandum, non possum mihi persuadere voluisse Concilium, aut Pontifices, qui illud confirmarunt, hanc reservationem locum habere in iis casibus, in quibus diximus posse Episcopum dispensare propter grauissima damna, & inconuenientia scandalis peccatorum, & impotentiam adeundi Pontificem; nam tota ratio ob quam pro tali casu dicimus posse Episcopum in foro conscientia, est, quia si non possit, referuatio cederet in destructionem animarum, & non est credendum Pontificem cum damno, & periculo animarum velle pro tali casu, & circumstantiis referuare, cum licita non esset referuatio, quidquid sit de valore, atqui etiam fieri potest, vt quamuis mala fide contractum sit matrimonium, sequantur eadem damna, & pericula animarum, & sit eadem mortalis impotentia adeundi Pontificem, idemque periculum in mora: ergo eodem modo credendum est, non esse mentem Pontificis, quod Episcopus pro tali casu non possit.

In citato autem *cap. Tridentinum* loquitur pro foro exteriori, in quo si semel constet de prædicto impedimento, præcaueri poterunt reliqua damna, & separari coniuges. Quod si in eo casu sequantur scandala, & alia incommoda; tunc non sequuntur ex ipsa separatione illorum, & ex negatione dispensationis, & spei illius obtinendæ; sed ex ipsa notorietate, vel probatione externa commissi delicti. In quo casu maiora inconuenientia sequerentur ex eo, quod permitterentur non separari, aut ex facilitate dispensandi cum illis, quam ex ipsa separatione, & negatione dispensationis, imo hoc deteruaret ad tollendum scandalum. In casu autem, quod delictum est omnino occultum, & tantum agitur de foro conscientia; si in eo foro sit periculum in mora expectandi Pontificis dispensationem vel sit morajiter impossibilis aditus ad illum, & scandalum in separatione, longè alia ratio est. Vnde quando Concilium dixit: Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, &c. Tantum intelligendum est pro casu, quo ex mera benignitate concedenda esset dispensatio. Pro nostro autem casu dispensatio concedenda est, non ex mera benignitate, sed ex obligatione, quam habet superior prouidendi bono animarum, & scandala. Quæ omnia vt supponit noster casus, moraliter præcaueri non possunt; nisi dispensatio concedatur, & matrimonium legitime fiat.

Et hæc omnia docet Dicastill. *vbi sup.* qui etiam in tali casu probat consilium datum coniugatis à Sanchez, Gutiérrez, & Bonacina, quod quando Confessarius in confessione detegit impedimentum aliquod dirimens, posse hoc remedio vri ad vitandam suspicionem alicuius criminis, vel infamiae inter sponfos, nempe quod ille, vel illa voueat castitatem ad mensum, vel duos menses, deinde dicat consanguineis, aut etiam aliis se castitatem vouisse, ideoque à Confessario sibi iniunctum esse, vt abstineat à matrimonio donec obineatur dispensatio à Sede Apostolica, cauere tamen debet, ne dicat votum esse ad tempus; ne audientes opponant sufficere dispensationem Episcopi, & ea ratione remedium deludatur.

Verùm, ait Dicastill. cum eiusmodi consilium, & medium sit apud varios, & notos Auctores, & homines in mundo prouidi ad suspicandam sint, aut in deteriorem partem interpretandum acta aliorum, non est facile vtendum tali remedio clausa porta; nec

nec debet facile Confessarius dare eiusmodi consilium, nisi vbi, & quando moraliter certum sit, quod ea ratione fecerit non veniet in suspicionem. Adde, quod hac ratione potest maritus mulierem minus æstimare, imò & licitè resiliere ab ipso contractu, & magnum detrimentum inde resiliat fecerit, cuiusque existimationi. Est ergo cautissimè eo medio vtendum, si tamen aliquando vtendum est; quia vix poterit adhiberi sine periculo infamiae.

Nota etiam sententiam Dicastilli tanquam probabilem admittente etiam Ioannem de Soria in *epi- logo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10. §. circa dispensationem.* Et Martinum de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. libro 1. tract. 41. de matrim. numero quinto* vbi sic ait; Pareceme probable la opinion de los que afirman, que el Obispo puede dispensar en estos casos, con las condiciones referidas en el numero precedente, aun en caso, que interueniasse mala fe en ambos casados, quando contraxeron matrimonio; porque aunque estos no merezean, que se vñe con ellos de misericordia, por auerse hecho de su parte indignos della, los Obispos son Padres espirituales de sus subditos, y tienen obligacion de caridad, de mirar por sus almas, honra y fama en estado tan miserable, que tambien ay obligacion de caridad à facer del poco, al que desespereado se arroza en el, y à cortar el lazo del, que se le echò à la garganta para ahorcarse. Sic Alphonsus Moscoso Episcopus Malacitanus in *summa tract. 10. capit. 29. n. 22.* Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2. in gloss. lit. R, & O.* & reputat probabile Willalob. *1. p. tra. 1. 4. diff. 25. num. 4.* La caridad es muy benigna y pienso, que se puede ofrecer caso tan apertado, que tenga obligacion el Obispo à dispensar en el, porque en semejantes ocasiones, sententia humanior est tenenda, *l. pro herede 20. §. si quid, & in gloss. human. ff. de const. pecuniar.* Et quando æquitas est ex vna parte, & ius scriptum ex alia; æquitas est præferenda; *Gloss. 1. l. Placuit. C. de iudic.* Et necessitas facit probabile, quod alioqui de se probabile non foret, *l. qui potuerunt 27. in addit. margin. ff. de manumiss. testam. 24.* donde se dice tambien, que non solum necessitas non habet legem, sed ipsa legem facit. Hucusque Martinus.

Sed obserua etiam supradictam sententiam Leandrum de *Sacr. 1. 2. tract. 3. disputatio. 24. quæst. 9.* extendere ad forum externum, sic enim ait; Episcopus etiam potest dispensare in impedimentis publicis, & pro foro externo, casu (& non aliter) quo de facto detur necessitas maxima in illis dispensandi, & non pateat aditus ad Pontificem, aut si patet, est periculum magnum in mora. Probatur primò Quia ea sola, aut præcipua de causa, potest Episcopus, in dicto euentu, dispensare impedimentis occultis, & pro foro interno; quia videlicet, ob vrgentem dispensandi in illis necessitatem, præsumitur à summo Pontifice facultatem habere, vt docent Sanchez, Basilius, & alij Doctores *quæst. 7. & 8.* pro nobis relati: ergo si detur casus, in quo vrgent necessitas magna, etiam in impedimentis publicis & pro foro externo, dispensandi, censi etiam debet habere eandem facultatem à summo Pontifice ad dispensandum in illis: nam vtrobique currit eadem ratio.

Secundò probatur rationibus pro parte negatiua adductis, nam certè hanc nostram modò explicatam, aperte probant. Quia dato casu præassignato, Romanus Pontifex, id verè concederet ob animarum salutem, si de eo requisitus esset: ergo, An

autem de facto possit occurrere casus, cuius magna necessitas vrgat Episcopum ad dispensandum in aliquo impedimento publico, videant ipsi. Mihi, etsi difficultum accidere posse videatur, non tamen impossibile, vt ex dictis facile colligi potest. Ità ille.

Sed ego omnia supradicta secundum mentem supradictorum Doctorum dicta esse volo, ego enim non recedo à sententia, quam olim docui; nempe non esse locum dispensationi quando mala fides intercessit, sed aduerte tunc dicendam esse malam fidem, quando coniuges non solum sciunt impedimentum cum contrahere volunt, sed etiam sciunt inde oriri impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, nec censendam esse malam fidem, quamuis procedat ex lata culpa & ignorantia culpabilis, quia Tridentinum citatum expressè petit, vt scienter præsumatur, at non verè dicitur scienter facere, qui ex ignorantia crassa facit, sed dolus requiritur. Vnde solum excluditur bona fides, quando ignorantia esset adeo crassa, vt esset ingens temeritas, quia tunc æquiparetur dolo. Et valde notentur à Confessariis omnia, quæ in his tribus Resolutionibus à me superius dicta sunt, nam in praxi facile possunt accidere.

An Episcopus valeat dispensare, vt contrahens cum voto castitatis possit petere debitum?

RESOLVT. IV.

AD hoc dubium responderet Dicastillus de *Sacr. tom. 3. tract. 10. disp. 8. dub. 4.* vbi sic ait; Addunt etiam Henriquez, & Valentia supra, Episcopum posse dispensare cum iis, qui post votum castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, vt possint licitè petere Quod tamen alij negant, quia id esset dispensare in aliqua parte substantiali voti castitatis simpliciter, quod nullo iure videtur concedendum Episcopo.

Hoc tamen non obstante mihi videtur probabile, quod prædicti Doctores docent; nam qui vouit castitatem & simpliciter, & eo non obstante contraxit matrimonium, in eum statum peccando se reduxit, in quo interim dum durat, non teneatur ad castitatem simpliciter, atque adeo votum pro illo tempore durantis matrimonij non est in statu voti castitatis simpliciter, rediturum tamen ad statum castitatis simpliciter, si superuiuat alteri coniugi; ergo Episcopus dispensando pro illo tempore, vt possit petere debitum, tantum dispensat in parte voti pro illo tempore, non castitatis simpliciter; cum teneatur votens reddere debitum coniugi, & quoad illam partem non seruare castitatem.

Eandem dispensationem concedere possunt Confessarij nostræ Societatis, quibus Prouincialis Præpositus id commiserit; de quo fit mentio in nostris Priuilegiis in *compendio, verbo, dispensatio. §. 9.* atque adeo alia Religiones, quæ habent communicationem Priuilegiorum cum Franciscanis, quibus id concessit Pius V. 26. Octobris anno 1569. Ita Dicastillus, & ante illum quoad auctoritatem Episcoporum Leander de *sacramentis 1. 2. tractat. 9. disputatio. 24. quæstione 18.* qui plures citat, & verum esse affirmat contra Azorium, etiam casu, quo matrimonium non fuerit consummatum: in illo namque, etiam poterit Episcopus dispensare

ad petendum debitum, etiam priori bimestri post initium, nec consummatum. Sic Sanchez libro 8. de matrimon. disputatio. 12. numero sexto & disputatio. 16. numero tertio & libro 4. sum. capit. 40. n. 66. & 63. Vide etiam in fauorem Episcoporum Gallego in Bull. Cruciatæ cap. 9. §. 1. dubitatio. 169. & Andream Mendo etiam in Bulla Cruciatæ disputatio. 26. capite 11. numero 119. qui tamen negant hanc auctoritatem Confessariis virtute Bullæ Cruciatæ, & rectè quidem.

De Confessariis autem Regularibus Leander *questio. 17.* respondet non posse quidem vti dicta facultate absque commissione suorum Prælatorum; nempe Prouincialium, aut Conuentualium. Nam quorumlibet horum esse necessarium, & sufficere, constat ex priuilegiis, & indultis Pontificum. In primis namque, quod sit necessaria, & sufficiat commissio Prouincialis, constat ex indulto Pij V. supra relato, ex quo, hanc primam nostræ responsionis partem, vt certam docent Doctores nuper pro secunda sententia adducti. Deinde, quoad dictam facultatem vtendam etiam sufficiat commissio Prælati conuentualis, docet Ioannes de Cruce in *summ. questione 4. de matrimon. dubitatio. 12. conclus. 3. & in Epit. capit. 6. l. 2. dubitatio. 6.* per hæc verba; Isti Religiosi ex commissione suorum Prouincialium possunt, in foro tantum conscientiæ, dispensare cum coniugibus, qui carnaliter peccauerunt cum consanguineis alterius sui coniugis, vt possint petere debitum à suo coniuge. Ita concessit Pius V. inter viua vocis orac. *numero nono.* Cardinali Cuius pro Minoritis. Imo, & Iulius II. Bulla 23. cum Martinus V. iam concesserat Priori, seu Præsidenti Monasterij Benedictini Vallisoleri, & tribus, aut quatuor Monachis eiusdem Conuentus per Priorem, seu Præsidentem deputandis, & ad nutum reuocandis, vt possint in suo Monasterio, imo & extra, vt ex contextu colligi viderur, cum prædictis dispensare. Et ista concessio, vt in eadem Bulla habetur est iam extensa ab alia Monasteria dicti Ordinis. Et consequenter aliis Ordinibus communicata. Hucusque Cruz, & post illum Candidus loco citato vbi sic ait; Per priuilegium tamen Iulij II. concessum Congregationi Sancti Benedicti Vallisoleri, possunt id facere sine commissione Prouincialis. Ita ille. Hucusque Leander. Vnde nostri Confessarij possunt hanc auctoritatem exercere cum licentia solius Præpositi domus.

Nota tamen hæc cum Gallego *vbi supra*, que si alguno de los casados hizo voto de Religion antes del matrimonio, y no le ha consumado, ò si le hizo despues, y tampoco le consumò entonces, ni el Obispo, ni el Confessor electo por la Bula puede dispensar, ò comutar para que pida el debito, porque no se halla impedido para executar el voto, y pues puede entrar en Religion, està obligado à cumplirlo, lo qual no tuuiera ya lugar despues de consumado el matrimonio. Esta doctrina enseña nuestro Maestro Fray Domingo de Soto in 4. dist. 38. q. 2. artic. 1. col. 7. à quien sigue Thomas Sanchez lib. 4. moral. c. 40. n. 64. Ita ille, qui citat & Ledesma, & Sanchez.

An aliquando Episcopus possit dispensare in voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papa reseruatis?

RESOLVT. V.

Affirmatiuè respondet Raphael de la Torre *tom. 1. in 2. 2. Diui Thomæ. questione. 88. art. 1. 2. disputatio. 3. numer. 14.* Probat, quia iure diuino concessa erat facultas dispensandi super omnibus votis dispensabilibus, & hæc potestas Summi Pontificis auctoritate limitatur, ne in actum exeat respectu aliquorum: sed credendum non est Summum Pontificem interdiceret hanc potestatem, quando aliàs non patet facilis aditus ad ipsum, vel ad alium habentem delegatam potestatem super hæc vota dispensandi: ergo inest modò Episcopis talis potestas. Probat minor: quoniam talis prohibitio esset in graue præiudicium Ecclesiæ, & in Christo offensam: multi siquidem haberent legitimam causam ad dispensationem petendam, nec tamen possent propter difficilem aditum ad Pontificem. Sed dubitat quispiam, quis censetur difficilis aditus, & quæ causa legitima? Quia in re præcipuè standum est arbitrio prudentis viri, qui considerabit locorum distantiam, temporis opportunitatem, personæ qualiter, aliasque omnes circumstantias, inter quas præcipuè ponderanda erit indigentia, & pecuniæ inopia, si enim quis nummos non habeat pro dispensatione obtinenda, etiam si aliàs facile posset adire Romam, cum eo poterit Episcopus dispensare: similiter si immineret graue periculum transgressionis voti, & recursus ad Pontificem, est quasi moraliter impossibilis. Aduertat tamen Episcopus quod si vouentis necessitati posset subuenire per solam suspensionem executionis voti, non debet totaliter in voto dispensare; quia præfata potestas solum fundatur in quadam æquitate, & pia interpretatione: ergo extendi non debet ultra id, quod exigit moralis necessitas: quando igitur per solam dilationem executionis voti, satisficit necessitati vouentis, non debet totaliter votum auferri. Et hæc omnia docet Raphael *vbi supra*.

Et hanc sententiam tenet etiam Syluester *verb. votum 4. §. 4. clarus, verb. dispensatio. §. 9.* Nauarrus *cap. 12. numer. 42. & 75. cum sequentibus* Suarez *lib. 6. cap. 26. numer. 9.* Sanctius *lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 22. & sequentibus*; & videtur etiam Caiet. *l. 2. quest. 97. art. 4.* asserentis in leuibus, in periculosiss, in frequentibus causis posse Episcopum dispensare, etiam si aliàs huiusmodi causæ sint Pontifici reseruata. Et his omnibus adde duos alios doctissimos Patres Dominicanos Magistrum Ledesma in *summa tom. 2. tract. 10. de voto cap. 8. ver. en la tercera parte*, & Magistrum Gallego in *Bulla Cruciatæ capit. 9. part. 3. §. 1. dubitatio. 159.* Quintanaduennam *de Iubilæo duarum hebdomadarum cap. 12. numer. 12.* Gobat *de Iubil. cap. 42. questio. 114. numer. 321.* Suarez *de Relig. tom. 2. tra. de voto cap. 26. numer. 9.* Lessium *lib. 21. cap. 49. dubitat. 13. numer. 186.* Sanchez in *summa tom. 1. l. 3. cap. 40. n. 32. & 34.* Valentiam *tom. 3. disputatio. 6. punct. 7.* Martinum de San Ioseph, & alios in sequenti Resolutione citandos.

Sed si aliquis hæc querat, An si occurrat prædicta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pateat, possit Parochus dispensare præsumpta Pontificis

tificis voluntate? Respondeo negatiuè contra Gabrielem in 4. dist. 38. *questio. 1. art. 5. conclus. 2.* & contra Rodriguez loco infra adducendo, quia in Parocho nulla est potestas ordinaria ad dispensandum in votis etiam non reseruatis, neque ad illa commutanda, vt late probat Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 27.* ratione, & auctoritate; nemo enim potest vota commutare, nisi habeat iurisdictionem vel Episcopalem, vel quasi Episcopalem in foro externo, vel habeat priuilegium, vt contra Rodriguez *tom. 99. regular. art. 9.* probat Sanchez, *loc. citato & Bardi in Bulla Cruciatæ part. 2. tractat. 7. capit. 2. sectio. 5. numero 143.* cui adde Quintanaduennam *vbi supra*.

An quando Episcopus ex virginti necessitate potest dispensare in votis castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Iubilæi, & Bullæ Cruciatæ?

RESOLVT. VI.

Pro negatiua sententia Pasqualigus *de Iubilæo qu. 306. adducit. 13.* Doctores, ipse nixus auctoritate solius Croulers affirmatiuam sententiam sustinet; Nam facultas commutandi vota concessa in Iubilæo, se extendit ad omnia vota non reseruata. Vota autem castitatis, & Religionis, quando subsistant talibus circumstantiis, vt possit in ipsis Episcopus dispensare, non sunt reseruata. Ergo poterunt virtute Iubilæi commutari. Min. prob. Reseruatio est tantum in ædificationem, non autem in destructionem, vt habet Concil. Tridentin. *sess. 14. capit. 7. de peniten. & proinde* ex sui natura non se extendit ad casus ad quos si se extenderet, esset in destructionem: esset autem in destructionem si se extenderet ad vota in casu, in quo Episcopi possunt dispensare; nam tunc si non possent dispensare, pateret grauissimum damnum etiam spirituale esse, non autem vtilitatem. Cum ergo reseruatio, ne sit in destructionem, non se extendat ad talem casum, vota in talibus circumstantiis non erunt reseruata; non quia subtrahatur à reseruatione ex præsumpta voluntate Pontificis; sed quia reseruatio ipsa non comprehendit.

Ad primum respondeo. Episcopum non solum posse dispensare in his votis ex tacita voluntate Pontificis, sed etiam quia reseruatio non se extendit ad ipsa, quando vestiuntur talibus circumstantiis, vt constat ex dictis. Tacita enim voluntas Pontificis non est, quod concedat facultatem pro tali casu, sed quod non auferat; nam dum ponit reseruationem, solum illam extendit quantum potest extendi; non potest autem extendi ex natura sua ad hos casus, alioquin esset in destructionem. Ad secundum, nego consequentiam. Quia cum facultas concessa in Iubilæo se extendat ad omnia vota non reseruata, se extendit etiam ad ista vestita talibus circumstantiis, nam reseruatio ad ipsa non se extendit, vt iam dictum est. Hucusque Pasqualigus.

Sed eius sententia, cum sit singularis, & contra communem, videtur omnino respueda: Vnde præter Doctores ab iplo citatos, negatiuam sententiam docet me citato Quintanaduennam *de Iubilæo duarum hebdomadarum capit. 12. numer. 23.* vbi sic ait: Aunque en caso de virgintissima necessidad podia alguna, ò rarissima vez dispensar el Obispo en al-

voto de castidad, ò Religion; como quando fino se hizelle para que vno se casara, se siguiera grauissimo daño, ò escandalo, ò no era facil recurso al Papa, ò auia graue peligro de incontinencia segun prueua Tomas Sanchez *supra à numer. 32.* con muchos Aytores; no se podia en el mismo caso comutar por Iubilæo, ni Bulla; que el Obispo no haze esto por su ordinaria jurisdiccion, sino por benigna interpretacion, tacito consentimiento, y ratiuacion del Papa; para lo qual no da el Iubileo facultad, ni la tiene el Parocho. Ita ille; cui etiam adde ex Dominicanorum familia Magistrum Gallego in *Bull. Cruc. capit. 9. part. 3. §. 1. dubitatio. 159.* vbi ita asserit; Preguntase, si el confessor por la Bula puede comutar el impedimento con que alguno de los casados se hallate para pedir el debito.

Respondeo, que no se puede esto comutar por la Bula, porque aunque es assi que el Obispo puede dispensar para pedir el debito quandoa y impedimento para poder le pedir; pero no haze esto el Obispo por jurisdiccion ordinaria, sino por costumbre legitimamente prescripta, que le ha introducido esta facultad: y la comun opinion de quel confessor electo por la Bula, puede en esta razon comutar todo lo que el Obispo dispensar, se ha de entender todo lo que puede el Obispo por derecho ordinario, mas no por costumbre, ò necesidad, porque cosa es muy recibida entre los Doctores, que en caso de necesidad, y con tales condiciones, puede el Obispo dispensar en los votos reseruados, è impedimentos dirimentes del matrimonio, como lo enseñan en la materia de voto, y matrimonio, y con todo esto nadie se atreuerà à dezir, que en caso de necesidad puede el confessor por la Bula comutar alguno destas votos reseruados, para los quales no le dan potestad, antes la que le dan para que puede comutar quales quiera votos, se la limitan, y exceptuan, que no sea para los de castidad, Religion, y vltamarino, desuerte que todos aquellos votos reseruados, que el Obispo puede dispensar, ò comutar por razon sola de virgente, y aplerada necesidad, no se podran comutar por la Bula, y la razon es, porque de la misma manera que el peccado de la heregia no pierde su rigorosa reseruation, porque en caso de necesidad de muerte le puede al foluer qualquier simple Sacerdote, assi tampoco el voto no pierde la reseruation, por que el Obispo pueda en caso de virgente necesidad dispensarle, ò comutarles pero por la Bula se pueden comutar todos aquellos votos que el Obispo tiene facultad de dispensar, ò comutar por jurisdiccion ordinaria, ò quando en ellos falta la causa de verdadera y perfecta reseruation. Y la razon desto vltimo, se funda, en que la intencion expressa del Pontifice, es denegar solamente la commutacion de aquellos votos que tiene reseruados à si mismo, de manera que en los que no tiene reseruados, se entiendo que claramente los comprehendende la potestad general delegada por la Bula, Hæc omnia Gallego; cui adde Andream Mendo etiam in *Bull. Cruc. disp. 26. cap. 4. numer. 59. & c. 11. n. 131.*

Quæ omnia procedere etiam in Iubilæo dicendum est, vnde me citato Leander *de Sac. 10. 1. 17a. 5. disputat. 14. quest. 117.* asserit, quod quamuis confessor possit vi Iubilæi commutare vota, quæ potest Episcopus, id intelligendum est de votis, quæ potest Episcopus commutare iure ordinario, & ex natura reseruationis, non autem de votis, quæ iure speciali, aut per consuetudinem dispensare, aut commutare potest. Vnde ex his patet, quod non debet

debebat Pater Pasqualigus recedere à communi sententia Doctōrum, nec eius fundamentum est firmum, vt ipse putat, nam respondeo ad eius argumentum quod ex præsumpta voluntate Pontificis censetur ablata per accidens reseruatō in ordine ad Episcopum, & hoc vt subueniatur necessitati fidelium: at non censetur ablata in ordine ad alios Prælatos inferiores; aut in ordine ad priuilegia, per quæ conceditur facultas commutandi omnia vota, quibusdam exceptis.

Si verò contra vrgens, per Bullam dari potestatem commutandi omnia vota exceptis illis tribus, dum manent sub reseruatōne Pontificia; at in casu posito ex benigna interpretatione voluntatis Pontificis non manent sub reseruatōne, & in Bulla excipiuntur pro eo statu, pro quo stant sub reseruatōne Pontificis, & non pro alio statu: ergo, &c.

Respondeo, per Bullam dari potestatem commutandi omnia vota, quæ absolute, & per se non sunt reseruata Pontifici: non autem illa, quæ per accidens, & quantum sufficit ad subueniendum necessitati fidelium, non sunt Episcopo reseruata.

Obseruandum est etiam confessarios Regulares non posse virtute suorum priuilegiorum commutare, vel dispensare supradicta vota castitatis, &c. quæ potest Episcopus ex vrgenti necessitate, vt diximus, & ita docet Portel. *verb. voti commutatio*, n. 64. Magister Lezana in *summa tom. 4. verb. Votum*, n. 21. qui citat Layman, Suarez, Sanchez, Henriquez, Rodriquez, & Mirandam, quibus adde eruditum Patrem Georgium Gobat de *Inbilao ca. 41. q. 114. n. 325.* & Martinum de San Ioseph post *Regulam Sancti Francisci in compend. de la facultad de los confesores ver. comutar. num. 6. fol. 571.* vbi sic ait, Tampoco podemos comutar los votos reseruados al Papa; que comuta el Obispo por derecho especial. Los votos que no podemos dispensar, ni comutar, son los absolutamente reseruados à la Sede Apostolica, en que algunas vezes pueden dispensar los Obispos, porque interuenie impotencia moral, por la qual, no se puede acudir al sumo Pontifice por la dispensacion, y ay necesidad vrgente de dispensar, v.g. podrá el Obispo dispensar en los votos absolutos de castidad, y Religion; quando ay grande peligro de incontinencia, y no es facil el recurso al Pontifice, ò por pobreza, ò otra causa, porque se puede creer muy bien que no es su intencion que en talos casos le esten reseruados los votos contan grande peligro de las almas. Y lo mismo es quando aunque sea facil el recurso al Pontifice; pero por la tardanza del recurso ay graue peligro de incontinencia. Y lo mismo es, si aunque no ay grande peligro de incontinencia por la tardanza; se sigue algun peligro de escandalo, ò graue daño de tercera persona; lo mismo se ha de dezir de los demas votos reseruados al Pontifice, que si el que votò tiene iusta causa para la dispensacion, y ni puede yr, ni embiar à Roma, ò carece de los gastos necessarios para la dispensacion, podrá el Obispo dispensar, vt Sanchez, cum multis n. 23. y en ninguno de estos casos podran dispensar nuestrros confesores por las razones dichas. Ita ille.

Et tandem non desinam hic apponere verba docti Patris Andreae Mendo in *Bull. Cruc. disp. 26. c. 2. num. 22.* sic asserentis; Quinque sunt vota Pontifici reseruata: Votum Religionis, Castitatis perpetuæ, peregrinationis Hierosolymitanæ, Peregrinationis ad limina Apostolorum, Peregrinationis ad Compostellam In his nec Legatus à latere valet dispensare, Si eorum valor eis dubius, potest Episcopus

dispensare, quia reseruatō, vt odiosa, restringenda est ad casus certos. Ita P. Thomas Sanchez *libro 1. Decal. cap. 10. n. 74.* Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittantur, dispensare, vt docet Pater Suar. *supra c. 16. n. 3.* Valde probabile, & tutum est, posse dispensare in his votis ex metu leui factis, quia non sunt perfecte voluntaria, & reseruatō est restringenda. Sic Pater Henriquez *lib. 11. de matrim. c. 15. n. 8.* Et item posse dispensare in graui periculo transgressionis, aut in vrgenti necessitate, quando est iusta causa nequit Pontifex adiri, quia in casibus similibus valet Episcopus in lege Pontificia dispensare. Ita Pater Valentia *2. 2. disp. 6. qu. 6. pun. 7. cum pluribus.* Nec opus tunc est Nuntium adiri, vt docet Couarub. in *4. Decretor. 3. part. c. 6. §. 10. num. 11.* Hic nota cum Pater Henriquez *lib. 6. de pœnit. c. 14. num. 7.* Regulares, qui ex priuilegio possunt dispensare in votis in quibus possunt Episcopi, adhuc non valere dispensare in votis reseruatis in casu supradicti periculi, aut necessitatis, nam illa vota verè sunt Papalia, & ex ioribus benignitate conceduntur Episcopis, in quibus videtur electa industria personæ. Hucusque Mendo.

An orbiculi benedicti, qui Agnus Dei vocantur, si ita fracti sint, & compressi, vt cerea imago non videatur, sed tantum remaneat sola materia adhuc retineant indulgentias?

RESOLVT. VII.

CAsus est curiosus, & ad illum sic respondet Dicastillus de *Sacramentis tom. 2. tract. 9. disputatio. 1. dubitatio. 7. numer. 127.* Mihi videtur in primis Sanctitatem ceræ perseruari; Sanctitas enim illius ceræ absolute consistit in materia ritè facta, & à Pontifice benedicta, idque declarat satis fidelium vsus, qui vel minimam partem illius ceræ religiosè coiunt, & seruant, id quod nec Pontifices ignorant, nec ceteri Prælati, atque adeo communis omnium sensus esse videtur, intentionem Pontificis in iis cereis benedicendis materiam potius legitime factam respicere, quàm figuram, omisso alia argumenta, quæ suppetebant, hoc enim sufficit.

Hinc vero colligere quis possit, diuisa in parte vna tali cera, quamlibet partem habere gratiam, seu indulgentiam, quia in vnaquaque parte seruantur integra Sanctitas, seu ratio venerandi illam, atque adeo indulgentia: Nihilominus dicendum potius est est indulgentiam non multiplicari, aut (quod idem est) in singulis partibus manere: cuius rei ratio à priori non potest esse alia, quàm intentio Pontificis, qui non videtur (nisi aliud explicet) id voluisse, si enim id voluisset ex causa iusta, quæ posset occurrere, multiplicaretur indulgentia. Porro id non intendere de facto, quando benedicit illos orbiculos probari potest, quia nullum est argumentum probans intendere, quod enim asseratur de Sanctitate in quavis particula existente non probat. Nam inde sequeretur pro cuiusque voluntate diuidendo particulas multiplicari indulgentias, & vilesceret æstimatio illarum. Item argumentum à multiplicatione benedictionis non probat pro multiplicatione indulgentiarum. Multo enim facilius conceduntur benedictiones quam indulgentiæ. Nam ipsi orbiculi omnes censentur, & sunt benedicti, & non omnibus collata est indulgentia, & meritò, quia non per illam multitudinem, & multiplicat

multiplicationem benedictionum, sed per multitudinem, & facilitatem indulgentiarum vilescunt clauæ Ecclesiæ, & contemnuntur indulgentiæ sic facile collatæ, id quod mouit Pontifices ad plures indulgentias reuocandas. Omitto alias rationes. Satis est ad negandum quod non sit efficax ratio concedendi eam multiplicationem. Hucusque Dicastillus.

Ansi transferatur Altare priuilegiatum de loco ad locum, adhuc duret indulgentia?

RESOLVT. VIII.

DE hoc casu interrogatus à piis, & Reuerendis Sacerdotibus Ecclesiæ Diui Hieronymi huius Vrbs, adduxi doctrinam Dicastilli de *Sacram. 10. 2. tract. 9. disputatio. 1. dubitatio. 7. numer. 120.* vbi sic asserit. Hæc doctrina aliqua ratione potest applicari indulgentiis concessis altaribus, imaginibus, granis, ceteris benedictis, & similibus, de quibus etiam dabitari potest, an aliquando mutatione, fractione, aut alia simili ratione perdant priuilegium, & quidem quoad mutationem attinet, locum habere potest in altari, an scilicet altari mutato, cui concessa erat indulgentia, etiam cum illo indulgentia mutetur; In quo, quamuis non meminimus me legisse speciatim aliquid decisum ab Auditoribus, ferè eodem modo philosophandum puto, atque de mutatione Ecclesiæ. Vnde si indulgentia concessa sit primario, & per se alicui Capellæ Ecclesiæ visitantibus Altare illius, omnino verum puto indulgentiam perseuerare, etiam si mutetur Altare; quia loco, in quo est Altare, potius, quàm Altari ipsi concessa est. Si verò Indulgentia concessa sit ipsi Altari, potest sub variis rationibus concedi; nam, vel conceditur propter consecrationem specialem in gratiam consecrantis, vel curantis illud consecrari, vel conceditur ab ipso consecrante, itavt ea gratia, seu concessio respiciat consecrationem, & ratione consecrationis fiat; tunc sanè sic amoto, fracto, vel mutato Altari; vt omnino consecratio cesset, cessat etiam indulgentia, quæ in illa consecratione fundata erat, sicut cessat indulgentia fundata in consecratione Ecclesiæ, si illa desinat esse consecrata. Si verò Indulgentia concessa fuit Altari ratione alicuius deuotæ Imaginis in ipso existentis, itavt secundum moralem æstimationem ipsi potius imagini concessa censetur, etiam si Altare mutetur de loco in locum cum sua imagine, manet illi indulgentia, quia semper manet imago. Vt erius si Altari concessa sit indulgentia in reuerentiam alicuius Sancti, vel Mysterij, in cuius honorem dedicatum fuit, & legitima auctoritate huiusmodi Altare de loco in locum transferatur, itavt consecratur idem Altare translatum tamen; imò etiam si imago sit alia eiusdem Mysterij, aut Sancti, quia renouatur, vel quasi instauratur representatio, adhuc iuxta dictas sententias censetur manere indulgentia, sicut dictum est de Ecclesia iterum instaurata, vel mutata legitime cum suo titulo, quæ moraliter censetur eadem cum præcedente; est enim eadem. Sed omnia hæc sunt satis incerta; neque enim in aliquibus satis liquet identitas præcedentis cum sequenti, ex qua ferè tota decisio pendet; quia tamen prudentes, & sapientes viri identitatem moralem agnoscunt probabiliter prædicta sustineri possunt. Hæc omnia Dicastillus, vbi supra, cui ego libenter adhæreo.

Sed quænam fractio altaris priuilegiati, seu in-

dulgentia plenaria præditi, est necessaria ad id, vt consecrationem, & consequenter indulgentiam amississe censetur. Gobat de indulgentiis *p. 2. c. 16. qu. 76. n. 537.* Ex decisionibus Pasqualigi putat quod altare amittat consecrationem, si mensa remoueatur à stipite, seu ab inferiori structura, intelligenda est in casu, quo Altare fuit consecratum cum tota inferiore structura, secus si mensa seorsim sit consecrata, & postea superposita sit inferiori structura, etiam si ita sit coniuncta, vt non possit separari. Ratio est, quia inferior structura non communicat in consecratione; Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 82. sect. 5.* item intelligenda est in casu, quo Altare coniungitur inferiori structura, firma, & stabili coniunctione, qualis est coniunctio cœmentaria, secus si coniunctio sit ex natura sua mobilis, & ex institutione, Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 6. n. 6.* contra Lugonem de *Euchar. disp. 20. sect. 2. n. 71.* item intelligenda est in eo casu, quo structura inferior est lapidea, secus si sit lignea, nam Altare non potest constare ex ligno *cap. Altaria, de consecr. disp. 1.*

Si Altare stabile integrum transferatur de loco ad locum, non amittit consecrationem, nam cum remaneat integrum, remanet etiam forma ipsius *decis. 4.* post Suar. & Lugonem *loc. cit.* Et si destruat paries, cui est compaginatum Altare, non idcirco amittit hoc consecrationem, vt potè retinens adhuc totam suam formam. Idque verum est, etiam si Altare sit ita compaginarum parieti, vt ab ipso sustentetur, vt si sola mensa lapidea absque stipitibus, aut structura inferiori inseratur parieti.

Si aliquid de stipitibus Altaris, seu inferioris structura remoueatur, vel frangatur; non ideo emittit Altare consecrationem, nisi tam multi lapides auferantur, vt inferior structura non sit amplius apta ad sustentandum Altare, quia tunc solum amittit formam. Vnde si ex quatuor columnis, quibus forte insitit Altare, vna auferatur, nil officit consecrationi.

Certum est amitti consecrationem, quoties frangitur, vel amouetur sigillum sepulchri, in quacunque parte Altaris illud sigillum reperitur, *cap. Ad hæc, de consecr. Eccles. vel altar. vel sit enormis fractio ipsius mensæ, quæ quidem tunc solum, & semper fit, quando autem amittatur forma Altaris, committendum est iudicio viri prudentis, qui quidem dicit non amitti, licet mensa frangatur, vel in carnibus, vel etiam per medium, modò partes fixæ non moueantur loco. Quod si vel vtraque, vel vna solum, quæ tamen excedat quartam partem mensæ, loco moueatur, tum vtraque amitti consecrationem, est illa, quæ remansit, sit capax Hostiæ, & Calicis.*

Si quis in Altari, quod vel nunquam habuit, vel amittit consecrationem, celebret, bona, vel etiam mala fide, Altare illud non indiget alia consecratione, est ò peccat mortaliter; qui mala fide in illo Sacrum fecit. Et consequenter sine vltiore consecratione valebit fauor Altaris priuilegiati.

Hæc breuiter referre volui, idcirco, quod hæc doctrinæ sint omnes non solum probabiles, sed peritiles Parochis, in quorum Ecclesiis sunt per ista tempora bellica factæ variæ mutationes circa Altaria. Hucusque Gobat.

An Indulgentia alicui templo, vel sacello concessa, amittatur destructo templo?

RESOLVT. IX.

AD hunc casum sic respondet Gobat de indulgentiis p. 2. cap. 6. quest. 15. num. 320. si non reedificetur templum illud, aut sacellum, certum est perire indulgentiam; nam indulgentia non erat data loco simpliciter, sed Ecclesie; Layman cap. 3. num. 5. Si autem per partes, seu paulatim destruat, & paulatim reedificetur, sicut manet eadem moraliter Ecclesia, ita & eadem indulgentia; Lugo n. 13. Imò et si tota simul destruat, & alia mox extruat in eodem loco, censet Surd. d. 52. sect. 1. numer. 9. probabiliter remanere priorem indulgentiam; sed Lugo de hoc dubitat. Quin Layman testatur in praxi obseruari, ut quando Ecclesia auctoritate Prælati destruitur, ea lege, ut alio loco reedificetur, seruando eundem titulum, & Patronum, secum ferat suas indulgentias. Ita Gobat; cui adde Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 9. disputat. 1. dubitat. 07. numer. 121. sic itaque asserit; Maior difficultas esse potest de indulgentia concessa alicui imagini, cuius pars, vel confecta, vel detrata est, an tunc permaneat indulgentia? in qua re etiam existimo, si confectio, vel detritio non sit enormis, sed adeo parua ut adhuc censetur absolute eadem imago permanere, etiamsi quod detritum, vel confectum est, de nouo, aut aliter instauratur, manere indulgentiam; quia censetur moraliter eadem imago. Si vero fractio, aut detritio sit adeo enormis, verbi gratia, si in statua caput, aut pars magna corporis frangatur & omnino destruat, tunc non manebit indulgentia; quia non manet imago; & si iterum reficiatur absolute censetur alia imago, sicut Ecclesia maiori ex parte diruta absolute censetur alia Ecclesia, quando dirutio est tota simul iuxta dicta loco notato de sacrificio Missæ. Si verò illa imago paulatim deturatur, & reficiatur, ut si vna die pars manus, & illa reponatur, etiam de nouo facta; alia die vnus pes, alia die pars aliqua faciei, aut barbæ, aut vnus oculus, ita vt statim sigillatim reparantur; tunc etiam decursu temporis tota imago esset mutata, ita vt nihil maneat earum partium, quæ prius fuerant, adhuc censeri potest eadem imago continuatione, & perseverare indulgentia, perinde atque de Ecclesia diximus hic, & loco notato, censeri eandem Ecclesiam continuatione, quando paulatim diruitur, & reparatur, tunc ergo sicut propter continuationem semper censetur consecratio manere, manebit indulgentia.

Ex hæc doctrina philosophari etiam possumus in granis, Rosariis, numismatis, & similibus; atque in primis, si Rosario per modum vnus toti integro concessa sit indulgentia, etiamsi aliqua pauca grana, seu globuli pereant fractione, aut amissione, &c. & supponantur alia grana alterius Rosarii, adhuc puto manere indulgentiam; censetur enim adhuc idem Rosarium. Imò etiam, si paulatim prædicto modo grana mutantur; potest enim censeri idem Rosarium continuatione, sicut dictum est de partibus Ecclesie, & dici solet etiam de aqua benedicta, quando paulatim præcedenti benedictæ sufficit aliquid aquæ alterius non benedictæ, ut obiter, & per occasionem diximus tra. 4. disp. 4. dub. 10. n. 126. iuxta cap. Quod in dubiis de consecr. Eccles. vel Altaris.

Eadem ratione, quando singulis granis datur indulgentia, si forte contingat aliquod granum ex parte frangi, ita vt absolute censetur manere, manebit indulgentia. Quod si granum tale sit, ut possit particula, quæ semel detritur, aut fractione tollitur, alia reparari, eodem modo philosophandum est, atque de toto Rosario.

Idem dictum puta de numismatis, in quibus illud

An Indulgentia concessa imagini, Rosario Numismati, & similibus, pereat fractis illis, vel detritis?

RESOLVT. X.

CASUS sunt curiosi, & quotidie in praxi possunt accidere; vide ego alibi, circa prædicta plura adduxi ex Gobat de indulgentiis part. 2. cap. 14. qu. 37. numer. 350. Verum reor rem gratam Lectoris facere si hic adducam ea, quæ etiam obseruat Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 9. disputat. 1. dubitat. 07. numer. 121. sic itaque asserit; Maior difficultas esse potest de indulgentia concessa alicui imagini, cuius pars, vel confecta, vel detrata est, an tunc permaneat indulgentia? in qua re etiam existimo, si confectio, vel detritio non sit enormis, sed adeo parua ut adhuc censetur absolute eadem imago permanere, etiamsi quod detritum, vel confectum est, de nouo, aut aliter instauratur, manere indulgentiam; quia censetur moraliter eadem imago. Si vero fractio, aut detritio sit adeo enormis, verbi gratia, si in statua caput, aut pars magna corporis frangatur & omnino destruat, tunc non manebit indulgentia; quia non manet imago; & si iterum reficiatur absolute censetur alia imago, sicut Ecclesia maiori ex parte diruta absolute censetur alia Ecclesia, quando dirutio est tota simul iuxta dicta loco notato de sacrificio Missæ. Si verò illa imago paulatim deturatur, & reficiatur, ut si vna die pars manus, & illa reponatur, etiam de nouo facta; alia die vnus pes, alia die pars aliqua faciei, aut barbæ, aut vnus oculus, ita vt statim sigillatim reparantur; tunc etiam decursu temporis tota imago esset mutata, ita vt nihil maneat earum partium, quæ prius fuerant, adhuc censeri potest eadem imago continuatione, & perseverare indulgentia, perinde atque de Ecclesia diximus hic, & loco notato, censeri eandem Ecclesiam continuatione, quando paulatim diruitur, & reparatur, tunc ergo sicut propter continuationem semper censetur consecratio manere, manebit indulgentia.

Ex hæc doctrina philosophari etiam possumus in granis, Rosariis, numismatis, & similibus; atque in primis, si Rosario per modum vnus toti integro concessa sit indulgentia, etiamsi aliqua pauca grana, seu globuli pereant fractione, aut amissione, &c. & supponantur alia grana alterius Rosarii, adhuc puto manere indulgentiam; censetur enim adhuc idem Rosarium. Imò etiam, si paulatim prædicto modo grana mutantur; potest enim censeri idem Rosarium continuatione, sicut dictum est de partibus Ecclesie, & dici solet etiam de aqua benedicta, quando paulatim præcedenti benedictæ sufficit aliquid aquæ alterius non benedictæ, ut obiter, & per occasionem diximus tra. 4. disp. 4. dub. 10. n. 126. iuxta cap. Quod in dubiis de consecr. Eccles. vel Altaris.

Eadem ratione, quando singulis granis datur indulgentia, si forte contingat aliquod granum ex parte frangi, ita vt absolute censetur manere, manebit indulgentia. Quod si granum tale sit, ut possit particula, quæ semel detritur, aut fractione tollitur, alia reparari, eodem modo philosophandum est, atque de toto Rosario.

Idem dictum puta de numismatis, in quibus illud

illud etiam mihi videtur verum, licet annullus, seu armilla feruens ad suspendendam icunculam frangatur, adhuc manere indulgentiam, etiamsi, vel addatur noua Armilla, vel in ipso cyclo imagunculæ aperiat foramen pro illa suspendenda, adhuc enim censetur eadem.

Idem quoque in Rosario dictum puta; etiamsi linea, seu funiculus rumpatur, aut catena dissoluatur ex toto, vel ex parte, & grana inter se non habeant eundem ordinem, quando iterum in funiculum inferuntur; id enim totum non tollit quin verè, & secundum morale æstimationem sit idem Rosarium. Hocufque Dicastillus, sed in casibus contingentibus ne deseras videre Gobat ubi supra.

Notandum est hic obiter, indulgentias definire esse per reuocationem concedentis; tamdiu enim durant, quandiu concedens voluerit durare. Vnde superior potest non solum validè; sed etiam licitè per se loquendo indulgentias pro suo arbitrio reuocare; sunt enim, per se loquendo beneficium gratuitum; tum in fieri, tum in conseruari.

Dixi per se loquendo; nam fieri per accidens potest, vt saltem licitè non reuocet, nisi causa exigens subsistat. Sic multi viri graues dicunt, priuilegia Bullæ Cruciatæ, & similia, quæ conferuntur sub obligatione onerosa ex parte recipientis, non posse nisi subsistere, eaque virgente causa, reuocari, nimirum quia ex parte recipientis fuit aliquod onus susceptum, & exhibitum, scilicet ex parte particularium recipientium Bullas solutæ Eleemosynæ, & ex parte Regis Hispaniarum, ad cuius petitionem confertur, sustentatio trirerum, seu classium, aliaque onera, & expensæ factæ in bonum reipublicæ Christianæ. Vnde istæ indulgentiæ conceduntur quasi per modum contractus; item si conferens indulgentias spontè iuret se illas non reuocaturum sine causa, non poterit sine causa reuocare; Legatur Suarez lib. octauo de legibus c. 37. num. quinto. & sexto, ex communi sententia probat, priuilegium datum per contractum onerosum, & remunerarium, esse irreuocabile.

Obserua tamen, quod de facto indulgentiæ non cessant, donec earum reuocatio legitime promulgetur, vt ad notitiam eorum, quibus concessæ sunt, moraliter peruenire valeat. Est communis sententia Doctorum, Ratio, quia non præsumitur aliter Pontificem indulgentias reuocare, quàm solet alias gratias, & indulta.

Maior difficultas est, an sit etiam necessarium vt ipsa actualis notitia reuocationis perueniat ad aures indulgentiam possidentis. Inclinat Filliuc. capite 9. questione 8. dict. 3. pro quo etiam citat Nauarrum, & Cordubam. Quam opinionem piam, & fauorabilem, quamuis incertam, putat, Suarez.

Mihi verò probabilis est, quando cum indulgentia sunt coniuncta alia priuilegia, vt nimirum possit cum indulgentiam lucrato dispensari in votis, absolui à censuris, & casibus referuatis. Secus quando cum indulgentia non sunt coniuncta huiusmodi priuilegia. Ratio prioris est, nam ea voluntas præsumenda est in Pontifice, quæ sit magis fauorabilis salutis animarum: talis est voluntas non reuocandi indulgentiam, cum qua sunt coniuncta hæc priuilegia, nisi postquam reuocatio peruenit ad notitiam eius, cui indulgentia concessa est. Maior probatur: nam semper in reuocatione priuilegiorum præsumitur Pontifex nolle obesse animarum

Anton. Diana Pars XI.

saluti. Minor constat: quia magnum esse onus, si postquam aliquis suam confessionem fecit, & à peccatis, & censuris bona fide absolutus est antequam notitiam habuerit reuocationis indulgentiam, debeat confessionem repetere. Idem dicendum erit de dispensatione votorum. Ratio posterioris est: quia quando indulgentia non habet talia priuilegia annexa, nullum est periculum animarum, si illa cesserit, antequam eius reuocatio perueniat ad notitiam eius, cui concessa fuit. Et hæc omnia docet Amicus in cursu Theol. to. 8. disp. 20. sect. decima, n. 292. & Dicastillus ubi supra. disp. 2. dub. 20. n. 273. & 278. cum sequenti.

An infirmus possit mandare in testamento, vt post eius mortem heres seu executor sumat pro illo Bullam compositionis?

RESOLVT. XI.

CASUM video sæpius praticari, & ad illum negatiuè respondet Andreas Mendo in Bull. Cruc. disputatio. 33. cap. 5. numero 50. vbi sic ait; Defunctum posse ante mortem suo hæredi, aut testamentario mandare, vt Bullas compositionis sumat pro sua exoneranda conscientia circa aliquam quantitatem, quam dominis debet incertis, tuerentur Patres Henriquez, & Trullench ubi supra, sentio in ordine ad effectum realiter rem se habere, ac si id præstaret is, qui obiit; nam declarare valet, se hanc, aut illam quantitatem debere, mandareque hæredi, ad quem sua bona sunt peruentura, vt eam restituat operibus piis, aut componat nomine proprio per Bullas, aut cum commissario: sic enim suæ conscientie satisfaciet moribundus, cui non vacat locus, aut facultas id immediatè per se præstandi, sicut in sententia prædictorum satisfacit, mandans, Bullas compositionis accipi: & hæres aliunde magis grauat, si suo nomine, ac si nomine defuncti Bullas accipiat: nec magis timeri, aut sperari de eo potest, quod id suo nomine, quàm nomine alterius præster, cum iidem sint vtriusque sumptus, & ad vtrumque possit per testamentarium compelli. Ac formaliter loquendo, iudico, non posse defunctum, antequam obeat, mandare, vt post suum obitum, nomine ipsius, Bullas compositionis accipiantur. Moueor eadem ratione, qua disputatio. 4. cap. 5. asserui, Bullam communem viuorum, defuncto qui ea carebat, non prodesse, si pro eo sumatur, ad vllum effectum, nempè vt absoluat ab excommunicatione, aut tempore interdicti in loco Sacro sepeliatur: indidem recolatur, nam in præsentia pari militat efficacia, vt cuique perpendiculari erit planum. Ita Mendo.

Sed ego magis adhæreo sententiæ affirmatiuæ, quam præter Henriquez, & alios, tener nouissimè Anton. Escobar in Theolog. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 1. cap. 25. numero 395. qui ex Rodriguez firmat, quod Bulla compositionis prodest defuncto, si ipsi antequam obiret, iussit suo hæredi, aut alteri, vt sibi tot compositionis Bullas, pro exoneratione suæ conscientie sumeret, cum sapientum consultatione.

Notandum est hic obiter primò Bullam compositionis non prodesse his, qui praua eius confidentia bona aliena illicitè acquisierunt. Quia id expressè in Bulla vulgari commissarius apposuit,

Nam quod

quod tanquam conditionem, omnino necessariam requirit, quam potuit licite apponere, etiam si clarè in Latina non habeatur, facultate generali sibi in eadem Bulla in Pontifice concessa. Per confidentiam autem intelligo positivam tantum, id est, quando Bulla compositionis est immediatum motuum, & finis principalis iniustæ acceptationis. Unde non prohibetur compositio, si fiducia tantum est negatiua, nempe si iam decreuerat furta facere, aut ea diutius retinere, & tamen negligenter se habet ad restitutionem ob Bullæ confidentiam, & aufert scrupulum, aut timorem, ut facilius id præster. Ita Escobar supra, & alij penes ipsum.

Nota secundò, quod si creditor ita absens est, ut nequeas debitum illi persolvere, neque speras brevi tempore posse, ob cuius causam excusatis à restitutione faciendâ, est Sotus in 4. dist. 21. quæstio. 2. art. 4. & lib. 4. de iust. qu. 7. art. 1. existimet compositioni locum non esse: quia absolute, & simpliciter, non est debitum incertum, sed certum, & Bulla solum remissionem debitorum incertorum concedit. At reditus alij oppositum censent, quia eo casu illud debitum humano, & morali modo reputatur incertum, eo quod domino reddi non potest; domino enim perinde est carere debito, quia absens, vel quia debitori est ignotus, si æquè ex absentia, ac ignorantia excusatur debitor à restitutione illi faciendâ. Ita Castrus Palaus 10. 4. tr. 2. 5. punct. ult. §. 1. n. 2. & alij penes ipsum.

Nota tertio, esse magnam controuersiam, an si bona, quæ tibi in hac compositione remissa sunt, extant in specie, vel æquiualeter quatenus eorum occasione ditior factus es, cum creditor comparat, neque præscriptione te tueri potes, tenearis ea creditori reddere: Affirmat Caietanus, Corduba, Rodriguez, & Villalobos: Quia non videtur rationi consonum, dominio suorum bonorum creditorem ignotum absolute spoliare. Præterquam quod hæc remissio fit ex præsumpta creditoris absolute, quæ præsumi non potest absoluta, sed conditionata, & limitata, dum ipse non comparuerit: id enim est ei vitiosus. Secundo creditor poterit debita illa vbicumque inuenit, vendicare, eaque postulare in iudicio, & index obligatur est reddere. Quæ omnia cum non nitantur falsæ præsumptioni, obligationem in foro conscientie probant.

Verum mihi contraria sententia magis placet: Dico itaque, quod licet in tali casu hæc compositio pro foro externo non prodest. Sicut enim absolutio Bullæ regulariter loquendo à peccatis, & censuris in foro exteriori non liberat, ita nec compositio. Unde si forte verus dominus inueniatur, & conueniat hominem illum qui se composuit Bullæ, vel Commissarij (ex Bulla) beneficio: Index eum ad soluendum compellet; Ante condemnationem autem tutus est in conscientia, nec se ad solutionem tenetur offerre, sed sufficit ad obediendum iustæ sententiae esse paratum. Ita ex Henriquez docet P. Escobar ubi sup. cap. 25. num. 404. & Pater Mendo disp. 33. c. 3. n. 27. & 33. qui respondet ad argumenta superius adducta.

Idem etiam docet Bannez in 2. 2. D. Thom. qu. 66. art. 5. dub. 8. Cardin. Lugo de iust. in 1. dist. 21. sect. 7. & Castrus Palaus 10. 5. tr. 1. 5. punct. ult. §. 1. nu. 7. plures rationes adducens pro hac sententia, qui postea querit an Bullæ compositio possit etiam pro foro externo valere: Et contra Cordubam, Rodriguez, & Villalobos putat cum Acolta, quod

Commissarij potestas ad hanc remissionem, & compositionem faciendam restricta non sit pro foro conscientie, sicuti fuit restricta potestas dispensandi in impedimento affinitatis. Quia ratione diximus, potestatem dispensandi in irregularitatibus, in interdicto, &c. pro vtroque foro prodesse: quia fuit sub limitatione fori interni concessa. Verum, ut hæc compositio in foro externo tibi prosit, & creditorem exigentem debitum possis exceptione compositionis repellere; debes, cum compositionem, & remissionem obtines præmittere autoritate Commissarij; informationem, te non posse creditori debitum reddere: vel quia non comparat; vel quia ita est absens, ut moraliter sit impossibile. Aliàs si hæc informatio compositioni non præcessit; non poteris in foro exteriori aduersus creditorem te tueri: quia non constat de compositionis iustitia. Ita Palaus.

An pauperes, qui res aliquas inuentas pro elemosyna habuerunt, si dominus verus compareat, teneantur illas restituere?

RESOLVT. XII.

Negatiuam sententiam sustinet Sotus li. 5. qu. 3. art. 3. ad 2. Ledesma 1. part. 4. q. 1. art. 5. Petrus de Nauarra lib. 4. de restitut. cap. 2. nu. 45. etiam si in propria specie res existat, vel ob eius consumptionem ditiores facti fuerint, quia non multo, sed in elemosynam acceperunt, sicuti si ipse dominus rem illis concessisset.

Verum magis probabiliter dicendum est, in tali casu obligationem restituendi adesse; & ita docet Molina de iust. tr. 2. disp. 746. in fine; Laym. lib. 3. sect. 5. tr. 1. c. 5. in fin. Cast. Palaus 10. 7. tr. 3. 2. disp. un. punct. 19. n. 8. quibus adde Andr. Mendo in Bull. Cruc. disp. 23. cap. 3. n. 19. Probatur, quia non est verisimile Rempublicam intendere priuare dominum absolute dominio, & vsu propriæ rei, sed tantum pauperibus concedere dominium & vsu illius, dum dominus non comparuerit. Quod inde conuincitur, quia dominus potest in foro externo vindicare rem suam vbicumque sit; signum ergo est illius dominium non amisisse. Idem est dicendum de proprio inuentore, si sibi tanquam pauperi rem inuentam applicauerit nimirum non esse obligatum re consumpta pretium illius domino reddere, bene tamen obligatur, si ditior factus est, vel res in propria specie existat. At hoc limitat & bene Pater Mendo nisi in casu quo tempus legitime vsucapionis, aut præscriptionis transactum fuerit: tunc enim Dominus desinit esse talis, nec rem valet recuperare, cum absolute fuerit translatum dominium per eam præscriptionem.

Notandum est tamen hic, ut ego olim docui satis probabilem esse opinionem afferentem, bona inuenta, & incerta non esse pauperibus restituenda, sed posse illa inuentores sibi retinere; licet contraria opinio sit consulenda tanquam magis pia, & tutior. Et ita tenet præter Doctores à me alibi citatos Dicastillus Iun. libro 2. tractat. 2. disputat. 9. dub. 15. num. 431. & Andreas Mendo disp. 33. cap. 2. numero 16.

Et hanc sententiam nouissime tanquam probabilem admittit Pater Antonius Escobar in Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 1. cap. 25. num. 422. Probatur hæc opinio; quia nec iure naturali, nec positio hæc inuenta

inuenta pauperibus, alijsve pijs operibus applicanda sunt, cedunt ergo inuentori. Et quidem quod ex iure naturali nulla huius distributionis adit obligatio, ea ratione conuincor, quia hoc iure spectato quod omnibus gentibus commune est, potius præsumi debet velle dominum, ut inuentor rem inuentam seruet, aut consumat, cum onere, & obligatione reddendi si forte compareat, quam ut in Elemosynas, aliaque pia opera expendat, unde nunquam recuperare poterit. Minus autem ex iure positio colligi hæc obligatio potest, siquidem nullus est textus, qui de his bonis inuentis disponat: nam cap. cum tu; de vsuris; & cap. cum sit, de iudicio expressè loquuntur de iis quæ iniuste sunt acquisita. Ob quam iniustitiam meritò Ius Canonicum ea pijs operibus addidit, & à possidente abstulit, Textus vero, si quid inuenisti, & Textus Multi 14. quæstion. 5. afferentes, furem esse, & raptores qui inuenta non reddidit, subintelligendi sunt (inquit Glossa de eo, qui voluntatem habet non reddendi domino comparenti, ut constat ex verbis sequentibus Deus cor interogat, non manus, &c.

Nec obstat dicere quod consuetudine inter fideles videtur præscriptum, ut hæc bona in pios vsus expendantur: cui consuetudini maxime fauent varia priuilegia à Pontificibus concessa Religioni Sanctæ Mariæ de Mercede, Commissario Cruciatæ, & alijs, ut sub excommunicatione compellant detentores ea sibi exhibere in redemptionem captiuorum, subsidium belli infideles, aliaque similia. Si enim Pontifices censent nullam detentoribus inesse obligationem ea bona in pios vsus expendendi, nullatenus sub excommunicationis pœna id præciperent.

Non inquam hæc obstant, & incipiendo ab hoc ultimo respondeo cum Andrea Mendo loco citato numero 19. Pontificum priuilegia, & excommunicationes non statuere illam sententiam ut certam, vel definitam; sed eam sequentes, velut probabilem, & forte ipsis certiore, eiusmodi priuilegia iudulfilie; excommunicationisque pœnam in eos decreuisse, qui suam ipsorum sequentes sententiam, præuā conscientia prædicta bona retinerent; quæ tamen pœna sectantes nostram sententiam non vtegit; nec in illam incident, quamuis bona inuenta non manifestent, nec tradant. Consuetudo demum, à qua arguitur, non est constans, quin potius credam, consuetudinem contrariam plus vigere; & inuentores sibi res inuentas appropriare, (utinam id præsent post diligentiam in domino inuestigando adhibitam) cum non desint, qui eis sententiam nostram saltem probabilem (de quo dubitari nequit, inspecta auctoritate extrinseca) inditent, quam libentius sequentur, quam oppositam.

Nota tamen hic, quod inuentor qui bona sibi qua reperit applicauit, domino comparent tenetur ea ipsi reddere, dum tamen compareat antequam transeat tempus necessarium ad præscribendum, seu vsucapiendum iuxta qualitatem rei inuentæ; de quo tempore ex professo tractant Iuristæ in tit. de præscript. & in tit. de vsucapion.

Itaque concludo, & oppono circa præsentem difficultatem in praxi sapienter occurrentem, regulam generalem. Quando bona incerta sunt iniuste acquisita, nec post adhibitam sedulam diligentiam dominus comparet, debentur pijs operibus. Quando autem sunt iniuste occupata, ut sunt inuenta, post eam diligentiam, potest quis sibi asseruare, Anton. Diana Pars XI.

cum intentione reddendi ea domino, si compareat intra legitimum tempus, de quo paulo infra. Ita Mendo numero 21. qui tandem concludit nullam esse in conscientia obligationem reddendi, bona incerta inuenta, siue inanimata, siue animata, Cruciatæ; aut Sacris Religionibus Trinitatis, vel Beatæ Mariæ de Mercede. Etenim inuentor tuta conscientia potest sibi ea bona asseruare; & priuilegia, ac excommunicationes quæuis, etiam quæ nuncupantur Paulinæ, & solent à Fratribus Prædicatorum Religionum pro bonis inuentis, sibi manifestandis impetrari, contrarium non conuincunt, ut constat ex numero 19. Idemque dicendum est de Cruciatæ, quamuis excommunicationis pœnam ferat contra detentores eiusmodi bonorum. Verum tamen est, in foro externo compellendum fore inuentorem à prædictis, ut inuenta tradat, si de illis constat. Vide etiam Castrum Palaum tom. 7. tract. 31. disp. un. punct. 29. numero 6.

An Bulla Cruciatæ vinorum prosit in aliquo casu iam mortuis?

RESOLVT. XIII.

Affirmatiuè responder Henriquez libro 7. de Indulg. capit. 20. numero octauo in Glossa littera T. & Z. docet enim posse accipi Bullam pro defuncto ad effectum vtrumque, nempe, ut in loco Sacro sepeliatur, & ab excommunicatione absolutio illi præstetur, & consequenter suffragia Ecclesiæ offerantur pro ipso, Trullench in Bull. leg. 1. §. 1. dubit. 2. num. 6. non audeat affirmare, id posse fieri, inconsulto Prælato; & lib. 1. §. 3. dubit. 10. num. 1. ait, hoc non improbabile videri, & quamuis ibi solum agere videatur de sepultura tempore interdicti præstanda, tamen ratio, cui innititur, & verba quæ pro se ex P. Henriquez transcribit, idem probant de absolute ab excommunicationis vinculo defuncto impertiendâ.

Verum huic sententiæ non acquiescam, & illam nunquam existimasse probabilem asseruit Antonius Escobar in Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 29. prob. 7. num. 472. tantibus verbis Bullæ; Item conceditur omnibus supradictis, qui nec ibant, nec morient, si de bonis suis; &c. Et Bullæ Hispanæ illam particulam; Por quanto vos distes dos reales, &c. Quæ quidem ad viuos, non ad defunctos, manifeste dirigitur. At etsi mortuus possit ab excommunicatione absolui, non tamen per Bullam, sed ab eo, qui poterat dum vitaret, ut docent Nauarra capit. 26. numero 32. & cap. 27. n. 171. Sayt. in Thesaur. l. 1. cap. 8. n. 10. Illam Bullæ clausulam perpende: Ut possit eligere confessarium, qui eum etiam à reuerentis Papæ absolute possit; mortuus quidem nec valet confessarium eligere, nec confiteri; ergo nec à censuris per Bullam absolui.

Et ita hanc sententiam præter Escobar tenet etiam Andreas Mendo in Bull. Cruc. disputatio. 4. capit. 5. numero 24. Nec, ait, est ad oppositum sufficiens congruentia, quod ille, si viveret, velle quidem ut Bulla sumeretur, Et enim si ipse non sumpsit, voluntas, quam haberet, nihil prodest, etiam si animum eam accipiendi concepisset, quia realiter ipse postea non accipit, aut ab alio sumptam acceptat. A priori ratio est, quia in mortuo non manet voluntas virtualis, vel interpretatiua,

quippe eo expirante, omnis voluntas circa hæc, quæ quoad nos sunt expirai. Quare Pater Thomas Sanchez *disp. 28. de matrim. à n. 64.* quem sequuntur Pater Layman aliique recentes, docet, casu quo Episcopus facultatem præbeat alicui ut munus confessorij exerceat, limitatione, donec voluero, expirante Episcopo, expirare licentiam, eo quod nec virtualiter maneat iam ea voluntas, à cuius perseverantia licentia dependebat. Secus erit, si limitet sic, donec reuocauerit; quia ad reuocationem requiritur actus positivus, qui dum non habetur, facultas perseverat. Nec potest fieri ad nostrum casum paritas ex eo quod etiam defunctus ab excommunicatione absoluitur ad fruendum sepultura Sacra: Nam ad hanc absolutionem non requiritur acceptio, seu acceptatio, (qualem adhuc requisivimus) sed satisfactio partis, hæredumque cautio. Et certo mihi in comperto est, si tempore interdicti quis obeat, vel excommunicatione reservata innodatus, inquiri illico, an Bullam iam habeat, longè que abesse à mente, & persuasione fidelium, tunc ad eam accipiendam recurrere. Hæc Mendo, cui adhaereo.

Et ita hanc sententiam veram existimo, ut teneam etiam procedere si quis relinquit stipem præscriptam in hunc finem, ut post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur, nam in tali casu, ut dixi, puto Bullam ei non prodesse etiam in ordine ad sepulturam: Quia nunquam Bulla incipit esse utilis, nisi realiter, & cum effectu sumatur, ex alia verò parte intentio capiendi illam, & destinatio Eleemosynæ, non est formaliter acceptio Bullæ; sed solum quædam veluti applicatio mediocum ad illam capiendam: ergo nequit defuncto prodesse, quamvis dum erat vivens stipem legaverit, & per consequens aliquem influxum habuerit in sumptionem ipsam, quæ sit post mortem: probatur ista consequentia, quia eo momento, quo Bulla sumitur non inuenitur subiectum habile, seu capax, inde est ut inutiliter pro ipso defuncto sumatur. Et ita hanc sententiam tenet Pater Bardi in *Bull. Cruc. part. 1. tract. 2. c. 4. sect. 6. n. 98.*

An possit quis, frui privilegii Bullæ Cruciatæ, si sciat amicum pro illo singulis annis accipere, antequam certior fiat de Bulla suo nomine accepta?

RESOLVT. XIV.

Olim affirmatiuè respondi, sed nominatim contra me negatiuam sententiam tenet Magister Gallego in *Bull. Cruc. c. 14. claus. 14. dubit. 180.* ubi sic ait; La secunda sententia (que tengo por cierta) enseña, que ninguno puede vsar seguramente de las facultades, y privilegios que concede la Bulla, sino tiene auiso cierto de que se la han tomado, porque en negocio de tanta importancia como es la absolucion de las censuras, y pecados reservados, &c. no basta este genero de certeza moral, que se la toman todos los annos, y que el amigo le diò palabra de tomarla, porque esta vida està sugeta à varias contingencias, y se puede el Padre, o su amigo morir, ò estar muy enfermo, ò descuidarse en tomarla, ò olvidarse; y assi no teniendo de hecho la Bulla, ò noticia de que se la han tomado, no se puede dezir, que puede el confessor absoluerle por ella,

pues no sabe de cierto que tenga tal iurisdiccion, porque para cosa tan graue en que le dà iurisdiccion el Papa para absoluer, y comutar votos, &c. es necessario saberque tiene iurisdiccion, y facultad para ello: y assi no basta la costumbre de que se la toman cada año estando ausente, ni palabra del amigo que se lo prometio, porque todo esto no es infalible, y cierto, sino muy falible, y incierto, sugeto (como hemos dicho) à las varias contingencias, y successos desta miserable vida. Ita ille.

Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato tenet Pater Escobar in *Tacolanoral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. c. 18. probl. 5. n. 466.* & me citato Pater Mendo in *Bull. Cruc. disp. 2. c. 1. num. 3.* ambo præstantissimi Theologi inclitæ Societatis Iesu, quibus adde etiam me citato Ioannem de Soria in *epilogo summ. par. 2. tra. 1. sect. 2. disp. 8. in princ.* & Remigium in *Præf. Confess. tract. 7. c. 1. §. 8. n. 1.* ubi sic ait. El que sabe que su Padre ò amigo lo roma cada año la Bulla, puede gozar de sus priuilegios, aunque toda via no le ayau auisado, de como la tomaron: Quia sufficit hæc certitudo moralis. Lo mismo desende Villalobos, del que se partiò del lugar donde se toma la Bulla, y le prometió vn amigo fide digno, que la tomaria por el al publicarse. Ita ille.

Nec obstat quod ait Trullench, & Magister Gallego, eam certitudinem non esse sufficientem in re tanti momenti, esseque incertam eam præsumptionem in re, quæ concernit materiam Sacramentorum, eo quod potuerit aliquid impedimentum accidisse, mortis, morbi, aut similis accipientibus Bullam aliis annis. Additque si Episcopus quotannis soleat facultatem mihi præbere ad absolvendum à reservatis, & sim moraliter certus, eam denuò fore concessurum; tamen quia potest mutare consilium, me non posse absolueri, donec de concessione constet; ergo nec Confessor electus per Bullam, donec de eius acceptione liqueat. Non, inquam, hoc obstat, nam ea est certitudo moralis iam acceptæ Bullæ non sola præsumptio accipiendæ, sicut est præsumptio concedendæ ab Episcopo licentiæ absolvendæ à reservatis, si enim esset certitudo moralis licentiæ iam concessæ idem dicerem de ea, pariter ob rationem: & quamvis res sit grauissima, ea certitudo sufficiens est, homines quippe prudenter operantur, dum eis de aliqua re ita liquet, ut in moralibus nequeat maior esse certitudo; nec moraliter sit periculum, quod fallantur: curandum tamen est, ut talis sit certitudo, quæ periculo falsitatis nisi ob rarum contingens, & moraliter non eueniens, minimè exponatur. Si enim talis certitudo non sit, assentior contrariis Auctoribus: & quidem si quis seruo fideli commendasset acceptionem Bullæ, posteaque ab eo accidisset, iam esse acceptam, & seruata, quamvis ipse eam physicè non acciperet, nec videret; nemo inficias ibit posse eius priuilegiis gaudere; & tamen solum habet certitudinem morale, in quo casu instantur argumenta contraria. Certitudo igitur moralis, quæ sufficiens est ad iurandum assertiuè aliquid, non est, cur in præsentem non sufficiat. Non tamen sat est probabilitas moralis; licet enim possit quis se conformare opinioni probabilis, non datur opinio probabilis in hoc, quod sola cum probabilitate morali exposita moraliter periculo falsitatis acceptionis Bullæ, possit quis illa gaudere; opinio enim benignior exigit certitudinem moralem, quæ non paritur ex rationibus moraliter probabilibus, sed moraliter certis. Hæc omnia Pater Mendo.

Et

Et hanc opinionem docet Escobar procedere, si experimento vnus, aut alterius anni comperissem, propinquum, aut amicum meo nomine Bullam accipere, ad priuilegiorum vsu sic me gererem, ac si Bulla meas percutasset ad manus; quia experientia illa certitudinem moralem efficit, quæ ad moralia sufficit.

Sed ut verum fatear ego non assentior viro amicissimo quoad experimentum tantum vnus anni, nam requiro adminus experimentum duorum annorum.

Notandum est hic obiter, Ioannem de Soria *vbi supra* docere quod non possunt condemnari illi qui in diebus Dominicis Quadragesimalibus absque Bulla lactinia manducant: quia secundum ius commune dies Domini, non appellantur dies Quadragesimales. Idem dicendum de Regularibus, & Presbyteris secularibus. Hanc sententiam probabilem esse existimat Escobar *loc. cit. lib. 7. sect. 2. cap. 3. 1. probl. 16. num. 502.* imò illam tanquam probabiliorum tenet Andr. Mendo *vbi supra in Bull. Cruc. disputatio. 18. cap. 1. num. 26. & 29.* ubi sic ait; Ut autem ad quæstionem redeamus, cenfeo, tertiam sententiam esse veritati magis conformem, tutamque in praxi. Quippe in Bulla Latina, postquam concessum est priuilegium ad edenda oua, & lactinia temporibus ieiuniorum, etiam Quadragesimalibus, ab hoc priuilegio excipiuntur Prælati presbyteri, & Regulares, at priuilegium duntaxat conceditur ad dies ieiuniorum; ergo quia in diebus non ieiunij nullo opus est priuilegio; huiusmodi autem sunt Dominicæ Quadragesimæ, igitur in eis absque priuilegio, aut Bulla omnes indiscriminatim possunt edere oua, & lactinia; cum in illis diebus non ieiunij, nulla sit in iure communi prohibitio, *ut supra dicebamus.*

Aduersantis sententiæ fundamentum est; quia in Bulla Hispana excipiuntur Prælati, Presbyteri, & Regulares à priuilegio vescendi ouis, ac lactiniis, en quanto à los dias de Quaresma; Dies autem Quadragesimæ sunt Dominicæ. Quod inde confirmatur, quia olim asserbatur in ea Bulla prædictos excipi à priuilegio præfato in ieiuniis Quadragesimæ; posteaque fuit emendatum à Commissario, qui de hoc Pontificem consulit, & apposuit loca ieiuniorum Quadragesimæ, dies Quadragesimæ; quæ vox amplius extenditur. Vtremque confirmo; quia idem declarasse Pontificem in Bulla speciali, & in ea statuisse Dominicæ Quadragesimæ cæteris diebus eiusdem Quadragesimæ fore annumerandas quoad abstinentiam ab ouis, & lactiniis, testatus est mihi vir doctus, & grauis, qui Bullam legisse affirmavit.

Nihilominus standum est nostræ assertioni, & dicendo pro eodem sumi in Bulla Hispana dies Quadragesimales, ac ieiunia Quadragesimalia; quæ acceptio conformis est iuri, in quo Dominicæ Quadragesimæ non comprehenduntur sub diebus Quadragesimæ: *intra c. Quadragesima, de consec. dist. 5.* Deinde ut sæpè monuimus, substantia verborum Bullæ Latinæ mutari nequit à commissario, estò possit declarari, si dubia sit; non autem est dubia in hoc puncto, ut ex verbis allatis patet. Nec sufficit, ita declarasse Pontificem consultum, si authenticè non constet de ea declaratione, ut docent Trullen. Diana, & alij, non autem sic constat. Similiter Bulla, aut Breue, quod asserit fuisse denuò expeditum declarans, dies Dominicæ Quadragesimæ annumerandas esse ieiunij diebus quoad abstinentiam ab ouis, & lactiniis, publicatum sanè non

Anton. Diana Pars XI.

nec authenticè de eo constat, & post non exiguam sollicitudinem nec inuenire illud potui, nec notitiam illius esse vulgatam, comperi. Si ergo de illo certum constiterit, omnino ei erit standum; sicut, & consuetudini, si contraria detur legitime præscripta. Hucvique Pater Mendo.

Sed ego hanc sententiam semel, & iterum improbauit, & hic Romæ non admittitur, & scio ex ordine Sacræ Congregationis indicis fuisse in libro cuiusdam Auctoris deletam, qui postea folio recuso mutauit, me citato, sententiam, quam antea docuerat. Nemo itaque potest in diebus Dominicis Quadragesimæ edere oua, & lactinia absque Bulla Cruciatæ.

Quod autem Sacerdotes etiam Regulares possint comedere in diebus Dominicis Quadragesimæ oua, & lactinia sumentes Bullam Cruciatæ, & docet me citato Magister Gallego *vbi supra dubit. 49.* & me citato P. Bardi in *Bull. Cruc. part. 2. tra. 3. sect. 6. num. 58. cum 63.* & me citato Marcus Serius in *Bull. Cruc. disp. 1. diff. 7. §. 5. quest. 13. num. 3.* & me citato P. Escobar *vbi supra probl. 17. num. 505.* & me citato P. Pasqual. in *praxi ieiun. decis. 173. numer. 5.* & me citato Narbona in *annal. iur. an. 60. quest. 3. numer. 4.* Idem etiam docet Castr. Palaus *tom. 4. tract. 25. pun. 7. num. 8.* & Ant. Fernand. in *instruct. Confess. part. 1. docum. 6. §. 1.* Quidquid in contrarium asserant Rodriguez, Henriquez, Villalob. Sancius, Ortiz, Vegha, & Gallego *vbi supra cit.*

Verum ex his ego olim consului, posse Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, &c. existentes in Regnis Hispaniarum, sumentes Bullam Cruciatæ ordinariam, comedere lactinia in diebus Dominicis Quadragesimæ. Dixi Bullam Cruciatæ ordinariam; nam sumentes aliam Bullam lactiniorum, possunt illa comedere singulis diebus Quadragesimæ, demptis aliquibus provt in dicta Bulla habetur.

Probantur omnia superius dicta, quia in Bulla Latina prohibetur Sacerdotibus, & Regularibus aliisque exceptis vsu ouorum, ac lactiniorum in diebus ieiunij Quadragesimæ; ergo extra hos dies possunt illis vesci; atqui dies Domini non sunt Quadragesimalis ieiunij dies, sed tantum dies abstinentiæ à cibis prohibitis, scilicet à carnibus, ouis, & lactiniis, ut experientia constat; ergo in illis possunt excepti per Bullam, oua, & lactinia comedere.

Itaque dies Dominicæ in Quadragesima non sunt Quadragesimæ dies: idem enim sunt dies ieiunij Quadragesimæ, ac dies Quadragesimæ; atqui dies Domini non sunt dies ieiunij Quadragesimæ; ergo nec Quadragesimæ dies. Ostendo autem aperte Dominicæ Quadragesimæ non esse Quadragesimæ dies. Quadragesima incipit à Dominica prima post dies Cinerum, & in die Cœnæ Domini terminatur; quia eo in die Dominus Pascha celebravit: ut vero completeretur quadraginta dierum numerus, ex quibus constat Quadragesimale ieiunium, statuit Ecclesia illos dies quatuor ante Dominicam primam Quadragesimæ, & alios duos Veneris, & Sabbati post Cœnam Domini esse dies ieiunij Quadragesimalis, loco sex dierum Dominicarum Quadragesimæ.

N n 3

An

An virtute Bulla Cruciatæ vel Iubilæi possit commutari votum virginittatis seruandæ, si non constet de intentione vouentis an intellexerit de virginittate perpetua?

RESOLVT. XV.

EGo ex Sanchez olim negatiuè respondi, & Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. qu. 113. me citato iudicat non posse commutari hoc votum per Bullam, quia opus erat ad hanc commutationem, vt vouens expresse noluisse se obligare ad integram castitatem seruandam. Et verba Leandri sunt hæc; An virtute Bullæ, aut Iubilæi possit commutari votum virginittatis seruandæ: Respondeo. Non posse: nisi casu quo expresse noluerit vouens se ad castitatem obligare, sed ad solam corporis integritatem seruandam, consistentem in abstinencia à primo actu luxuriæ, per quem virginittas deperditur; quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum absolutum castitatis; ac proinde incommutabile vi Bullæ, aut Iubilæi.

Verum non desinam hic adnotare, supradicta ingerere difficultatem docto Parti Andreae Mendo in Bull. Cruciatæ disputatio. 26. capit. 10. numero 107. nam communi nec vouendi, & loquendi in hac materia, standum est, dum de contraria intentione non constat. Communis autem videtur esse, vt sola abstinencia à primo actu venereo, quo virginittas amittitur, promittatur. Et si enim vt aiebat Sanctus Isidorus Hispalensis lib. sent. capit. 40. virgo carne, non mente, nullum præmium habet in re promissionis; hoc est, non habet virginittatis laureolam, at tamen res est Deo placens ea abstinencia à primo actu venereo, & separabilis ab integritate castitas, vnde promitti Deo potest. Aliunde autem ea abstinencia est, quæ nuncupatur communiter virginittas, ideoque scemina iudicatur virgo, quæ claustrum virginittatis seruat illæsum, quamuis aliis actibus contra castitatem consenserit, id ergo, quod communiter vocatur virginittas, videtur promitti in voto virginittatis nudè lumpo. Confirmatur, quia promittens virginittatem, quam adhuc non amisit, quid diuersum à castitate censetur promittere, aliàs promitteret tunc castitatem perfectam, siquidem in voto castitatis emissio à virgine, etiam includitur votum virginittatis, ergo in eo voto non promittit absolute castitatem. Hæc omnia Mendo.

An votum castitatis emissum ante contractum matrimonium, possit commutari virtute Priuilegiorum, quibus fruuntur Regulares, vt vouens possit petere debitum?

RESOLVT. XVI.

Negatiuam sententiam docet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputatio. 14. questione 117. vbi quærens, an votum castitatis emissum ante contractum matrimonium possit virtute Bullæ, aut Iubilæi commutari à confessario, vt possit vouens petere debitum. Et respondet non posse virtute Bullæ, aut Iubilæi, aut priuilegiorum Religionis. Quia

cum castitatis votum sit Pontifici reseruatum, eidem ipsius obligatio, quæ est, nec coniugis debitum petatur, reseruata est. Ita Leander.

Verùm ego libenter ipsi adhæreo quoad Bullam Cruciatæ, & Iubilæum, vt alibi docui, & docet Escobar in Theolog. moral. tom. 1. libro 7. sect. 2. cap. 34. Probl. 87. numer. 724. Magister Gallego in Bull. Cruc. capit. 9. claus. 9. par. 3. §. 1. dubitatio. 169. & alij. Tamen profusus dissentio quoad Priuilegia Regularia, & ita docet Andreas Mendo in Bull. Cruc. disputatio. 26. c. 11. n. 120. vbi me citato sic ait. In fertur duodecimo, votum castitatis emissum ante contractum matrimonium, non posse commutari virtute Bullæ, vt possit vouens petere debitum. Ratio, quia illud votum fuit absolutum omnimodæ castitatis, & perfectum, quare nulla eius obligationis pars potest commutari, nisi ab eo, cui est tota obligatio reseruata, nempe Pontifici, vel ex eius indulto id specialiter concedente. Nec obstat, Episcopum posse dispensare in eo voto ad petendum debitum. Nam vt omnes prædicti Auctores docent, id queunt Episcopi ex iure speciali, aut ex consuetudine, non vero id prouenit ex natura reseruationis, per Bullam autem commutari possunt ea vota, in quibus potest Episcopus dispensare, non ex iure speciali, aut consuetudine, sed attenda reseruationis natura.

Falso autem asserit Leander, non posse commutationem prædictam fieri, non solum per Bullam, aut Iubilæum, sed nec per priuilegia Religionum. Etenim per ea priuilegia potest dispensari, & à fortiori commutari cum his, qui post emissum votum simplex castitatis, matrimonium contraxerunt, ad hoc vt debitum petere valeant, admonito eo, cum quo dispensatur, vt votum seruet, si coniugi sit superstes. Sic concessit Pius V. Franciscanis die 26. Octobris anno 1569. Quo priuilegio fruuntur omnes Religiones communicantes in cæterarum priuilegijs. Et in nostra Societate eo vti queunt omnes confessarij, quibus Prouinciales id commiserint, vt habetur in Compendio priuilegiorum Societatis, verbo, dispensatio §. 9. Ita Mendo, cui adde Martin. de San. Ioseph in Regul. Sancti Francis. par. 2. §. dispensatio. n. 12. & 14. vbi me citato putat, quod hæc dispensatio ad petendum debitum potest fieri extra Sacramentum Pœnitentiæ, & in casu necessitatis in abstinencia per scriptum.

An qui emisit votum disiunctiuum, v.g. castitatis, aut ieiunij, si elegit votum reseruatum castitatis, possit adhuc commutari per Bullam Cruciatæ, vel per Iubilæum?

RESOLVT. XVII.

Negatiuam sententiam tenet nouissimè Magister Gallego in Bull. Cruc. cap. 9. claus. 9. par. 3. dubitatio. 156. vbi sic ait. Aduertase, que el que hizo semejante voto disiunctiuo, si huuiesse eligido ya vna parte reseruada, no se podrá comutar, porque ya por fuerza del voto està obligado à guardar castidad que es reseruada.

Esto enseña tambien Thomas Sanchez libro 8. de matrimonio, disputatio. 9. y en la suma lib. 4. capit. 40. Bonacina sobre el segundo precepto de Decalogo, disp. 14. quest. 2. punct. 7. §. 4. Fagundes sobre el mismo precepto lib. 2. cap. 43. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 20. quest. 10. Santarel o

Santarello de Iubilæo, quest. 8. sect. 1. Sayro in Clauis Regia lib. 6. cap. 11. Agidio Trullench. sobre el Decalogo libro 2. cap. 2. dub. 39. Y no vale lo que dize Maldeño en la 2.2. tract. 10. cap. 15. dub. 10. que este tal despues de auer excogido la materia reseruada, se puede arrepentir, y elegir la otra. Digo que no vale, porque el poderse arrepentir, no quita que no aya escogido por voto la materia reseruada, y vna vez escogida, no està en su mano (aunque si el arrepentir se) que no sea materia reseruada ya votada: y assi no se le podrá comutar vna vez escogida la reseruada, con la qual queda respondido à lo que dize Andreas Mendo de Bulla disp. 26. cap. 10. el qual sigue la sentencia de Maldeño, y tambien la sigue Bardi en el lugar alegado. Ita ille.

Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo, & præter Bardi, & Mendo illam docet me citato Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quest. 143. & me citato Quintanadueña de Iubil. duar. hebdomadar. cap. 12. num. 15. & me citato Pater Escobar in theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. cap. 34. probl. 81. num. 705. asserens in casu proposito; Vouens etiam si elegerit votum reseruatum commutari posse Indulto Cruciatæ, modo de nouo non promittat illud, quod eligit. Quia si ex vi primæ promissionis potest eligere non reseruatum, dum de nouo quod eligit, non promittit, adhuc poterit variare Fateor huiusmodi electionis varietatem ex leuitate animi ortum habere, assero tamen non impedire, dum non additur nouæ promissionis confirmatio, quominus votum disiunctiuum valeat commutari, ex iure quod vouens habet eligendi, quod reseruatum minimè existit.

Hanc etiam sententiam tenent Suarez tom. 2. de relig. libro 6. de voto cap. 24. numero 3. Layman lib. 4. theol. moral. tract. 4. cap. 8. numero 12. Filiucius 17. 26. capit. 10. num. 272. Palaus par. 3. oper. mor. disp. 2. punct. 11. num. 6. Bossius sect. 2. de Iubil. cap. 1. num. 7. Motonus respons. 98. num. 376. & 377. & ita ego iterum sentio casu quo eligens eam partem, non promittit illam de nouo, itavt votum sit iam materiæ reseruatae absolutum, ac determinatum. Etenim hoc votum in emissionem sui non fuit reseruatum, ergo dum non renouatur, non potest fieri ab eligente partem reseruatum, esse reseruatum. Quod enim in radice imperfectum est, ideoque non reseruatum, semper secum fert eam imperfectionem; nec potest quis efficere, vt illudmet votum in reseruatum, & perfectum transeat. Sicut votum pœnale, & merè conditionale, quamuis maneat absolutum, & determinatum, apposita conditione, non esse reseruatum diximus ob similem rationem.

Nec obstat, in humanis debitorem in alternatiuis non posse resilire, si vnâ partem elegerit. Nam hoc duntaxat probat, sicut in humanis tenetur quis ad eam partem à se electam præstandam, ita in voto teneri eligentem ad præstandam materiam à se electam quod non inficiamur, sed asserimus hanc obligationem posse commutari, sicut in humanis ea obligatio potest à creditore commutari, & relaxari. Instaturque, nam in humanis debitor sub conditione tenetur præstare debitum, conditione impleta, sicut in voto conditionato tenetur vouens exequi rem promissam, impleta conditione, & tamen non exindè probatur hoc votum conditionatum non posse commutari. Ratio à priori est; quia in humanis attenditur ad obligationem, ex qua vtilitas oritur creditori, at in vo-

tis attenditur ad eorum perfectionem in primâ emissionem, vt inde dignoscatur, an sint reseruatae necne.

Nota verò quod post hæc scripta, inueni Patrem Pasqualigum nostram sententiam docere de Iubilæo, Decis. 299. num. 4. quia, ait ipse, electio materiæ facta per propositum quantumuis efficax, non immutat rationem voti præcedentis. Ergo si prius erat commutabile, & dispensabile, erit etiam facta electione, quia non potest transire de non reseruato ad esse reseruatum, nisi mutetur in ratione voti. Antecedens probatur. Propositum adueniens, quo eligitur materia reseruata non est aliqua promissio, quæ fiat Deo, neque ponit aliquam obligationem nouam, quia obligatio voti est ad alterum, atque aded non potest fundari nisi in actu, qui sit ad alterum, nam debet transferre ad ipsum voluntatem se obligandi, Propositum autem non est ad alterum, sed est sola deliberatio; qua proponens apud se deliberat de eo, quod facere vult.

Confirmatur. Eo ipso, quod propositum non inducit aliquam nouam promissionem, & obligationem, votum remanet imperfectum in ratione voti, sicuti erat antea, nam licet sit determinatum ratione propositi, non est tamen determinatum in ratione voti, & promissionis, atque adeo nec in ratione obligationis. Rursus materia voti non est pura castitas, aut Religio, sed mixta cum materia altetius partis alternatiuæ, quia vt terminat promissionem, dicit vtramque partem, & solum vnâ partem alternatiuæ, vt terminat propositum. Ergo, cum votum in ratione voti remaneat eum eadem imperfectione, quam habebat ante electionem, & cum eadem mixtione materiæ, erit dispensabile, & commutabile, sicuti erat ante electionem; Hæc omnia Pasqualigus, ex quibus pater responsio ad argumentum Magistri Gallego.

Nota hic obiter votum castitatis meum leui emissionem posse commutari virtute Cruciatæ, & Iubilæi. Ita me citato Pasqualigus Decis. 302. n. 4. & me citato Quintanadueña num. 14. & me citato Escobar: probl. 89. num. 730. & me citato Mendo n. 113. & me citato Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quest. 107.

An votum perseverandi in Religione, sit dispensabile per Bullam cruciatæ, & Iubilæum?

RESOLVT. XVIII.

Negatiuè nominatim contra me responder Magister Gallego in Bull. Cruc. c. 9. claus. 9. par. 3. §. 2. dub. 123. vbi sic ait; Supongo lo que enseña el Angelico Doctor en la 2.2. quest. 88. artic. 4. adonde pregunta: *Vtrum qui vouit Religionem ingredi, teneatur perpetuo in Religione manere?* Si el que hizo voto de entrar en Religion, tenga obligacion de perseverar en ella; y dize que como la obligacion del voto depende de la voluntad, è intencion del que le haze, si hizo voto nomas de entra en Religion no tiene obligacion por fuerza deste voto de perseverar en ella; pero si hizo voto de perseverar en ella, le obliga el voto à perseverar. Las palabras del Santo son: *Si vero vouens intendit se obligare non solum ad ingressum Religionis, sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere.*

Respondo pues, que el voto de perseverar en Religion, es referuado al Sumo Pontifice, como le es el voto de entrar en Religion, pues ambos son votos absolutos de Religion, y assi como quando vno hizo voto de Religion, es referuado, como consta, assi tambien quando haze voto de perseverar en la Religion: porque el objecto desta promessa, y voto, es la Religion, como lo es quando hizo voto de entrar en ella, y tan lexos està de que el perseverar en la Religion, sea calidad adiuncta, que antes es mas substancial al voto de Religion hazer voto de perseverar en ella, que hazer voto de entrar: y assi voluntariamente, y sin fundamento (como lo verà quien atentamente lo considerate) hablaron los Autores referidos.

Y assi como en el voto de entrar en Religion no puede cosa alguna el Obispo, ni el confessor por la Bula, por ser voto de Religion, que es referuado, tampoco pueden acerca del voto de perseverar en la Religion, pues ante este modo de voto, perfictona intrinseca, y substancialmente el voto de Religion, en que vn hombre promete entregarse, y darse à Dios en ella: Ita ille.

Hanc sententiam puto esse probabilem, sed improbabilem puto censuram quam Magister Gallego prabet sententiæ affirmatiuæ, nempe esse sententiam voluntariam, & sine fundamento, cum illa doceant tot viri doctissimi ab ipso adducti, quibus ego addo me citato Martinum de San Ioseph in *M. Confess. l. 1. c. 14. de Indulg. n. 11.* & me citato Leandrum de *Sacr. l. 1. c. 5. d. 1. q. 147.* & me citato Pasqualigum de *Ish. decis. 320.* Andreau Mendo in *Bull. Cruc. disp. 26. c. 12. nu. 135.* Escobar in *Theol. mor. t. 1. l. 7. sect. 2. c. 34. probl. 9. n. 742.* Moronum *respons. 47. n. 403.* & doctum, ac amicissimum Patrem Georgium Gobat de *Iubil. c. 4. l. 1. q. 112. n. 319.* & alios penes ipsos.

Probat hęc opinio, quia votum perseverandi in Religione est diuersum à voto Religionis; nam votum Religionis habet pro objecto, seu materia assumptionem status Religiosi: votum autem perseverandi in Religione supponit assumptionem talis status, & habet pro materia durationem, & permanentiam ipsius, quæ est qualitas quædam talis status. Vnde ex eo, quod votum Religionis sit referuatum, non fit, quod sit referuatum etiam votum perseverandi, nam referuatio, vt toties dictum est, tanquam odiosa strictè est accipienda. Confirmatur Status gratiæ supernaturalis, in quo quis iustificatur, & constituitur filius Dei, est diuersus à perseverantia in eodem statu. Vnde Concilium Trident. *sess. 6. c. 13. & Canon. 13.* definit esse magnum donum Dei, quod iam iustificatis conceditur. Ergo status quoque Religionis, & perseverantia in ipso erunt diuersa: & consequenter etiam vota, cum sint de materia diuersa.

Confirmatur secundò, Votum Religionis non obligat absolute ad perseverandum, sed tantum ad assumendum habitum, & relinquit locum, vt possit nouitiatus tempore deponi, si adsit rationabilis causa, vi cum D. Thom. *2. 2. q. 189. art. 4.* docent communiter. Ergo, cum votum perseverandi inducat diuersam obligationem, erit etiam diuersum à voto Religionis, & proinde non erit etiam referuatum ex eo quod sit referuatum votum Religionis. Vnde ex his omnibus patet responsio ad rationes, quas pro sua opinione adduxit Magister Gallego *vbi supra*; & idèd nostram sententiam existimo probabiliorem, & communiorè.

An Reges, & Principes possint de bonis incertis illicitè acquiritis compositionem facere?

RESOLVT. XIX.

Negant Sotus, Villalobos, Ludouicus à Cruz, Trullench. & Rodriguez. Affirmat Henriquez, cuius sententiam nouissimè mordicus sustinet Andreas Mendo in *Bell. Cruc. disput. 32. capit. 4. num. 34.* quia etiam iniuste sint illa bona acquisita, dum dominus est incertus, succedit Respublica loco veri Domini, qui sanè non inuitus esse debet in ea successione, cum sit filius, & membrum eius Respublicæ, & aliunde ex iure gentium non distinguitur, aut limitatur hoc dominium; præsertim cum id ius commune sit omnibus gentibus, inter quas plura sunt Regna Gentilium, & in his non datur alius, qui ea bona possit dispensare, remittere, aut componere; atque adèd Respublica in hęc munera sufficit; ergo ea potest prædicta bona componere, sicut potest remittere aut applicare in aliqua opera ipsi Respublicæ utilia.

Nec obstat dicere cum aduersariis, Principes non solere bona incerta malè acquisita componere. Quippe hoc non probat defectum potestatis in illis, sed conuenientiam non exercendi illam publicè, ac per leges, sicut per leges eam exercent circa bona incerta iuste acquisita, qualia sunt inuenta; tum quia in pœnam culpæ, quæ interuenit in acquisitione iniusta eorum bonorum, potest à Principibus ea compositio negari. Alias responsiones adducit etiam Andreas Mendo, qui etiam respondet ad alia argumenta aduersariorum; & ex sua sententia duo Corollaria infert.

Primò, casu quo milites iniuste aliquam urbem læssissent, itavt non facile constaret de dominis, quibus vnusquisque miles nocuumentum intulerat, vel etiam omnes simul, posse Regem, aut Dominum Urbis cum eis militibus compositionem facere super damno illato, quantumvis incolæ Urbis iniuri essent, dum non constaret, quisnam esset damnificatus. Imò etsi constaret, possèt alio titulo Rex eam compositionem facere, nempe pro communi pace, habet enim Rex dominium altum bonorum, quæ sui subditi possident, vt eis vitatur, cum bonum publicum cui priuatum cedere debet, exposcit. Assentiuntur huic illationi Sotus de *inst. l. 4. qu. 7. art. 1. ad 3.* Córdoba. *l. 1. qu. 39. & lib. 5. quæst. vltim. P. Henriquez libro 7. de indulgent. capite 33. num. 3.*

Alterum corollarium infert Pater Mendo videlicet, Hispanos quosdam, eiusque successores, qui apud Indos iniusto bello contra Regis Catholici instructionem obtinuerant bona, aut retinent oppida, potuisse, & posse cum Rege facere compositionem: quia cum non possit agnosci verus dominus, nec eius hæres, Rex succedit loco veri domini, & aliunde, cum ea bona fuerint Indorum infidelium, de bonis eorum nihil Pontifex disponit. Quia uis, quia ea bona iam ad fideles peruenierunt, iudicat tutius Pater Henriquez *vbi supra*, simul cum Pontifice compositionem facere, & sic monet Episcopus Chiapæ. *tr. de reg. confess. India prop. 3.* Ego quidem licet non inficiar, hoc esse tutius: illud tamen tantum esse censeo, quia bona illa iniuste à fidelibus acquisita, non sunt fidelium, sed infidelium: bona autem infidelium non subiacent clauibus Ecclesiæ; Rex verò succedit in ea bona loco

verè

veri domini, quia Rex est legitimus Indorum, vt *10. primo tomo de iure Indiarum innumeris conuincit rationibus Don Ioannes de Solorzano.* Hęc omnia docet Mendo, cuius sententiam tanquam probabilem nouissimè admittit etiam Pater Escobar in *Theol. moral. tom. 1. libro 7. capite 38. Probl. 118. num. 817.*

Sed omnia superius dicta corruerunt secundum opinionem Castri Palai *tom. 4. tr. 15. punct. vlt. §. 1. num. 5.* vbi docet, latam esse legem in *cap. Tu, de usuris*, ex qua apparet, Principes non posse compositionem incertorum facere, sed hoc ad Pontificem spectare. Vide etiam Gasparem Hurradum de *iusiuria disp. 9. difficult. 6.* vbi sic ait; Non solum Pontifex habet auctoritatem ad compositionem faciendam super debitis incertis, sed etiam Princeps secularis, dum Pontifex id non prohibeat, aut præueniat, vt de factis præueniat, applicando debita incerta, saltem aliquo pauperibus. Ita ille. Sed hi Auctores nimis generaliter loquuntur, & quidem de bonis incertis non illicitè acquisitis posse Principes disponere tradit ex communi Doctorum sententia Ioannes Dicastillo de *inst. l. 2. tr. 2. disput. 9. dub. 13. numer. 371. & ad cap. Tu, de usuris adductum à Palao, vide expositionem apud Mendo vbi supra cap. 2. num. 21. & 22.*

An, vt liberetur anima à Purgatorio in Altari priuilegiato, debeat habere Bullam Sacerdos celebrans, an qui facit celebrare?

RESOLVT. XX.

Casus est curiosus, & in Regnis Hispaniarum nimis frequens, & pro intelligentia huius difficultatis notandum est, quod per Bullam Cruciatæ suspenduntur gratiæ liberandi animam à Purgatorio concessæ in Altari Priuilegiato. Ita ego docui *part. 1. tract. 11. res. 88.* licet aliqui contrarium probabiliter sentiant, & cum ipsis nouissimè Pater Escobar *vbi infra Probl. 112. numer. 798.* & Magister Gallego in *Bullam Cruciatæ capite 12. dub. 175.* sed supposita nostra sententia ad præsentem difficultatem respondet nouissimè Pater Andreas Mendo in *Bullam Cruciatæ disput. 29. capite 4. num. 30.* vbi sic ait; Restat dignoscere, an egeat Bulla Cruciatæ is qui celebrat in Altari priuilegiato pro anima Purgatorij, an is qui facit, vt celebretur. Et suppono, si Religiosus celebrat in Altari sui Cœnobij, eum non indigere Bulla, quia, vt *infra dicemus*, & constat ex clausula præsentis; Religiosi absque Bulla valent frui gratiis, quæ ipsis concessæ sunt. In hoc dubio insinuat Emanuel Rodriguez, requirit Bullam in celebrante. At Ludouicus à Cruce tenet, requirit in faciente, vt celebratur. Tenenda est prima sententia. Etenim qui celebrat, non qui facit vt celebret, lucratur eam pro defuncto indulgentiam, sed Bulla est necessaria ei, qui lucratur indulgentiam, non ei, qui non lucratur, ergo est necessaria celebranti, & non ei, qui facit, vt celebrat.

Confirmatur à paritate, si ego intenderem, vt anima mei parentis à Purgatorio liberaretur media visitatione Altarium in die Stationis, in qua eiusmodi liberatio per Bullam conceditur, & à Ioanne poscerem, vt Altaria visitaret propter hunc finem, nullus diceret me indigere Bulla, vt finis ille

obtineatur, sed Ioannem; quia liberatio animæ tunc ab eius opere, ac intentione dependet, non à me; qui medium ad liberationem non applico, sed duntaxat preces, aut consilium impendo, vt impetrem à Ioanne quod opto. Similiter ergo qui facit vt in Altari priuilegiato celebretur, solum apponit preces, aut elemosynam, quia celebrationem obtinet non verò apponit ipsam celebrationem, quæ est medium requisitum ad consequendam pro defuncto indulgentiam, & celebrans eodem modo medium celebrationis apponit, cum id præstat rogatus, aut stipendium pro Missa accepit, ac cum vltro id ipsum exequitur. Et sanè constat soli celebranti committi facultatem liberandi animam à Purgatorio, è formula, qua conceditur, ea enim esse solet. Vt quodcumque Sacerdos aliquis Missam defunctorum in dicta Capella celebrauerit, anima ipsa per modum suffragij indulgentiam consequatur, & à pœnis Purgatorij liberetur. Hucusque Mendo.

Sed nota, Ludouicum à Cruce non docere vt vult Mendo contrariam sententiam, nam in Bulla Cruciatæ *dis. 1. capite 9. dub. 2. num. 11.* hęc asserit; Hinc etiam Presbyteri sæculares celebrantes in altari priuilegiato nequeunt absque Bulla viuorum animam à pœnis Purgatorij liberare: Imò nec Presbyteri Regulares, estò dictum Altare in eorumdem Ecclesiis existat, & celebrent pro anima alicuius defuncti Religiosi, quia huiusmodi priuilegium non conceditur pro Religiosis determinatè, sed generaliter pro omnibus fidelibus; secus si dictum Altare sit ad instantiam alicuius superioris Mendicantium concessum pro defunctis, tam Regularibus, quam sæcularibus; tunc enim si presbyter Regularis Missam celebrat pro anima defuncti Regularis, etiam absque Bulla, consequetur effectum indulgentiæ, iuxta præcitatam exceptionem. Ita Ludouicus à Cruce, qui vt vides non dissentit à sententia Patris Mendo, vnde nescio quare ipse dixerit dissentire.

Nota etiam quod post hęc scripta inueni hanc sententiam docere etiam Patrem Antonium Escobar in *sua Theol. moral. tom. 1. lib. 7. sect. 2. probl. 113. numero 802.* posito, quod per Bullam Altaris priuilegiati suspendatur indultum; & addit, si Altare priuilegiatum sit Religiosorum, tunc præter Bullam in celebrante, Bullam requirit in eo, qui celebrare facit; quia priuilegia Regularium quoad sæculares per Bullam suspenduntur, & per eandem reuoluantur, Quæ quidem sunt valde notanda; nam à pluribus nesciuntur, nec obseruantur.

Obserua etiam hęc, dictum Patrem Mendo *vbi supra*, docere ex formula apponi solita indulgentiis Pontificiis Missam defunctorum, quæ in ipsa præscribitur, sumendam esse pro Missa applicata defunctis, itavt opus non sit quod dicatur aliqua Missa ex designatis in Missali pro defunctis; sed quæcumque alia, siue de Sanctis, siue de Tempore, aut Votiva celebratur, dummodo Sacerdos eam applicet defuncto, illum à Purgatorio liberabit. Etenim valor satisfactorius æqualis est respectu animæ liberandæ à Purgatorio, siue hæc, siue illa Missa pro ea celebratur; & cum communiter nequeat Sacerdos dicere Missam ex designatis in Missali pro defunctis, siquidem tenetur celebrare de festiuitatibus occurrentibus Missam, nisi specialis urgeat ratio non apparet credibile, Pontificem concedentem Altari priuilegium præfatum, adeo illud

illud restrinxisse, vt in eo solummodo liberetur anima à Purgatorio media celebratione Missæ prædictæ, quæ non quotidie, nec communiter potest celebrari. Quin potius Pontificis mens ea videretur, vt qualibet Missa applicata defuncto liberetur anima. Hoc confirmat praxis, & persuasio fidelium; vnde in Altaribus priuilegiatis inscribitur, ibi liberati animam à Purgatorio per quamlibet Missam, quin exprimat, quænam sit Missa celebranda. Confirmatur etiam à paritate, nam eadem videtur esse concessio facta loco, seu Altari priuilegiato circa liberationem animæ media Missæ celebratione, ac facta personis. At, cum Pontifex alicui concedit, vt celebrans vbicumque Missam liberet animam à Purgatorio, id obtinentes per quamlibet Missam: ergo similiter contingit; cum id ipsum concedit Altari. Hæc Mendo. Sed ego alibi adduxi Declarationem Sacræ Congregationis in contrarium, de qua si authenticè constaret, esset quidem obseruanda.

An pœna contra duellantes in ipso facto incurrantur?

RESOLVT. XXI.

Casus est frequentissimus, & ad illum negatiuè responderet Petrus Nauarra de rest. l. 2. cap. 3. num. 292. specialiter, & nouissimè Concilium Tridentinum in d. cap. 19. §. 25. de reformatione sub grauibus pœnis vsu duellorum reprobat. Primum ipso facto, excommunicatos esse decernit dominos temporales; qui locum ad monomachiam, siue duellum in terris suis inter Christianos concesserint. Secundò priuati sunt dominio Ciuitatis, vel loci apud quem duellum sit permissum si ab Ecclesia obtinerint, vel si feudo habeatur, eo priuati ipso facto, domino directo acquiratur. Tertio ipsi pugnantes, & eorum patrini excommunicationem incurrant, & bonorum præscriptionem, ac perpetuam infamiam pœnam, & vt homicidæ puniri debeant, si qui in ipso conflictu discesserint, careant Ecclesiastica sepultura. Quarto illos, qui in causa duelli consilium dederint, aut spectaculo interfuerint, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneri. Non tamen credimus pœnas tertij, & quarti ordinis ipso facto incurri vt ex 10x. ipsius oratione colligitur. Ita Nauarra.

Sed protius eius sententiam reiciendam esse, & affirmatiuam omninò tenendam existimo. Vnde rectè nominatim contra Nauarram insurgit Doctor Sorbonicus Andreas Duualius in 2.2. Diui Thomæ tract. de Charitate quest. 17. art. 1. in fine, vbi loquens de pœnis contra duellantes sic asserit. An autem ipso facto hæc pœna ab illis incurrantur, dubitatur: Petrus enim Nauarra 2. de restitut. cap. 3. numer. 292. fol. 184. ait, duas posteriores personas ipso facto non incurrite ipsas pœnas, adeo ut ipsæ ante sententiam Prælati, sint tantum comminatoriæ. Contrarium tamen videtur probabilius; si enim domini temporales, qui solummodo duella in suis terris permittunt, de facto excommunicentur, multò magis pugnantes, & eorum patrini, qui ad ipsum duellum potius concurrunt, erunt ipso facto excommunicati. Nec est alicuius momenti quod obiicit Nauarra non eodem modo loqui Concilium de ipsis patrini, & pugnantibus, quo de dominis temporalibus; si quidem de his loquendo ait: sint

ipsi domini eo ipso excommunicati. Quando verò sermo est de pugnantibus, & patrini, solum ait: Qui verò pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, proseriptionis bonorum suorum, ac perpetuæ infamiam pœnam incurrant. In pœnis autem semper benignior pars est eligenda, vbi expressè, & aperte iura non loquuntur, vt hic contingit; non enim ait Concilium, ipsos pugnantes, & patrinos ipso facto, vel eo ipso excommunicationem incurrisse. Hoc, inquam, nullius est momenti; quippè cum hæc particula, eo ipso, subintelligenda etiam est in sequentibus pœnis, & etiam personis, præsertim cum Concilium non intenderit, magis scire in minus peccantes, quales sunt domini temporales duella permittentes; quam in eos, qui grauius peccant, & quod amplius est, cum vtrique in eodem capite, & quasi in eodem loco contineantur. Hucusque Duualius, cuius sententiam non probabilior, vt ipse putat, sed certam contra communem opinionem DD. & contra Praxim Ecclesiæ.

Non verò quod post hæc scripta inueni Decisiones Mutinenses. (ferunt Auctorem fuisse Patrem Raphaëlem Castellum Societatis Iesu) tractare hunc casum l. 9. qu. 320. & sic distinguere, nam pœna contra duellantes iuxta Constit. Summ. Pontificum, cum Sacrosancti Concilij Tridentini sess. 25. cap. 19. in duplici sunt differentia, aliæ enim sunt, quæ possunt executioni mandari absque hominis actione, & in abstinentia ab actione consistunt, verbi gratia excommunicatio, Interdictum, &c. aliæ sunt, quæ hominis actionem requirunt, vt priuatio iurisdictionis, confiscationis bonorum, priuationis Ciuitatis, Castri, aut loci, &c. Idcirco distinguendo, dicendum est, pœnas, quæ nullam requirunt hominis actionem, ipso facto, & absque sententia incurri, quia in constitutionibus pœnæ eo ipso infliguntur; Illas verò pœnas, quæ absque hominis actione non possunt executioni demandari, non incurri ante sententiam, saltem declaratoriam criminis, iuxta opinionem probabiliorum multorum; & ratio est, quia legem humanam oportet esse hominum moribus, ac naturæ congruam, & valde alienum est à natura, & moribus hominum, quod idem cogatur esse reus, ac iudex, vel etiam iustitiæ executor. Ita ibi.

Sed ex his oritur pulchrum dubium, an publicus percussor Clerici sit vitandus ante sententiam iudicis declaratoriam? Et olim in par. 3. tr. 5. res. 14. ex Couarruias, Sayro, & Fagundez negatiuam sententiam docuit, quam postea plures amplexi sunt Doctores, quos ego sparsim in meis operibus adduxi, & nunc plures addam, omnes in vnum congerendo, vt facilius à Lectoribus præ manibus habeantur. Sic itaque docet Nigrus in caremon. p. 7. §. 9. num. 20. Caspensis in curs. Theol. 2. tr. 24. disput. 2. sect. 2. num. 15. Hurtadus disp. 2. diff. 3. num. 9. de excommuni. Bordonus in Miscellan. Decis. 387. Antonellus de regim. Eccles. Epist. lib. 8. capit. 5. num. 14. Garzias in summa tract. 1. difficult. 3. dub. 2. punct. 5. numero 42. Iterum Bordonus Decis. 391. Ianuarius part. 1. resol. 65. num. 47. Cœlestinus in compend. tr. 3. capite 9. difficult. 3. Bassæus verb. Excommunicatio 7. §. unico numero 2. Escobar in Theolog. moral. tract. 4. Exam. 2. cap. 11. num. 32. Croisers in Regul. S. Francisc. lect. 9. fol. 565. Ioannes Dionysius in Addit. ad Decis. Bonon. an. 1646. mensè Iunio cas. 3. fol. 79. Castilentus in Polyantha Theol. mor. verb. Consecratio Ecclesia diff. 2. in fine Brunus Cassingham. de priuil. Regul.

Regul. tr. 2. cap. 4. propos. 6. & Nouatinus in scrutinio spiritali part. 3. cap. 38.

Habet igitur hæc sententia pro se 18. Doctores, omnes viros pietate, & Doctrina insignes, vnde probabilis, & tutam esse in praxi, nemo nisi pertinax negabit. Ideò assero quod, vt quis dicatur publicus percussor Clerici, ad hoc vt illum vitare teneamur, oportet, vt talis percussio nulla possit tergiversatione celari, & nullo iuris remedio notari; cum ergo in hoc casu possit percussor Clerici notorius dicere, se fuisse ebrium, vel in suam iustam defensionem fecisse, aut ignorasse excommunicationem percussioni esse annexam, & alia tergiversatione celari: alligando in iudicio rumoris falsitatem; propterea quamdiu non constet per iudicis sententiam, illum iuris remedio non posse excusari, nunquam dicitur notorius Clerici percussor.

An infans filius fidelis recentissime natus si ante baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat?

RESOLVT. XXII.

Casus alicubi accidit, & affirmatiuè respondet Cardinalis Lugo de Sacrament. Euchar. disp. 20. sect. 2. numer. 27. vbi sic ait: Quintò polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis, hoc est Paganus non baptizatus, quo nomine comprehenditur infans etiam non baptizatus, quando scorsim sepelitur, non quando in vtero matris grauidæ, & iam mortuus sepelitur. Ita ille, cui adde eius germanum Fratrem Franciscum Lugo de Sacrament. tom. 1. lib. 5. cap. 6. qu. 11. nu. 72. Fagundez de præcept. Eccles. p. 1. l. 3. cap. 14. n. 57. Coninch de Sacram. q. 83. num. 233. & alios.

At negatiuam sententiam inuenio docere Vgolinum de potestat. Episc. cap. 19. §. 5. vbi ita asserit: Tertio excipiuntur filij fidelium, qui nati ante baptismum mortui sunt; etsi enim per ipsos Ecclesia non polluitur, non tamen id iure cautum est, & gentiles propriè non dicuntur, in Ecclesia tamen sepeliri non debent, & ita consuetudine seruatur. Hanc etiam sententiam nouissimè cum aliqua formidine docet Episcopus Pax Iordanus t. 1. l. 5. titul. 12. nu. 211. sic enim ait. Sublimità tertio in filiis Christianorum, qui viam vniuersæ carnis ante susceptum Baptismum ingrediuntur, quoniam, & si in loco sacro non debeant sepeliri, proptè neque de consuetudine sepeliuntur: atramen, quia iure cautum non est Ecclesiam ex illorum sepultura violari, nec propriè gentiles, & infideles dicuntur: ob id pollutio minimè censetur inducta. Credere tamen talium cadauera, si à cæteris discerni possint, debere exhumari: proptè de aliis cadaueribus prohibitorum dicitur; nec absque aliquali ambiguitate huic limitationi subscribo. Ita ille.

At ego vt verum fatear non recederem ab affirmatiua sententia, nam video esse communem inter Doctores. Et ratio est, quia talis puer negatiuè saltem est infidelis, cum non habeat fidem habitualement. Ergo sub nomine infidelis censendus est comprehendi in iuribus Canonicis; vnde patet responsio ad argumentum Vgolini, & Iordani.

Sed difficultas magis existit, an Ecclesia violatur, si per Episcopum excommunicatum non tole-

ratur consecratur, aut benedicatur? Et affirmatiuam sententiam docent plures Doctores, quos citat, & sequitur Pax Iordanus vbi supra numer. 133. quibus adde Auilam de censuris part. 5. disp. 7. dub. 1. Nec videtur ob stare quod Vgolinus adducit de altari, & paramentis sacris, vt non polluantur per vsum talium excommunicatorum, non multum vrget, eo quod simplex vsus non ita participat de mala qualitate excommunicati, sicut consecratio, & benedictio; prouenientes ex ore, & manibus illorum, cum magna solemnitate, & circumstantiis.

Ad id verò, quod non habeatur in iure expressum de tali violatione, responderi poterit, virtualiter cautum cenferi, ex maiortate rationis, de qua superius: nam de similibus ad similia rectè proceditur: l. non possunt ff. de legib. nulla autem certior, & facilior via aperiri potest ad informandum arbitrium iudicantis pro similibus cognoscendis, quam rationis consideratio: vbi enim æqualis, aut maior ratio conuenit, poterit ad similia procedi, quoniam identitas rationis operatur, vt non tam extendere, quam enucleare legem videamur Menoch. de arbit. iud. libro 2. cent. p. casu 84. per totum, ex pluribus ab eo de more cumulatis.

Verum licet hæc opinio sit probabilis, & communior, ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam docet Suarez de censuris tom. 5. disp. 81. sect. 4. Coninch, & Cardinalis Lugo vbi supra. Fagundez n. 56. Layman l. 5. tr. 5. ca. 5. num. 8. Dicastillus de sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 4. dub. 7. numero 124. Nam violatio supponit consecrationem: ergo non fit consecratione ipsa; sed vel validè, vel non validè consecrat qui consecrat; validè autem consecrati, nec debere conciliari decet idem Layman, dummodo minister, seu Episcopus fidem S. Trinitatis teneat, vt habetur in c. Ecclesiis, de consecratione, distin. 1. vbi dicitur; Sicut infans à quacumque Sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, semel Baptizatus, non debet iterum Baptizari; ita nec locus Deo dicatus iterum consecrandus est; nisi proptè eas causas, quas superius nominauimus, si tamen fidem S. Trinitatis teneant, qui eum consecrauerunt.

Dicendum est igitur, Ecclesiam sic consecratam, aut benedictam, non solum validam retinere consecrationem, aut benedictionem, vt aduersarij fatentur, & significat c. Eccles. semel. de Consecratione, distin. 1. vnde colligit Layman supr. n. 9. Hæreticum Episcopum validè consecrare, seu benedicere templa, dum fidem Sanctissimæ Trinitatis teneat, sed etiam non egere reconciliatione, quia verè non est polluta. Probatur, quia nullo iure decernitur talis violatio, nec in legibus pœnalibus valet argumentum à paritate rationis, cum odia restringi debeant ad casum duntaxat expressum. Sic omnes fateantur, Ecclesiam non violari, quamuis excommunicatus non toleratus celebret in ea. Vnde patet responsio ad argumentum aduersariorum. Vide Franciscum Lugo de Sacrament. l. 5. capit. 6. p. 10. num. 67. & Marchinum de Sacram. ordin. p. 3. cap. 10. numero 11.

De quibusdam opinionibus circa reconciliationem Ecclesie consecratae si polluatur?

RESOLVT. XXIII.

Paulus Piafcius impressit duas vices suam Praxim Episcopalem, in qua p. 1. cap. 2. art. 4. num. 7. sic ait; Vbi etiam reconciliatio haberi non possit, possit ex permissione Episcopi lauari Ecclesia polluta aqua exorcizata, & celebrari interim donec reconcilietur per Episcopum, similiter, & Ecclesia nondum consecrata si polluatur, sufficit quod reconcilietur modo praedicto per simplicem Sacerdotem c. fin. de consecration. Eccles. inn. gloss. Arm. loc. supr. citat. n. 2. Ita ille etiam in secunda editione, quam ipse tradidit fuisse correctam à censoribus Romanis.

Sed aduersum illum nominatum, & merito insurgit Episcopus Iordanus t. 1. l. 5. tit. 12. num. 160. sic asserens: Piafcius docet, quod vbi reconciliatio non possit haberi statim ab Episcopo, debeat lauari Ecclesia cum aqua exorcizata, & interim celebrari in ea, donec reconcilietur per Episcopum cap. fin. de consecrat. Eccles. sic ille, qui nouum dat intellectum eidem c. fin. nimirum, vt procedat etiam in Ecclesia consecrata, donec Episcopus remanet impeditus reconciliari: communis tamen schola Can. & DD. supr. citat. interpretantur illud de sola Ecclesia non consecrata, vt litera expressè loquitur: nec in his terminis crederem Piafcium bene sentire, sed standum esse cum communi. Sic ille.

Vnde ego olim reprobaui Victoriam, Sà, & Syluium asserentes Episcopum posse committere reconciliationem Ecclesie consecratae simplici Sacerdoti, quod etiam reprobat me citato Eminentiſſimus Cardinalis Lugo de Sacram. Euchar. disp. 20. sect. 12. numer. 62. & etiam me citato Franciscus Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 5. quest. 12. nu. 95. cum aliis; & est textus clarus in cap. Aqua de consecrat. dist. 4. vbi consuetudo Bracharenſis Ecclesie, qua solebant Episcopi simplicibus Sacerdotibus committere reconciliationem Ecclesie (scilicet consecratae) corruptela vocatur, & ratio redditur. Quia licet Episcopus committere valeat, quæ iurisdictionis existunt, quæ tamen Ordinis Episcopalis sunt non potest inferioris gradus Clericis demandare. Consonat Rituale Romanum dicens: Simplex Sacerdos tantum ex priuilegio Sedis Apostolicæ potest Ecclesiam ab Episcopo consecratam reconciliari, & tunc vtatur ritu in Pontificali praescripto, cum aqua per Episcopum ad hunc usum benedicta.

Non nego tamen cum Diuo Thoma in 3. p. qu. 83. art. 3. ad 2. Episcopum posse concedere facultatem, vt in Ecclesia violata celebretur ante reconciliationem. Nam in cap. missarum, & in c. Hic ergo, de consecrat. dist. 1. simpliciter decernitur, fieri posse sacrum, vbi iusserit, vel permiserit Episcopus, qui subinde, sicut potest concedere licentiam faciendi Sacrum in loco non sacro, sic etiam in templo violato; quamuis grauiorem causam ad hoc requirat Auila, quia magis repugnat iuri, ac reuerentia templorum, vt rectè perpendit Cardinalis de Lugo num. 63. & idè si distans Episcopus non possit ad reconciliandam Ecclesiam venire, de licentia Vicarij licebit in illa celebrare. Addit Cardinalis de Lugo vbi supra, tantam esse posse ne-

cessitatem, & tam difficilem aditum ad Episcopum, & ad eius Vicarium, vt etiam sine licentia ipsius celebrari possit in templo violato, quoniam Ecclesiasticum præceptum non obligat cum tanto rigore. Ponit exemplum, si populus non habeat aliam Ecclesiam in qua possit die festo Missam audire. Vide etiam Auerſam de Sacram. Euchar. qu. 11. sect. 14 §. Decimo tandem, & me citato Garziam vbi infra num. 48.

Sed quid dicendum de reconciliatione Ecclesie consecratae Regularium possunt eorum Prælati illas reconciliari; Et affirmatiuè respondent Doctores, quos citat, & sequitur Pater Franciscus Lugo vbi supra cap. 6. questione 12. numer. 96. sic enim ait, Certum est posse Regulares ex priuilegio Pontificis templum, vel altare post consecrationem pollutum, reconciliari cum aqua (cui vinum simul & cinis admiscetur) per Episcopum benedicta, vel Prælatum Regularem, si distet Episcopus duabus dietis, idest quatuordecim leucis, vt testantur Henriquez supra & Manuel tom. 1. regular. qu. 19. art. 2. & 10. 2. Bullar. fol. 368. Ioan. de la Cruz in Epitoma lib. 2. cap. 5. dub. 6. qui citant concessionem Leonis X. Bull. 6. Videatur etiam nostrum Compendium verbo Ecclesia, num. 2. cuius priuilegium de reconciliatione Templi, seu Cæmeterij consecrati capiunt Henriquez, & Auila supra, & merito. Nam Leo X. ibi relatus de tali reconciliatione locutus est. Consonat Cardinalis de Lugo disp. 20. nu. 61. Hucusque Pater Lugo.

Sed ego adhæreo eius sententiæ quoad Ecclesiam benedictam, sed quoad consecratam habeo difficultatem, nec parum facio in fauorem Regularium sic asserendo; vnde sentiant ipsi verba docti, & amicissimi Patris Hieronymi Garziam in summa theol. moral. vbi me citato & alios Doctores t. 3. difficult. 8. dub. 2. punct. 5. n. 14. sic asserit. Aduerto, que Peyrinis 10. 1. suor. priuileg. const. 1. Julij II. §. 22. con algunos Autores que alega, dize que pueden los Prelados de la Religion reconciliar las Iglesias violadas consagradas, auida primero agna bendita de Obispo, lo mismo dize Antonius Nouarius in Summ. Bullar. tit. de pollut. Ecclesiar. nu. 7. Y cita à Graſis; pero esto no lo aconsejaria yo. Y lo muestra sentir assi Djana vbi supra. Tambien aduerto, que quando esta cerca el Monasterio del proprio Obispo, y se ofrece auer de bendecir, consagrara, & reconciliar alguna Iglesia, se le ha de pedir con reuerencia, y instancia tres vezes, que se digne venir à hazer aquellas acciones, y lo reusare sin causa legitima, pueden llamar à otro Obispo que venga a hazerlo; el qual podra muy bien aunque sea de otra Diocesi, y esto por priuilegio de Sixto IV. concedido à los Menores, el qual no està renocado por el Concilio Tridentino, como lo prueban ambos Rodriquez Manuel. tom. 1. qq. regul. quest. 28. art. 1. & 2. Hieronymus resolut. 13. numer. 4. Portell. verb. Benedicere, numer. 4. Miranda quest. 40. artic. 5. & 6. Bauny quest. 13. citata donde añade, que si se escusare de venir, debent aquam ab eo suppliciter, & enixe, quam Gregorianam vocant, hoc est per eum benedictam, cinereque & vino permixtam petere, eaque Ecclesias suas quasiſbet consecratas, reſpergere, purgare, & reconciliare. Pero contra toda esta doctrina, insurgit nouissimè Diana loco supra citato, diziendo, que no ay necesidad de pedir licencia para reconciliar las benditas, ni que por dexarla de pedir pueden los Obispos castigar à los Religiosos, ni poner por ella

ello entredicho en sus Iglesias, empero digase lo que quisiere, que haran mal los Regulares, estando cerca el Obispo, no darle no icia de la violencia quando sucediere, que esto pide la dignidad del Diocesano.

Lo vltimo aduerto, que si el proprio Obispo estuuiere lexos del Monasterio, negocio de los jornadas, & catorze leguas, y se ofreciese auer de bendecir, & reconciliar la Iglesia violada, no tiene que perderle licencia el Prelado, sino ben decirla, y reconciliarla, y en esto conueno con Diana; saluo si fuese consagrada, que entonces saltem la auia de pedir agua benedicta por el, como queda dicho; esto consta del priuilegio de Leon X. concedido à los Menores. Ita Garzias.

Non nego tamen opinionem Patris Lugo docere absolutè contra Garziam Patrem Marchinum de Sacram. ordin. part. 3. cap. 10. n. 14. vbi sic ait: Quando autem Ecclesie sunt consecratae, opus habent reconciliatione facta per Episcopum, qui non potest alteri etiam Vicario suo hanc facultatem delegare; quod sit munus ordinis Episcopalis. Quod si Ecclesia polluta sit Regularis, & Episcopus per duas dietas longe abesse, tunc ex concessione Leonis X. facta mendicantibus, poterunt superiores illius ordinis, & reliqui communicantes in eorum priuilegio, praedictam Ecclesiam pollutam aqua per ipsos benedicta reconciliare. Quod ego semel feci Ticini in Ecclesia nostra Sanctæ Mariæ Coronatæ, polluta per quoddam homicidium, & dum post factum multos haberem Curia Episcopalis aduersarios, visis, & inspectis nostris priuilegiis, omnes siluerunt. Ita Marchinus, qui citat Sayr. Rodriquez, Vgolinum, Barboſam, Henriquez, & alios.

Nota hic obiter cum eodem Marchino n. 16. quod si v. g. homicidium, vel magna sanguinis effusio contingat in porta Ecclesie; tunc consideranda an contigerit in primo limine; siue linea à parte interna portæ, vel in parte externa illius. Priori modo Ecclesiam pollutam fuisse declarabis. Posteriori minime.

Hinc oritur dubium, an stans in ostio Ecclesie si recipiat vulnus lethale ab inimico, & mortuus cadat extra Ecclesiam, sanguinem in ea non effundendo, an, inquam, Ecclesia remaneret polluta? Interrogatus de hoc casu, affirmatiuè respondi, nam licet effusio sanguinis fuerit extra Ecclesiam, tamen vulnus lethale receptum, & datum fuit in Ecclesia, quia qui stat in ostio Ecclesie, dicitur stare in Ecclesia, ergo Ecclesia remanet polluta: Nec obstat, quod sanguis fuerit extra illam effusus; nam si aliquis fuerit lethali-ter tantum vulneratus in Ecclesia, & statim extra illam exiens, moreretur, etiam si in Ecclesia non effunderet sanguinem, adhuc Ecclesia pollueretur, vt dicunt communiter Doctores, licet ego olim contrarium sentiebam; sed hoc accidit in casu nostro. Ergo.

Nota hic etiam, quod excusatur à peccato Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, quoties pollutio contingeret post ceptum Canonem, imo tunc tenetur Missam prosequi, vt sacrificium perficiat: secus si ante Canonem Missæ violatio accideret, vel Ecclesiam ingrederetur excommunicatus nominatim declaratus per Iudicis sententiam; aut publicus Clerici percussor, qui non vult egredi; tunc celebrans debet à Missa desistere.

Deinde excusatur etiam Celebrans in Ecclesia

polluta, si id faceret ad communicandum infirmum morti proximum: & quamuis in polluta Ecclesia Sacramenta ministrari non possunt; si tamen Ecclesia sit Parochialis, licebit in ea baptizare, & seruare Eucharistiam pro communicandis infirmis. Vide Doctores citatos.

An peregrini gaudeant Indulgentiis Episcoporum, de quibus plura?

RESOLVT. XXIV.

Videtur prima facie affirmatiuè respondendum ex verbis Gauanti in man. Episc. verb. Indulgentia, n. 3. extendens has Indulgentias etiam ad externos in Diocesi commorantes: quod puto intelligendum de commoratione diutina per domicilium, non de simplici transitu, aut breuissima mora. Et ita docet Episcopus Iordanus tom. 1. libro 5. tit. 16. n. 55. & 56. quia ratione diutinæ habitationis contrahunt forum, & subditi efficiuntur ad hunc effectum; In vno casu possunt peregrini etiam has Indulgentias lucrari, quando videlicet acciperent facultatem à proprio Episcopo, vt ab alieno Episcopo possint Indulgentias accipere, quod possit facere tradit ipse Gauantus num. 7. & Iordanus nu. 60. cum aliis.

Sed quid dicendum de Regularibus exemptis. Negat lucrari Indulgentias Episcoporum Vgolinus de potest. Episcop. cap. 41. §. 2. ver. excipitur. Sed contrarium tenendum est cum Iordano loco citato num. 49. ita vt Regularibus non tantum liceat participare de huiusmodi indulgentiis Episcoporum generaliter propositis: verum etiam possint eisdem peculiariter concedi: tum quia exemptio concessa ad fauorem non debet in odium retorqueri, & exemptos impedire, talem remissionem consequi cupientes, arg. l. quod fauore. C. de legib. & cap. quod ob gratiam de Regul. iur. in 6. cum vulg. tum etiam quia ipsi Regulares & exempti aliquo modo subiciuntur Episcopis, veluti in obseruatione festorum, interditi, susceptione Ordinum, consecratione Ecclesiarum, Altarium, Cæmeteriorum, & similibus; ideo tali respectu participes fieri possunt Indulgentiarum. Bene verum est, quod si pro consequenda indulgentia Episcopali requiratur opus, quod absque Superioris licentia præstari nequeat; tunc ipsa licentia interuenire debeat, vt indulgentia adipiscatur.

Sed quia hic incidit sermo de Indulgentiis Episcoporum, assero posse Episcopum quadraginta dies Indulgentiæ concedere; nomine autem Episcopi, etiam Archiepiscopus in presenti, intelligitur, vt inferitur ex cap. Nostro, de penit. & remiss. qui rota sua Prouincia eos quadraginta dies potest concedere, quamuis eam non visitet. Etenim dum visitat, & item in sua Diocesi octoginta dies concedere valet; idemque possunt Primates, & Patriarchæ. Quod si plures dies concedant, valida erit Indulgentia quoad dies sibi permittos, quia vtile per inuitio non vitiat, non verò quoad ceteros; vt liquet ex c. Nostro c. cum ex eo, de penit. & remiss. cap. vlt. eod. tit. in 6. In Ecclesie declaratione vnum annum Indulgentiæ possunt concedere pro illo die; vt constat ex dicto c. cum ex eo. Nequeunt autè plures Episcopi ad Ecclesie consecrationem concurrentes plus concedere, quam vnus. Nec successor Episcopi potest alios dies Indulgentiæ concedere pro-

per eandem causam, propter quam antecessor quadraginta iam concessit; potest verò quibus eos dies propter diuersas causas sæpius concedere. Et hæc omnia inuenies apud Andream Mondo in *Bull. Cruc. disputat. 6. capite 1. numero 16.* & Gauantum *vbi supra*; Sed magis latè apud Pacem Iordanum, & Barbosam de *potestat. Episcop. part. 2. allegat. 88. per totam.*

Nota verò, quòd Episcopus potest Indulgentias concedere pro quibuscumque piis causis; & honestis, nec restricta censeatur eiusmodi potestas ad Ecclesiasticam, vel Altarium consecrationes, siue ad benedictionem solemnem, & cætera similia frequentiora: textus enim in *dist. capit. cum ex eo, in fine de parit. ex Generali Concilio Lateranensi restringit tantum quantitatem illarum, cæterum expressè concedit facultatem dandi pro quibuslibet causis, & pro indubitato supponitur à Doctoribus supra citatis. Credo tamen Episcopum successorem pro eadem causa nouam Indulgentiam concedere minime posse, quia reputatur idem Episcopus. Ita Iordanus *numero 51. & numero 57. Barbola allegat. 88. numero 15 & 16.* Et poterit successor illas reuocare, sicut potuisset ipsemet concedens; quia successor reputatur vna persona cum defuncto.*

An si aliquis insideret supra murum Monasterij Monialium in e' deret in censuram: Et plura circa clausuram notantur.

RESOLVT. XXVI.

Negatiuam sententiam, & bene docet eruditus Pater Giballinus de *claus. sanctimon. disquis. 1. c. 2. §. 17. sect. 4. num. 37.* vbi sic ait. In secundo casu, Monialis, quæ conscendit murum Monasterij siue curiositatis causa, siue quo alio animo, imò quæ illi inequtur, nondum violat clausuram, quia re vera nondum extra clausuram est: quod idem dicendum erit de externo, qui murum Monasterij conscendisset, illique insideret, vt cum Moniali colloqueretur etiam malo animo: peccaret enim, sed non violaret clausuram: quare si ex composito Monialis ex altera parte conscenderet eundem murum, atque ita colloquerentur, turpiaque agerent, grauissimè quidem peccarent; nullus tamen clausuram violaret: sicut neque si eadem admitterent aperto ostio Monasterij, ex quo neque Monialis egrederetur, neque externus in illud etiam ingrederetur. Ita ille: Et quoad Monialem idem docuit Suarez de *Relig. 10. 4. lib. 1. tract. 8. cap. 19. n. 7.* Tamburinus de *iure Abbatissar. disp. 19. q. 5. num. 7.* Th. del Bene de *immunit. 10. 2. cap. 19. dub. 52. num. 6.* & alij.

Sed quid dicendum si aliqua Monialis ascendat super tectum Monasterij, an frangeret clausuram? De hoc casu interrogauit Episcopus Auellini coram Sanctissimo D. N. Innocentio X. & ipse negatiuè respondit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo huic responsioni non videbat annuere, sed ego illam tutatus sum. Probatum, quia qui confugit supra tectum Ecclesiæ, gaudet eius immunitate, quia statim supra tectum Ecclesiæ, dicitur stare in Ecclesia. Ergo Monialis stans supra tectum Monasterij, adhuc dicitur stare in Monasterio.

Confirmatur, nam ibi dicitur aliquis esse propriè

vbi pedes habet, licet à tali corpore non circumdetur; vnde Corpus Christi est in Cælo, quia pedibus calcatur superficiem connexam Cæli, licet à corpore cælesti non circumdetur; vt docet Dibus Th. in 3. part. *questio. 57. art. 4. in responsione ad 2.* Et ita hanc sententiam præter Texedam à me alibi adductam docet Sanchez, in *summa 10. 2. lib. 6. cap. 15. num. 7.* Thomas del Bene de *immunit. 10. 2. cap. 19. dub. 4. numero 4.* & me citato Giballinus *vbi supra.* Tamburinus de *iure Abbatissar. disp. 19. questione 4. numero 4.*

Nota tamen quod post hæc scripta inueni sententiam Eminentissimi Cardinalis de Lugo docere Patrem Bordonum in *controu. mor. al. controu. 19. nu. 2.* quia clausura est ambitus ex omni parte clausus, & limitatus, intra quem, vel extra quem nulli pater aditus sine licentia, ergo Monialis super regulas gradens non dicitur esse in clausura, cum sit extra ambitum, qui ex omni parte debet esse limitatus, & sicut viris per illam non licet intrare; ita neque Monialibus illinc exire. Vtriusque enim par obligatio. Ita Bordonus. Vnde puto vtramque sententiam probabilem esse, sed nostra opinio à Doctoribus est magis recepta.

Verum hic etiam discutienda venit alia difficultas. An detur paritas materiæ in violatione clausuræ, tam respectu exitus, quam respectu temporis. Alibi affirmatiuè respondi, & dedi casum, quando, videlicet, Monialis vno pede sit extra, & altero sit intra clausuram; & ita hanc sententiam me citato tenet Thomas del Bene de *Immunit. Eccles. 10. 2. cap. 19. dub. 53. numero 3.* vbi sic ait. Licet Naldus *verb. Clausura, numero 4.* & Merolla *tom. 1. disputat. 1. capit. 2. difficult. 7. numer. 502.* putent, modicum esse, si ingressus sæcularis in Monasterium Monialium, vel egressus Monialis à clausura sui Monasterij, vel ingressus forinæ in Monasterium virosum sit per duos pedes; moti ex eo, quia etsi ille sit verus, & perfectus ingressus, vel egressus, tamen est in parua materia, & sic non sufficiens ad peccatum mortale; sicut, licet fugitum vnus argentei sit verum; & perfectum furtum, tamen quia est in parua quantitate, non est sufficiens ad peccatum mortale, nec ad contrahendas pœnas latas, contra furantes; quod mihi non improbatum, si abest periculum peccati, cum illo medico ingressu, vel egressu coniungitur parua mora temporis, nihilominus probabilis sit, modicum in hoc casu, seu in hoc ingressu, vel egressu esse, quando hæc non sunt perfecta, & consummata; ita vt nimirum pars corporis (siue maior, siue minor) sit intus, altera foris, seu totum corpus non sit intus, vel totum foris, vt si quis, v. g. vno pede clausuræ ianuam exierit, altero intus exierit. Ita ille.

Non desinam tamen hic adnotare quod amicissimus P. Bordonus magis amplè quàm fecerat Grassius, Naldus, & Merolla, loquitur circa præsentem difficultatem; sic enim asserit dicta *controu. 19. numero 3.* Exitum à Monasterio per plures passus v. g. tres, aut quatuor statim restringendo non iudicarem peccatum mortale, cum is egressus sit modicus, quod probatur. Tum quia in Tridentino prohibetur exitus Monialibus à Monasterio etiam per breue tempus loco citato, ergo non per breuissimum tempus saltem cum illo rigore, quod transgressio sit peccatum mortale, nam tempus momentaneum leges non considerant, l. *fin. C. de bonis qua liber. nisi ex eo producat aliquis iuris effectus,*

fectus, vt patet de ætate sexdecim annorum completa ad profectum in eo, & similibus casibus momentaneum tempus spectatur. Doctoribus citatis Barbola ad *cap. 14. sess. 25. num. 14.* & in aliis materiis alter Barbola Senior, l. *Doralem 62. ff. solut. matrim. num. 13.* Tum quia non censetur propriè fugitiuus ille, qui ad fugam gradum vnum, aut alterum promouit, imo qui cæpit currere, l. *quis sit fugitiuus §. Item ait, de adit. edit.* Ergo neque perfectè exisse Monialis per illos passus paucos. Tum quia quod aiunt præcitati, existentem cum vno pede intra, & cum altero extra, dici exisse imperfectè, & incomplèrè non placet, quia exitus de suo formali dicit esse extra, ergo excludit à suo conceptu esse intra, consequenter ille dicitur esse extra, qui locum ad intra omnino reliquit, ac proinde per extra præcisè dicit attentionem exitus, non exitus autem prius constituitur in suo esse formali, postea diuiditur. Tum quia licet perfecta sit egressio, in quantum Monialis secundum se totam est extra clausuram, non tamen inde deducitur quod talis sit id genere transgressiois peccati mortalis, quod ostendo exemplificando in furto vnus oboli, & argentei, siquidem tam est furtum acceptio vnus oboli, quam vnus argentei, cum in vtroque reperitur ratio perfecta furti; vtraque enim est iniqua ablatio rei alienæ, nihilominus vnus peccatum mortale, alterum peccatum veniale; sic in casu nostro, vtraque egressio, siue per vnum passum, siue per plures, habet rationem perfectam exitus, hæc tamen ratio de se non infert peccatum esse mortale, aut veniale, sed id aliunde deducitur ex grauitate rei, & aliis circumstantiis.

Remanet difficultas circa breuitatem temporis, certum est breue tempus interdicti in Tridentino, & cum præter tempus breue detur etiam breuissimum, quod non prohibetur, aliud enim est breuissimum tempus, & momentaneum, quod leges non considerant in hoc casu, aliud breue quod considerant; ex vno non licet in odiosis inferre ad aliud, cum odiosa sint restringenda. Quare tempus breue crederem esse, si Monialis per vnum, aut alterum Credo persisteret extra prope portam colloquendo, exempli gratia, cum consanguinea, in multis enim tempus breuissimum excusat à peccato mortali, ergo & in hoc.

Nec obstat, quod per vnum Credo Monialis potest exire per quamplures passus, & non tantum per tres, aut quatuor, nam tunc violat clausuram respectu passuum, qui exitum perficiunt, & grauant, non verò respectu temporis; ideo dixi si Monialis persistat intra illos duos passus. Grassius *par. 1. lib. 4. cap. 23. n. 15.* & de *casibus reuerentis lib. 1. cap. 5. num. 45.* dicit non incurrere pœnas transgressiones clausuram per duos pedes, vel paulò plus, & sequitur Naldus *verb. Clausura, num. 11.* Quæ dicta sunt de Monialibus, locum habent etiam respectu virosum ingredientium, cum vtriusque omnino sit idem iudicium.

Verum quidem est quod doctrina allata habet magis locum post factum, quàm ante factum nam tunc restringendus est exitus, ne detur materia peccandi alicui, nihilominus adductæ rationes mihi videntur multum persuadere probabilitatem huius opinionis Grassij, & aliorum; neque enim videtur rationabile pro leui exitu, & celeri arguere Monialem de peccato mortali, & censuris. Hucusque Pater Bordonus; sed ego non discedo ab

Anton. Diana Pars XI.

opinione, quam olim docui, & quam communiter tenent Doctores, quos ego alibi citavi, & ex me adducit del Bene *vbi supra*, quibus adde Giballinum *vbi supra* *consect. 2. num. 34.*

An opinio aliquorum asserentium confessariuam non posse imponere pœnitentias pro animabus Purgatorij sit improbabilis?

RESOLVT. XXVI.

Affirmatiuè respondet Turrianus in *selectis cœn. tertia. Theol. dub. 1. in fine.* Sed si hæc censura esset vera feriret non solum Sancium, Vegam, Bordonum, & alios, sed etiam ex sua Societate virum doctum Andream Mendo in *Appendice ad Bullam Cruciatam disput. 4. capit. 8. num. 62.* vbi sic ait: Consequentior mihi videtur opinio Ioannis Sancij negans, posse pœnitentias à confessario iniungi applicandas pro animabus Purgatorij; non tamen assero, etsi confessarij sententiæ oppositæ conformentur in praxi rarò esse eas pœnitentias iniuncturas: tum quia par est, consulere ipsi pœnitenti, & conari, vt pœnæ ab ipso debita minuantur: tum quia pœnitentes iudicant, per opera iniuncta, quæ adimplent pro suis culpis, satisfieri, nec obstare eam applicationem pro defunctis; atque adeo, si agnoscerent, nihil à se solui pro pœnis debitis, forsitan id ægrè ferrent, & se deceptos putarent. Quæ omnia vitari congruum apparet. Ita Mendo.

Sed ego difficulter sequor Turrianum nimis pronum ad censurandas opiniones, ideo quicquid de probabilitate huius sententiæ, ego pluries contrariam docui, & nunc iterum doceo, & nouissimè me citato docet Dicastillus de *Sacrament. tom. secundo tractat. 8. disputat. 14. dub. sexto, numero 95. cum sequent.* & quaerit ab aduersariis an pro pœnitentia peccatorum, & satisfactione Sacramentali liceat, aut expedit iniungere elemosynam dandam pauperi indigenti, quando pœnitens talis est, vt possit elemosynam facere: aut liceat iniungere, vt captiuum virum probum, ac sanctum, qui in carcere detinetur in summa angustia, impeditus, ne iterum transeat ad iocundissimam vitam sibi suis meritis debitam, soluto lytro redimat, & liberet? Nemo proculdubio negauerit illud esse opus dignum, quod iniungatur, & assumatur pro satisfactione Sacramentali. Atqui suffragium oblatum, pro anima indigenti, quæ in Purgatorio captiua, detinetur, &c. elemosyna est collata indigenti, & lytrum est, quod datur, vt è carcere liberetur, & transeat ad vitam iocundissimam patriæ Cælestis sibi debita; ergo, nisi aliquid speciale obstat, opus illud misericordiae tale est, vt merito possit iniungi pœnitenti, & assumi ab illo in satisfactionem suorum peccatorum. Vnde mihi placet quod docet Catheticismus Romanus in fine de satisfactione, imponendam scilicet esse orationem pro defunctis; in qua includitur elemosyna acceptissima, & ipsi defuncti sic liberati orabunt pro pœnitente: Quapropter, si nisi obstat, non video cur tanto zelo aliqui conentur exturbare hanc sententiam, & obloquantur contra eos, qui eam ad praxim reducunt.

Dicendum igitur quod non obstante quod Sacramenta ex se, & ex institutione sua instituta

Q. E. 2. sint;

sunt, ut profint suscipientibus, non verò aliis, & quod confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis; potest mandare, ut faciat aliquid quod profit non tantum animæ ipsius confitentis, sed quod etiam profit corpori pauperis, scilicet largiri ei elemosynam corporalem, quia corporalis elemosynæ largitio prodest etiam animæ pœnitentis conferentis illam ad meritum, & satisfactionem, & ad hoc mandandum ius habet confessarius; quia est actio seruiens ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis; ergo etiam non obstat quod Sacramenta ex se ordinentur, ut profint suscipientibus, non verò, ut profint aliis, & quod confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis, poterit mandare, ut faciat aliquid quod profit non tantum animæ ipsius confitentis, sed quod etiam profit animæ pauperis indigentis in Purgatorio, & ad hoc etiam mandandum ius habebit, & quia est actio seruiens ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis. Cæteras rationes videbis apud Dicastill. *vbi supra*, qui etiam responderet ad omnia argumenta P. Bordoni, qui sententiæ Sancij, P. Mendo, & aliorum adhæsit.

Nota hic obiter me alibi obseruasse, aliquos Doctores asserere excusari sæpius Confessarios imponentes leues pœnitentias in confessionibus ratione illius claufulæ, *Passio Domini nostri, &c.* Et hanc sententiam inuenio nouissimè etiam docere Andr. Mendo in *Bullam Cruciatæ disputatio. 23. capite 12. n. 125.* vbi sic ait. Itaque essentia absolutionis consistit in his verbis, *Absoluo te*, per quæ quis à censuræ, & peccatis absolutus manet. Laudabile autem est, & æquum, ut communi forma; *Miserere mihi, &c. Dominus noster Iesus Christus, &c. Passio Domini nostri, &c.* Nisi forte assidue quis confiteatur, maximè si nuper confessus, iterum redeat, ut aliquod peccatum omisissum exponat, tunc enim ut praxis fert, sat est dicere; *Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine, &c.* Expendit tamen semper adiungere, *Passio Domini nostri, &c.* per hæc namque verba applicantur in satisfactionem omnia opera bona pœnitentis. In quo duo sunt commoda, alterum, ut pœnitens plus satisfaciat pro peccatis, mediis suis bonis operibus, quam aliàs esset satisfactorius, si ea opera loco etiam pœnitentiæ Sacramentalis ex intentione confessarij apponantur; alterum posse minui pœnitentiam, quæ apponitur, vel saltem confessarium non debere scrupulis pungi, vtrum sufficientem imposuerit satisfactionem, necne? Ita ille. Sed circa præsentem quæstionem vide Dicastillum *vbi infra dubit. 3. per notam.*

Nota secundò, me alibi probabiliter cum multis aliis docuisse, pœnitentem posse commutare pœnitentiam impositam à confessario in melius; Et ita etiam docet nouissimè Ioannes Caramuel in *Theologia Fundamentalis fundament. 66. n. 1293.*

Nota tertio, quod mihi displicet id quod asserit Ochagauia de sacrament. tractat. vlt. de Pœnitentia quæstio. 8. tunc dilationem pœnitentiæ gratis esse nimiam, quando differtur post tertium diem ab imposita pœnitentia; mitius tamen Hurtado, & alij putant solam dilationem non esse nimiam; imò nec ultra octauam diem; maximè quando præstanda non facilè executioni mandatur, ut si flagella, seu disciplina imponatur ei, qui domi suæ vix habet locum clam cæteris, ut id possit facere, debetque res disponere, ut tandem alibi

fieri possit. Addunt tamen limitationem, nisi quando res in pœnitentiam iniuncta, esset valde grauis, & posset commode impleri: merito tamen id totum tandem relinquunt iudicio prudentum, nec enim ex sola grauitate, quidquid illi dicant, fit, ut dilatio minor esse debeat, quin potius voluntas confessarij non præscribens tempus sæpè ceteri potest non adeo strictè rem grauem præcipere, ut quo grauior sit cæteris paribus, censetur minorem dilationem indulgere. Sed ego alibi si non fuerit præfixum tempus à confessario, obseruauit, Fagundez docere pœnitentem posse differre pœnitentiam vsque ad annum; sed nouissimè non approbat hanc sententiam Dicastillus de sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 14. dub. 4. numero 65. Verum illam sequitur Antonius Escobar, & alij à me alibi adducti.

An Episcopus possit approbare Regulares ut non excipiant confessiones mulierum ante aetatem quadraginta annorum?

RESOLVT. XXVII.

Hic casus in praxi ponitur in quadam Diocesi Regni Siciliae. De Sacerdotibus secularibus non est dubium, difficultas est quoad Regulares, & negatiuè responder nouissimè Dicastillus de sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 6. num. 289. vbi sic ait; Circa Regulares vero difficilius est asserere, quod propter solum defectum ætatis possit Episcopus approbationem coarctare. Nam (ut supra dicebam ex Concilio Lateranensi, & Leone X.) examen Regulatum restrictum est ut sit super litteraturam, maximè quod pertinet ad mores, non ad Episcopum, sed ad Prælatos Religiosi spectat; ætas autem si propter aliquam rationem obstat approbationi, solum esset quatenus defectus maturioris ætatis reducit ad mores, quæ scilicet timeri potest periculum, ne tam intima, & particularis colloquutio iuuenis adhuc Sacerdotis cum femina occasio sit, vel ipsi, vel feminae, vel vtrique alicuius peccati. Vtrum autem eius virtutis Sacerdos sit, aut ita se probauerit in moribus, & vita, ut merito possit illi, quamuis iuueni, committi administratio huius Sacramenti feminis; Prælati potius Religiosorum iudicium esse videtur, qui nouit eorum mores, & vitam, quam Episcopi, qui non sibi subditorum non tam plene, aut non tam facile videbitur posse habere notitiam. Ideo merito dixit Pontifex in Lateranensi: super litteraturam duntaxat; cætera vtrique permittens Prælati Religionis. Quod si verum est, aut saltem probabile) ut videtur, omnino etiam videtur probabile eo ipso, quod Episcopus dedit approbationem super litteraturam factum esse munere suo; cumque iurisdicatio Religiosi confessarij non dependeat ab Episcopo; hanc enim habet, vel per Bullam Cruciatæ in fauorem pœnitentis, quando ad hoc eligitur, vel (quod pleræque Religiones habent) à Summo Pontifice in fauorem ipsius confessarij. Hinc est, ut valeat absolutio comparatione feminae, etiam si verba approbationis videantur etiam restringere ad solos mares ante certam quandam ætatem confessarij. Idque à fortiori docent, & expresse plerique qui putant etiam Sacerdotem

Sacerdotem secularem pro masculis tantum approbatum probabile esse posse eligi à femina virtute Bullæ Cruciatæ, aut iubilæi. Ita Dicastillus.

Hanc etiam sententiam docet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 85. posse quidem (ait) interueniente causa, Episcopos cum limitatione Regulares approbare: hanc tamen causam non adesse, quando solum interuenit defectus ætatis, aut suspicio in moribus (nisi aliàs Episcopus specialem habeat causam tales defectus timendi) sed quando interuenit tantum insufficientia, aut defectus scientiæ. Ratio est, quia approbatio, quam exigit Tridentinum, loco citato, solum est circa scientiam. Nam, quoad mores, tamdiu quis præsumitur bonus: quandiu non præsumitur malus. Ex quo colligitur, quod casu quo Episcopus remittat regularem priuilegiatum ad examen, & examinatur dicat, se idoneum illum inuenisse; tunc etiam si Episcopus postea limiter licentiam, ut scilicet, non audiat mulieres vsque ad quadragesimum annum; vel non audiat confessiones, nisi in tali loco, vel nisi per annum, &c. Non est necesse seruare dictam limitationem. Sic Leander, qui postea pro hac sententiâ citat Villalobos, Vegam, Lezannam, Mirandam, & Bossium, quibus adde Martinum de San Joseph in mon. confess. tom. 1. libro 1. tract. 24. de pœnit. num. 15. sic asserentem; Lo mismo se ha de dezir, quando los Obispos, sin iusta causa no admiren los regulares presentados por sus superiores al examen, o despues de examinados, iniuriam, no les quieren dar licentia para confesar, que quedan aprobados por la Extrauagante, y Clementina dichas. Honiego que pueda el Obispo aprobar los regulares con limite, por defecto de ciencia, que para experimentar la los remite à examen el Concilio: pero si auiendo cometido el examen à algun hombre docto, esto les hallo suficientes, despues no podrà el Obispo limitar la licentia de confesar por tiempo señalado, o para confesar mugere, por defecto de edad, porque esta limitation, no valdrà, y podran confesar sin limite, porque la autoridad, y iurisdiccion, la dà el Pontifice, y no la puede estrechar sin causa el Obispo. Ita ille. Sed de hac quæstione à me alibi dictum est, & praxis est in contrarium in aliquibus locis.

Sed quid dicendum, an possit Episcopus denegare Regularibus licentiam, & approbationem ad confessiones explicandas, dicendo se habere superfluitatem confessariorum? an hæc sit iusta causa? Negatiuè responder Vasquez in 3. par. tom. 4. quæst. 93. art. 3. dub. 5. num. 5. Cardinalis Lugo de pœnit. disp. 21. sect. 3. num. 54. vbi ex errore Typographi verba illa, sed superfluitatem, corrige solam superfluitatem. Idem tenet Ioannes Dicastillus *vbi supra dub. 10. numero 298.* & Laurentinus Longus in *Tabulis sacramentorum part. 2. cap. 58. n. 7.* vbi sic ait: Episcopus nolens approbare, vel admittere ad examen approbationis Religiosæ tantum de causa, quod in propria Diocesi constet adesse nimiam confessariorum copiam; peccat contra ius, quod ipsi Regulares habent ad audiendas confessiones, ut potè qui per sua priuilegia sunt quasi Parochi fidelium à Summo Pontifice ad tale ministerium delegati. Ita ille.

Et ideo asserit Pellizarius in man. Regul. tom. 2. tr. 8. cap. 3. sect. 2. subsect. 1. num. 25. Episcopos nolentes approbare aut admittere ad examen, ex eo præcisè Anton. Diana Pars XI.

quod in propria Diocesi censent adesse nimiam confessariorum copiam, iniuste procedere contra ius, quod ipsi Regulares habent ad audiendas confessiones; ut potè qui per sua priuilegia sunt quasi Parochi fidelium à Papa delegati ad tale ministerium. Et hoc non obstante, Clementina dudum, in qua dicitur. Sed numerus personarum assumendarum ad huiusmodi officium exercendum, esse debet, propter vniuersitas Cleri, & populi, ac multitudo, vel paucitas exigit eorundem: Hæc enim limitatio solum procedit, quoad priuilegium in dicta Clementina concessum, non autem absolute, ut notauit Ioannes de Lugo num. 55. addens tamen, eos qui voluerint vti priuilegio dictæ Clementinæ, teneri illo vti cum præfata limitatione.

Et postea subdit: Potest autem Episcopus semper, aut ferè semper dicere se nolle approbare illos Regulares, quia pro numero pœnitentium illius loci non sunt necessarii plures pro nunc: cuius contrarium in praxi probare difficillimum erit, atque adeo in praxi non video, quomodo possit vtilis esse illa sententia, cuius assertio aliunde non deseruit, sed ad irritandos, & acerbandos Episcoporum animos contra personas regulares, quæ quò magis excutere à se volunt iugum Episcoporum hæc in parte, eo magis ab ipsis Episcopis adstringuntur experiri eorum potestatem: E contra verò, quo magis se Episcopis hæc in parte subiciunt, & ostendunt se ab illis dependere, eo experiantur illos magis benignos, & maiori cum libertate, & pace sua ministeria possant cum maiori proximorum fructu, ac ædificatione exercere. Hucusquè Lugo prudenter quidem, quod etiam ego Regularibus consulo.

An qui habuit facultatem eligendi confessarium pro vna vice, potest pro oblitis vti illa facultate?

RESOLVT. XXVIII.

Affirmatiuè responder Dicastillus de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 23. num. 471. vbi sic ait. Addit etiam Nugnus in additionibus q. 8. art. 5. dub. 2. colum. 4. eum, qui facultatem habuit eligendi Confessarium pro vna vice, si aliquid in ea confessione oblitiscatur, posse vi illius facultatis peccatum illud confiteri Confessario electo, quia facultas non videtur finita, nisi actus sit completus. Quæ doctrina mihi maximè placet; censetur enim hæc secunda confessio; quæ appendix præcedentis. Ita ille.

Confirmatur hæc opinio ex alia quam docet idem Dicastillus *dub. 7. n. 427.* contra Suar & Zambanum, asserentes quod si simplex Sacerdos in articulo mortis absolueret moribundum à peccatis, non posse eum superueniente legitimo Confessore audire peccata oblita, vel quæ æger non potuit fateri tunc, vel existimatum est eum non posse; & ideo fuit à reliquis absolutus; sed putant ea peccata legitimo Confessori superuenienti esse aperienda, quia est noua confessio, & à priori independens.

Sed hanc opinionem difficulter admittit Dicast. propter argumentum à simili in absolutione à casibus referuatis, quando aliquis casus referuatus fuit oblitus in Confessione, quæ facta fuit Sacerdote

pro illo tempore v.g. Iubilæi, tunc enim etiam tranfacto tempore peccata oblita defununt esse referuata, quia quo tempore data fuit obferuatio, habuit confefarius legitimam potestatem abfoluendi ab omnibus, atque eo cefante etiam tempore, & occasione concedendi eam facultatem, cenferur quasi appendix illius perfeuerare in pofterum facultas illa peccata, fi memoriam occurriffent, vel per tempus licuiffet illa confiteri. Vnde quamuis iri in praxi fequenda fit fententia prædictorum Auctorum; nihilominus, fi ratione præcisè agamus, oppofitum conforme videtur principiis generalibus circa cafus referuatos.

Ad probationem autem aduerfariorum, quod fcilicet hæc fecunda confeflio fit alia diftincta à præcedenti, & independens ab illa, diftinguendum est, fi enim velint dicere esse aliud Sacramentum per fe constans fuis partibus diftinctis ab aliis partibus præcedentis Sacramenti, atque adeo exiftens sine illo, & quando illud iam non exiftit, concedendum est; id tamen nihil refert; ficut non refert in alio cafu dicto, quando tempore Iubilæi facta fuit abfolutio, nec enim minus diuerfa est; & minus independens à præcedenti, confeflio, quæ poftea fit extra tempus Iubilæi, quam, quæ poftea fit extra tempus quo non erat proprius Sacerdos, & nihilominus tunc, quia fi tempore Iubilæi meminiffet, confeflus fuiffet pœnitens illa peccata referuata, & in quantum potuit illa fubiicit habenti facultatem tunc abfoluendi cenferur referuatio ceflaffe; pari ratione in cafu. Atque vt suo loco videbimus, Syluefter, Nauarr. Palud. Gabriël, Sà, *verbo casus referuatus, numero 7.* alique multi, docent nulla facta exceptione, fi quis oblitus cafuum referuatorum abfolutus est à potente, & intendente abfoluere illum ab omnibus (quod femper intendit, qui abfoluit) poffe abfolui ab illis poftea ægrotum in articulo mortis, abfolui, & intendit abfolui per quemcunque confefarium; quia iam non funt referuati, fed in nostro cafu Sacerdos abfoluens ægrotum, potest abfoluere etiam à cafibus referuatis, habetque iurisdictionem circa illa: ergo defununt esse referuata, atque aded iterum ab illis poterit abfolui. Si verò per nouam confeflionem, & independentem ab alia intelligant aduerfarij confeflionem ita nouam, & independentem, vt nec exprefse, nec virtualiter pertinuerit, aut debuerit pertinere ad partem materiæ præcedentis confeflionis, falsum est; quod ea fit omnino noua confeflio; est enim quasi appendix præcedentis confeflionis, in cuius partem intraffet hæc confeflio, fi memoriam occurriffent illa peccata, & abfolutio non minus directè fuiffet illorum, quam aliorum, ficut abfolutio tempore Iubilæi facta; ergo eodem modo cenferi poffunt peccata illa oblita capacia abfolutionis ab eodem Sacerdote, qui prius audiuit. Hæc omnia Dicaftillus fati quidem probabiliter.

An Parochus semel, vel bis denegans subditum in confessione audire rationabiliter illam petentem, excusetur à peccato mortali?

RESOLVT. XXIX.

Suppono ea communiori fententia, teneri Parochum audire fubditos, non folùm, quando ipfi confiteri tenentur, fed etiam aliàs quoties id rationabiliter petunt. Sed difficultas est an excusetur quando femel, aut iterum nollet confeflionem audire? Et negatiuè refpondet Bonacina *de Sacram. panit. difput. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 1. numero 13.* vbi fic ait: Nugnus excufat à mortali peccato Parochum, qui femel, aut iterum denegat confeflionem petenti rationabiliter; nam hæc videtur materia leuis, inquit Nugnus. Sed hoc mihi difficilè perfuadeo; nam fi omiffio vnus confeflionis cenferetur materia leuis, fequeretur illud, qui femel in anno confeflionem prætermittit, quam ex præcepto Ecclefie facere tenetur, vel qui confeflionem ex voto, vel ex iniuncta pœnitentia femel, aut iterum omittit, non peccare mortaliter, quod non videtur admittendum, vt patet ex dictis de promiffione, & de voto. Ita ille.

Sed aduerfus illum meritò infurgit Dicaftillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. difput. 10. dub. 25. num. 482.* quia sæpè contingit rem aliquam, vt cadit fub vno præcepto, & in ordine ad vnum finem, esse materiam, leuem, quæ in ordine ad alium est materia grauis. Sic Theologi concedunt leuem comeftionem vnus pomi parui, aut vnus boli ex eodem pomo in ordine ad ieiunium in materia temperantia, aut abftinentia leue omnino peccatum esse, & tamen hoc ipfum in Adamo, & Eva exitiale fuit, & graue peccatum, nimirum, quia actus ille non propriè in materia temperantia ad finem huius virtutis pertinebat; fed in materia obfequij, & fubordinationis, qua fe Deo fubiectos, & fubordinatos profiterentur, & ad id ostendendum aliquo exteriori actu, vel ceffatione illius, ordinabatur; refpectu autem talis finis penfatis circumftantijs meritò cenfebatur illa grauis materia, quæ in materia temperantia erat leuis. Sic etiam aliqua funt Collegia; seu communitates etiam fæcularium, in quibus præceptum (vt aliqui volunt) obligans in conscientia ad audiendum quotidie Miffam; qui actus non propriè præcipitur in ordine virtutis Religionis, & Diuini obfequij, fed in ordine ad honeftum modum traducendæ vitæ Chriftianæ honeftè, & decenter viuendo, vt decet homines probos, & qui vitam instituunt fecundum rationem. Ad quem finem maximè iuuat honefta illa, & Chriftiana confuetudo audiendi quotidie facrum. Quia tamen non cenferur ea laudabili confuetudine carere, qui femel, aut iterum, aut rarò in anno Miffam omittit; nec multum lædere finem intentum à legiflatore; non cenferur materia grauis, & peccatum mortale femel, aut iterum, aut rarò in anno Miffam non audire. Cùm tamen eadem ipfa omiffio Miffæ, quando Miffa præcipitur in ordine ad Religionem, & cultum Diuinum, vt fit id diebus feftis, grauis materia cenferur.

Ex hac ergo doctrina facilè reiicitur, quod dixit Bonacina; negari enim potest fequelà; nam omittere

tere confeflionem præceptam ab Ecclefia femel in anno, vel quam quis vouit Deo, aut quæ ipfi iniuncta est in pœnitentiam peccatorum in ordine ad finem intentum ab Ecclefia aut in materia Religionis, vel in ordine ad Sacramentum confeflionis præcedentis tanquam pars illius, aut certè, vt medicina pro auertendis alijs peccatis, cenferur materia grauis, vel vnica tantum omiffio confeflionis. In Parocho ergo, qui ordinariè, vt par est, curam habet de profectu fpiritali fuarum ouium, earumque confeflionis, quoties expedit, audit, quod femel aut iterum vnus, vel alterius confeflionem, quando non vrget neceffitas, non excipiat, parum videtur lædi finis ille, in quem parochiale munus inftitutum est, & in quem ipse fufcepit tale onus pascendi oues; nimis autem læderetur, fi sæpius, & frequentius id faceret, aut fi omitteret, quando grauis vrget neceffitas; hoc ergo est, quod dicunt probabiliter prædicti Auctores, femel fcilicet, aut iterum omittit, non multum lædere finem, in quem inftitutus est Parochus.

Et idèd hanc fententiam contra Bonacinam ante Dicaftillum impugnauerat Leander *de Sac. ro. 1. tra. 5. difp. 12. qu. 129.* & ante omnes Eminentiſſimus Cardinalis Lugo *de pœnit. difput. 2.2. feft. 1. numer. 4.* qui etiam *numer. 3.* notat, Parochum non teneri ad audiendum fubditum, quando illi prouidet de alio bono, & apto, cui poffit confiteri; niſi fortè aliqua fpecialis fubditi neceffitas exigat, vt ab ipfo Parocho audiatur.

Vnde non admitto id quod ex Poſſeuino olim obferuaui, diftinguente de confefſione in Paſchate, aut mortis articulo, quam putat debere Parochum per fe audire, & de confefſione ex deuotione, quam putat poſſe alteri committere. Si enim extra eos cafus præſtat fuum officium dando idoneum, aut fortè meliorem confefſarium; in illis etiam cafibus fatifaciat fuæ obligationi fimilem talem dando, ergo nulla est diftinctio.

Nec placet etiam quod aliqui aſſerunt, fcilicet, eo ipfo quod Parochus recuſet audire confefſionem Parochiani, cenſere concedere facultatem aſſendi alium confefſarium, tunc enim non intelligitur tacita licentia ex eo, quod ipſe iniuſtè repellat. Idèd, vt rectè notat Vaſquez, interrogare tenetur pœnitens, vt poffit adire alterum, an velit ipſum alteri confiteri. Vide Lugum *numero tertio & 9.* & Dicaſtillum *numer. 484. & 485.* & Leandrum *quæſt. 12. 1. cum Vaſquez in 3. part. tom. 4. quæſtion. 93. articul. 3. dubitatio. 6.*

An propter reincidentias frequentiffimas, fit neganda, vel differenda pœnitentibus abfolutio Sacramentalis?

RESOLVT. XXX.

Suppono poſſe eſſe cauſam iuſtam negandi pro aliquo tempore, vel differendi abſolutionem in bonum ipſius pœnitentis adhibendo aliqua media; fed difficultas eſt, an illis tentatis, pœnitens adhuc in iſdem peccatis miſerè reincidentar.

Tractat hanc difficultatem nouiſſimè Dicaſtillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. difputatio. 10. dubitatio. 29. numer. 573.* & fic refpondet: Hic profecto hærent non pauci, & fateor me hæſiſſe non rarò, quod

enim aliqui dicunt differendam eſſe illis aliquoties abſolutionem, donec aliqua appareat emendatio; id experientia compertum eſt non rarò nocere, niſi fiat interim, dum melius inſtruitur, & cogitatur de re tota, iuxta ea quæ dixi *difputatio. 6. dubitatio. 2. 1.* de cætero præcisè dilatio rarò prodeſt, & sæpè nocet, & idem Ioannes Sanchez, quem ibi retuli, non fatiſ probat hoc remedium, & confefſarij experientur non femper benè ſuccedere, imò sæpè malè. Sic enim multi confefſarium mutant, vt iam noua ſeries remediorum incipiat, & pro primis vicibus beneficium abſolutionis accipiant, cum quo, ſi poſtea non ſuccedat, mutant, & pergunt ad alium, reintegrando etiam ab initio cauſam; & litem. Vnde hic obiter monuerim confefſarios id ipſum debere exquirere à pœnitentibus, quos non rarò tales inueniunt.

Sed quidquid de hoc fit, quid faciendum, ſi licet non adeat alium confefſarium, nec confefſionem per totum annum omittat, fed eundem iterum, ac sæpius conſulat, petatque abſolui, nulla tamen appareat emendatio? an iſte ſic reiiciendus eſt; an potius aliquando abſoluendus? Sanè ſi nunquam abſoluatur per totum annum, ea non abſolutio quid poterit prodeſſe ſi alioquin ille capax eſt hic, & nunc, quando accedit? nam ſi non fit capax, nulla eſt quæſtio, fed certum eſt nunquam eſſe abſoluendum.

Quod ſi capax eſt, quando accedit, & aliquoties putetur pro medicina neganda abſolutio, cur toties, & non sæpius? aut cur, ſi ſemper eſt capax, non ſemper illi confertur, maximè ſi iam experimento notum ſit, non eſſe illi valdè moleſtum aliquoties abſolutione priuari? Vnde illud remedium non video, quid commodi poſſit tunc habere; imò potius incommodi, dum priuatur gratia Sacramenti, & auxilijs, quæ intuitu illius ritè ſuſcepti dari ſolent, alioquin non danda.

Propter hæc, & ſimilia rarò (fateor) vtendum iudico prædicto remedio negandæ, aut differendæ abſolutionis, durumque mihi ſemper videtur, pœnitentem alioquin capacem tantæ gratiæ illa priuare. Nec tantum æſtimatio prodeſſe illum ſiue merum, ſiue moleſtiam negatæ abſolutionis impendat, ſed ſecluſa conuenientia temporis accepti ad melius inſtruendum, & diſponendum, vt iam dixi.

In hoc ergo negotio, quando iuſtæ, & rationabiles cauſæ non tollendi prædictam occasionem ſuſtinet, etiam ſi sæpius reincident pœnitens, nec cogendus eſt illam tollere occasionem, nec priuandus abſolutione, etiam sæpiſſimè reciduus, quin potius hortandus, vt sæpè veniat ad confefſionem, aliaque media adhibenda, quæ, ſpectato perſonæ ſtatu, & opportunitate, prudenti confefſario expedire videantur, in quo vix, imò ne vix poſſunt aliqua certæ regulæ aſſignari.

Hæc doctrina ſic, quantum à me fieri poteſt, declaratur. Vel illa abſolutio tunc eſt neganda propter frequentiam peccandi. Vel propter occasionem non vitatam; non propter hoc vltimum, quia non tenetur hic, & nunc, vt ſupponimus, vitare; non propter illud prius, vt probat diſcurſus factus, quia illa negatio abſolutionis vix poteſt prodeſſe, niſi fortè rariffimè, magiſque proderit frequentia confefſionis, & frequens beneficium abſolutionis: ergo ex nullo capite erit neganda, ſi alioquin ſit capax pœnitens.

Sicut ergo in peccatis, in quibus nec moraliter,

nec physicè potest occasio penitus tolli, vt contingit in peccato mollitiei, potius Doctores, & vsus confessorum habet iniungere frequentiam confessionis apud eundem confessorium, quam venientem absolutione priuare. Sic in his peccatis in quibus, si non physica; saltem moralis impossibilitas auertendæ occasionis reperitur; non videtur exigendum remedium separationis occasionis, nec remedium denegandæ absolutionis, cum hoc Sacramentum Christus instituerit non solum ad deleganda præterita; sed ad præcauenda futura peccata. Negata vero absolutione, vel (quod idem est in præfenti) dilata, negatur Sacramentum, atque adeo remedium à Christo institutum contra futura peccata. Quis autem vnquam videt oportere priuare ægrotum, alioquin capace remedij, optimo, & maximo remedio ad sanandum vulnus, vt vulnus sanetur.

Itaque concludo vix oportere vti, quando penitens est capax absolutionis, huiusmodi remedio, nisi fortè, quando per breue tempus differatur absolutio, vt adhuc perfectius si id speratur, disponatur ad accipiendam illam ipsam illorum peccatorum, absolutionem, quæ tunc debebat conferri, in quo sensu loquutus sum in ea *disp. 6. dub. 21.* quando contendebam posse esse causam differendi absolutionem, raro enim ex mera dilacione absolutionis potest separari correctio. Et sanè non video cur melius sperandum sit de peccatore tantum attrito, atque adeo non habente gratiam, & amicitiam Dei ante collatam absolutionem, quam de illo ipso iam constituto in amicitia Dei per absolutionem collatam. Quod si accesserit non iam attritus tantum, sed contritus, multò magis mihi videtur datum & absolum, amicum Dei, & amantem illum super omnia, non iam propter peccata præterita; sed propter metum futurorum, beneficio Sacramenti, & abluitione priuare. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra.*

Sed circa negandam, vel concedendam absolutionem in multis casibus, vide omnino Leandrum de *Sacrament. tomo primo, tractat. quinto, disputatio. 7. à quæstion. 31. vsque ad 56.* in quibus discutit multa dubia more suo doctè, & breuiter, ad illum, & non pigebit.

An qui celebrat in Calice non consecrato, præter peccatum mortale incurrat aliquam penam?

RESOLVT. XXXI.

AD hoc dubium negatiuè respondet doctus Pater Tamburinus *opus. de Sacrificio Missæ libro 1. capit. 1. §. 3. numero primo cum sequen.* vbi probat, peccatum mortale committi à celebrante in Calice, vel patena non consecratis, quia sit contra præceptum in re graui, certum est. Quare hic solum querimus, an in iure incurratur antiqua pœna, Bonacina sic habet: Contra eum, qui vtitur calice ligneo, aut calice non consecrato constituta est pœna depositionis ab officio, & beneficio, *capit. ultimo de celebrat. Missar.* Hæc Bonacina: quod fortasse sumpsit à Suarzio, qui sic ait: Et idèd in *cap. ultimo de celebratione Missarum* deponitur Sacerdos, qui sine sacro calice consecrauerit.

Sed amabo te, adcamus prædictum caput vlti-

mum, & videamus quid Episcopo Brixienti scribat in illo Honorius Tertius: Litteras tuas (inquit) recipimus, continentes quòd cum super excessibus presbyteri Ecclesiæ Sanctæ Brigidæ inquireres, confessus est, quod cum quadam die hostiam & calicem non haberet in pane fermentato, & scypho ligneo Missarum solemniter celebrare præsumpsit. Et infra. Intellecto iterum quod prædicta Ecclesia per malitiam dicti presbyteri multipliciter lædebat, inquisitionis officium iterans, ex eius confessione inuenisti, quod idem sine igne sacrificabat, & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia, vel nimia desipientia peccasse probetur mandamus, quatenus officio, & beneficio perpetuo ipsum priues. Hæc Honorius.

Vbi vides primò, hæc non esse pœnam vniuersalem, sed illi peculiari presbytero inflictam. Secundò, estè eiusmodi pœnam velis extendere ad omnes: certè ad omnes similiter delinquentes: At si benè notas, vt notauit ibidem Glossa, Sacerdos ille quatuor peccata commisit. Primò celebravit in pane fermentato, quod non licet in Ecclesia Occidentali. Secundò in scypho ligneo. Tertio sine igne; hoc est, sine candelis accensis. Quarto sine aqua, quæ vino consecrando commiscenda erat, & contra hos omnes excessus, illa pœna priuationis officij, & beneficij fulminatur à Pontifice. Quomodo ergo ad celebrantem in calice non consecrato tantum, extendere velis? Tertio, licet qui in scypho ligneo celebravit, supponatur in vase non consecrato celebrasse, & licet item supponamus, in hoc Sacerdotem illum dantaxat, & non in aliis deliquisse, certè, quis non videt minus esse in calice aureo, vel argenteo non consecrato celebrare, de quo casu nos loquimur, quàm celebrare in ligneo scypho non consecrato? Cum igitur paria peccata non sint, cur pari pœna puniatur? Hucusque Tamburinus.

Sed ego non audeo discedere ab affirmatiua sententia Doctorum, quam nouissimè tenet Dicastillus de *Sacr. tom. 1. tract. 3. disputatio. 4. dubitatio. 9. numero 172.* vbi sic ait: Contra eum autem, qui vtitur calice ligneo, aut non consecrato, constituta est pœna depositionis ab officio, & beneficio, *c. vlt. de celebrat. Missar.* in quo Episcopus non potest dispensare, cum sit inferior Papa. Ita ille; cui adde ille; cui adde Franciscum Lugo de *Sacr. lib. 5. capit. 8. quæst. 2. num. 6.*

Sed hic incidenter queram, quid dicendum de quodam calice, qui modicissimum foramen habebat in fundo cuppæ, quod tamen promiserat aurifex ita artificiosè concinnare, vt vix præteritus defectus apparere posset, idque sine vlla calicis immutatione? an inquam in tali casu consecrationem amiserit? Et affirmatiuè respondeo cum Tamburino *vbi supra §. 5. num. 1.* quia propter illud foramen, vnde sanctissimæ species exudabant, aptum nequam remanserit ad sacrificium. Sed tu cogita quid dicendum si foramen factum fuisset in medio, vel in principio calicis, nam in tali casu non videtur absolutè ineptum remansisse ad sacrificium. Ergo.

An maritus possit habere copulam cum uxore si utroque teste careat?

RESOLVT. XXXII.

Affirmatiuè respondet Sanchez de *matrimon. tom. 2. libro 7. disputatio. 102. numero sexto*, docet enim licere copulam marito, qui non potest verum semen effundere, quia utroque teste orbatus est. Probat verò, eo quod vir ille iure suo vtatur vacans actui coniugali, quem matrimonium permittit.

Sed hæc doctrina secundum Dicastillum duas patitur difficultates, primam, quod non videatur cohærere cum doctrina quam dedit *citat. disputatio. 5. numero 14.* vbi docet, accessum ad non vxorem talis Eunuchi esse peccatum contra naturam, si enim talis copula Eunuchi etiam penetrandos vas, est copula contra naturam, non assequor quomodo possit licere, etiam post matrimonium; quia esse vel non esse contra naturam, non prouenit ex matrimonio, vel defectu matrimonij, sed quia non est naturalis copula illa quoad substantiam, atque adeo non est copulatio coniugalis, neque actus coniugij, seu matrimonij, nec enim matrimonium præbet ius ad actum contra naturam. Vel ergo actus est contra naturam; vel non; si dicatur esse contra naturam; falsum est quod ait *n. illo 7.* quod vir ille iure suo vtatur, nec enim habet ius ad actum contra naturam ex vi sui matrimonij: Si verò dicatur non esse contra naturam, ergo neque inter non coniugatos est contra naturam in quibus tantum deest vinculum matrimonij, quod vinculum non facit quod actus alioquin contra naturam, desinat esse contra naturam.

Secundam difficultatem patitur, quod videtur petere principium, & assumit id, de quo est controuersa, dum reddit pro ratione, quod vir ille iure suo vtatur, & quod sit vacans actui coniugali; quem matrimonium permittit, de hoc enim erat ibi controuersa, & oportebat aliundè probare quod habeat Eunuchus ius matrimoniale ad tale genus copulæ, & quod ille sit actus coniugalis. Adde quod non minus videtur de essentia copulæ matrimonialis seminis emissio, quam vasis penetratio, ille autem *libro 9. disputatio. 27. numer. 20.* ad quem locum se refert, docet non licere, quando non est penetratio vasis, Eunuchi verò penetratio non est penetratio matrimonialis, vasis enim penetratio, de qua agitur, non est cuiuscunque rei intromissio, sed membri genitalis virilis, illud autem membrum Eunuchi non minus videtur in ratione genitalis esse æquiuocè, seu analogicè tale, quàm oculus sine visiva potentia.

Adde secundò melius posse viribus naturæ seruire ad generationem adiutus arte ille, cui amputata est fistula relictis testibus, & seroto, quàm qui utroque teste caret. Experientia enim docuit prolem fuisse susceptam, imò proles aliquot à tali homine, emissio & deriuato semine in matricem pet carnaliculum, seu tubulum, & in facti contingentia pro quibusdam coniugatis consulti fuimus in Hispania collega tunc meus P. Hieronymus de Ribera, & Ego, dum profiteremur Theologiam, pluresque aliarum Religionum Theologi, qui tamen non putabant eiusmodi actum licere, quia modus

ille generandi non erat institutus à natura, nec copula naturalis. Atqui multo magis distat à generatione (qui est primarius finis matrimonij) Eunuchi copula, quæ per se, & ex natura sua non potest seruire ad generationem deficiente vero semine, quam illa veri seminis deriuatio per tubulum. Iuxta dicta ergo non minus est contra naturam, sed potiori ratione copula Eunuchi cum vxore. Atque adeo illicita, de quo latius suo loco vbi reddemus disparitatem de copula senum, qui verum semen emittunt licet morbosum; Eunuchi verò humor non est verum semen in sua essentia. Quod verò Sanchez addit de fine secundario matrimonij, qui est sedare libidinem, non probat ad huiusmodi finem posse adhiberi media quibus essentialiter repugnet generatio, quæ est primarius finis, tale autem medium est administratio eius humoris, qui ex essentia sua non est semen, cui non per accidens, sed per se conuenit non esse prolificum; quod non conuenit semini morbofo, aut senis mariti, quod est verum semen, & per accidens virtuosum. Et quidem per accidens, quod Eunuchus fuerit castratus, sed non est per accidens, sed essentialiter, quod eius humor non sit semen, quia essentialiter non est semen; senis verò, vel morbofo semen, est essentialiter semen, sed per accidens minus aptum, in quo magna est disparitas.

Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra* quæ aptata nimis Lectoribus fuisse reor, cum sint satis curiosa, & ego hic per extensum afferre volui, quia de hac quæstione his diebus inter aliquos Theologos magna exitit altercatio.

An sit peccatum mortale si propter variationem situs in copula coniugali aliqua pars seminis labatur?

RESOLVT. XXXIII.

Hic casus euidam viro nobili frequenter accidebat, & negatiuam sententiam docet doctus, & amicissimus Pater Martinus Perez de *matrim. disp. 49. sect. 7. num. 12.* vbi sic ait: Dico tertio, si experimento constaret, ex aliquo concumbendi modo semen non retineri, sed effundi ob femineis vasis nimiam humiditatem, vel laxitatè, forte peccatum mortale eo vti; Ita Ludouicus Lopez *part. 1. instruct. cap. 81. §. igitur loquendo, & cap. 87. in fine.* Ratio est, quia impeditur generatio positiuè quando ex concumbendi modo illa effusio confurgeret, tunc enim situs ille esset causa effusionis. Quod si illa effusio succederet aliquando præter intentionem coniugum dantium operam rei licitæ, & non ex concumbendi modo, sed ex aliquo morbo, dummodo impedimentum retinendi non esset perpetuum, contingere posset absque culpa. Neque oppositum docet Sanchez *disp. 16. citata, num. 6.* vt patet attentè legenti; quidquid dicat Basilius *cap. 11. citato, num. 3.* Est vero obseruandum cum Sanchez, & Basilio, ex aliqua seminis effusione extra vas, non concludi variationem debiti situs esse mortalem, dummodo eo culpæ modo retineatur aliqua seminis pars sufficiens ad generationem. Docent enim Medici notam seminis quantitatem in matrice retineri, solet enim matrix aliquando eam solum partem retinere, quæ ad generationem sufficiens sit, expulso reliquo. Hucusque Perez.

Hæc

Hæc tamen opinio larga, & nimis laxa videtur nouissimè Patri Dicastillo de Sacram. tom. 3. tr. 10. disp. 9. dub. 7. numero 65. est enim prodigere semen humanum absque rationabili causa, quia coniuges, ut suppono, alioquin ad talem situm non habent ius propter impedimentum, aut difficultatem vrendi naturali situ, quin potius facillè possent illum seruare, nec refert, si dicatur id esse per accidens, & præter intentionem. Nam supposito, quod tale periculum præuideatur, & sic congregiendi non vtriusque iure suo, non censetur id resultare per accidens ex usu sui iuris. Neque enim habet ius ad sic congregiendum, quando aliter potest, & debet. Vnde in tali casu meritò censetur causa moralis illius effusionis extra vas, quam non solum permittit, sed etiam efficit adhibendo modum, ad quem non habet ius. Quæ ratio, & doctrina maximè vim habet in sententia verissima, & mihi certa quod vel minimæ particulæ seminis deliberata administratio extra legitimum coniugium, aut legitimum vas sit peccatum mortale, neque in ea sit locus paruitati materis. Negari autem non potest, quin illa pars, quæ in tali casu effunditur, sit æquè administrata, atque illa, quæ intra vas legitimum recipitur, & tamen administratur præuidendo (ut supponimus) ex tali modo, ad quem non habet ius, fore extra vas effundendam. Ita Dicastillus.

Verùm licet hæc opinio mihi maximè placeat, & consulendam existimem: tamen contrariam puto probabilem esse, quam præter Sanchez, Pontium, & Perez, tenet etiam Gaspar Hurtadus de matrim. disput. 50. difficult. 5. numer. 20. Castrus Palaus tom. 5. disput. 3. punct. 4. §. 3. numer. 1. & Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 6. de bono matrim. dub. 14. num. 175. vbi sic ait: Si effusio non oriatur ex modo coeundi, sed aliunde, v.g. ex morbo, debilitate, non erit mortale, quia non oriatur ex situ inordinato, sed ex alia causa præter coniugium intentionem, qui dant operam rei licitæ, scilicet actui coniugali: imò parua effusio humani non arguit actum esse mortalem propter situm indebitum, cum illa etiam soleat sequi seruatō situ naturali. Ita ille.

Nota hic obiter in supradicta copula cum variatione situs, etiam si vir sit incubus, & femina succuba, licet petens peccaret venialiter, reddentem non peccare, sufficit enim illi pro causa nolle displicere alteri, & nolle dare occasionem discordiæ propter rem, quæ ipsa per se non est intrinsecè mala. Et ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Leander de Sacram. 1. 2. tr. 9. disp. 25. qu. 34. Imò Castrus Palaus vbi supra, ex Pontio, & Sanchez, putat in supradicta copula cum variatione situs non adesse peccatum mortale etiam si scias non ita certo prolem generari, ac si debito modo fuisset usus, quia non teneris generationem conuenientiori modo procurare; satis enim est si modo conuenientiam procures. Illud certum, si scias ex prædicto concubitu generationem impediri, eo quod femina vel ob humiditatem, vel laxitatem non valet semen retinere, peccatum esse mortale, quia perinde est, ac si semen extra vas effunderes. Quod verum censeo; etsi ea expulsio, seu non retentio procedat ex aliqua infirmitate temporali feminae, quæ semen retinere potest seruatō naturali modo concubitus.

Non deseram etiam hic obiter adnotare, Martinum de San Ioseph in mon. confess. to. 1. lib. 1. tr. 50.

de matrim. num. 2. sic asserere: Pero si la criatura está inanimada, aunque aya peligro de que no pafese adelante por la copula, no será pecado mortal pedir, ni pagar el debito, porque no es razon priuar de su derecho a los cañados, por cosa, que no es de gran importancia. Ita ille, qui citat Sanchez, & Hurtadum.

An sit probabilis opinio aliquorum, asserentium non esse peccatum mortale copulam initam in Ecclesia ab uxoris absque causa?

RESOLVT. XXXIV.

Suppono, copulam absque causa factam in Ecclesia à coniugatis, esse culpam lethalem secundum communem opinionem Doctorum, quos refert, & sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tr. 9. disput. 25. quest. 30. difficultas est, an opinio contraria sit probabilis? Olim negatiuè respondebat Magister Decius Dominicanus, cui ego obstiti, & tunc adduxi Hurtadum de matrim. disp. 10. difficult. 4. n. 16. Basilium Pontium lib. 10. capit. 19. num. 13. & alios penes ipsos, quibus nunc addo Martinum de San Ioseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tr. 50. de matrim. num. 2. vbi sic ait: Probabile sententia es la de los que afirman, que tener copula conyugal en la Iglesia sin necesidad es pecado mortal; dicen, que es sin necesidad el no ser compelidos à habitar mucho tiempo en la Iglesia, v.g. quando estam retraidos; Suarez 3. part. quest. 83. artic. 3. disput. 81. sect. 4. Henriquez lib. 9. de missa cap. 27. numero 5. & alij plures, quos citat, & sequitur Sanchez vbi supra, nu. 12. Pero mas probable me parece, que no es pecado alguno tener la copula marital en la Iglesia, aun sin necesidad, porque no esta prohibida por derecho naturel, ni por el Diuino, in Ecclesiastico, ni quando en el cap. fin. de consecrat. Ecclesia se determina, que la efusion del semen humano, haze polura la Iglesia, habla de la copula marital, sino de la fornicaria. Tienenlo assi la glos. in capit. Ecclesi. us, verb. semine, de consecrat. dist. 1. & multi Auctores citati à Sanchez lib. 9. disp. 15. num. 7. Hucvique Martinus.

Et idèd hanc sententiam nouissimè tanquam probabilem admittit Dicastillus de Sacram. tom. 3. tr. 10. disp. 9. dub. 5. numer. 58. dico igitur probabiliter actum coniugalem in loco sacro, aut benedicto, non esse illicitum, nedum sacrilegum, quia in primis non est illicitus iure naturali, nec Diuino, ut patet. Deinde non satis probatur esse illicitum iure Ecclesiastico, nullibi enim reperitur Textus, in quo vel prohibeatur, vel supponatur prohibitum, nam prædictum Caput finale, de consecrat. Eccles. (qui solus Textus solet adduci) non satis probat: quando enim ibi dicitur, Si Ecclesia, cuiuscunque fuerit semine, aut sanguinis effusione polluta, &c. non constat ibi esse sermonem de effusione etiam coniugali seminis modo naturali, & debito; nam ad eorum verborum veritatem sufficit seminis effusio non coniugalis, & illicita contra castitatem, siue feminae sit, siue viri, siue Clerici, siue non Clerici. Idque videtur indicari illis verbis, fuerit polluta, nam cum aliàs non constet satis actum coniugalem in Ecclesia esse prohibitum intuitu reuerentiæ Ecclesiæ, non est cur dicamus eo actu pollui Ecclesiam, maximè cum eodem tenore verborum ibi dicitur

dicatur Ecclesiam pollui sanguinis effusione, & tamen non polluitur effusione sanguinis alioquin licita: ergo sicut non extenditur Ecclesiæ pollutio ad licitam effusionem sanguinis, ita non videtur extendenda ad licitam effusionem seminis. Ecclesia ergo iuxta probabilem hunc discursum tantum polluitur sanguinis, aut seminis effusione illicita, & non coniugali. Et quidem probabilissimum etiam est, non quacunque illicita effusione seminis, sed tantum publica, id est, quæ confessione à reo facta in iudicio, aut facti euentia venerit in multorum notitiam; ut contra Paludanum, Antoninum, Rebell. Sanchez, Suarez, & alios docent Vasquez 1. 2. disp. 98. num. 6. Toletus lib. 5. cap. 8. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 26. quest. 13. Basilium supra, & alij Recentiores.

Et tandem post hæc scripta inuenio hanc sententiam absolutè docere Martinum Perez de matrim. disp. 49. sect. 4. n. 7. & probat nullum esse peccatum si coniuges copulentur in loco sacro, neque Ecclesiam violari, siue copulentur in casu necessitatis, siue non. Quod etiam à simili comprobatur; nam effusio sanguinis quando iusta est, non habet speciem sacrilegij.

Et ex hac sententia colligitur primò, sola effusione seminis esse illicita, & quæ cum peccato mortali sit, pollui Ecclesiam, & illam solam commissam in loco sacro habere speciem sacrilegij.

Colligitur secundò, neque etiam illa effusione seminis illicita pollui Ecclesiam, nisi id delictum sit publicum, atque adeo si effusio occulta sit, neque polluitur, neque speciem habet sacrilegij. Sic Toletus lib. 5. summa cap. 8. Coninch de Sacram. 9. 83. art. 3. dub. 1. num. 230. Gabriel Vasquez in 1. 2. disp. 98. num. 6. Basilium Ponce citatus num. 15. & alij. Probatur manifestis rationibus. Primò quia cum ea effusio seminis ideo tantum sacrilegium sit, quia ex constitutione Ecclesiastica locus sacer illa profanatur, & tollitur consecratio, aut benedictio; neque enim vlla est alia ratio, ob quam sit speciale peccatum; sit ut notoria tantum effusio speciale sacrilegij peccatum sit. Secundò, cum reuerentia loco sacro debita consistat in opinione hominum, non potest per prædictum actum illicitum tolli nisi hominibus innotescat, sicut homines non fiunt de facto per crimina infames, nisi innotescant. Tertio, sicut ob occulta crimina non potest iniungi publica poenitentia, ne auctor iniuriis diffametur; ita nec Ecclesia ob similia potest pollui; quia eadè diffamatio sequeretur. Vltimò, quia aliàs res esset intolerabilis. Ponamus enim solum Parochum scire eiusmodi factum, hærebit perplexus, quia nec poterit sine turbatione omnino à celebrando in ea Ecclesia abstinere; nec poterit curare ut reconcilietur, quia non poterit probare factum, si rei negent, qui hoc non teneantur fateri, quamdiù non est saltem semiplenè probatum. Nec etiam liberè in ea poterit sicut antea celebrare; quia semper dubitabit an hîc, & nunc sit sufficiens necessitas celebrandi in Ecclesia polluta.

Colligitur tertio, publicum in hac re dici, non quod iuridicè probari posset, sed quod vel ipsa confessione rei in iudicio, aut euentia facti in multorum notitiam deuenit, & est quasi diffamata Ecclesia, & denigrata eius reuerentia, ut communitè docent Doctores. Vnde si duo, vel tres, aut pauci homines scirent pollutionem, vel emissionem seminis in loco sacro factam, adhuc ne-

que egeret reconciliatio, neque esset speciale sacrilegij peccatum.

Colligitur quartò, pollui Ecclesiam dicto actu publico factò tantum intra corpus Ecclesiæ, & non factò in turri, nec in cubiculis corpori Ecclesiæ adherentibus, nec in cellulis, seu tribunis, ex quibus Principes, qui domos Ecclesiæ coniunctas habent, audiunt sacrum; nec in Sacristia. Hucvique Perez.

Ex his à fortiori reprobandi veniunt Paludanus 4. dist. 18. q. 8. art. 4. num. 20. D. Antoninus 3. p. tr. 1. cap. 20. §. 2. Caiet. verbo, Matrimonium c. vlt. vers. 6. cap. Nauarra cap. 16. n. 32. Viuald. de Matrim. vbi de debito coniugali num. 262. Armilla verbo debitum, num. 7. Valentia tom. 4. disp. 10. generali quest. 6. punct. 2. §. 7. Graffis in decis. cap. 48. n. 26. Toletus lib. 5. cap. 8. n. 14. Quos omnes, & alios referunt pro hac parte Sanchez num. 9. & Basilium n. 12. asserentes, quod etiam sit mortale peccatum, dictus coniugalis actus exercitus in Ecclesia in casu necessitatis, v.g. quando coniuges diu sunt intra illam inclusi.

Sed contrarium dicendum est, nempe non esse mortale in proposito casu talem actum in Ecclesia exerceri. Quia probabilis est, Ecclesiam in casu necessitatis nolle obligare coniuges ad abstinendum: sic Suarez 3. p. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. Enriquez lib. 9. de Missa cap. 27. n. 5. & l. 1. cap. 16. num. 4. Petrus Ledesma de matrim. qu. 64. art. 7. conclus. 1. & in summa tract. de Euchar. c. 20. difficult. 1. Bartholomæus de Ledesma, Siluester, Castro Palaus, quos, & alios vsque ad 27. Doctores refert, & sequitur Sanchez loco citato num. 12.

Aliqua notabilia circa copulam coniugalem.

RESOLVT. XXXV.

Quæro primò, an incitantes amantes ad copulam, peccent, & quomodo teneantur hanc circumstantiam confiteri? Sanchez lib. 1. disp. 8. n. 6. ait peccare mortaliter eos; qui duos amantes non coniugatos ad copulam incitant, ut cum multis docet n. 6. & infert cum Ledesma, eos quibus amentium cura demandata est, curare debere ne congregiantur; perinde atque tenentur ne alia mala inferant. Et addit; eos, qui ita copularent prædictos amantes, aperire debere in confessione easdem circumstantias, quæ fatendæ essent ea copula habita inter personas mentis compotes, quia talis circumstantia voluta est à copulantibus illos amantes.

Sed hoc vltimum ut rectè obseruat Dicastillus, de Sacram. 1. 3. tr. 10. disp. 9. dub. 4. n. 40. quamuis probabilissimum, & fortassè verum, & in praxi ita seruandum, suam habet difficultatem pro omnibus casibus absque vlla distinctione loquendo, quamuis enim in plerisque verissimum sit, ut si aliquis amentium coniugatus sit, in quo casu sic incitans est causa iniustitiæ commissæ contra coniugem alterum; in aliis tamen casibus, v.g. voti emissi ab illo amante seruandi castitatem, quando erat sui compos; non video qua ratione tam certum sit sic incitantem amentem habentem vorum, peccare peccato sacrilegij contra vorum castitatis, quod amens olim prudens emiserat: Nam licet demus doctrinam generalem, scilicet eum, qui mouet, aut incitat alium ad aliquod peccati genus, peccare eodem genere peccati cum eo, qui sic incitatus peccat

peccat, saltem malitia secundaria, quatenus præceptum obligans aliquem ad aliquid faciendum, vel omittendum ex natura rei obligat cæteros, vt non hortentur, aut incitent illum ad contraueniendum tali præcepto; quamuis hoc ita esse generaliter fatemur; tamen in nostro casu, ille qui incitat amentem habentem votum castitatis ad copulam non est causa, vt amens frangat votum, neque vt amens peccet contra illud, sitque infidelis Deo, & factilegus, quia nihil tale committit in illo actu, ergo non peccat eo genere peccati, quo peccaret, si amens ille fuisset sui compos. Imò si rectè expendamus, nec malitia secundaria fornicationis intra genus intemperantiæ peccat, quicumque incitat amens ad copulam, quia non est causa vt illi sint intemperantes, & venerci, tales enim non sunt in eo actu. Solum ergo peccat sic incitans, quia incitat ad actum, quem naturæ leges non permittunt in natura rationali, nisi inter coniuges & sui compos, id est non amentes, quorum saltem alter possit seruire ad rectam prolis educationem. Et hæc omnia docet Dicaëllus *vbi supra*, cui etiam ego adhareo.

Quæro secundò, An copula inita solum inter coniuges causa voluptatis sit peccatum veniale? Negatiuam sententiam tanquam probabilem olim docui; quod omninò negauit quidam Theologus sed pro probabilitate dictæ opinionis ego postea plures adduxi, & idè ipsimet Doctores, qui contra me in dicta copula culpam venialem agnoscunt, fatentur tamen & admittunt nostram opinionem esse probabilem, & idè Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. l. 1. tract. 50. de Matrim. nu. 9.* sic ait: Muy probable es la opion de los que afirman, que no es pecado alguno tener el acto conjugal por la deleytacion que se tiene en el, como no se excluyan los demas fines principales: porque el tal deleyte se consigue del acto, que de su genero es licito. Sic Diana *3. part. tract. 4. resol. 216.* qui citat alios. Pero à la verdad me parece mas probable, que buscando este fin con demasido deleyte, serà pecado venial, porque se peruierte el orden deuido: y porque el bien deleytable, que pide la naturaleza sensitua, no puede ser buen fin de las obras humanas, sino solamente el bien honesto, que es conforme à la naturaleza rational, & finis actus semper attendi debet expectari, *l. diximus, ff. de excusat. tutor.* Ita Martinus.

Et nouissimè idem docet Dicaëllus *de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 2. num. 14.* Sic asserens: Addunt vterius, & satis probabiliter Basilius, Perez, Almainus *supra*, & Maior *conclus. 7.* actum coniugij, exercitum solum ob delectationem carnalem capiendam ipsi actui annexam, vt ea ratione accidiùs appetatur ad conseruandam speciem nullo modo esse illicitum, adhuc veniale; quod etiam probabile putat Veracruz *3. part. speculi*, quia delectatio, seu voluptas illa verè est licita perinde atque actus ipse. Ita Diana cum aliis *3. part. tract. 4. ref. 216.*

Nihilominùs probabilius est non carere culpa, maxime si fiat ob nimiam illam delectationem, & solum ex desiderio illius. Vnde Augustinus *de bono coniugali cap. 6.* dixit: Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentiæ verò satiandæ venialem habet culpam, si quis tamen intendat quidem delectationem, non vt in illa sit; sed vt ea ratione actus cum maiori delectatione exercitus, magis apte fiat, & plene in ordine

ad generationem, non video esse culpam, sicut, quamuis in cibo intendere merè delectationem veniale peccatum sit; eam tamen intendere, vt ea ratione magis prosit, meliùsque nutriatur natura iuxta illud delictolorum hominum axiomata; quod sapit, nutrit: nullum est peccatum. Et in hoc sensu in nostro casu admittenda est doctrina prædictorum Auctorum. Hucusque Dicaëllus.

Dicendum est igitur, nostram opinionem contra dictum Theologum esse etiam secundum mentem aduerfariorum satis probabilem, licet contrariam, probabiliozem, & communiozem simul cum ipsis ego existimem.

Et ex his inferitur contra Ludouicum de San Iuan *in summa art. 6. q. 25. de matrim. difficult. 3. fol. 995.* & alios, quos adducit, & impugnat Leander *de Sacramento, tom. 2. tract. 9. disp. 25. quest. 42.* posse coniuges inchoare copulam delectationis causa, & potest ea non absoluerè, dummodo, nec sublit periculum pollutionis alterius coniugis; & vxor, inchoata ea copula, contenta sit. Quia copula absque seminatione reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges, cessante pollutionis periculo, liciti, & permisi sunt: sicut ergo tactus, etiam si ex natura sua ordinentur ad actum, liciti sunt, quamuis non sit vltra progressus; sic & erit inchoata copula.

Quæro tertio, quid sentiendum de illa doctrina Ioannis Præpositi *in 3. part. D. Thome questio. 6. de bonis matrim. dub. 23. num. 173.* vbi sic ait: Ex his patet quid dicendum, quando aliquis accedens ad suam, imaginatur fœminam pulchram, quò ardentius actum coniugalem exerceat. Si enim ita imaginatur aliam pulchram, vt animum pascat, perinde ac si rem cum illa haberet, & mortalitèr peccat, voluntariè sese delectando cum aliena, imò ita se gerens, ac si cum illa rem haberet: si verò hæc imaginatio solum subseruiat, vt ardentius feratur in vxorem ibi sistendo, id solum est peccatum veniale.

Idem iudicium est de aspectu picturæ in illum finem, licet propter periculum mentalis adulterij id planè sit dissuadendum, & in hominibus carnalibus fortè rãto adfit peccatum mortale: cum hæc actum exercentes ex tali imaginatione facile ferantur cæco impetu in aliquam, cupientes eidem adherere, quamuis non esset sua, cupiantque rem habere cum ea, quam imaginatione sibi repræsentant. Ita Præpositus. Sed ego hæc omnia puto satis periculosa, & in praxi omninò fugienda, neque vilo prætextu admittenda.

An aliquando coniuges exsentur à peccato, si effundant aliquid seminis extra vas.

RESOLVT. XXXVI.

Respondeo tanquam certum; esse quidem lethale si consulo, & cum aduertentia id à marito fiat. Quia est peccatum mollitiæ, cuius est intrinsicè malitia. Sic omnes Doctores. Limitant tamen hanc sententiam præfati Authores, docendo, posse quandoque id absque mortali contingere culpa; quandoque etiam absque veniali. Absque mortali, casu quo parua aliqua pars seminis, dummodo alia retineatur, elabatur. Absque veniali etiam casu, quo præter intentionem, dum vir legitime

congregari conatur, ex festinatione quadam, & vigore naturæ semen extra effundit. Ita Hurtado *de sacram. matrim. disp. 10. diff. 5. num. 20.* & me citato Leander *de sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 25. quest. 39.*

Dico secundò, quòd si solum sit periculum vt amens feminet extra vas, non ideo censenda sit illicita copula, quia nimirum coniux sanus dar operam rei illicitæ, & præter eius intentionem, ac per accidens enonit illa effusio. Vnde licet aliquando ita contingat ex defectu amentis, non semper ita eueniet. Ita Dicaëllus ex Sanchez, & alij *10. 3. de sacram. tract. 10. disp. 9. dub. 4. n. 47.*

Dico tertio, quòd maritalis copula sit licita seni, qui dum congregatur cum sua vxore, effundit fœmen extra vas. Itaque quando senex habet probabilem spem seminandi intra vas, potest vt copula, vtitur enim iure suo, etiam si fortè contingat semen quandoque, aut sæpè extra vas effundit, perinde atque dictum est locis notatis de frigido, cui concessum est triennium experientiæ, vt conetur ad copulam. Quamuis autem senex sciat se non posse effundere semen intra vas; atque adeo non posse vti copula, vel conari ad illam, potest nihilominus vti oculis, & amplexibus, si id fieri possit citra periculum pollutionis alterius coniugis. Ita ex Sanchez Dicaëll. *vbi supra dub. 7. n. 77.*

Sed si aliquis incidenter hæc quærat de malitia speciali pollutionis extra vas inter coniuges? Respondeo cum Dicaëll. *vbi supra n. 82.* eiusmodi peccatum inter coniugatos extra vas legitimum, esse grauius quàm simile inter solutos. Deinde huiusmodi peccatum esse contra naturam, & habere malitiam adulterij tam ex parte viri, quàm vxoris consentientis, teneque in confessione explicare vtrâque circumstantiam adulterij, imò addo cum eodem Sanch. *num. 5.* non satis esse dicere commissi adulterium cum coniugata in genere, & simul peccatum contra naturam; sed explicandum esse, id fuisse commissum cum propria vxore. Prima pars responsionis, quod scilicet sit grauius inter coniuges, quam inter solutos, constat; quia inter solutos tantum est merè peccatum contra naturam; inter coniuges verò etiam est peccatum adulterij, vt dicitur in secunda parte responsionis, quam sic etiam probabo: Quia neuter coniux seruat alteri suum corpus castè, quòd ab bonum fidei perinet; neque enim alter alterius coniux est ad illum actum, sed ad naturalem, vt docuit, & obseruauit Caiet. *2. 2. q. 154. art. 1. in solut. ad 4.* Atque hoc videtur voluisse V. Ambrosius *lib. 1. de Paruar. & refertur cap. Nemo 32. q. 4.* vbi ait, Nec hoc solum est adulterium cum aliena peccare coniuge; sed omne quòd non habet potestatem coniugij. At talis actus potestatem coniugij non habet (vt patet) ergo est adulterium.

Denique tertia pars, quòd scilicet explicandum sit fuisse peccatum cum propria coniuge, nec sufficiat explicare in genere malitiam adulterij, sic probabo: Quia si dicatur fuisse cum persona coniugata in genere, eo modo confessionis explicatur iniustitia aduersus coniugem illius personæ, cum tamen nulla talis interueniat. Præterea si talè peccatum fiat cum propria coniuge renitente, & ad id coacta, vltra malitiam adulterij, haberet quandam malitiam raptus, quæ etiam explicari debet, vt potè distincta. Quòd si fiat cum consensu illius, hoc ipsum erit explicandum. Neque sufficiet dicere, se commississe tale peccatum cum fœmina coniugata consentiente viro illius, intelligendo se ipsum, qui eo ipso

Anton. Diana Pars XL

quòd peccat cum vxore sua, consentit vt illa peccet. Hoc (inquam) non sufficit, quia in tali casu explicaret etiam malitiam, qua fuerit causa, vt vit talis fœminæ consentiret in eam turpitudinem, quæ malitia tunc non interfuit, cum ipse non dederit alteri viro occasionem peccandi, sed ipsemet fuit qui contra se ipsum, & contra ius suum, & propriæ vxoris talis peccati auctor, & causa fuit, non dans alteri viro occasionem sic peccandi. Vide etiam præter Dicaëllum, Reginaldum *tom. secundo lib. 31. numero 333.*

An si quis verbi gratia in India, vel in partibus infidelium timeat non posse habere confessarium tempore mortis, teneatur anticipare confessionem, vt adimpleat præceptum Diuinum confitendi in articulo mortis?

RESOLVT. XXXVII.

Negatiuè respondet nominatim contra me P. Leander *de Sacramento, tom. 1. tract. 5. disputat. 3. quest. 11.* Probatum primò, quia in hoc casu, nullo modo adeest periculum mortis, in quo tempore est præceptum Diuinum confitendi: ergo ante illud nequit obligare. Secundò, qui non est confessus in articulo mortis, non tenetur, eo articulo elapso; postea confiteri ad implendum præceptum Diuinum; ergo à fortiori non tenebitur quis confiteri ante aduentum prædicti articuli. Sic in simili tenet Azorius *tom. primo, instit. moral. lib. 13. cap. 41. questione 13.* & reputant probabile Ioannes à Cruce *in summ. de pœnit. questione tertia, dub. tertio, conclus. secunda*, & Ioannes Sancius *in select. disputat. 11. num. 90. pagin. mibi 91.* & tenent alij moderni. Nec argumentum contrariorum multum obstat; est enim discrimen manifestum. Quia in dicto casu, iam obligat præceptum, addendæ Missæ; cum ergo in hora tertia, verbi gratia possit quis illud adimplere, verè ad id tenetur: In nostro autem casu non sic; cum nondum obliget præceptum confessionis pro articulo mortis. Hucusque Leander.

Sed ego puto non esse recedendum à communi sententia, quam olim docui, & præter Doctores à Leandro citatos, illam docet Amicus *in curs. Theolog. tom. 8. disput. 17. sect. 4. nu. 43.* vbi sic ait: Certum est hoc præceptum obligari etiam illos, qui sunt in probabili periculo mortis: vt primò patientes, vel quæ maximas expertæ sunt in partu difficultates; qui bellum, vel periculosam navigationem aggrediuntur; qui probabiliter putant se ante mortem copiam confessarij non habituros: hi enim omnes ante articulum, vel periculum mortis confiteri tenentur, dum copiam confessarij habent, & conscientia peccati mortalis stimulantur. Ratio omninò est: quia cum omnes teneamur ante mortem hoc præceptum adimplere, imminente periculo mortis, vel probabili dubio quòd non simus ante mortem Confessorem habituri, tenemur, cum primùm possumus, hoc præceptum adimplere. Ita Amicus; cui adde Roccaful. *in praxi theol. moral. to. 2. lib. 4. de prac. Eccl. c. 2. n. 16.* asserentem, omnes docere ad obseruandum præceptum Diuinum, quòd si aliquis credat in periculo mortis non posse confiteri, teneat præuenire confessionem.

Idem docet Dicaëllus *de sacram. tom. 2. tract. 8. disputat. 7. dub. 2. numero 21.* vbi sic ait: Asseren-

R P durm

dum est, hoc præceptum Diuinum confitendi peccata per se obligare non solum in articulo mortis Physico, sed etiam in periculo, quod certissimum est, & concedunt omnes Authores; vnde obligat in morbo graui, & in periculosa nauigatione, & quando inuitat prælium, & quando delicata femina primum parturit, vel quæ partus difficiles habere solet, & quoties homo habet peccatum mortale nõ confessioni iam prius subditum, & probabiliter timeret si secundo non confitetur, postea non habiturum copiam confessarij ante mortem, vel periculum mortis, vt accidere potest in India, vel in aliqua captiuitate. Qui omnes casus appellantur articulus, seu periculum mortis; quatenus, nisi tunc confessio fiat, periculum decedenti sine confessione.

Ex hac doctrina sequitur, infirmum, qui peruegens in articulo, seu periculo mortis iterum peccauit mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri; quia præceptum Christi est confitendi omnia peccata mortalia in vita, est autem periculum tunc decedendi sine illius peccati confessione, nisi tunc confessio fiat, ac propter eandem rationem, imò à fortiori tenetur confiteri, qui nunc habet copiam confessarij, quam postea non habebit per totam vitam, vt contra aliquos (quorum sententiam probabilem putat Ioannes de la Cruz in directorio part. 2. pœnit. qu. 3. dub. 3.) notauit Lugo disp. 15. n. 37. Hæc omnia Dicastillus.

An extra articulum, & periculum mortis vigent præceptum Diuinum confitendi peccata?

RESOLVT. XXXVIII.

Aliqui inter quos est D. Thom. *dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4.* Scotus in *4. dist. 17. q. 1. art. 3.* Gabriël *q. 1. art. 3.* docent non obligare, nisi in articulo mortis; quia maioris obligationis nullum est idoneum fundamentum.

Alij verò dicunt hoc præceptum diuinum obligare etiam extra articulum mortis, in tempore verò indeterminato. Ita Vazquez *qu. 90. art. 1. dub. 4.* Suarius *disp. illa 35. sect. 3.* Coninck *disp. 5. dub. 2.* & alij multi. Probatur ex potestate quam habent Sacerdotes ad ligandum pœnitentes, & obligandum ad opera, & satisfactiones in medelam, & custodiam nouæ vitæ, vt definit Trid. *sess. 14. cap. 8. & Can. 15.* quod propriè tantum habet locum ante articulum mortis.

Notant verò prædicti Authores hoc tempus pro quo obligat, non fuisse à Christo determinatum, sed reliquisse Ecclesiæ determinandum, atque hac ratione putat Vazquez si per impossibile Ecclesia non determinasset hoc tempus, tantum, obligaret in articulo mortis. Atque hoc sensu putant huius sententiæ authores admittendam esse doctrinam D. Thom. Scoti, & Gabriëlis. Atque iuxta hanc sententiam Ecclesia præcipiens confessionem semel in anno tantum, determinauit tempus præcepti Diuini. Quod ergo teneamur confiteri est de iure diuino, quod autem semel in anno est de iure Ecclesiastico; atque hac ratione intelligit Vazquez Trid. *cap. 5. cit.* vbi verbis nuper relatis docet, per confessionem semel in anno iuxta Concilium Lateranense implendum esse præceptum confessionis à Christo positum.

Hæc sententia satis probabilis est propter au-

thoritatem tot, tantorumque virorum, secundam quam etiam necessariò dicendum est, quod etiam si quis intra annum confessus fuerit, & incidat in periculum mortis, teneatur iterum confiteri, si habeat conscientiam peccati mortalis. Nam id quod est de iure diuino, non fuit ablatum per Ecclesiam.

Et hæc omnia obseruat Dicastillus de Sacramentis. *rom. 1. tract. 8. disp. 7. dub. 2. num. 31.* qui postea *num. 34.* asserendum absolūtè putat, præceptum Diuinum solum esse confitendi omnia peccata mortalia semel in vita, & quia hoc præceptum in aliquo tempore vitæ implendum est: Inde oritur, vt qui constitutus iam in articulo mortis, nondum impleuit tale præceptum confitendi mortale, teneatur tunc confiteri, quia iam positus in periculo, vel articulo mortis, non restat iuxta moralem æstimationem aliud tempus, in quo tale præceptum impleatur. Vnde non est aliquod argumentum, quod aliquid aliud probet circa hanc obligationem, vt Sanctus Thomas, Scotus, & Gabriël supracitati dixerunt.

Sed cum hæc omnia probabiliter dicta sint, non minus probabiliter docet Granadus in *3. part. D. Thomæ controu. 7. tract. 1. disp. 7. nu. 5.* quod præceptum Diuinum Sacramenti pœnitentiæ suscipiendi, per se obligat extra mortis articulum. Sic sentiant *6. ouar. in cap. Alma mater. part. 1. §. 1. num. 6. conclus. 2.* Petrus de Ledesma in *summa part. 1. de confessione cap. 9. conclus. 6.* Victoria in *summa quæst. 121. Scotus dist. 18. quæst. 1. artic. 5.* Henriquez *lib. 1. de Pœnitentia cap. 3. §. 4.* & docti recentiores. Nec Sanctus Thomas loco supra relato nobis contrariè est: solum enim contendit, non esse per se loquendo, determinatum tempus, in quo obliget præceptum Diuinum confessionis, secluso articulo mortis, quod quidem verum est, vt patebit ad secundam confirmationem; non verò negat, vagè in hoc, vel illo anno, seu aliquoties ita obligare. Et eadem est mens Durandi, Gabriëlis, atque Valentis.

Probatur assertio ratione: Præceptum Diuinum suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ oritur ex eo quod sit medium ex Diuina institutione necessarium ad salutem: ergo per se loquendo, non obligat solum in articulo mortis, sed etiam in vita. Antecedens videtur certum omnino, & constat ex prima assertionem. Consequentia verò probatur, quia institutio Sacramenti pœnitentiæ tanquam medij non est solum ad consequendam salutem in extremo periculo vitæ, sed ad restituendam vitam spiritalem post Baptismum deperditam: propterea enim à Trident. *sess. 14. Can. 12.* & alijs Patribus appellatur secunda tabula post naufragium, quia nimirum non solum illo vtendum est, cum certa imminet mors, sed etiam cum est spes euadendi, & cum re ipsa euaditur mors. Et idem Trident. *Canon. 1.* definit institutum esse à Christo Domino Sacramentum pœnitentiæ pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis: Ergo, cum vita spiritualis sæpè amittatur, sæpeque fideles in peccata labuntur, cum non est periculum proximum mortis corporalis, non solum erit necessarium necessitate medij, ac proinde præcepti Diuini in articulo mortis, sed etiam aliquoties in vita.

Confirmatur primò, quia non minus necessaria est talis susceptio Sacramenti pœnitentiæ homini lapsò, quam realis susceptio Eucharistiæ homini iusto; sed per se loquendo tenetur homo iustus ex

vi præcepti Diuini aliquoties in vita accedere ad Eucharistiam: ergo homo lapsus tenebitur per se loquendo, ex vi præcepti Diuini accedere aliquoties in vita ad Sacramentum pœnitentiæ.

Confirmatur secundò, quia ita se habet pœnitentia ad fidelem lapsum, sicut Baptismus ad infidelem, vt docet Trident. *sess. 14. cap. 2.* & Sanctus Thomas supra eodem modo explicat vtriusque Sacramenti obligationem: sed hic ante mortem tenetur non solum credere, sed baptizari, vt in materia de Baptismo *tr. 4. disp. 2.* cum Suarez, Valentia, & Henriquez probatum est: ergo, & ille accedere ad pœnitentiam.

Et hanc opinionem præter Doctores citatos tenet etiam Amicus in *curf. Theol. 10. 8. disp. 17. sect. 4. n. 52.* qui citat Vazquez, Valentiam, Nugnum, Sotum, & alios. Quoniam, ait ipse, cum hoc Sacramentum non tantum sit institutum ad remittenda peccata præterita, sed etiam ad præcauenda futura; cumque efficacissimum frænum sit ad peccata præcauenda, obligatio ea distinctè alteri homini manifestandi; cum hoc maximè abhorreat humana superbia, quæ in omnibus suam semper querit æstimationem, & famam apud homines, non fuit expediens, illud vsque in articulum, vel periculum mortis differre, eo quod tunc non haberetur alter principalis finis, propter quem hoc Sacramentum est institutum, vt per illud homines à peccatis committendis abtinerent, eaque facilius præcauerent. Qui fructus, & emolumentum neque per contritionem, neque per alia media haberi potest.

Confirmatur: nam sapientissimus Deus hoc Sacramento non solum voluit humanæ occurrere imbecillitati, remittendo peccatori peccata sola attritione dispositò; sed etiam efficac frænum hominibus imponere, ne tam facilè in peccata prolaberentur: quod hoc medio suauius, efficaciusque excogitari non potuit, vt si non amor Creatoris, vel metus futuræ gehennæ, saltem præsens respectus humanus, & naturalis horror manifestandi occulta sua scelera alteri homini, homines à peccando compesceret.

Dato quod præceptum diuinum confessionis obliget extra articulum, & periculum mortis, queritur quo alio tempore obliget.

RESOLVT. XXXIX.

AD hoc dubium sic respondet Granadus in *3. part. D. Thomæ controuers. 7. tract. 1. disp. 8. numero 8.* seclusa verò lege Ecclesiastica, vix potest quidpiam præscribi: nam primò non obligat, cum primò homo peccat, vt rectè probat argumentum. Secundò non obligat, quando si differatur confessio, obliuiscetur homo suorum peccatorum: tum quia, qui illa scriberet, non timeret obliuionem, & sic cessaret obligatio præcepti: tum etiam, quia homines præsertim vitiosi varia peccata obliuiscuntur eò quod semel in anno confiteantur: & tamen nemo obligabit illos per se loquendo ad frequentiores confessiones. Tertid non mihi placet quod Henriquez *supra §. 4.* docet scilicet grauem conscientiam remorsum esse signum instantis præcepti: nam ob aliquam vehementem inspirationem Diuinam solet semel, & sæpè sentire grauis conscientia remorsus, & non pro-

Anton. Diana Pars XI.

pterea obligabitur peccator Diuino præcepto ad confitendum sæpè singulis annis. Quartò idem Henriq. ait; forsan quolibet quinquennio obligare hoc Diuinum præceptum. Sed fortè hoc tempus longum est. Quintò verisimile est, quod Dominicus Soto *vbi supra, §. sed arguitur rursus*, annotauit, hoc tempus Ecclesiæ definiendum relictum fuisse à Deo: quare qui intra annum confitetur, præceptum hoc Diuinum implet: si tamen (inquit) ultra biennium confessionem differret, imò forsan ultra annum, non esset satis Christianæ familiæ consultum. Et Victoria *supra*, de iure, inquit Diuino tenemur confiteri, quando Ecclesia determinauit. Et Ledes. *supra*: Si quis per annum, vel paulò plus differret confessionem, peccaret contra præceptum Diuinum confitendi. Hucusque Granadus.

Sed sententiam Henriquez, quam ipse forsitan laxam existimat, tanquam probabilem admittit doctus, & amicissimus P. Anton. Escobar in *Theologia moral. vltimæ editionis, tract. 1. exam. 12. cap. 1. n. 3.* vbi sic ait. Quidnam obligationis tempus? Vt minimum articulus mortis esset, si paulò ante non esset impletum. Scio probabiliter defendi obligare quarto, vel quinto quoque anno, nisi iam ab Ecclesia annua confessio esset inpetrata. Ita ille.

Vide etiam Amicum in *curf. Theol. 10. 8. disp. 17. sect. 4. n. 60.* & Præpositum in *3. part. q. 3. de confessione dub. 4. n. 21.* vbi sic ait: Diuinum præceptum videtur etiam per se obligare aliquoties in vita. Probatur ex eo, quod contritio videatur hoc modo obligare extra mortis articulum, cum ergo præceptum confessionis videatur esse appendix præcepti contritionis, videtur similiter aliquoties in vita obligare.

Dices, non potest assignari tempus, quo præcisè obliget, ergo præcisè determinatione Ecclesiæ non obligabit.

Respondeo, negando consequentiam: quia licet non possit dari præcisè tempus, quo præceptum vrget, potest tamen probabiliter assignari terminus, quem si quis transgrediatur, sit reus peccati contra illud præceptum commissi: quemadmodum licet nõ possit assignari ab homine indiuisibilis terminus, quo præcisè obliget præceptum charitatis ad amorem Dei super omnia, non ideo videtur posse probabiliter dici, quod illud non obliget extra mortis articulum. Ad asserenda huiusmodi præcepta sufficit, quod ex fine illorum colligatur nos videri teneri ad actum per illa præscriptum aliquoties in vita ponendum, & vt ratio suadeat, esse peccatum nimium expectare, spectato fine præcepti. Qua ratione spectato fine præcepti Diuini confessionis, qui est reconciliatio hominis cum Deo, non videmus posse differre confessionem ultra sex, vel saltem septem annos. Ita ille.

Vnde ex his apparet, quod si Summus Pontifex abrogaret præceptum Ecclesiasticum confitendi singulo quoque anno, remaneret præceptum Diuinum confitendi vagè, & indeterminate, modo quo supra explicatum est, prout diuersimodè sentiunt Doctores; & id eò alij dicerent non obligare nisi in articulo, & periculo mortis; alij verò dicerent in singulis quinquenniis, vt præter alios Vald. in *cap. omnis viri que sexus de pœnit. n. 10.* Alij verò eo modo quo supra explicatum est.

Nota verò, quod in tali casu Pontifex validè abrogaret præceptum Eucharisticum, sed tamen illicitè; Vnde Amicus *vbi supra disp. 18. sect. 3. num. 22.* sic asserit: Respondeo omnino esse in Summo

P p 2 ponti

Pontifice auctoritatem, non solum in hoc præcepto dispensandi, vel in longinquius tempus differendi: sed penitus abrogandi. Fundamentum est: quia Pontifex habet supremam potestatem in omnes leges, & præcepta humana. Abrogato autem præcepto Ecclesiastico, maneret tantum præceptum Diuinum, vagè, & indeterminatè obligans. Si verò quæzatur, an id licitè fieri possit, communis sententia est: nunquam licitè fieri posse, ut illud omnino abrogetur, cum nulla dari possit rationabilis causa talis abrogationis. Tamen licitum esse possit, ut cum aliquo in illo interdum dispensetur, vel in diuturnius tempus differatur. Ita ille, & Ego, cui etiam adde Auersam de Sacram. pœnit. q. 15. sect. 2. §. 4.

An si quis in ordine ad Communionem confessus sit, & postea recordetur de aliquo peccato inculpabiliter obliuiscatur illud confiteri antequam sacram Synaxim sumat?

RESOLVT. XL.

Casus est nimis practicabilis, idèd satis notandus, & negatiuam sententiam tenet Pater Ferrand de scandalo disp. 1. q. 80. num. 2. cum sequent. Probatur, quia præceptum de præmittenda confessione omnium peccatorum mortalium, quæ sunt in conscientia, ante communionem tendit in eum finem, ut homo per talem diligentiam abhibitam, gratiam consequatur, ac proinde in gratia tantum Sacramentum recipiat. Sed in nostro casu ille diligentiam præceptam adhibuit, & gratiam recepit, ut supponimus, facta prima confessione. Ergo iam præcepto satisfecit.

Secundò probari posset à simili in illo, qui in confessione huius anni ex obliuione, vel ex rationabili causa omisit aliquod mortale. Hic enim ut benè etiam docet in terminis Fagundez part. 2. lib. 2. c. 4. §. Quartum dubium, non tenetur illud statim confiteri, sed potest licitè differre, vsque ad primam confessionem, quam faceret siue ex deuotione, siue ex obligatione sequentis anni in Quadragesima. Quia scilicet per primam confessionem præceptum impleuit, fuit enim formaliter integra, & præceptum Ecclesiasticum solum obligat ad faciendam confessionem huiusmodi validam. Et antèd Suar. tom. 4. de pœnit. disp. 3. §. 4. in fine Vbi dicit alios Auctores simpliciter negare, ex vi huius præcepti esse obligationem statim confitendi talia peccata, sed posse vsque ad confessionem sequentis anni differri. Et citat Victoriam in summ. nu. 137. Nauarr. sum. cap. 2. num. 10.

Ex his itaque videtur sic posse à paritate concludi: Si talis pœnitens non tenetur statim in illo anno peccatum confiteri, quia iam per primam confessionem impleuit præceptum pro illo anno; Ergo neque in nostro casu: quia præceptum impleuit de præmittenda confessione Eucharistiæ in ordine ad obtinendam gratiam, quam de facto probabiliter obtinuit per confessionem priorem.

Deinde confirmari potest eadem probatio ex Henriquez no. 2. lib. 8. de Eucharistia c. 46. n. 3. Vbi ait, eum, qui est ad altare sumpturus Eucharistiam & recordatur alicuius peccati inculpabiliter omissi in præcedenti confessione, non teneri statim surge- re, & iterum Confessarium adire, ut peccatum illud omisissum confiteatur, licet nullum adsit periculum alicuius notæ subeundæ. Rationem affert, propter

reuerentiam Sacramenti; & quia iam est in gratia ratione præcedentis confessionis formaliter. Verba Henriquez sunt hæc: Laicus si ante linteum Altaris assat paratus communicare cum aliis, & confessionem præmiserat, excusatur propter reuerentiam Sacramenti, ne statim redeat ad Confessarium, ut directè absoluetur à peccato, cuius fuerat oblitus, etiam seclusa nota, & scandalo; cum iam accedat iustus, & probatus per confessionem: expeditque communiter, ne Sacerdos ad Altare audiat reconciliações volentium communicare. Pœnitens tamen noui peccati memor, antequam ad Altare accedat, tenetur quæsitio confessario id aperire, antequam communice. Ergo videtur asserere, iam per præcedentem illam confessionem satisfactum esse præcepto in ordine ad gratiam obtinendam; ac proinde non amplius durare præceptum ipsum de confessione præmittenda: alioqui si daretur, non benè dixisset, eum excusari à noua confessione propter reuerentiam Sacramenti. Hucusque Pater Ferrantinus, qui postea ad confirmandam suam sententiam summa diligentia asserit post multos annos inuenisse Auctorem illam docentem, nempe Petrum Cornejo Carmelitanum in 3. par. D. Thomæ.

Sed vir doctus hunc Doctorem inueniendo, inuenit censuram sententiæ, quam docuerat. Vnde scire debet, quod ex ordine supremi Tribunalis nostræ Sacre Inquisitionis Hispaniæ, dicta opinio Magistri Cornejo fuit ex eius operibus deleta, & expuncta, ut patet in Indice Expurgatorio Hispano? & obseruat Caspensis in curs. Theol. 10. 2. r. 2. 2. disp. 9. sect. 2. n. 25.

Vnde rectè Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo respondit dicto Patri Ferrantino, ut ipse supra testatur, suam sententiam nullam habere probabilitatem? & ego pace viri doctissimi idem sentio, per ea quæ contra talem sententiam adduxi late in part. 9. r. 3. resol. 4. cum pluribus Doctores ex Societate, & stante edito superius allato Sanctæ Inquisitionis? Vnde Franciscus Syluius professor publicus Sacre Theologiæ in Academia Duacena in variis Resolutionibus tom. 2. verb. confessio 3. fol. 47. vocauit hanc sententiam periculofam & maximè videntem in irreuerentiam Sacre Eucharistiæ, nec probandam, nec in praxi deducendam. Requirit enim, ait ipse, tanti Sacramenti reuerentiam, ut ei præmittatur confessio omnium peccatorum mortalium antea non confessorum, quorum habetur memoria. Vnde Concil. Tridentin. sess. 13. cap. 7. & can. 11. statuit, illis qui conscij sunt peccati mortalis, quos conscientia peccati mortalis grauat, habita copia confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem Sacre communioni. Atqui is, qui confessus quidè est, sed recordatur alicuius peccati mortalis, cuius oblitus fuit confiteri, conscientia est peccati mortalis, & cum grauat conscientia alicuius peccati mortalis. Nouit enim quod illud commiserit, & non fuerit confessus. Hoc autem est esse conscium peccati mortalis, & conscientiam peccati mortalis eum grauare. Cum igitur absque nota infamiæ, & absque aliorum scandalo, vel offensione possit vel à communionem abstinere, vel antequam communice, illud peccatum oblitum confiteri, habearque idèd copiam confessoris; omnino tenetur confessionem illius præmittere communioni.

Confirmatur, si talis non sit dicendus esse conscientia peccati mortalis, neque conscientiam peccati mortalis habere: ergo licebit ipsi sine præuia confessione

confessione communicare aliquot diebus sequentibus si non labatur in vllum mortale peccatum; nihil enim est quod magis eum impediatur illis diebus communicare, quam primo die, cum nullum nouum mortale peccatum admisisse ponatur. Talis autem licentia omnino contra Sacramenti reuerentiam cederet, & nequaquam est permitenda.

Neque refert, quod talis pœnitens sit directè absolutus à peccatis confessis, & indirectè ab obliuiscis: quamuis enim hoc satis sit ad communicandum; quando non meminit alicuius alterius peccati mortalis, propter bonam videlicet finem qua procedit, & obliuione, vel ignorantiam inuincibilem alterius peccati qua laborat, quando tamen recordatur alicuius peccati mortalis, quod necdum fuit confessus, non est satis ut habita copia confessoris possit sine illius confessione communicare; idèd propterea, quia oportet confiteri omnia peccata mortalia, quorum quis habet memoriam quod non sit ea confessus, priusquam communice: & tum bona fides, tum inuincibilis obliuio cessat in eo, qui iam recordatur; & habet copiam confessoris.

Non refert etiam quod videatur esse probatus per confessionem immediatè factam: postquam enim recordatur peccati mortalis in ea confessione obliuiscis, probatio illa non sufficit; quia iam est conscientia peccati mortalis quod commisit, nec est confessus. Responsione hanc tradere videtur Angelus verbo Eucharist. 2. nu. 5. Siluest. eod. verb. quest. 7. Nauarr. Euchar. c. 12. n. 49. sed longè apertius exprimit Suar. 10. 3. in 3. part. disp. 66. sect. 4. §. Sed huius Fillinc. cap. 8. de Eucharist. num. 215. Bonac. disp. 4. de Eucharist. qu. 6. part. 1. num. 17. Mercerus ad 3. part. qu. 20. art. 4. dub. 2. Kellifonus ibid. art. 5. dub. 2. atque ut non opus sit plures recensere, fidelium sensus, & consensus eam responsionem, euidenter ostendit, quidam post confessionem, alicuius peccati mortalis recordantur, solent ad confessarium redire priusquam communice, si commode possunt, & si non redierint, in sequenti confessione se accusant: quod antequam communicarent, recordati fuerint talis, aut talis peccati, & tamen communicauerint. Ab isto autem sensu, cum ad Sacramenti reuerentiam pertineat, non sunt reuocandi, sed potius in eodem fouendi. Hucusque Syluius. Alias rationes, & Auctores videbis penes me ipsum ubi supra.

Notandum est etiam hic, Patrem Ferrantinum ubi supra num. 10. docere præceptum confessionis ante communionem esse Apostolicum, & de iure Ecclesiastico, & non de iure Diuino. Hanc sententiam improbabilem vocauit Nugnus, in 3. part. quest. 80. art. 4. diff. 2. concl. 2. imò temerariam existimauit Marchinus de Sacram. Ordinis tr. 3. de sacrificij Missæ part. 3. cap. 1. n. 1. sed excefferunt viri docti, in eiusmodi censuris, ut de censura Marchini obseruat Leander de Sacram. 10. 2. tract. 7. disput. 7. questio. 12. qui benè tamen docet, tale præceptum etiam esse Diuinum postiuum à Christo Domino latum, promulgatum verò, & declaratum ab Apostolo eius Paulo, his verbis: *Probet se ipsum homo*. Sic docent ex Tridentino loc. cit. Sotus in 4. distinct. 12. qu. 1. art. 4. Suar. disput. 66. sect. 3. Valquez disp. 107. cap. 4. Fillinc. tr. 4. nu. 211. Valentia disp. 6. q. 8. punct. 3. Hurtadus disp. 9. de Euchar. diff. 5. Fagund. præcept. 3. lib. 3. cap. 8. num. 2. & 3. Lugo disp. 14. à num. 69. pag. 452. Bonac. disp. 4. quest. 6. punct. 1. Granados tr. 10. de Euchar. disp. 7. nu. 10. Cornejo q. 80. art. 4. disp. vni. ca, dub. 2. Villalob. tr. 7. diff. 37. n. 1. Machado lib. 4. Anton. Diana Paris X. l.

part. 1. tract. 10. docum. 6. Ludouicus quest. 7. de Eucharistia art. 9. dub. 1. Raynaldus 10. 2. lib. 29. num. 103. Valentia 10. 4. disput. 6. quest. 8. punct. 3. Petrus Sotus lect. 12. de Eucharistia. Canus Relect. de Pœnit. part. 5. & communiter alij Thomistæ, quibus omnibus adde Dicastill. de Sacram. 10. 1. tr. 4. disput. 9. dub. numero 69.

Probatum hæc opinio, primo ex Sancto Leone epist. 91. capit. 2. ubi Præpositis (inquit) Ecclesiæ hanc Christus dedit potestatem, ut conscientibus actionem pœnitentiæ darent, & satisfactione purgatos ad communionem recipere. Quem locum Lugo, & alij rectè expendunt.

Confirmari etiam potest ex Tridentino, cit. cap. ubi cum dixisset iuxta Pauli præceptum ante receptionem Eucharistiæ esse debere diligentem examinationem, & probationem, subiungit, Ecclesiastica autem consuetudo declarat sine confessione, &c. In quo testimonio expendendum est, non dixisse Concilium ex consuetudine Ecclesiæ orti hanc necessitatem; sed Ecclesiæ consuetudine eam necessitatem declarare, scilicet in testimonio allegato Sancti Pauli significatam esse huiusmodi necessitatem, ac proinde esse ex diuino præcepto, quod ex testimonio Pauli, & per explicationem Ecclesiæ fidelibus possit innotescere.

Id verò Concilium potuit colligere, quia Paulus non tradit de nouo necessitatem illius probationis, de qua loquitur; sed potius de illa agit tanquam de re, quam supponit iam esse necessariam ante ipsius Epistolam; nam ob omisissam probationem, de qua loquitur, dicit: *Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Si nosmetipsos diiudicauerimus, non vsque iudicauerimus, &c.* Agit autem de probatione per confessionem, ut Concilium declarat: ergo illa probatio, etiam ante Epistolam Pauli erat necessaria.

Accedit, quod Augustinus docet lib. 4. contra Donatistas c. 14. Id quod semper in Ecclesia fuit, nec eius initium agnoscitur, ex Apostolica traditione proficisci rectissime creditur. Talis autem est necessitas confessionis, cuius necessitatis initium non potest assignari; ergo ab Apostolica traditione illud præceptum accepimus, tanquam à Christo datum, & per Apostolos ad nos deriuatum. Omitto alios Patres, qui videri possunt apud alios Auctores citatos, præsertim apud Cardinalem de Lugo, qui rectè hanc doctrinam colligit ex Cypriano, & ne deseras videre me ipsum ubi supra resol. 1. & 2. & alios Doctores, quos ibi adduxi.

An propter confessionem inuolidam sint iterum omnia peccata confessario aperienda?

RESOLVT. XLI.

IN casu quo pœnitens confitetur cum eodem Confessario me citato cum Granado Ferrantinus de scandalo disp. 1. quest. 79. nu. 3. sic ait: Dico si confessarius sit omnino immemor peccatorum, quæ audiuit in prima confessione, nec recorderetur, etiam in communi, qualis tunc esset status pœnitentis, nec qualis fuerit pœnitenti inuincta, tutius esse sigillatim omnino repetere, quoad speciem, & quoad numerum; posse tamen alicui non videri improbabile quod pœnitens non teneatur in ea repetere; sed satis sit, si dicat, accuso me de omnibus peccatis, quæ in prima confessione dixi; & de peccato; quod per culpam grauem omisi, & de omnibus aliis;

aliis, quæ postea commisi, explicando species singularum, & numerum.

Imo postea *num. 7.* subdit, & ait; Quod quamvis in prædicto casu melius sit, accusare se generaliter de omnibus peccatis dictis in prima confessione sacrilega, vel etiam de omnibus mortalibus totius vitæ, nihilominus, stando in opinione Granadi, posset alicui non videri improbabile, quod talis accusatio generalis necessaria non sit, accusando tamen se de præterita confessione.

Sed hæc procedunt secundum ipsum quando pœnitens confitetur cum confessario, qui audiit confessionem sacrilegam? sed quid dicendum; si confiteatur cum alio confessario? Pater Ferrapinus *vbi supra numero 14. cum sequent.* sic asserit; Hactenus de prima difficultate, quando confessarius est idem, qui fuit in prima confessione: nunc de secunda, quando est diuersus; ad cuius difficultatis explanationem valde facit prædicta opinio Granadi. Nunc solum proponam rationes, quibus antea persuasus existimabam, posse idem probabiliter dici, siue confessarius sit idem, siue diuersus; hoc est, non esse repetendas confessiones sacrilegas, itaque non esse necessarium, ut singillatim, speciatim repetantur peccata iam dicta, sed ad summum in communi, explicando tamen in specie, ac numero alia non dicta, v.g. peccati eenties mortaliter in specie furti; millies in specie detractionis, & sic de cæteris, quæ nunquam dicta fuerunt in confessionibus præcedentibus, siue culpabiliter omissa, siue postea commissa. Rursus feci quinquaginta præcedentes confessiones sacrilegæ. Et tandem accuso me generaliter de omnibus mortalibus, quæ in huiusmodi præcedentibus confessionibus dixi, vel accuso me de omnibus mortalibus totius vitæ.

Prima ergo ratio ea erat, quam pro sua opinione attulit Granadus, quod scilicet, quantum fieri potest, oportet facilius reddere grauissimum onus confessionis. Nihil autem obstat, quominus dici possit, prædictam confessionem sufficere, etiam apud confessarium diuersum à primo. Ergo, Minor probatur. Quia si iuxta opinionem Granadi hoc non obstat, quando confessarius est idem, sed omnino immemor peccatorum, ac status pœnitentis, atque etiam pœnitentiæ iniunctæ; neque etiam obstat, quando confessarius est diuersus à primo. Probatur, quia confessarius, quantumvis idem, si sit immemor omnino peccatorum, status, ac pœnitentiæ, perinde est, ac quando est diuersus; nihil enim plus scit de pœnitente confessarius ille idem, quam diuersus.

Dices: Est diuersitas in hoc, quod in secundo casu, quando confessarius est diuersus, peccata prius dicta, nunquam dicta sunt eidem, est autem obligatio dicendi peccata sua omnia vni, eidemque confessario; ergo, &c. Cui objectioni tunc ego respondebam, illam esse diuersitatem quandam materiale, & non talem, quæ deberet, necessariò attendi in quocumque casu. Debet quidem pœnitens, si vult validè, ac licitè sua peccata confiteri, quando nunquam aliàs ea confessus est, ea ipsa confiteri distinctè, & omnia vni, eidemque confessario, non existente aliqua iusta causa dimidiandi confessionem: fortàsè tamen (sic ratiocinabar) non adèdè rigorosè intelligenda est huiusmodi obligatio (cum non videatur constare de tali præcepto) dicendi omnia peccata vni, vt

(supposito quod semel in vna confessione dicta sint aliqua mortalia, & alia omissa, etiam culpabiliter) teneatur pœnitens non tolum non dicta, sed etiam dicta alteri confessario diuerso à primo iterum confiteri.

Hinc desumitur alia ratio, quæ talis est apud Nauarrum de pœnitent. *distinct. 5. cap. consideret 9. Cautus.* Quod scilicet nulla ratione necessariò concludi possit, integritatem confessionis esse necessariam omnino, sed iusta, & æqua lege id esse cautum, nempè consuetudine ab exordio Ecclesiæ in hunc diem seruata, quæ à Christo in Apostolos, & ab eis in alios quasi per manus, vt ait Nauarrus deriuata esse meritis creditur. Dixi ergo iuxta Nauarr. talem legem, seu consuetudinem confessionis integre faciendæ, & non dimidiatè, intelligendam esse non ita rigorosè, vt aliter fieri non possit in variis casibus in quibus non teneatur pœnitens omnia sua peccata vni, eidemque confessario confiteri, inter quos casus videtur etiam comprehendi is, de quo agimus, nempè non esse repetenda iterum apud diuersum confessarium peccata iam dicta in prima confessione sacrilegè facta.

Tertia ratio consistit in eo, quod non afferatur textus aliquis in contrarium, ex quo necessariò deducatur necessitas dicendi semper omnia peccata sua vni, eidemque confessario.

Quarta ratio desumitur ex reservatione casuum: Vnde probatur non solum quoad validitatem, sed etiam quoad licitum usum posse aliquando à pœnitente diminui confessionem; itaut validè, ac licitè tam in secunda, quam in prima confessione solum dicantur aliqua peccata, non dictis aliis, quando alioqui nulla alia causa sufficiens ad dimidiationem confessionis intercedat, præter voluntatem Confessarij, & pœnitentis.

Quinta ratio desumitur ex eo, quod probabile est posse dari confessionem validam, & informem, hoc est, effectum gratiæ, per quam confessionem satisfiat præcepto. Et hæc omnia latè P. Ferrapinus ibi conatur probare, vnde putat firmare probabilitatem suæ sententiæ.

Sed ego puto illam esse singularem, & pace vitæ doctissimi esse reuellendam, nec omnino practicandam, communiter enim Doctores asserunt, & probant, in tali casu pœnitentem, quando confitetur cum diuerso Confessario, cum quo non fecit confessionem sacrilegam, teneri denuò omnia peccata confessari iterum confiteri, & sic est praxis, & consuetudo Ecclesiæ, à qua non esse recedendum omnino ratio exposcit. Vnde aduersus Patrem Ferrapinum adducam tantum ex sua Societate aliquos Doctores, vt Dicastill. *de Sacram. to. 2. tr. 8. disp. 8. dub. 5. num. 106.* vbi quærens, an in confessione inualida repetenda, necesse sit iterum omnia peccata distinctè confiteri, perinde atque si non essent confessata, sic responderet: Statuendum in primis est, si confessio fiat alteri distincto Confessario, esse repetenda omnia, in quo non video Authores dissentite, tunc enim illi absoluenti danda est plena notitia, nec enim illa absoluet, quæ non nouit. Ita ille; cui addè Eminentissimum Cardinalem Lugo *de pœnit. disp. 16. sect. 15. §. 3. num. 627.* vbi sic ait: Communiter responderi solet, quando confessio fit diuerso Confessario, repetendam esse totam, quando fit eidem, non esse repetendam, si ille recordetur vel peccatorum, vel status pœnitentis, vel pœnitentiæ impositæ, sed sufficere vno verbo accusare se de omnibus, quæ prius dixerat, addendo,

dendo, si quæ sunt alia peccata, vel peccatum in illa fortè confessione omisum.

Hanc Gaspar Hurtadus *de Sacram. pœnit. disp. 8. diff. 8.* Quærens, vtrum quando confessio repetenda est quia fuit inualida, necessarium sit iterum peccata distinctè confiteri, ac si non fuissent confessata; respòdet: Difficultas hæc non procedit, quando confessio antea inualida repetenda est diuerso Confessario, quia tunc ita distinctè repetenda est, ac si nunquam fuisset facta, sed quando repetenda est eidem Confessario. Et idem asserunt communiter Doctores.

Itaque relicta sententia Patris Ferrapini, & loquendo in casu quo confessio efficiatur cum eodem Confessario, dico non esse repetendam iure gratiæ confessionem; sed si per illam sic in communi repetitam confessionem Confessarius habet, quando absoluit, aut quando iniungit pœnitentiæ, & remedia, tantam, & talem notitiam, quanta & qualis sufficit ad iniungendam pœnitentiæ, & salutaria remedia, cognoscendumque statum pœnitentis, id videtur sufficere ad rationem illius iudicij Sacramentalis. Vnde si Confessarius pœnitentiæ imposuit, & remedia adhibuit pro cæteris peccatis iam explicatis, sufficere explicatio illius quod relictum est, & explicatio peccati, quod commisit, est relinquendo illud, aut sufficere explicatio doloris, qui tunc in ea confessione inualida defuit, vt iam absolutio valeat. Itaque si Confessarius prius in confessione inualida pœnitentiæ imposuit, & ea est ipsi nota, vel nota ipsi sit à pœnitente, vel saltem recordatur quod ipse imposuerat pœnitenti salutarem pœnitentiæ, cuius ipse pœnitens meminit, non est necessarium, quod Confessario fiat iterum distincta peccatorum confessio; sufficit enim confessionem fuisse aliquando distinctè illi factam à pœnitente, & à se impositam pœnitentiæ, nec videtur esse fundamentum amplius exigendi ex parte Confessarij. Quod si Confessarius non imposuit pœnitentiæ, nec illam taxauit, vel si id fecit, nec ipse, nec pœnitens recordatur qualis fuerit, & quanta; nec habet notitiam aliàs sufficientem ad eam prudenter taxandam, & imponendam; tunc necessarium est, quod ipsi fiat maior confessio, quam illa, quæ sit vnico, & generali verbo; non tamen requiritur confessio omnino, & distinctè facta, sed sufficit talis, qualis satis est, vt Confessarius inde acquirat notitiam sufficientem ad prudenter taxandam pœnitentiæ; ad id enim tantum requiritur non confessio peccatorum, quæ iam antea distinctè explicata fuerunt: Ad causandum autem in Confessario notitiam sufficientem ad taxandam, & iniungendam pœnitentiæ, & remedia, non requiritur confessio omnino distincta, sed sufficit illa confusa notitia, qualis post longam pœnitentis confessionem, solet in Confessario manere.

Ex quibus pro praxi Confessatorum non deferam hic apponere aliqua notanda, quæ adducit Dicastillus *vbi supra. à nu. 114. vsque ad nu. 122.* dicit enim primò contra Suarez, non esse necessarium iterum integre repetere eidem Confessario confessionem, quando prior non habuit effectum ex defectu doloris in pœnitente.

Dicit secundò, confessio facta Sacerdoti non habenti iurisdictionem aut nondum Sacerdoti, non potest ipsa sola per se seruire, vt ex vi illius absoluatur, qui fecit illam (& in hoc sensu puto esse veram Adriani; Paludani; Suarij, & aliorum doctrinam) sed necessarium est, quod ali-

qua ratione repetatur confessio coram illo iam habente requisita, vt si eius fori iudex. Dixi non posse ipsam per se solam seruire, quia ipsa per se non fuit facta coram legitimo iudice, eaque propter per solam illam non posset absolui pœnitens; potest tamen ea notitia tunc habita seruire, vt, si accedat summaria quædam renouatio illius, possit absolui, ad quod sufficere in Sacerdote illa notitia, & memoria, quæ manet ex illa priori narratione peccati, illa enim supposita illa summaria renouatio sufficientem præbet materiam, & est sufficiens manifestatio peccatorum Sacramentalis, vt Sacerdoti constet satis materia, quæ illi iudicanda proponitur.

Dicit tertio, quando Confessarius audita confessione, nondum imposuit pœnitentiæ, & omnino immemor est status pœnitentis, non satis est, quod pœnitens det illi peccatorum aliquam confusam notitiam. Hæc assertio est contra Gasparem Hurtadum *disp. 8. de pœnit. diff. 8.* vbi putat satis esse quod pœnitens tunc det Confessario notitiam aliquam mediā, quæ nec sit vnico verbo se referendo ad priorem notitiam, nec distincta reiteratio prioris confessionis, sed confusa quædam confessio peccatorum antea distinctè explicatorum, quam putat sufficere vt Confessarius tunc possit prudenter taxare pœnitentiæ, Oppositum ergo verum puto. Quia iudicium debet formari à Confessario ex notitia, quam ipse, vel habet adhuc, vel processit ex illa, quam prius habuit iuxta dicta: non potest autem à Confessario procedere ex tali notitia, nisi illius aliqua ratione sufficienti ad formandum iudicium memor sit, & ad imponendam salutarem pœnitentiæ iuxta doctrinam Tridentini concilij *sess. 14. cap. 5.* ad hunc finem curatio nis requiri notitiam peccatorum mortalium in specie, & numero, quia quod ignorat, medicina non curat.

Et tandem pro coronide huius Resolutionis apponam etiam hic ea, quæ *vbi supra. n. 123. subdit* Dicastillus, vbi sic ait. Pro praxi aduertendum est, quod si præcessit aliquando notitia distincta data Sacerdoti, quando iam erat legitimus iudex, & ille adhuc immemor iudicij, quod tunc formauit, & pœnitentiæ, quæ esset imponenda, adhuc pergat, & absoluat, licet id non licitè faciat, non prius denuò procurando distinctam notitiam requisitam ad prudenter iudicandum, valebit quidem confessio, & erit non solum valida, sed directæ quoque absolutio ab illis, quæ, vt iudex, audiuit, illicita tamen. Si verò notitia illa prior distincta data non fuit iudici, siue quia tunc temporis homo ille nondum erat Sacerdos, siue quia non habebat tunc requisitam iurisdictionem absoluenti ab illis peccatis, & nihilominus postea factus Sacerdos, & iudex absoluat pœnitentem bona fide procedentem, vt nota notitia confusa, quam denuò accipit, iudicandum erit de illa absoluteione quoad valorem, & fructum gratiæ, perinde atque de confessione, quæ confertur moribundo, quando solum in confuso, & non distinctè confitetur, quia non aliter potest; licet enim talis confessio, & absolutio valeat ad gratiam, manet nihilominus in pœnitente obligato ad distinctè confitendum peccata, à quibus tunc fuit absolutus. Hoc itaque dicendum est in casu de quo agimus. Cum enim Confessarius non habuerit, distinctam notitiam, vt cuius sumus murus præstaret, debet postea pœnitens, si defectum illum intellexerit distinctè clauibus subicere peccata suo tempore, quod nondum fa-

etiam est. Et simili olim discursu utebantur viri grauiissimi, inter quos noster Arrubal, vir ingenio, virtute, atque doctrina clarus, & posthumis tomis editis in primam partem nobilis scriptor, à quo publicè in solemnè quadam disputatione, dum esset meus Professor hanc doctrinam hausit. Ita Dicitur.

Vide etiam circa superius dicta Coninch de Sacram. disput. septima, dub. 19. numero 109. Bonaciam de Sacram. disput. 5. questio. 5. sect. 2. punct. 3. numero 15. Suarez 10. 4. disput. 23. sect. sexta, & alios perites ipsos, cum Cardinali de Lugo ubi supra, qui numero 643, rectè obseruat, posse frequenter accedere, vt poenitens, qui diu eidem confessario confessus est, possit vno verbo reiterare omnes illas confessiones; dicendo, *Accuso me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus confessus sum.* Potest enim frequenter fieri, quod confessarius hic, & nunc habeat æqualem, vel maiorem fortè notitiam confusam de peccatis illis, vel de statu poenitentis per illas omnes confessiones explicato, quam habeat alius confessarius, quando actu absoluit post longam confessionem generalem per plures dies factam: Si ergo hæc memoria confusa sufficit, sufficit etiam illa, vt possit vno verbo repetere poenitens omnes illas confessiones: quod est bonum, & facile remedium, quando scrupulum habet de defectu aliquo in eis, vel in earum aliqua commisso, accusando se simul de illo defectu, si culpabilis fuit.

An si Paulus consulat, vt homicidium quod Petrus verbis gratia, vult hodie committere, cras committat, sit irregularis?

RESOLVT. XLII.

Videtur respondendum affirmatiuè ex doctrina, quam adducit Pater Vasquez opus. de scandalo, art. 1. dub. 3. Vbi querit: Vtrum liceat inuitare ad actum peccati, qui iam paratus esset illud, aut simile peccatum committere; ait enim num. 18. ab omnibus censerit homicidam, & irregularem, quicumque ille sit, qui hominem paratum occidere inuitat ad occidendum in hoc loco, & in hoc tempore, etiam eandem personam, quam occisurus erat; quia hoc ipso, quod consilio suo variatur tempus, & locus, variatur etiam substantia homicidij; nam aliud homicidium est, quod hic, & nunc committitur, quàm homicidium, quod alio loco, & tempore committeretur. Et in vniuersum, inquit, omnes cooperatores alicuius damni, obligantur ad restitutionem, & rei sunt peccati, quotiescunque consilio suo fuere causa, vt damnum, quod aliàs inferendum erat, citius, aut velocius, aut alio loco, aut alio modo committatur; quia variatio quocumque modo, variatur substantia operationis; & hanc dicit esse communem doctrinam Doctorum omnium in materia de restitutione, & irregularitate.

Sed ingeniosus Pater Ferrantinus contrariam sententiam tenet disp. 1. de scandalo, qu. 60. num. 30. vbi sic ait: Respondeo directè concedendo illum censerit homicidam, & irregularem, qui hominem paratum occidere, inuitat absolute ad occidendum in vno loco; aut tempore potius, quàm in alio, etiam eandem personam; non verò si conditionare, & ex suppositione prædicta, ceterisque existentibus debitis circumstantiis, vt scilicet iusta adsit

causa motiua inuitandi, &c. Nullibi enim expressè habetur talis irregularitas; & alioqui in c. 15. qui de sent. excom. decernitur, vt quoties in iure non sit expressè talis poena, per similitudinem rationis non deducatur ex simili casu: quod tamèn intelligendum est, inquit Vasquez, vt si factò sufficienti examine, in iure non inueniatur expressè, non censetur vilo modo imposita talis poena.

Afferamus aliquod exemplum ad clarius explicandam responsum allatam. Petrus v. gr. hodie est occisurus Paulum: Ego licitè suadeo, cum aliter impedire non possim, vt potius cras, vel in alio loco ditantiori occidat, vt hac ratione diutius protrahatur, & fortè simpliciter seruetur vita Pauli. Item occisurus est in mea domo: & ego suadeo ad vitandum proprium meum damnum, vt potius alibi occidat. Imò in casu, quo ex mea persuasione sit protrahenda vita Pauli, & adsit spes, quod simpliciter seruetur, existimo adesse obligationem ad ita suadendum, si non possit mors aliter impediri; quia cum id facile possim, & alioqui proximus in tanta sit necessitate, teneor ei opem ferre tali consilio, ac suasionè licita.

Dices. Ex vi talis consilij, Petrus magis peccabit, quàm si statim occidat Paulum, quia toto illo spatio temporis longioris millies renouabit malam voluntatem occidendi. Respondeo. Ex vi mei consilij non sequi huiusmodi renouationem voluntatis occidendi sed solum executionem ipsam homicidij. quæ perinde fuisset se. utra sine meo consilio. Quod si de facto ex meo consilio Petrus accipiat occasionem toties peccandi per renouationem malæ voluntatis, id oritur ex sua libertate, & malitia, quod ego cum habeam iustam causam non impediendi, non teneor impedire.

Ex his sequitur, quod quando in dictis euentibus non pecco suadendo, neque teneor ad restitutionem, &c. Hucusque Pater Ferrantinus; cui ego libenter adhæreo; & quidem in casibus supradictis Petrus non fuit motus ad homicidium faciendum ex consilio Pauli neque citius, neque animosius, &c. Ergo nullam irregularitatem incurrisse dicendum est; per ea quæ obseruat Ioannes Præpositus in 3. part. Dini Thomæ quest. 5. de irregul. dub. 8. numero 64.

Notare tamen hic obiter debes, quod irregularis es si consulas, cuiusque rationibus persuadeas homicidium, vel mutilationem, cap. si quis viduam 50. dist. cap. si quis dignum, §. Qui verò; & §. vltim. de homicidij: debet tamèn consilium in effectum influere, aliàs non eris illius causa. Sicuti notauit Villadiego de irregul. cap. 6. num. 20. Couarru. Clementin. si furiosus 2. p. §. 2. nu. 1. Suarez disp. 44. sect. 3. num. 10. Auila 7. p. disp. 6. sect. 2. dub. 3. Bonacin. disp. 7. quest. 4. punct. 8. num. 19. & sequentibus, & alij apud ipsos. Consilium censetur operari in homicidium, sed mutilationem quoties homicidium, vel mutilatio ex consilio processit, vel processit facilius, citius, aut etudelius. Sicuti adnotarunt Vgolinus de irregul. cap. 16. §. 1. num. 1. Tolet. lib. 1. cap. 81. Bonac. supra. Auila conclus. 4. sed in casu dubio; an consilium in effectum influxerit, illiusque fuerit causa, inquit Auila conclus. 5. Henriquez lib. 4. cap. 16. num. 3. Sayr. de censur. tom. 1. l. 7. cap. 3. numero 2. Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disp. 41. num. 17. & lib. 1. in decalog. ca. 10. n. 42. in fine, ab ipsomet consulto, & ex aliis coniecturis colligendum esse. Si enim homicida inimicus erat capitalis occisi, vel etiam mortem ante datum consilium animatus fuerat, vel necessaria ad patrandum delictum preparauerat

aut.

aut interfectus processerat etiam iuste aduersus interfectorem in causa criminali testificando, denunciando, vel accusando, seu instigando alium, sufficiens causa est, vt iudicetur consilium tuum nullius efficacitatis fuisse: Item si ipse consultus asserat se non esse motum à tuo consilio ad patrandum delictum, neque quoad substantiam, neque quoad modum, liber eris ab irregularitate, secus si contrarium testetur. Debet tamen esse vir, cui merito possit fides adhiberi, vt inquit Sanchez l. 1. in decalog. c. 20. num. 44. Si autem omnibus pensatis dubius es, an consilium influxerit, teneris te irregularem reputare, quia semper præsumendum est consilium operari, dum contrarium non probatur, quippe est causa de se efficax, & motiua voluntatis. Vt notauit Couarru. dicta 2. part. §. 2. numero 2. vers. in eo vero casu. Auila, & Sanchez loc. alleg. Quamuis contra sentiat Henriquez libro 14. capit. 14. num. 3. & cap. 16. num. 5. in Glossa lit. D. & Giballinus de irregul. cap. 4. questio. 1. conclus. 11. numero 32.

Et tandem non deseram hinc apponere casum de quo per litteras his diebus ex Germania interrogato fui, an Clericus incurrat irregularitatem si existens in exercitu det causam propinquam, horreturque non solum ad fortiter agendum, sed etiam ad occidendum; & respondi negatiuè, quia relaxatum est ius commune decernens eam irregularitatem. Et deducitur ex c. Partio tua, de homicidio, ab absurdoque probatur; nam aliàs omnes laici, qui innumerati sunt, pugnant in bello iusto, non occidentes, nec mutilantes hostem, manerent irregulares, quod non praxis probat, nec ratio, at hi laici etiam hortantur se inuicem, quod moraliter semper contingit; ergo in bello iusto ex horratu ad pugnam, & occasionem non contrahitur irregularitas. Quod si à laicis non contrahitur, nec à Clericis contrahitur; in hoc enim pares sunt, licet sint dispares in eo, quod laicos non dedecet propria manu pugnare, sicut Clericos, nisi in vrgentissimo casu ex præscripto Pontificis.

Limitant hoc assertum Pater Auila, & Henriquez quod non liceat Clerico horrari in bello militem, vt occidat hunc hostem in particulari, quia hæc est intentio multum specialis homicidij. Sed inconsequenter philosophantur, nam si semel concedatur, non incurrit à Clerico irregularitatem, etiam si horretur ad homicidium, & sit causa moralis illius in communi sumpti (quod esset sufficiens causa incurrendæ irregularitatis, nisi esset relaxatum, aut dispensatum ius inducens illam, quoad bellum iustum) cur incurret, etiam si sit causa moralis homicidij in particulari? Et cur quoad hoc non erit ius relaxatum, aut dispensatum, cum Pontifices non distinguant, nec restitutionem appofuerint? Nec video eam intentionem specialem magis dedecere Clericum quam communem, cum potius hæc in plura homicidia feratur, ideoque videatur potius à lenitate deficere. Quare hæc limitatio reicienda est.

Ita doctus Pater Mendo in Bull. Cruc. disp. 10. c. 2. num. 18. qui etiam n. 20. subdit posse Clericum esse à consiliis rerum bellicarum, dum tamen non assistat iudicio, si quando est ferendum poenæ capitalis, aut mutilationis alicuius delinquentis puniendi, qui non sit hostis in ipso prælio deturbandus. Infertur secundò vendentes, aut donantes arma etiam offensiva ad bellum, licet in ipso conflictu illa suppeditent, indeque occiso sequatur, non manere irregulares; quia ius noluit, pugnantem in bel-

lo iusto, nisi occidant, aut mutilent, incurtere irregularitatem, quare eam non incurrent Clerici qui actu præliantibus suppeditant missilia, hastas, aut similia; quantumuis ratione indecentiæ, si necessitas adsit, non debeant hoc præstare; imò prohibitum illis esse censo, argumento textus in cap. sententiam, nuper relato. Si tamen in bello iusto id facerent, imò & propria manu pugnant, & percuterent, dum non occiderent, aut deformarent, non manerent irregulares, esto peccarent. Hæc omnia Mendo, quæ sunt valdè notanda, quia non passim obuia.

An attritio sufficiat ad iustificationem in Sacramento ex solo motu timoris, & non amoris?

RESOLVT. XLIII.

Negatiuam sententiam docet Pasqualigus in Theolog. tom. 2. disp. 78. sect. 2. nu. 6. vbi ait enim, veram Attritionem non posse provenire ex solo timore, sed debere provenire ex aliquo amore Dei. Probatur. Attritio, vt sit vera attritio debet excludere voluntatem peccandi, vt definit Trident. sess. 14. cap. 4. sed quando est ex puro timore, & non ex amore Dei, non excludit; ergo, Minor probatur: voluntas peccandi non excluditur nisi per auersionem à peccato. Non potest autem quis auerti à peccato, nisi aliquo pacto se conuertat in Deum, & non potest se conuertere nisi per amorem; ergo. Dices ex ibidem; id esse verum de amore quando displicet sola poena; non autem quando displicet etiam peccatum. Contra peccatum non displicet, nisi sub ratione mali, atque adeo solum ratione boni; ex cuius amore oritur displicentia. Ergo quando displicet ex solo timore poenæ, displicet solum ex amore boni creati, quo priuat poena, ergo ex amore: qui non rectificat voluntatem, tunc solum rectificatur, quando se conuertit in Deum. Confirmatur: si peccatum displiceret ratione poenæ damni, seu priuationis visionis Beatæ, iam displiceret ratione amoris vltimi finis, atque adeo attritio oriretur ex amore Dei. Ita Pasqualigus, qui pro hac sententia adducit Valentiam, Vasquez, quibus ego addo Patrem Sfortiam Pallauicinum in assert. theol. lib. 7. cap. 12. num. 144. cum seqq. Nam ait ipse, videtur summè incongruum, vt cum Deus statuerit neque conferre habitum fidei adulto sine præcedenti actu fidei, neque spem sine præcedenti actu spei, velit tamen conferre charitatem sine præcedenti actu charitatis: Porro Tridentinum dicit, iustificationem esse renouationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vnde homo ex iniusto fit iustus; & ex inimico amicus; at non voluntariè fit amicus, qui nullo modo amat. Et certè cum ad amicitiam requiratur, vt alteri afficiamur in ratione finis, cui non potest esse dispositus ad amicitiam diuinam, qui nullum talem affectum habet erga Deum, sanè in peccato præcipua malitia, quam agnoscunt S. Thomas, & ceteri Scholastici, est auersio à Deo in ratione finis, cui sub qua ratione ipse est optimus, & magis meretur amorem quàm sub quacumque alia ratione, hoc est quatenus est bonus nobis: ergo peccatum non debuit deleri, nisi per oppositam conuersionem ad eundem Deum, tanquam ad finem cui, ac proinde per actum amoris.

Confirmat

Confirmatur hæc ratio, quis enim putaret congruè dispositum ad impetrandam non solum veniam, sed amicitiam Principis eius offensorem, qui sic peteret veniam, displicet mihi quod te offenderim, eo quod metum à te puniri. Cæterum de tua displicentia, & de tua auersione gratia sui nullum affectum habeo? Porro sub hac forma se offerret Deo quicumque peccator in confessione, qui pœniteret ex solo motu metu.

Ideo Concilium Tridentinum docet quidem *sess. 14. c. 4. & can. 5.* Attritionem quæ disponit ad iustificationem in Sacramento communiter concipi ex terrore pœnarum, sed nunquam dixit eam posse esse ex hoc tantum motu: Imò cum afferat exemplum Ninivitarum, à quibus improbable est impetratam esse iustificationem sine ullo charitatis affectu; patet, concilium loqui non tam de ipso affectu attritionis formali, quam de illo primo motu per quod incipimus disponi ad attritionem; in qua tamen aliud perfectius motuum includatur. Hæc Palauicinus qui postea *ny. 150.* subdit, neque ex hac doctrina requirente motuum amoris ad attritionem in Sacramento requisitam, redditur, aut difficilis aut valdè incertus valor confessionum, quæ communiter sunt bona fide à Christianis. Id enim si sequeretur, potius à nostra sententia recederemus. Nil quippe nobis ad eò comperit in istis quæstionibus, quam spectare ad generalem providentiam Dei Redemptoris, ut pharimaca ab eo instituta pro reparatione nostræ naturæ, prosint communiter illis à quibus bona fide usurpantur, nec ullus qui damnatur possit obtendere probabilem ignorantiam, ratione cuius non adhibuerit media necessaria ad animæ sanitatem. Cæterum negamus prædictam sequelam; quis enim est qui seridè concipiens Deum, cuius nomine intelligimus ens summè bonum, & summè nobis beneficium, ad eumque confugiens, tanquam ad iustitiæ, & misericordiæ fontem, & paratum reconciliare sibi suos inimicos, eosque in filios adoptare, non exciteretur ad aliquem amorem ipsius, ac proinde ad aliquam displicentiam quod tantam bonitatem offenderit? At simul cum hoc affectu ille qui accedit ad confessionem detestatur peccata præterita, & futura ex documentis quæ afferunt; ergo præfert amicitiam Dei omnibus oppositis tam præteritis, quam futuris. Ita ille. Cui adde Henricus *l. 4. c. 26. littera B.* cum Siluius in *3. partem Diui Thomæ supplementi. qu. 5. art. 3. par. 7.* docet Leander eam solum attritionem sufficere, quæ includat etiam aliqualem, licet debilem dilectionem Dei super omnia.

Sed contrariam sententiam tenet Ioannes Præpositus in *3. par. Diui Thomæ quæst. 76. art. 2. dub. 11. numero 71.* asserit enim attritionem sufficere quod aliquo modo respiciat eum, quatenus potest infligere pœnas. Itaque sufficit ut attritio sit ex puro timore, idem docet Ioseph Augustinus in *breui notitia de sacram. pœnit. numero 17.* Gaspar Hurtadus de *Pœnit. disput. 6. difficult. 5.* Hieronymus Llamas in *Exodo part. 2. capite 2. §. 1.* Abellus in *medulla Theologia tom. 2. capite 5. sect. 8.* Ylambert. tom. 2. de *Sacram. Pœnitent. disputat. 12. artic. 1.* Vnde ex Fagundez Pater Tamburinus *opus. de confess. capite 1. §. 6. numero 56.* docet, actum attritionis esse huiusmodi; Pœnitet me de meis peccatis, quia per illa Deus me beatitudine privare potest, vel multis malis temporalibus vel æternis affligere; vel quia per illa anima mea coram Dei oculis deturbatur, & propono emendationem

in futurum, & Amicus in *cur. Theolog. tom. 8. disputatio. 3. sect. 4. numero 63.* sic ait; Omnis contritio progignitur ex timore filiali erga Deum, non autem attritio, quæ esse potest ex timore seruili.

Et quidem nominatim contra Siluium; *vbi supra*, Insurgit Eminentissimus Cardinalis Lugo de *Sacram. Pœnitent. disputat. 5. sect. 9. numero 133.* vbi sic ait; Tota ergo difficultas huius rei est in distinguenda attritione à contritione perfecta, quidam enim eam distinguunt per minorem intentionem vel durationem: alij per acceptationem diuinam, alij ex eo, quod idem actus proit informatur à gratia sit contritio, proit verò non informatur sit attritio, quæ omnia bene impugnat Suarez *vbi supra*, qui cum communi Theologorum docet distingui hos duos actus per ordinem ad motiua diuersa, nam contritio est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum, attritio verò est dolor propter alia motiua, quod ex supradictis facile constat.

Sed quæ sunt hæc motiua attritionis, communiter reducuntur ad duo capita, scilicet ad metum gehennæ, & pœnarum, & ad turpitudinem peccati. Nam hæc duo expressit Tridentinum *vbi supra* agens de motiua propter quod communiter concipitur attritio. Et quidem omnia motiua facile ad hæc duo possunt reduci; Nam desiderium beatitudinis; vel aliorum donorum videtur comprehendi sub timore gehennæ, & pœnarum; idem enim esse videtur timere carentiam alicuius boni, ac desiderare illud. Deinde quæcunque alia malitia propter quam detestemur peccatum, videtur comprehendî in turpitudine peccati, omnis ergo attritio est propter metum pœnarum, vel propter peccati turpitudinem.

Huic communi doctrinæ sese opponit iterum Franciscus Syluius *q. 1. suppl. ar. 3.* vbi docet, eam solum attritionem sufficere cum Sacramento, quæ includat etiam dilectionem Dei super omnia, licet debilem, & imperfectam, quam dicit cum Sacramento sufficere, imò & sine Sacramento, quando eius susceptionem excludit necessitas. Hæc tamen sententia est contra omnes Theologos, & contra Tridentinum *vbi supra*, nam ibi aperte dicitur, attritionem de qua agebatur, & de qua dicitur sufficere cum Sacramento, hanc ipsam non sufficere sine Sacramento; hæc enim sunt verba concilij: *Et quamvis sine Sacramento pœnitentia de se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat*; Tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Condistinguit ergo Concilium attritionem, quæ sufficit solum cum Sacramento, ab ea dispositione, quæ sufficit sine Sacramento. Nunc ergo inquiri ab illo Auctore, de qua dispositione loquatur. Cum perit amorem Dei super omnia. Si enim loquitur de dilectione imperfecta, quæ non sufficit sine Sacramento; malè concedit posse in casu necessitatis iustificare sine Sacramento. Si verò loquitur de dilectione perfecta, falsò dicit hæc semper requiri cum Sacramento: Hæc enim etiam extra Sacramentum sufficit: Et Concilium aperte docet, aliquam dispositionem, quæ nunquam sine Sacramento sufficit, sufficere cum Sacramento. In quocumque ergo sensu loquitur contra Tridentinum. Ita Lugo, qui postea alia pulchra asserit ad hanc sententiam firmandam, quam etiam nominatim contra Syluium tenet Leander de *Sacram. 1. tr. 5. disp. 3. q. 12.* vbi sic ait: eam solum attritionem sufficere, quæ includat etiam aliqualem licet debilem dilectionem Dei super omnia.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis?

RESOLVT. XLIV.

Hanc difficultatem non inuenio apud antiquos Doctores in dubium positam, saltem de illa cœperunt dubitare aliqui recentiores, & quod peius est negatiuum sententiam docuerunt, quam nouissimè tenet doctus Pater Ferrantinus de *scandalo quæstione 77. præcipue à numero 31.* qui post plura sic asserit: Confirmatur hæc opinio, & his quæ decreuerunt doctores quidam Patres in hoc collegio Roman. contra propriam opinionem, quam antea sustinebant. Cum n. ex Prouincia Austria propositiones aliquæ missæ essent Romam ad nostrum admodum R. P. Generalem, ipsius iussu examinandas à Patribus reuisoribus, quorum munus est libros diligenter expendere, antequam imprimantur, tale iudicium, quod mox subiticiam, tulerunt vnanimis circa nonam petitionem factam.

Noua petitio hæc erat, peccata dubia siue positivè, siue negatiuè tantum dubia sint, confiteri non tenemur.

Responderunt ita, de peccatis dubiis positivè non est dubium permitti posse, cum sit opinio communis Doctorum: De peccatis dubiis negatiuè, circa quod est maior difficultas: iudicauimus olim non debere permitti secundum nostras regulas, cum vix reperitur vnus scriptor, qui illam aperte tueretur: nunc verò cum iam aperte, & ex professo in suis scriptis tueantur, præter P. Egidium Coninch de *Sacram. pœnit. disp. 7. dub. 8.* Petrus Marchant. in *tab. Sacram. tract. 4. tit. 6.* Caramuel in *Theol. moral. lib. 13. disp. 4. nu. 478.* Iosephus de Ianuario *Ref. moral. tom. 1. resol. 2. per totam.* P. Io. Martinon *to. 5. d. 50. sect. 8. num. 91.* & alij multi Scriptores illam iudicent probabilem, censemus posse iam in scholis Societ. permitti. Prima ratio est ex Trid. quam affert Layman, quod nimirum ea tantum peccata mortalia teneamur confiteri, quæ sunt in memoria, & conscientia, peccata verò mortalia dubia negatiuè, non possunt dici esse in memoria, & conscientia pœnitentis, ergo.

Secunda ratio; quod in dubio delicti nemo cogendus est sententiam subire, & pœnam. Tertio, quod melior sit conditio possidentis suam libertatem in tali dubio negatiuè.

Sed pœnitens est in possessione libertatis, qua liber est ab obligatione confessionis peccati, de quo non constat, sed dubitatur modo dicto.

Ergo per tale dubium superueniens, non est obligandus.

Quarta; quod sicut non tenetur pœnitens confiteri quando dubium negatiuum est circa substantiam actionis peccaminosæ præcisè, ut concedit etiam Coninch, Præpositus, Lessius, & alij à Præposito consulti, ita neque tenetur quando dubium negatiuum est circa peccati commissi qualitatem; quæ illatio ex Lugo valida est.

Quintò, à paritate eorum, qui sic dubitant negatiuè de voto emisso, vel de debito contracto. In quibus casibus ad nullam solutionem tenentur.

Item dubius an fecerit contra legem habentem adnexam excommunicationem, ideoque dubitans de excommunicatione incurta, non tenetur se habere pro excommunicato.

Sed

Sed contra ea, quæ dicta sunt; Obiicies primò, certa pro certis confitenda sunt, & dubia pro dubiis; ergo peccata eo modo dubia negatiuè, siue circa substantiam actionis peccaminosæ, siue solum circa qualitatem, confitenda sunt vt dubia.

Responderi potest, si quis confiteatur peccata huiusmodi dubia in casu, quo non teneatur illa confiteri, velit tamen ad maiorem cautelam, debet ea dicere; vt dubia, reliqua verò certa, vt certa: imò inquit Præpositus, *vbi supra. n. 120. §. adde*, quando dicuntur peccata dubia, adiungenda est alia materia certa, vt dari possit absolutè absolutio à peccatis. In quo casu pœnitens debet elicere actum attritionis de eo, quod confitetur absolutè; quia fortasse peccatum illud dubium non est commissum, & ita si certum aliud peccatum cum attritione, non adiungeretur, absolutio caderet supra nullum peccatum dolorosum.

Obiicies secundò; in dubiis tutior pars est eligenda, ergo debet pœnitens talia peccata dubia confiteri, cum hoc tutius sit.

Respondetur, si antecedens sumatur propriè vt sonat, hoc est, tutiorem partem esse eligendam, relicta altera, quæ prudenter minus tuta, sit tamen tuta, concedo, quod sit eligenda tutior, ex consilio tamen, non ex præcepto.

Si verò antecedens intelligatur de duabus partibus, quarum altera tuta sit, & non sit in ea periculum peccandi altera verò non careat tali periculo, ac proinde tuta non sit, nec possit pro ea formari iudicium probabile practicum, quod non sit peccatum eam sequi, concedo, quod teneamur ex præcepto partem illam tutiorem eligere, relicta non tuta, in qua subest peccati periculum.

Et sic possit negari in vtroque casu consequentia.

Obiicies tertio, de lege ordinaria quodcumque mortale in homine baptizato remitti debet extra Sacramenta per contritionem formalem, vel saltem virtuale inclusam in amore Dei super omnia, & per consequens remitti debet in ordine ad clauas, seu cum voto Sacramenti pœnitentiæ. Ergo pœnitens obligatur ad confessionem cuiuscumque peccati mortalis, etiam dubij.

Respondetur negando consequentiam, & ad antecedens, dico, quodcumque peccatum mortale extra Sacramenta remitti debet per contritionem, & per ordinem ad clauas, id est cum voto absoluto confitendi peccatum, vel conditionato; nimirum cum voluntate absoluta confitendi peccatum certum, conditionata verò peccatum dubium, hoc est si constaret tunc verò fuisse commissum.

Obiicies quarto; Præceptum confitendi peccatum est in possessione; Peccatum verò ipsum supponitur dubium. Ergo præceptum confitendi illud præualeat, & seruandum est. Et hæc omnia docet Pater Ferrantinus *vbi supra*.

Sed hanc sententiam Pater Thomas Hurtadus ex Clericis Minoribus vir quidem de Theologia Scholastica, & Morali optimè meritis *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 8. numer. 206*. putat neque speculatiuè esse probabilem, & practice esse temerariam. Verum quia ego libenter abstinere à censurandis opinionibus, assero me prolixius adhærere affirmatiuè sententiæ, nempe peccata dubia esse necessariò in confessione aperienda, & præter Doctores præsertim ex Societate alibi à me pro hac sententia adductos, adducam hic contra Patrem Ferrantinum duos ex suis castris fortissimos com-

mitones, videlicet me citato Ioannem Dicastillum *de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 7*. per tot & Patrem Sfortiam Pallauicinum in *assertionibus theologis libro 7. capit. 32. num. 306*. vbi sic asserit; Si tamen peccatum sit merè dubium dicemus, datum obligationem illud confitendi. Neque obstat regula, quod in dubio melior sit conditio possidentis: Nam homo dubius de peccato clauibus non subiecto, hand possidet charitatem, & amicitiam Dei certam, sed est dubius de illa. Debet ergo in tali casu decerni tanquam in re dubia, & cuius possessio sit dubia. Diuiditur autem res à iudice inter eos, de quibus dubitatur vtrius sit. Ita est faciendum in casu nostro. Si tu non es peccator, gratia Dei est tua; Si es peccator, habes debitum carenti illa in æternum, & subeundi pœnas inferni. Deus ex sua benignitate permittit vt in hoc dubio res diuidatur magno cum excessu pro nostra parte. Damus enim aliquid minimum ex nostro, hoc est confessionem peccati tanquam dubij, & Deus obligatur ad aliquid maximum ex suo, hoc est ad veniam peccati, ad promissionem vitæ æternæ.

Et quamuis possit euenire, vt quis cum peccato dubio sit in possessione credendi se esse in gratia, eo quod ante hoc dubium confessus fuerit bona fide alia peccata, & fuerit ritè absolutus: tamen hanc ipsam possessionem non habet interdependentem ab obligatione, quam tunc implicite subiecit confitendi hoc peccatum, cum primum dubitatio de illo memoriæ occurrisset. Et posita hac implicita obligatione pœnitentiæ, absolutio extenditur etiam ad peccata non expressa.

Obiici possit, malum dubium non esse materiam doloris, ac proinde nec pœnitentiæ. Nec respondeas sufficere dolorem conditionatum; nam ille non est dolor, sed dispositio ad dolendum si purificetur conditio. Dolor quippe non est obligatio moralis, sed actus physicus, qui non recipit conditionem. Respondetur tamen de malo dubio posse dari dolorem, non quidem respondentem tristitiæ, sed timori: sicut de bono dubio potest dari delectatio respondens non lætitiæ, sed spei Hæcque Pallauicinus. Ad argumenta vero adducta à Patre Ferrantino respondet ex eadem Societate Pater Bardi à me alibi allatus. Ad auctoritatem verò Patrum Reuisorum, solum asseram quod bona eorum venia poterant considerare Patrem Laymanum in hac quæstione trepidanter loquutum fuisse, nec pro illo Pater Coninch absolutè stat; Pater verò Ioannes Præpositus licet in *part. 2. Diui Thomæ* talem sententiam tenuerit, tamen postea in *3. part. vi* dicitur mutasse sententiam, nam asserit hanc sententiam practice non esse probabilem, vnde dicendum est, quod Schola Patrum Societatis stat pro nostra sententiâ, quæ præter alias rationes probatur in communi sensu Ecclesiæ.

Aduertendum est tamen hic primò, quod si quis confessus est peccatum vt certum, quia sic putabit, postea vero habet dubium, non teneatur illud, vt dubium iterum confiteri, nisi fortè ex alio capite, quam ex integritate confessionis, quia nimirum se putat grauiter infamatum apud confessarium: Sed hæc obligatio vix vtriquam potest esse grauis, imò vix erit casus, in quo quis propter hanc solam causam teneatur refricare memoriam peccati præteriti, cum nec in casu quo quis sibi imposuerit aliquod peccatum, quod non commisit, existimans se verè illud commississe, teneatur iterum apud eundem, vel alium confessarium peccatum sibi prius impostum negare. Imò etiam si

si quis non solum, quia sic putabat, sed peccando & mentiendo in vna confessione imposuerit sibi peccatum aliquod, non video esse necessarium illud ipsum peccatum expresse reuocare in alia confessione, sed sufficit si dicat accuso me, quod in confessione præterita peccatum graue falso imposuerim; si autem inde, vel mihi, vel proximo sequeretur graue damnum, quod reuocando possem impedire, & deberem, tunc ex alio capite, non autem præcisè ex obligatione integritatis deberem reuocare, siue in confessione alia, siue extra quantum sufficit.

Aduertendum est tertio, explicandas esse etiam circumstantias peccati siue tanquam conditionaliter certas, siue tanquam etiam conditionaliter dubias, si tales circumstantiæ mutant speciem, vel augent numerum, verbi gratia qui dubitat an habuerit consensum in mortale turpe cum fœmina, quam certò scit tunc fuisse coniugatam & sibi notam, vt talem id debet fateri, est enim illa circumstantia, quamuis absolutè dubia, cum peccatum sit dubium, sub conditione tamen certa, quia supposito peccato certum est illud fuisse cum coniugata. Aliquando verò circumstantia etiam est sub conditione dubia, vt si quis dubitet, vel non meminerit se peccasse, vel consentisse in peccatum cum fœmina de cuius statu libero, aut soluto etiam dubitat quamuis enim tunc supponamus peccatum fuisse commissum, adhuc est locus dubitationi circumstantiæ, quam tamen explicare tenetur. Et idem dicendum est de peccato mortali dubio in genere, atque in specie, si quis enim dubius sit an peccatum mortale commiserit & nescit cuius speciei, id etiam debet fateri sicut multo adhuc potiori ratione, si certus esset se peccatum mortale commississe, sed nescit cuius speciei.

Verum in his casibus quando aliquis confitetur se de peccato dubio, adiungendum est aliquod peccatum certum, si verò inquit Sanchez certus esset de facto, dubius autem de iure, vt cum certus est se admisisse, & solum dubitat, an sit mortale; tunc non opus esse aliam materiam præbere. Quod mihi verum videtur quando saltem certus est quod illud opus à se factum fuerit veniale; nec enim sufficit, quod certus sit fecisse opus, nisi certus sit in illo peccasse, saltem venialiter vt per solam illius confessionem detur materia certò sufficiens ad essentiam Sacramenti.

Quando autem quis confitetur aliquod peccatum certum, de quo debitat, an aliàs confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit? Ita Sanchez, & Coninch; qui eodem modo affirmant pœnitentem in confessione non teneri dicere se tale peccatum commississe post vltimam confessionem: nisi ob aliquam peculiarem circumstantiam mutantem speciem, fortè id necessarium sit: sicut enim qui scit, vel dubitat tale peccatum fuisse confessum, non tenetur dicere sub mortali se aliàs confessum, vel dubitare an tale peccatum confessus sit; ita pariter qui commisit peccatum non tenetur dicere esse commissum post vltimam confessionem nisi adsit aliqua peculiaris circumstantia, quæ id postulet. Et hæc omnia inuenies apud Dicastillum, vbi supra, quæ valdè à confessariis notanda erunt, sunt enim satis in praxi occurrentia.

Anton. Diana Pars XI.

An, qui peccatum mortale commisit sit timent graue damnum, si illud confiteatur, teneatur saltem in genere illud confiteri?

RESOLVT. XLV.

Suppono probabiliter pœnitentem imminente præcepto annuæ confessionis, aut necessitate suscipiendi Eucharistiam, vel celebrandi missam, posse confiteri sua peccata tacito peccato, de quo probabiliter timet graue incommodum; ita Coninch *de sacram. disp. 7. dub. 9. n. 76*. Henriquez *lib. 5. cap. 12. num. 3*. & alij. Sed pro responsione dubij in titulo huius Responsionis appoliti, limitat hoc Suarez *disp. 18. sect. 2. nu. 6*. vt tunc debeat confiteri quando præter mortale subtrahendum, habet aliud mortale confitendum. Secus verò si solum veniale, ad quod confitendum non tenetur ex præcepto. Addit etiam, nec teneri mortale illud reticendum, confiteri in genere eo modo, quo diximus teneri eum, qui solum in genere meminit se peccasse mortaliter.

Verum hoc vltimum non admittit Dicastillus *de sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 11. numer. 880*. sic enim ait ipse, possit quis peccata in genere confiteri citra id incommodi, non video, cur non teneatur? Teneri enim sic probo. Peccatum mortale in genere est materia confessionis, & quidem si aliter non possit explicari, etiam sic confiteri est materia necessaria vt patet in eo, qui solum meminit peccati in communi, ergo etiam in nostro casu erit materia necessaria: & confitenda: Alioquin non dicere peccatum mortale, qualiter est in conscientia, & citra incommodum potest explicare, atque ita docet Lugo citandus. Ea propter debet explicari peccatum tacendo circumstantiam, vnde timetur prudenter tale damnum graue. Sed Lugo *disp. 16. num. 528*, asserit, frequenter id esse periculosum. Nam si aperias peccatum, Confessarius statim interrogabit conditionem, personam, aliamve circumstantiam ad cognoscendam speciem, quam si neges videberis confiteri aliud peccatum, quam feceris; si verò dicas te non recordari, aut non posse, seu non teneri ad id dicendum, ed ipso præbes occasionem maiorem suspicandi. Nihilominus ipsemet offert modum paulò post *num. 532*. nempe si dicat in genere aut specie non completa tacendo illam circumstantiam. Sic ego possit dicere se fecisse peccatum mortale, & fortasse dicere in tali genere, sed non recordari cuius speciei. Quod verum est intelligendo de notitia, quæ possit tunc deferuire ad confitendum in ea occasione. Illud verò de obligatione dicendi venialia, ordinariè verum est, nisi forte in mortis articulo propter periculum damnationis æternæ, quando si non habeat perfectam contritionem, sed attritionem generalem, tunc enim per attritionem, & Sacramentum remitteretur indirectè mortale, vt ibidem docet Suarius, & Lugo illum sequutus, qui rectè idem putat de suscepturo Eucharistiam, vel aliud Sacramentum, si solum haberet attritionem. Sapienter quoque addit id quod nos in simili diximus, nempe in articulo mortis etiam cum detrimento propriæ famæ aut temporali alio teneri confiteri, si aliter non possit iustificari ob defectum perfectæ contritionis. Hæcque Dicastillus.

Q9

Non

Non deferam tamen hic adnotare, sententiam Suarez, quam Dicastillus impugnat, docere etiam Bonacinam de Sacrament. disp. 5. qu. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. diff. 4. num. 15. At ego contra ipsum, & Suarez magis adhaereo sententiae Dicastilli, quam ante illum ex Reginaldo, & Henriquez docuerat doctus P. Leander de Sacram. 10. 1. tract. 5. disput. 5. qu. 5. 2. Quia tali casu poenitens se haberet sicut qui recordatur se fecisse aliquod peccatum mortale, & fortasse in tali genere; sed non recordatur speciei, qui certe teneretur illud confiteri. Quare etiam in nostro casu esset bonus modus confitendi dicendo, recordor cuiusdam grauis peccati, quod fecit, & non occurrit mihi pro nunc quale fuerit: hoc enim verum est intelligendo de noticia, quae deferuire possit ad confitendum illud hic, & nunc absque periculo.

Sed hic obiter quaero, an qui ex iusta causa tacet peccatum, debeat procurare illius contritionem perfectam, sicut, quando est attritaturus, aut communicaturus, & non habet copiam confessarij debet habere contritionem. Dicastill. ubi sup. num. 884. putat attritionem sufficere; quia ait ille, vt recte notabat me audiente olim Vasquez de hac re interrogatus, & notauit Lugo sup. n. 533. illud peccatum cum sola attritione potest indirecte remitti, non fecus, atque peccata, quae ex obliuione inculpabili non dicuntur, remittuntur indirecte per Sacramentalem absolutionem directe cadentem supra alia peccata iuxta Trident. sess. 14. cap. 5. in quo non est eadem ratio, quando quis omnino caret copia confessarij, quo casu nisi habeat perfectam contritionem per solam attritionem, ne indirecte quidem liberatur a peccato, cum nullum suscipiat Sacramentum, virtute cuius remittatur directe, aut indirecte. Quod autem peccatum non dicatur in confessione, quia quis non est memor, vel quia habet iustam causam illud non dicendi perinde est, vt gratia Sacramentalis posita omnium mortalium attritione non inueniat obicem, & omnia remittantur, siue directe, siue indirecte iuxta generalem doctrinam remissionis indirecte. Haec omnia Dicast. Cui ego etiam adhaereo, quod est valde notandum, quia casus potest in praxi accidere, & poenitentem habere difficultatem eliciendi actum contritionis de peccato, & iusta causa in confessione non explicato, & nota quod opinionem Dicastilli docuerat antea ex Cardinali Lugo P. Leander ubi sup. de Sacram. 10. 1. tract. 5. disp. 5. qu. 5. 1.

Notandum est hic etiam, quod in casu supradicto quando videlicet poenitens non confitetur aliquod peccatum ad euitandum damnum graue, Sotus, & Henriquez putant teneri, cum primum possit ea peccata, quae tacuit confiteri Sed probabilius est, quod Suarez affirmat, scilicet sufficere, si ita confirmatur cum iterum accedat tempus, in quo obligat praecipuum confessionis. Et ita docet etiam Granado in 3. part. D. Tho. contr. 2. tr. 9. disput. 5. sect. 3. num. 21. qui etiam optime obseruat nu. 22. in casu, de quo loquitur licitum esse dimidiare confessionem, & tacere aliquod peccatum non solum quando adest praecipuum diuinum, aut Ecclesiasticum confessionis, sed etiam si longo tempore differenda esset confessio, etiam cum praecipuum non obligat, recte docet Suarez posse dimidiari, quia illud est notabile nocumentum, & ad illud vitandum licebit non integre confiteri, quando aliter non potest defectu confessarij. Si vero exiguo tempore elapso speraretur venturum confessarium, cui absque incommodo

possint omnia peccata declarari, ille foret expectandus, quia praecipuum diuinum integritatis confessionis id saltem requirit.

Sed ex his obseruandum est, quid faciendum sit quando poenitens sanus accederet ad confessionem in eo euentu, quo communionem sine graui scandalo praemittere non posset, aliunde vero occurrit necessitas confessionis adeo longe vt tunc perfici non possit: dicendum enim est tunc licitum esse communicare praemissa contritione. Quod si forte contritio non eliceretur, & timeretur prudenter eliciendam non fore a poenitente; probabile mihi est posse confessionem dimidiare, quia tunc casus vrget vitandi scandali, quod est notabile nocumentum, propter quod potest poenitens dimidiare confessionem iuxta dicta; & non vitabitur, nisi accedendo ad communionem: cum ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, nisi praemissa confessione, aut certe contritione, in aliquibus casibus, qui crederent, se non nisi attritionem habere, deberet confessionem praemittere, ne aliqui nouum peccatum committere. Ita Granadus ubi supra.

Ex dictis iam apparet, me olim recte consuluisse contra Medinam in summa lib. 2. c. 7. in fin. quod si tempus praecipui Ecclesiastici, & a fortiori diuini, confessionis instaret, & vir ignoti idiomatis non habeat copiam confessarij qui illum plene intelligat, posse absolui auditis iis peccatis, quae aliquo saltem modo percipi potuerint a confessario: facit enim in eo casu quod potest, & moraliter censetur impossibilis maior declaratio. Vide Granadum loc. cit. nu. 2. Leander de Sacram. 10. 1. tract. 5. disp. 6. qu. 56. qui idem asserit dicendum esse de homine muto, surdo, aut balbutientis lingua, quod etiam tenet Layman lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 9.

Et tandem si aliquis hic quaerat, quid faciendum esset, cum Parochus deserit Eucharistiam aegroti statim communicaturo, & dum audit breuem reconciliationem aduertit poenitentem teneri ad longam confessionem eo quod per multum tempus mentitus fuerit in praecedentibus confessionibus. Respondeo, quod si aegroti mors imminet, ita vt non supersit locus integre confessioni, audiat ea peccata, quae pro temporis opportunitate declarare potuerit, & facta generali accusatione ceterorum eum absoluat, & statim diuino pane reficiat; si vero mors non imminet, & saltem spatio dimidiae horae nequeat confessio tunc integra fieri, eliciat aegrotus actum contritionis, & sumat Eucharistiam, differaturque confessio in aliud tempus, quia tunc licitum erit communicare non praemissa confessione, vt scandalum adstantium euitetur, si quidem confessio rite tunc fieri non potest, & superest tempus, quo perfecte fiat. Ita Granadus ubi supra & alij, quos ego alibi adduxi.

An plures possint esse Ministri vnus poenitentis in eadem confessione?

RESOLVT. XLVI.

TRACTAT hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo de Sacram. poenit. disp. 13. sect. 7. quaerens vtrum forma absolutionis possit proferri a pluribus ministris; & num. 160. sic respondet, In primis non videtur dubium, quod absolutio vtriusque esset valida, si vterque simul perficeret prolationem formae, & poenitens esset dispositus; quia vtraque

esse

esset forma prolata a legitimo ministro super materiam debitam, & non esset maior ratio cur vna absolutio haberet effectum, quam altera. Dixi tamen si poenitens esset dispositus, quia cum ille modus accipiendi absolutionem a duobus, & confitendi simul vtrique sit contra Ecclesiae consuetudinem, multi, quibus confentit Suarez in praefati disp. 8. sect. 4. num. 4. putant esse illicitum, & posset ex hac parte deficere dispositio necessaria in poenitente. Aliquando tamen cessat haec ratio, vt si moribundo, qui confessionem perit, adueniant duo Sacerdotes, & vterque illum sensibus destitutum absoluat: vel si in naufragio, aut incendio aliquis multis Sacerdotibus praesentibus confiteatur, vt ab illis absoluat, vel denique si bona fide id faceret existimans ita licere, in his enim & similibus casibus locum potest habere haec quaestio, & nunc dicimus vtramque absolutionem concurrere ad gratiam sacramentalem, quia non est maior ratio de vna, quam de altera. Quod autem aliqui opponunt repugnare duplicem causam adaequatam, qualis esset illa duplex absolutio, facile soluitur; Tum quia haec absunt causae physicae sed morales, vt suppono ex tractatu de Sacramen. in genere. Tum quia licet singulari causae in actu primo essent sufficientes de facto in actu secundo attemperaretur conuersus vnus propter praesentiam alterius, & causalitas, seu productio gratiae abesset duplex, sed vnica adaequata producent ab vtraque causa; sicut quando de facto plures Sacerdotes consecrant eandem hostiam. Tum denique quia in nostro casu facilius dici posset singulas absolutiones habere suum effectum diuersum. Hucusque Lugo.

Sed notandum est hic pro curiosis cum Dicast. de Sacram. 10. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 2. num. 13. casum posse occurrere ad impossibile, qui si contingat videtur posse, imo & debere absolui simul a duobus. Nempe si quando quis in praedio vulneratus ad mortem, & morti proximus cepit vni confiteri, & propter periculum superuenientis hostis, Confessarius ante absolutionem fugiat, postea vero cessante illo instante periculo redeat ad moribundum, cuius iam confessionem alius Confessarius cepisset excipere, ita vt vterque Confessarius iam praesens sit, & neuter integram confessionem excepisset, sed vnus vniam partem, alter alteram, poenitens vero esset iam alienatus a sensibus, vterque posset, & deberet absolui directe ab iis quae audiuit, vtpote nesciens an illa ipsa, vel alia (saltem ex parte) explicuerit secundo Confessario, cumque forte sit periculum in mora, poterit vterque simul absolutionem impendere directe eorum, quae audiuit, vt caetera simul indirecte remittantur, quae quidem omnia sunt valde notanda.

Sed magis difficultas est, an in praedictis casibus essent duo Sacramenta, vel vnum tantum, de qua vide Lugum, & Dicastill. loc. cit. qui tamen in pluribus inter se discrepant, quibus adde Auerfam de Sacram. poenit. q. 2. sect. 5.

Ex his oritur aliud dubium, an quando duo valide simul absoluant, possint singuli dicere; Nos te absoluumus? Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 23. sect. n. 13. valere putat, si sensus non sit, quod vterque concurret vt causa partialis, sed quod vterque causet illum effectum, perinde atque si duo consecrant eandem hostiam, verè dicit vterque nos consecrauimus hanc hostiam. Vasquez in hac materia quae 91. art. 4. dub. 1. num. 8. negat valere, iuxta ea quae tom. 2. in 3. part. latius dixerat de Baptismo.

Anton. Diana Pars XI.

Idem etiam docet Cardinalis Lugo de poenit. disput. 13. nu. 176. Vide etiam Coninch de Sacram. quae 67. art. 6. dub. 1. numer. 43. & ne deferat recognoscere Dicastillum ubi supra num. 39. cum seqq. vbi more suo late, & docte hoc dubium pertractat; & ex illo alia plura dubia emanantia curiosè discuit vsque ad num. 62.

An qui asserit de rebus fidei se dubitasse, poenitendus sit tanquam haereticus?

RESOLVT. XLVII.

AFFIRMATIUÈ respondet Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 13. Si enim asserit: Sexto deducitur, haereticum eò quod res fidei esse dubias credat, fore externum si dicat de rebus fidei se dubitare, quamuis non dicat esse dubias. Quamuis enim solum dubium absque eo iudicio non constituat hominem haereticum (vt diximus capit. praecedenti num. 12.) & hic solam suam dubitationem explicet. At cum moraliter (vt eo num. 12. sine diximus) cum ea dubitatione sit coniunctum id iudicium reddens hominem haereticum, ea verba vehementem haereticis praesumptionem inducunt: ac sufficientem, vt Ecclesia possit id iudicium praesumere, ac procedere contra illum, ac haereticum. Ita Sanchez.

Sed circa hanc Sanchezij opinionem valde dubitat, nec admittit Dicastillus de Sacram. 10. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 5. num. 57. Quamuis enim multi dicant dubitantem de rebus fidei esse haereticum, si cum pertinacia dubitet, ac proinde omnibus haereticorum poenis obnoxium, vt videre est apud eundem Sanchez cit. cap. 7. nu. 11. vbi quamplurimos refert; alij tamen negant illum esse verè haereticum, ac proinde non subiaccere poenis haereticorum, dubitare enim proprie est non habere assensum in alteram partem: Haereticus autem est error fidei contrarius, vt ipse Sanchez ibidem docet num. 1. item fides, & haereticus sint duo extrema, sicut assensus, & dissensus circa eandem rem fidei, dubium verò est quasi medium inter vtrumque; nec obstat, quod cap. 1. de haereticis, qui dubius est in fide, dicatur infidelis, nam vt respondet Canus libro 12. de locis Theologicis cap. 9. dicitur infidelis non contrarie, sed priuatiuè, quia caret assensu fidei, & etiam dici potest talis, quoad praesumptionem, sed non re vera: praesumit enim ius cum tali dubio coniungi vitium contrarium. Nec etiam obstat quod ille, qui dubitat, eo ipso perdat fidem, vtpote carens assensu certo, in quo fidei substantia consistit, nam vt recte etiam respondet Canus, fides non solum amittitur per haesum, sed per dubium, quod inter haesum, & fidem est medium; sicut color albus non solum per nigrum expellitur; sed etiam per colores medios. Nec tandem obstat quod error in fide cum pertinacia in baptizato sit haereticus: hic autem errat in fide, vtpote habens, quae sunt certa pro incertis, eo ipso quod dubitat; hoc (inquam) etiam non obstat, quia ille reuera (vt dicebamus) non habet iudicium erroneum, sed est merè pendulus, ita praeter Canum, sentit Sa in sum. verbo haereticus num. 1. & idem Sanchez cit. numero 12. cap. illo 7. sed de his alibi.

Ex quo fundamento constat probabile esse, quod quamuis reuera habeat interius iudicium contrarium, quo ille haereticus iudicet res fidei esse dubias adhuc, si tantum dicat, se dubitare de rebus

Q. 9. 2. fidei;

fidei, non sit externus hæreticus; illa enim verba solum significant animum pendulum, non verò animum habentem iudicium contra fidem. Quod autem Ecclesia possit præsumere contra illum, non eo ipso censetur ille sufficienter hæreticus externus, nec video cur debeat puniri pœnis quibus puniuntur veri hæretici. Vnde contra delinquentes, quorum delictum solum manet in præsumptione, non solet in foro exteriori tam acris ferri sententia, sicut contra delinquentes plenè conuictos, aut confessos. Verba autem ipsa etiam si præbeant occasionem suspicandi illum habere animum hæreticum; nullo tamen modo hæreticum animum significant; neque id, quod non possit esse sine hæretico animo; neque enim necesse est, ut eo ipso, quod quis dubitat de aliqua re sibi credenda proposita, quasi reflectatur supra suum actum dubitandi, cum possit id non facere; siue quia non cogitat de tali actu eligendo; siue, quia cum subit cogitatio illius, diuertit ad alia obiecta. Itaque solum, quod ita moraliter sæpius contingit non videtur sufficere ad illam plenam significationem internæ hæresis quam verba illa non significant. Et hæc omnia docet Dicastill. *vbi sup.* vnde in facti contingentia à Dominis Inquisitoribus, & eorum Consultoribus, attentè, & maturè causam talis rei perendam esse puto.

In sacra pœnitentiaria conceditur aliquando facultas absoluedi pro hac vice, quæritur quomodo sit intelligenda illa particula?

RESOLVT. XLVIII.

Certum est intelligendum esse illam facultatem cum aliqua temporis limitatione; Pertractat hoc dubium Eminentiſſimus Cardinalis Lugo de Sacram. pœnit. disp. 20. sect. 3. num. 125. vbi sic ait: Petes quid si ille pœnitens differat vltimum facultatis quam habet, eligendi confessarium pro hac vice; & interim committit alia peccata similia? Si enim concedamus posse differri vltèrius, & vltèrius, & semper manere eandem facultatem ad absolutionem ab omnibus commissis vsque ad diem, qua pœnitens vtitur facultate, sequitur posse ad finem vsque vitæ differri, ut in senectute faciat se absolueri semel, & simul ab omnibus peccatis totius vitæ; quod videtur esse contra mentem Sacre pœnitentiariæ concedentis illam facultatem pro hac vice.

Respondeo illa verba, *Pro hac vice coarctare proculdubio: facultatem*; non tamen ita, ut à peccatis solum ante confessionem commissis possit absolui; sed à commissis, vel committendis ante absolutionem intra certum tempus quod sufficiat ad verificanda moraliter illa verba pro hac vice. Aliunde tamen videtur ex hoc fieri quod etiam si nulla peccata noua commisisset post confessionem; non posset tamen vti illa facultate ad absolutionem pro peccatis antea commissis, si elapsum fuisset iam illud tempus, quod requiritur ad verificanda verba illa, *Pro hac vice*; quod etiam nimis durum, & scrupulosum mihi videtur. Cur enim non posset post annum, vel biennium vti facultate illa in ordine ad peccata sola, quæ antea commiserat; si nondum illo priuilegio vsus fuerat? Dici posse illa verba, *Pro hac vice verificari posse vtroque modo*; & alterum ex illis sufficere ad eorum verificationem. Quando enim tempus esset præsens, ita ut

nondum censeretur tanta distantia temporis, quod sufficeret moraliter ad falsificandam illam locutionem; tunc etiam si alia similia peccata noua commisisset, posset eligere confessarium: quia ad hoc diceretur hac solum vice absolui. Quantum autem temporis possit illis verbis comprehendendi, pendet ex iudicio prudentis, & ex circumstantiis; nam quando ea licentia conceditur occasione alicuius festiuitatis, vel necessitatis occurrentis, in qua oportet confiteri, minus tempus videtur includi: quando verò aliquis petit à Sacra Pœnitentiaria facultatem semel eligendi Confessarium in ordine ad reseruata, & conceditur; *Pro hac vice*, videtur ad maius tempus extendi.

Quando verò nulla alia peccata noua post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens vti illo priuilegio: tunc enim verificarentur illa verba, *Pro hac vice*, ratione materiæ, quæ esset eadem. Itaque ad verificanda illa verba alterum videtur sufficere, quod scilicet, absolutio sit de his peccatis narratis, & non aliis nouis, vel quod fiat hoc tempore, moraliter loquendo, & non alio longè distanti. Hucvique Cardinalis Lugo.

Verùm circa superius dicta, habet aliquam difficultatem Dicastillus de Sacram. tom. 2. 17. art. 8. disputat. 11. dub. 20. numero 257. Et quidem (ait) quando facultas conceditur intuitu alicuius festiuitatis aut solemnitatis, nulla est difficultas quod detur pro illo tempore, & non vltra. Tota difficultas est, quando absolute non designato tempore petitur, & conceditur. Dicere autem quod videtur significare Cardinalis Lugo numero 126. est difficile, nempe illa verba, *Pro hac vice*, duobus modis posse intelligi, ita ut alterutrum sufficiat, primò quando tempus moraliter est præsens, & nondum tanta distantia temporis, quæ sufficeret moraliter ad falsificandam illam locutionem, tunc etiam si alia similia peccata commisisset posset eligere confessarium: secundo quando nulla alia peccata noua post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens vti illo priuilegio; tunc enim verificarentur illa verba, *Pro hac vice*, ratione materiæ quæ esset eadem. Ex his concludit Lugo, illa particula *Hac vice*, significari, vel quod intelligatur de his tantum peccatis enarratis, vel quod fiat hoc tempore præsentis moraliter loquendo, id est non nimis distanti. Hoc tamen de tempore non multum distanti satis obscurum est. Quodnam quæso tempus? quot dies? quot menses? quot anni censendi sunt non multum distate? Nam quod ait de duobus, vel tribus, aut pluribus annis difficile & gratis dictum videtur. Si enim quando dicitur nulla fuisset noua commissa peccata, intelligatur de nouis reseruatis tantum; quæro quid si commiserit plura alia mortalia non reseruata? Et vrgeat, iste saltem debet si potest confiteri, & communicare singulis annis; iam ergo, vel aliis annis habuit copiam confessarii, vel non si habuit, profectò etiam si pluribus annis non fuerit absolutus, & interim commiserit plura reseruata, adhuc videatur posse habere locum illa verba, *Pro hac vice*, quia toto tempore quo non potest confiteri, nulla vice omisit vltimum facultatis datæ; atque adeò non est in mora; neque potest dici, quod præterierit occasio; pro qua illa verba, *Hac vice*, intelligi possunt

aut

aut debent. Quando enim conceditur facultas pro hac vice, saltem debet se extendere ad primam occasionem, qua possit confiteri, alioquin confessio nulla esset; quid enim proderet concedi solum pro tempore, quo non potest? Si ergo iste multis annis (puta in capriuitate apud infideles) non habuit copiam Confessarii à tempore quo facultatem obtinuit, nemo dicit illam vicem transiisse, sed prima vice, qua poterit confiteri, & confiteatur, videtur confessio comprehendendi illis verbis *Hac vice*, quantumvis plura interim peccata siue reseruata, siue non reseruata commiserit. Itaque res est satis obscura, & vix nisi ex circumstantiis determinabilis. Dicam tamen, quod mihi occurrit cogitanti.

Ego si auerem arbitrari in hac re pro licentia data in sacra pœnitentiaria, iudicarem illam confessionem, ad quam Ecclesia obligat nempe annuam, intelligi verbis, *Hac vice*, cum enim peccator ille ex vi præcepti Ecclesiæ, tantum ad annuam teneretur confessionem mortalium vna vice faciendam, verba *Hac vice*, possumus extendere ad totum tempus, quo Ecclesia obligat ad confessionem, & sic interpretari facultatem, quam dederunt legitimi Ecclesiæ ministri in dicta sacra pœnitentiaria, ut pro vice intelligant eam vicem, qua debet, & solet fieri confessio Ecclesiasticæ legis præscripto; quando autem quis non haberet toto anno, aut pluribus annis copiam Confessarii, donec illam habeat, meritò ceteri potest manere suspensam iam vicem, vel nondum venisse eam vicem, quam si quis negligat, cum possit & debeat, iam non videtur vti priuilegio ea vice, pro qua debet ceteri concessa. Idem dixerim de facultate data ab Episcopo pro casibus sibi reseruatis; ut scilicet pro Vice intelligat more Ecclesiastico communi, est enim eadem ratio. Si autem agamus de facultate data in ordine Religioso, vbi lege, aut regula solet præscribi confessionis frequentia maior, tunc consequenter verba *Hac vice*, videtur intelligenda de illa vice, quam lex præscribit, aut regula, & interim si peccata aliqua committantur post datam illam facultatem verbis illis vniuersalibus eligendi Confessarium, & absolui à reseruatis, aut aliis æquiualentibus pro hac vice, si in illo tractu temporis labatur in noua reseruata, poterit absolui, iuxta dicta. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra*, quibus ego adhæreo, & valdè notanda esse puto, quia casus potest frequenter accidere, & de facto accidit.

Notandum est hic obiter, quod quando in sacra Pœnitentiaria quis peteret facultatem pro vno indigente licentia, ut possit absolui pro vna vice, non censetur exclusus ipse petens; ita ex Lugo docet Dicastill. *vbi supra* dub. 3. incidente nu. 355. Sed quid dicendum an si aliquis petat facultatem à Superiori pro vna vice pro casibus reseruatis, includatur in hac petitione ipsemet petens, ita ut dicta facultate vti possit pro sua persona. Hoc dubium ego alibi pertractaui, & me citato pertractant Lugo, & Dicastill. *vbi supra*, quibus adhæret Leand. de Sacram. tom. 1. tra. 3. disput. 12. quest. 55. asserit enim in hoc casu attendendam esse intentionem, & consuetudinem, quam concedentes talem facultatem habent. Nam si Superior concedat petenti facultatem absoluedi à reseruatis, tunc non posset petens virtute illius facultatis absolui ab alio, si verò Superior det petenti facultatem non absoluedi, sed eligendi Confessarium pro vna persona pro vna vice, ut faciat se absolueri à reseruatis

Anton. Diana Pars XI.

uaris; tunc non excluditur ipse petens, sed potius includitur; & ita potest illa facultate pro ipsomet vti. Et huic sententiæ ego libenter adhæreo, nam *vbi supra* non ita clarè me locutum fuisse rectè obseruat contra Lugo, Pater Dicastillus.

An quando quis confitetur, si absque magna nota, & infamia non possit adire Superiorem relinquendo confessionem pro absolutione alicuius casus reseruati, possit adhuc Confessarius de illo peccato absolueri?

RESOLVT. XLIX.

Varij varia dicunt, quos ego alibi adduxi, nunc tanquam probabilem admitto affirmatiuam sententiam, quam tuetur Dicastill. de Sacr. 10. 2. tr. 8. disp. 11. dub. 17. n. 305. vbi sic asserit; Probabile quidem est alio modo posse intelligi huiusmodi voluntatem Superioris, & sanè si hoc modo loquuntur hi Auctores, facilè inclinauerim in illorum sententiam, scilicet, quod Confessores, qui ex vi suæ facultatis generaliter habent iurisdictionem absoluedi ab omnibus peccatis, à quorum absolutione non impediuntur reseruati Superioris, in casu vrgentis necessitatis possint directè absolueri ab iis peccatis, quæ aliàs essent reseruata, & pro tali casu prudenter præsumatur non fuisse reseruata, ut quando vrgente necessitate confessionis, est aut impossibilis moraliter, aut valdè difficilis aditus ad Superiorem; tunc enim probabiliter potest existimari, quod pro tali casu, & occasione peccatum illud non sit reseruatum, quia cum potestas Superioris, & exercitium illius semper sit, & præsumatur esse in ædificationem, non in destructionem animarum, & in eo casu reseruatio potius cederet in damnum, quàm in bonum animæ pœnitentis, non censetur Superior exercuisse suam potestatem reseruandi absolutionem pro illa occasione, quando ex reseruatiōe grauissima damna sequerentur, & tanti Sacramenti frequentia, quam posset habere, priuaretur, imò communionis frequentia, ad quam etiam non posset accedere nisi vrgente necessitate propter impedimentum illius peccati reseruati. Itaque voluntas credita vel præsumpta Superioris ex parte Superioris, qua tale peccatum hic & nunc ab inferiori Sacerdote possit absolui, non est voluntas illa præsumpta, aut rati habitio, seu interpretatiua, qua censetur velle hic & nunc, ut tale peccatum, quod reseruatum est absoluetur; talis enim voluntas nulla est, nec eam Superior significat actum, ut virtute illius censetur inferior habere iurisdictionem, sed est duplex alia voluntas Superioris: altera, qua contulit confessario potestatem generalem absoluedi omnia peccata; ad quæ non pertingat reseruatio, & alia voluntas Superioris reseruatis, quæ non censetur, reseruare peccata pro casibus tantæ necessitatis, sed se continere circa illam occasionem. Quibus duabus voluntatibus sic probabiliter præsuppositis, & præsumptis, censetur libera, & expedita facultas ad absoluedum ab illis peccatis, quæ extra illam occasionem censerentur reseruata.

Probatum etiam hæc doctrina ex alia simili, videlicet dispensationes alioquin reseruatis Pontifici in casibus vrgentibus, quando non adest, vel difficilis nimis aditus ad Pontificem, sequerenturque peccata, pericula, scandala, &c. si vel dispensatio

Q9 3 non

non conferretur, vel nimis differretur, subitici tunc potestati Ordinarij in propria Diocesi, quia scilicet siue in omnibus, vt aliqui putant, siue in plerisque paucis exceptis, (vt cautiore decet) id totum potest Episcopus in propria Diocesi, quod potest Pontifex in vniuersali Ecclesia, si non sit à Pontifice reseruatum. Pro talibus autem casibus, in quibus illa reseruatō virgetur potius in destructionem quam in ædificationem animarum, non censetur illa dispensationes à Pontifice reseruata: ac proinde subiacere potestati Episcopi, alioquin generali. Si ergo in nostro casu, si Confessarius inferior habeat generalem potestatem absoluendi ab omnibus non reseruatis, & ex alio capite pro tali necessitate graui, peccata quæ extra illam essent reseruata, prudenter non censentur reseruatiōni obnoxia, ne reseruatiō virgetur in destructionem animarum, poterit tunc ille Confessarius absoluere directè, hoc autem non est, quia directè possit absoluere reseruata, sed quia pro illa necessitate reseruata non sunt, eo modo, quo pro necessitate articuli mortis non censentur reseruata. Hucusque Dicastillus. Satis quidem probabiliter, vnde Confessarius audiendo confessiones nobilis fœminæ, quæ confessæ est aliquod peccatum reseruatum, quæ si non sumeret Eucharistiam Mater eius in aliquam suspicionem veniret, cum nota, & infamia puellæ, posset inquam in tali casu Confessarius illam absolueret, quia vt probauit Dicastillus, tunc illud peccatum non esset reseruatum; Et in doctrina superius posita cessant difficultates, quæ reperiuntur in aliis opinionibus circa præsens dubium, videlicet de absolute directæ, & indirectæ, vel de expressione omnium peccatorum, vel tantum de non reseruatorum.

Sed quid dicendum stando in opinione, quod in tali casu possit Confessarius absoluere directè à reseruatis, & indirectè à non reseruatis habeat locum quando quis ob peccatum reseruatum incidit in excommunicationem similiter reseruata, ita vt excommunicatio non cadat sub iurisdictionem inferioris Sacerdotis, Sotus, Suarez, Henriquez, & alij sententiam tenent negatiuam, quia per excommunicationem interim dum subsistit impeditur absolutio Sacramentalis à quibuscumque peccatis, etiam à non reseruatis, atque aded tunc nulla potest esse absolutio indirectæ reseruatorum, quæ essentialiter supponit directam aliorum, ea vero tunc propter excommunicationem non habet locum.

Verum mihi opinio affirmatiua videtur probabilis cum Dicastillo. *vbi sup. n. 313.* Nec igitur quod ad huc possit absoluti indirectè à reseruatis, & directè à non reseruatis maximè quando excommunicatio est tolerata, tunc enim absoluitur ab habente iurisdictionem ac proinde validè, si cætera adsunt requisita, sicut quando quis absoluitur à non reseruatis directè, & indirectè à reseruatis ob inculpabilem obliuionem omissis. Ratio est quia pro tali casu non censetur excommunicatio impedire; loquimur enim in casu maximè necessitatis; cumque excommunicatio solum impediatur susceptionem Sacramentorum ex lege, & institutione humana Ecclesiastica, leges autem humanæ etiam Ecclesiasticæ non censentur obligare in casibus vrgentissimis, & maximè necessitatis, ita lex hæc excommunicationis probabiliter censi potest in tali casu non obligare. Atque est doctrina Suarj *disp. 31. sect. 3. n. 6.* vbi expressè docet quoties excommunicatus qui non potest absoluti ab excommunicatio-

ne accipere potest licitè Sacramentum Eucharistiæ, posse etiam licitè recipere sacramentum penitentiae quantum est ex parte excommunicationis: nec enim minus potest in vno quam in alio Sacramento. Supposita verò, necessitate, quæ honestat susceptionem Eucharistiæ, non obstante excommunicatione etiam honestare potest confessionem. Imo hic ordo est maximè consentaneus iuri naturali diuino præmittendi confessionem, ante communionem. Vnde si Ecclesia pro eo articulo necessitatis vel non potuit, vel noluit prohibere excommunicato Eucharistiam, nec etiam confessionem censetur prohibuisse.

An in aliquo casu ad tuendam vitam, licitum sit Confessario vti scientia habita in confessione?

RESOLVT. L.

Affirmatiuè responder Pater Sfortia Pallauicinus olim in Collegio Romano Societatis Iesu Sacræ Theologiæ emeritus professor, vir quidem doctus & eruditus in suis *asseruionibus theologicis lib. 7. cap. 35. n. 330.* vbi sic ait: Disputant Scholastici, an Sacerdoti liceat vti scientia confessionis propter euitandum imminens periculum vitæ spiritualis, aut corporalis, sine tamen eius relevatione. Arbitramur id licere ad vitandam mortem corporalem, dummodò id fiat sine graui damno aut periculo penitentis. Si enim imminet graue damnum, aut periculum penitentis, non est præceptum nimis durum non posse vti illa scientia, quandoquidem simile præceptum, & similis obligatio extenditur etiam ad secretum naturale, quod potest obligare etiam in ordine ad talem casum. Ergo non est præceptum inobseruabile à natura humana. At verò quando neque peccatum reuelatur, neque imminet penitentis aliquid damnum considerabile, ex eo quod v.g. nolim bibere vinum, quod sciam esse venenatum, licet hinc complices coniciant mihi id innotuisse, esset præceptum nimis durum obligare Confessarium ad hauzendum illud vinum: Et tamen confessio (vt diximus) debuit esse instituta, vt in nullo casu sit ferè moraliter inobseruabilis in suis obligationibus vel penitentis, vel Confessario. Neque per hæc permissionem redditur ipsum præceptura confessionis difficile, & odiosum penitentis; quamuis enim prohibitio extenderetur ad talem casum, adhuc ea est imbecillitas naturæ humanæ, vt penitentes vix possent sibi à Confessariis pollicere obseruantiam talis prohibitionis, quare nihilominus arcerentur à confessione in tali casu, quam arceantur si non detur talis obligatio in Confessario. Quia authores vtriusque opinionis æquè fatebuntur in praxi, quod quando penitens præuidet tantum sibi periculum imminere, si Sacerdos velit vti scientia ex confessione oriunda ad vitandum periculum suum, vt liceat ei non consulere vitæ ipsius Sacerdotis, excusatur ipse penitens tunc à præcepto confessionis integræ, nec tenetur ad hoc peccatum explicandum, idque propter maximam probabilitatem, quod Confessarius sit vsurus eiusmodi cognitione. Hucusque Pallauicinus; quibus adde Theulum in *Theol. moral. tit. 9. nu. 95.* & Doctores, quos citat & sequitur Leander de *Sacr. 10.1. r. 5. disp. 10. quest. 68.* vbi sic ait: Optimè poterit Confessarius denegare penitentis gladium suum dispositum apud ipsum, si ex confessione sciat

sciat ipsum petere ad illum occidendum. Præterea licitè poterit percussione, aut periculum mortis euitare, domi se continendo, aut non ingrediendo syluam, &c. tandem licitè poterit ei, qui ex confessione cognouit non esse Sacerdotem, aut carere iurisdictione amplius non confiteri. Quia per huiusmodi actiones nullo modo reuelat Confessarius peccata in confessione audita, nec reddit illam odiosam. Quod si penitentes ab illa, per hoc retraherentur, irrationabiliter certè, & iniuste hoc facerent. Ita ille, & nouissimè Busenbaum in *Medulla Theol. mor. vbi infra.*

Sed ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & quam me citato docet nouissimè Pater Dicastillus de *Sacr. tom. 2. r. 8. disp. 12. dub. 7. num. 159.* sic itaque asserit: Non negant aliqui ex iis, qui sequuntur nostram sententiam, posse Confessarium qui in confessione nouit sibi mortem ab aliquo parari, domi se continere, vel ab eo loco recedere, aut abstinere in quo nouit sibi necem paratam, imò & fugere etiam, occasione aliunde suscepta. Item negari perenti gladium suum apud ipsum Confessarium depositum, si mortem sibi ab eo inde intentari in confessione sciat, adhibita alia causa negandi, seu amphibologia, itavt penitens nequeat meritò iudicare sibi negari ob audita in confessione. Hoc autem intelligi debet in casu, quo tales actiones non sint signa peccati in confessione noti, aliunde nocumentum penitenti afferant, vt contra Gabrielem docent catholici Doctores, qui in hoc errant *distinct. 21. quest. 1. art. 3. casu 4.* vt alibi notamus, docens ad fugiendum vitæ periculum posse reuelare confessionem. Vnde rectè Diana cum Turriano quem refert, concludit, Sacerdotem, qui ex confessione nouit sibi necem paratam in sylua, teneri potius ingredi Syluam, quam fuga exponere periculo eum qui in confessione illi id aperuit periculum. Legatur Diana *tr. 11. quinta partis res. 46.* Ego sanè cum Lugone *num. 110.* nec pro seruanda vita licere facere aliquid, ex quo alij coniciant peccatum, cuius notitia habita est in confessione, quod etiam docet Ricardus, Sotus, Nauarrus, Medina, quos refert, & sequitur Valquez *supra dub. 10. num. 4. Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Suarius disp. 33. sect. 7. num. 6.*

Addit Coninch ex Siluestro *supra quest. 2.* & Nugnus in *additionibus quest. 11. art. 1.* Bonacina *supra*, & alij contra Suarium *supra num. 7.* & contra Nauarrum, & Sotum quos referunt citati, eum, qui vinum ad missam paratum nouit in confessione esse veneno infectum, posse missam præmittere; vtitur enim iure suo, nec inde pudor, aut confusio redditur odiosa; debet tamen aliunde sumere occasionem dimittendæ Missæ: imò Coninch, & alij purant tunc teneri Missammittere; tum vt mortem euadat, tum vt euitet irreuerentiam Sacramenti consecrando in vino venenato,

Addunt etiam aliqui Doctores rectè Bonacina *supra*, posse tunc Missammittere, sibi que fugiendo consulere, etiam si præuideat fore, vt penitens à quo nouit venenum fuisse appositum, vel necem ab ipso sibi parari, occidatur, vel graue detrimentum accipiat ab aliis sociis ob manifestationem delicti.

Probabilis tamen videtur, & omnino verum oppositum; nam ex notitia confessionis sequeretur damnum penitentis, & confessio fieri posset odiosa, vt docet idem Bonacina, & Diana *eadem res. 46.*

vbi cum aliis docet non posse omittere Sacram. Quod si Sacerdos esset in statu peccati deberet sibi de contritione prouidere. Illud verò, quod dicitur de irreuerentia in consecrando in vino veneno infecto, non videtur tanti momenti, atque id quod fieret contra sigillum, Diana loco citato. Sed rem hanc luculentius, & plenius explicat, & probat Suarius *disp. 33. sect. 7. à n. 5. vsque ad 8.* omnino legendus. Hucusque Dicastillus; cui adde præter Doctores à me alibi citatos, Ioannem Præpositum in *3. part. D. Thoma quest. 11. de sigillo confessionis dub. 7. num. 49.*

Sed magis difficultas est stando in opinione affirmatiua Patris Pallauicini, & aliorum, an Confessarius possit in præfatis casibus Missammittere; Syluam non intrare, &c. ob manifestationem delicti. Et affirmatiuè respondet Leander *vbi sup. de Sacram. tom. 5. r. 5. disp. 10. quest. 69.* quia in dictis casibus Confessarius vtitur iure suo, nec propter hoc aliquis possit à confessione rationabiliter retrahi: Sic aliqui Doctores apud Bonacinam, & Molfes. loco citato *num. 42.* addens; posse etiam Sacerdotem ad euitandam mortem, si quaereretur ab eo; an talis persona peccata sua, illi confessæ fuerit, affirmare; quamuis persona illa occideretur, quamuis melius esset mortem sustinere. Ita ille, cui adde Coninch de *Sacram. disp. 9. dub. 4. num. 16.* & Philippum Fabrum in *4. sent. de penit. defn. 19. q. vnica cap. 4. num. 79.*

Sed ego profus puto hanc sententiam esse reiciendam, & illam impugnat Cardinalis Lugo de *Sacram. pen. disp. 23. sect. 5. nu. 11.* vbi impugnat Coninch, & post illum Dicastillus *vbi sup. numer. 161.* Hermanum Busenbaum in *Medulla theol. mor. l. 6. tr. 4. c. 3. dub. 1. n. 3.*

Ex dictis inferitur, Confessarium, qui penitentem noluit absoluere propter eius dispositionem, si postea ab eodem penitente calumniosè ob vindictam acqueretur de falso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam: nam licet penitens non sit dignus, cui secretum seruetur, sed potius liceret vim vi repellere, Sacramentum tamen dignum est, vt ob eius reuerentiam non violetur sigillum, sed aliis modis defensio legitima procuretur.

Inferitur secundò, quòd dictum est de periculo vitæ corporalis, locum etiam habere de periculo vitæ spiritualis, vt nec propter illud vitandum in seipso possit Confessarius confessionem reuelare, vt notat Suarez *dist. 7. sect. 7. nu. 8.* sed licet ex confessione sciat sibi præparari periculum spirituale graue, si aliter illud vitare non potest, debet sperare auxilium gratiæ diuinæ, & se Deo commendare, ac seruate omnino indemne sigillum.

An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam penitentiam imperfectam?

RESOLVT. LI.

Dixi ad aliquam penitentiam imperfectam, ad perfectam enim contra aliquos dicendum est peccatorem post peccatum statim non teneri, vt ex communi sententia Doctorum alibi probatum est, & patet ex communi sensu fidelium, atque vsu; neque enim Confessarij in confessione inquirunt, an statim atque quis peccauerit habuerit contritionem; nec penitentes de eo peccato se solent accusare,

culare, nimisque difficile esset homines sub nouo peccato mortali adstringere ad poenitentiam statim agendam: indeque sequeretur, eum, qui post peccatum poenitentiam differt, continuo, ac semper peccare, & saltem toties, quoties aduertit se esse in statu mortalis, postquam de illo confiteri, & non conteritur. Præterea non sufficienter Ecclesia determinasset præceptum confessionis semel in anno, si poenitentia esset statim, atque quis peccat instauranda. Nec audiendi sunt, qui admittunt illam ignorantiam esse in multis, & inde excusari; multos tamen esse, quis timens culpam grauem in dilatione poenitentiae, nam ij tenentur admittere (& reuera admittunt) satis reprehensibilem in confessariis, vel ignorantiam, vel iniuriam. Imò indignè videntur sentire de corpore totius Ecclesiae, & eius Prælati, dum talis instructio, & notitia non intimatur; & explicatur subditis in obligatione præcepti naturalis, quod esset hoc si re vera existeret. Tandem cum præceptum poenitentiae sit præceptum quoddam affirmatiuum, proinde atque præceptum dilectionis, merito censeri debet non obligare statim, & (vt aiunt) semper, & pro semper, sed certo quodam tempore, vt latius postea dicam.

Sed difficultas est an saltem vt diximus peccator post peccatum teneatur ad aliquam poenitentiam imperfectam, & affirmatiuam sententiam tenet Pater Sfortia Pallauicinus in *asser. theol. l. 7. c. 25. nu. 256.* vbi sic ait: Censemus quidem peccatorem statim post peccatum teneri ad aliquam poenitentiam imperfectam, quæ sit retractatio, & detestatio diuini contemptus; & eandem obligationem esse, quoties peccatum non antea retractatum memoria occurrat; Quæ vtique obligatio non debet concipere homines in scrupulos; tum quia intelligitur posita sufficienti aduertentia, tum quia potest aliquid sequi opinionem probabilem oppositam.

Ceterum nostra conclusio speculatiue loquendo probatur à fortiori ex opinione plurium Scholasticorum, qui hanc eandem obligationem admittunt, quoties iterum atque iterum redit in memoriam peccatum commissum. Et quidem ea sententia potest valde suaderi, quia pertinet ad dignitatem Dei, vt quoties occurreret memoriæ quod illum grauius offendimus, toties accersimus illam actionem. Quis enim constitutus ante faciem alicuius Principis, & memorans se fuisse illius perduellem putat se posse sine contemptu Principis non offendere aliquam displicentiam de eiusmodi erimine à se patrato? Et id porro facillimum est in casu nostro, supposito, quod homo nolit illud peccatum approbare (si enim posituè approbaret, committeret sine dubio nouum peccatum) & supposita sufficienti aduertentia, quam diximus. Et id videtur indicasse D. Thomas 3. par. qu. 84. art. 8. in corp. vbi ait: Poenitentia interior debet durare vsque ad finem vitæ, semper enim debet homini displicere quod peccauit: si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Subdit verò: In Patria manere illam displicentiam sine dolore: Et licet prædicta verba excludant solum actum positiuum complacentiæ, tamen ex alia parte videntur exigere actum positiuum displicentiæ: nam præscindere ab vtroque actu non est poenitere, & sic non probaretur conclusio S. Thomæ, quod poenitentia debet durare tota vita, & quod catenus non durat in patria, quatenus poenitentia præter di-

splicentiam dicit dolorem, cuius Beati sunt incapaces.

Veruntamen quid sit de prædicta sententia, saltem rationes supra indicatæ euincunt peccatorem statim teneri ad primam retractationem, vbi memoria peccati occurrat. Videtur enim magnus contemptus Principi facere hunc actum. Ego scio, quod vltima vice mihi placuit grauius offendere Principem, & tamen nolo retractare hanc meam vltimam voluntatem, quamuis sciam meos omnes actus interiores versari in conspectu ipsius Principis. Hucusque Pater Pallauicinus. Sed quia ipsemet fatetur contrariam sententiam esse probabilem, ego huic adhaereo, nam video communem vsu fidelium, & Confessariorum, esse in contrarium, nec enim de isto peccato poenitentes se excusant, nec de illo Confessarij interrogare solent. Ergo.

Et nota nostram opinionem procedere etiam quoad Religiosos, non enim statim quod committunt peccatum tenentur de illo confiteri. Et ita contra D. Bonauenturam in 4. dist. 17. p. 2. art. 2. quest. 2. Caieranum in 2. 2. qu. 66. art. 3. & alios docet ex Vasquez Lugo, Hurtado, Pater Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. dispnt. 32. & Ochagauia de Sacram. tract. 1. de poenit. quest. 15. tenet solum secundum congruentiam, vel consilium debere specialiter Religiosos expiare animam post peccatum commissum statim, quia eius status maiorem perfectionem requirit.

Dico itaque cum Dicastillo de Sacram. tom. 2. tr. 8. dispnt. 3. dubit. 3. numero 25. & 26. & alijs penes ipsum, peccatorem præcepto contritionis non teneri per se loquendo nisi in articulo, aut periculo mortis: fundamentum est, quia tantum videtur contra rationem, & contra charitatem erga Deum (ex qua sola oritur obligatio propria præcepti contritionis) permanere in æternam in inimicitia Dei.

Excusabitur ergo iuxta dicta in præcedentibus duabus dubitationibus, quando alia via quis iustificatur, quia tota obligatio præcepti contritionis prouenit ex necessitate iustificationis, vt diximus, qua cessante cessat obligatio, cum sit factus amicus Dei. Et hanc sententiam ego alibi docui, & docent Doctores, quos etiam me citato adducit Leander vbi infra, & nouissimè Ludouicus Abellij in *medull. Theolog. t. 2. c. 5. sect. 8.* qui citat Gamachæum, & Lambert.

Scio Eminentiſſimum Dominum meum Cardinalem Lugo de poenit. disp. 7. numer. 234. contrarium docere, nempe non solum in mortis articulo, sed etiam antea vrgere præceptum poenitentiae, quod probat ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videtur si quis adeo parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, & velit per totam vitam in eius inimicitia perseuerare. Explicat exemplo. Constat (inquit) non fieri absque Principis indignatione & offensione, si post delictum in Principem commissum, potens aliquis obtinere Principis pacem & gratiam, de ea nihil curet, sed differat veniæ petitionem, & reconciliationem ad finem vitæ.

Verum aduersus illum insurgit sapientissimus Dicastillus vbi supra dub. 5. per totum, & respondens ad argumentum Cardinalis n. 63. sic ait, Hoc ergo fundamento scripturæ reiecto videamus illud, quod prius statuit de contemptu dignitatis Dei. Atque in primis ad id quod ait, videtur aperte colligi

colligi ex dignitate Dei offensi, cum sit argumentum per vocem videtur, possumus vulgari modo respondendi simili argumento, dicere, non videtur, præferim (vt ille ait) aperte, in quo sumus melioris conditionis. Nam asserenti, & contendenti obligationem aliquam esse, incumbit illam probare, non neganti; & quidem supposito quod non statim quis teneatur surgere à peccato, quia possit licite differre poenitentiam absque peccato, etiam veniali, vt ipse cum communi sententia admittit, non facile assignabit extra articulum, & periculum moriendi sine poenitentia, tempus in quo vrgeat præceptum. Atque vt notabamus supra num. 38. dum responderemus tertiæ obiectioni, qua quidem contendebant, velle manere in peccato esse illicitum; distinguendum est inter actum qui sic approbatio peccati commissi, & status in quo de præfenti est quis peccator, quod diximus esse illicitum: & inter actum quo quis vult non tam cito adhibere medium, quo se liberet à peccato, & hoc negauimus esse peccatum, nisi ex alijs circumstantiis extrinsecis obligatio proueniat, vt (inquam) ibi id notabamus: ita, & hic dicendum est pro obligatione de qua agimus extra periculum prædictum. Nam secluso præcepto positiuo, aut alia circumstantia extrinseca (de qua postea) negamus esse peccatum differre, aut velle differre poenitentiam, & putamus eandem esse rationem pro non surgendo à peccato extra prædictum periculum. Quapropter sicut non possumus affirmare cum fundamento, quod secluso præcepto positiuo non poenitere intra annum, sit per se peccatum, nec ipse Lugo affirmabit, id aperte colligi ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videatur (verba sunt ipsius) si quis adeo parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, vt velit (per totum annum) in eius inimicitia perseuerare (alioquin omnes, qui semel tantum, in anno, dum confitentur, poenitent, speciale peccatum, seclusa ignorantia haberent) ita hoc ipsum non possumus cum fundamento affirmare de non poenitentia extra prædictum periculum. Si enim nunquam poenitere extra prædictum periculum redundat in Dei contemptum, vt ille putat, ita intra annum vnicum non poenitere in eiusdem contemptum redundaret, quia satis notabile tempus est integer annus, vt quæ omisso diuturnitate seu redundare videtur in contemptum eo tempore censetur redundare, minus quidem, quam si non poeniteret per multos annos; redundaret tamen, & solum differret contemptus à contemptu penes magis, & minus; quod si ea diuturna mora in inimicitia est contemptus; non potest non censeri grauis contemptus mora vnus anni, qualem mortem grauem putat Ecclesia in eo, qui cum possit omitit per annum integrum liberari ab excommunicatione. Quæ nimirum ex illa tam diuturna mora præsumit hominem contemnere, vel Ecclesiae mandatum vel vim censuræ, & potestatis Ecclesiasticæ, vel quod credat nullam esse potestatem talem, atque adeo procedit etiam contra illum tantum contra suspectum de fide catholica, quod non faceret, si alitundè satis constaret illam mortem non esse ex tali contemptu, aut defectu fidei, sed ex imbecillitate, & fragilitate humana, aut nisi putaret sufficere ad id præsumendum vnus anni mora. Sic etiam Princeps ille quem asserit in exemplum Eminentiſſimum per annum, aut etiam per vicem hebdomadam, si omitteret interpretaretur, conciliari, indignaretur, quod id interpretaretur,

& præsumeret Princeps esse contemptum, non quia mora præcisè, & formaliter esset contemptus, ipse, sed quia esset aliquod signum illius. Hucusque Dicastillus. Qui postea plura alia contra dictum Cardinalem proponit. Et tandem num. 68. sic concludit. Quod si forte dicatur etiam in nostro casu posse assignari aliquod tempus, vltra quod omitteret poenitentiam, sit contra talem obligationem peccatum graue (in quam partem ipse videtur inclinare ex occasione redarguens Coninchum numer. 243. in fine) assignando tres, aut quatuor annos, ita vt fatendum esset peccare proculdubio contra hoc præceptum speciale eum, qui ad id tempus poenitentiam, & veniæ petitionem differret: hoc sanè est assumere, & supponere probandum, & affirmare id, de quo est controuersia: nostri enim Authores nullum quantumvis longum tempus admittunt secluso præcepto positiuo, nec vllum vident argumentum quod ad id cogat, nisi quod videtur, qui negligit poenitentiam, Deum offensum negligere, ad quod nos respondemus, non videtur. Imo neque in ipso mortis articulo, si omitteret, non ex vi præcisè omissionis peccaret peccato contemptus (quo peccato commissionis non peccatur, nisi per voluntatem directam) sed peccaret peccato omissionis actus debiti charitatis cuius præceptum tunc vrgeret, quidquid sit, an simul etiam peccaret contra obligationem procurandi suam salutem æternam, & vitandi æternam damnationem. Ita ille. Vnde à fortiori non videtur admittenda opinio. Patris Sfortiæ Pallauicini in *asser. theol. libro septimo, capite 25. num. 268.* asserentis, speculatiue loquendo, probabile esse non licere decernere dilationem poenitentiae vltra annum.

Non deseram tamen hic adnotare sententiam Cardinalis Lugo docere Coninch, & Granadum, Ochagauia, Candidum, & alios, quos citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. dispntatio. 1. questio. 37. qui optime subdit nostram sententiam non esse falsam, & improbabilem, vt immeritò illam vocat Nugnus in *addit. ad 3. par. question. 2. art. 3. dub. 3.* Sed iste Auctor sæpe sapius sædè labitur in censurandis Doctorum virorum opinionibus, & Leander vbi supra pro nostra sententia adducit 16. Doctores, & inter illos Caieranum, Sotum, & Durandum omnes Dominicanos. Vnde nostram sententiam Lessius in 3. p. D. Thomæ qu. 8. de tempore contritionis dub. 2. num. 7. vocat valde probabilem.

Ex dictis infero, quod etiam stando in opinione Cardinalis Lugo, & aliorum, puto non esse admittendum id, quod docet Nugnus vbi supra, & Reuerendissimus Candidus tom. 5. dispnt. 24. artic. 16. numero 5. vbi sic ait: Qui manet in aliquo peccato per octo, & fortè etiam per sex menses, & non elicit aliquem actum contritionis, tenetur in confessione postea se accusare de violatione præcepti contritionis. Sic ille. Sed pace viri doctissimi, & amicissimi, puto nec teneri poenitentem illud peccatum omissionis contritionis eliciendæ explicitè in confessione explicare. Nec confessarium interrogare, saltem regulariter loquendo, de peccato illo. Primò, quia nullus fidelis de transgressione præcepti diligendi Deum supra omnia, nunquam interrogatus poenitentes, eo quod ex confessione ipsa, satis constat nobis, an illud seruauerint, vel non; sic non tenemur interrogare specialiter poenitentes, an satisfecerint præcepto dolendi de peccatis post vltimam confessionem; quia ex ipso poenitentis

nitentis statu, & confessione, qua se accusat de confessione per annum pluraqum omnia, innotescit satis illa transgressio. Et ita nostram sententiam tenet Cardinalis Lugo ubi *sup. nu. 242. & seq.* & post illum Leander *supra citatus q. 39.*

Utrum Episcopus successor possit reuocare approbationes Religiosorum à suo Prædecessore concessas?

RESOLVT. LII.

Affirmatiue respondet Castrus Palas *tom. 4. tract. 23. per noi. 19. numero tertio, cum sequentibus*, ubi post multas sic ait: Cæterum omnino dicendum est à successore reuocari dictam approbationem posse, vt supponitur à Pio Quinto in quodam motu proprio edito anno 1571. incipiente *Romani Pontificis*; ibi enim conceditur Episcopis vt possint Religiosos omnes à se non approbatos præuio examine præcedente examinare. Ex qua concessione manifestè inferitur, illis concedi reuocare approbationem posse, si factò examine indignos approbatione inuenerint, aliàs frustra examini subiicerentur. Ex quo manifestè inferitur expleta approbatione non finiri ordinationem legationem; sed in ipsis eorumque successoribus continuari vt causa iusta exigente suspendere, vel mutare approbationem possint.

Ab eodem autem Episcopo si præuio examine fuerint Religiosi approbati, nouo examini subiici non possunt: & consequenter nequit Episcopus eorum approbationem suspendere, aut aliquo modo reuocare. Sic expressè conceditur à Pio Quinto in dicto motu proprio, qui non est reuocatus per Gregorium XIII. vt ex declaratione Cardinalium testantur Barbosa, Fagund. Suar. & alij supra. Notanter dixi præuio examine: nam si nullo examine præcedente aliquem Regularem Episcopus approbauerit poterit examini subiici: quia ex nullo privilegio contrarium videtur cautum, vt aduerit Suar. *4. de penit. disput. 28. sect. 8. numer. 5. Fag. d. lib. 7. cap. 2. num. 27.*

Ad extremum notandum est, Sacram Cardinalium Congregationem decreuisse 20. Nouembris anni 1615. prout refert Barbosa *alleg. 25. numero 30.* ne Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum ordinariis, ad quos confessarios approbandi ius spectat, confessarios regulares alias ab ipsis liberè approbatos ab audiendis confessionibus suspendere posthac liceat, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones pertinente, aut ob non seruatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Insuperque ne confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnus Conuentus Regularibus confessariis eadem Sacra Congregatione inconsulta adimere possint. Ex quo decreto videtur inferri non posse iam locorum Ordinarios generali suo edito Religiosis omnibus approbationem suspendere, nisi denuo examinentur: quia ex hoc generali decreto omnibus confessariis Conuentus simul licentia adempta esset. Deinde inferitur nullius particularis Religiosi approbationem suspendi posse ab eo Prælate, à quo fuit concessa, tamen si præuio examine concessa non fuerit, nisi prius in particulari causa noua legitima suspensionis cognita, & probata fuerit: quod est conforme doctrinæ Henrici. *lib. 3. de penitent. capit. 6. §. 6.* à successore autem videtur suspendi posse. Tum, ne

dicamus motum Pij Quinti reuocari hoc Congregationis decreto. Tum quia hoc decretum manifestè insinuat de ipsis concedentibus approbationem loqui, non de successoribus, vt colligitur ex verbis, aliàs ab ipsis liberè approbatos. Hucusque Palas. Vide etiam Amicum *in curs. Theol. 1. 8. disp. 15. sect. 3. n. 134. & 136. & 137.*

Sed nouissimè negatiuam sententiam mordicus sustinet Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disputatio. decima, dub. 11. cum sequenti*, ubi post adductum motum Pij Quinti superius à Castro Palao allatum, sic asserit *num. 310.* Asserendum nihilominus est huiusmodi motum Pij Quinti reuocatum fuisse à Gregorio XIII. anno primo sui Pontificatus, in constitutione, quæ incipit, *Si tanta negotiorum moie*, in qua reducit omnes dispositiones Pij Quinti erga Regularium confessiones ad terminum iuris communis, & Concilij Tridentini. Quam constitutionem Gregorij refert Nauarrus *in summa Latina in fine*, errantque toto cælo Henrici. & alij, dum per occasionem in Nauarro decepti sunt, existimantes illum dicere eam constitutionem non fuisse publicatam; neque enim Nauarrus id dicit de illa ipsa Constitutione; sed de alia quadam Bulla eiusdem Pij Quinti, vt constat ex citatis ad marginem in fine suæ Summæ.

Porro esse reuocatum prædictum motum Pij Quinti à Gregorio VIII. in prædicta bulla *In tanta negotiorum*, apertissimè constat in ipsa Bulla; nam recitatis primo, & secundo motu proprio Pij V. circa regularium approbationem quoad confessiones, cum aliis multis quæ in eis decreuit Pius, sic loquitur Gregorius. Nos hac varietate cognita statuimus de prædictis, & omnibus aliis litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eis de rebus pro quibuscumque Regularium Ordinibus quomodolibet emanauerint, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem ac decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue sacris dicti Concilij decretis, siue aliis legitimè antedictarum litterarum erat. Ad quam dispositionem illa omnia reducimus. Hæcenus Pontifex. Standum ergo est verbis Concilij Tridentini, & eius legitimæ interpretationi seclusa declaratione Pij V. ac si nunquam emanarit à Pontifice, vt ibidem dicit Gregorius XIII. atque ita docet Vasquez infra referendus cum multis aliis.

Nec illius declarationis, seu decreti Congregationis habetur authentica notitia, vt opus erat, maxime cum sæpè soleant esse, vt notabimus *dub. 9.* non semel præsertim *n. 254.* circa eandem difficultatem declarationis Congregationis illius, non solum inter se diuersas, sed aduersas, atque in hoc ipso negotio ita contingit teste Suario *disput. 28.* qui dum de hac re *disp. 8. asserit. 1.* refert esse quandam declarationem Cardinalium *numer. 664.* in qua generaliter statuitur semel promotum ab Episcopo, non posse iterum ad examen vocari, nisi causa noua sit orta. Accedit quod multi opinantur satis probabiliter, huiusmodi declarationes non obligare in foro interno, nec externo, nisi vel publicentur sicut leges ipsæ, vel per modum sententiæ definitiuæ dentur, quamuis sint magnæ auctoritatis, & iuxta illas possit iudex sæpius definire, perinde atque iuxta interpretationes, & declarationes Sapientum. Qua in re quod cum aliis dixerim, vide, si placent, supracitatum *numerum 254.* & duos sequentes. Verum autem, & legitimum sensum illius declarationis Cardinalium postea subiiciemus; ostenden-

res

res etiam posita illa declaratione, Ordinarium non posse iterum examinare Regularem semel approbatum solo suo arbitrio, & mera voluntate.

Habemus igitur dispositionem solius Concilij Tridentini *sess. illa 23. c. 15. de reformat.* seruandam, esse, & iuxta illam, & præcedentia antiqua iura in hac materia esse decidendum: sed in tali decreto, aut aliis iuribus non præcipitur, vt semel idoneus, & approbatus ab Episcopo in aliqua Diocesi, iterum ab eodem vel à successore approbetur, vel possit iterum examinari reuocata priori Licentia, nec distinguit de eodem, vel de successore, atque adeo si idem qui approbavit non potest iterum: nec potest successor: ergo absque fundamento extenditur ea facultas.

Vnde Vasquez *de penitent. quest. 93. art. 3. dub. 5.* cum retulisset renouationem factam à Gregorio illius Constitutionis Pij Quinti, atque adeo dicendum esse secundum ius commune existimo non esse in Religiosis plus, quam vnica approbationem in quacumque Diocesi, & ita nemini me legisse in originali Bullæ Cruciatæ concessæ Regni Hispaniæ, concedi priuilegium suscipienti eligendi Confessarium, quem velit ex approbatis facultatem aut Religiosum, & de Religiosis (inquit) saltem semel approbatum. In quo existimo noluisse Pontificem nouum inducere priuilegium circa approbationem, sed quod iure communi licitum erat, aut statutum circa approbationem, illud in priuilegio expressit obseruandum. Et ratio est, quoniam cum Episcopus semel approbauerit Religiosum, iam ille iure censetur idoneus, & ipsi ab Episcopo iurisdicchio impediri non potest. Vnde nec reuocari approbatio Hæcenus Vasquez.

Quod si dicas etiam Religiosis dari iurisdictionem à Pontifice dependentem ab approbatione Episcoporum, facile admiserim: sed ab approbatione in fieri, aut semel danda, non tamen ab approbatione dependente non solum in fieri, sed in conseruari: id enim sine fundamento dicitur, & esset probandum ab Ordinario aliqua idonea ratione, vel Textu: nec sufficit quod ipse Ordinarius sic intelligat; quia ipsi non est tanquam Iudici, aut Superiori data facultas interpretandi Concilium: nostra verò expositio & verbis, & iuri, & rationi, & consuetudini Pontificum conformis est iuxta dicta, & constat ex tenore Bullæ Cruciatæ latinæ, quam ego quoque non semel legi, & expendi.

Verba autem Bullæ Cruciatæ Gregorij XIII. anno 1573. die 10. Iulij, sic habet: possint eligere Confessorem sacularem, vel cuiuscumque etiam Mendicantium ordinis Regularem ex iis, qui ab Ordinario, & quoad Regulares semel tantum approbati fuerint. Cui priuilegio Bullæ Cruciatæ non potuit derogari per Pium Quintum citatum, nec per Tridentinum, cum ambo procefferint. Postea verò per alios Pontifices successiuè huiusmodi priuilegium confirmatum, & protogatum fuit, cuius prorogationis factæ mihi constat vsque ad Paulum Quintum, quid autem fecerint postea Gregorius Decimus Quintus, & Urbanus VIII. legisse mihi non contigit. Crediderim tamen non minus fuisse indulgentes, nec restrinxisse verba Bullæ suorum Prædecessorum. Hæc Dicastillus.

Qui postea *num. 321.* ita subdit: iam licet concedamus, quod Ordinarius volebat, Bullam scilicet Pij Quinti iuxta declarationem illum Cardinalium asserentium eam non esse reuocatum per Gre-

gorium XIII. vim suam habere, atque adeo posse semel approbatum, rursus examinari à successore pro suæ conscientie quiete (vt loquitur Pius V.) nihilominus existimo cum Henriquez *supr. de penit. litter. S.* tantum intelligendam esse in particulari casu erga istum, aut illum causa cognita, & probata; quia in genere & vniuersaliter non licet dubitare de idoneitate Regularium ex vno, aut alio minus idoneo: nec sanè æquum: sed satis exorbitans est, omnes alios bene meritos velle molestare, aut vexare. Inuigilet, si velit Ordinarius, aut inspiciat an aliquis sit minus idoneus, vel publice si velit, per edictum aut per Notarium in visitatione, aut extra per viam inquisitionis generalis inquit an aliquis querelam habeat de sufficientia alicuius Confessarij, admittatque rumores, & denunciations, si de aliquo forte sint in ea materia, & tunc causa cognita, & probata rursus examinet, & approbet vel reprobet iuxta ea, quæ inuenerit in tali examine.

Ita habetur in noua declaratione, seu decreto Congregationis Romæ 20. die Nouembris anno 1615. in qua Eminentissimi Domini Cardinales enarratis scandalis, quæ ex opposito modo procedendi sequuntur, statuunt ac decernunt Ordinariis, ad quos ius approbandi spectat, Confessarios alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere post hac minimè licere; nisi ex noua causa, eaque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper, eosdem Ordinarios Confessiones audiendi facultatem, omnibus simul vnus Conuentus Regularibus Confessariis eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto admittere posse: Quod quidem decretum, vt iidem Eminentissimi Patres opportunum & necessarium duxerunt, ita inuolabiliter iubent obseruari. De quo decreto non potest dubitari, cum authentica de illa habeatur relatio in scriptis non solum Romæ; sed apud multas Religiosas familias; vt vel inde appareat, quam immeritò post aliquot annos suborta fuerit contentio vnus, aut alterius Ordinarij cum Religiosis in cognita causa reuocantis generali quadam reuocatione approbationes iam semel ritè habitas.

Expendendum verò est, in eo Decreto de declaratione non distingui inter approbantem Ordinarium, & successorem; est enim eadem ratio, & neuter potest aliquid erga Regulares in hac materia; nisi cognita causa; sed quia regulariter Successor, qui non existimauit, nec approbavit Regularem iam approbatum, si ex vno capite ignoret sufficientiam illius, & ex alio orbatu fuerit aliqua considerabilis suspicio, poterit causa cognita & probata circa sufficientiam ad suæ conscientie quietem, illum iterum examinare. Hucusque Dicastillus.

Et hanc sententiam patet Vasquez, Villalobos, & alios, tener etiam nouissimè Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. questio. 91.* ubi me citat pro affirmatiua sententia, sed licet illam ego olim docuerim, & ab ipsa nunc neque recedam, tamen optarem Sacram Congregationem ad tollendas controuersias inter Ordinarios, & Religiosos, tantibus adductis à Dicastillo, *ubi supr.* hanc difficultatem declarare.

Nota hic obiter Dicastillum ex Vasquez docere *ubi supr. numer. 331. & dub. 10. numer. 298.* non posse, Episcopos

Episcopos non admittere Regulares ad confessiones audiendas, ex eo tantum quod non sint necessarii tot Confessarii in sua Diocesi, nam si digni sunt, debent approbari, ut possint à volentibus eligi.

An authentica forma alicuius declarationis Sacrae Congregationis conferat ei vim legis generaliter obligantis in utroque foro?

RESOLVT. LIII.

Difficultatem hanc nouissimè pertractat Ioannes Dicastillus de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 9. numero 254. cum sequentibus. vbi me citato sic ait: Omnes has & similes declarationes, & responsiones Cardinalium, multi non facillè admittunt, nec putant authenticè constare de illis, ut notat Diana resolut. illa 7. & testatur etiam Valerius, & Suarium afferre alias contrarias, & quidem declarationes in multis materiis diuersas, & oppositas circumferri satis notum est, vnde viri docti non ita illis alligantur, ut non in diuersas eant sententias ab iis, quas secuti sunt declaratores, si enim oppositæ sunt, nemo potest vtrique parti adherere, præsertim cum multæ circumstantiæ concurrant, quibus variatis non iam diuersi Cardinales declarantes, sed iidem ipsi possunt aliter atque aliter respondere, aded vt Pontifex tandem modum præscripserit tenendum, & seruandum in auctoritate & fide talium declarationum agnoscenda, & admittenda, vt iam subiicio.

Pro qua re aduerto Bossium de Iubileo sect. 3. cas. 2. nu. 215. respondentem ad quasdam declarationes Sacrae Congregationis in eam esse sententiam, scilicet vt prædictæ declarationes ad modum legis obligent in utroque foro, non sufficere quod sint signatæ sigillo ipsius Congregationis, sed insuper requiri, vel quod Papa det Breue, quo iubeat illas seruari, vel quod Auditor Cameræ det monitorium in earum executionem, seu sub censura mandet seruari. Hæc ille. Cui ego (saluo semper saniori iudicio) adderem (quidquid sit de veritate sententiæ Bossij) pro aliis casibus particularibus occurrentibus, vt obligent per modum legis debere constare certò saltem certitudine morali, quod eadem circumstantiæ concurrant in illis casibus, atque in casu in quo tali declaratio emanauit cum prædictis circumstantiis; neque enim videntur tales declarationes debere habere maiorem vim, quam habeant rescripta, & responsa Pontificia, quæ extant in corpore iuris Canonici, aut extra illud corpus, alioquin sufficienti auctoritate firmata ad faciendam fidem. Ad hoc autem, vt talia rescripta, seu responsa pontificia obligent in aliis casibus debent esse planè similes casus in substantia, & circumstantiis, propter quas sic fuit responsum; ergo hoc ipsum debet constare in prædictis declarationibus.

Contra doctrinam Bossij videtur sentire Diana 5. p. tr. illo 12. de indulgentiis ab Iubileo res. 33. vbi relata sententia prædicta Bossij ait: Hoc mihi non placet. Reicit autem ex eo, quod Urbanus Octauus videatur aliquid statuisse contra eam sententiam. Nam ex decreto (inquit) Sanctissimi Domini Nostri Urbani Octauo faciunt fidem, si in authentica forma proferantur, quæ sit autem authen-

tica forma vt faciant fidem, declarat ipsis verbis decreti, quæ subiicio: Cum ad notitiam huius Sacrae Congregationis peruenerit quam plures declarationes, decreta, seu decisiones sub nomine eiusdem Sacrae Congregationis absque illius auctoritate impressas in libris, seu aliis operibus circumferri, & allegari, multasque ex declarationibus, decretis, seu decisionibus iuxta contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias à se diuersis temporibus factas, secundum ea quæ proponebantur, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, & forsitan aliàs mentio S. Congregationis nomine confectas, nullòque propterea authentico sigillo munitas, illasque per Tribunalia tam in Vrbe, quam per Orbem circumferri, & allegari, considerans eadem Sacra Congregatio Rituum, quantum detrimenti recipi possit, si aliqua fides illis adhibeatur, ex speciali Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII. iussu mandat & præcipit, huiusmodi declarationibus, decretis, seu decisionibus tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis, nullam fidem in iudicio vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium, munitæ fuerint. In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus; & sigilli proprii Sacrae Rituum Congregationis communiri, ac typis mandari iussimus. Dat. Romæ die 11. Augusti 1632. &c. His verbis videtur Diana velle reicere Bossij dictum supra relatum. Ego duos tales viros tam doctos, & eruditos malo simul sequi, & eorum dicta componere, quàm ab alterutro dissentire. Diana quidem vt non potest, ita nec puto relatis à se verbis Congregationis aliud intendere, quàm quod verba ipsa sonant & probant: sonant quidem verba adhibendam esse fidem illis, quæ in prædicta authentica forma solito sigillo, &c. munitæ fuerint. Hoc tamen non negat Bossius: sed ait, vt prædictæ declarationes ad modum legis obligent in utroque foro, non sufficit vt sint signatæ sigillo ipsius Congregationis, sed insuper requiritur vel quod Papa det Breue, quo iubeat illas seruari, vel quod Auditor Cameræ det Monitorium in earum executionem, seu sub censura mandet seruari. Itaque illa authentica forma facit fidem talis declarationis, quod vera sit, & quod ita iudicauerit in illa occasione pro casu de quo erat quæstio, & ille si sensus Congregatorum. Sed vt ea sententia, tunc pro illa occasione prolata, sit quasi quædam lex Pontificia, & Pontificia auctoritate lata obliget per modum legis, debet habere conditiones easdem, seu æquivalentes aliis conditionibus, quæ requiri solent, & requiruntur in aliis legibus, vt habeant vim legis obligatoriæ. Cum ergo tales declarationes sæpe sint diuersæ, imò aduersæ, quia sæpe sunt diuersi declaratores congregati, & in utramque partem sint orationes probabiles, & possunt dissentire declaratores, & prudenter aliter atque aliter probabiliter declarare, (maximè aliqua circumstantia variata) etiam si constet, & fides habenda sit declarationi in authentica forma datæ, ita vt sit credendum talem declarationem emanasse, non tamen ed ipso censenda erit lex, nisi vt talis intimeretur, & promulgetur: atque hoc vult Bossius, nec puto negaturum Dianam. Neque enim satis est quod quis certò sciat, & credat talem legem esse conceptam à Principe (multo minus à consiliariis

liariis ipsius) donec vel Princeps ipse, vel alius legitimè id potens facere, nomine Principis legem promulget, & mandet obseruari. Sufficiat ergo (vt vult Diana, & rectè probat ex relatis verbis decretis) ad faciendam fidem, quod ita senserint in tali casu, & quæsito Eminentissimi Domini congregati in ea Sacra Congregatione tale testimonium authenticum; sed vt prædictæ declarationes obligent per modum legis in utroque foro adhuc potest requiri, quod vult Bossius. Nihil ergo continent prædicta verba contra Bossij doctrinam. Hucvique Dicastillus.

Vnde ex his ego optarem, summus Pontifex magis clarè præsentem difficultatem tam necessariam declararet, interim verò vt alibi adnotauimus, puto in repugnantes Doctorum opiniones illam semper amplectendam esse quæ magis fauet auctoritatem Sacrarum Congregationum.

Quidam superior Regularis tempore quo erat Prælati accepit pecuniam ab Amico, quam postea subditus per multum tempus penes se retinuit in scio superiore, sed postea expendit cum eius licentia, quæsum à me fuit, an peccauerit?

RESOLVT. LIV.

Negatiuam sententiam tenet Cardinalis Lugo de Sacram. peniten. disputatio. 19. sect. 2. numero 42. vbi quærens an Prælati possit sibi dare licentiam pro tempore futuro aduertit, facultates quas Prælati concedit, posse esse diuersas: aliæ enim sunt, quæ nunc quidem mandantur executioni, licet earum effectus perseueret postea, aliæ vero sunt, & effectus & executio ipsa postea ponenda est. Ad priorem classem spectat commutatio, vel dispensatio in voto, quæ semel executioni mandata, habet tamen suum effectum successiuè, tempore etiam subsequenti. Item, quando Prælati dat licentiam mihi accipiendi vestem, vel Breuiarium ab amico: nunc enim executioni mandatur illis licentia, & nunc accipio vestem v. g. quam postea retinere possum absque noua licentia successoris. Et quidem his, & similibus poterit Prælati finita prælatura frui, quando ea executioni mandauit tempore quo poterat eiusmodi facultates circa se, & circa alios exercere. Quare si sibi accipit ab amico vestem, vel Breuiarium, poterit retinere postea, sicut possent alij subditi, quibus ipse dedisset similem licentiam. Ratio: quia cum ipse tunc esset administrator rerum communium, ad eum pertinebat diuidere, & applicare singulis, quæ prudenter iudicaret illis applicanda. Sicut ergo poterat aliis applicare vestem, aut Breuiarium ad eorum usum; sic poterat sibi, qui erat vnus ex illis, qui debebant participare bona communia, seruata tamen prudenti, & rationabili distributione, vt non applicaret sibi plusquam aliis cum eorum præiudicio, hoc tamen etiam seruandum erat in applicatione, & licentia respectu aliorum subditorum. Iam ergo erat vestis ei legitimè applicata ab eo, qui habebat munus applicandi, & distribuendi bona communia.

Ad posteriorem classem pertinet facultas v. g. accipiendi aliquid, vel donandi, vel vendendi anno sequenti; item facultas data alicui, vt peccata, vel absoluat, vel absoluat à peccatis re-

Anton. Diana Pars XI.

seruatis, hæc enim & similes facultates non habent præsentem effectum nec executionem, sed futurum tempore sequenti; & has facultates dicimus non posse Prælatum dare sibi nunc pro tempore sequenti, quo iam non erit Prælati, potest itaque nunc accipere vestem, quia hoc iam nunc mandatur executioni; potest item nunc accipere pecuniam ab amico, & retinere, & in virtute huius legitimæ acceptionis qua accepit illam ad usum non communes, sed suos, potest etiam finita prælatura eas retinere, vel apud se, vel saltem apud illum, apud quem alij subditi deponunt, id quod cum licentia accipiunt ad usum suos: non tamen poterit eas postea expendere sine licentia successoris: quia licet potuerit eas pecunias licitè accipere; non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quando iam ipse esset subditus. Similiter non poterat quando erat Prælati dare sibi facultatem absoluedi alios Religiosos à seruatis, quando iam non esset eorum Prælati, nec etiam vt ipse ab eis absolueretur: quia illa licentia mandanda esset executioni tempore sequenti, quo iam ipse non posset eam concedere. Hucvique Cardinalis Lugo: ex cuius doctrina apparet in casu mihi proposito, Religiosum illum retinendo penes se pecuniam, quam tempore quo erat superior recepit, non peccasse, si postea illum cum licentia Prælati successoris expendisset.

Sed vt verum fatear, magis mihi placet opinio affirmatiua, quam contra Cardinalem Lugo sustinet nouissimè Pater Dicastillus de Sacram. 10. 2. tr. 8. disput. 10. dub. 7. numer. 147. vbi superius dicta ab Eminentissimo Cardinali approbando, in vno difficultatem habet, quod facit pro casu mihi proposito, dum dicitur à Cardinali Lugo posse quidem acceptam pecuniam finita Prælatura retinere, non tamen illam postea expendere sine licentia successoris, quia licet potuerit licitè illas pecunias accipere, non tamen dare sibi licentiam ad eas expendendas tempore sequenti, quando iam ipse esset subditus. Difficultas verò mea in eo sita est, quod actus expendendi, ideo non potest fieri ex vi præcedentis facultatis, aut potestatis quam habuit ad recipiendum, & retinendum, aut etiam expendendum eas pecunias tempore quo erat superior, quia actus expendendi, est vsus talis pecuniæ, & actus talis vt non possit fieri sine legitima facultate tunc existente, quando fit actus; facultas autem ad id tunc nulla est, quia neque est facultas, quam habebat, quando erat superior ex vi sui officij, quo iam est defunctus, neque alia facultas, quam sibi dedisset quando erat superior, duraturam pro sequenti tempore, quando iam non esset superior: hoc enim non poterat sibi inferre, vt merito expressè conceditur, & supponitur in prædicta doctrina, & nos paulò post probabimus atqui non solum actus expendendi est actus contra votum, & obligationem paupertatis; sed etiam actus retentionis; imò etiam est contra iustitiam, quia actus retinendi pecuniam non potest fieri sine voluntate domini, qui dominus non est Religiosus, sed communitas; quam oportet consentire per se, si illa est, quæ gubernat, vel per caput suum scilicet per superiorem, ergo sicut actus expendendi in illo tempore, quo non est superior, est actus sine legitima facultate factus à non domino, & simul impedito per votum; ita & actus retinendi erit actus sine legitima facultate factus à non domino, & per votum impedito, & sicut superior non potest sibi concedere facultatem

R. r. 1513

tem ad expendendum eo tempore quo iam non sit superior; ita neque ad retinendum eo tempore quo iam non sit superior. Quod si recurat aliquis ad voluntatem superioris sequentis, qui censetur non inuitus in retentione eius, quod legitime fuit acceptum; hoc non est facere actum sine voluntate superioris sequentis; sed cum illa, quod iam est aliud fundamentum, & alia doctrina, quæ eodem modo potest habere locum in expendenda, sicut in retinenda pecunia, & concedendum videtur esse eandem rationem in vno, atque in alio, atque hoc est quod intendo. Qui discursus videtur probare quod sicut non potuit dari facultatem, ut de pecuniis legitime potuit accipere, quando erat superior, possit expendere legitime quando non sit superior; ita non potuit dare facultatem sibi; ut quas pecunias legitime accepit, & retinuit, quando erat superior, legitime retineat quando iam non est superior. Confirmo, & declaro, quia retentio pecuniæ illo tempore, quo iam non est superior, est moraliter quædam acceptio pro illo tempore, & illa habitio pecuniæ illo tempore tantum differat à prima acceptione, sicut in Physicis quædam conservatio à prima productione, quæ ideo non est prima productio, quia processit tempore præcedenti existentia termini ab eadem vel ab alia causa, quod satis extrinsecum, & accidentale est: atqui non admittunt prædicti Theologi posse sibi dare facultatem accipiendi pecunias pro tempore, quo non sit iam superior, ergo neque dare sibi facultatem, ut possit sibi retinere, & exercere actum habendi in illo tempore. Ergo quamvis aliis possit dare illam licentiam duraturam pro sequenti tempore, sibi non poterit. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi supra*.

Nota vero supradictos viros doctissimos concordare, quod Prælati possit concedere aliis licentias posterioris generis, etiam si mandandæ sint executioni tempore sequenti, quando ipse Prælati non erit, & non possit sibi ipsi eas communicare pro tempore sequenti. Cur v.g. possit aliis dare facultatem absolventi à reservatis etiam tempore sequenti subditos huius Conventus, vel Provinciae, cui ipse nunc præest, & non possit sibi dare nunc eam facultatem ad tempus sequens? Ratio autem videtur hæc esse: quia ipse nunc est capax accipiendi ralem commissionem: potest enim ipse nunc absolute, vel per se, vel per alios, quibus committat illud officium: non potest tamen committere illud nisi iis, qui sint capaces talis commissionis accipiendæ. Vnde non possit tunc dare eam facultatem homini non baptizato, vel non clerico, qui futurus esset clericus tempore quo iam ipse non esset Prælati: nunc autem ipse Prælati non est capax accipiendi delegationem, vel commissionem à se ipso: quia inter delegantem, & delegatum, seu commissarium debet dari distinctio: quare ipse non potest tunc accipere illam facultatem; postea vero non potest etiam, quia iam expiravit potestas in dante. Ergo licet aliis possit communicare eiusdem facultatem, non sequitur quod possit eam communicare sibi ad tempus futurum, quo non erit Prælati.

Itaque illa facultas debet esse quædam delegatio & collatio potestatis delegatæ, ipse vero non est capax talis delegationis à seipso, quia inter delegantem, & delegatum debet esse distinctio, & in eodem tempore debet esse capacitas in delegato, & potestas in delegante. Quando autem ille est Prælati, non est capax delegationis præsertim à se; post-

quam vero iam non est superior, est quidem capax delegationis, sed iam deest potestas delegantis, quod totum non contingit comparatione aliorum, quia est potens delegare, & in eodem tempore illi capaces delegationis. Non ergo mirum quod sibi non possit, & possit aliis.

Sed hæc omnia procedunt de facultate, quam superior directe sibi confert; nam indirecte potest iuxta supradictam materiam, & ideo Dicastillus *vbi supra n. 150*. asserit, posse Prælatum, dum adhuc est Prælati, dare alicui facultatem ad id cum facultate subdelegandi, quo casu, cum ille alius possit quencumque alium ex subditis illius communitatis subdelegare, ex vi facultatis acceptæ ab illo, qui tunc erat Prælati, potest ipsi ex Prælati quando iam est subditus, conferre eam potestatem delegatam.

Vnde ex superius dictis, ego olim interrogatus respondi, potuisse confessarium Regularem absolute à reservatis vigore facultatis obtentæ à Prælati præterito pro tempore sequenti, quo ipse non amplius, sed alius erat superior Monasterij vel Provinciae, patet ex doctrina superius adducta à Dicastillo, & Cardinali Lugo.

An facta commutatione penitentia, possit penitens eligere quam maluerit primam, vel secundam?

RESOLVT. LV.

Negatiue respondet Cardinalis Lugo de *Sacrament. Penitent. disp. 25. sect. 6. num. 103*, vbi sic ait, Petes an ad tollendam obligationem prioris Penitentia requiratur quod confessarius velit eam commutare, & tollere; an sufficiat audire eadem peccata, & imponere penitentiam pro illis, absque eo quod sciat, impositam fuisse aliam penitentiam pro eisdem, ad hoc vt penitens possit accipere hanc secundam penitentiam, & relinquere priorem? Aliqui enim idem probant nostram conclusionem, quia, nimirum penitens potest iterum in iudicium adducere illa peccata, ac si nunquam fuissent adducta, & adhærere sententia posteriori. Existimo tamen hoc non sufficere; sed requiri reuocationem seu commutationem prioris sententia; nam si hoc esset, possit etiam penitens relicta posteriori penitentia, adhærere priori, quæ nondum reuocata est per secundam: cum ergo præceptum prioris confessarij validum fuerit, manebit in suo robore, nisi in eodem tribunali reuocetur, ad quod oportet manifestari secundo confessario, & quod ipse habeat eam intentionem. Imò hoc etiam credo verum, licet secunda confessio fieret cum eodem primo confessario: hic enim si non recordaretur prioris confessionis, & penitentia, non haberet intentionem eam reuocandi, neque auferret obligationem ex illa relictam propter eandem rationem. Ita Lugo.

Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Leander de *Sacram. 10. 1. 1. 5. disp. 9. qu. 103*, quibus ego addo Dicastillum de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 14. dub. 8. num. 131*. vbi sic asserit; Semel autem facta mutatione penitentia liberum est penitenti eligere penitentiam, quam voluerit siue primam, siue secundam, in quam mutata est, quia commutatio fit in fauorem penitentis, qui potest cedere iuri suo. Ita Suarius *cit. disp. 38. sect. 10. num. 7*. Reginald. *l. 1. numero 89*. Lessius,

Lessius, & alij, quos in simili referam agens de voti commutatione. Ita ille.

Qui etiam antea *nu. 130*. nominatim contra me duas opiniones impugnat, sic enim ait: Illud non admitto, quod ibi habet Diana, posse mutare in alia confessione, etiam non iterata priori confessione: si enim Sacerdos, vt iudex, & iudicialiter debet iudicare, debet nosse ea, de quibus iudicat, vt det pro illis illam penitentiam prudentem; id autem non potest, vt iudex facere, nisi exponatur illi materia, de qua iudicat, quod autem fiat in confessione aliorum peccatorum, nihil refert; perinde, ac si aliquis iudex, quando iudicat de vna causa, aut delicto alicuius rei, veller iudicare de alia causa, aut eiusdem rei, quod non nouit, nec ad se defertur. Item non admitto quod *ead. 1. 1. 5. ref. 53. §. & ideo in fine*, ait, posse eundem confessarium non audita confessione mutare si intra hebdomadam redeat, qui iam non censetur moraliter durare prior confessio. Satis est quod possit in continenti. Hucvique Dicastillus. Sed ego non recedo à supradictis opinionibus ab ipso impugnatis, sunt enim satis probabiles, vt videre est apud Doctores quos citat me citato, & sequitur Leander *vbi supra de Sacram. 10. 1. 1. 5. disp. 9. q. 95. 100. & 101*. quibus addo Ioannem de Soria in *Epilogo sum. p. 2. 1. 1. sect. 1. disp. 2. §. de satisfactione*.

Sed hic obiter quæro, an confessarius possit imponere penitentiam grauem sub onere tantum peccati venialis? Suarez *10. 4. disp. 38. sect. 7. nu. 5*. putat, probabilem esse sententiam Medinae, asserentis penitentem non peccare mortaliter omittendo grauem penitentiam, si confessarius declarat se imponere illam sub obligatione tantum peccati venialis. Sed hæc sententia displicet Dicastillo *vbi supra dub. 2. nu. 31*. docet enim, esse quidem sæpe in potestate præcipientis, grauis leuissimæ materiae præceptum ferre. Si autem res præcepta ex se grauis, aut leuis sit, & legem, aut præceptum superior ferat, quæ verè lex sit, aut præceptum, non est in potestate ipsius, quod lex, aut præceptum de materia leui obliget sub culpa graui, vel de materia graui, sub culpa leui.

Aliqui hoc probant, eo quod confessarius imponens penitentiam, etiam non imponat nomine suo, sed nomine Dei atque adeo non potest suam actionem pro suo arbitrio temperare; sed necessariò agere prout postulat institutio Sacramenti. Hæc (inquam) ratio mihi non placet, quia quamvis Sacerdos nomine Dei præcipiat, nisi alia ratio obstaret, possit suam actionem solum ad obligationem venialem extendere, & non ad aliam, sicut enim (siue peccet, siue non peccet) potest absolute nullam imponere obligationem, aut imponere obligationem in leui materia, quantumuis, si dictamen rationis, & institutionem Sacramenti, Christiue voluntatem sequeretur, deberet imponere grauem; ita similiter, quamuis propter eandem rationem deberet imponere obligationem sub mortali, possit saltem validè illam non imponere. Nec satis apparet disparitas; cur quam exerceat iudicium nomine Christi, possit valide ad nullam, vel ad leuem tantum penitentiam obligare, & non possit etiam leuem obligationem inducere, quamuis nomine Christi iudicet, aliàs possit ipsa materia grauis admittit ex vero præcepto obligationem leuem. Itaque idem non potest verum imponere præceptum circa materiam grauem sub obligatione leui, quia obligatio grauis, aut leuis non pro voluntate præcipientis, sed ex natura rei;

Anton. Diana Pars XI.

idest materiae præcepta, resultat grauis, aut leuis. Vnde nec ipse Deus id posset facere, inuoluit enim contradictionem; nam sicut inuoluit contradictionem esse propriè loquendo præceptum, aut legem; & non inducere obligationem: ita propriè loquendo contradictionem inuoluit esse legem, aut præceptum graue (id est de materia graui præcepta, ex qua grauitas præcepti sumenda est) & non resultare obligationem grauem; nam (vt aiunt Philosophi) sicut se habet simpliciter ad simpliciter; ita magis, ad magis.

Verum his non obstantibus ego puto cum Suarez opinionem Medinae esse probabilem. Nota præter Thomam à Iesu à me alibi adductum, nouissimè Ioannem de Soria in *epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 2. §. de satisfactione fol. 100*. docere, penitentem si ex negligentia non adimplet penitentiam tempore determinato à confessario; peccare tantum venialiter; Verum hanc sententiam reprobat Dicastillus *vbi supra nu. 60. dub. 4*. in quo bene explicat quo tempore teneatur penitens implere penitentiam, & ideo in casibus occurrentibus lege illum.

Ex Belgio ad locum vbi Tridentinum non est vsu receptum; aliqui transferunt, vt ibi matrimonium clandestinè contraherent, quaeritur an fuerit validum?

RESOLVT. LVI.

DE hoc casu à confessario contrahentium ex Belgio per litteras interrogatus fui, qui adducebat duas meas Resolutiones, in quibus affirmatiua, & negatiua sententia habetur, & quidem pro negatiua maximam vim affert decisio Sacrae Congregationis ibi à me adducta; vnde hanc difficultatem pertractat Dicastillus de *Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 6. num. 42*. vbi me citato sic ait. Addendum præterea videri posse cum Sanchez, Rebello, & Coninch, locis citatis, adhuc verum esse, validè contrahi matrimonium ab incolis loci, in quo Tridentinum viget; in loco, in quo non viget, etiam si eò transferint ob finem clandestinè contrahendi, quidquid in contrarium dicant non pauci, quos refert Sanchez, *supra numero 29*. in qua re postea eundem Sanchez sequitur Pontius, quem refert, & sequitur Diana *tertia parte tractat. sexto, resolut. 28. in fine*, & non solum validè, sed licitè posse fieri seruando in aliis ius antiquum. Quamuis enim in eum finem transferint, vt non obligentur Tridentini decreto, quo obligabantur in proprio loco, cuius erant incolæ, non ideo obligatio legis ad ipsos, & cum ipsis transferretur ad locum, quod sunt profecti, neque censetur propriè id facere in fraudem legis. Habent enim ius eundi ad illum alium locum, qui autem vitur iure suo, non censetur operari in fraudem: neque bona, aut mala intentio etiam si sufficiat ad excusandum, vel committendum peccatum, sufficit ad annullandum, vel validandum actum, cum intentio maneat in mente; neque effectum infert in opus externum. Ac proinde si matrimonium seclusa ea intentione esset validum, etiam cum illa validum esset. Post hæc scripta incidi in huius rei quæstionem more suo erudire à Diana resolutam *6. parte tractat. septimo, resolut. 19*. vbi in fine fatetur semper fuisse huius sententiæ, non tamen putare iam recedendum à

R. 2 præc.

præcedente, quia nouissimè Franciscus Zipæus quem refert, testatur anno 1628. Sacram Congregationem ipsi petenti respondiſſe, matrimonium, de quo est quæſtio, eſſe nullum. Verùm adhuc non video hoc teſtimonium factuſſe, quia plura poſſunt concurrere in tali caſu particulari, vt ita cenſeret Congregatio, Quidquid ſit de auctoritate priuata cuiuſdam reſponſionis ad priuatam interrogacionem: & ideo poſt hæc tenet Perez hoc ipſum *diſputatio. 39. ſect. 3. numero 5.* propter rationem datam. Decisionibus autem Cardinalium sæpè opponuntur Doctores, imò deciſiones ſibi ſunt contrariæ frequenter. Quid ergo fiet? Multò magis iam in hac re viget ſimilis alia reſolutio Cardinalium, qua reſoluunt ſic tranſeunt non validè contrahere. Quæ reſolutio robur accepit maximum ex Breui Pontificio Urbani Octauæ ad inſtantiam Archiepſcopi Colonienſis, dato 1627. 14. die Auguſti, vbi cum Eminentiffimi in ſua reſponſione dixiſſent ſuam ſententiam circa tria quæſita, quorum primum, & ſecundum erat an tales retinenteſ domicilium in loco, in quo Concilium in hoc puncto eſt promulgatum, validè poſſint contrahere, vbi non eſt promulgatum; Item ſi ſolo animo abſque Parocho, & teſtibus contrahendi ſe tranſferant, habitacionem non mutant. Reſponderunt ad primum, & ſecundum, non eſſe legitimum matrimonium inter ſe contrahenteſ cum fraude. Hanc reſponſionem Pontifex laudat, & approbat in illo Breui dum ait, Reſolutionem huiuſmodi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus. Subiungit deinde omnes firmitates adhiberi ſolitas eiufmodi Breuibus, & Bullis cum derogatoriis contrariorum quorumcunque etiamſi ſciantur, vel ignoranter à quoquam contingat aliquid in contrarium attentari: Huic reſolutioni, quæ iam ipſuſmet Pontificis eſt ſtandum erit. Solùm aduerto, quod cum deſciat non eſſe legitimum, addita illa particula *cum fraude*, (quæ tamen in quæſto non continebatur) requiri videtur fraus. Vnde ſi non adſit animus fraudulentus, ſed exiſtimatio, quod hoc fieri ſic poſſit, non apparet, cur ſit inualidum matrimonium ex vi huiuſ declarationis. Item ſi (vt ſupra indicabam) ille animus non ſignificetur exterius, ſed ſine vilo ſigno externo ſola ſit interna intentio, non eſt fraus, quæ poſſit iudicari in foro externo. Vix tamen poſſet contingere quod ſic facienteſ, non præbeant aliquod ſignum externum talis animi, & finiſ. Rex itaque iam eſt valdè periculofa, & tale matrimonium rebus vt nunc, valdè dubium, aut inualidum (probabiliter) vt ſic maneat porta ad reſiliendum, niſi reualideretur legitime, aut ad iudicandum contra illud. Hucvſque Dicaſtillus.

Verùm ego cõſiderabam in caſu propoſito, quod in conſpectu opinionum illa eſt amplectenda, quæ fauet valori matrimonij, vt communiter aſſerunt Doctores. Ergo in caſu noſtro amplectenda eſſet opinio affirmatiua; Nec obſtat declaratio Sacræ Congregationis, quia de illa non conſtat authenticè, & ſi conſtaret, non deſunt doctores aſſerenteſ non eſſe neceſſariò ſtandum illi, licet ego contrarium ſentiam. Sed hiſ non obſtantibus ego reſcripſi conſulenteſ quod ad Sacram Pœnitentiariam recurrerent.

Ex ſuperius verò dictis oritur quæſtio, quid dicendum de matrimonio Chriſtianorum in terris Turcarum habitantium an validè contrahant ſine

Parocho, & teſtibus. Negat Petrus Ledefma *quæſtio. 45. articulo. 5.* quia prædicti non habent Parochiam niſi in propria Prouincia, in qua nati ſunt; in ea verò Decretum Tridentini obligat. Quam ſententiam etiam approbat Henriquez *li. 11. cap. 3.* quando prædicti Chriſtiani habitant in illis Prouinciis infidelium abſque animo ibi permanendi; tunc enim retinent propriam Parochiam in propria ſua Prouincia, in qua viget Tridentinum. Idem quoque ſentiebat olim Vaſquez dummodo ante profectum dictorum Chriſtianorum ad infideles Decretum Tridentini iam vigeret in ſua Prouincia, & Parochia, ſecus verò, ſi nondum vigeat.

Verùm mihi magis affirmatiua ſententia placet; dico igitur abſolutè, & abſque vlla diſtinctione, matrimonium horum captiuorum eſſe validum, præſertim ſi non interueniat fraus, de qua diximus, qua non interueniente non declarat, aut decernit aliquid in contrarium declaratio Cardinalium; & eis roboratio facta in breui Pontificio ibi citato. Ideo etiam in hiſ Prouinciis abſque animo ibi permanendi tunc ſunt, & quamuis eò venerint poſt receptionem Tridentini in ſua Prouincia validè contrahent ſine Parocho, & teſtibus. Ratio eſt, quia contrahenteſ quoad contractuſ ſortuntur forum loci in quo contrahunt, & tantùm legibus illius loci contrahere debent etiam ſi tantùm tranſeunt, & per modum hoſpitij ibi ſint: ergo prædicti validè celebrant contractuſ matrimonij in illis locis, etiamſi careant ſolemnitate Parochi, & teſtium, quæ ſolemnitas ibi neceſſaria eſt. Et idè hanc ſententiam docet Martin. Perez *de matrim. diſp. 39. ſect. 6. n. 4.* Sanch. *lib. 3. diſp. 18. num. 35.* Pontius *lib. 5. cap. 9.* Rebellius *lib. 2. q. 7. ſect. 3. & alij.*

Poſſet etiam aliquis hic quærere de matrimonio Hæreticorum non quidem in locis vbi Tridentinum non eſt promulgatum, ſed vbi iam promulgatum eſt, & adhuc adeſt Parochus Catholicus, qui poſſit aſſiſtere matrimonio, an valeat ibi contractuſ ab Hæreticis ſine Parocho, & teſtibus. Quæri ergo poſſet, an tale matrimonium valeat celebratum coram Prædicante, & Miniſtro Hæretico, vel abſolutè ſine vilo Parocho? Ad hoc dubium ſic reſpondet Layman *lib. 4. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 7.* & ſi in aliqua Ciuitate decretum Tridentini promulgatum fuerit, modò tamen, expulſis Catholicis Sacerdotibus abſint proprij Paſtores, valide ſicut prius coram Prædicante, vel ſine Prædicante matrimonia contrahi poterunt. Cum enim in hiſ locis tali rerum ſtatu decretum Tridentini ſeruari non poſſit, non eſt exiſtimandum libertatem matrimonij validè contrahendi impeditam eſſe: ſicut Cardinalis Bellarminus reſpondet apud Chapeauille *cap. 6. qu. 15.* hæc Layman, & poſtea ſubiungit, licet in Ciuitatibus Germaniæ quibus Lutheranæ cum Catholicis permixti viuunt, verbi gratia Auguſtani Ciues, reuera in ſpiritualibus ſubſint Epifcopo ſuo, imò etiam Parocho Auguſtano; tamen exiſtimandum non eſt Summorum Pontificum voluntatem eſſe, vt Tridentini decretum ſe extendat ad matrimonia illorum ſine legitimo Paſtore celebrata, ne multa incommoda orientur, ſi eorum filij legitime nati non ſint, nec capaces officiorum, dignitatum, & Sacrorum ordinum. Hæc etiam Layman.

Nec à ſupradictis diſſentire videtur Tannerus *to. 4. diſp. 8. qu. 3. dub. 9. n. 12.* vbi loquenteſ de matrimonio Hæreticorum ſic ait: In locis verò, & Parochiis, vbi Concilium Tridentinum eſt promulgatum,

gatum, & Hæretici impunè inter Catholicos tolerantur, nec dum quidem inualida cenſeri à Doctores quamuis ſine vero Parocho contrahantur propter tacitam diſpenſationem Pontificis, qui ſciens eiufmodi matrimonia non contradicit, neque irrita declarat. Hæc Tannerus. Quam doctri- nam docuerat prius idem Auctor anno 1601. *diſp. de matrim. Theſ. 56.* quam loco citato refert, Et hæc omnia non diſplicent Dicaſtillo *de Sac. to. 3. tr. 10. diſp. 3. dub. 10. n. 82.*

Verum poſt hæc ſcripta inuenio Hermannum Buſenbaum in *Medul. theol. moral. lib. 6. tr. 6. c. 3. dub. 2.* circa præſentem difficultatem ſic aſſerere: Quæres quid cenſendum de matrimoniis, quæ contrahuntur in partibus hæreticis.

Reſpond. circa eã Congregatio Cardinalium reſoluit ſequentia, Primò vbi hoc decretum Concilij nondum publicatum eſt in Parochia verbi gratia in Saxonia, & Anglia, valere matrimonium contractum abſque forma præſcripta. Publicatio autem decreti facta præſumitur, ſi id aliquo tempore in Parochia tanquam decretum Concilij ſuit obſeruatum. Secundò, hæreticos, in quorum Parochia dictum decretum ſuit publicatum, v.g. in Hollandia, Friſia, &c. teneri formam præſcriptam ſeruare. Vnde conſequenter ipſorum matrimonia abſque forma Concilij, quamuis coram Miniſtro hæretico, vel Magiſtrato contracta, videntur eſſe nulla. Layman tamen *lib. 5. tr. 10. par. 2. c. 4.* putat eam non eſſe mentem ſummorum Pontificum propter grauiffima incommoda inde ſubſecutura. Tertio ſi Parochia, in qua aliquando decretum ſuit obſeruatum, proprio Parocho, & Epifcopo careat, nulluſque iſtinc ſit, qui vices Epifcopi, vel Parochi ſuppleat, matrimonium valere abſque præſentia Parochi, ſeruata tamen in quibus poſſet forma Concilij, nempe adhibitis ſaltem duobus teſtibus. Idem eſt ſi Parochus, & Epifcopus metu hæreticorum lateat, ita vt verè ignoretur vbi ſit, vel eorum metu abſit à Diceceſi, & ad neutrum ſit tutuſ accèſſus. Et hæc omnia obſeruat Buſenbaum *vbi ſupra.*

Vidè etiam circa præſentem quæſtionem Stephanum Baumium in *Theol. moral. to. 1. tr. 12. de matrim. Clauſt. quæſt. 1.* Et hæc omnia adnotare volui in gratiam Lectorum, quia paſſim in aliis Auctoribus non inueniuntur pertractatu, & propter plures caſus, qui Romæ paſſim in dies veniunt diſcutiendi ex Germania, Hollandia, &c.

Infans fuit propter neceſſitatem baptizatus verbi gratia in capillis, in manu, in pede, &c. quæritur, an poſtea dum baptizatur in Eccleſia ſub conditione Patrinus contrahat cognationem Spiritualem?

RESOLVT. LVII.

Quæſtio eſt curioſa, & procedit in omnibus caſibus, in quibus neceſſe eſt rebaptizare puerum ſub conditione, ideo ad illam ſic reſpondet Dicaſtillus *de Sac. to. tercio, tract. 10. diſputatio. 27. nu. 260.* Si non omninò moraliter certum ſit priorem baptiſmum validam fuiſſe, & ideo infans rebaptizetur ſub conditione, contrahitur cognatio, & conſequenter non poſſet contrahi matrimonium inter perſonas aliã in baptiſmo certo impeditas, quia dum non conſtat de baptiſmo, præ-

Anton. Diana Pars XI.

ſumit Eccleſia cognitionem; ceſſabit autem talis præſumptio, ſi poſtea conſtet Baptiſmum fuiſſe validum.

Ex quo inferitur, quid dicendum ſit quando quis rebaptizatur, eo quod nondum integrè natus, fuerat baptizatus, tunc enim (quidquid alij dicant) ſi baptiſmus collatus fuerit prius in ea parte, vbi ita certum ſit eum fuiſſe validum, vt non ſit ſub conditione iterandus, ex priore Baptiſmo contraheretur cognitio, non ex poſteriore, è contra verò ſi inter doctos ſit dubium aut quæſtio, an in ea parte collatus Baptiſmus valeat, eadem dubitatio erit pro cognitione ſpirituale. Si verò ſint pro vtraque parte opinionè probabileſ, quarum altera neget valere priorem Baptiſmum, altera aſſermet; poterit tuta conſcientia quis vtramuiſ eligere, & ſecundum vnum probabile erit ex tali Baptiſmo non oriri cognitionem. Quod totum mihi placet, quamuis hæc omnia non tam pertineant ad Patrinum, de quo nunc agimus, quam ad baptizantem. Nam in tali Baptiſmo vix, aut nunquam poſſet, aut ſolet eſſe mentio nedum præſentia Patrinum. Ita Dicaſtillus, & ego.

Sed hic quæro primò, an ſi quis verbi gratia teneatur patrinus filium Petri, credens eſſe Pauli, contrahat cognitionem ſpiritualem? Negatiuè reſpondet ex Sanchez Reginaldus *to. 2. lib. 3. n. 155.* & alij. Quia reuera hic non intendeat exercere actionem erga hunc, quem leuauit; ergo deficit intentio. Hæc enim rationem probat, facile enim reſpondetur, putare quidem illum eſſe filium Petri, & non Pauli: nihilominus intentionem dirigi ad eum, qui hic, & nunc illi proponitur, ſicut in ſimili de baptizante dicebat oppoſita ſententia; Et idè alibi diximus errorem perſonæ in cæteris Sacramentis, præter matrimonium, non imitari Sacramentum; Vnde videtur colligi, cauſari etiam effectum inde reſultantem qualis eſt hic, de quo agimus; & eadem ratio locum habet pro Patrinum, qui dirigit intentionem ad eum, quem leuat de præſenti.

Verùm contra hoc opponit Sanchez, quod Miniſtri Sacramentorum teneantur habere intentionem miniſtrandi Sacramentum præſenti, quicumque ille ſit; ac proinde quamuis erratur in perſona, cum verus ſit Baptiſmus, vera cognatio contrahitur, Patrinus verò non tenetur habere eam intentionem, & verè elicitur ad perſonam determinatam.

Hanc opinionem, quam mordicus contra me ſuſtinebat quidam Theologus hiſ diebus, ego puto ſatis probabilem, ſed non recedo à ſententia affirmatiua, quam olim docui, & quam tuetur Martinus Perez *de matrim. diſput. 29. ſect. 4. numero 4.* Dicaſtillus *vbi ſupra numero 271.* & alij penes ipſos.

Probatuſ; quia iſte error non eſt circa ſubſtantiam actus, ſed circa accidentia. Vnde ſuſceptor non ſecus, ac baptizans ſolum habere debet intentionem ſuſcipiendi eum, quem hic, & tunc habet tunc præſentem; atque adeo ſicut ea intentio fatiſ eſt, vt baptizans eum præſentem baptizet, etiam cum ſimili errore, ita ſimiliter ea intentio eſt ſufficiens, vt Patrinus verè ſuſcipiat. Excipitur tamen caſus peculiaris de vxore, quæ per ignorantiam leuauit filium mariti, de quo eſt expreſſa iuris deciſio *cap. 2. de cognatione ſpirituale*, vbi deciditur; Coniugem, qui per ignorantiam leuauit filium mariti, non atteri à debiti petitione. Cum enim id ſuper-

Ar 3 uenias

ueniat matrimonio contracto, non mirum si ignorantia excuset à cognitione. Itaque non est cur negetur, quod sicut Baptizans debet habere intentionem baptizandi illum quem presentem habet, talemque censetur habere, quoties non habet intentionem contrariam, ita similiter tenens, seu leuans è fonte Sacro, debeat velle tenere, & leuare illum, quem presentem habet, idque censetur velle quoties non habet oppositam voluntatem. Et ideo hanc sententiam me citato tenet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 1. disputatio. 7. questione 28.

Quæro secundò, an maritus, & vxor possint absque vilo peccato esse Parrini alienæ prolis? In tali casu peccare venialiter Suarez in 3. part. questione 67. articulo 8. Filiuccijs tom. primo, tract. 2. numero 161. Sed ego puto supradictos posse absque vilo peccato esse Parrinos, nisi aliàs in aliqua Diœcesi iure speciali sit prohibitum. Primò, quia id nullibi prohibetur, vt fatetur Urbanus Secundus in capit. final. 30. questione quarta. Secundò, quia quamuis idem Pontifex in eodem capite videatur in statuere quod non sint Parrini; hoc tamen non prohibet sub præcepto, vel si prohibet non esse vsu receptum; vel potius esse sublatum per Concilium Tridentinum. Et ita ex Vasquez Layman, Hurtado, & aliis docet Leander de Sacram. tom. 1. tract. 2. disput. 7. questio. 20. Et tandem in hanc sententiam velut, nolit, descendit Dicastillus de Sacramen. tom. 3. tract. 10. disput. 57. dub. 27. numero 271. vbi sic: Aduerto cum Suariorum probabilis esse quod si maritus, & vxor alienum illum de sacro fonte leuent, peccent saltem venialiter. Quia Urbanus Secundus in capit. Quod autem trigesimo, questione quarta, quamuis dicat nulla auctoritate id reperiri prohibitum; Ipse tamen potens tunc id prohibere, sic decernit, vt puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia conferuetur immunis, dignum esse decernimus, vt vtrique in simul ad hoc aspirare minimè præsumat. Non putat verò Suarius, & ex illo Perez disputatio. 29. section. quinta, numero tertio, esse grauem culpam propter leuitatem materiam, quod propter eorum, & aliorum auctoritatem non ausim improbare; sed vt verum fatear, verba Pontificis graue quid sonant cum ex fine, vt puritas, &c. ab omni labe, & infamia; &c. tum ex ipsorum verborum significatione. Nam labe, infamia, præsumptio, & similia verba non sunt memor in legibus (maximè Canoniceis) pro rebus leuibus vsurpari, aut leuibus actionibus tribui, Vt cumque sit illud, placet quod Glossa ad eum Textum notat (nec alieni sunt ab hoc prædicti Auctores) nempe consuetudine posse fieri, vt omnino liceat, quia vt ait Glossa, de consuetudine est in quibusdam locis, quod vterque simul suscipit. Quæ ratione olim de hac re interrogatus hic in Germania pro casu occurrente; inter magnos imò supremos Principes censui posse fieri, quia iam sæpè constabat pridem factum in similibus. Hucusque Dicastillus.

An si quis fornicetur gestando aliquod frustum Reliquia Sanctæ Crucis debeat necessario hanc circumstantiam in confessione explicare?

RESOLVT. LVIII.

OLim docui fornicantem gestando reliquias, vel Agnum benedictum non esse astrictum hanc circumstantiam explicare, & ita me citato cum Sanchez, Fagundez, Lugo, Filiucio Tralench. Bonacina, & aliis tenet Leander de Sacramen. tom. primo, tract. 5. disput. 8. questio. 15. quia comitantè tantum se habent ad actum venereum, sicut ad quoduis aliud peccatum. Verùm hanc opinionem ego non audeam extendere ad fornicantem, & gestantem Reliquias Sanctæ Crucis, clauorum, vel spinæ coronæ propter contractum physicum Corporis Domini nostri Iesu Christi, vnde ex hoc ab Ecclesia coluntur adoratione.

Et idem puto si aliquis ex iusta causa gestat Sacram Eucharistiam occultam, & cum illa fornicaret, vnde ad elucidationem omnium supradictorum, non deseram hic apponere verba Patris Dicastilli, qui de Sacramen. tomo secundo, tract. octauo, disput. nona, dub. octauo, numero 718. sic ait: Dubitare quis posset circa hanc circumstantiam, quomodo id de quo agit Sanchez libro secundo, moral. capite 40. numero 28. & ante ipsum Azor, & alij referendi. An scilicet peccatum admissum gestando reliquias sanctas in collo aut aliam imaginem, si id peccatum aliquo non sit directè contra cultum eis debitum, sit peccatum explicandum in confessione. Eandem questionem tractant alij in particulari casu exercendi actum venereum ea liplana gestando.

In hac re Philarchus de officio Sacerdotis tomo 1. parte 2. libro 3. caput. 9. ad finem, affirmare videtur. Sanchez verò citatus vniuersim videtur negare, & in eandem sententiam refert Azorium tomo 1. lib. 9. capite 8. questione 7. quamuis enim de quibusdam peccatis loquatur Azor. verbi gratia peierandi, furandi, detrahendi, maledicendi, &c. & non vtiatur exemplo fornicationis, idem putat Sanchez illum sensisse in hoc. Cum Sanchez consentit Fagundez in primo præcepto Ecclesie numero 1. capite 4. n. 13. Diana etiam qui tum part. 1. tract. 7. de circumstantiis aggrauantibus, tum part. 3. tract. 4. resol. 67. vbi in §. in resol. addit etiam Syluium secunda secunda ad question. 154. articulo. decimo in fine, duo in hac re possumus quærere, primò an sit irreuerentia, deinde an sit grauis, & explicanda in confessione, mihi in hac videtur distinguendum inter actiones, quæ peccata sunt, ita vt quædam in prudenti hominum æstimatione videantur afferre secum irreuerentiam, si exerceantur à gestante secum aliquid sacrum: quædam verò non ita, ideo meritò Azor in prædictis peccatis posuit exemplum, & non in fornicatione; licet questionem generaliter mouerit. Exercere ergo actum turpem cum meretricæ non videtur posse negari esse aliquam irreuerentiam, si quis simul habeat secum Sanctorum Reliquias. Sed Cardinali Lugoni non videtur irreuerentia tanta vt sit mortalis, adeoque debeat explicari in confessione, quod mihi quoque videtur probabile (præsertim cum non

non sit lex Ecclesiastica, quod id constituit in materia reuerentiæ erga reliquias Sacras) Idem cum Azorio sentio (in quo à fortiori consentit Sanchez) non esse irreuerentiam reliquiarum si quis eas gesserit, tum ex ira maledicere alicui, aut tunc furari, &c. esse tamen (vt sentit Lugo) irreuerentiam aliquam tunc fornicari, nisi forte inaduerentia, aut ignorantia ab omni culpa excuset, tales enim actus, & similes in prudenti æstimatione continent indecentiam, licet, vt dicebam, non mortalem. Posset tamen tanta esse sanctitas eius, quod gestatur, & aded crescere inde irreuerentia in tali actu, sub ea circumstantia, vt meritò censetur grauius; Idem meritò dixit idem Cardinalis disput. illa 16. numero 513. Loquens de Sacerdote, qui secum portans Eucharistiam tale peccatum committeret. Ego sanè non excusarem à peccato graui contra Religionem, cui doctrinæ omnino subscrito. Addit tamen non esse eandem rationem de quolibet alio peccato mortali, verbi gratia detractione, contumelia, &c. Quamuis & in hoc ego non possum non videre magnam irreuerentiam, si quis Sacerdos portans secum pro ægroto venerabile (etiam secretò & in aliquibus locis iustus de causis sit) interim diuerteret, & in conuersatione effatiret detractiones, contumelias, periuria, aut etiam minus honestis, & decentibus ludis, Alexæ, Chartifoliorum, & similibus vacaret. Verùm hæc omnia prudentis æstimatoris iudicio videntur relinquenda. In quo mihi nulla occurrit regula generalis ad id discernendum. Hucusque Dicastillus.

Et omnia superius dicta ego puto non solum procedere quando quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueret se ipsum, militat eadem ratio, nempe irreuerentia nimis magna. Ergo, &c.

Imo ego puto idem dicendum esse, si Parochus dum iret cum Sacro Oleo ad ministrandum Sacramentum extremæ vnctionis infirmo, in itinere cum illo rem haberet cum muliere.

An si quis statim post communionem fornicetur, teneatur hanc circumstantiam in confessione, aperire?

RESOLVT. LIX.

Affirmatiuè respondet Cardinalis Lugo. Idem cum ipso docet non tamen ex eius principiis Dicastillus de Sacramen. tom. 2. r. 8. disput. dub. 8. num. 731. vbi sic ait; Et quidem si verum esset, quod aliqui dicebant nempe in die, qua acceptata est Eucharistia peccatum commissum habere malitiam specialem explicandam in confessione, sequeretur Sacerdotes quotidie celebrantes frequentissimè debere explicare circumstantiam Missæ illa die celebratæ, quod videtur difficile, vt notauit Eminentissimus Lugo num. 523.

Non tamen desunt, vt videte est apud eundem num. 524. qui putent aliquod peccatum ratione temporis Sacri contrahere malitiam grauem nouam necessariò explicandam; cuius rei exempla adhibentur, Primum si die Patafceues, aliquis vellet ludos publicos, comædias, & ludica spectacula & similia exhibere, sicut in diebus Bacchanaliorum, quam putant grauiusam irreuerentiam contra Sacratissimum diem Passionis Christi Domini. Hoc exemplum ego non negauerim continere graue

peccatum; & in hoc assentior eidem Cardinali. Sed non possum in primis non videre eam esse circumstantiam alterius peccati per se loquendo (de circumstantiis verò nunc disputamus) sed esse primum peccatum ex se; si actus ipsi per se non sunt lege prohibiti: tunc enim explicare illud peccatum non esset explicare circumstantiam alterius peccati, sed primariam peccati materiam, in quo ipsemet Cardinalis consentire debet, & cum illo notauimus supra in simili, tum num. 644. tum num. 666. paulò ante finem.

Deinde non possum non videre illas actiones non esse contra aliquam prohibitionem Ecclesiæ; aut humanam, neque esse circumstantias ea lege prohibitas; sed ex natura rei resultare quod dissonet rationi, & quod censetur res fati impia, eò ipso quod Ecclesia & fideles tunc colunt Christi passionem, vt in simili dicebamus supra, agentes de peccatis quibusdam in loco Sacro, etiam si non essent prohibiti speciali lege. Vide quæ ea de re diximus supra à numero 652. sed præsertim numero 655. potuisset quidem Ecclesia tunc non colere Passionem eo modo: Supposito verò quod colat eo modo, non potest apud prudentem æstimationem non cènseri res illa grauis irreuerentia, sed hoc non est propriè loquendo contra aliquam dei sacrationem, quæ nulla est, iuxta dicta numero 725. vbi assignabimus disparitatem inter locum & tempus.

Hoc ipsum cernere licet in secundo exemplo eius, qui ab ipso altari, in quo celebrauit, immediatè iret ad fornicationem, quam meritò putat Cardinalis grauiusam irreuerentiam, sed non video quod sit propriè irreuerentia sanctitatis diei, sed quia ex natura rei prudenti æstimationi videtur grauis irreuerentia tanti Sacrificij & Sacramenti, itaque non Sanctitatem aliquam diei violat, sed Sacramento irreuerentiam censetur inferre. Quod etiam satis declarat exemplum quod affert de sollicitante Sacerdote penitentem ad turpia proximè post confessionem, quam Sacerdotem cogit legitimus iudex adiurare, vel de vehementi, vel de leui (provt res, & circumstantiæ postulant) propter suspicionem, quam secum affert eiusmodi scelus, sed hoc non pertinet ad sanctitatem temporis, aut diei; sed ad ad honorem Sacramenti, & ad præcauendum damnum, quod prouenire posset, si eiusmodi malum impunè serpat, solumque propinquitas aut simultas temporis, (sicut etiam loci deputati ad confessionem, vel simulationis qua simulat quis se audire confessionem) seruit ad notandam & suspicandam irreuerentiam, vel minus synceram fidem sic peccantis absque vlla irreuerentia illata temporis aut loco tanquam rebus sacratis, cum possit esse locus sine vlla consecratione, sicut & tempus. Hucusque Dicastillus.

Itaque vel secundum principia Cardinalis Lugo, vel Dicastilli, dicendum est, si quis fornicaret statim post Eucharistiam sumptam, debere in confessione hanc irreuerentiam explicare: Et ita etiam præter Doctores citatos tenet Martinus de San Ioseph in mon. confess. 1. l. 1. r. 14. de Pœnit. num. 7. vbi sic ait, No ay obligacion de confessar la circunstancia de que se cometio el pecado en dia de Fiesta, porque esto ni muda especie, ni agrava notablemente dentro de la propria especie, porque en la fiesta no se prohibe la obra seruil espiritual. Y lo mismo es quando se comete el pecado, aunque sea carnal, en lueves, o Viernes Santo, o en el dia en

que se confesso, d' comulgo; saluo si en acabando de comulgar conocie se carnalmente la amiga, d' hizi- esse comedia el dia del Virenes Santo, que en casos semejantes se peccata grauissimamente contra la virtud de la Religion. Assi lo siento. Ita ille.

An qui occidit Petrum, putans & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit fuisse Petrum?

RESOLVT. LX.

Affirmatiue videtur respondendum, nam videtur confiteri illum quod fecit: Significat enim aliam actionem distinctam ab ea, quam exercuit. Nihilominus in genere moris non est alia actio; semper enim in confessione censetur confiteri actionem quam putabat esse occasionem Pauli; Ideo si confiteatur dicens occidi hominem, & nihil aliud, quando ex alio capite non confurgit alia obligatio (quod per accidens est) satisfacit; vel si dicat, occidi quem putabam esse Paulum, etiam si postea deprehendit esse Petrum, verè confessus est quod fecit: confessus est enim homicidium, quod putabat esse Pauli, quod verificatur etiam in homicidio Petri: de illo enim homicidio Petri probat esse Pauli, & tale homicidium confessus est. Quod si forè, quando confitebatur dixit occidi Paulum; adhuc existimo sufficere eam confessionem, nec postea deprehendens fuisse Petrum, debere iterum confiteri, quia reuera confessus est peccatum mortale quod fecit: quotiescumque enim quis confitetur peccatum, confitetur illud prout erat in conscientia sua probabili; tunc autem quando occidit erat in sua conscientia probabili ut supponimus, quod ea actio esset occisio Pauli, & non petri, & in morali estimatione idem est dicere occidi Paulum, atque dicere occidi quem putabam esse Paulum, seu eum, qui meo iudicio tunc erat Paulus: siue enim reuera fuisset, siue non fuisset Paulus, pro malitia morali, & materia confessionis (etiam comparatione actionis externæ, ut prouenientis à voluntate interna) nihil refert. Et hæc omnia docet Dicastillus de Sacramentis tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 8. n. 715.

Sed hic queri potest, an qui violauit ieiunium, quod putabat esse sub obligatione, cum tamen reuera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel fati sit, si dicat, violauit ieiunium.

Negat Sanchez l. 1. in decalog. cap. 11. num. 5. cum Salas, Valentia & Sayro à se relatis contra Adrianum in 4. q. 4. de confessione qui dixit, peccatum contra conscientiam erroneam esse speciale, & explicandum in confessione, cuius contrarium ab inconuenienti probant: quia sequeretur peccata, etiam quando conscientia non erat, duas semper malitias habere, alteram quidem contra eam virtutem, cui actus apponitur, alteram contra conscientiam. Vnde infertur potius esse dicendum peccatum contra conscientiam habere idem obiectum in specie, quod haberet, si vera esset obligatio; ideoque putant eum, qui non haberet ætatem requisitam, ut obligetur lege ieiunij, si est errore putat se teneri, peccare peccato eiusdem speciei cum eo, quo peccaret si verè teneretur: quæ doctrina mihi etiam placet, approbare videtur Cardinal. Lugo, dum à se relatum non reprobatur disputatio, illa 16. num. 498.

Addo tamen (id quod generale est pro alijs casib;

bus) aliquando debere explicari fuisse errorem, siue propter censuram, siue propter aliam obligationem, quæ non incurritur, nisi quando non erratur: sic si esset peccatum ab aliquo contra iustitiam, ex conscientia erronea, accipiendo furtiuè rem, quam putabat esse alienam, v.g. Ecclesiæ, & reuera esset accipientis, etiam si esset lata censura pro furto facta ex Ecclesiâ; & iterum censura pro non restituente, aut pro non reuelante, etiam si ea peccata coram Deo essent eiusdem speciei cum iis, quæ fierent ex conscientia vera; tamen neque incurrit censuram, nec obligationem restituendi, aut reuelandi; ideoque nec confessarius debet ab ea censura absolueri, nec cogere ad restituendum, vel negare absolutionem, nisi restituat, aut paratus sit restituere, cum prædicta requirant peccatum verè ex vera conscientia commissum. Item; debet explicari, quando, si non explicet penitens; existimant confessarius illud non fuisse peccatum, ut, si quis confiteatur se non audiuisset Sacrum in die Iouis maioris hebdomadæ, quod cum non sit peccatum, seclusa conscientia erronea, putabit confessarius non dici ut peccatum mortale; sed, aliqualem imperfectiorem. Item de ieiunio in vigilia Epiphaniæ, & similibus. Item si puer minoris ætatis se accuset quod in Parasceue non ieiunauerit. Ita Dicastillus supra n. 705.

Sed circa præsentem difficultatem vide me ipsum alibi, & me citato Leandrum de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 8. §. 7. quæst. 17. ubi firmat sufficere in casu proposito, si penitens in confessione se accuset, & dicat; violauit ieiunium, quia idem in specie peccatum commisit, ac si vera esset obligatio ieiunandi. Vnde puer qui falsè putat se teneri ad ieiunium, & non ieiunat, committit peccatum eiusdem speciei cum eo, quod committit adolescens obligatus ad ieiunandum.

Vnde mihi non placent ea quæ asserit Salas l. 2. tom. 1. tr. 8. disp. unica sect. 3. num. 28. in fin. ubi ait; Cum quis rem licitam egit, putans esse illicitam, ut, si occidit fera, putans esse hominem, debet errorem exprimere; alioqui non intelligeretur malitia actus externi, quia occisio ferè mala non est.

Verum, ut dixi, ego absolute sentio, quando peccatur cum conscientia erronea, non esse speciale peccatum, & ideo satis esse fateri præcepti violationem, quam conscientia errans dictabat, non declarando fuisse contra conscientiam erroneam. Ideo docet Cardin. Lugo de penit. disp. 16. nu. 503. cum sequentibus; & Fagundez de præceptis Ecclesiæ l. 2. cap. 5. numero 14. qui, sicut, & Henriquez supra ait in prædicto casu furti, v.g. sufficienter explicari peccatum, si quis dicat; fieri furtum, dum rapui id quod putabam esse alienum, quibus verbis explicat se habuisse conscientiam peccati non tamen significat an illa conscientia fuerit vera, vel erronea. Atque hunc modum explicandi meritò approbat idem Cardinalis supra nu. 500. imò addit non esse dubium quin sufficiat similem modum confitendi, addit ipse postea n. 503. si dicat; Feci hoc vel illud, putans me facere contra præceptum, vel contra obligationem grauem. Qua ratione verè explicat, quod fecit, nec se exponit periculo dicendi peccatum quod non fecit, quod totum mihi placet, ut placuit etiam Dicastillo loc. citat.

De quibusdam dubiis circa Iubilæum anni Sancti?

RESOLVT. LXI.

TRIA dubia sentio agitanda esse in Congregatione faciendâ. Primum, an per Bullam Iubilæi huius Anni Sancti tollantur Indulgentiæ plenariæ pro mortuis. Secundum, an tollantur indulgentiæ plenariæ concessæ pro articulo mortis. Tertium, an tollantur indulgentiæ plenariæ Ecclesiæ Urbis Romæ.

Et ad primum, prima facie videtur affirmatiue respondendum, ex regula, quod expressio generis operatur expressionem omnium specierum: Sed in Bulla Iubilæi suspenduntur omnes, & singulæ indulgentiæ; ergo etiam, & hæc pro defunctis; quæ, ut negari non potest, est species indulgentiæ.

Sed negatiuæ sententiæ communiter adherent Doctores. Vnde Martinus Carrillo, in explicatione Bullæ defunctorum par. 2. cap. 9. nu. 9. sic asserit: Las indulgentias concedidas à las animas de Purgatorio, no se suspenden por suspensiones generales, como por la suspension de Año Santo, en el qual suspenden qualesquier indulgentias, y porque la razon que su Santidad tiene para suspender las indulgentias en semejante tiempo, es, para que todos los fieles con mas desseo y disposicion vayan à Roma à visitar los santos lugares, y alli con mayor deuocion ganen el Santo Iubileo: la qual razon cessa en las animas de Purgatorio. Ita ille. Et sic interrogatur Clementem Octauum respondisse testatur Rodriquez de Iubilæo cap. 3. num. 4. & Vrbani VIII. testatur Bonacina de Sacrament. disp. 6. punct. 8. num. 2. Probatur hæc opinio; quia in Bulla Iubilæi non suspenduntur Indulgentiæ absolute, & simpliciter sed ob illam causam, ne Christi fideles occasione aliarum indulgentiarum intermitterent suscipere peregrinationem ad Urbem pro visitandis Ecclesiis ibi deputatis, quæ causa finalis, quoad mortuos cessat. Præterea, cum huiusmodi indulgentiarum suspensio sit exorbitans à iure communi, non debet extendi de alio in aliud, saltè ubi non est eadem ratio: ergo hæc indulgentiarum suspensio, quoad viuentes, ex iurata ratione facta, scilicet, ut ipsi Christi fideles viuentes vno spiritu fidei, & Religionis, quo maiori fieri poterit concursu Romæ conueniant pro Iubilæo consequendo, non debet extendi ad indulgentias etiam quoad defunctos, in quibus nullo modo militare potest eadem ratio. Vnde ex rationibus adductis patet, quod conclusio à nobis superius fundata procedit non solum in indulgentiis pro defunctis tantum concessis, sed etiam de his, quæ viuis conceduntur cum facultate ut applicentur defunctis: nam quoad hanc responsionem eadem est virtusque indulgentiæ ratio, non in quantum viuis concessæ, sed in quantum pro defunctis applicandæ; & idè applicatio indulgentiarum per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in eorum indulgentiis, idem est, ac concessio pro defunctis: Quod ex Cardinali Lugo probatur Quintanaduénas in Appen. ad Iubil. tract. 8. quæstion. 14. num. 4. & idè nostram sententiam negatiuam circa præsens dubium, præter Quintanaduénas, & Carillum citatos, mordicus tenent

Trullench. in Bullam Cruciatæ, lib. 1. §. 9. dubit. 4. numero tertio, Layman libro 5. tract. 7. capit. vltim. numero primo, Lauorius de Iubil. part. 1. capit. 10. numero 16. Lezana in Summa tomo 3. verb. Iubilæum numero 5. Bossius discept. 3. dub. 1. num. 13. Aluicius de Iubilæo cap. 4. numero 29. Rota tract. de Animab. Purgat. capit. 14. Rodriquez de Iubil. capit. 3. numer. 4. Sacchettus de Iubil. capit. 9. dub. 18. Caltrus Palaus tom. 4. tr. 24. punct. 12. num. 7. Peyrinus tom. 1. priuileg. Constit. 7. Leonis X. n. 4. & alij. Nec vrger argumentum contrarium in principio positum: nam tunc expressio generis denotat expressionem specierum, quando militat eadem ratio: sed in nostro casu non militat eadem ratio indulgentiæ pro viuis, & pro defunctis: ergo. Sed relinquamus mortuos, & subueniamus moribundis, idèd.

Ad secundum dubium Respondeo, Quintanaduénas in Appen. Iubil. tract. octauo, dub. 16. numer. 5. Bossium in discept. 3. dub. tertio, numero 20. Layman lib. quinto, tractat. septimo, capit. octauo, numer. tertio, & Fragolum de Republica, tomo secundo, libro. 2. disp. quinta, §. 1. numer. 14. Fabrinum de Iubilæo cap. 21. Graffium lib. 2. capit. 8. numero 4. Nauarrum de Iubil. not. 28. numero sexto. Faustum ubi infra, Benzonium de Iubil. libro 4. capite 8. numero 3. docere, per Bullam Iubilæi Anni Sancti suspensas etiam remanere indulgentias plenarias concessas existentibus in articulo mortis, quia in Bulla dicitur, suspendimus omnes, & singulas indulgentias concessas vniuersalitatibus, &c. personis, &c. coronis; &c. quæ verba sunt generalia apta comprehendere etiam indulgentias quo ad viuos pro articulo mortis concessas: ergo de facto comprehendunt, ex regula 80. Quod in toto non est dubium, partem comprehendit de regul. iur. in sexto, & ita hanc sententiam præter Doctores citatos sustinet in terminis Bullæ Sanctissimi D. N. Sacchettus in Summar. de Iubilæo c. 9. num. 19. Nec obstat quod hi non possint Romam ire, & videatur cessare ratio legis; hoc enim vim non habet quando legislator suam explicat mentem, ut in præsentem, exprimendo personas impeditas. Tum quia huius legis, vel suspensionis finis est non solum ut maiori cum frequentia celebraretur hoc Iubilæum, sed etiam ut omnes admonerentur se pendere à Romana Ecclesiâ, ut constat ex Bulla indicationis Iubilæi. Vnde licet prima ratio in impeditis deficiat, non verò secunda: lex enim si duplici nititur ratione, quamuis vna deficiat, sustinetur tamen decisio propter alteram, ut ex §. Affinitatis, institut. de nuptiis probat Vallascus conf. 6. num. 6. verum his non obstantibus, negatiuam sententiam tenet Pater Magister Lezana in Summa, tom. 3. verb. Iubilæum nu. 5. Zambellus in Repertorio morali verb. Iubilæum n. 7. Faustus de Iubilæo lib. 3. qu. 85. Peyrinus to. 2. priuileg. Constit. 8. Pauli V. §. 19. num. 10. Quartus Tractat. de Iubil. capit. 3. punct. 1. dub. 3. & ita declarasse Vrbani VIII. & eius declarationem Romæ publicasse dominum Coccinum, tunc Pœnitentiariæ Vicegerentem, testatur Alphonus Leone de Iubil. part. 1. num. 242. & ex Bonacina, Sacchettus de Iubilæo cap. 9. dub. 19. probatur hæc opinio: nam quæ speciali nota digna sunt, ut suspensio indulgentiarum tempore mortis, non censentur tacite esse sublata; & ideo Xystus IV. in Extrauag. Quæ admodum de penit. & remissionibus expressè reuocauit indulgentias pro articulo mortis; ergo cum Xystus IV. in sua Bulla id expressit, cæteri autem Pontifices, & qui hodie feliciter regnat Sanctissimus D. N. Innocentius nequaquam illas

non esse suspensas dicendum omnino videtur; argumento Textus in leg. item apud Labeonem, §. ait Praetor, ff. de iuribus; ubi à contrario sensu probatur, quod tacite non censentur ademptae; quae specialiter digna sunt nota: & ex regula iuris, quod expressa nocent, non autem, quae non sunt expressa. Vnde ex his Nouarius in *Lucerna Regularium verb. indulgentia num. 3.* Peyrinus *tom. 2. privileg. Constit. 8. Pauli V. num. 10.* Lezana in *summa t. 1. c. 3. num. 19.* docent, per generalem reuocationem indulgentiarum à Paulo Quinto, circa Regulares factam, non fuisse sublatam indulgentiam, concessam Regularibus in articulo mortis tanquam speciali nota dignam.

Et quidem si Sacra Concilia, & Summi Pontifices sunt ad eum munifici, & liberales cum existentibus in articulo mortis, ut eis praebuerint facultatem, ut possint absolui à quocumque Sacerdote etiam non approbato ab Ordinario, etiam suspensio, excommunicatio, Haereticus, Schismaticus, ab omnibus censuris, casibus, &c. quo pacto certe praesumendum est, ut postea deleta iam culpa, velint (non obstante indulgentia pro illo articulo eis antea benignè, concessa quod in Purgatorio remaneant ad luendam poenam per multorum annorum curricula. Non est equidem de pia mente Pontificis existimandum, sed potius dicendum velle, & quoad culpam vigore confessarij, & quoad poenam, vigore indulgentiae motibundis aperire Thesaurus suae liberalitatis, & beneficentiae, & sic in Anno Iubilaei in illis clausulis generalibus Bullarum non suspendere, neque includere indulgentias plenarias pro illo articulo mortis concessas; ut expressè declarauit Urbanus VIII. in suo Iubilaeo Anno 1625. ut praeter Leonem, & Sacchetti testantur etiam Peyrinus Zambellus, & Quartus, ubi supra cum Bonacina de *Sacr. disp. 6. qu. 1. pun. 8. nu. 2.* & ex superius dictis patet responsio ad argumenta contrariae sententiae.

Et tandem ad tertium dubium, Respondeo Franciscum Rodriguez de *Iubil. cap. 3. numer. 2.* asserere, per Bullam Iubilaei videri sublatas omnes indulgentias plenarias, tam extra, quam in Vrbe. Sed communiter contrarium docent Doctores: Et ratio est, quia non militat in istis Ecclesiis ratio suspensionis indulgentiarum, scilicet, ne quis retrahatur à peregrinatione Romana. Et quidem cum legis mens, & finis attendendi potius sint, quam verba, ex leg. *scire ff. de legibus, leg. non aliter, de legat. finis autem, & mens huius suspensionis sint, quod omnes extra urbem degentes omnibus indulgentiis priuati Romam confluant, minimè credendum est, Pontificem indulgentias obtinendas in Vrbe Romana suspendere hoc anno; praesertim cum magis alliciantur fideles Romam accedere pro his insuper consequendis simul cum Iubilaeo. Adde quod cum tot laboribus, ac expensarum incommodis Peregrinis, & externis constet Romam accedere, par est, ut non solum Iubilaei huius indulgentiam, sed etiam omnes alias, quas habent aliae Basilicae, & in Stationibus aliisque viis lucrari solent, & possunt, si non esset Annus Iubilaei, lucrarentur: aliter deterioris esset conditionis hic annus, etiam pro aduentibus Romam, quam alij: nam quidem, si per Annum Iubilaei remaneret suspensio indulgentiae Romanae, Peregrinus qui Romam petit ad lucrandam indulgentiam Anni Sancti, esset peioris conditionis, hoc anno, quam si aliis annis Romam peteret, nam in aliis annis in-*

ueniret infinitas indulgentias plenarias, quas recipere posset; sed in hoc Anno Iubilaei vnam tantum, vel saltem pauciores; quod quidem asserere nimis durum videtur. Et haec omnia ex rationibus superius dictis, non solum procedunt quoad indulgentias, quae sunt concessae in omnibus Ecclesiis, Basilicis, Oratorijs, & alijs locis pijs intra Romae muros contentis: sed, ut innuit Nauarrus *notab. 3. num. 4.* quae in Suburbis, Vicis, Pagis, Praedijs & alijs Romae subiacentibus, & quae sub vrbis appellatione comprehenduntur, nam in his etiam Ecclesiis non militat ratio suspensionis facta pro tempore Anni Sancti; vnde indulgentiae Sancti Sebastiani, Sancti Laurentij, &c. non sunt per Bullam Anni Iubilaei suspensae. Nec obstat dicere, quod in Bulla suspenduntur indulgentiae, *vbicunq; locorum, & gentium*, dictiones enim supradictae idem sonant, ac *vbicunq; ubique*, seu quolibet in loco, est vniuersalis, & omnia loca comprehendit, *ubi in capit. ad honorem, de usu Pallij* notant Tuschus *tom. 2. lit. D. concl. 3. quae. 1.* Vulpellus *dict. vbi. fol. 126.* ergo Romam non excludit: ergo in ea suspenduntur Indulgentiae. Respondeo, distinguendo; Bullam Iubilaei suspendere Indulgentias vbicumque locorum, concedo: suspendere Indulgentias vbicumque locorum in Vrbe, nego. Et ratio disparitatis desumitur ex ipsa Bulla, quia in locis extra Urbem militat ratio finalis, cui suspendantur Indulgentiae à Pontifice; in locis vero existentibus in Vrbe, non solum non militat, sed deficit dicta ratio finalis suspensionis Indulgentiarum, quia iam Peregrini Romam petierunt: ergo, &c. Dicendum est igitur, quod illa conclusa vbicumque locorum, ratione huius Indulti Pontificij, restricta est ad omnia loca, scilicet, extra Romam; in qua solemnior fiet celebratio Iubilaei, si non solum ipsum, sed aliae omnes Indulgentiae ab incolis, & exteris obtineantur. Et ideo hanc negatiuam sententiam, nempe Indulgentias plenarias Romanas non esse per Bullam Iubilaei sublatas, declarauit Gregorius XIII. ut testatur Quintana *duenas in Append. Iubil. tract. 8. dub. 11. numero 3.* & Rodriguez de *Iubil. cap. 3. numer. 2.* & patet etiam ex Bullis Iubilaei Sixti IV., & Iulij III. ut testatur Sanctarellus de *Iubilaeo cap. 5. dub. 7.* & ita declarasse Urbanum VIII. testatur Bonacina de *Sacr. Pœnit. disputatio. 6. quae. 1. punct. 8. numero 2.* & ita tenent communiter Doctores, ut Lezana in *summa tom. 3. verbo Iubilaeum numero 5.* qui citat Nauarrum, Gratianum, & Bossium, quibus ego addo Quintana *duenam loco citato, Filliucium, tom. 1. tract. 8. cap. 10. numero 251.* Castrum Palaum *tom. 4. tr. 2. 4. punct. 12. numero 7.* Lauorium de *Iubilaeo, part. 1. capit. 10. numero 12.* Leonem de *Iubilaeo, part. 1. quae. 6. num. 228.* Fabrinum de *Iubilaeo, cap. 2. 1.* Pollachum de *Iubilaeo, sect. 43. numero 32.* Benzoniium de *Iubilaeo libro 4. capite 8. dub. 9.* Quartum, de *Iubilaeo, cap. 3. punct. 1. dub. 4.* Faustum de *Iubilaeo libro 3. quae. 87.* Zerolam *iu praxi Episc. part. 2. verb. Annus Sanctus quae. 4.* Fragoium de *Repubblica Christiana tom. 2. l. 2. disp. 5. §. 1. numero 14.* Layman in *theol. mor. lib. 5. tr. 7. cap. 8. num. 1. & 2.* cum alijs.

An Episcopus possit praeberere licentiam legendi libros qui prohibiti sunt donec corrigantur, non obstante Bulla Gregorij XV. & Urbani VIII?

RESOLVT. LXII.

Causa est practica, & à paucis pertractata: Et affirmatiuam sententiam inuenio in Decisionibus Mutinensibus, quarum auctor fuit Pater Raphael Castellus Societatis Iesu *lib. 1. qu. 13.* ubi sic habetur; Stante decreto Gregorij XV. de licentijs librorum prohibitorum reuocatis an Episcopi, & Inquisitores possint aliquam licentiam dare?

Videtur dicendum posse licentiam dare librorum corrigendorum, cum in Decreto Gregorij XV. sit sermo de libris prohibitis, & sic in absoluto, & stricto suo significatu, scilicet quod sint simpliciter prohibiti.

Et facit Homobonus *tr. 11. qu. 15. res. 4. versus finem*: ubi ait; Aduertendum est etiam, non obstante Sanctione praedicta à doctis, integræque fidei viris ex vrbe referri, libros qui non sunt haereticorum, nec de haeresi tractant, neque contra fidem falsa vel suspecta dogmata continent; aliqua tamen alia ex causa prohibitis esse, posse viris dignis ab Episcopo, vel inquisitore permitti, qui quidem gratis, & scripto sua manu subscripto tribuent, & de triennio in triennium facultatem renouabunt, iuxta §. 2. Indicis librorum. At in foro conscientiae illam licentiam ore tenus habere, sufficere videtur per ea, quae tradit Gambac. de *casibus reseruat. capite 3. numero 25.* Hucusque Decis. illa Mutinen.

Sed hanc sententiam ego non approbo; Primum quia verba Pontificis in Bulla absoluta & generalia sunt, & ubi lex generaliter loquitur, generaliter intelligenda est, ut patet in leg. *de pretio de publ. in rem. ad. l. in fraudem §. vlt. ff. de restam. mil. l. 1. §. generaliter ff. de legat. praest. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. l. in fin. ubi Angelus C. de dotis promiss. cap. solita §. fin. de maiorit. & obed. & obseruat Narbona de appellatione à Vicario ad Episcopum p. 1. nu. 27. Marcus Antoninus *variar. res. l. 3. res. 18. n. 3.* & alij. Et ideo ubi lex non distinguit, nec eos distinguere debemus, ut patet ex *l. non distinguimus, ff. de recept. arbitr. l. Praes. ff. de offic. Praesidis, l. 2. §. conuenire, ff. de indic. l. quos prohibet, ff. de postulando, l. 1. §. generaliter, ubi Gloss. verb. in infinitum, ff. de legat. praest. & docet Surdus *conf. 51. num. 7.* Escobar de *Ratiocinijs cap. 18. num. 42.* Ioseph Aldrete de *religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 28. nu. 11.* Sousa in *Bull. Cœnae, c. 2. disp. 8. n. 1.* & alij.**

Probatu secundo nostra sententia, quia, ut asserunt Doctores, obseruantia subsequens declarat verba legis, vnde statuta è praxi, & obseruantia ipsorum, atque ita pro vt retro practicata, & obseruata fuerunt, interpretanda, vel restringenda vel extendenda veniunt, Guid. Papæ *decisio Gratianopolit. 30. n. 1. & 2.* Heigius *qu. 17. num. 44. lib. 2.* Carol. de Grassis *de except. ad mater. statutor. except. 3. n. 13.* Aymo Crauetta *consil. 735. numero 14. part. 4.* Tibertius Decianus *respons. 32. nu. 17. vol. 2.* Hartmannus Pistoris *qu. 16. n. 11. num. 18. lib. 1.* Sic enim de legibus in *l. 37. ff. de legib. pro regula traditur; Si de interpretatione legis quaeratur in primis inspicien-*

dum esse, quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus vsu fuerit, cum optima legum interpretatio sit consuetudo. Ita quoque idem ad statuta transferendum & accommodandum erit. Vtique adeo, ut interpretatio statutorum è consuetudine, praxi & obseruantia desumi debeat, etiam si proprietates verborum statuti pugnet, Ioan. de Amicis *conf. 42. n. 16. & 17.* Ernest. Corthmann. *resp. 48. num. 24. vol. 4.* Alderan. Mascard. de *general. statutor. interpretat. concl. 2. num. 156.*

Sed in nostro casu consuetudo & obseruantia subsequens interpretata est verba Bullae felicis memoriae Urbani VIII. non solum includere libros absolute prohibitos, sed etiam prohibitos donec corrigantur. Ergo, &c. Minor patet ex praxi & stylo tribunalis Sanctae Inquisitionis, quod ipsum solum praebet licentiam legendi libros prohibitos donec corrigantur: nec aliquis Episcopus ausus est post Bullam Urbani & Gregorij XV. talem licentiam praebere. Ergo, &c. Vnde me citato hanc sententiam tenet nouissime Ignatius Lupus de *edit. S. Inquisitionis p. 4. l. 25. dist. 7. art. 2. diff. 1.* ubi sic ait; Notandum itaque Gregorium XV. edidisse Constitutionem (incipit; *Apostolatus*, cui concordat item constit. Urbani VIII. eodemque modo incipit) in quibus omnes, & quascunque licentias legendi, atque habendi libros quomodolibet prohibitos omnino reuocant. Simulque praecipit, ut infra duorum mensium spatium: ij qui huiusmodi libros habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem deferant, qui illos quanto citius comburere debet; quae sane constitutio obligat etiam ad denunciationem detinentium dictos libros: & admittit facultatem concedendi licentiam, nisi à Congregatione S. Off. Romae concedatur.

Verum non obstante constitutione praedicta à viris doctis, integræque fidei ex vrbe, vt refert Homobon. de *Examine Ecclesiastico t. 2. tr. 11. q. 15. ubi 4. 9. res. circa fin.* habetur, libros, qui non sunt haereticorum, nec de haeresi, neque falsis dogmatibus contra fidem: aliqua tamen alia ex causa prohibitos, posse viris dignis ab Episcopo, vel Inquisitore permitti; qui quidem gratis, & manu sua (scripto subscripto) tribuent, & de triennio in triennium facultatem renouabunt iuxta Indicem librorum prohibitorum, ubi de instructione eorum, qui libris tum prohibendis tum expurgandis daturi sunt operam §. 2. incipit, *Si qui erunt*: Hæc autem licentia deseruiet pro foro exteriori: At pro foro interiori conscientiae facultas ore tenus habita sufficere videtur per ea quae tradit Gambarupta de *casibus reseruat. cas. 3. num. 21.* Hæc ita paulo prius practicabantur: hodie autem hanc facultatem concedit solum Sac. Congreg. ex Constitutione Urbani VIII. incipit eodem modo quo illa Gregorij XV. videlicet *Apostolatus noster, &c.* Hactenus Lupus. Vnde caueant Episcopi sententiam affirmatiuam in praxim deducere.

Nota etiam hic Marchantium in *Tribun. Sacr. to. 2. tract. 2. tit. 2. disp. 4. dub. 5.* docere, libros non absolute prohibitos, sed cum clausula *donec expurgentur*, posse retineri, donec opportunè eorū correctio aut expunctio sit indulta, quod ego approbo, si diligentia moraliter adhibeatur pro licentia obtinenda: nam si non adhibeatur, vel adhibita denegata fuerit, erunt dicti libri Inquisitoribus consignandi, nec possunt propria auctoritate comburere, vel leuare, ut patet ex constitutione dicti Gregorij XV.

Nota etiam, dictum Marchant. *vbi supra*. sic asserere, libros de hæresi suspectos, siue propter suspicionem hæreseos prohibitos; nisi suspicionem eluerint, non licere legere sub peccato mortali, nullam tamen lego excommunicationem latam, vbi sola est de hæresi suspicio. Suspicionem autem hæreseos incurrunt illi libri; qui continent propositiones hæresim sapientes, malè sonantes, temerarias, vel scandalosæ, ex quibus error nasci, aut inferri potest. Ita ille.

Sed Lupus *vbi supra de edit. 8. Inquisitionis p. 4. dist. 6. art. 3. diff. 1.* docet, Legentes libros ob hæresim, aut suspicionem ipsius prohibitos; non solum peccare mortaliter, sed in excommunicationem incidere, & esse Inquisitoribus denunciandos.

Sed hic obiter quæro dubium curiosum, an qui reneatur denunciare S. Officio, si sciat v. g. Titium legere, & retinere librum non ob hæresim, seu ex eius suspicione prohibitum, sed ob aliam causam, vt sunt rationes Antonij Perez, & alij libri similes. Et videtur negatiuè respondendum ex doctrina Cæsaris Carenæ p. 2. r. 10. §. 10. nu. 66. asserentis, vt ego alibi notauit, retinentes libros prohibitos contra bonos mores, & continent res lasciuas, non esse denunciandos. Et ita docet etiam Ignatius Lupus in *Edit. Inquis. p. 1. l. 2. §. dist. 8. art. 2. diff. vnic.* Et nouissimè Pater Bordonus in *Sacro Tribunali c. 14. qu. 38 nu. 78.* sic ait; Quæres an legens alios libros prohibitos, seu suspensos alia ex causa quam hæresis, aut eiusdem suspicionis incurrat excommunicationem, vel aliam pœnam? Exempli gratia, an sit excommunicatus legens librum prohibitum propter obscenitates, vt Ioannis Baptistæ Martini *lib. Adone*, eiusdem *gli Amori noturni 4. febr. 1627.* Item propter aliquas citationes falsas adductas nomine Sacræ Congregationis, vel propter alios fines, vt Augusti Barbolæ Remissiones super Tridentinum, & eiusdem Bullarium. Item ad evitandas discordias inter aliquos de iurisdictione, sic prohibentur aliqui libri cum nouis iuribus adiuuentis, ex quibus compacta pax facile dissolueretur, &c.

Respond. In his casibus nulla imposta est censura contra legentes huiusmodi libros, aut scripta prohibita, vt colligitur ex verbis subsequentiibus in dicto indice, ibi; *Qui vero libros alio nomine interdictionis legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum quo afficitur, iudicio Episcoporum, seu verè puniatur.* In edictis autem Inquisitorum non comprehenditur huiusmodi libri, quia, vt patet ex verbis relatis *sub q. 23.* comprehenduntur libri tractantes de hæresi, aut de illa suspecti, & non alij. Hucvique Bordonus.

Sed ego, vt verum fatear habeo magnam difficultatem circa doctrinam horum Doctorum, stante eo quod obseruat Seelles *de S. Officio r. 1. l. 1. c. 29. reg. 145. num. 214.* vbi sic ait. Dubium excitari posse videtur circa habentes legentes, &c. libros prohibitos ob aliam causam, præter hæresim, an ad iurisdictionem Inquisitorum pertineant. Ratio dubitandi insurgit ex Bulla sæpius adducta Pij V. *Dominici Gregis*, vbi quando hoc negotium ad Episcopos, seu Ordinarios spectet, & non ad Inquisitores, expressis verbis sic disponitur. *Qui autem, inquit, libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio fore se nouerit puniendum.* Atque idem habetur expressè in fine Regulæ X. Indicis, Nihilominus post dispositionem Bullæ Pij I V. &

Regulæ X. Indicis, prodit iussu S. Congregationis S. Officij Vrbs editum cum peculiari forma, quo Inquisitores præcipiunt sibi denunciari habentes, legentes, imprimentes, ac defendentes libros, non solum hæreticorum, aut ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, sed etiam quocunque modo, seu ob aliam causam prohibitos, vt transgressores pro qualitate delicti & personæ puniant. Ita ille. Vnde hoc stante opinio Carenæ & Bordonus non videtur amplectenda.

Certum tamen esse puto, quod qui assereret libros ex præscripto S. Inquisitionis prohibitos in conscientia retineri posse, quando libri non continent doctrinam contrariam fidei, aut Sacræ doctrinæ, vt asserit propositio scandolosa, & temeraria, à S. Officio grauius esset puniendus vt dixit P. Turrianus *select. d. p. 1. in censura propositionum cent. 4. dub. 17.* vbi addit talem assertorem esse S. Officio denunciandum. Et ita ego profus teneo.

An qui habuit rem cum matre, vel sorore, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

RESOLVT. LXIII.

Affirmatiuè respondet Fagundez in *decal. tom. 2. lib. 6. c. 6. num. 25.* vbi sic ait; Primò eos, qui committunt incestum in primo consanguinitatis gradu veluti cum matre, aut cum sorore, aut cum filia, aut filius cum matre, teneri hanc circumstantiam primi gradus consanguinitatis in vtraque linea recta, & transuersa in confessione explicare, quia est peccatum distinctum specie à reliquis omnibus gradibus, & non sufficit dicere; commisi incestum in gradu prohibito; sed opus est declarare, in primo gradu consanguinitatis; imò non sufficit dicere; commisi incestum in primo gradu consanguinitatis, sed opus est explicare lineam, in qua commissus fuit, rectam, vel transuersam; quia licet primus gradus consanguinitatis non distinguatur specie, si sit linea recta, à primo gradu consanguinitatis linea transuersa; habet tamen prius gradus consanguinitatis linea recta specialem deformitatem quæ notabiliter aggrauat peccatum: circumstantiæ autem notabiliter aggrauantes sunt de necessitate confessionis: nam parentes debent filiis bonam educationem, morum informationem, ac disciplinam, & filij parentibus naturalem subiectionem, & reuerentiam, & hæc ad iniuicem violantur, si ad iniuicem commisceantur: deinde frater debet sorori, & soror fratri naturalem quandam, ac mutuam fidelitatem, quæ etiam contra omne ius naturæ violatur ad iniuicem, si ad iniuicem nefariè copulentur, quare opus est etiam explicare primum hunc gradum consanguinitatis lineæ transuersæ, dicendo; peccavi in primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ.

Et rursus cum omnes gradus consanguinitatis specie distinguantur à gradibus affinitatis, opus est etiam declarare sitne incestus commissus in specie affinitatis, vel consanguinitatis. Deinde licet omnes huiusmodi consanguinitatis gradus (excepto primo) tam lineæ rectæ, quam transuersæ qui à reliquis specie distinguuntur, non distinguantur specie, si inter se comparentur, habent tamen circumstantias notabiliter aggrauantes, & minuentes, quæ necessariò sunt explicandæ: nam quamuis omnes consan-

consanguinitatis gradus lineæ rectæ sint contra eandem virtutem pietatis, & reuerentiæ, quam iure naturali filij, & filia parentibus, auis, & proavis, debent: & licet etiam omnes gradus lineæ transuersæ sint contra eandem virtutem fidelitatis, & custodia: qua fratres in sorores, & sorores in fratres astrunguntur, tamen hæc pietas & reuerentia graduum lineæ rectæ, & hæc fidelitas graduum lineæ transuersæ, est maior, aut minor, pro vt propinquiori, aut remotiori gradu coniunguntur; & sic quo propinquior est gradus in vtraque linea, eò grauior est circumstantia, & magis aggrauans; quare tenetur etiam incestuosus in confessione explicare gradum consanguinitatis, in quo incestum commisit, dicendo; peccavi in primo, secundo, tertio, vel quarto gradu consanguinitatis lineæ rectæ, vel transuersæ, vt patet. Et idem cum proportione quadam dicendum est de gradibus affinitatis. Ita Fagund. & alij.

Verum hanc sententiam quoad primam partem, non verò quoad aliam sustinet etiam Card. Lugo *de panis. disp. 16. sect. 3. n. 145.* vbi sic ait; Septimò obiici solet, quia in incestu explicari debet gradus consanguinitatis, & affinitatis, licet non afferant ij gradus diuersitatem specificam: ergo solum debent explicari propter maiorem grauitatem intra eandem speciem.

Respondetur, si incestus non sint specie diuersi ex graduum diuersitate non esse gradus in confessione explicandos, de quo latius *infra sect. 6.* An vero sint specie diuersi, est magna quæstio, de qua Vasquez in *presenti, dub. 4. à n. 1.* & mihi probabilè est differre specie coitum cum parentibus ab aliis omnibus propter specialem deformitatem, quæ oritur ex speciali reuerentia parentibus debita, quæ non debetur aliis consanguineis. Probabile etiam videtur differre specie coitum cum fratre, aut sorore ab aliis, quia probabilis est hunc esse iure naturæ interdictum, vt cum communi probat late Th. Sanchez *de marim. disp. 52. n. 11.* & hoc quidem propter specialem fidelitatem, quæ est in illa coniunctione, eò quod fratres ab incunabilis conuenientes, & simul nutritis nimis proclives essent ad coitum, nisi naturæ fræno cohiberentur ob illam nimiam coniunctionem. In reliquis autem gradibus prohibitis transuersalibus consanguinitatis non videtur esse differentia specifica, sed grauitas maior, vel minor non necessariò explicanda, pro vt ipsi etiam Authores contrariæ sententiæ concedunt, tertium vel quartum, non esse necessariò explicandum, imò aliqui idem dicunt de secundo, eò quod non aggrauer notabiliter. De gradibus verò affinitatis probabilè est primum gradum lineæ rectæ differre specie ab aliis, eò quod habeat specialem quandam deformitatem, propter reuerentiam quasi paternam debitam vxoti patris, vel marito matris. De aliis verò gradibus transuersalibus verius videtur non esse explicandos in particulari, quia non addunt diuersitatem specificam. Scio aliquos concedere nullum prorsus gradum consanguinitatis, vel affinitatis esse necessariò explicandum, sed solam malitiam incestus, etiam si sit cum filia vel sorore, quam sententiam post alios sequitur Diana in *tract. de circumstantiis aggrauantibus resol. 31.* vbi alios refert. Hucvique Lugo; cui adde Dicastill. *vbi infra*, & Leand. *de Sac. to. 1. r. 5. disp. 8. §. 3. qu. 36.* Sed licet supradictæ opiniones sint probabiles, ego tamen non recedo à sententia negatiua quam olim docui, nempe in his casibus non esse explicandos gradus consanguinitatis, & affinitatis, etiam si esset primus, & præ-

Anton. Diana Pars XI.

ter alibi à me adductos, hanc sententiam sequuti sunt me citato Ioannes de Soria in *epilogo Summarum part. 2. r. 2. sect. 1. disp. 6. §. 9. num. 6.* & me citato Henricus in *qq. Select. sect. 8. q. 14. num. 31.* & me citato Martin. de San Ioseph in *Monit. Confess. to. 1. lib. 1. to. 2. de Pœnit. num. 20.* & me citato Mazzuchellus *de cas. referu. disp. 2. cap. 4. diff. 5. nu. 28.* Vnde nouissimè me citato hanc sententiam tanquam probabilem admittit Trullench. in *Decalog. to. 1. lib. 6. c. 2. dub. 6. num. 5.* & me citato Dicastill. *de Sac. to. 2. r. 8. disp. 9. dub. 6. n. 274.* vbi sic ait; Nihilominus quamuis quæ dixi de reuerentia graduum in recta linea, & transuersali in consanguinitate inter se, & in affinitate inter se probabilis existimem; non videtur improbabile consanguinitatis gradus inter se & affinitatis inter se non distingui specie; atque adeo peccatum cum consanguineo in vno, aut altero gradu esse eiusdem speciei, quamuis sit notabiliter maior malitia inter propinquiores, quam inter minus propinquos. Vnde non desunt teste Corduba *qu. 2. lib. 1. quæst. ...* qui existimant gradus consanguinitatis non esse necessariò inter se distinguendos, & explicandos in confessione; sicut nec gradus affinitatis inter se; quin sufficiat penitentem dicere se cognouisse personam consanguineam non declarando gradum consanguinitatis; aut affinem, non declarando gradum affinitatis, quod alij vel verum, vel probabile docent. Legatur Diana, qui ita probabiliter sentientes assert plures *1. part. r. 7. resol. 51.* inter quos Hurtado, qui putat in eadem linea omnia esse eiusdem speciei. Imo Caietanus etiam in diuersa linea *2. 2. q. 154. art. 9.* quem & alios refert Diana non solum ibi *sect. 1. tract. 4. resol. 67. & p. 4. tract. 4. resol. 334. & p. 5. tract. 14. resol. 56.* Hucvique Dicastillus.

Remanet itaque satis probabilis nostra sententia quam iterum hic confirmare volui ad compescendam audaciam cuiusdam Religiosi, qui his diebus vocauit hanc sententiam latam & improbabilem; O lepidum caput! Non desinam tamen hic adnotare, Dicastill. *vbi supra n. 274.* docere, diuerso modo violari pietatem cognatorum occidendo quam fornicando, intelligendum etiam est in Sacriligijs: diuerso enim modo violatur Religio fornicando cum virgine sacrata Deo, quam percutiendo illam. Quamuis enim oppositum videatur docere S. Th. *2. 2. q. 99. art. 3. ad 2.* docens eandem esse speciem, virginem sacratam percutere, aut fornicari cum illa, ibi tamen distinguit species sacrilegij, vt alia sit inter res sacras, alia in locum; alia in personas, sed vt rectè interpretatur Vasquez, ea diuisio non est in species infinitas, sed in subalternas: In quo Vasquez etiam ipse *n. 19.* sui memor (nisi fortè alij id notauerint in posthumo libro) notat se retractare doctrinam quam tradidit *to. 2. in 3. part. disp. 98. capit. 4.* & merito quidem, quia alio modo seruatur reuerentia personæ sacræ seruando illius castitatem, non vitando illam, quam seruando illius sanitatem, & vitam non percutiendo, sicut & locus etiam facer: alio modo violatur furto, aut extrahendo hominem à loco sacro (quæ duo non putat Vasquez differre) & alio modo violatur estuione feminis, aut sanguinis. Hæc Dicastillus.

Qui habebat simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæ fuit à me, an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in Confessione explicare?

RESOLVT. LXIV.

DE hoc casu aliqui viri docti fuerunt interrogati, ego verò absolute negatiuam sententiam docui, & adduxi doctrinam Dicastilli, cuius verba quia deseruiet ad resolutionem multorum casuum hic per extensum apponam; sic itaque ait de *Sacr. to. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 4. n. 255*. Quæ hucusque dicta sunt intelligenda sunt de actibus exterioribus, qui habent multiplicem effectum, vt de maledicto, & occasione plurium vno verbo, & vno actu; atque etiam de actibus interioribus efficacibus, de quibus omnibus dictum, admissum, & probatum hucusque est multiplicari in eis malitias pro multitudine effectuum diuersorum.

De actibus verò inefficacibus voluntatis, vt simplici effectui, & complacentia, dicendum omnino est, tantum esse vnicum peccatum, quando plures personæ per modum vnus obiecti adæquari vnico actu respiciuntur, quia cum simplex complacentia non respiciat illa homicidia, vel mala plurium personarum, tanquam effectum, sed tanquam obiectum: Sanè si in ratione obiecti constituunt omnium obiectum adæquatum, vnicam etiam malitiam constituet; Vnde in sententia Vasquij, & nostra, quæ nullam circumstantiam aggravantem docet esse necessariam explicandam in confessione, dicendum est in simplici complacentia eiusmodi non esse necessarium explicare respectum ad plures personas, id quod in hac sententia sic dicendum esse docuit olim Luisius Turrianus de *penitentia disp. 12. dub. 3.* qui etiam docuit, eum qui habuerit voluntatem occidendi infinitos homines, quod est impossibile, non teneri explicare eam circumstantiam, quia illa non est voluntas efficax, sumens ab effectu malitiam; sed simplex, & in hoc actu, & similibus, vnica tantum est malitia grauissima sumpta ab obiecto per modum vnus voliti, non ab effectu impossibili.

Illud etiam est notandum in peccatis, quorum malitia specifica consummatur interius, qualia sunt peccatum odij, specialis scandali, & similia philosophandum esse, quantum est ex parte illorum peccatorum, sicuti philosophamur in simplici complacentia, etiam si sint actus efficaces: quotiescumque enim plura obiecta concipiuntur pro talibus actibus per modum vnus adæquati obiecti, est vnicum peccatum quantum ad illud genus malitiæ, quæ consummatur interius: nihilominus quando sunt actus efficaces, explicandus est respectus ad plures personas, vel obiecta, quia præter malitiam illam, quam habent in illa specie, quæ interius consummatur, habet etiam plures alias malitias in materia in qua sunt actus externi, qui ab illo actu efficaci procedunt; v. g. si quis vno actu odij efficaci odisset decem homines per modum vnus obiecti, volens efficaciter illos occidere; tunc actus ille, quamuis in ratione odij non habeat nisi vnicam malitiam ex vnico adæquato obiecto illius multitudinis hominum per modum vnus consideratæ; in ratione tamen homicidij tot habet malitias, quot sunt homines, quos intendit occidere, quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus iuxta dicta. Vnde

licet ratione malitiæ odij non teneretur explicare multitudinem personarum, ratione tamen malitiarum homicidij illam explicare tenetur. Hæc omnia Dicastillus.

Ex quibus apparet in simplici complacentia non esse necessarium explicare respectum ad plura, quæ per modum vnus respiciuntur, & idem patet responsio negatiua ad quæstionem propositam in titulo resolutionis de qua interrogatus fui.

Occasione supradicti dabij tunc etiam discussum fuit, an qui furatus est centum satisfecerit in Confessione si dicat furatus sum quinquaginta, & negatiuam sententiam docere. Ouidem respondi in *1. 2. D. Th. tr. 5. contr. 5. punct. 6. num. 128.* vbi sic ait; Monet benè Henriquez, quod etiam si duas personas eodem actu maledictione percutere, duplex peccatum non sit, modum istam maledicendi simplici actu explicandum esse in confessione, quod necessarium iudico, vt indiuiduum peccatum explicetur. Similiter ob eandem rationem, iuxta sententiam asserentem in illo actu tantum esse vnam malitiam, etiam retenta opinione ad circumstantias aggravantes explicandas non obligante, censo non satisfieri præcepto confessionis, si dicatur in vnum hominem maledictum conteci, quia non explicatur peccatum indiuiduum commissum, sed aliud: debet autem saltem confusè explicari peccatum indiuiduum commissum, quod non fit, dum aliquid pertinet ad substantiam indiuidui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat indiuiduum. Ob hanc rationem etiam si circumstantiæ aggravantes in confessione explicandæ non sint; ille qui furatus esset centum aureos, non satisfeceret præcepto confessionis, si diceret furatus sum quinquaginta aureos, quia in hoc indiuiduo explicato nec confusè continetur commissum, videlicet furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. Ita ille, qui latrè discit, an ratione distinctionis numericæ obiectorum peccata numero distinguantur. De qua quæstione pluries alibi actum est.

Notandum est tamen hic ad confirmationem supradictorum, aliquos Doctores probabiliter docere, etiam in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia, imo si actualiter quis vno actu, vel vna explosione tormenti bellici occideret plures homines, non esse in tali casu explicandam in confessione numerum personarum. Vide Ioannem Pontium in *Curs. Theol. 45. q. 7. concl. 2. num. 52.* & alios. Ita Caramuel in *Regul. D. Benedicti disp. 62. n. 910.* asserit esse plures malitias, & vnicum peccatum, quando quis vno actu voluntatis plures occideret sed absolute esse vnum peccatum, idem *disp. 126. num. 910.* cum dixisset, *vnitas moralis* (talis est vnitas malitiæ moralis) *desumitur ab actu voluntatis, non à re physica*, paulò post in re nostra subiungit. *Hinc patet esse vnum peccatum velle vnico actu voluntatis occidere duos, quia licet hi sint plures in genere physico, in voluntate sunt per modum vnus. Nam vnus actus non datur nisi vnico obiectum. Vnde licet velle occidere duos sit vnus peccatum, quam velle occidere vnum, non tamen est duplex peccatum.* Hæc vir ille doctus non distinguens probe morali, de qua agimus, inter vnitatem peccati, & malitiæ. Sed aduersus illum insurgit nouissimè Dicastillus de *Sacram. to. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 4. n. 283.*

An regulares quando accedunt ad funera mortuorum, debeant adire Ecclesiam parochialem, vel accedere ad domum defuncti?

RESOLVT. LXV.

CASU in dies accidit, ideo Respondeo quod si cadaver sit in domo, aut alibi, Regulares debent accedere ad Parochialem, & inde cum Parocho ad leuandum cadaver. Sac. Congr. rituum Senogallien. 26. Aug. 1616. Tarpian. 16. Febr. 1631. & alibi. Adeo vt neque consuetudo induci possit valida conueniendi in alio loco, quam in aliqua Ecclesia, vel pio loco, quia Sac. Congr. Liman. 15. Decembris 1632. addit decretum irritans, vt scilicet nullo modo per viam, & ad domum defuncti, vnde patet, irritari omnem actum extra terminos habiles.

Sed difficultas est quando Capitulum Cathedralis interuenire debet in funere, an omnes Clerici seculares, & Regulares, & omnes confraternitates accedere ad funus volentes, debeant congregari in Cathedrali ad leuandum capitulum, quod probatur de iure & consuetudine: Et affirmatiuum sententiam tenet Ioannes Baptista Paroletus in *Palestra clericali part. 3. c. 5. lit. D.* Probatur; nam capitulum non debet accedere ad alias Ecclesias ad leuandum inferiores, quia cum hæc sit materia præcedentiæ, ille præcedit cuius caput præcedit; Felin. *cap. cum non liceat num. 2. de præscrip.* Casan. *Catalog. Glor. Mund. p. 4. consid. 31.* Rota *coram Lancell. decis. 127. inter select.* Capituli autem caput est Episcopus, & Canonici faciunt vnum corpus cum Episcopo *cap. cum Clerici de verb. sign. cap. nouit. & cap. quando de his que sunt à Prelatis.* Ideo Canonici collegialiter præcedunt in omnibus publicis actibus, etiam Abbatibus vsu Mitræ & Baculi habentibus; Nauar. *cap. 2. de Maior. Ric. 7. Præsul. 90.* Non possunt se per viam iungere, nec ad domum defuncti expectare, quia id nullo modo fieri posse resoluit Sac. Congr. Rit. Liman. 15. Decembris 1632. Neque expectare extra ianuam Ecclesiæ, & aliis postea se associare, Sac. Congr. Epif. *Vigleuanen. 13. Nouemb. 1600.* ergo in Cathedrali debent coadiuari ad inchoandam inde funeris processionem. Tum quia crux vnica ferenda est in funeralibus, & si Capitulum interueniat, tunc sola crux Capituli deferretur, sub qua omnes incedunt per antianitatem; Sac. Congr. *Narnien. 30. Septemb. 1616.* & *Andrien. 22. Nouemb. 1631.* Alias Crux Paroch. Sac. Congr. Rit. 12. Martij 1632. Regulares autem non posse ad funus inuito parocho Crucem deferre, statuit Leo X. *Constit. Sic. approbante*, vt refert Praxis Neap. *cap. 61. n. 14.* Sed ibi adiuuari debent omnes etiam parochi, & quicumque exempti, vbi Crux defumitur. Tum à fortiori, quia Sacrista vel curatus Cathedralis etiam amouibilis præcedit Parocho defuncti, quando Capitulum interuenit; Sac. Congr. Rit. *Pisauen. 12. Martij 1631.* ergo à fortiori ipsum Capitulum.

His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam docet doctus, & amicissimus P. Bordon. nunc meritisissimus Generalis suæ Religionis, in *Controversiis moralib. contr. 43. q. 8. nu. 33.* Tum quia in Rituali Pauli V. de exequiis habetur, quod omnis Clerus, & alij qui debent interesse, ad Ecclesiam

Anton. Diana Pars XI.

Parochialem, vel aliam iuxta loci consuetudinem conueniant: ergo etiam Canonici, cum non excipiantur ibidem: in fauorabilibus enim Canonici veniunt sub nomine cleri, vt docent Silu. *verb. Clericum nu. 1.* Nald. *ibid.* Tum quia processionem funerales breuiter via incundæ sunt ne Clerus dicatur vagari, vnde mortui recto tramite ad Ecclesiam regularem sunt deferendi; Nald. *Verb. Sepultura n. 13.* Gauantus *verb. exequia n. 25.* referunt decifum. Processiones autem funerales non essent breuiores, si omnes accedere deberent primò ad cathedralem, postea ad Parochialem. Tum quia satis honorantur tenentes postremum locum etiam supra Parochum, vt decifum fuit, & refertur à Lauot. *tit. 2. de funer. cap. 3. n. 209.* Ita Bordon. qui postea respondet ad argumenta Paroletti.

Sed vt verum fatear, vim magnam mihi infert contra P. Bordonum Epistola Sacræ Congregationis ad Episcopum Brittoriensem, quam affert Paroletus tenoris sequenti.

Viene rappresentata à questa Sacra Congr. la differenza che è fera il Capitolo di costi, & i Monaci dell'Abbatia interno alla pretenzione; che essi Monaci hanno di no esser obligati di andare alla Chiesa del Capitolo sudetto per conuinciare da essa la processione di accompagnamento de morti, ma d'aspettare dentro la loro parochia oue stimano più commodo. E perche il solito è, che si radunino nella Catedral, quando il Capitolo è inuitato al funerale, quindi è che questa Sacra Congregatione è venuta in senso di scriuere. V. S. la presente lettera, perche faccia onninamente offeruare il solito, nè permetta sopra, ciò nouità imaginabile. E sentendosi da questa resolutione grauata alcuna delle Religioni potrà ricorrere à questa Sacra Congr. dalla quale si può ripromettere ogni compimento di giustitia, ch'è quanto moccorre, e Dio la contenti. Roma li 25. Giugno 1638.

Come fratello

Il Card. S. Onofrio.

C. Eschinetti Seg.

Bertinoro, Vescouo, Capitolo dello Catedr.

Verum omnia superius dicta in aliquibus locis non obseruantur, vt Panormi meæ dulcis patriæ, antequam ego ipse discederem in praxi minimè deducebantur: videbam enim Regulares neque Ecclesiam parochialem adire, sed expectare in domo mortui parochum vel Capitulum, quod fateor esse contra Rituale Pauli V. & declarationes Cardinalium, idem nostram sententiam docet etiam in Regularibus P. Francisc. de Torano in *Compendio ad Ministrum Generale tit. de Cadaveribus nu. 5.* vbi sic ait; Debent tamèn Regulares ad parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum parocho ad domum, ex qua Cadaver est asportandum. Casu autem, quo cadaver in aliqua Ecclesia reponi contingat, ad eandem Ecclesiam vbi repositum erit, conuenire debere, censuit Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium in vna Senogallien. 25. Angusti 1616. Similiter Regulares mouere ac expectare debent Parochum, quo requisito, & expressè venire recusante, licet eisdem regularibus etiam ipso inuito, cadauera ad propriam Ecclesiam transferre 11. Decemb. 1615. Hucusque P. Franciscus de Torano.

Supposita opinione probabili quod in Sabbato Sancto possit à quolibet Sacerdote, secluso omni scandalo, in aliquo Sacerdote dici Missa priuata, queritur an dicenda sit Missa Resurrectionis cum Vesperis?

RESOLVT. LXVI.

A Libi satis probati contra Vasquez, Castrum Palaum, Saullay, Azorium, quibus adde Iordanum 10. 1. lib. 4. tit. 1. n. 111. non esse peccatum secluso omni scandalo in Sabbato Sancto celebrare, & dicere Missam Resurrectionis.

Stando igitur in hac sententia, & quod Missa priuata in illa die dicenda sit vt Missa solemnisi, videlicet cum vespere? Casus est curiosus, practicabilis, & à pluribus non pertractatus. Itaque negatiuam sententiam docet nosster P. Castaldus in *Caremon. lib. 3. sect. 18. cap. 7. num. 2.* vbi sic ait; Cum enim hac Missa non habeat Introitum, facta contritione, in qua dicitur Psal. *Iudica me Deus*, immediatè à *Kyrie eleison* incipit Missa; in qua non dicitur Credo, neque Offertorium, & in Præfatione dicitur, *Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimum nocte.* Infra actionem. *Communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes, cum hac igitur, propria, Agnus Dei* non dicitur, & loco post communionis dicitur *Antiphona Vespere autem Sabbati*, sine Psalmo, postquam dicitur oratio *Spiritus nobis, &c. & Ite Missa est* cum duplici *Alleluia*; Ita ille.

Verùm ego adhæreo sententiæ affirmatiuæ, nempe in Sabbato Sancto dici posse Missam priuatam, vt dicitur Missa Solemnis cum Vesperis; Vnde licet Gauantus teneat in dicto die non esse recitandas Missas priuatas, tamen supposita probabilitate nostræ sententiæ, asserit dicendam esse Missam cum Vesperis. Sic itaque asserit in *Rubric. Missalis part. 4. tit. 10. numer. 44.* Quo casu fortè sufficit incipere à Confessione, qua finita dicat Sacerdos *Kyrie eleison*, de more, & reliqua cum vespere vsque ad finem Missæ. Ita ille. Et post illum Leand. de *Sacram. 10. 2. 11. 8. disp. 5. qu. 27.* Et pro hac sententia adducendus est etiam Eminentissimus D. meus Card. Lugo de *Sacram. Eucharist. disp. 20. sect. 1. num. 21.* vbi sic ait; Inferitur secundo in Missis priuatis illa die non esse legendas prophetias, quia illæ non sunt pars Missæ, sicut nec benedictio Cerei; sed pertinent ad officium cantandum solemniter cum Choro. De litanis postea magis dubitari; nam Micrologus *cap. 33. de Sabbato Sancto*, dicit, quod à litanis solebant incipere qui Missam priuatim celebrant: sed tamen hoc non est in vsu; quia litanie reuera non pertinent ad Missam, vnde qui ex præcepto Missam illam audiunt, non obligantur ad audiendas litanias. Ita ille, & post illum Hermannus Busenbaum in *Modulla Theol. Moral. lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 3. in respons. ad 2.* Ergo si Cardinalis Lugo, & alij excludunt tantum à Missis priuatis dicendis in illa die prophetias & litanias, dicendum est includere vespere: nam si vellent vespere excludere, aut facerent vt nominatim fecerunt de litanis, & prophetiis, clarum est ex vulgatis iuribus quod inclusio vnus est exclusio alterius, vt patet ex *l. cum prætor, ff. de iudic. l. cum maritus, C. de procuratorib. l. quamvis C. de pignorib. l. ait Prætor. §. Sed quod Papinian. ff. de morib. cap. nomine, de præ-*

sumpt. & docet Surd. decis. 195. numer. 12. Menochius *conf. 106. numero 14.* & alij communiter. Ergo, &c.

Rectè itaque etiam hanc sententiam sequendo Tamburinus *opus. de sacrificio Missæ lib. 1. c. 6. §. 1. n. 2.* sic ait; Incipit autem talis Missa priuata Sabbati Sancti à *Kyrie eleison* exclusis prophetiis & litanis, quæ solum in Missa solemniter recitantur; Ita ille. Ergo si ex Missa priuata Tamburinus excludit solum prophetias & litanias, necessariò dicendum est includere vespere.

Nec obstat dicere in fauorem sententiæ Castaldi, quod nimis indecens & indecorum videretur vespere summo mane recitare: nam respondeo negando esse indecens in nostro casu dicere vespere summo mane: nam cum licitum sit & decens, vt suppono, dicere Missam in illa hora; ergo licitum erit & decens dicere etiam vespere. Probo consequentiam, quia in illa die vespere sunt pars Missæ, & eius accessorium: ergo debent sequi naturam sui totius, & sui principalis iuxta vulgatam regulam, quod accessorium sequitur naturam sui principalis, iuxta *Letizian. Cod. de iur. dotium, & regula accessorium de regul. iuris in 6.* ac exornat Menochius *conf. 58. n. 13. Surdus de aliment. tit. 9. q. 3. n. 8.* & alij. Ergo, &c.

Itaque assero quod si vespere illius die dicerentur ab aliquo summo mane extra Missam, tunc vtique ea recitatio indecens apparet; Sed quando dicuntur cum Missa vt eius pars; nullam indecentiam continere dicendum est, cum in tali casu vespere, vt eius pars, induantur natura & priuilegio Missæ: ergo, &c.

Vnde ex his infero, quòd si in Sabbathum Sanctum incidere festum Annuntiationis, & quis audiret Missam dicti Sabbati, vt satisfaceret præcepto, quando Sacerdos recitaret in Missa Vespere, si ipse tum extra Ecclesiam egrederetur, vel voluntariè distraheretur, peccatum veniale committere dicendum erit. Probatur, nam vespere in illa die sunt pars Missæ: Sed in illa die propter festum Annuntiationis quis tenetur audire missam: ergo peccat venialiter si non audit Vespere, nam relinquit audire partem Missæ.

Nota verò quod post hæc scripta Eminentissimum D. meum Cardinalem Lugo audiui vt magis clarè mens eius mihi innotesceret, & inueni illum nostræ sententiæ adhærente, & illam in praxim deduxisse: nam quoties celebrauit Missam priuatam in Sabbato Sancto, recitauit illum cum Vesperis, & restatus est sic etiam fecisse plures Patres inclitæ Societatis IESV, & ita obseruari in Hispania. Et hoc anno 1654. in Ecclesia Sanctæ Marthæ, in qua omnes Sacerdotes in illa confluentes dicunt Missam in Sabbato Sancto, hoc anno inquam, Cappellani instabant Missas dicendas esse cum vespere, & ita scio aliquos Sacerdotes fecisse. Et hanc sententiam nouissimè tenet Bartholomæus Corsicus in *Praxi Sacrorum Rituum p. 2. tract. 1. capite 8. num. 25. in fine fol. 88.* & Claudius Arnaud in *Epitome Sacrorum Rituum tract. 1. p. 4. tit. 10. numer. 28. fol. 246.*

Vnde ex his omnibus, licet Gauantus *vbi supra* asserat hoc dubium esse magis fugiendum, quam decidendum; ego tamen satis probabiliter firmo, Missam priuatam in die Sabbati Sancti esse recitandam cum Vesperis, & ideò non adhæreo nostro Castaldo, quin etiam ab ipso dissentior, dum asserit *vbi supra n. 1.* vbi dicta Missa non antea celebretur

quàm in Ecclesiis incipiant, vel saltem incipere probabiliter possint officia paschalia: nam licet hanc opinionem Castrus Palaus & alij teneant, mihi magis placet posse dici summo mane: Ita docet Dicastillus de *Sacramentis tom. 1. tract. 5. disp. 2. dub. 2. num. 38.* quia nihil est quod cogat in contrarium, & priorum vsus ita habet, teste Cardinali de Lugo *loco cit. num. 23.* Idem docet Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 5. quæst. 28.* Hurtadus *disp. 4. de sacrific. Missæ diff. 9. in finem.* Hieronym. Garzias in *summa tract. 3. diff. 2. dub. 4. punct. 3. numero 17.* cum aliis, & hic Romæ in Ecclesia Sanctæ Marthæ in die Sabbati Sancti summo mane Sacerdotes incipiunt celebrare Missas priuatas. Ergo, &c.

Et tandem hinc quæro, an si aliquis Sacerdos vellent in Sabbato Sancto dicere Missam priuatam, posset dicere aliam Missam extra Missam carentem illius diei. Et affirmatiuè me citato tenet Leander *vbi supra q. 17. vbi sic ait; Qui autem voluerit Missam priuatam in Sabbato Sancto celebrare, poterit dicere Missam ordinariam illius diei, aut cum introitu Missæ diei Resurrectionis, vel incipiendo à Kyrie eleison, finita confessione, vt dicit Gauantus, aut Missam Sancti in illa die concurrentis, aut votiuam B. Virginis. Ita ille.* Cui adde, me etiam citato Hermannum Busenbaum in *Theol. Mor. 1. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 3.* & me citato Caspensem in *curf. Theol. tom. 2. tract. 23. disp. 3. sect. 2. numero 56.* & me citato Machadum de *perf. confess. tom. 2. lib. 4. p. 1. tr. 11. docum. 11. numero 5.* Idem docet Trullench de *Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 9. num. 20.* Idem docet Escobar in *Theologia Morali parua vltima editionis tractat. 1. Exam. 11. cap. 4. num. 49.* Hurtadus *disp. 4. de sacrific. Missæ diff. 3.* & alij. Sed ego modò figo pedes, & firmiter assero in tali die non esse celebrandam aliam Missam quàm Resurrectionis, modo quò supra dictum est, & ita docet Dicastillus de *Sacram. 10. 1. tr. 5. disp. 4. dub. 2. nu. 37.* & alij: nam cum Missa, & officium illius diei sit ritu duplici rubricis Missalis magis conforme & consentaneum est non dicere Missam votiuam, quam in duplicibus aduertunt non esse dicendam.

Dicere Missam Annuntiationis, vel alterius Sancti si incidat in illum diem, non probo, cum tunc non celebretur, sed transferatur illud festum. Dicere Missam cum introitu sequentis diei Dominicæ Resurrectionis, non mihi placet; nam esset confundere Missas inter se, & Missa Sabbati Sancti ex institutione non habet introitum.

An Sacerdos possit accipere duplex stipendium, vnum pro applicatione sacrificij, alterum pro officiatura Missæ?

RESOLVT. LXVII.

Sæpius in praxi accidit hæc casus, & de illo alibi à nobis pertractatum est, & me citato illum latè discutit affirmatiuam sententiam tenendo Eminentissimus D. meus Card. Lugo de *Sacram. Eucharistia disp. 2. 1. sect. 1. numer. 19. cum seqq.* Idem docet, me citato Leander de *Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 4. quæst. 12.* & me citato Hermannus Busenbaum in *Modulla Theol. Moral. lib. 6. tract. 3. capit. 3. dub. 1. numer. 7.* & me citato Garzias *summa Theol. Moral. tract. 3. diff. 10. dub. 3. numer. 6.* & me citato Pellizarius in *Actan. Regular. tom. 2. tract. 6. cap. 3. numer. 20.*

Anton. Diana Pars. XL

Idem etiam docet Pater Tamburinus *opus. de Sacrif. Missæ lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 14.* sic asserens; Dubitabis an liceat Sacerdoti accipere duplicem elemosynam, alteram pro præsentia, seu quam vocant officiaturam, alteram pro intentione, seu applicatione?

Respondeo quando constat petentem Missam, dato stipendio, etiam integro, solum voluisse præsentiam, potest accipere aliud integrum stipendium pro applicatione, & è contrario. Ratio est, quia stipendium pro præsentia, recipitur propter laborem extrinsecum Missæ, quo in tali loco vel tempore Missa assumitur celebranda: stipendium verò pro applicatione pro ipso Sacrificio, eo modo, quo supra §. 1. n. 2. fieri sine labe Simonie posse docuimus. Ita Tamburinus; qui postea *num. 25.* respondet ad declarationem Cardinalium, & dicit non esse contra eum: ipsa enim solum loquitur de iis, qui habent capellaniam, legatum, vel salarium cum onere applicandi pro fundatore, non vero de iis, qui ad præsentiam solum obligantur: fuisset enim iniustum, si iis qui præsentiam solum debent & applicatio est sua, prohibuisset, ne quod in sua est potestate, aliis darè potuissent. Sed audiamus Dicastillum de *Sacram. tom. 1. tract. 4. disp. 4. dub. 23. num. 436.* vbi sic ait; Tota difficultas est supposita quadam Bulla Vrbanæ VIII. & declaratione Congregationis, Concilij anno 1626. à qua quæsitum fuit; An qui tenentur ratione beneficii, Capellæ, legati, aut Solarij, possint etiam manuales elemosynas pro Missis votiuas, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ Sacrificio vtique oneri satisfacere? Congregatio respondit, prædictos quibus diebus tenentur celebrare ratione beneficii, Capellæ, Legati, aut Solarij, si elemosynas pro aliis Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtique obligationis satisfacere. Propter hæc verba Gauantus, Barbosa & Diana, quos refert Lugo *disp. citata num. 20.* putant non licere, Sed ipse Lugo cum Suario, Vazquo, & aliis licere putat, & testatur de communi sententia, pluresque ex iis, qui scripserunt post eam Bullam, & responsum censere ibi sermonem esse de Sacerdote, qui ratione prædictorum obligatur certis diebus celebrare pro aliquo, & de hoc ait non posse vtique satisfacere. Quæ doctrina mihi placet, & rectè ab eodem Lugone confirmatur. Ergo sanè legi per otium Bullam, & nihil est quod cogat aliter sentire, sicut neque in alia simili, quam refert Barbosa *tract. de offic. Parochi cap. 11. num. 11.* addit etiam Lugo postea sententiam mutasse Dianam, & qui cum Gauanto senterat *tra. illo 14. resol. 80. in 2. part. nostram sequi*, Diana tamen *in 4. part. tract. 4. resol. 16.* non omnino videtur hoc sentire: Quamuis enim principio videatur huic sententiæ fauere, circa finem, & laudat Barbosa, & testatur de noua alia declaratione facta 1. Septemb. 1629. & taxat Turrianum, quod acerbius inuehatur in eam Barbosa sententiam. Ita Dicastillus. Et tandem hanc sententiam tenet Pater Auerfa de *Sacram. Eucharist. q. 11. sect. 17.*

Sed licet hæc opinio tantorum Doctorum auctoritate fulciatur, tamen circa illam ego semper habui maximam difficultatem, vt optimè obseruat Dicastillus, & Garzias locis citatis, quia video declarationes Congregationis esse nimis claras pro sententia negatiua; & primo contra Cardinalem Lugo in ordine ad Parochiam stat declaratio quam ego adduxi *in par. 4. tract. 4. resol. 16.* &

SC 3 generâ

generaliter pro omnibus Sacerdotibus nunc inuenio aliud responsum 1627. Sac. Congreg. Episcopo Tragarienti tenoris sequentis, an Sacerdotes qui nulla alia obligatione, in confraternitatibus, vel in Monasteriis Monialium celebrant, quam pro ornatu Ecclesiae, vel ut contra tres, vel Moniales satisficiant praecepto audiendi Missam, possint ultra stipendium quod recipiunt à Confraternitate, vel Monialibus, aliud stipendium recipere? die 9. Ianuar. & 6. Februar. 1627. Sac. Congr. Illustriss. Cardinalium Concilij Trid. interpretum respondit non posse. Cosmus Cardin. de Torres. Franciscus Paulucius Secretarius. Hanc declarationem adducit Pax Iordanus 10.1. libro 4. tit. 1. numero 516. fol. 340.

Itaque huic declarationi, ut patet, non possunt applicari nec adaptari interpretationes adductae à Cardinali Lugo, Dicastillo, & aliis pro alia declaratione emanata ann. 1626. nam in ista posteriori ad Episcopum Fragariensem supponitur aperte Sacerdotes non habere aliam obligationem dicendi Missam nisi *con la sola presenza*, ut vulgo dicitur, id est sine applicatione sacrificij; & tamen Congregatio respondit non posse recipere nisi vnum stipendium, etiamsi celebrent pro sola officatura. Et ideo praeter Gauantum, & alios à me alibi adductos, nouissimè Angelus Possentius in *recollezione questionum Moralium verb. Missa cap. 4. n. 22.* Stantibus decretis Urbani VIII. docet, Sacerdotem qui in aliqua tenetur Ecclesia, pro illius cultu vel populi commoditate, circa sacrificij obligationem applicandi, non posse pro illius applicatione aliunde stipendium accipere. Ita ille; cui etiam adde Ioannem de Soria in *Epilogo Summarum part. 2. tr. 5. dispnt. 2. §. Circa stipendium*, Ratio verè pro supradicta sententia videtur esse; quia cum stipendium Missae detur ad sustentationem Sacerdotis, consequens est, ut si Sacerdos accipit stipendium ab aliquo pro illa Missa, non habeat ius accipiendi rursus stipendium ad sui sustentationem ab alio pro eadem Missa: cessat enim titulus sustentationis exigendae.

Vnde ex his optarem Emin. Cardin. Lugo nunc dum est adscriptus inter Purpuratos Patres Sacrae Congregationis Concilij Tridentini, vel suam sententiam defendere & firmare, vel alteram ita per Sacram Congregationem determinari, ut non sit amplius locus Doctorum interpretationibus.

Aliqui vero asserunt supradictas Cardinalium declarationes pro negatiua sententia procedere, quando res est dubia: Secus autem quando expressè offertur elemosyna pro sola praesentia, & non pro applicatione, & adducunt declarationem Congregationis Concilij die 13. Iulij 1630. asserentis, quod quando in fundatione beneficii, seu capellae, expressè cautum est, non teneri celebrantem ad applicationem sacrificij, eo casu poterit celebrans accipere nouum stipendium, & vnica Missa satisficere obligationi beneficii, seu capellae, & item danti nouum stipendium. Hæc ille. In qua Gauantus in *Rubric. Missalis, part. 2. tit. 1. n. 5.* obseruat verbum *expressè*, sed in declaratione facta Episcopo Tragarienti videtur nullam obligationem supponi pro applicatione sacrificij, sed tantum stipendium dabatur pro officatura: Et tamen Congregatio respondit tales Sacerdotes non posse aliud stipendium pro applicatione Missae accipere. Ideo, ut dixi, optarem Sacram Congregationem in posterum claram resolutionem praesentis dubij proce-

dere: etiam quidem ab ipsis Eminentissimis Cardinalibus considerandum videtur, quod quamuis stipendium ministrorum Ecclesiae assignandum sit per ordinem ad sustentationem personae non debetur integra sustentatio pro vno tantum ministerio, sed pro omnibus, quibus possunt occupari tales ministri. Missa autem non est integra diei occupatio; sed vnus horae. Vnde rectè Vasquez probat, pro officio Missae non debere Sacerdoti stipendium sufficiens ad victum totius diei, sed tantum ad partem victus, quia, quamuis dignus sit operarius Euangelij mercede sua pro victu, & sustentatione, non tamen omnes eodem modo: nam si is, qui toto die in Ecclesiastico ministerio, legendo, studendo, docendo, ministrando Sacramenta, &c. occupatur, aut toto die ad hæc, aut ad alia ministeria, procurreret occasio, obligatus existit (qua ratione obligatur Parochus) nihil amplius meretur, quam moderare victum, & vestitum suum, aut familiae; quo pacto quæso tantundem etiam mereri poterit, qui vna tantum hora totius diei in celebratione Missae occupatur? Quo solo ministerio non impeditur clericus, quo minus possit aliqua honesta via aliquid lucrari ad vitam sustentandam, ut habetur *cap. Clericus victum 87. distinet.* atque hac ratione tamen ab Ecclesia stipendium per ordinem ad laborem, & occupationem ministerij.

Itaque non esset secundum æquitatem iustitiae, ut Sacerdotibus integra detur sustentatio pro sola Missa, nec Ecclesia id vult, imo propterea strictè cauit, ne quis ordinetur sine beneficio, aut patrimonio; ut habetur *cap. non licet, c. Episcopus cap. eius cap. cum secundum Apostolum de prebendis*, & in Tridentino *sess. 21. c. 22. de reformat.* & sanè in *capit. illa non licet & capit. Episcopus*, & *capit. Secundum Apostolum*, iubetur Episcopo, ut alat Sacerdotem, quem sine bonorum possessione ordinauerit. Quod si casu aliquo post ordinationem in paupertatem deuenerit Sacerdos aliquis, non est liber ab illa sententia Domini *Genes. 5.* in sudore vultus tui vesceris pane. Quapropter arte aliqua, vel agricultura quærat sibi victum (ut dicitur *cap. Clericus 91. dixit*) fugiatotium laborando, præbeat bonum exemplum, imitetur Apostolum. Ideo D. Hieronymus relatus *c. Nunquam, de consecrat. dist. 5.* assignat varia officia in quibus potest se exercere Clericus, potius quam propria auctoritate vsurpet sibi aliorum bona: non enim instituit Christus Dominus sacrificium Missae instar mechanicæ artis ad sustentandam vitam corporalem Sacerdotum, sed ad alendam vitam omnium spiritualem. Vnde aliqui putant nihil probabilitatis habere id, quod aliqui recentiores Thomistae, ut referunt Corduba, & Petrus Nauarra (inter quos, ut refert Henriquez, est Bannez) qui omnes dicunt pro vna Missa licere accipere à multis stipendia necessaria pro soluendis debitis, emendis libris, alendis parentibus, aut sororibus, qui vnum cum Sacerdote reputantur. Et id quod Paulus asserit; *qui altari seruit, de altari viuere debet*, intelligendum est iuxta occupationem, & laborem ministerij, nisi velint hi Auctores concedere, quod, qui dixerit duo responsoria pro vno defuncto, possit exigere integrum victum illius diei, quia ministravit altari; quod nullo modo concedendum est; imò Sotus, & Petrus Nauarra ex eo, quod stipendium est debitum iustitiae, & habet suam proportionem, & ordinem ad laborem, vel occupationem, compulsi sunt concedere tantundem posse accipere pro Missa Sacerdotem diuitem, quantum potest accipere

pere pauper; vel certè tenentur asserere paupertatem nihil referre ad hanc rem, sed esse iniustum, & imminutum stipendium illud commune taxatum ab Episcopis. Quod absurdum ne concederent Henriquez, & Rodriguez, in aliud non minus absurdum inciderunt; nimirum Sacerdotem diuitem, eo ipso quod accipit stipendium, & ait pro illo se dicendum Missam, cedere iuri suo plus accipiendi. Sed cur, quæso, non idem potest dici de paupere, qui eodem modo accipit commune stipendium, & idem promittit.

Ex his omnibus apparet, rectè Sacram Congregationem in supracitatis declarationibus noluisse Sacerdotibus permittere pro Missa, nisi vnicum stipendium. Et tandem considerent Eminentissimi Patres, quod stipendium non præbetur Sacerdoti pro sacrificio ipso, seu pro fructu illius: nam hoc esset Simonia, ut rectè obseruat Dicastillo *de Sac. 10. 1. tr. 5. d. 4. dnb. 16. n. 320.* & alij communiter, sed præbetur, ut dictum est, in ordine, & in subsidium suae sustentationis. At in nostro casu ex vno stipendio accepto iam Sacerdos ex illa Missa obtinuit debitam sustentationem ab Ecclesia præscriptam pro illo die: Ergo alterum stipendium non potest accipere, quia acciperet id quod sibi de iure minime competit.

Ex his à fortiori inferitur, reiciendas esse opiniones aliquorum recentiorum, asserentium posse Sacerdotes accipere duo stipendia pro vna Missa, applicando vni fructum medium, & alteri, suum specialissimum, vel applicando vni Missae satisfactionem, alteri impetrationem. Eliminanda sunt ab Ecclesia Dei istae nundinationes cum sanguine Christi. Et has sententias ego alibi reprobauit, & reprobat nouissimè Doctus P. Antonius Escobar in *sua erudita Theologia morali parua editionis vltima tr. 1. exam. 1. c. 4. nu. 64.* & me citato Possentius in *Recollet. 99. mor. verb. Missa c. 2. nu. 5.* si aliquis verò Sacerdos accipit pluribus stipendiis iustis bona fide iuxta opinionem apud se probabilem, applicauerit multis vnicae Missae, existimans, & intendens ius simul satisficere, non teneri postea cognita veritate supplere, vel alias Missas applicando, vel stipendia restituendo censet Bordon. *10. 1. var. res. 2. 9. 23. nu. 22.* quia talis Sacerdos non peccauit contra iustitiam: attamen quamuis hic non teneatur ratione iniustae acceptationis, tenetur adhuc ratione rei acceptae, sicut qui bona fide rem accepit, quam putauit esse suam, vel se iusto titulo comparare, si postea nouerit, aut rem non esse suam, aut non iuste sibi acquisitam, tenetur equidem restituere, vel satisficere, nisi per impotentiam excusetur. Et ita me citato tenet Pater Franciscus Lugo *de Sac. tom. 1. l. 1. cap. 12. q. 4. nu. 41.* & Pater Aueria *de Sac. Euchar. quæst. 11. sect. 17. §. quod si Sacerdos quispiam.* Nota hic obiter quod Sacerdos ordinatus celebrans cum Episcopo, potest illud sacrificium alteri applicare, quia causa est illius. Ita Ioannes de Soria in *Epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 5. dispnt. 2. §. circa stipendium*; Meratius *tom. 3. de Euchar. dispnt. 38. sect. 8. nu. 4.* & Escobar *ubi supr. nu. 61.* ubi ait; Sacerdotes celebrantes cum Episcopo, posse singulos cui voluerint integre, & independenter voluntate alterius Missam applicare, quia singuli sunt vera causa per se totius sacrificij, ac si vnus solus offerret: Ita Escobar.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini sess. 24. capit. 6. de Reform. possit dispensare in delictis notoriis, dummodo non sint deducta ad forum contentiosum?

RESOLVT. LXVIII.

Affirmatiuam sententiam (attendas quæso amice lector) nouissimè docuit Magister Ioan. de S. Thoma in *2. 2. q. 64. d. 23. art. 3.* ubi sic ait. Post Concilium Tridentinum habent Episcopi potestatem ad dispensandum in irregularitate homicidij casualis occulti. Hæc conclusio colligitur ex illo *c. 6. sess. 24.* ubi conceditur facultas Episcopis dispensandi in omnibus suspensionibus, & irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, excepta irregularitate homicidij voluntarij, & aliis deductis ad forum contentiosum: ergo cum ibi solum fiat exceptio de irregularitate homicidij voluntarij, & de aliis irregularitatibus publicis, utpotè deductis ad forum contentiosum, inter quas non includitur irregularitas homicidij casualis occulti: & ex alia parte conceditur Episcopis facultas dispensandi in omni alia irregularitate prouenienti ex delicto occulto, cuiusmodi est irregularitas homicidij casualis occulti, manifestè conceditur Episcopis facultas dispensandi in illa.

Interrogabis tamen quid nomine delicti occulti intelligendum sit in illa concessione generali, si quidem homicidium multipliciter potest esse occultum? Ad hoc respondent aliqui Theologi posse delictum quadrupliciter dici occultum. Primo modo, quando est merè internum, & nullo modo actu externo explicatum: sed tamen hoc impertinens est ad propositum, quia per nullum actum isto modo internum incurritur irregularitas. Vnde primo modo dicitur occultum delictum, quando explicatum est in exteriori actu, non tamen potest iuridicè probari, quia nullus extat testis, vel ut plurimum est vnicus solus testis, nec acceptio maior, nec sunt indicia, nec clamorosa insinuatio. Secundo modo delictum dicitur occultum latè, scilicet quando in iudicio probari potest duobus, siue tribus testibus: est tamen occultum, ita ut non sit notorium siue publicum in populo, vel ciuitate, vel vico, cuius delinquens erat pars. Tertio modo dicitur occultum latiori modo, quando etiamsi probari possit coram iudice, & similiter sit notorium in Ciuitate, vel communitate, adhuc tamen de facto non est deductum ad forum contentiosum coram iudice, & ita habet esse occultum, quatenus opponitur publico in forensi tribunali.

Dico igitur tertio In præfato decreto Conc. Tridentini, nomine *delicti occulti*, intelligitur delictum occultum cum omni amplitudine, & latitudine, etiam ut comprehendit delictum occultum in vltimo modo latiori assignato. Itaque vniuersaliter intelligitur delictum occultum, omne illud quod non est deductum ad forū contentiosum, etiamsi probari possit iuridicè, & notorium sit in ciuitate; & ideo super omni irregularitate proueniente ex illo possunt Episcopi dispensare: & sic est intelligenda præfens conclusio. Et quidem ista tertia conclusio probari non potest sufficienter ex eo, quod cum concessio illa sit maximum priuilegium, & fauorabile, subinde sit extendenda, quia extensio in huiusmodi concessionibus non potest trahi extra pro-

prium genus. At delictum occultum secundo, & tertio modo assignato est omnino extra genus occulti delicti, cum ex natura sua sit publicum iuridice. Quocirca legitima, & efficax approbatio nostrae conclusionis desumenda est ex verbis Concilij videlicet ex illa exceptione, qua à ratione delicti occulti solum excipit tanquam publicum illud, quod de facto deductum est ad forū contentiosum, sicut solum excipit irregularitatem prouenientem ex homicidio proprie voluntario. Cum igitur exceptio firmet regulam in contrarium, ideo in illa generali concessione est habenda tanquam regula generalis, quod omne illud delictum est occultum de mente Concilij ad hoc propositum, quod de facto non est deductum ad forum contentiosum. Hucusque Ioann. de S. Thoma, cuius doctrina si esset admittenda plures essent immunes petendi dispensationes ex Romanā Curia. Sed pace viri sapientissimi hæc opinio est contra stylum Curiae, contra praxim omnium Episcoporum, & contra communem sententiam Doctorum, quos ego adduxi, & sequutus sum in p. 7. v. 2. ref. 15. & usque ad satisfactionem adducit Barbosa in dictum locum Concilij n. 26. & de potestate Episcopi p. 2. alleg. 39. numer. 24. Dico igitur in dicto loco Concilij accipi delictum occultum, ut distinguitur contra publicum, & ita etsi ab aliquibus sciatur, & probari possit dici occultum: at tunc tantum occultum non esse, quando in ratione delicti est publicum: utpotè quod in maiori parte viciniae, collegij, vel Monasterij, vel Parochiae cognoscitur, dummodo saltem decem personae inueniantur in ea vicinia, Parochia, collegio, vel Monasterio. Vide Hermannum Bufenbaum in *Medulla Theol. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 5. num. 2.*

sationes ex Romanā Curia. Sed pace viri sapientissimi hæc opinio est contra stylum Curiae, contra praxim omnium Episcoporum, & contra communem sententiam Doctorum, quos ego adduxi, & sequutus sum in p. 7. v. 2. ref. 15. & usque ad satisfactionem adducit Barbosa in dictum locum Concilij n. 26. & de potestate Episcopi p. 2. alleg. 39. numer. 24. Dico igitur in dicto loco Concilij accipi delictum occultum, ut distinguitur contra publicum, & ita etsi ab aliquibus sciatur, & probari possit dici occultum: at tunc tantum occultum non esse, quando in ratione delicti est publicum: utpotè quod in maiori parte viciniae, collegij, vel Monasterij, vel Parochiae cognoscitur, dummodo saltem decem personae inueniantur in ea vicinia, Parochia, collegio, vel Monasterio. Vide Hermannum Bufenbaum in *Medulla Theol. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 5. num. 2.*



R.P.D.



R. P. D.

ANTONINI DIANA, PANORMITANI, CLERICI REGVLARIS

Tractatum duorum ad superiores X I. Partis addendorum,

TRACTATUS PRIMVS.

De Adoratione, qua Summus Pontifex à Catholicis veneratur,

An sit licita adoratio, quam Christi fideles Summo Pontifici præbent, & negatiua sententia hæreticorum afferunt?

RESOLVTIO PRIMA.

HÆRETICI hostes infensissimi Romani Pontificis prorsus variis scomatibus, & diuersis adorationem Pontificiam imperunt, ac lacerant; & idè Theodorus Reihingh. in *tr. de regim. sacul. & Ecclesiast. lib. 1. claus. 2. cap. 4. n. 55.* sic ait: Pontifices se profitentur seruos seruorum verbotenus, re ipsa tamen volunt esse domini dominantium, & habere ius Regis Regum, Iason in *l. rescripta, C. de præc. imper. offer.* vnde Iacob. Fab. in *pref. instit.* Ergo Papa in verbis se dicit seruus seruorum, de facto tamen se adorari permittit. An non hoc est, humilitatis vestes, in superbia, & ambitionis stolam conuertere? Huc pertinet, quod verissimè simul, ac verustissimè dixit Cornel. Agrip. omnium admirabilium admirationem hoc vincit, quod nostri Sacerdotes iisdem medijs se Cælum posse ascendere putant, quibus olim Lucifer Cælo decedit, ut refert Meisner *de regim. Eccles. concl. 143.* Gregorium Magnum primum seruum seruorum Dei appellasse, & Constantinopolitano Patriarchæ vniuersalis Episcopi titulum decretò abrogasse, Quæ verò huius assumpti tituli causa me latet: id tamen ex historia sacra occurrit, quod Noè describens filium suum Cham maledicendo imprecatur, quod fururus sit seruus seruorum fratibus suis *Genes. 9. v. 25.* Hæc ille virulentè contra Pontificem euomit, & alij eiusdem farinae homines probant hæc sententiam.

Primò exemplo D. Petri; nam vt scribit S. Lucas *act. 10.* Factum est cum introisset Petrus, obuius ei venit Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit; sed statim Petrus hanc adorationem recusauit; subdit enim ibi S. Lucas; Petrus autem eleuauit eum, dicens: surge, & ego ipse homo sum: Ergo afferunt hæretici, ex hoc facto apparet damnandam esse Pontificum exorbitantiam, qui honorem, quem sibi D. Petrus admittere recusauit ipsi ab omnibus ad se accedentes exigunt, & requirunt. Hinc notant Historici superbiam Heliogabali; vnde Lamprid. in *Alex. Imper.* ait: Ipse se adorare vertit, cum eam cepisset Heliogabalus more Persarum, & Eutrop. *l. 9. de Diocl.* Adorari se iussit, cum autem eum cuncti salutarent. Rectè itaque Paulus, & Barnabas à Lyeonibus recusarunt adorari, *Act. 10.* Et Angelus non permisit Ioanni, vt ad suos pedes procumberet, quia eius fuisse conseruum assererat, *Apoc. 10.* & Mardocheus noluit genuflectere Aman. *Esther. 3. & 13.* & tamen Pontifex, qui seruus seruorum nominatur, egregium adorationis cultum non solum non respicit, sed etiam exigit, & admittit. Hæc, & alia similia euoment hæretici contra Rom. Pontifices more solito: Et maxime conuiciis afficiunt morem illum Pontificis, qui cum à fidelibus genuflexis adoratur, porrigit eis, pedem Cruce signatum, vnde nehylones, exclamant, Imperatores, & Reges portant Crucem super eorum capita, & diademata; Pontifex verò Romanus portat illam in pedibus, & idè Pappirius Masson. *l. 5. de Episc. Vrbis,* adducit verba Iacobi Fabri super institutam Iustiniani sic asserentis; Papa in verbis se dicit seruum seruorum se nominando; de facto tamen se adorari permittit, quod Angelus in Apocalypsi refugit. Videtur autem id dicere quasi damnans consuetudinem, moremque eorum, qui demissimè procumbunt ad pedes Pontificios, vt signum Crucis in superficie serici calcei intextum deosuler

deosculentur: qui mos an sit antiquissimus nescio; nondum enim omnia legi sed hoc scio, consuetudinem illam Cisalpinis populis minus probari, quam Italicæ genti, ad huius generis obsequia, & demissiones natæ, illamque constitutionem Imperatorum Theodosij, & Valentiani, quam Eudoxio Præfecto prætorio scribunt, non erit, opinor, superuacuum, atque inutile huic loco intexere ex lib. 2. *codicis Iustinian.* seu Pontifices valent ea tenent, seu nolent; paria enim sunt in calceo Crucem gestare, atque humi eam pingere. Cum sit nobis cura diligens per omnia superni Numinis Religionem tueri, signum Saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marboribus humi positus insculpere, vel pingere, sed quocumque reperitur, tolli; grauiissima pœna multando eos, qui contrarium statuti nostris tentauerint, specialiter imperamus. Dat. 12. Kal. Iun. Herio, & Ardabri Coll. Hæc Papius, quæ quidem valde miror, Catholicum scriptorem dixisse, & illa acriter non impugnasse.

Ad supradictos errores repellendos, supponitur, quænam sit adoratio, quomodo distinguatur, & actus, per quos exercetur, explicantur?

RESOLVT. II.

Sed ad ipsos repellendos suppono ea, quæ dicitur, vt semper solet, obseruat Lessius de *inst. l. 2. cap. 3. dub. 1. num. 4.* vbi sic ait: Adoratio proprie nihil est aliud, quam honor externo corporis gestu exhibitus, vt genuflexione, capitis apertione, inclinatione, osculo manus, & pedum, corporis in terram prostratione, &c. his enim, & similibus modis alios honoramus, testatur enim nostram submissionem, & alterius excellentiam. Itaque adoratio proprie consistit in externo illo gestu, quatenus est signum internæ æstimationis, reuerentiæ, & submissionis erga alterum, & consequenter illius quoque excellentiæ.

Notandum est etiam, omnem externam adorationem secundum se esse diaphoram, & posse tam creaturis, quam Deo exhiberi; nam genuflexio, & totius corporis in terram prostratio (quæ summæ videntur adorationes) etiam hominibus exhiberi solent: vt ex scripturis patet *Genes. 43. & 50. 3. Reg. 1. 4. Reg. 4. Actor. 10.* Itaque à sola intentione pendet, quod per hæc, ita, vel illa honoris species deferatur; si enim externa illa submissionis nota intendas te alteri submittere tanquam Deo, & testari eius diuinitatem, erit cultus lætriæ; si vt amico Dei, erit dulciæ; si vt viro sapienti, potenti, erit obseruantia politica. Vnde idem actus externus, quatenus successiue potest procedere à diuersa intentione, & accipi vt signum diuersæ excellentiæ in honoratis, & diuersæ existimationis reuerentiæ, & submissionis in honorante, potest successiue esse actus lætriæ, dulciæ, & obseruantia politica. Ita Lessius.

Dicendum est itaque quod nomen adorationis commune est cultui exhibitio Deo, Angelis, & hominibus, vt ex Scriptura sacra constat, *Deuter. n. 6. & Math. 4.* Nomen adorationis pro cultu tantum Deo exhibitum vsurpauit: At *Gen. 19.* applicatur ad Angelorum cultum; vidit enim Loth duos Angelos, surrexit, & iuit obuiam iis, adorauitque pronus in terram. Sed *3. Reg. 3. & alibi,* sæpe accipitur adoratio pro reuerentia hominibus facta.

Definitur adoratio in genere, vt sit submissio, & recognitio excellentiæ personæ adoratæ: ex affectu illam sic recognoscendi, sic omnes DD. ex *Damas. or. 1. de imag. propè ab initio, & orat.* Potest ergo hæc adoratio Deo, & creaturis fieri, quia in Deo, & creaturis excellentia reperitur adoratione digna. Si adoratio fiat Deo, erit submissio Deo tanquam supremo Principi, & infinite perfecto, ex affectu illum sic recognoscendi. At si adoratio homini, vel Angelo fiat, erit submissio proueniens ex recognitione creatæ excellentiæ. Quapropter cum creata excellentia, & increata omnino diuersa sint, adoratio creata excellentiæ, & increata omnino differunt. Vnde sancti ad eam distinctionem variis nominibus vtuntur, & adorationem Dei vocant lætriæ, & adorationem Sanctorum dulciæ; eam verò, quæ B. Virginii fit, hyperduliam, quia intra latitudinem creatæ excellentiæ omnium est excellentissima.

Non est etiam, quod præter supradictam distinctionem adorationis; alia est communis distinctio adorationis absolutæ, & respectiue. Adoratio absoluta est illa, qua quis alteri se submittit ob excellentiam illius, quæ adoratio soli creaturæ rationali, & intellectuali conuenire potest, quia sola illa capax est virtutis, sanctitatis, dominij, &c. quæ sunt qualitates constituentes obiectum dignum adoratione, solaque illa intelligere submissionem potest. Respectiua adoratio est, quæ fit alteri non propter excellentiam in illo residentem, sed propter respectum, quem habet ad aliud, & ratione cuius indicatur. honore dignus: hæc igitur rebus inanimatis conuenire potest, quia non sistit in illis, sed transit, & refertur ad personas, ad quas illæ res inanimatæ, respiciunt, vt contingit in adoratione Imaginum; sic Suarez *tom. 1. in 3. p. disp. 51. sect. 2. in fin. Azor. 1. p. l. 9. c. 5. qu. 4. Bonac. tom. 2. disp. 3. de ador. punct. 1. in fin. Valquez de ador. disp. 3. cap. 3. in princ.* Et hæc omnia docent Suar. *in 3. part. tom. 1. disp. 51. sect. 2. tom. 2. Castrus Palaus tract. 8. disp. 1. punct. 1. in fin. Vazquez de ador. disp. 3. cap. 3. Becan. de inst. cap. 8. 4. & communiter Theologi, Baldellus 10. 2. l. 3. disp. 2. Maldet de inst. tract. 10. c. 5. dub. 3. Vvig. de inst. tract. 3. cap. 3. dub. 1.*

Contra hæreticos Summ. Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione, pedum osculatione, &c. demonstratur?

RESOLVT. III.

His suppositis assero contra Hæreticos, licet Summum Pontificem genuflexione, & osculatione pedum in Ecclesia semper adoratum fuisse propter excellentiam eius dignitatis: adoratum enim eo modo, vt supra diximus, non solum Deo, sed etiam creaturis viuentibus competit; Quod Christi fideles intendunt facere, quando pedes Rom. Pontificis osculantur; vnde Magist. Raphaël de la Tort. insignis Theologus Dominicanus *in 2. 2. D. Thom. tom. 2. questio. 84. art. 5. disp. 5. num. 26.* sic ait: Ex omnibus dictis in hoc discursu colligimus, osculari quempiam ad adorationem pertinere: similiter esse adorandi omnes osculari sanctorum ossa, ac reliquias, vestes sacras, calices, Sacerdotum manus, Summi Pontificis pedes, & ad adorationem Religiosam pertinuisse olim, & modò etiam in Ecclesia Christi obseruari. Ita ille.

Adducam aliqua exempla, quæ contra hæreticos hunc

hanc morem adorandi Pontificem genibus flexis, eiusque pedes osculando, semper in Ecclesia apud fideles extitisse manifestè demonstrant. Et primò apud Suarium *tom. 5. die 3. Maij* habetur: Ostium aperiens Quirinus (sic verbatim acta ferunt) Sanctum vidit Alexandrum; itaque procidens ad pedes eius: Et *infra:* Fecit ita Quirinus, & osculatus pedes S. Alexandri dixit, &c.

Secundò Baronius *sub anno Christi 294.* hæc asserit: Rediens verò Claudius domum, cum hæc omnia Præpeditæ vxori nuntiaffer, illa cum diu ante de fide Christiana sectanda consilium iniisset, sed viri impietate perterrita destitisset, audita viri tanta facta à Deo mutatione, repente ad Caium Papam se contulit, ad pedesque procidens, eosque ex more (vt acta habent) exosculata, æque se ad fidem recipi postulauit. Aderat cum eo & Susanna, quæ eam amanter suscepit. Vbi potissimum verba illa perpendi debent, *eosque ex more exosculata.* Ex his siquidem sic perspectum, constantem iam olim antea fuisse morem eorum, qui ad Romani Pontificis præsentiam accedebant, aliquid gratiæ petitori, acclines, & pronos eiusdem aduolui pedibus, eosque cum osculis venerari.

Tertio probatur *ex epist. Oriental. Episcoporum ad Symmach. Papam ann. 512.* directa pro ipsorum in gratiam Apostolicæ Sedis susceptione. In hac enim sic venerandi, ac supplices, ipsum ad Symmachum Papam eloquuntur: Festina in auxilium nostrum, sciens sanctissime (sicut in principio dictum est) quia non opus habent sani medico, sed malè habentes. Quod si parua existeret ægritudo, nos forsitan ad spirituale nostrum medicum curreremus, quatenus & passionis honorum medicorum, idest glotiosorum Christi discipulorum, & vestrorumque Doctorum, & sancta adorarem tua vestigia, & præuaricationis medicinam, & delicti remissionem de tuo sancto ore susciperemus.

Quartò, Anastasius Bibliothecarius *in elect. Leonis I V.* quæ facta est anno 847. eundem ei cultum ex auito more fuisse exhibitum, non modo à Clero, sed & à sacris proceribus, qui iam adfuerunt. Tunc omnes pergentes (inquit) cum gaudio multaque auiditatis lætitia ad Ecclesiam, in qua degebat beatorum quatuor Coronatorum, eum coactum, inuitumque exinde abstrahentes cum hymnis, laudibusque præcipuis ad Lateran. Patriarcham perduxerunt, qui morem conseruantes antiquum, omnes (eius) osculati sunt pedes.

Et tandem non deseram hic apponere ea quæ narrat Paulus Amilius *in sua hist. de gestis Franc.* loquens de Pipino Rege, & Stephano III. Papæ sic enim inquit: Pontifici in Galliam venienti, officij causa amplissimus, ac nobilissimus quisque ad primos fines occurrere Principes comitatus Carolo adolescentulo, cui sua virtus; felicitasque magni postea nomen indidit. Et Pipinius tertium à Carisiaco oppido lapidem obuiam progressus, pedes, vt ferunt, exosculatus, coërcere non potuit, quin in equo salientem ipse pedibus ad frænum profectus, in regiam deduceret.

Et Alecius, vt vult Canisius *tom. 6. antiquæ lectionis,* in quodam poemate loquens de Carolo Magno, sic cecinit:

*Exemplo properans Carolus veneratur,
Adorat Pontificem, &c.*

Quintò, patet exemplo Phillippi Regis entis filio Ludouico; sic enim refert Sugerius *in lib. de vita eiusdem Ludou. cognomento Grassi;* occurrit itaque ei ibidem Rex Philippus, & Dominus Lu-

douicus gratanter, & votiuè amore Dei maiestatem regiam pedibus eius incuruant; quemadmodum consueuerunt ad sepulchrum piscatoris Petri Reges submissio diademate inclinati; quos Dominus Papa manu erigens, tanquam deuotissimos Apostolorum filios ante se residere fecit. De Ludouico verò Rege sic asserit Sugerius: Vt autem vique S. Benedictum super Ligerim descendit, Dominus Rex cum Regina, & filiis occurrens, nobilem, & diademate sapius coronatum verticem, tanquam ad sepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procumbit, catholicum affectum, & deuoti seruitij affectum ei, & Ecclesiæ promittit. Cuius exemplo & Rex Angliæ Henricus ei Carnorum occurrens, deuotissimè pedibus eius prostratus, & votiuam suam, suorumque in terra sua susceptionem, & obedientiæ filialis promittit plenitudinem, &c.

Et ne in aliena vitula arare videat, hæc, & alia plurà exempla inuenies apud morditissimum Andream Suassay Gallum *in append. de oscul. ped. Summi Pont. art. 3. per 101.* post suam Encyclopediam Episcopalem impressam.

Quod ante ipsum hoc etiam variis exemplis firmauerat Ioseph Steph. Episc. Vastrensis Hispan. *in lib. de oscul. ped. Rom. Pontif. cap. 17. per 101.* Et omnia ab ipsis superius dicta paucis complectens sic asserit Cornel. à Lapide *in Isai. cap. 49. vers. 49.* Iustinus Imperator veniente Io. Pontifice Constantinopolim, cum tota vrbe illi obuiam processit, & ad pedes eius procubuit, detrahensque sibi insignia Augustalia, procidensque suppliciter petiit, vt illis rursus ipsum adornaret. Iustinianus Imper. Nicæ ad Constantini Pontif. pedes procubuit, eosque est osculatus. Idem fecit Carolus Magn. Romæ anno Christi 774. & eius auus Pipinus Steph. II. Pont. venienti in Franciam anno Christi 754. Idem fecit Ludou. Pius Caroli filius Sergio II. Pontif. anno Christi 844. Ita ille, cui etiam adde Thom. Boz. *de signis Eccles. tom. 2. signo 86.*

Et tandem ad confirmationem supradictorum non deseram hic apponere verba Innoc. III. qui *lib. 2. myster. Missæ cap. 27.* cum hanc osculandi pedum consuetudinem huius facti exemplo, & imitatione deduxisset, ita ait: Subdiaconus, vel Diaconus non manus, sed pedes Romani Pontificis osculatur, vt Summo Pontifici summam exhibeat reuerentiam, & eum illius ostendat esse Vicarium, cuius pedes osculatur mulier illa, quæ erat in ciuitate peccatrix; Adorandum est enim scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, cuius pedes tenentes mulieres resurgentem à mortuis adorauerunt: Et *l. 2. myster. Missæ c. 30.* aliam haud ferè dissimilem huius rei causam adduxit his verbis: Quod autem Subdiaconus cum Acolyto ad Episcopum accedit, illud insinuat, quod Ioannes cum audisset in vinculis opera Christi, duos ex discipulis suis misit. Quia verò dextra domini facit virtutem, idè Subdiaconus osculatur dexteram; quia verò per visa miracula cognouit hunc esse, de quo Magister prædixerat, qui post me venit ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, pronus ad pedes calceamentum Romani Pontificis osculatur.

Hanc verò consuetudinem vetustissimam fuisse ex ordine Romano ante Gelasium Papam conscripto, & edito, apertè, & palam confirmari potest: Nam in ordine processionis ita constituit: Diaconus osculans pedes Pontificis; petitaque benedictione venit ante Altare. In ordine verò qualiter Missa celebratur: deinde Diaconus osculatur pedes Pontificis

Pontificis, & tacite vicit Pontifex, Dominus sit in corde tuo. Et in ordine, quia in aliis Ecclesiis seruari debet, ita habetur: Accedit Archidiaconus, & genuflexo ante Episcopum, regat vestimenta eius, præbens se ad pedem reuertatur, & pauld post accedat Diaconus, & adorato altari genuflexus ante Episcopum, accipiat benedictionem, & præbens se ad pedes eius, & adhibente manum Episcopo, eam osculatur, ita quod in aliis Ecclesiis Diaconus se promptum ad pedem Episcopi osculandum præbeat necesse est, cum tantum manum osculari debeat, in Ecclesia verò Romana, vbi Apostolica viget auctoritas, pedem venerari oportet: Et tamen claudam hanc resolutionem cum verbis Io. Lorini in act. *Apost. c. 10. v. 25.* sic asserentis: Exploratissimum est, hunc oculi pedum Pontificis honorem, Pontifici detulisse ex Imperatoribus Iustinum seniore, Iustinianum II. Federicum I. (& si ad osculum pedum non est ante admissus, quam officio fungi more maiorum compelleretur, Constantini præsertim Magni exemplo) & posteriores deinceps omnes, vt omitantur Reges Pipinus, Carolus Magnus, & tam multi alij, sed & inter prinilegia Romani Pontificis Gregorius VII. sanctitate conspicuus nono loco illud recensuit, quod solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur.

Iam inde etiam ferè ab Innocentij III. tempore, communi Principum omnium vsu litteræ præscriptæ ad Pontificem in salutatione, pedum exosculatationem continent. Tria est quoque illa adiurandi, & obsecrandi venerabilem personam formula; per *vestigia tua.* Habent ita acta perantiqua Susannæ Martyris, Præpedignam Caij Pontificis de more pedes osculatam. Hæc omnia Lorinus.

Supradicta adoratio Pontificis non solum perpetuo vsu, vt visum est, sed etiam ratione nititur, exemplo videlicet Episcoporum.

RESOLVT. IV.

PROBatur euidenter, nam subditi tenentur genuflexere coram Episcopo, vt habetur in *ceremoniali Episcopi. l. c. 2. ibi:* Et sibi occurrentes subditos, qui genuflexere debent, & in *lib. 2. cap. 8.* Et facit, quod principibus excelsis hæc genuflexionis reuerentia tribuitur, Io. de Platea in *l. Decur. c. de silent. l. 12.* Io. de Montaigne *de auth. concil. par. tra. de ord. consist. Regis num. 48.* Laudensis *de Principib. q. 173.* Cassianus in *cat. p. 5. conf. 33.* Lancellor. in *templo l. 1. c. 1. §. 3. & §. 1.* Auiles in *cap. prator. Gloss. Acada vno de vos salua y gracia nu. 2.* Quod Episcopus sit Princeps secularis, & temporalis, Agia *de exhib. auxil. fundam. 19.* & quod excelsus sit, & habeat excelsum honoris fastigium Rodeanus *de s. mon. c. 1. 8. num. 4.* Ergo coram eo genuflexere debent tam Principes, quam subditi, & magnam ei exhibere reuerentiam, vt consuluit Io. Cephal. *10. 1. conf. 1. num. 35.*

Hinc olim Christi fideles pedes Episcoporum deosculabantur, vt factum fuit S. Epiphanijs, teste D. Hieron. *ep. 61. ad Pammach.* vbi sic loquitur. Nonne cum ad eura (Epiphanium) omnis hæreticus, & sexus turba conflueret, offerens paruulos pedes deosculans, simbras vellens: cumque non posset promouere gradum, sed in vno loco vix fluctus vendantis populi sustineret, &c. Sic etiam ad pedes S. Martini prociidisse Imperatorem Valentinianum

Fortunatus *lib. 3. in eisdem S. Confess. vita* his verbis meminit.

Hinc celer exiliit rapiens se Casar, & ardens Martini genua amplectens, pedibusque volutans: & infra:

Imperiale caput, Sancti ad vestigia subdens.

Leo Castrus in *7. ai. c. 49. v. 23.* In vetustissimo (ait) codice Ordinis S. Benedicti reperi, olim Reges Hispaniæ, cum audirent Episcoporum Synodum, procumbere solitos toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terram osculari, neque prius attollere se humo, quam è suis illi sedibus surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos brachijs attollerent, & in sella regia pro dignitate collocarent.

De Francis habes Clotharium Regem, qui ad pedes Sancti Lupi Senonenfis Episcopi supplex accidit.

De Longobardis ab Aribone IV. Episcopo Frisingensi scriptum est, Regem Longobardorum è Regia sella descendisse, & ad pedes Corbiniani Episcopi se aduoluisse.

Hinc S. August. *ser. 18. de verb. Apost.* ad Ecclesiam, ait: Corris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris. Et S. Ambrosius *lib. de dignit. Sacerd. cap. 2.* Regum, ait, colla, & Principum submittantur genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communiti.

Hinc Suidas sic inducit Leontium alloquentem Eusebiam Constantij Imperatoris vxorem, rogantem vt se viseret. Si me, inquit, vis ad te venire, seruato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem, vt ingrediar quidem ego, tu autem mox è celo tuo solò descendens, cum pudore mihi occurras, deinde sedeam quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec sedeam donec signo iubeam: Si his parere vis, visam te, sin minus, scito te non obtenturam, vt nos honorem Episcopis debitum prodamus, & in diuinum Sacerdotum ius firmus iniurij. Hæc ille ad hæreticam Imperatricem.

Et hanc adorationem largitum fuisse dictis Antistitibus non solum obtentu sanctitatis, sed etiam ratione dignitatis probat Andreas Saufay *vbi sup. c. 4.* & patet ex his, quæ adducit Ioseph Steph. *loc. cit. 12. per 101.* Et idè ratione eorum ministerij, & gradus, hanc reuerentiam Episcopis deberi docent Theologi, vt Tanner. Lesl. Baldell. & alij, *vbi sup.* Ergo vt optimè obseruat Io. Lorin. in *act. Apost. c. 10. v. 25.* Ex Bezouio, & Card. Baron. à fortiori, & à minori ad maius dicendum est Summo Pont. competere, qui à Leone *ser. 2. de sua assumpt.* vocatur primus omnium Episcoporum, & ab Arnob. in *pral. 138.* Episcopus Episcoporum, & à Sixto I. *epist. 2.* & Victor. I. *epist. 1.* Episcopus Ecclesiæ vniuersalis.

Quod magis confirmatur; nam si talis cultus in rigore etiam Sacerdotibus competere potest, vt tradit Vasq. in *3. p. tom. 1. disp. 98. c. 1. n. 5.* Suarez *d. 52. sect. 3. §. Responderetur.* & alij: Vnde Tertull. *lib. de penit. c. 2.* dixit: Plerumque ieiunijs preces alere, inmiscere, lacrymari, & mugire dies, noctesque ad Dominum, Presbyteris aduolui, & charis Dei adgeniculari: cuius ritus etiam epistola S. Dionysij *ad Demophilum* mentionem facit.

Si inquam licitè tali ritu Sacerdotes possunt venerari, quantum magis dicendum est contra hæreticos ritè, & licitè hodie à fidelibus venerari Pontificem, quem suo *ser. de Cathedra S. Petri* vocat Sacerdotem magnum: & Fagund. *l. 4. c. 3.* Sacerdotem primum inter Christianos Sacerdotes. Vnde ex his agnosce, amice lector, frontem, & impudentiam

dentiam hæreticorum, qui non verentur auferre Summo Pontifici, quod Episcopis, imò Presbyteris concedere deberent. Obserua tamen quod licet *superius dicta* de Episcopis, & Sacerdotibus sine vera, hodie tamen communiter non practicatur, ex reuerentia (vt credo) Summi Pontificis, cui semper ritus genuflexendi, & osculandi pedes inuolabiliter à Christi fidelibus obseruatur. Claudam hanc resolutionem auctoritate Iosephi Hebr. qui *l. 1. antiq. c. 8.* refert, Alexandrum Magnum adorasse Iaddum Pontificem Iudæorum; ergo quantum magis contra hæreticos dicendum est, licitè, & meritò adorare fideles Summum Pontificem successorem Petri, qui longè distat, & excellentior est Pontifice veteris testamenti, vt ex multis probat eruditus Martinus Beccanus *l. 3. opusc. 7. de Pontifice veteris testamenti cap. 9.*

Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quos à populis adoratos fuisse demonstratur, & de differentia adorationis politice, & sacre agitur.

RESOLVT X.

ESSE duplicem adorationem, politicam, & sacram erradunt Theologi, vt Baldell. *tom. 2. lib. 3. disp. 12. n. 9.* Vasq. in *3. p. tom. 1. disp. 98. c. 1. n. 3.* cum seq. & Lessius *de iust. l. 2. c. 46. dub. 3. n. 18.* vbi sic ait: Obsequantia politica est, quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam cultum defert: talis est qua coluntur Principes.

Hæc adoratione fuerunt olim Imperatores, & Reges venerati, & sic *3. Reg. c. 1.* dicitur: Inclinauit se Bersabee, & adorauit Regem: & *ibid.* Cumq; introisset Natam in conspectu Regis, adorasset eum pronus in terram. Vide *c. 4. l. 4. Reg. & cap. 10. Act.* & cum Regibus Persarum nemo loqui poterat, nisi prostratus in terram vestigia pedum regiorum exoscularetur, teste Xenophonte *lib. 8.* & Plutarcho in *Alcib.*

Hic etiam mos fuit apud Romanos; de Caio, Othone, Caligula, Nerone, Adriano, Antonino probat Io. Lorinus in *act. Apost. c. 10. v. 24.* Et licet antiqui Scriptores videantur hanc Principum adorationem damnare, tamen interpretandi sunt, illam non damnare absolute, sed in aliquo casu, v. g. ratione adulationis subditorum, vel superbiæ Principum. Vnde ex hoc dixit Martialis *l. 10.*

*Ad Partos procul ire pileatos,
Et turpes humilesque supplicesque,
Fictorum solia basiare Regum.*

Agnosce subditorum adorantium sædam adulationem. Vis videre factum insolens Principis adorati; audi Dionem *lib. penult.* Primum Cælaris (Caligula) se adorari instituit vt Deum: quod & de Diocletiano referunt Aurelius Viç. *p. 2. n. 39.* & Cassiod. *n. 1040.* Vide Rhodin. *ant. lect. lib. 2. c. 33.* Igitur adoratio Principum politica, vt sic, non est damnanda, & in specie circa Imperatores, & Reges ex sacra scriptura approbat Io. Vigers *de iust. tr. 8. c. 7. n. 3.* & alij. Vnde Ioseph Augustinus. *vbi supra c. 1.* sic ait: Mos igitur communi populorum consensione, omnium quoque ætate comprobatus, tyrannidis nota condemnari non potest: cum illum dux natura defendat; Quod longa exemplorum serie, & grauissimorum hominum fide, & auctoritate perspicitur. Et tandem postea sic concludit; ergo quis non videt hanc consuetudinem populorum consensione comprobata, quasi naturæ auctoritate defendi? Quis non sentit tantam aduersus Prin-

Anton. Diana Pars XI.

cipes fuisse hominum propensionem, vt nisi illos tantum publicos parentes summo studio venerentur, aliquid de eorum summa dignitate detrahi, aut imminui existimarent? Quamobrem licet aliquis Imperatoria maiestate insolenter abusus, temerè se Deum iactauerit, aut incredibili armatus audaciâ, osculum pedum tanquam diuinum honorem sibi arrogauerit: eius quidem improbitas, & dementia culpanda est, non tamen improbanda populi consuetudo, quæ cum omnium consensione, & auctoritate recipitur, quasi naturæ vocibus comprobatur, vt vix ab ea homines audeant recedere.

Si itaque olim adoratio politica largiebatur Imperatoribus, & Regibus, quantum magis vt obseruat Io. Lorinus in *act. Apost. v. 24.* contra Io. Cuspinianum dicendum est largiendam esse adorationem sacram summo Pontifici, qui vt caput Ecclesiæ, & Prochristus est super omnes Imperatores, & Reges; Vnde Ladislaus Rex Vngariæ orat. *ad Nicol. P.* apud Cochacum *l. 1. 1. hist. Hussitarum;* & Petr. Dam. *opusc. 23. c. 1.* vocant Pontificem Regem Regum, & Imperatorum Principem. Quod etiam dixit Episcopus Patate *apud Liberatum in Breuiar. c. 22.* vocando Pontificem plusquam omnes Reges, qui meritò hoc recognoscentes, vt supra visum est, ad eius pedes procumbunt, & osculantur, & reuerenter adorant, & alia honoris, & venerationis signa demonstrant, vt patet in pluribus exemplis; sed duo tantum hic adducam.

Primum ponit Anastas. in *visa Steph. IV.* vbi sic ait: Fualdus Abbas, & Rothardus dux directi à præfato Pipino excellentissimo Francorum Rege, petierunt eundem Sanctiss. Pontificem ad suum progredi Regem. Quem & magno honore cum omnibus, qui cum eo erant ad eum deduxerunt. Audiens verò idem Rex eiusdem Beatiss. Pontificis aduentum, nimis festinanter in eius aduentum occursum vna cum coniuge, filiis etiam, & primatibus, & ferè ad centum millia; filium suum nomine Carolum in occursum ipsius coægeli Papæ direxit, cum aliquibus ex suis optimatibus. Ipseque in palatio suo in loco qui vocatur *Ponticone*, ad ferè trium millium spatium descendens de equo, cum magna humilitate terræ prostratus vnà cum sua coniuge, filiis, & optimatibus eundem Sanctiss. Papam suscepit. Cui & vice stratoris vsque ad aliquantum locum iuxta eius sellarem properauit. Ita ille.

Alterum exemplum adducam ex Genebr. in *Chronograph. l. 4. sub. anno 1180.* qui sic affatur: Ad eius pedes (ait) procubuit Federicus Imperator petens absolutionem excommunicationis. Ferunt Ludouicum Francorum, & Henricum II. Angliæ Reges pedites ei inseruisse stratoris officio, ac læna, dexteraque frenum equi ipsius tenentes, eum per Tosianum urbem magna cum pompa deduxisse. Cuius pudere eos non debuit; nam & magnus ille Constantinus longè potentior, & sanctior prius id honoris Siluestro Christi Vicario exhibuit. Hæc Genebr.

Vnde ex his Antonius Ongaro vates non infimæ notæ, & quem Roma in sinu suo per multos annos dulciter canentem audiuit, loquens de Clem. VIII. Pontifice hæc scripsit.

*In trono augusto, one suo merito il pone,
E non fortuna, il gran Clemente hor siede,
Indi dà leggi all'omnifero, e vede
Sotto le piante sue scetri, e corone.*

Probatum etiam adoratio Pontificia ex more apud veteres, quoad aliquid impetrandum pedibus obvoluebantur, & presertim filij supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant, de offensis veniam petendo.

RESOLVT. VI.

PRIUS dictum confirmatur ex verbis Apulei libro 6. *met.* non multo post princ. Tunc Psyche pedes eius aduoluta & vberis fletu rigans, Deæ vestigia, humumque verrens crinibus suis multijugis precibus editis veniam postulabat. Et huc quoque respicit illud Ciceronis *in ordin. ad pop. & Equites Roman.* antequam iter in exilium: Oro atque obsecro, quibus sigillatim sæpè suppliciter ad pedes iacui, ut eum, qui singuli stratum, atque oblectum subleuatis. Et apud Curtium l. 3. Mater, & vxor Darij prouolutæ ad pedes Alexandri, orant, ut sibi liceat patrio ritu Darium sepelire, quem rebañtur in acie cecidisse. *Cæf. l. 2. bell. civ. de Massiliensibus loquens:* Vniuersi, ait, se ad pedes proiiciunt, orant, &c.

Et hunc morem maximè filios erga patres effecisse, apud veteres patet, ad quem respexit Plin. l. 9. ep. 21. vbi sic ait: Libertus tuus, cui succensere te dixeras, venit ad me, aduolutusque pedibus meis, tanquam tuishæsit; fleuit multum, multumque rogauit; multum etiam tacuit; in summa fecit mihi fidem poenitentia. Sed magis clariùs Sidonius Apollin. l. 4. ep. 25. Deus bone, inquit, quam lætus orietur tibi dies mihi nuntius, animus illi, cum paternis pedibus affusus, ex illo ore læso, ore terribili: conuictum expectans osculum exceperit: Quod contrigit in filio prodigo Euang. Luc. 15.

Notandum verò summum Pontificem sapiùs vocari patrem communem: Ita vocauit illum Petrus Cluniacensis l. 4. ep. 34. Acta S. Lutgardis lib. 2. cum de morte Innocent. III. Michaël Paleologus ep. ad Greg. X.

Vnde eadem proportione modò Rom. Ciuitas per Pontificem dici potest Mater communis, aut patria communis, quo olim nomine dictam ratione imperij politici constat ex multis Symmachi locis, quæ Iurellus notauit ad l. 5. ep. 74. Vnam esse cunctarum gentium in toto orbe patriam, dixit Plin. l. 3. c. 5. Totius orbis ciuitatem vnicam vocat Sidonius l. 8. ep. 6. Negatque Cassiodorus eam vlli posse dici alienam. Quia scilicet communis erat omnium patria, humanumque genus communi nomine fouit matris, non Dominae ritu, vt Claudianus cecinit lib. 3. de laud. Silic. Ad eum ergo modum proportionaliter nunc Romana Vrbs per Pontificem communis patria, & ipse Pontifex communis Pater meritò denominatur. Et idem hoc speciali elogio D. Augustinus ep. l. 162. vocauit Melchiam Papam patrem Christianæ plebis.

Itaque ex his suppositis optimè infert pius, & eruditus Andreas Saussay cap. 4. Quid mirum, si ad Sedis Apostolicæ Pontificem accedentes Christiani eius ad pedes aduoluantur, eosque præ filiali reuerentia colant, amplexentur, osculentur, maxime cum eius vultu teneat, qui suo loco Petrum inter homines esse voluit, cum suas ei iussit pasce-

re oues: sic enim ait Ambrosius in vltimum Iulianum Ipsi sui erga eas amotis Vicarium constituit; cui etiam cum dederit clauas Regni Cælorum, animas ligandis, & absoluendi Pontificium tradidit; iure meritoque omnes qui se peccatorum norum nexibus obstrictos, caput inclinant, genua flectunt, facris affunduntur vestigiis, eaque deuotis lambunt osculis, veniam ut quàm supplices petunt, ab ipso cælesti dispensatore valeant promereri. Ita ille.

Quod adèd humaniter hoc patris officium Pontifices Romani tanquam patres communes erga fideles eorum filios exercent, vt occasione Iubilæi anni Sancti Ioseph Stephanus vbi sup. c. 11. in fin. ita testatur: Vidi vno die Gregor. XIII. Pontificem Maximum decem millia hominum ad pedum oscula benignissime admisisse, tanta animi lenitate, vt ab omnibus præ gaudio vim maximam lachrymarum excuteret. Hæc Stephanus.

Aliqua loca sacra Scripturæ afferuntur, in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur.

RESOLVTIO VII.

NON solum, vt visum est, adoratio Pontificia nititur consuetudine, & rationibus, sed etiam testimonio sacrorum oraculorum, & in primis nobilis est locus ille Isaia Prophetæ cap. 49. v. 25. sic enim ait: Et erunt Reges nutritij sui, & Reginae nutrices suæ, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies, quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum: quæ verba explanans Corn. à Lapide doctus Scholiastes sacra Scripturæ ita asserit: In verbo *lingent*, est hyperbole, & auactis, significans summam demissionem, & venerationem. Lingent ergo, id est osculabuntur, tum vt supplices, tum vt à te victi; sic *Psal. 71.* dicitur: coram illo procident Æthiopes, & inimici terram lingent. Ita videmus Reges osculari pedes Ecclesiæ in Pontifice, qui Ecclesiæ est caput. Ne ergo fremant ad hoc osculum hæretici, cum Iudas idipsum hic præixerit, de eoque tam Regibus, quàm Ecclesiæ sit congratulatus. Sicut enim qui Viceregem valde colit, & honorat, Regem ipsum valde colit, & honorat: Sic qui Pontificem colit, Christum colit, quia Pontificatum, quasi sui Vicariatum, summumque in Ecclesiâ Magistratum instituit. Ex aduerso qui Pontificem spernit, Christum, Christi que ordinationem spernit: ipse enim dixit: Qui vos audit me audit; qui vos spernit, me spernit. Prædicat gloriam Ecclesiæ, quam habitura erat sub Constantino, & deinceps; nam ante eum fuit in continua persecutione. Vnde mirum non est hunc honorem non habuisse, nec admisisse S. Petrum, Paulum, aliosque Apostolos, vt perperam obiecit Calvinus. Huc vique Corn. à Lapide.

Est etiam alter locus eiusdem Prophetæ Isaia c. 60. v. 13. Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt, & adorabunt vestigia pedum tuorum: quæ verba verificata esse in B. Siluestro Pontifice Otho Frisingensis l. 4. in prologo testatur est his verbis, Vt cognoscamus non fortuitis casibus, sed Dei profundissimis, ac iustissimis iudiciis id factum; vide pridie latitantem, ad quemlibet infimæ conditionis virum, fugientem, in breui tantæ auctoritatis fieri, vt Regibus imperet, de Regibus iudicet.

iudicet. Vide tantæ à sæculo venerationis haberi, vt veniant curui, vestigia pedum eius in folio sedentis adorent orbis domini. Ita Otho, cui adde magis genericè loquentem Corn. à Lapide, qui expendens supradictum locum Isaia sic affatur; patet hoc impleri in Rom. Pontifice, qui est caput Ecclesiæ. Frustra ergo indignantur hæretici ad oscula pedum Papæ, cum ea prædixerit, & promiserit Isaia. Ita Reges Visigothorum, Francorum, Anglorum, Normannorum, Longobardorum, Germanorum, & aliarum gentium, qui sapiùs vexarunt Ecclesiam, & Pontificem, Romam venerunt, vt ibi adorent vestigia pedum eius, qui se feruum feruorum Dei vocat, cumque sic caput, pedum sibi nomen assumpserit, humillimorum scilicet feruum se professus. Hæc Cornelius.

Et tandem alium locum sacra Scripturæ pro adoratione Pontificia adducit eruditus Ioan. Lorinus, nempe verba *Psal. 59. 10.* In Idumæam extendam calcamentum meum, vbi sic ait: Nec ineptè calcamenti extensio in Idumæam denotare possit supplicem excolationem pedum Christi, & Vicarij eius Summi Pont. Ita ille, qui etiam in acta Apost. c. 10. v. 25. sic asserit, Petrum in quolibet Rom. Pontifice agnoscentes, immò & Christum ipsum, cuius vices in terris gerit, ad illius pedes excolandos proni aduoluitur: & meritò vsurpamus illud de ipso, quod est in Deuteronomio: *In dextera illius ignea lex: dilexit populos: omnes Sancti in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius, accipiant de doctrina illius.*

Et hoc ante Lorinum inuenio obseruatum à Iosepho Stephano vbi sup. cap. 10. sic asserente: Cum Romanus Pontifex omnes homines Christi auctoritate perfunctus, legem Dei vt Magister, & Legislator edoceat controuersasque omnes vt Iudex dissoluat, status excellentia omnibus præsit, in fide; & Religione aberrantes fratres instituat, atque confirmet: meritò ad eius pedes excolandos accedimus, vt religionis, & fidei disciplina imbuamur. Quod ea Deuteronomio cap. 33. satis liquidò constare arbitror. in dextera eius ignea lex, dilexit populos, omnes Sancti in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius accipit de doctrina illius. Lex ignea Euangelium dicitur, quod cum Dominus euulgaret, magnum pietatis incendium excitatum est, nulla Imperatorum probitate restinctum. Ardens quoque charitatis lumen effulsit, quod in hanc Verberem, eiusque Pastorem omnium animosque conuertit, cum ab eo sit Christianæ Religionis exordium, pietatis fundamentum, & tandem fides per vniuersum orbem Vrbi subiectam nunciatur. Quomobrem meritò ad Pontificis nostri pedes prouoluitur, non tam vt hoc humili pietatis voto eius summam dignitatem, atque excellentiam indicemus, quàm quòd etiam dum eius pedibus obuoluitur, certissimis fidei, & religionis institutis imbuamur. Hæc Stephanus.

Nec deseram hic adnotare, Andream de Saussay loc. citat. cap. 4. illa verba Ioannis Apocal. 3. Ecce dabo illis, vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciant quia ego dilexi te, de adoratione Pontificia explicare.

An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem petitoris ratione.

RESOLVT. VIII.

CVM quidam Conciuis meus ex nostra Regione, vir satis pius prima vice vidisset Summum Pontificem super humeros gestari cum Thiara in capite, tanta deuotione, reuerentia erga illum affectus fuit, vt cœperit iteratis vicibus pectus suam obrudere. Tunc dubitauit, an ex condito sic adorare Pontificem esse licitum. & in rigore, ac speculatiuè loquendo, adhæsi sententiæ affirmatiuæ; Nam, vt obseruat Raphael de la Torre in 2. 2. D. Thomæ q. 84. art. 2. disp. 5. num. 1. & alij, ex placito, & intentione signa adorationis pendunt, & certum eorum numerum designare impossibile esset, tamen ipse aliqua signa extrema particularia adducit, & inter illa tuncionem pectoris apponit, vbi sup. n. 27. Fuit itaque pectoris tuncio cæremonia Iudæorum, vt constat Luca 18. de publicano percutiente pectus suam, & dicente; Deus propitius esto mihi peccatori: & Luca 23. Aliqui, qui astiterunt crucifixioni in die Parasceues, reuertebantur percutientes pectora sua. Exemplo Publicani à Christo laudati, postea Christiani hoc ritum in suis precationibus vsi sunt, cuius meminit Tertull. lib. 7. aduersus Marcionem c. 18. Cyprianus de oratione Dominica de Publicano, inquit, percutiebat pectus, & peccata intus inclusa, quasi ea excluderet. Greg. Nazianz. orat. 15. in plagam grandinis. & D. Hieronymus in vita Hilarionis ait: Pectus pugnis percutiebat, quasi cogitationes cæde manus posset excludere, & idem Hieronymus grandi silice solebat ferire pectus. D. Augustinus enarrat. 2. in Psal. 31. & super Psal. 146. Tu dirige cor tuum, non potes: tu frange, ille dirigit; quomodo tamē franges? quomodo tamen conteres? confitendo, puniendò peccata tua, quid aliud significat pectorum tuncio, nisi fortè putamus ossa nostra peccasse aliquid cædimus, & tuncidimus pectus? sed significamus nos cor conterere, vt à Domino dirigatur. Maximus Taurinensis Episcopus hom. 13. de Quadragesima: Ecce contundes manibus pectus: si omnem inde furorem malignæ voluntatis excuseris. Nicolaus Primus in responsis ad consulta Bulgarorum c. 54. Hinc etiam pectus percutimus, signantes videlicet, quod nequiter egimus displicere nobis, ac idèd antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsis ferire, & antequam vitio extrema veniat. Ita Torre.

Cum ergo pectoris tuncio (vt Raphaël de la Torre ex superius dictis asserit) sit modus adorationis externus, non video cur aliquis adorando Pontificem genuflexione, & pedum adoratione, non possit etiam adhibere tuncionem pectoris, est enim signum agnoscentis peccata; ac petentis eorum remissionem, quæ quidem à nemine magis, quàm à Summo Pontifice petenda videtur, cui Christus in persona Petri dixit: Quemcumque solueris super terram, erit solutus & in Cælis.

Verum quia hic modus adorandi Pontificem non est in vsu, & forsitan admirationem astantibus induceret, idèd ab illa videtur abstinendum.

Probatum adorationem non solum osculatione pedum Pontificibus præberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in orationibus publicis audiuntur.

RESOLVTIO IX.

Inclinationem, & aperiitionem capitis esse actum externum obseruantiam, & adorationis siue politice, siue sacre tradit Lessius *de inst. libro 2. cap. 37. dub. 1. num. 5.* Ioannes Vvigeus *17.8. cap. 3. dub. 1. n. 3.* & Adamus Tannerus *tom. 3. disp. 5. q. 2. dub. 1. n. 13.* vbi sic ait: Scriptura in pluribus locis indicat adorationem, quandoque sine procumbentis gestu sola genium, aut capitis inflexione, etiam à stantibus fuisse peractam; *Genes. 24. v. 26.* Seruus Abrahamæ inclinavit se, & adoravit Dominum. *Genes. 33.* Ancillæ Iacob, & filij earum incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris suis, & cum similiter adorassent, extremi Ioseph, & Rachel adorauerunt. *Genes. 37. v. 7.* Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi confurgete manipulum meum, & stare, vestroque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. *Exod. 12. v. 27.* Incuruatis populus adoravit; *3. Reg. 1. v. 16.* Inclinauit se Berthabec, & adoravit Regem.

Et hunc adorationis modum refert etiam D. Thomas in *2. 2. qu. 84. art. 2. ad 2.* eundemque tradit Benedictus Peretius in *Genesim cap. 33. n. 2.* addens etiam istum, qui ad præcedentem reuocari potest, & fiebat per incuruationem corporis; inclinando scilicet caput cum modica corporis demissione. Et vtrique ad stipulam præsens inter homines consuetudo. Et ideo in *Concilio Moguntino. §. 2.* & refert Vasquez in *3. part. tom. 1. disp. 8. c. 10. n. 127.* sic habetur: Et codicem oculis perulstrans, cum quis ad venerabile & tremendum nomen IESU deuenerit, caput aperit, inclinatur. Et tandem hunc modum adorandi etiam apud veteres extitisse obseruo in Alexandro ab Alexandro *l. 2. c. 19.* vbi sic ait: Apud exteros verò Cyro Persarum Regi adorandi cultum primum delatum comperimus, cui proximum Diis immortalibus honorem decrenere. Quod mox Indi, & posterii Reges exequi magno studio curauerunt: Id, quod Octauius Augustus, & Alexander Seuerus præcipue detestati sunt; Nam si quis inter salutandum flexisset caput, aut assentaretur blandus, foras detrudi, arque exigi iussere. Ita ille. Et ante illum Suetonius, & Lampridius in viris dictorum Imperatorum, ex quibus verbis clarè apparet, inclinationem capitis ad adorationem pertinere: & detectio capitis apud veteres quidem Romanos, Europæosque nostrates, honoris, seu reuerentiæ nota est, vt videre est apud Lipsium in *amphyteatro c. 19. & 20. & l. 1. Electorum cap. 23.*

His suppositis asserto (quod probauimus) adorationem sacram, quæ reducitur ad Duliam, pertinere ad viuentes ratione alicuius dignitatis, aut ministerij quæ inueniri maiora non possunt, quàm in Summo Pontifice, cum sit Prochristus, & Propetrus in terra, & ideo etiam inclinatione capitis quando auditur in Missa, vel in orationibus publicis ab omnibus humiliter veneratur, & adoratur: vnde in rubricis Missalis sic dicitur *c. 5. n. 1. de orat. Cùm nominatur Iesus, caput versùs Crucem inclinatur: quod etiam facit cùm nominatur in epistola.* Et similiter vbicumque nominatur nomen Beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa,

vel sit commemoratio: Item in oratione pro Papa quando nominatur, semper caput inclinatur. Hæc ibi.

Itaque sicut per adorationem latræ adoratur inclinando caput nomen Iesu, & Hyperdulæ nomen Beatæ Virginis, sic & per adorationem Dulie possunt adorari inclinatione capitis nomina Sanctorum existentium in Cælo; sicut adorantur quando nominantur in Missa, sic & etiam nomina hominum viuentium ratione excellentis dignitatis, vt Summi Pontificatus; nam vt *superius* probatum est, & probat signanter D. Thomas in *2. 2. quest. 84. art. 1.* ex mente D. Augustini *10. de ciuitate cap. 4.* Adorationem etiam solere exhiberi licet quibusdam excellentibus creaturis. *Genes. 18.* Abraham adoravit Angelos. *3. Reg. 1.* Nathan Propheta adoravit Dauid; & alibi sæpè fit mentio talis adorationis ex parte obiecti, idest ex parte excellentiæ rei adoratæ in adorationem, qua veneramur creaturas excellentes, & pertinet ad dulian.

Si itaque vt etiam notat Castrus Palas *tom. 2. tract. 8. disp. 3.* Fundamentum adorationis est dignitas personæ, quænam maior dignitas in orbe existit dignitate Summi Pontificis; Ergo licet, & licite per aperiitionem, & inclinationem capitis eius nomen adoratur.

Probatum nostra opinio auctoritate Aristotelis *lib. 1. elenchorum cap. 1.* quia, inquit, fieri non potest, vt res ipsas ferentes, disputemus, nominibus vtmur pro ipsis rebus, tanquam signis; & quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere: quemadmodum ij, qui calculus supputant, & c. Si ergo nomina substituius loco rerum, & accipimus pro ipsis rebus, & tanquam vicaria rerum; etiam nomina Pontificum substituius, & accipimus pro Pontificibus, & ideo illa adoratio, quæ potest adhiberi personis significatis per nomina, potest extendi ad ipsa nomina tanquam ad signa vicaria personarum. Et quamuis sæpè in scriptura per figuram metonymiam, nomini tribuantur quæ conueniunt rei, aut personæ significatæ per nomen; vt quando dicitur *Aëtorum 4.* Non est aliud nomen datum sub cælo, in quo nos oporteat saluos fieri: & *ad Rom. 10.* Quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit: & *Ioann. 1.* Dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: vt bene notat Vasquez *disp. 108. cap. 11. cit. num. 107. pag. 784.* hoc ipsum tamen clarè ostendit id, quod contendimus, tantam esse coniunctionem nominis cum re, & persona significatæ, vt sumatur pro illa ipsa, & pro illa substituitur, ac proinde quod adoratio, & cultus latræ, quæ debetur personæ, possit deriuari, & extendi ratione illius etiam ad nomen.

Et licet de nominibus Christi, & Dei neget Sotus *l. 2. de iustitia qu. 4. art. 2. in fin. pag. 124.* & Corduben. *l. 1. q. 5. dub. 1. §. Item obiectum pag. 71. & dub. 4. respons. 2. ad primam confirmationem 7. argumenti pag. 83. col. 2.* quod sint adoranda, sicut adorantur Imagines; quia solum implicite; & confusè repræsentant Christum, & Deum, & solum ad placitum, & ex nostra institutione ducunt nos in illorum memoriam: non autem quod habeant vllam veram attributionem, aut pertinentiam ad res ipsas significatas; & quod auditis, & lectis huiusmodi nominibus caput aperiatur, aut genuflectamus, non est quia adoremus ipsa nomina, sed solum quia

quia adoramus ipsas personas significatas, & commemoratas per nomina. Sed oppositum aliqui asserunt, & tenendum putant; Probatum, quia licet res inanimata non sit adoranda secundum se, cum in se non habeat excellentiam, ob quam adoratur, tamen si spectetur vt subrogata in locum rei adorandæ, potest adorari: sicut adoratur exemplar cum proprio typo: cum quia si quis nominibus sacris inferat ignominiam, peccata contra Religionem: ergo ex præcepto Religionis nominibus sacris tribuendus est honor: ergo nomina sacra adoranda sunt. Et hæc omnia late probat ex Suarez, Vasquez, & alijs Pater Baldelli in *theol. mor. 10. 2. l. 3. disp. 8. num. 5.* loquens de adoratione nominis Christi, & Beatæ Virginis, quæ quidem procedunt seruata proportionem, & eo modo, quo fieri potest in adoratione nominis Pontificum.

Quare Eminentiissimi Cardinales ordinariè non genuflectunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur; & de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur.

RESOLVTIO X

AD difficultatem sic respondet Ioseph Stephanus in sæpius citato *l. de osculatione pedum Romani Pontificis c. 16.* vbi sic ait: Hæc tamen exempla veterem Ecclesiæ disciplinam à nobis copiose demonstratam minimè euertunt, aut infirmant; cum perfecti viri, qui virtutibus plurimum pollent, vt Ecclesiæ gubernatori insistant, & inuigilant, non semper ad pedes iacere, sed quandoque ad Christi caput accedere dicantur à Beato Cyrillo Alexandrino in *lib. 1. in Leuiticum* his ferè verbis: Ex tribus scæminis, quæ Christum contigerunt triplex Ecclesiæ status deducitur; nam quæ simbriam vestimenti tremebunda terigerat, incipientium: quæ caput Christi unguento perunxerat, perfectorum statum expressit. Et fortasse non abutitur Cardinalium consuetudo multis abhinc annis constantissimè seruata, ex hoc sanctissimi Patris testimonio defendi potest. Qui post vnam, vel alteram pedum osculationem, quam Pontifici Maximo in eius electione deferunt tantum, deinde manus, vel os inter Missarum solemnias, cum ad ea celebranda conueniunt, osculantur. Enimverò in his amplissimis Patribus perfectorum status consistit, fides nostra stabilitur, & totius Ecclesiæ fundamenta firmanent; cum super eos totius orbis cura sit posita. Ne igitur absurdum esset, eos, in quibus Pontificale ostium, cælestisque ianua obuoluit, semper supplicum more iacere, aut humillationem pedum deferre (quod ab incipientibus; & Cathecumenis fieri solitum in Ecclesia docet Origenes in *cap. 15. Matthæi, & Augustinus de fide, & symbolo*) merito Patres relicta pedum osculatione, caput Pontifici demittere, inclinate ceruices, corpus reuerentiæ causa inflectere, arque incuruare sunt soliti, vt illud oraculum firmissimum foret, sub quo cutuantur qui portant orbem. Hucusque Episcopus Vestanus.

Et post illum Ioannes Lorinus in *acta Apostolorum c. 10. v. 15.* sic asserit: Hoc tempore Cardinales, ac multis terò annis post vnam, aut alteram pedum Pontificis osculationem in ipsius electione, deferunt ei manus tantum, vel os inter Missarum solemnias, cum ad osculum admittuntur; sunt enim,

Anton. Diana, Pars XI.

Pontificis, ac Ecclesiæ totius primatij Concilianij ac veluri cardines, super quos Deus posuit orbem. Ita ille.

Sed hic notandum est, quòd licet Domini Cardinales non adorant ita sæpius Pontificem genuflexione, & pedum osculatione; adorant tamen illum osculo manus, vt ante Missam in Cappella Papali semper ab ipsis efficitur, vt *supra* notatum est: Probatum, osculum manus adorationem significat, vt eruditè probat sapientissimus Magister Raphaël de la Torre in *2. 2. D. Thomæ tom. 2. questione 84. disputation. 5. artic. 2. numero 22.* vbi sic ait: Superest, vt de reuerentiæ, & adorationis osculo, quod præsentis instituti est, non nihil dicamus; aduertentes osculis ab antiquissimis temporibus solere significari effectum, & recognitionem submissionis, reuerentiæ, aut gratitudinis: quòd ad adorationem externam pertinere, ex definitione à nobis allata de adoratione clarum est: fuisseque in vfu vetustissimo, & ferè cum ipsa natura orbem huiuscemodi adorandi modum restantur sacri authores, & prophani: Cicero *orat. 5. contra Verrem* ait: Agrigentis quod oppidum est in Sicilia, æneum fuisse Herculis simulacrum, quod os, atque mentum detrita haberet, propter frequentiam scilicet eorum, qui eò reuerentiam gratia osculaturi accederent. Et Prudentius cum cultus, & adorationis rationem describeret, quo antiqui Solem prosequerentur, inter cætera dixit: Eos, equis quoque, qui Solis curram traherent pedes fuisse osculatos. Et de manuum osculatione multa statim. Nunc autem adorandi modum per oscula, frequentior fuisse apud Hebræos, patet ex multis sacre Scripturæ locis; *Esther 5.* Regina osculando summitatem sceptri Regis Assueti Regem adoravit. Et Sunamitis similiter apprehendit pedes Elisæi, nimirum osculatura in reuerentiæ signum; *quarto Regum 4.* Et Rex Nabuchodonosor perterritus sapientia Danielis cecidit in faciem suam, osculaturus, nempe eius pedes; *Danielis 2.* Eandem adorationem præstitisse Alexandrum Iaddo Sacerdoti Magno Hebræorum narrat Iosephus *lib. 21. cap. 18. & Luc. 7. de Magdalena, & 8. de Iairo; Actorum 10. de Cornelio.* Denique oscula ad Religionem, & adorationem maxime apud Hebræos pertinere, vel ex eo colligere licet, quod verbum osculandi Hebræum Nafak, ad adorationem refertur sæpius, *Psalm. 2.* vbi vulgata habet: Apptehendite disciplinam, ponitur verbum præfarum Nafak, quo promiscuè vuntur Hebræi pro osculati, & adorare. Hieronymus vertit: Adorate purè; quam versionem defendit in Apologia contra Rufinum. *Septuaginta*, & alij: Osculamini filium, in quò fit allusio ad veterem adorandi modum per oscula, vt Hieronymus adnotauit: & *Osee 13.* vbi nos legimus: Vitulos adorant. Pagninus, Regia, Tigrina legunt: Osculantur vitulos: & Hieronymus ait, sic vertisse Aquilam: & *Genes. 41.* illud, quod Pharaò de Ioseph dixit: Ad tui oris imperium cunctus populus obediet: legit Regia: Super os tuum osculabitur omnis populus. Hoc nempe signo, te illorum esse Dominum ostendentes: Ecce non solum apud Hebræos, verum apud Ægyptios, qui se omnium antiquissimos iactabant, mos erat osculis submissionem, ac reuerentiam erga aliquem profiteri, quod ad adorationem pertinere certò certius est. Præcipue autem huiusmodi adorationis modus in osculo manuum exercebatur, vt patet *3. Reg. 19. Iob. 31. & Apuleio Apolog. 1. l. 4. de asino aureo; Minutio in Octan. & ex Plinio cisandis.* Hæc omnia Magister Torre.

T t 3

Quæ

Quæ quidem factis ostendunt, Eminentissimos Cardinales dum ad osculum manus Pontificis admittuntur, signo illo exteriori, (vt alij genuflexione, & pedum osculatione) nempe osculo manus, Summum Pontificem venerari, ac adorari; Vide Ioannem Vvigers *de iust. tr. 8. c. 3. dub. 1. num. 1.* qui etiam docet, manus exosculationem esse signum adorationes.

Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis, ad Latriam, vel ad Duliam? & opinio Caramuelis afferitur?

RESOLVT XI.

SActis itaque *superius* probatum est ex orationibus, & perpetuo vsu Ecclesiæ, licet Pontificem à Christi fidelibus adorari, nunc videndum est, ad quam adorationem reducenda sit adoratio Pontificis, & ad hoc dubium sic nouissimè responderet doctissimus, amicissimus Abbas Ioannes Caramuel *de Hierarchia Ecclesiastica lib. 1. disp. 60. n. 680.* vbi sic ait: Si Deus solus est adorandus, quomodo Summus Pontifex adorari præcipitur? & si iste adorari debet, aut potest, cessat lex illa, quæ creaturas adorari interdicat.

Respondeo, adorationem esse duplicem, Latriæ, & Dulix: illamque Deo deberi, istam verò dicere reuerentiam, & cultum, qui hominibus competere queat. Adde utramque deberi Põtifici Summo, sed diuersimodè considerato. Potest enim considerari vt quod, potest vt quo; & consideratur priori modo, quando vt persona; & posteriori, quando vt imago vmbra; quando vt Prochristus; quando vt Pro Deus, hoc est Christi Vicarius. Profecro Dulix cultum nemo Patri Optimo Maximo negare audebit, qui sciat in tabulis diuinis legem esse, quæ parentes honorari præcipiat. Hic cultus debetur Pontifici considerato vt quod, quatenus enim homo est, est homo sacer, homo summus, & cæteris vniuersis prælatus. At si consideretur vt quo, vt Vicarius Christi, vt via ad terminum, vbi cesset errandi periculum, Latriæ cultum requirit, eo sensu, quo cæteræ imagines Christi, cultum inquam, qui non terminetur ad lapides, ad ligna, non ad carnem, aut sanguinem, sed ad Christum. Doctrina est clara; & ne obtorqueri queat ab inuidio, posui illa verba, vbi cesset errandi periculum: si enim scandalum aut proprium, aut alienum, aut aliqua iniuria Deo, aut sinistra aliqua explicatio huius cultus prænderetur, deberet omninò intermitteri, Ne ergo in re magni momenti erremus, hæc subiungo: Est ob oculos Christi sanguis (hoc est totus Christus) in aureo Calice. Ad eum latriæ religio postulat, & elicio. Quem ergo adoro? Calicemne? Si calicem, aurum adoro, quod non est Deus: ergo non sum Theolatra, sed Chrysolatra, adeoque Idololatra. Debeo igitur adorare vt quod, & tanquam latriæ terminum Christum, qui continetur à calice: non Calicem, qui continet Christum; nam ille solus, & non iste est Deus. At cum dico esse Christum in Calice; Calicem considero vt quo, Christum vt quod; illum vt medium, istum vt finem; illum vt viam, istum vt terminum, & adorabundus per Calicem ad Christum venio. Hoc sensu adorantur imagines, nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa. Et quia multæ sunt remotæ, & aliæ proximæ, idè multæ remotius, & aliæ proximius coluntur. Creaturæ remotissimæ imagines Crea-

toris sunt, & cum illum in eis adoro, ad eius noticiam ab illis, & per illas conductor, illum adoro vt quod, istas vt quo. Deindè Patris, & Spiritus Sancti pinguis hieroglyphica, & symbola; non enim imagines possumus; quæ enim purè spiritualia, corporis coloribus nequeunt imaginari. Christus vt Deus, & homo est; eiusque imagines, quia proprius Deum repræsentant, proprius coli dicuntur. Deindè Crux est signum visibile, & nomen Iesu signum audibile, quo Christus proximè repræsentatur: & coram eis iuberetur, vt omne genu flectatur, Cælestium, terrestrium, & infernorum; sed cui ligno, an aëri neutri; Cruces enim plerumque fiunt è ligno, voces semper ex aëre, & interim non ligno, non aëri Cœlitum, aut Terricolarum, aut Dæmonum genua flectuntur, sed ipsi Christo. Iubet Apostolus nomen Iesu adorari, & orationem subiungit, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris; non enim hæret in signis, & symbolis, sed per hæc (ligna, & voces) ad Deum venit. Et quia inter alias imagines Prorex est Regis imago intelligibilis cultu, quo cæteræ materiales Regis ex digniore motu honorari debebit. Ergo idem dici debebit Pro Christo; quo enim sensu est intelligibilis imago Christi, eo debebit coli sicut cæteræ imagines. Hucusque Caramuel.

Refertur circa eandem difficultatem opinio Tanneri.

RESOLVTIO XII.

Inclinata Regni Societ. **I**esv ferè semper fuit & Ierit doctorum virorum ferax, ac inter eius præstantissimos Theologos floruit Adamus Tannerus natione Germanus; Is itaque difficultatem præsentem pertractans, sic asserit *tom. 3. disp. 5. qu. 2. dub. 2. num. 60.* Sanctorum cultus sacer in genere quintuplex distingui potest. Declaratur assertio. Primus enim ille est, quo coluntur solum impropiè; eò quod Deus in illis colatur, velut in sua creatura, & imagine: qui vtique latriæ cultus est. Et tamen hic cultus, vt in aliis rebus creatis per se, & ex sua natura non est illicitus, moraliter tamen, & regulariter erga sanctos non est adhibendus, vt speciatim de B. Virgine dictum *assert. præced.*

Secundus cultus, quo coluntur ipsi, velut templa, serui, filij, amici, & domestici Dei ob excellentiam Dei increatam; qui cultus respectus est, & ex veriori sententia, quamuis vera, & perfecta latria non sit, sed ea multè inferior, ad ipsam Religionis virtutem pertinet, vt docet etiam Lessius *lib. 2. c. 36. dub. 2. n. 15.* & dictum *in simili assert. 1. 3.* quidquid Vasquez *l. 1. de adorat. n. 166.* neget, eum cultum ad virtutem Religionis pertinere.

Tertius cultus est, quo coluntur ob intrinsecam, & absolutam excellentiam gratiæ, & donorum spiritualium: qui cultus propriè ad dulix virtutem pertinet, à Religione distinctam, iuxta communionem, quia habet rationem colendi diuersam à latria.

Quartus quo coluntur velut capaces eiusmodi donorum, & ad ea diuinitus destinari: quæ dignitas sanctis cum impiis communis est: & erga hos, quàm illos maiori ratione vsurpabilis: cum in illis inueniatur excellentior ratio colendi, non autem in impiis. Atque hic cultus habitu à priori non differt: cum primaria ratio colendi sit eadem.

Quintus

Quintus cultus est, quo coluntur ob officia, seu munera facta, quæ iuxta diuinam ordinationem in Ecclesiâ beunt: vt Sacerdotis, Episcopi, Vicarij Christi, &c.

Etiam hirsutum distinctione videtur opus, Nam vt Legatus Regis (quod rectè norauit Bellarminus *lib. 2. de cult. imag. cap. 20.*) dupliciter coli solet; Primò quidem perindè ac si Rex ipse esse, honore plenè regio: quod tunc præcipuè vsu venit, cum Legatus sui Regis nomine matrimonium contrahit, aut possessionem accipit; Deindè iuxta propriam dignitatem Legati à regia veluti deriuatam, cultui quodam inferiori: ita in proposito, Vicarius Christi duplici potest honore coli. Primò per simplicem mentis apprehensionem, agnoscendo quodammodo in illo Christum, cuius personam, & munus sustinet: & hoc modo eodem cultu, quo Christus, & homo colitur, adorari possit: ita quidem vt talis cultus propriè, ac per se ad Christum, per accidens verò solum, & relatiuè ad Vicarium tenderet: quod tamen honoris genus existimo consuetum non esse: secundò iuxta propriam dignitatem Vicarij à Christi dignitate, quam vt homo, & supremus Ecclesiæ moderator habet deriuatam, honore quodam inferiori: quem ipsum tamen ad eum habitum pertinere censeo, quo Christus idem, vt homo colitur, vt paulò antea *n. 50.* in simili dictum. Hæc omnia asserit Tannerus *loco citato.*

Opinio Theophili Raynaudi proponitur, videlicet quod pontifex adoratur adoratione Hyperdulix.

RESOLVT. XIII.

Hyperduliam ad Beatissimam Virginem pertinere tradunt communiter Doctores, & quidem si consideretur in Beatissima Virgine excellentia intrinseca, quam habet ex maternitate, & ex gratia, & sanctitate, qua maximè præstat aliis omnibus eam Angelis, quàm hominibus, verissimè asserit Sanctus Thomas *3. part. quest. 25. art. 5. & 2. 2. quest. 103. art. 4. ad 2.* quod illi debetur hyperdulia, idèst dulia, & seruitus eminentior, quàm communiter debeatur aliis Sanctis, vel (si licet ita loqui) superferuitus: quia enim nulli paræ creaturæ per se, & intrinsecè potest deberi latria, & excellentia intrinseca Virginis per maternitatem, & sanctitatem ita in se est aliquid creatum, vt tamen singulariter excellat omnibus aliis excellentiis creatis; ita illi non est exhibendus cultus superior ad omnes alios, qui possunt exhiberi puris creaturis, & hic est cultus hyperdulix. Et quamuis hoc nomen apud veteres Patres non sit vsitatum; rectè tamen illud excogitarunt Scholastici ad significandam hanc eminentiam cultus, vt notat Vasquez *tom. 1. in 3. p. disp. 99. sect. 1. num. 2.* Nec de vocabulis est laborandum, quando constat de rebus ipsis significatis per vocabula, vt notat S. Augustinus *lib. de Genesi ad lit. cap. 4.* & apud Suarez *in defens. fidei lib. 2. cap. 7. num. 4.*

Et quamuis communiter apud fideles hæc duæ excellentiæ maternitatis, & sanctitatis, quæ sunt in Virgine, quodammodo confundantur, & dum illam communiter concipiunt, & adorant vt Dei Matrem, simul concipiunt, & adorent vt absolutè sanctissimam, & gloriosissimam supra omnes alios;

& maternitatem intelligant non quasi præcisè, & solum formaliter pro ipsa relatione, & fundamento illius, proxima, quod est genuisse: sed simul cum aliis, quæ continent quasi virtute, & in radice, & actualiter ex illa manet, & est eminentissima sanctitas; si tamen ab inuicem distinguantur diuersæ rationis, erit hyperdulia, vel superferuitus, aut eminens dulia, quæ debetur vnicuique per se, vt enim benè explicat Suarez *tom. 2. in 3. p. disp. 22. sect. 3. §. Tertio;* hyperdulia ratione solius gratiæ, & sanctitatis erit eiusdem speciei cum dulia, quæ communiter tribuitur Sanctis. Et sicut gratia, & sanctitas Virginis est eiusdem speciei cum gratia, & sanctitate Sanctorum, & solum differt secundum excessum, & eminentiam gradus: ita & cultus, & veneratio, quæ vtrisque debetur ratione illius; liquidem excellentia, quæ solum attenditur secundum quantitatem graduum non diuersificat speciem, vt notat S. Thomas *in 3. disp. 9. quest. 2. art. 2. ad 4.* Et quemadmodum cultus Virginis absolutè, & simpliciter, & respectu omnium, & quasi protonomasticè appellatur hyperdulia; & quia Virgo simpliciter eminet omnibus in sanctitate; ita & cultus vnius Sancti potest dici hyperdulia secundum quid, & in ordine solum ad aliquem alium, cui supereminet in excellentia gratiæ; vt verbi gratia si comparetur cultus S. Ioannis Baptistæ, aut S. Petri cum cultu infantuli, qui sit mortuus cum solo Baptismo, & solum habeat gratiam baptismalem, & gloriam illi correspondentem, vt subdit *ibidem* Suarius.

Et qua ratione omnis cultus Sanctorum potest absolutè appellari hyperdulia, si comparetur cum dulia communiter dicta, prout est seruitus, ex qua seruus quicumque exhibet reuerentiam suo Domino, vt patet ex S. Thoma *2. 2. q. 103. art. 4.* Vnde & Palud. *in 3. disp. 9. q. 2. art. 1.* cultum Sanctorum quorumcumque absolutè appellat hyperduliam; & ipse S. Thomas *art. 4. cit. ad 2.* hyperduliam ait esse omnem illam, qua exhibetur homini reuerentia propter affinitatem, & coniunctionem ad Deum qualem certè habent omnes Sancti per gratiam, & gloriam; eadem ratione cultus vnius Sancti maioris potest appellari hyperdulia, si comparetur cum cultu alterius Sancti minoris: hæc eadem eminentia sanctitatis, quæ est in vno supra alium, non solum postulat ex parte nostri maiorem estimationem de vno, quàm de alio, & voluntatem exhibendi illi maiorem honorem, prout res, & occasio tulerit, sed etiam postulat maiorem appreciationem ex eodem Suario *ibidem*, & ex illa prælationem vnius ad alium, si forte vterque non possit simul coli, & honorari pro dignitate. Et hoc modo etiam Ecclesiâ secundum ritus sacrorum officiorum Sanctos aliquos solum honorat officio simplici, & alios semiduplici, aut duplici, primæ classis, & maiore, &c. vt de Apostolis, Euangelistis, & Doctoribus statuitur à Bonifacio VIII. *cap. vnico, de Reliq. & venerat. Sanctorum in 6.* & si plures occurrant, aut occurrant eodem die, vnum alteri præfert, & vnum transfert ad vnum, aut plures dies, non autem alterum. Cætera autem ad Hyperduliam propriè cognoscendam, videbis etiam apud citatos Doctores, quibus adde Baldellum *in theol. mor. tom. 2. lib. 3. disp. 10. num. 12. cum sequ.*

His suppositis, assero, Patrem Raynaudum *in suo Monastico Pontificio subnotat. 3. fruct. 1.* reducere cultum Pontificium ad hyperduliam; sic enim

Ti 4

asserit

asserit: Portè spectata tam sublimi Pontificis dignitate, quæ est venerationis Pontifici debita fundamentum, addendum est non qualemcumque cultum ei esse impendendum, sed supra communem ordinem cultus Religiosi Sanctis tributi; ita ut cum Sanctis exhibeatur cultus dulciæ, spectata sola eorum sanctitate, Pontifici tamen debeat cultus hyperdulciæ: Nam eius coniunctio cum Christo quoad fundamentum reuerentiæ est longè altior, quicquid sit de sanctitate personali Sicut Beata Virgo, quia habet excellentiam specie diuersam ab ea, quæ fundatur in gratia, nempe maternitatem, colitur adoratione superiore, quam sit ea, quæ fundatur in sola gratia sanctificante, ut rectè statuit Suarez 1. 2. 3. p. disp. 2. sect. 3. qui anceps est, an cultus ille sit Religionis strictè sumptæ, à qua oritur Dei, & Christi adoratio, an verò oriatur à speciali habitu, ob specialem Virginis dignitatem cultus prædicti fundatricem. Quod secundum circa B. Virginem mihi placet, & ob paritatem rationis idem statuo in re præsentis circa cultum impensum Vicario Christi. Hucusque Raynaudus.

Opinio Auctoris, & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis esse reducendam ad adorationem Dulciæ.

RESOLVTIO XIV.

Omnes opiniones superius allatas existimo satis probabiles, sed ego magis adhæreo opinioni Doctorum asserentium adorationem Pontificiam esse ad adorationem Dulciæ reducendam. Et ita tenet Lessius de inst. lib. 2. cap. 26. dub. 3. num. 18. cum sequi vbi sic ait: Multæ sunt obseruantiarum species, sicut & multæ dignitatum, & excellentiarum; Illæ tamen magis interna æstimatione, & affectu reuerentiæ distinguuntur, quam opere externo, ut patet ex dictis cap. 36. dub. 2. Idem enim opus externum, ut procedit à diuino affectu interno, & ad restandam diuersam excellentiam ordinatur, & diuersæ speciei moralis, & diuersæ virtutis.

Primò igitur diuidi potest obseruantia in politicam & religiosam; politica est quæ ob dignitatem politicam, vel excellentiam humanam cultum deferret: talis est qua coluntur Principes, Magistratus, & alij dignitate seculari conspicui; item magistri à discipulis, domini à seruis, patroni à clientibus.

Religiosa est, quæ ob dignitatem, vel perfectionem cum Religione coniunctam, vel diuinum numen respicientem cultum exhibet; ut quando quis honoratur ut Sacerdos, ut Propheta, ut Sanctus, ut Beatus. Dicitur Religiosa, non quia actus eius est à virtute Religionis, sed quia ipsi Religioni affinis, & cum ea coniunctus.

Hæc rursus duplex est; alia enim est naturalis, qualis fuisset in statu naturæ, & modò esse potest vbi Sacerdotium, & cultus diuinus sola ratione naturali vel constat, vel æstimatur. Alia supernaturalis, quæ ob ministerium supernaturale, vel ob aliquam excellentiam supernaturalem cultum deferret; talis est, qua honorantur Sacerdotes, Episcopi, Pontifices, & alij Ecclesiæ Ministri, & Religiosi: si tamen eorum dignitas apprehendatur, & æstimetur, ut oportet. Cum enim hæc non sit politica, sed supernaturalis, & ad Deum specialem ordinem habet, necesse etiam est, ut æstimatio interna affectus reuerentiæ, animiq; submissio sit alterius rationis,

quàm in cultu politico; & consequenter externus quoque cultus, quo hanc submissionem nostram, & illorum excellentiam testamur, induit alterius virtutis rationem; signum enim accipit speciem ex ordine ad rem signatam. Multum ergo falluntur hæretici, cum putant homines in hac vita non posse, nisi cultu politico colijet, externa nota submissionis politico cultui accommodetur.

Supernaturalis obseruantia diuiditur in dulciam, & hyperdulciam. Dulcia dicitur, quæ cultum exhibet Beatis ob sanctitatem, vel beatitudinis statum; eandem puto etiam extendi ad viatores, quando ob sanctitatem, vel dignitatem supernaturalem honorantur; sanctitas enim huius vitæ, & futuræ, est eisdem ordinis, estq; ibi sit perfectior. Hactenus Lessius, qui ut vidisti, adorationem, qua Summum Pontificem veneramur, ad adorationem Dulciæ reducit, quia non solum Beatis in Cælo, sed etiam viatoribus adhuc in terra exhiberi potest.

Sed audiamus Patrem Nicolaum Baldellum in theol. mor. 10. 2. lib. 3. disp. 117. n. 9. ita loquentem, & nostram sententiam confirmantem; Rectè (ait) potest dici, quòd hic habitus se extendit ad cultum Sanctorum non modò post mortem, & cum regnant in Cælo, sed etiam dum viuunt, & sunt in humanis; est enim etiam sanctitas in hac vita eiusdem rationis cum sanctitate in alia, eiusque cultus, & veneratio simul proficitur ex eodem dictamine fidei, & ex eodem affectu Religionis, & pietatis.

Et propter has rationes, quòd se extendat hæc eadem virtus, etiam ad cultum, qui aliquibus exhibetur specialiter propter aliqua dona, aut potestates, aut prerogatiuas supernaturales; ut, quando honoratur v.g. Summus Pontifex, quia est Vicarius Christi, vel aliquis alius, quia est Sacerdos, vel Propheta, vel Euangelicus, & Apostolicus Prædicator, &c. exhibentur enim sine dubio hi omnes honores ex sola fide, & ex affectu Religionis; & ideò ad illos bene potest se extendere virtus dulciæ, cum hic etiam cultus non sit solum civilis, sed Religiosus, & sacer. Et quemadmodum res sacræ, quæ ordinantur aliquo modo ad Eucharistiam, & ad Christum, adorantur ex eadem virtute latriæ, ex qua adoratur ipsa Eucharistia, & Christus; ita & Sacerdotes, & Prædicatores, & Prophetæ in quantum sunt Ministri, & instrumenta sanctitatis, rectè possunt adorari dulcia. Ita Baldellus. Et ideo nostram sententiam sequitur Anton. Mazzaronius tract. de adorat. & oscul. pedum Pontificis cap. 1. vbi testatur de communi sententia Doctorum asserentium adorationem Pontificiam pertinere ad dulciam. Dico igitur latriam, & hyperdulciam ad Deum, & Beatam Virginem spectare, dulciam verò non solum Sanctis in Cælo existentibus, sed etiam viatoribus adhibetur; & hoc non solum propter eminentem sanctitatem, sed etiam propter dignitatem, gradum, ministerium, ut quidem efficitur in Summo Pontifice.

* *

*

Breuis

Breuis digressio de gestatione Pontificis super humeros, & cum Regno in capite, quod vulgò Chamaurus appellatur?

RESOLVT. XV.

Præsertim Pontificem reuerenter adoramus, cum in quibusdam diebus solemnioribus procedit ad Capellam gestatus super humeros cum thiarâ in capite; de quibus in gratiam Lectorum hæc pauca peractingam; & de leuatione super humeros, aliter de hoc more agere Barbosa de iur. Eccles. libro 1. capite 2. numero 90. & ex illo Machadus de perfect. Confessar. tom. 2. lib. 4. part. 7. tract. 4. documen. 18. numero 3. vbi sic ait: Es tambien privilegio del Pontifice, aunque no de Detecho, sino de costumbre, y deuocion de los fieles, que se lleuado publicamente, y con solenidad en ombros delos: que rodos grandes i pequeños sin exceptuar se los Emperadores, Reynes, y Monarcas del mundo en reconocimento de su grandeza, y suma poderad le besen los pies de rodillas, y prostando con esta humilde, y piadosa accion la obediencia, y fugecion, que rodos deuen à la sede Apostolica y sus Pontifices.

Vnde ex his Ioseph Stephanus in tractatulo de hac materia ad Antonium Cardinalem Caraffam, post multa sic asserit: Constat igitur Pontificem Maximum à sellariis, (idest lecticariis hominibus) per Urbem infellari (idest in sella curuli insigni) delatum fuisse, & ab ea descendente obuiis manibus (ut ait ordo Romanus) exceptum. Quod multorum Pontificum exemplis apertè demonstrari potest. Nam Stephanus II. ut refert Platina, & Franciscus Ioanertus capite 90. humeris in Basilicam Constantinianam, & inde Lateranam delatus est; & Hadrianus II. in Lateranensem Ecclesiam à Clero, & proceribus deportatus, ut habetur distinct. 63. capite. Cum Hadrianus II. ad Romanum Pontificem ab Ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad Præsepe traheretur ad Lateranensem Patriarchium: certarim à Clero, & proceribus, & plebe deportatus est.

Leo etiam VI. cum Summus, & vniuersalis Papa Romanæ Ecclesiæ terribi fuisset acclamatus, ad Lateranensem Palatium secundum consuetudinem cum laudibus ducitur, ut ait Luitprandus lib. 6. capite 11. Et certo tempore in Ecclesia S. Petri ad summum Sacerdotium facta consecratione attollitur Gregorius IX. auròque circumtectus ad Lateranum ducitur.

Quod planè cuiquam mirum videri non debet, cum ab Isaia hæc Pontificum celebris gestatio prædicta iam fuerit capite 49. & asserent filios tuos in vlnis, & filias super humeros portabunt; ea quidem causa, quia in magno precio à mundi Principibus futuri erant Ecclesiæ Præsides, nec aliquod honoris, studij, officijque genus ab illis prætermisissum, quòd Ecclesiæ magistratibus consonum videretur. Accedit huc, ideò Pontificem in altum deferri oportere, ut populum, ouesque Christi sibi creditas circumspicere, eisque fausta preceatione benedicere, & populi cursum illum in sublimi loco præsentem commodè spectare, & ex vultu pastorem possent agnoscerere: ut inde processationem fidei conciperent maximam, quoties aspicerent Christi Vicarium, & Petri, in eo

quasi throno gloriæ successorem. Hucusque Stephanus.

Et quidem hic mos apud veteres extitisse patet ex Herodiano lib. 7. ita asserente: Erat puer quidam infans ex Gordiani filius natus, nomen aut referens, hunc submissis quibusdam, asserri ad se iusserunt, qui cum domi ludibundum offendissent, impositum in humeros per mediam ferebant multitudinem, plebi ostentantes, ac nepotulum Gordiani dictantes, vocantesque eum nominatim, populo acclamante, & conspergente puerum frondibus. Hinc Cornelius Tacitus lib. 7. asseruit: Impositusque scuto more gentis, & sustinentium humeris vibratus, Dux eligitur; de cuius quidem more, lege Pithocum lib. 2. aduersariorum cap. 6. & principes olim se collari, & gestari humeris, patet in Orbone apud Sueton. in eius vita cap. 6. & quidem pietatem Christianorum, & maiestatem Pontificis, quando egreditur ad celebrandum in magnis festiuitatibus inuenio graphicè descriptam in illis versibus Virgilij lib. 4. Georg.

*Illum admirantur, & omnes
Circumstanti fremitu densò, stipantque frequentes,
Et sepe autollunt humeris.*

Quoad gestationem verò Regni in capite, quod Pontifex in illis diebus gerit, liber huc adducere verba Patris Raynaudi in Onomastico Pontificio subnotat. 3. fruct. 1. ita erudite loquentis; Eam verò tanquam luculentum Hieroglyphicum exprimit Pontificia tyara, seu mitra, ac Regnum. Ita vocantur textum è tribus coronis, quarum quæ media est, cumulat eam, quæ imò loco ponitur; sicut ipsa media cumulat à tertia, & summa. Iulius Bullengerus l. de vestimentis sacris cap. 4. ex Innocentio III. mitram, & Regnum, seu coronam discriminat; sed Paschalius l. 9. de coronis, cap. 14. duo illa in Pontificio Regno neci docet, & multus est in inquirendis variis rationibus structi è triplici corona ornamenti: quod diffusè quoque prosecutus est Antonius Mazzaronius tract. de tribus coronis Pontificis Maximi, cap. 3. Ratio triplicis illius coronæ Pontificiæ, quam profert Volfangus Ladius l. 2. comment. Reip. Rom. cap. 3. minimè omnium placet. Ait, triplicem esse Romani Pontificis coronam, quia sub Patriarchatu suo habet Italiam, Illiryum, & Africam. Hæc ratio est insufficientissima. Nam Romanus Pontifex est Patriarcha Oecumenicus, nec illis dumtaxat tribus Prouinciis summo spiritali iure præest, sed tribus vniuersi orbis partibus; ut proinde debuerit Ladius rationem potius petere ex subiectis Pontifici tribus, hoc est omnibus planè Christianis oris. Quod si ratione habere placeat illius distributionis regionum, qua indulsit aliis Patriarchis immediatam rectionem quarundam regionum saluis sibi semper excubiis, quas ei potestas Petri inabdicabiliter committit; ne sic quidem ad ternarium Prouinciarum arctanda est immediata eius rectione. Nam Patriarchatu Romano subsunt multò plures Prouinciæ, quàm tres enumeratæ, ut Germania, & totus Septentrio, Gallia, Britannia maior, maior Hispania, quarum regionum qualibet potentior est, quàm Italia. Itaque Pontifex non iam ternas, sed septenas, vel octonas, aut etiam plures gestare coronas deberet, si Lasij ratio esset idonea. Probabiliora sunt quæ Cæsar Costa l. 1. var. ambiguitatum cap. 1. in hanc rem profert, ex tripartito Christi Regno, Vicariæ Romani

Romani Pontificis praefectura spirituali obnoxio, tribus tituli Crucis idiomatibus expresso, vt Sanctus Chryostomus in *capit. 19. Ioan. philosophatur*. Item ex triplici corona Pontificibus debita, quae vnam habeant vt Summi Sacerdotes, aliam ex Constantini Magni donatione, tertiam ex munere Clodouei Regis Francorum, vt Anastasius in *Hormisdæ* memorat. Mazzaronius *cap. 11. llo 3.* huc aduocat mulierem Ægyptiam tribus regis coronis decoram, vt exhibetur fuisse filiam, vxorem, ac matrem Regis; quod refert ex *Pietro lib. 41. hierogl. V.* Annulus, aptatque ad Ecclesiam Vicarij Christi filiam, & sponsam, ac matrem. Addit etiam tres coronas Lunæ Reginae ex Ludouico Cælio *lib. 1. cap. 19.* Subtilius, & accuratius philosophatus est in hanc rem Carolus Palschalius *disso. cap. 14.* Sed mihi appostre philosophaturus videbor, si dixerò, triforme hoc culmen Pontifici competere, vt præcelsæ eius maiestatis, ad cælestia, terrena, & inferna pertinentis, hieroglyphicum luculentum. Nam & in terris arbiter pro Christo sedet: & quidquid resoluat in terris arbitrio, erit solutum super Cæli radium: & pro animabus reatus temporarij reliquatricibus ignes emendatarios sustinentibus, litrum ex Christi fisco sibi commissio potest annumerare. Quid quod vel ipsa sola in superstitibus fideles potestas, tam protensa, vt nullum non comprehendat; tam fundata, vt nulla vi, nullis portarum Inferi motibus diffici vnquam potuerit; tam nobilis, vt quod nulla alia magnorum, qui sunt in terra iurisdictione habet, sola sit supernaturalis, omnibus denique eximia & præcelsissima Monarchiæ prærogatiuis conspicua, triformi illo coronarum texto, perfectam fidelium omnium sub huius spiritualis potestatis iuri subiectionem insinuante, meritissimo expressa est? Et hæc omnia docet Raynaudus *vbi supra*.

De hac corona mentionem facit Innocentius III. *serm. 3. de coronatione Pontificis*, Ecclesia sponsa non nupti vacua (loquitur de se ipso) sed dotem mihi tribuit absque pretio pretiosam spiritualium plenitudinem, & multitudinem vtrorumque. In signum spiritualium contulit mihi mitram (loquitur enim de se Innocentius Papa) in signum temporalium, dedit mihi coronam, mitram pro Sacerdotio, coronam pro Regno illius me constituens in Vicarium, qui habet in vestimento, & seruore suo scriptum, Rex Regnum, & Dominus Dominantium.

Sed age nunc de Mitra, & Regia corona aliquid dicamus, vt quantum Ecclesiasticis moribus hæc ornamenta accommodata videantur, breuiter explicemus.

Mitra igitur apud Suidam capitis redimiculum dicitur; & *l. 18. ff. de auro, & argent. legat.* vt explicat Brissonius. Apud Eusebium *lib. 2. cap. 1.* siue lamina nominatur, qua Iacobus frater Domini ornatus est quamprimum ab Apostolis in Episcopum Hierosolymitanum fuit consecratus. Quod planè ornamentum genus licet ab Aaton, & eius filijs originem duxerit, postea tamen in Ecclesiam translatus est, vt eo omnes omnium ferè nationum Episcopi vterentur. Polycrates Ephesinus laminam gestauit, vt ait Eusebius *lib. 3. cap. 31.* cum Ephesi sacerdotio fungeretur. Alij quoque Pontifices omnia ferè Sacerdotum veterum ornamenta, talarem tunicam, stolam, seu cælestem gloriæ coronam, hoc est mitram apud Eusebium *lib. 10. cap. 4.* gestabant, vt ornatiores, &

insigniores apparent, & de iis plura Amalarius, Rabbanus, & alij grauisimè auctores docuerunt.

Sed hæc quidem, quæ de mitra discuntur, multorum hominum consensione recepta, ac comprobata sunt: quæ verò de Regno, seu Regia corona explicari debent, nonnullis sunt tenebris inuoluta, quæ pro ingenij tenuitate, dissoluam.

Sed non deserunt alij edicere, hoc ornamentum genus à Constantino Magno originem duxisse, vt ex actis B. Siluestri colligitur. Quam sententiam omnes Pontifices amplectuntur, vt Leo IX. *epist. aduersus præsumptionem Michaelis cap. 13.* & Innocentius III. *serm. 1. de B. Siluestro* confirmauit Constantinus secedens Byzantium coronam capitis sui voluit B. Siluestro conferre, sed ipse pro reuerentia clericalis coronæ, vel vilitatis causa noluit eam portare. Veruntamen pro diademate Regio, vtitur aurifragio, circulari: & paulò post, Romanus itaque Pontifex in signum Imperij vtitur Regno, & in signum Pontificij vtitur Mitra; sed mitra semper, & vbiq; vtitur, quia Pontificalis auctoritatis est prior, & dignior, & diffusior, quàm Imperialis.

Et hanc sententiam tenet Ioseph Stephanus in *lib. de coronat. Romani Pontificis*, qui plura etiam circa hanc materiam adducit: Hoc vnum ego addam, ad hunc morem alludisse Ioannem in *Apec. 14. v. 14.* dum ait: Et ecce super nubem candidam sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream; quæ quidem verba Cornelius à Lapide exponens, obsecrat, Antiochum per hunc Angelum accepisse Stephanum Papam: sed magis genericè dixit Isaias *cap. 61. ver. 10.* Gaudeo gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutaris, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona; Summus enim Pontifex sponsus Ecclesiæ vocatur à Concilio Generali Lugdunensi, adducto in *cap. vbi periculum, de elect. in 6. & ibidem cap. Quoniam, de immunitate. Turrecremata lib. 2. summa Ecclesiæ à cap. 27. vsque ad 31. cum alijs; ergo meritò dicendum est, quod de illo asserit Propheta corona decoratum fuisse. Vnde Cornelius à Lapide exponens locum supradictum Isaiæ, nostram sententiam confirmare videtur; sic enim ait. Porro alludit ad vestes, & ornatum Pontificis *Exod. 28.* qui mitras erat, vt & apud Christianos est. Ita Cornelius.*

Sed licet obiter detestanda veniant verba insani Hormanni contra Ballam Sixti V. *cap. 2.* sic debacchantis, vocare Romanum Pontificem sponsum Ecclesiæ, esse blasphemiam quæ nulla vnquam ex Etebo prodierit capitator, aut derestabilior, cum id sit Pontificem statuere pro Regia, & Regi Regum cornua appingere. Ita ille O lingua præcindenda! ô manus deterrucanda! sic hæreticus. Nonnè Christus est Caput Ecclesiæ verè quidem: nam de ipso dixit Paulus: Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, & tamen Pontifex dicitur etiam Ecclesiæ caput, vt vocatur illum Concilium Chalcedonense *epist. ad Sanctum Leonem*, & exponit Gabriel *lect. 3. in can. à littera F. vsque ad litteram G.* Quare ergo non possumus vocare & Christum, & Pontificem sponsum Ecclesiæ decoratum quidem corona. Itaque quando illum sic vocamus, neque Regiæ proci, neque Christo riualem inducimus, qui Christum & vnum, & solum primum Ecclesiæ sponsum nouimus, cuius nos

Patris

Patris semine cælesti sator, & in spem æternæ hereditatis ab eo solo obuenturæ, progenitos gratulamur. Sicut tamen alios suos titulos Christus, quæ est erga genus nostrum benignitate, cum plerisque puris hominibus communes esse voluit, ac nominatim, quæ erga Romanum Pontificem Vicarium suum gratia, plerisque titularum sibi principaliter propriorum, illi communicare dignatus est (vocat enim Christo ipso auctore pastor ouilis, & Ecclesiæ caput, & vtrique visibile, ac Christo per omnia subordinatum) ita vt de sponsi Ecclesiæ titulo eidem Pontifici attributo philosophamur citra Christi iniuriam, imò cum summo eius honore, & summæ erga nos prudentiæ suspectione.

Itaque contra Hotomannum, & alios hæreticos, rectè vocatur Pontifex sponsus Ecclesiæ, & corona decoratus, vt dixit *supra* Isaias, ac non solum vna, sed tribus, vt portat in sua sacra thias; sed quare tribus? Audisti antea ingeniosam expositionem Raynaudi, audi & aliam Iosephi Stephani *vbi supra*. Meritò ait, triplicem coronam capiti aptauit Pontifex Maximus, vt se alijs Regibus gloria, auctoritate, ac rebus gestis superiorem ostenderet. Ita ille.

Hinc modestè docendum est, loquutum fuisse Symmachum Papam in *Apolog. ad Anastasium Imperatorem*, dum dixit: Consecramus honorem Imperatoris cum honore Pontificis; inter quos tantum distat, quantum quoddam illud curam rerum humanarum gerit, iste diuinarum. Tu Imperator, à Pontifice baptismum accipis, Sacramenta sumis, orationem postes, benedictionem speras, penitentiam rogas. Postremò tu humana ministras, ille tibi diuina dispensat. Itaque vt non dicam superior, certè æqualis honor est. Nec te putes mundi pompæ, præcellere, quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Modestè dixi loquutum fuisse Symmachum; nam non æquari tantum, sed longè anteferi oportuit spirituale Imperium supremum, cuiusque temporali. Et idè P. Bernardus loquens cum Eugenio *lib. 2. de consider. cap. 1.* dicit: Parem super terram non habes. Et Michael Imperator apud *Sanguallensem lib. 1. de rebus Caroli Magni cap. 28.* Ille Papa Regnum habet per se, & nostro præstantius. Et quidem principatus inferior, qualis in vnoquoque Episcopo cernitur, vt tradit Rodericus Episcopus Zamarensis *lib. 2. specul. vite humane cap. 1.* Chryostomus *lib. 3. de Sacerdot. in initio, & homil. 5. de verbis Isaiæ*: Vidi Dominum in initio. Clemens Romanus *lib. 2. constit. cap. 34.* & alij, improporcionabiliter, inadæquabiliter superat Imperium quodcumque terrenum. idèoque nusquam legimus eo honore affectos Imperatores, quo affectum legimus supremum spiritualem Principem, Romanum Pontificem, vt reuerentium ab eius conspectu, & dignatorum beata eius præsentia, pedibus figantur oscula, & vestium partes rapiantur, ac pro reliquijs afferuntur. Quod facere Æthiopijs, suis Roma reuenticibus, scribit *ad Eugenium Papam anno 1441.* Nicodemus Abbas Vicarius Patriarchæ Æthiopiæ, apud Iacobum Nauarcham, ex quo Sanderus *lib. 6. Monarch. nu. 1122.*

Meritò igitur Pontifex tribus coronis ornatur, vt obseruat Stephanus *vbi supra*, stante, & auctoritate super omnes Reges; vnde Damianus vocauit illum Regem Regum; & Principem Imperatorum, & quia eius verba sunt plura, ponam

illa per extensum; responder enim ad quæ situm, quare Pontifices celeri morte defungantur, ita vt non attingat dies Petri, sic itaque ait *opusc. 23. capit. 1.* Videtur nobis, quia idcirco hoc cælestis iudicij ordo disponit, vt humano generi metum mortis incutiat, & quam despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipso gloriæ principatu euidenter ostendat, quatenus dum præcipuus hominum, tam angusti temporis compendio moritur; tremefactus quisque ad prætolandum sui obitus custodiam prouocetur; dum cacumen, aut verticem suum tam facile coruisse, considerat, flatu concessa formidinis, in suis vndique ramulculis contremiscat. Addit postea Damianus, Deum id potius assequi morte Pontificis, quàm morte Regum, & Imperatorum: Quia (ait ille) cum vnus omni mundo Papa præsideat, Reges autem plurimos sua cuiusque Regni meta concludat, quilibet Imperator ad Papæ vestigia corrui, tanquam Rex Regum, & princeps Imperatorum, cunctos in carne viuentes honore, ac dignitate præcellit. Vnde quolibet Rege defuncto, administratione eius, Regnum tantummodo, cui præerat, destituitur. Cum verò Sedis Apostolicæ Pontifex moritur, vniuersus tanquam communi Patre mundus orbatur: quid enim Africa de Regibus Asiæ, aut quid Æthiopia de Principibus sentit Hesperia? Nam siue moriantur, siue vianat qui procul à te remoti sunt, vtrumque indifferenter ignorant. Papa verò quia solus est omnium Ecclesiarum vniuersalis Episcopus, cum luce priuatur, mors eius per ampla terrarum Regna diffunditur. Et sicut Sol, quia solus lucet, si eclipsum fortè sustineat, præstò necesse est, vt tenebras totus vbiq; mundus incurrat, sic Papa cum ex hac vita recedit, illicò quia vnus in mundo est, longinqua Regnorum spatia mortis eius fama percurrit, & consequens est, vt quos tam sublimis, singularisque personæ casu obrubat, propriæ quoque vocationis exitum tremefactis visceribus expauescant. Hæc omnia eloquens Damianus, ex quibus apparet amplitudinem Romani Pontificis, & quomodo (vt visum est) à Damiano vocetur Rex Regum, & Princeps Imperatorum; non est igitur mirum, si ipsi vna tantum, Summus verò Pontifex tribus coronis decoretur; & adoratione ab ipsismet Regibus, & Imperatoribus, & vniuerso orbe humiliter veneretur, vt superius satis probatum est.

An si aliquis Pontifex (quod Deus auertat) esset impius, scandalosus, &c. sit adhuc modo, quo supra à fidelibus adorandus?

RESOLVT. XVI.

Satis igitur ex *superius dictis* firmatum remanet, Sex vsu perpetuo Ecclesiæ, & ex rationibus, citè à Christi fidelibus Pontifici adorationem exhibitam ad Dussam pertinere; quàm quidem adhibendam esse etiam Pontificibus (quod Deus auertat) malis, & scandalosis, omnino tenendum est. Nam dicta adoratio præbetur Pontifici ratione ministerij, & dignitatis, sed dignitas Pontificia manet adhuc in Pontifice impio, & scandaloso. Ergo ratione illius ministerij, & dignitatis adorandus etiam venit. Et idè Ioannes Catamuel *vbi supra de Hierar. Eccles. lib. 1. dist. 60. numero 580.* postquam

quàm declarauit quomodo adoratio competat Pontifici, subdit postea, talem adorationem non impedire fragilitatem humanæ naturæ, & imperfectiones personales (nam & Summi Pontifices homines sunt, nec omnes à sinceritate laudantur) si enim è ligno putido, & verminum dentibus terebrato formetur crux: imò (quod sine horrore vix pronuncietur) si è Cæni, aut Iudæ, aut cuiuscumque alius hominis damnari cineribus liquorem conficias, quo Crucem præsentem efformes, non obstante indignitate materiæ, adorabo istam crucem, non secus ac Eucharistiam, quam Hæreticus proiecit in stercora; quoniam à materia præscindit mea deuotio, figuram respicit, & illam adorat ut quo, & per figuram tanquam per viam progrediens, ad Christum peruenit, quem adorat ut quod. Ergo imago intelligibilis est Christi Summi Pontifex, & licet (quod Deus auertat) non sit bonus, cultu dignus. Ita Caramuel; cui adde Theophylum Raynaud. in *Ouomast. Pontif. sub sect. 3. fruct. 6.* Ex quibus sequitur, quod nullus Pontifex potest deponi à Papatu propter quæcumque crimina horrenda, & scandalosa; secluso delicto hæresis; & ita tradit Iacobus Granada in *2. 2. D. Theomou. 1. tr. 7. disp. 2. sect. 4. n. 20.* & communiter schola Theologorum. Scio Turcrematam l. 4. par. 2. c. 37. adducere sententiam cuiusdam Marsilij, asserentis, quod si Papa in corrigibilis deponi etiam possit propter alia crimina præter hæresim, quæ etiam sententiam videtur insinuare Glossa cap. Si Papa. 40. dist. & tenent hæretici nostri temporis, quos refert Bellartianus l. 2. cap. 26.

Certissima tamen est conclusio, & quæ absque errore negari non potest, quod Papa propter nullum aliud crimen præter hæresim possit deponi; quod præter Doctores cit. doctè, ut semper solet, sumat Magister Io. de S. Th. in 2. 2. D. Th. disp. 8. ar. 3. fol. 736. & apertè collegitur ista conclusio ex cap. Si Papa, 40. dist. cap. Oues, 2. q. 7. vbi dicitur Papam à nemine iudicari, nisi sit deuius à fide, & Patres Concilij Sinuesensis clara voce dixerunt Marcellino: Tu teipsum iudica (quia viderunt illum respuisse) quia prima sedes à nemine iudicatur. Et in Concilio Rom. sub Siluestro dicitur: Papa nec à Regibus, nec ab Ecclesia, nec à toto Clero, neque à populo iudicatur. Et idem docuit Nicolaus Papa in epist. ad Michaëlem imperatorem; idemque habetur in Concil. Rom. sub Sixto III. & in epist. Concil. Calcedonensis ad Martianum, & Valentinum Imperatores; & in epist. eiusdem Concilij ad Leonem Papam, quæ habetur actione tertia, damnatur Diocorus, eò quod in quodam conciliabulo voluerit ferre sententiam contra ipsum Leonem Papam, cum Papa à nemine debeat iudicari.

Et ratione probatur hæc opinio, quia Romanus Pontifex est caput Ecclesiæ, ergo non potest iudicari à rota Ecclesiæ, quia est inferior; neque à iure, quia auctor illius est æqualis; nec denique ab Imperatore (ut dicunt hæretici nostri temporis) quando quidem sæcularis potestas etiam si Imperatoris sit, inferior multò est, quàm spiritualis, quæ residet in Papa; vnde in Concil. Milenit. can. 19. prohibetur causæ Clericorum deferri ad Reges, vel Imperatores, vel ad Iudices sæculares, quare Constantius Magn. in Conc. Nicen. (ut refert Ruffin. l. 1. c. 12.) noluit audire, neque iudicare causas Episcoporum; & Basil. Imperator in or. quam habuit in fine VIII. Synodi apertè hanc veritatem est confessus.

Nec obstat dicere cum hæreticis, multa adesse exempla, in quibus Iudices sæculares causas cognouerunt Ecclesiasticorum. Imò cum Pilatus dixisset

Christo nescis quia potestatem habeo, &c. Christus respondit Jo. 19. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper: Et Paulus Act. 2. 2. dixit: Ad tribunal Cæsaris isto, ibi oportet me iudicari; Cæsarem appello, ergo si Pilatus respectu Christi habuit potestatem, & Cæsar respectu Christi habuit potestatem, & Cæsar respectu Pauli, multò magis Iudices sæculares respectu Summi Pontificis. Respondetur ad primum exemplum, Pilatum fuisse iudicem de factò, non tamen de iure respectu Christi; nam sicut Christus patienter voluit sustinere mortem, & crucifigi, ita voluit similiter ab homine iudicari, sicut Matth. 27. voluit solvere triburum Cæsari, quod de iure non debebat. Illa autem verba, quæ Christus dixit Pilato: Nisi tibi datum esset desuper permissiue intelligenda sunt secundum Chrysostomum, & Cyrillum in hunc locum. Qua etiam ratione eodem capite intelliguntur illa verba Christi: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Vbi non de potestate iurisdictionis, sed permissionis est sermo.

Ad secundum respondeo, quod Paulus iudicari voluit à Iudice Cæsaris non de iure, sed de factò; vnde Rom. Pontifices non sunt de iure subditi Imperatoribus, licet de factò missi sint plures in exilium, ut Liberius à Constantino, Siluerius à Theodora, imò & depositi fuerint. Hæc omnia docet Franciscus del Castill. in 3. sent. to. 2. disp. 16. q. 12. qui postea n. 9. contra se obicit, quod in aliis communitatibus prouisum est remediū contra Principes criminosos, & incorrigibiles, ut deponantur; ergo idem etiam potest fieri in Ecclesia respectu Romani Pontificis; aliàs Christus non sufficienter prouidisset hæc Ecclesiæ. Respondetur esse diuersam rationem, quoniam Principes aliarum Communitarum recipiunt potestatem, & iurisdictionem ab ipsis, & ita propter tyrannidem, &c. possunt ab eisdem deponi. At verò Romanus Pontifex non ab Ecclesia, sed à Christo accipit potestatem, & ita ab illa deponi nequit, nisi in casu hæresis, quem ipsum ius Diuinum ostendit, dum dixit, hæreticum hominem deuita. Ad id autem, quod dicitur, quod Christus non sufficienter prouidisset suæ Ecclesiæ. Respondet Montefinus cum Caietan. cap. 27. ad 5. & cum D. Th. in 4. dist. 19. q. 2. ar. 3. quest. 3. ad 2. quod Romanus Pontifex immediatè est sub prouidentia Dei, ad quem pertinet, aut non permittere, quod cadat in prædicta crimina, vel quod si cadat corrigatur, aut si non, quod tollatur è medio. Ad Ecclesiam autem pertinet Deum orare, ut hæc præterat, & suos monere filios, ut agant pœnitentiam suorum peccatorum, propter quæ solus Deus permitteret regnare malos Prælatos. Hucusque, Castillo.

Et idè ex his rectè nouissimè Eminentiſſ. Domini mei Cardinales in Sacra Congreg. Indicis imposuerunt nigrum theta super decisiones Vlisiponens. Emanuelis Themudo Lusit. nam in part. 1. decis. 71. num. 14. asserbat cum Decio conf. 15. n. 6. Pontificem posse accusari, aut iudicari in crimine scandaloso, & licet dictus Themudo postea se corripit in quibusdam folijs impressis, & directis ad Eminentiſſ. Dominum meum Cardinalem Cecchinum, quos penes me habeo; tamen in ipsis dicit aliqua, quæ etiam censuræ, & correctione indigent.

Respondetur

Respondetur ad argumenta hæreticorum superius in resolut. 1. appoſita, & adducitur ratio, quare D. Petrus respuit adorationem Cornelij.

RESOLVT. XVII.

SVperest modò respondere ad argumenta, quæ contra licitam adorationem, qua Catholici Summos Pontifices venerantur, petulantè hæretici adducunt. Et primò asserunt, quod Act. 10. D. Petrus respuit adorari à Cornelio, & tamen hodie Pontifices honorem, quem Petrus recusauit cum magna exorbitantia non ventur admittere. Respondeo, hoc Petrum effecisse, quia Cornelius aliquid diuinum de illo cogitabat, ut obseruat D. Hier. l. contra Vigilant. & idè ne erraret, noluit eius adorationem admittere; quod patet ex ipsis verbis, ait enim Lucas: Petrus verò eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Vnde ex sacræ Scripturæ contextu poterant hæretici obseruare, prius Cornelium occurrisse, deindè stratum ad pedes, tum ab Apostolo subleuatum, ut illi ex animo errorem eriperet, quo sibi persuaserat Petrum Deum esse. Ergo ipsi uenti ad pedes non obstitit Petrus, sed per errorem, honorem, qui Deo debetur, sibi deserenti obstitit, ac erexit humo; dicens: Surge, ne feceris, & ego ipse homo sum.

Eodem pacto respondendum est ad alia exempla in contrarium adducta; vnde Castrus Palaus tom. 2. tract. 8. disp. 2. nu. 2. sic ait: Quod si vrgeas hanc inferiorem adorationem noluisse sanctos viros aliis præstare, nec sibi permittere, ut constat ex Esther. 3. 13. vbi Mardochæus noluit genuflectere Aman; & Petrus prohibuit Cornelium sibi adorare volentem Act. 10. & Paulus, & Bernabas recusarunt à Lycaonibus adorari Act. 10. & quidam Angelus prohibuit Ioannem, ne Angelum adoraret. Ergo sibi conuenientem non esse hominibus, & Angelis adorationem. Facilis est horum solutio. Mardochæus enim noluit genuflectere Aman, ne videretur homini, honorem Deo debitum deferre; erat enim mos Iudæis, nullum alium præter Deum continuò honorare genuflexione, ut tradit Azor. l. 9. c. 10. q. 3. Aman ergo non semel, aut iterum postulabat hunc honorem, sed continuò: noluit ergo Mardochæus sic continuò honorare, ne scandalum præberet, & ne diuinum cultum ad hominem transferre videretur. Petrus verò ex modestia honorem aliquin sibi conuenientem recusauit. Paulus item, & Bernabas adorationem illam recusarunt; quia Lycaones tanquam Ethnicis, & Gentilibus, adorationem Deo debitam illis præstare volebant. Angelus autem adorationem Ioannis recusauit, tum ex urbanitate, tum ut indicaret, quanti ab Angelis humana natura post Verbi assumptionem æstimabatur: & præcipuè quanti Sacerdotes Apostoli, & Deo charissimi æstimari debeant. Hucusque Palaus; cui adde Tannetum tom. 4. disp. 5. quest. 2. dub. 1. nu. 20. Perciram in Genes. tom. 3. c. 17. n. 7. Io. Lorinum in Act. Apost. c. 20. v. 2. Alanium Copum Dial. 3. c. 7. Valentiam tom. 3. disp. 6. q. 11. punct. 5. & ante omnes omnium Magistrum D. Th. in 2. 2. q. 84. ad 1. vbi ita asserit; Secundum quæ creaturæ excellenti debetur, Nathàn adorauit Dauid, secundum autem reueren-

Anton. Diana Pars XI.

tiam, quæ debetur Deo, Mardochæus noluit adorare Aman timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Esther. 13. Et similiter secundum reuerentiam debitam creaturæ excellenti, Abraham adorauit Angelos, & etiam Iosue, ut legitur Iosue 5. quamuis possit intelligi, quod adorauerint adoratione lætiæ Deum, qui in persona Angeli apparebat, & loquebatur. Secundum autem reuerentiam, quæ debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apoc. vlt. tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut Angelis æquetur; vnde ibi subditur: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum: tum etiam ad excludendum idolatriæ occasionem; vnde subditur: Deum adora, Ita D. Th. quibus addit ex SS. Patribus D. Anastasium ser. 3. contra Arianos, & D. August. l. 2. contra Faustum cap. 21.

Rectè itaque exemplo Cornelij Centurionis, Pontifices ut successores D. Petri adoramus, & idè Cornelius à Lapide explanans locum Apoc. cap. 10. v. 25. sic asserit: Exemplo Cornelij fideles adorant Pontificem eumque genuflexi osculo pedis venerantur, quod noverant hæretici. Ita ille, &c.

Quare Pontifex se seruum seruorum Dei, contra Theodorum Reinghingham demonstratur.

RESOLVT. XVIII.

SVperius in resolut. 1. adduximus Theodorum Reinghingham contra dictum titulum impetentem, quod etiam fecit Leonardus Vyramundus lib. pro causa Colonensi, vbi loquens de Gregorio XIII. qui in quodam Breui vocabatur seruus seruorum Dei, sic impiè asserit: Gregorius ius illud diuinum abdicat, cum se se nominat seruum seruorum Dei; nam ista appellatione spiritus Dei numquam in scripturis vltus esse, nisi ut maledictissimam abiectionem demonstraret, cum apud Moſen, inquit, maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Ita ille.

Sed quis est, qui absque offensione audiat Vyramundum tam insulse, ne dicam malignè, ac liuidè iam ratiocinantem; sic scilicet vitum in disserendi facultate peritissimum (talem enim se non semel profiteretur) palam est, argumentari. Chanaam seruus seruorum fratribus suis maledictus est: Gregorius ergo seruus seruorum Dei maledictus est: Pulchra nimirum collectio, & Vyramundo digna. At certe mirum est, cur illi in mentem non venerit, quam inter sit inter seruum seruorum fratribus Chanaam, & seruum seruorum Dei. Illud (ut sacra testatur historia) in delicti pœnam impij filij posteritati improbatum est Noëmus, maledictissimam, uti ait, abiectionem demonstrans, hoc autem tanquam augustissimum elogium, atque illusterrimum stemma, vsurparunt sancti viri, habuerunt Apostoli; quinimò Saluator ipse noster ceu clarissimo appposito, illo insigniti non recusauit. Sed deseramus Vyramundum Caluinistam, & respondeamus ad Theodorum Lutheranum.

Dico igitur hunc titulum esse antiquissimum, audi Damalum I. qui quidem ante annum ducentissimum viceſimum supra milleſimum in epist. ad Steph. Archiep. & etiam Africana Concilia, illo vltus est Damalus (inquit) seruus seruorum Dei, atque per gratiæ eius Episcopus Sanctæ Catholicæ Vrbiſ.

Vv

Roma

Romæ D. Augustinus eiusdem ferè sæculi scrip-
tor, ad Vitalem Carthaginensem, Augustinus,
ait, seruus seruorum Dei, idem ad Probam viduam
Augustinus Episcopus seruus Christi, seruu-
que Christi famulus Probæ in Domino Domino-
rum salutem, &c. B. Fulgentius Afer Ruspens.
Episcopus, qui sub Anastasio vixit, ad Gallam de
Italiæ viduam, Domine verò illustri, & in Chri-
sti timore venerabili filiæ Gallæ seruorum Chri-
sti famulus. Idem ad Probam, ad Venantiam,
ad Eugippium Abbatem, ad Theodorum Sena-
torem hoc titulo perpetuò vtitur; Paulinus
Aquilensis Præsul aduersus Felicem Vrgelitanum,
& Eliphandum Toletan. Scribens: Quapropter
(ait) ego Paulinus, licet indignus peccator,
omniumque seruorum Domini vltimus seruus.
Demum post hos Gregorius ille verè Magnus hu-
ius nominis primus ad reprimendam (vt auctor
est Io. Diac.) Cytici, & Io. Constantinop.
insolentiam, insignis istud cognomen maximè ha-
buit peculiare, illud deinceps reliqui Romani
Pontifices frequentius vsurparunt. Nec enim vt
ex Damaso docuimus, ab ipso Gregor. I. titulus
iste incepit primùm, estque verissimum quod
Euseb. Emist. (si modò is Eusebius censendus sit)
ducentis quinquaginta annis antiquior Gregorio,
sic ait in *hom. l. Dom. xv; post Pentec.* Roma-
nus Episcopus Episcoporum omnium maximus,
seruus seruorum Dei in suis epistolis se esse scri-
bit, sed & Bonifacius Episcop. & vltimo loco
domesticius testis accedat, qui Gregor. II. &
III. Pontificibus in Germania vestra verbum
salutis prædicauit, & gentem illam sedentem ad-
huc in tenebris illuminauit, ad Zachariam
Rom. Pontificem scribens seruum Dei se vo-
cat. Hæc itaque nobilissima appellatio, quæ &
rationibus, & exemplis comprobata, est hæcenus;
ita iam Roman. Pontificibus vsu venit, vt conti-
nua, diutinaque consuetudine, ac stylo firmata,
inter solemnia Bullarum Apostolicarum verba
merito annumeretur. Si enim Pontificium rescri-
ptum illa careat falsitatis suspicionem minimè de-
clinabit, vt verè docent omnes Canonici intus In-
terpretes: tam est peculiare, & proprium Pontifici
Romano Maximo, & summo, seruum seruorum Dei
appellari.

Verùm ad confirmationem supradictorum non
deseram hic apponere verba doctissimi, & amicis-
simi P. Theophili Raynaudi in suo *Onomast.*
Pontificio lit. S. ver. Seruus seruorum Dei, qui ita
asserit: Atrogantiam Ioannis Ieiunatoris Con-
stantinopolitani Patriarchæ, qui superbum no-
men Patriarchæ Occumenici, siue vniuersalis
assumpserat, modestiæ insigni specimine con-
tundere volens S. Gregorius, vt scribit Io. Dia-
conus *lib. 2. de vita capit. 1.* & Anonym. apud
Henricum Castum *tomo 6. antiqua lect.* necnon
Aluarus Pelagius *l. 2. de plantis Ecclesie capit. 13.*
Itemque Archidiaconus, & Io. Andreas *ad proem.*
6. Decretal. & Io. de Anania *ad proem. 1.*
Decretal. ac Genebrardus in *Chronico anno 604.*
aliquæ passim *de antiqu. Ecclesie* demisso eo splen-
dido titulo, quem vsurpare iure poterat, in sensu
non elucidente particulares Episcopos, cœpit
vsurpare titulum serui seruorum Dei. Imitatio-
ne fortè Damasi, qui se ita inscripserat, rescribens
Stephano Carthaginensi, & tribus Conciliis
Africanis. Exemplo Sanctiss. Gregorij omnes
deinceps Pontifices adhibuerunt cum titulum non
iam obiter vt Damascus fecerat imitatione ab aliis

non expressus; sed tanta constantia, vt rescri-
ptum, quod eo titulo careat, habeatur adule-
tinum, vt scripsit Io. de Anania *ad proem. l. 1.*
Decretal. Et quanquam ab eodem S. Gregorio
informatus S. Augustinus Angliæ Apostolus, in-
scribebat se ipse quoque seruum Dei, vt eius
acta, id quod etiam sæpè facit Desiderius Catur-
centis in *epist.* & eundem sibi titulum adscribit
Diedericus Alerensis *epist. 31. inter Gerberti epist.*
necnon S. Io. Eleemosynarius in *suo testam.* & S.
August. in *inscript. epist. 121.* quorum vestigiis
instituisse videretur S. Bonifacius *epist. ad Fridrad.*
Abb. constârque omnes se ipsa posse, ac debere
præferre quod continetur hoc titulo. Tamen
vsus inualuit, vt in actu signato nemo seruorum
Dei seruum appelleret, præter Rom. Pontificem,
qui, vt ait Gerfo *lect. 3. de vita spirit.* non ficta
humilitate, sed metaphysica, & morali, ac theo-
logica veritate seruum se omnium nominat. Con-
sentaneè ad Origenem *hom. 6. in Isai.* & S. Hie-
ron. in *epistaph. Nepotiani*, qui docent, Episco-
pos ad seruiendum, non ad donandum assumi:
quod maximè valet de Episcopo Episcoporum.
Explodendus verò est Castaldus *lib. de Imperat.*
quæst. 43. in fine, vbi cum Io. Fabro ait, Papam
per iocum se vocare seruum seruorum Dei. Hoc
falsò dicitur, nam ex animo, & verè S. Grego-
rius eum loquendi modum inuixit, & vsurpant
successores. Sicque impletum videmus quod
Christus prædixerat; Qui se exultat humiliabitur.
Vndè scitè Glossa *capit. quæstio 1. quæstio-*
ne 7.

Roma tibi quondam suberant Domini Domino-
rum:

Seruum serui, nunc tibi sum Domini.

Hæc omnia Raynaudus, & ante ipsum Geo-
rgius Polacchus in *Comment. ad Bullam Urbani*
VIII. de Iubileo anni sancti scilicet 3. & Gonzalez Pon-
ce de Leon contra Vvaramundum *capit. 2. per*
tor.

Vide etiam ad ornatum tituli, quo Summi Pon-
tifices vtuntur, ea, quæ eruditè obseruat Michaël
Muelerus de *Monarchia Ecclesie rom. l. par. 2. l. 1. cap.*
9. per tot. Vndè ex his patet, quam immeritò con-
dictum titulum, & Summos Pontifices eo vtentes
Theodorus, & Vvaramundus, & alij hæretici con-
futebant.

Quare Summus Pontifex non solum calceamento
Cruce signato, sed etiam coloris rubei
vtitur?

RESOLVT. XIX.

Obseruat Augustinus Barbofa de *iure Ecclesie*
lib. 1. capite 2. numero 90. quod Pontifex
semper, & vbiq; lancia, & candidis vestibus
vtatur, iuxta illud *Ecclesie 9.* Omni tempore vesti-
menta tua sint candida: & ego obseruo pro ca-
su nostro, Sacerdotes veteres vsos fuisse calcea-
mentis candidis: & idèd Appian. *l. 5. de bell. ciu.*
de M. Antonio ita scribit: Calceamenta candida,
qualia Atheniensium, & Alexandrinorum Sacer-
dotes (quos Phæcasijs appellant) deferre con-
sueuerunt, sibi assumpserunt. Et de huiusmodi Sacer-
dotes, & calceorum ab illis denominatorum me-
minit Seneca *l. 7. de benef. capit. 21.* Pythagoricus
inquit, quidam emit à Sutore Phæcasijs: & Iuuenal.
sat. 3.

Phæcasijs

Phæcasijs vetera ornamenta Deorum.
Quare igitur Pontifex cum alijs, vt plurimum, can-
didis vestimentis, tamen calceamentis vtatur coloris
rubei?

Respondeo, quòd S. Leo IX. *epist. 1. qua est ad*
Michaëlem, & Leonem, demonstrat Pontificatum
Romanum esse Regale Sacerdotium, etiam spectata
retrena dominatione; idèd que notat Pontificem à
Constantino Magno donatum esse insignibus Im-
perialibus; & *cap. 38.* (successores S. Petri iam in
terris retinere speciale dignitatem terreni, cœ-
lestisque Regni) monetque Græcos, ne inuideant.
Inter ea potèd Regiæ potestatis insignia, quæ
à Constantino collata Roman. Pontifici prodit
S. Leo, calceos purpureos diserte recenset Balsam.
Erat enim calcei purpurei nota cultus prin-
cipalis, iuxta ea, quæ habet Basilius Imper. in *capit.*
ad Leonem filium cap. 63. & iuxta illud Co-
rippi *lib. 2.*

Purpureo siva resonant fulgente corburo,
Cruaque puniceis induxit regia vinculis
Partibica Campano dederant qua tergora fisco,
Qui solet edomitos victor calcare Tyrannos
Romanus Princeps, & barbara colla domare,
Sanguineis prelati rosi, laudata rubore,
Lectaque pro sacris tactu mollissima plantis,
Augustis solis hoc cultu competi viti,
Sub quorum est pedibus Regum cruro.

Procopium Imperio inhiantem, ad calceos vs-
que purpuratum exhibet Ammian. *lib. 26.* Rubra
talaria cum pyramide margaritis distincta, in cuius
summitate lapis purpureus, refalgebat, fuisse Re-
gum insignia ait Gregor. Logorheta in *Chron. Con-*
stantinop. pag. 41. & 42. Patriarcha Constantinop.
referente Cuiopate in *histr. Isuaci Commeni;* pur-
pureos calceos sibi deberi inde confirmabat, quod
inter Sacerdotium, & Regnum nihil interesse di-
ceret, vel admodum parum. Alia dabit Balduinus
lib. de calceo cap. 10. Debetur ergo multo magis Ro-
mano Pontifici, inter cuius Pontificum, & quod-
cumque Regnum tantum distat, quantum in inter hu-
mana, & supernaturalia. Vel ex hoc ergo antiquo
cultu Pontificis Romani, apparet eum merito ac-
censeri Regibus. Quinquam pie, & sapienter Pon-
tifices calceis illis Regalibus crucem adiunxerunt.
Et hæc omnia, vt semper solet, eruditè obseruat Pa-
ter Theophylus Raynaudus in *Onomastico Pontifi-*
cio littera R. ver. Rex.

Sed ego in calceamentis rubeis Pontificis, my-
sticam significationem agnosco, volunt itaque Pon-
tifices in illis demonstrare Christi fidelibus ad eo-
rum genera procumbentibus, & pedes osculantibus,
volunt, inquam, eis demonstrare se esse redemptos
purpureo Christi cruore, & tunc adorare Pontifi-
cem caput visibile Ecclesie, quam Christus acqui-
sivit sanguine suo, vt ait Lucas *Act. 20.* & ad cuius
imperium, de quo in *superiori resol.* diximus calcea-
mentum esse symbolum, & figuram, Christum
per crucem petruenisse, vt asserit D. Paulus *ad Phi-*
lipp. ep. 2.

Vnde ex his, vt dixi, merito Pontifices fidelibus
eos adorantibus præbent ad osculandum pedem
calceo signo crucis, & simul rubeo colore ornatum.
Hinc appositè, & eleganter pro casu nostro Epi-
scopus Ioseph Steph. de calceamentis Papæ
verba illa *Psal. 67.* Vt intingat pes tuus in san-
guine, accipe eius verba *cap. 18.* Quare omnia (ait)
cum à passione Christi habeant firmitatem, non abs-
re Pontifices vt hanc mysticè intelligentiam signi-
ficare viderentur, crucem pedibus impresserunt;
Anton. Diana, Pars XI.

iuxta illud *Psal.* Vt intingat pes tuus in sangui-
ne lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Tunc
enim pedes sanguine tinguntur, cum cruce Christi
decorantur; tunc linguæ canum ipsomet sanguine
imbuuntur, cum hæretici, more canum vestigij sum-
mi Sacerdotis obuoluti pedes lambunt; & sanda-
lis impressam crucem osculantur.

Qui mos vsque aded verus, & firmus est habi-
tus, vt nusquam Romanum Pontificem depictum,
aut matmore expressum, aut ære ductum videas,
quin etiam præter infulam, & Sacerdotij ornamen-
ta, crucem pedibus appictum cernas: vt ex imagini-
bus venerandæ verustatis, quæ in Basilicis Laurenti-
ana, & Vaticana multis ab hinc annis depictæ
sunt, constat. Ita ille. Cuius verba idèd notanda
sunt, quia Petrus Molinæus Caluinista in libro,
quem inscripsit *de Monarchia temporali Romani*
Pontificis Londini edito, hanc regulam constituit;
Non excedere annos sexcentos, vel ad minus quin-
gentos mera est nouitas, cum de Ecclesia, vel do-
ctrina, vel disciplina agitur, Intendit enim perfidus
hæreticus omnia ea, quæ à Romanis Pontifi-
cibus præsertim recentioribus intra hoc tempus
peracta, vel determinata sunt, destruere, & eorum
auctoritatem minuere, ac tollere. Sed in nostro
casu omnia etiam tempore Sancti Siluestri, & alio-
rum veterum Pontificum obseruabantur, vt supra
obseruatum est.

Respondetur ad scommata Ioannis Fabri, qui Pon-
tifices carpit portantes calceos cruce signatos, &
ostenditur humilitatis causa, & ad honorem crucis
rius hunc à tempore Sancti Siluestri fuisse intro-
ductum.

RESOLVTIO XX.

Agnosce; ait S. Augustinus in *Psal. 54. v. 1.*
gloriam crucis ipsius; iam in fronte Regum
cruce illa fixa est, cui inimici insultauerunt. Et
tamen (obgurgit Fabrus cum pluribus Hæreticis)
illam Pontifex dejecit ad pedes, & sædo ritu cal-
ceis infigit. Dico igitur morem istum à S. Syluestro
Papa incepisse, & postea illum securi sunt alij
Pontifices, vt ex vetustis imaginibus apertissimè
probat Angelus Rocca in *observationibus super ima-*
gines S. Gregorij, & parentum eius, à Ioanne Dia-
cono conscriptas, & post illum Benedictus Bal-
duinus *lib. de calceo c. 27.* quibus adde Andream
de Saussay *de desculat. pedum Pontif. cap. 2. per tot.*
vbi firmat, signum crucis sandalijs, seu calcea-
mentis Pontificum Romanorum prisco ex more
insertum fuisse. Vnde *Ceremoniali Rom. lib. 1. c. 6.*
sic habetur: Inducitur electus (scilicet Pontifex)
Papali habitu, toga scilicet lanea, caligis rubeis, &
sandalijs rubeis aurea cruce signatis. Nec aduersus
hunc morem obijciant hæretici cum Fabro Impe-
ratorum exempla crucem gerentium in manu
pro sceptro, in capite pro corona. Ab his enim
pietate Papa se vinci non patitur; à quo potius
quanto honore cruce habenda esset edocerentur.
Nihil magis siquidem in ornatu Pontificis est,
quod effalgeat. Crux ei pro baculo est, ac vir-
ga pastoralis. Crucem in Thiaræ suæ fastigio pro ex-
quiritiori gemma præferit. Hanc pallio Papali
ante, & retrò, ac circumquaque acu intexam
gestat super humeros, super pectus; pendulam-
que aliam habet, quæ à sinu suo super cor desinit.
À capite igitur ad pedes vsque cruce insignitus est:
Vv 2 hocque

ac virgâ pastotâli. Crucem in tiarâ suâ fastigatio pro exquisitiori gemma præfert. Hanc pallio Papali ante, & terro, ac circumquaque acutextam gestat super humeros, super pectus; pendulanque aliam habet, quæ à sinu suo semper cor dehinc. A capite igitur ad pedes usque cruce insignitus est: hocque ornatu totus eius decoratur apparatus, ut sic cum Apostolo gentium illuminatore palam profireatur, se tantummodò gloriari in cruce Domini sui, Gal. 14.

Quam etiam sandaliis, seu calceamentis fixerunt, ut Christi fideles eorum genibus aduoluti, & ad eorum prostrati pedes, deosculentur non tam eorum pedes, quam Christi triumphale signum adorent, & D. Petri simul pro ipsius Domini clarificatione Crucifixi sacra vestigia clavis confixa venerentur. Itaque cum primum Pontifices agnoscerent, uniuerso passim Christianos pietatis, & honoris ergo ad suorum pedum oscula prouere, ut se honorem illum, ad Christi Domini gloriam transferrent, Crucem, quæ præcipuum est gloriæ eius monumentum, calceis suis adtexi curauerunt. Sic enim factum, ut Christiani homines, cum honorem, quem Pontifici per pedum eius oscula habentes ibant delatum, cruce ipsius calceis perspecta in Christum præsertim referrent: atque idè ipsam ore contingere, impressisque labiis suauari viderentur.

Hæc ratio, qua maximè Summorum Pontificum humilitas, atque Religio commendatur, ab Angelo Rocca, & Benedicto Balduino fuit antehac obseruata; sed hoc cum discrimine; quòd Balduinus, ut se perfectam illam assignat: Rocca se à Iosepho Stephano, cuius etiam profert ipsa verba, apertè mutuum proficitur. Quæ cum verissima, ac efficacissima sit, enadit utique consecrarium, quàm antiquus sit ritus deosculandi pedes Romani Pontificis. Si enim idè crux posita fuit sacris eius calceis, ut quæ oscula eis à fidelibus reuerentiæ causa infigebantur, ad Christum, cum toto honore, qui ex pio hoc obsequio dimanabat, velut ad authorem Pontificiæ dignitatis, ac primarium Religionis obiectum, & summum, ac æternum Pontificem in Papa ipsius Vicario representatum, Christiani intelligerent à se (ut ab ipso Papa) referenda esse: Et hæc omnia docet Andreas Suallay, *vbi supra, capit. 5.* & Stephanus *capit. 18.* Vnde ex hac caeremonia Pontificum humilitas commendari debet, debet, qui cum omnes populos communi voto, ut docuimus, ad suos pedes adorandos propensos agnoscerent, Cruci Christi osculationem potius, quàm sibi ipsis tantum honorem deferri maluerunt, ut omnes Christianos benignè ad oscula pedum ex-ciperent.

Itaque ut expressam Christi imaginem referrent, ut Saluatoris passionem in hominum memoriam redigerent, Crucem sandaliis affixerunt, ut Christiani homines eos honores, quos debitos, & necessarios Pontifici deferebant, cruce perspecta alacrius exhiberent.

Itaque ritum, quem Pontifices observant vtendi calceis cruce signatis contra Fæbrum, & alios Nauatores, humilitatis causa à Summis Pontificibus introductum fuisse dicendum est.

Sed non erit extra rem mysticas significationes adducere, quare Pontifices calceamenta cru-

cis signo adornent. Suppono igitur, veteres aliquando gemmis, & margaritis calceos ornasse, vnde Plinius *libro 9. capite 35.* Neque enim (inquit) gestare margaritas, nisi calcent, ac per vniones etiam ambulent, satis est. Hiæc puellæ Sionides Regiam sacra sponsæ dignitatem ex calceamentorum ornatu adstruunt *Cantic. 7. capite.* Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis. Et idè *Is. 3. vers. 18.* asseritur: In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum.

Verùm magis pro casu nostro obseruo, olim Imperatores cum à populis adorabantur, calceamenta gemmis ornare, ut solebant, obseruat Alexander ab Alex. *Gemmar. lib. 5. capite. 18.* Eustropius *lib. 1. de gestis Roman. 10. cap. 19.* Lampridius *in Chronic. Cassiodorus in Consulibus Rom. Eusebius in vita Eliogabali, & in vita Alexandri Severi, cum Seneca lib. 2. de benef. capite 12.* verum hodie Pontifices non gemmis, & margaritis ut Imperatores faciebant, sed pretioso Crucis signo plusquam gemmis, & margaritis à Christianis æstimando, calceamenta sua adornant.

Aliam mysticam interpretationem adducam, Lectoribus (ut reor) non ingrati; suppono igitur calceamenta esse Regum typum, & symbolum dominij, & Imperij. Probant hoc Hieronymus Prædus, & Cornelius à Lapide in illis verbis *Ezech. 16. verb. 10.* Calceau te hyacinthis; vnde Dauid Idumæam subiugaturus, dixit *Psal. 59. 10.* In Idumæam extendam calceamentum meum: & *Psal. 107. Secundum lectionem Nebisens.* Super Reges terræ proieciam calceamentum meum; & idè Io. Lorinus explanans ista verba, sic ait: Extensio, aut immisio, aut proiectio calceamenti, siue super colla hominum, siue super eorum religionem, denotat subigere, ac in potestatem redigere, subiugare, possessionem inire. Ita ille. Clarè igitur apparet calceamentum esse typum Regni, & Imperij; Quod magis confirmatur ex verbis *Ezech. 23.* Corona tua circumligata sit, & calceamenta erunt in pedibus tuis. Quàm mira copulatio est ista calceamentorum cum corona! quia, ut diximus, calceamenta figura sunt imperij, & Regni.

Hoc supposito, ecce mysterium, quare Pontifex gesserit in pede signum crucis, cum Christus peruenisset ad Regnum Ecclesiæ mediante cruce, ut ipsamet canit: Regnavit à ligno Deus; Vnde hoc *Isa. cap. 9. ver. 6.* prædixit in illis verbis: Et factus est principatus super humerum eius; secundum expositionem communem Patrum, quos asserit hîc Leo Castrus, & sentiant ipsi Hebræi, teste Galation *libro 9. capite 19.* Sequitur ex his rectè Pontificem in calceamentis, quæ, ut dictum est symbolum sunt Imperij, signum crucis infigere, ad demonstrandum, Regnum Ecclesiæ, de quo ipse est visibile caput, mediante cruce prius per Christum obtentum fuisse, & postea mediante cruce per D. Petrum, ad ipsum Pontificem eorum Vicarium, & successorem peruenisse.

Et ego quidem, (dum genuflexi ante Pontificis pedes cruce signatos existimus) cogito ipsum nobis asserere, Vultis, ne pedes vestri commoueantur? *Psal. 37.* Vultis, pedes vestri dirigantur in viam pacis? *Luc. 1.* Vultis pedes vestros

stros perficere in semitis Domini? *Psal. 16.* Vultis, ut ipse Dominus custodiat introitum, & exitum pedum vestrorum? *Psal. 120.* Amplectimini crucem, tribulationes videlicet, & mortificationes; quia hæc sunt via Regia, quæ ducit ad Cælum; & postea dum eius calceamentum ornatum cruce actu osculamur, cogito Pontificem nobis dicere: Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, Paulus *ad Hebr. 13.* Si vultis super hanc ciuitatem calceamentum extendere (ut locutus est Dauid *vbi supra*, id est dominium, & possessionem illius habere) amplectimini crucem exemplo Saluatoris, de quo dicitur, quod oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. *Luc. 24.* Regnum enim cælorum vim patitur. *Matth. 11.* Et idè per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei, *Act. 14.* Itaque ex his mysticis interpretationibus patet appositè Pontificem calceos cruce signatos gestare.

Et hæc dicta sufficiant circa præsentem tractatum, quæ omnia Sanctissimo D.N. humiliter corrigenda submitto; præmissa priùs Adoratione Pontifici; idè procumbens, & pronus in terra eius pedes osculando, in derestationem omnium hæreticorum ingenti animi submissione ipsum venerandum, adoro.



TRACTATUS II.

De infallibilitate Decretorum Romani Pontificis extra Concilium.

An Papa possit errare definiendo aliquid de fide extra Concilium Generale, & sententia affirmatiua aliquorum adducitur.

RESOLVTIO PRIMA.

SAPIENTISSIMVS Dominus noster Innocentius X. nunc feliciter regnans nouissimè promulgauit Constitutionem quandam datam Romæ pridie Kalend. Iunii 1653. contra Cornel. Ianfen. Episcopum Ipernentem, & quosdam alios Ianfenistas, in qua ad instantiam plurimorum Galliæ Episcoporum petentium declarationem quinque propositionum, illas declarauit, & damnauit tanquam hæreticas, ut videre est in dicta Bulla. Sed eruditissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Tholosanus restatus est mihi per epistolam datam Parisiis die 19. Iulij 1653. aliquos Ianfenistas occasione dictæ Bullæ auctos fuisse asserere, Pontificem extra Concilium non posse determinare aliquid circa fidem, quod etiam aucti sunt dicere tempore fel. mem. Urbani VIII. ut patet apud doctissimum Caramuelem *in Theologia fundamentali fundam. 4. mm. 169.* Propositio ardens cauterio inurenda. Vnde ego ad compescendam eorum audaciam, & temeritatem, illam in hoc Tractatu labefactare conabor, infallibilitatem Romani Pontificis Anton. Diana, Pars XI.

extra Concilium secundum Catholicam veritatem stabilendo. Hoc enim debeo Apostolorum Principi Petro patrino, ac intercessori meo, qui in suo successore adhuc regnat, & loquitur; necnon Sanctæ Sedi Apostolicæ, ac Sanctissimo D.N. Innocentio, quorum humillimus, ac indignus minister existo.

Itaque ad propositam quæstionem, respondeo, olim quosdam docuisse, quòd quamuis Romanus Pontifex cum Concilio Generali errare non possit in definiendo, tamen si seorsum definiat, possit errare; & hanc sententiam tenet Adrianus *in 4. sententiarum in materia de Sacram. Confirmat. arr. 3. ad secundum principale.* Castro *lib. 1. contra hæreses c. 2.* & latius c. 8. Geson. *tract. de potest. Eccles. Almain. in 3. dist. 24. q. 5. dub. 6. & alij.*

Probat hæc opinio, primò, quia non legitur in Euangelio, quòd concessum sit hoc priuilegium Petro, aut eius successoribus, sicut legitur, concessum fuisse toti Ecclesiæ, quæ repræsentatur per Concilium Generale *Ioan. 14.* Alium Paraclytum dabo vobis, ut maneat vobiscum in æternum, & ita Ecclesia dicitur columna veritatis. Vnde *Act. 15.* cum orta esset controuersia de legalibus, non ad Petrum, sed ad Concilium Apostolorum simul cum Petro delata est, ut definitur.

Probat secundò, quoniam ad definiendum aliquid de fide debet præcedere sufficiens diligentia, quam certum est fieri in Concilio Generali, sed non ita certum, quod fiat à solo Papa seorsum. Deinde aliàs frustra congregaretur Concilium Generale ad definiendam aliquid de fide. Vnde *in Epistolis Concilij Africani ad Celestinum Papam* dicitur maioris robori esse, quæ à multis, quàm quæ ab vno Episcopo decernuntur. Deinde etiam si Papa non possit errare dum definit aliquid, quod sit de fide, & de necessitate ab omnibus explicitè credendum, tamen si definiat aliquid, quod non est ex necessitate ab omnibus credendum, non videtur inconueniens, quod quantum ad hoc possit errare.

Probatur terciò, qui repugnat definitioni Romani Pontificis, non est hæreticus; ergo signum est non esse eius iudicio ad hærendum tanquam certo, & infallibili. Antecedens probatur ex B. Cypriano, qui acriter repugnauit Stephano Pontifici definiendi, quod ab hæreticis baptizati, non essent rebaptizandi. Imò S. August. *lib. 2. de Baptismo cap. 7. & seqq.* clarè docet varias ea de re fuisse tum sententias Catholicorum, & quidem sine crimine, quamdiu nulla exerat Concilij vniuersalis definitio.

Probatur quartò, Pontifex si hæreticus sit, potest velle Ecclesiam errore maculare, & ad hanc maculam imponendam definitione vti. Ergo eius definitio non est infallibilis veritatis. Et confirmo, si hoc tempore, quo Pontifex occulta hæresi infectus sit, suboriretur aliqua dubitatio de rebus ad fidem pertinentibus, quid obstare potest, quominus tunc Pontifex errorem firmet, & pro veritate credendum fidelibus proponat? Poterit ergo Pontifex errare.

Et tandem probatur quintò, quia plura sunt scripta Doctorum à Pontifice approbata, quæ tamen non sunt omninò vera. Ergo Pontifex errare potest. Antecedens probatur ex cap. *Sancta Romana 15. dist. vbi à Gelasio Papa* approbantur scripta Cypriani, Chrylostomi, Gregorij Nazianzeni, Basilij, & Ambrosij: atque in his scriptis plura, quæ veritatem non attingunt, continentur.

Nam cum illis temporibus non erat de omnibus elucidata veritas, & ex alia parte non erant scriptores Canonici; merito potuerunt errare, ut rectè expendit Cano libro 7. de locis capite 3. conclusione 2.

Opinio negatiua firmatur, nempe Decreta Pontificis esse infallibilia, etiam emanata extra Concilium.

RESOLVTIO II.

Verum his non obstantibus negatiuam sententiam à Catholicis tenendam esse existimo, & illam tuetur D. Thomas 2.2. *quest.* 8. *art.* 10. & infra *quest.* 11. *art.* 2. *ad.* 3. & 4. *contra genes cap.* 79. & in opusculo 1. *contra errores Graecorum cap.* 33. & à *cap.* 65. usque ad 70. tenent expositores D. Thomæ, Bannez, & Aragonus *ad istum art.* 10. Valentia §. 40. & 45. Bellarm. *lib.* 4. *cap.* 3. *tract.* 1. *de auctoritate Papæ cap.* 9. Turcremata *lib.* 2. *capit.* 109. Osius *lib.* 2. *contra Brenum capit.* 18. Driedo *lib.* 4. *de dogmatibus cap.* 3. *part.* 3. Vvaldentis *lib.* 2. *fidei cap.* 47. & 48. Echius *tractatu de primatu Petri Soto in apologia pro sua confessione fidei cap.* 83. Victoria *relectione de potestate Ecclesie. Rhophensis art.* 28. *contra Lutherum. Arriaga in cursu Theologico tom.* 5. *disput.* 9. *sect.* 4. *num.* 22. Amicus *in cursu Theolog. tom.* 4. *disputat.* 7. 23. Cataruel *in Theolog. fundamentali fundam.* 8. *num.* 169. Suarez, Malderus, Vvdger. Castilio, Tannenus, Granadus, Canus, Frangofus, Stapletonius. *vbi infra;* quibus adde Turrianum *in* 2. 2. *disput.* 16. *dub.* 1. Poncium *in cursu Theolog. disput.* 28. *quest.* 2. *conclus.* 9. *num.* 13. Siluanius *in controu. lib.* 4. *quest.* 2. *artic.* 8. & nouissimè Brunum Chassaing *de priuileg. Regul. par.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *propof.* 2. cum Andrea Duuallio *de Romano Pontifice par.* 2. *quest.* 1. asserentes, quod Pontifex dum definit aliquid de fide, etiam si seorsum, & sine Concilio definiat, errare non potest. Ista conclusio videtur mihi definita à Leone X. *in Bulla contra articulos Lutheri*, vbi inter alios articulos ipsius damnat. 28. in quo dicebat, Papam errare posse in definiendo, &c. eundem errorem tenuit Petrus Osiomenus damnatus *in Concilio Complutenfi confirmato per Sixtum IV.* denique *in disp. de Concilio* dictum est multos errores hæreticorum, quos Ecclesia damnat condemnatos esse per sententiam Romanorum Pontificum extra Concilium, qualis est error Pelagianorum, Priscilianistarum, &c.

Probatur ista nostra conclusio potissimè ex verbis Christi ad Petrum *Luc.* 22. Ego rogam pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Quibus verbis duo priuilegia data sunt Petro, & eius successoribus propter orationem Christi. Primum, ut non deficiat fides Petri: Secundum, ut confirmet fratres in fide, quorum, verumque, aut quodlibet seorsum non posset præstare Petrus, aut Romanus Pontifex eius successor, si posset errare in definiendo, &c. quia tunc iam deficeret fides Petri in Ecclesia, & non posset confirmare fratres in fide.

Deindè probatur manifestè, eo quod Concilia Prouincialia, eo ipso quod à Papa approbentur, censentur esse infallibilis veritatis, ut ostenditur ex

Milleano, & Aranscano, & aliis; ergo etiam sine Prouinciali Concilio erit infallibilis regula, Pater; nam si semel Generale, quod videtur præsentare totam Ecclesiam non requiritur, certè nec Prouinciale; quia hoc non habet vllam infallibilitatem; ergo: Adde, quod si in Ecclesia est talis infallibilitas, debet esse in eius capite, quale Pontifex; nam cum frequentes sæpè fuerint difficultates circa fidem, non expediebat vllomodo eas à sola tota Ecclesia simul iuncta posse decidi: ea enim conuocatio in tot occasionibus moraliter esset impossibilis, ergo debuit esse vna persona, quæ sine difficultate saltem per litteras conueniri posset: qualis est Summus Pontifex, qui alioquin supremam in totam Ecclesiam habet iurisdictionem.

Hinc Eugenius III. *in canonizatione Sancti Henrici*, quæ habetur *in Bullario tom.* 1. supponens ordinariè canonizationem solere fieri in Concilio addit hæc: Auctoritate tamen Sanctæ Romanæ Ecclesie, quæ omnium Conciliorum firmiterum est ad eam canonizationem, &c. Vbi ponderandum à Pontifice doceri duo: primum Concilia non habere firmitatem, nisi quam accipiunt à Pontifice Romano; Vndè inferitur, ea ante approbationem Pontificis non esse de fide: Secundò pondero, ipsum Pontificem *ibidem* sentire eam auctoritatem, quæ Conciliis dat firmitatem, posse extra Concilia totam suam firmitatem habere: vndè intulit, se etiam extra Concilium posse ad canonizationem procedere.

Et tandem omnia *superius* confirmantur, quia plurimi Pontifices varios errores absque vlllo generali Concilio condemnauerunt, quorum condemnatio à tota Ecclesia acceptata fuit, ut patet ex primis recentis annis, in quibus nulla vnquam Concilia Generalia propter ingruentes persecutiones coacta leguntur, cum tamen multæ in fide quæstiones toto hoc tempore feliciter sopitæ, & determinatæ fuerint per Pontificum definitiones. Nec dicant aduersarij hos errores pro hæresibus habitos non fuisse, donec his Pontificum definitionibus Conciliorum Generalium calculus accederet; falsum enim est omnibus quotquot fuerunt erroribus à Sede Apostolica damnatis, & qui iam pro hæresibus in Ecclesia haberentur, semper accessisse Concilij cuiusdam Generalis condemnationem: Quod enim quæso, Concilium Generale Pelagianos damnauit, ut ipsi pro hæreticis in Ecclesia haberentur, certè, ut ex Prospero præmonuimus post decreta Concilij Africani à Zosimo Papa approbata, statim toto orbe pro hæreticis habiti sunt ipsi Pelagiani, quod etiam Nouatianos condemnauit, qui iam tempore Cypriani inter hæreticos censebantur, & Nicænum Concilium omnium Oecumenicorum primum centum viginti quinque annis ex Baronio *tom.* 2. & 3. præcesserant. Cherintus iam Apostolorum tempore, & paulò post, Appelliani, Valentiniani, Marcionistæ, tanquam hæretici in Ecclesia denigrati sunt, & contra eorum hæreses Ireneus, & Terrullianus, & alij calamum acuerunt, quod quæso, Concilium Generale tunc celebratum fuit, ut ipsi pro hæreticis per totam Ecclesiam haberentur.

Itaque dicendum est, quod non expediebat Ecclesie, propter quam hæc potestas data est Pontifici, ut illa daretur quasi alligata, & dependens à Concilio Generali; ergo verisimile non est ita fuisse.

fuisse datam; ac subindè poterit Pontifex sine tali Concilio veritatem definire sine periculo erroris. Antecedens ostenditur primò, quia difficillimum est Concilium Generale congregare, & ordinariè fieri non potest sine magno labore & dispendio Ecclesie, & aliquando potest esse moraliter impossibile, propter persecutiones, bella, vel alia impedimenta. Aliundè verò potest sæpè instare necessitas damnandi nouam insurgentem hæresim, vel declarandi veritatem aliquam necessariam, quæ ad dubiū reuocatur: ergo oportuit Summum Pontificem habere hanc potestatem independentem à Concilio Generali. Secundò, quia ita erat vtilius ad maiorem Ecclesie vnitatem; quia nisi caput Ecclesie haberet in omnibus superiore potestatem, facile possent oriri schismata. Tertio, nunquam legitimus, hanc potestatem datam esse Pontifici dependenter à Concilio, sed potius de conuocato datam esse Concilio dependenter à Papa, vnde ratione illius habet infallibilitatem; & idè ante confirmationem eius non habet dictam auctoritatem; Ergo Pontifex per se habet illam; vndè de facto solent Concilia Generalia illius sequi iudicium, vt videre licet *in Ephesino primo, & Calcedonensi, & in Nicæno secundo.* Et videri etiam potest Innocent. I. *epist.* 26. & Gregorius *lib.* 4. *epist.* 32. & Gelasius *in epist. ad Faustum.*

Vndè ex *superius dictis* Andreas Duuallius Professor Sorbonicus *tract. de Pontifice par.* 2. *quest.* 1. sic ait: Absolutè certum est Summum Pontificem neque in fide, neque in moribus ex carhedta decernendis errare posse, statimque à sua canonica electione infallibilitatis priuilegio à Christo donari. Laudabilis in Academia Parisiensi viger consuetudo, qua Baccalareus de quæstionibus Theologicis solemniter responsuri, protestationes præmittunt, se nolle quidquam contra decreta Sanctæ Matris Ecclesie, necnon Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Romanæ, asserere aut defendere, & si quid in æstu disputationis aduersus eiusmodi decreta illis exciderit, vel ignorantiæ, vel immemoriæ, vel linguæ præcipitio attribuentium velle. Ita ille. Cui adde alium Doctorem Gallum Ioannem Ieet. *in tract. de auctor. Pont. libro.* 2. *per totum:* contra Simonem Vigotium asserentem infallibilitatem non competere Pontifici, nisi à Concilio Generali.

Respondetur ad argumenta pro affirmatiua sententia, ab aduersarijs excogitata, ac superius exposita.

RESOLVTIO III.

Supra in ref. 1. aliqua argumenta adduximus, quæ sententiam affirmatiuam videbantur stabilire. Idè ad primum respondeo, quod in Euangelio, sicuti toti Ecclesie promissa est assistentia Spiritus Sancti, *Ioann.* 14. sic Petro, & eius successoribus. *Luca.* 22. & ita sicut tota Ecclesia errare non potest, sic nec Petri successor in definiendo. Ad id autem, quod dicitur *ex Actor.* 15. dico, quod licet solus Petrus auctoritate ordinaria posset definire quæstionem de legalibus. Imò solus Paulus, aut Iacobus iurisdictione delegata, ut optime vidit Bellarminus *lib.* 4. *cap.* 17. ad secundum tamen placuit eam definire in Concilio, vbi de illa re fuit facta magna inquisitio.

Ad secundum argumentum respondetur primò non esse timendum, quod Papa definiat aliquid si-

ue in Concilio, siue extra Concilium absque sufficienti diligentia, quoniam qui promisit Petro, & successoribus eius assistentiam Spiritus Sancti, ad definiendum, promisit media, idest inquisitionem veritatis, & quod faciet illam diligentiam, quæ sufficiat, sicut si promitteret Deus vbertatem segetum, promitteret etiam curam Agricoliarum circa cultum terræ. Secundò, non est alligatus Romanus Pontifex, ut faciat istam sufficientem diligentiam in Concilio, vel extra Concilium, quia vtroque modo potest consulere viros doctos, & inquirere antequam definiat.

Ad id autem, quod dicebatur in argumento, si hoc ita est, frustra est congregare Concilia. Respondetur negando consequentiam, quoniam cum ad definiendum aliquid debeat præcedere inquisitio, & consultatio, optime fit in Concilio per diligentiam Patrum, qui ibi sunt congregati. Et declaratur magis, quia id, quod definitur tanquam de fide inquitur in scriptura, & in traditionibus, &c. optime autem in Concilio fit ista inquisitio per Patres totius Ecclesie. Accedit ad hoc, quod hac ratione Patres si aliquando dissentiant, vt melius vniuntur, & vnusquisque illorum cognoscit quid in sua Diœcesi debeat proponere credendum suis subditis.

Ad tertium argumentum respondeo negando antecedens: Ad eius probationem responderetur, Stephanum quidem Pontificem tum verbis, tum scriptis instituisse, vt antiqua Ecclesie consuetudo de non rebaptizandis iis, qui ab hæreticis baptizati fuerant, inuolabiliter seruaretur; imò etiam hoc ipsum præcepisse, quemadmodum liquet *ex epistola Cypriani 74. qua est ad Pompeium:* nunquam tamen definiuit velut rem fide tenendam. Et propterea, quamuis Cyprianus non sine culpa repugnauerit Stephano Papæ, eiusque præcepto non obediit, eum tamen immunem fuisse ab hæresi diximus 2. 2. *quest.* 11. *art.* 2. partim quia non erat pertinax, vt potè patatus acquiescere definitioni Ecclesie; vndè nunquam se ab aliis, qui contra sentiebant, separauit; partim quia nihil adhuc erat ab Ecclesia determinatum, ac definitum, sed consuetudinis robore tenebatur orbis terrarum, & hæc sola opponebatur inducere volentibus nouitatem, ait Augustin. *lib.* 2. *de baptismo cap.* 9. Si autem extitisset aliqua definitio, non sola consuetudine fuisset opposita, sed ipsa definitio fuisset allegata.

Neque his obstat, quod (ipso Cypriano teste *dicta epist.* 74.) Stephanus Papa censeret excommunicandos esse eos, qui docerent rebaptizandos illos, qui fuerant baptizati ab hæreticis: quia nunquam illos excommunicauit; neque vel eos à sua, vel seipsum ab eorum communionem separauit, sed in eadem semper vnitatem Ecclesie ipsos habuit, ac cum eis permanit.

Ad confirmationem responderetur: Propterea fuisse diuersas sine peccato sententias Catholicorum tempore Cypriani, quia Summus Pontifex Stephanus non voluit rem velut ad fidei dogma pertinentem, determinare sine Concilio Generali; sed tantum voluit, ac præcepit antequam consuetudinem seruari.

Ad quartum argumentum de Pontifice in hæresim lapsa, respondeo; si eius hæresis Ecclesie manifesta est, facile liberabitur ab illo, quia tunc non agnoscit illum vt pastorem, sed vt lupum ouilem volentem destruere. Vt si hæresis non sit in Ecclesia nota, sed fortè sub aliqua controuersia versetur, ipseque ex malitia, vel ignorantia veller Ecclesiam

inficere, nequaquam posset, quia antequam id præstaret, Deus illum è vita eriperet, aut alia via impediret definitionem, aut tandem faceret; ut verum pronunciat: Quæ omnia necessarîo sequuntur via ordinaria ex promissione facta Ecclesiæ, non defuturum in ea spiritum veritatis.

Ad quintum argumentum de approbatione Pontificia scriptorum Basilij, Chrysolotomi, Nazianzeni, &c. Respondeo Pontificem non approbasse omnia illorum dicta vera esse, & tanquam vera esse habenda; quia non erant Canonici scriptores, sed declarauit eos bene scripsisse; hoc est bona intentione & zelo, qua cum intentione stare optimè potest per ignorantiam non attigisse aliquando veritatem. Et hæc omnia docet Castillo, Syluius, Castrus Palaus, & alij, *vbi infra*. Remanet igitur factis firmata nostra sententia ex rationibus pro ea adductis, & ex solutionibus ad argumenta aduersariorum.

Quam censura Theologica inurenda sit hæc propositio: Decreta Papa loquentis ex Cathedra extra Concilium non habent infallibilitatem, & ideo posse errare.

RESOLVTIO IV.

Iam satis *supra* probatum est, Pontifices etiam extra concilium Generale posse determinare aliquid de fide, & hoc infallibiliter; nunc videndum est contraria sententia Almaini, Gersonis, & aliorum; quæ censura sit inurenda; & in hoc est difficultas inter Catholicos; vnde ego diligenter, & cum ingenti labore aliorum sententias à me collectas in proscenium adducam. Dico igitur primò, sententiam, quam *superius* impugnauimus vocari solùm improbabilem à duobus Doctoribus Louanienibus Maldero in 2. 2. *D. Thomæ quæst. 10. art. 1.* & à Ioanne Vvigers etiam in 2. 2. *quæst. 10. art. 1. tract. de Pontifice dub. 5. numero 177.* vbi sic ait: Pontificis iudicium in quæstionibus fidei determinandis, non tantùm cum Concilio Generali, sed etiam quâdocunque ex cathedra loquitur, & Ecclesiam totam docet cum obligatione ad ita credendum, & docendum, est prorsus certum; & infallibile. Est hæc assertio non tantùm contra hæreticos, sed etiam contra Catholicos nonnullos, ut contra Gersonem, & Almainum *de potestate Ecclesiæ*, contra Alphonsum à Castro *lib. 1. cap. 2. & quarto aduersus hæreses*. Adrianum in 4. *quæst. de confirmatione ad secundum principale circa finem*. Tenetur communiter ab aliis Catholicis, ita ut opposita sententia habeatur improbabilis. Ita Vvigers. Sed ego admiror modestiam horum Doctorum, & puto eorum censuram censurandam esse.

Dico secundò, aliquos asserere, supradictam sententiam esse temerariam; Ita Stapletonius *contr. 3. quæst. 4.* alij verò putant esse erroneam, Franciscus del Castillo *lib. 3. sent. tom. 2. disp. 16. qu. 6. n. 4.* Aragonius in 2. 2. *D. Thomæ tract. de Pontifice qu. 1. art. 10.* Fragosus *de Republ. tom. 2. lib. 1. disp. 1. §. 3. num. 25.* & alij. Bellarminus verò *de Romano Pontifice lib. 4. cap. 3.* & Tannerus *tom. 3. disp. 1. qu. 4. dub. 6. n. 250.* addunt esse hæresi proximam. Vide etiam Granadum in 2. 2. *contr. tract. 7. disp. 2. sect. 2. num. 8.* qui citat Melchiorum Canum.

Sed ego puro nostram sententiam esse de fide & contrariam hæreticam, & ita docet piissimus, &

sapientissimus Pater Suarez *de fide disp. 5. sect. 8. num. 4.* & Pitigianus in 3. *sentent. tom. 2. disp. 25. qu. 2. art. 4. conclus. 2.* Quibus adde Gregorium de Valentia *tom. 3. q. 1. punct. 7. §. 4.* vbi dicit contrarium sentientes errare in fide grauissimè; & Bannez in 2. 2. *qu. 1. art. 10. dub. 2. assertio*, tanquam Apostolicam traditionem esse tenendam. Et nostram sententiam ad fidem pertinere cum Suarez, & aliis, ex valido fundamento probat, & tenet etiam Amicus in *cur. Theolog. tom. 4. disp. 7. qu. 1. num. 33.* sic itaque asserit: Quotiescumque in aliqua propositione expressè reuelata continetur alia implicite, non solùm expressè reuelata, sed etiam implicite contra pertinet ad eandem fidem, non quidem ut deducta, sed ut explicita. Atqui in hac propositione expressè reuelata: Petrus etiam extra Concilium Generale definiens res fidei habet infallibilem auctoritatem à Christo, virtute continetur hæc: Quis legitimus Petri Successor etiam extra Concilium Generale res fidei definiens habet infallibilem auctoritatem; ergo etiam hæc, non ut deducta, sed ut explicita pertinet ad eandem fidem, ad quam pertinet maior expressè reuelata; Maior propositio expressè habetur in sacris oraculis, in quibus omnes promissiones à Christo factæ Petro, ut Rectori, & Pastori vniuersalis Ecclesiæ factæ non sunt singulari, & indiuiduæ personæ ipsius. Minor euidenter deducitur ex line, propter quem talem auctoritatem Christus contulit Petro, ut eam nimirum perpetuaret in Ecclesia, in cuius emolumentum illam Petro contulit, Ita Amicus.

Et quidem veritas Catholica nostræ sententiæ præter rationes *superius* adductas, etiam pater ex consensu, & traditione Ecclesiæ; nam in primis, ut dicebam, Pontifices à principio hanc potestatem in se agnouerunt, & illa vsi sunt, & non est verisimile illam vsurpasse; cum propter eorum multitudinem, & magnam sanctitatem; tum propter consensionem, & obedientiam Ecclesiæ. Deinde ipsamet Concilia Generalia approbata hæc in Pontifice potestatem recognoscunt, ut pater ex Concilio Viennensi in *Clemen unica de Summa Trinit.* & ex Concilio Florent. *sess. 25. in fine*, & ex Lateranensi sub Leone X. qui articulum 24. Lutheri hanc veritatem negantis, tanquam hæreticum damnauit.

Item, ut *supra* diximus, Concilia Prouincialia à Pontificibus confirmata recipiuntur ab Ecclesia tanquam regula fidei infallibilis, ut pater ex Concilio Mileuitano, & Arausicano, & ex multis Tolentanis, & Carthaginensibus, & præcipuè de Romanis, seu Lateranensibus, de quibus ita sentiunt omnes Catholici Doctores: Ergo signum est, Pontificem sine Concilio Generali posse aliquid de fide constitutere, & consequenter sine Concilio Prouinciali; nam est eadem, vel maior ratio, quia potest alio modo sufficientem diligentiam adhibere.

Et confirmatur, quia Concilia Generalia quantumcumque sint numerosa, si sine Romano Pontifice celebrentur, possunt in rebus fidei errare; immo & in illis errasse inueniuntur; Ergo illorum autoritas non requiritur, ut Pontifex possit infallibiliter definire res fidei; infallibilitas enim iudicij non est in Concilio Episcoporum, vel in cœtu consiliariorum, sed in eo, cui Christus dixit: Rogauit pro te, ut non deficiat fides tua. Et postea: Pisce oues meas, hoc est in Petro, Petriq; successore legitimo. Hinc enim est, quod Canones Concilio

Concilio quantumcumque Generalium non habentur rati, & firmi, nisi Summi Pontificis auctoritate fuerint confirmati. Sacrosancta Romana Ecclesia ius, & auctoritatem sacris Canonibus impertitur; sed non eis alligatur, ut legitur 25. *quæst. 1. cap. Ideo, §. Si ergo*, communia Concilia (ait Paschalis *cap. Significasti, tit. de elect.*) per Romani Pontificis auctoritatem, & facta sunt, & robur acceperunt. Hinc quoque est, quod laudabilis, & antiqua habet consuetudo, ut Patres in Conciliis congregati, decretorum suorum confirmationem petant à Romano Pontifice.

Ergo, hoc supposito, sic argumentor: Definitiones enim Concilio non sunt habendæ tamquam de fide, nisi prius confirmentur à Papa; ergo si Papa potest errare in suis definitionibus, sequitur definitiones Concilio etiam confirmatorum non esse de fide, consequens est hæreticum, ergo & antecedens.

Vadè ex his omnibus nouissimè doctissimus Caramuel summe nostram sententiam tenet cum professoribus Salmanticensibus ab ipso consultis de censura contrariæ sententiæ; sic itaque asserit in *theologia fundamentali fundam. 4. nu. 169. fol. 81.* Quæcumque à Pontifice ex cathedra sunt definita, credendaque toti orbi Christiano proposita, dicuntur definita ab Ecclesia.

Sed quid est loqui Pontificem ex cathedra? An idem, quod loqui in Generali Synodo? An ne extra Generale Concilium habet definiendi articulos fidei potestatem? Negabant Louanij nonnulli, qui consebantur docti, ut meliore colore reicerent Urbani VIII. Bullam, quæ doctrinam Cornelij Ianfenij condemnabat. Consului Salmantenses meos, & recepi singularum positionum censuras; sed quia quæ in Ienseno carpuntur, multæ sunt, nec omnes huc spectantes, ponam vnâ, quæ poterit nostro intento prodesse.

Quæstio erat: An Summus Pontifex extra Concilium sit magister Ecclesiæ? An possit condemnare aliquam propositionem, vel aliam, ut fidei dogma tradere; quam Salmantenses sic soluunt.

Dico tam constans esse inter Catholicos hæc omnia posse pontificem Romanum extra Concilium; eumque Ecclesiæ vniuersalem Doctorem, & Magistrum Ecclesiæ esse, ut certa fide id tenendum dicat Suarez *de fide disp. 5. sect. 8. num. 4.* Idque communis fidelium Doctorum consensus probat, dum ea omnia quæ à Pontificibus extra Concilium Ecclesiæ credenda proponuntur, certa fide credenda fidelibus proponant, & prædicent.

Fr. Alphonsus Perez.

Subscripsit Salmantica in S. Bernardi Collegio die 20. Maij, anno 1642.

Fr. Angelus Manrique.

Et eodem loco, die, mense, & anno.

Fr. Petrus Oniedo.

Et in veræ Crucis Collegio, Ordinis B. Virginis Mariæ de Mercede Redemtionis captiuorum Ciuitatis Salmanticensis die 27. Maij, anno 1642.

Fr. Petrus Merino.

Et in eodem Collegio veræ Crucis postridie.

Fr. Gaspar de los Reyes.

Et in Salmanticensi Conuentu S. Augustini die 21. eiusdem mensis subscripsit.

Fr. Ioannes de Auilar.

Fr. Gaspar de Oniedo.

Et in eadem Vniuersitate in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis die 24. Maij eodem anno.

Fr. Antonius de Ledesma.

Fr. Ioseph Romanus.

Et ibidem in Collegio Societatis IESVS die 26. eiusdem mensis eandem resolutionem sua subscriptione firmarunt.

Idelphonsus del Cano.

Marrinus de Esparza.

Et ex Doctoribus secularibus consultus fuit, subscripsitque etiam Salmantica die 18. Mensis Iunij eodem anno 1642.

Magister D. Ioann. Ioaniz de Echalar.

Et hæc omnia inuenies apud Caramuel. *vbi supra*; Dicendum est igitur cum Suarez, & aliis supradictis Theologis certa fide tenendum, posse Pontificem extra Concilium determinare aliquid ab Ecclesia credendum, & ideo contrarium asserere esse hæreticum, vel ad minus, ut alij volunt, erroneum, & hæresi proximum, Sicque stando in nostra sententia sequeretur, Almainum Aliacensem, & Gersonem, & alios fuisse hæreticos.

Sed respondeo negando consequentiam, nam ipsi suam sententiam non defenderunt cum pertinacia, quæ hæresim constituit, & hæreticam facit; Nota tamen in re Pontificia Aliacensem, Gersonium, & Almainum non esse tantæ autoritatis, quia tempore schismatum floruerunt, & scripserunt: duo priores, quando tres se pro Pontificibus gerebant, postremus verò, nempe Almainus tempore Iulij II. & Conciliabuli Turonensis, quo Gallia sub Ludouico XII. à Sede Apostolica defecerat.

An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia, etiam non adhibito consilio Cardinalium, vel Theologorum.

RESOLVTIO V.

Difficilis, & curiosa quæstio. & cum Pontificem etiam extra Concilium determinando aliquid ex cathedra non posse errare latè iam ostensum sit, nunc pro curiosis inquiri, si data hypothesi, vel per possibile, vel per impossibile, si ex cathedra determinaret aliquid, non adhibito consilio Cardinalium, vel Theologorum decreta illa sint infallibilia.

Et negatiuam sententiam tenet ex inclyta Dominicanorum familia Magister Grauius in *controversiis tom. 2. part. 2. art. 9. fol. 144.* & Episcopus Araujo in 2. 2. *D. Thomæ quæst. 1. de Pontifice art. 10. dub. 5. num. 14.* Propter tria, tum quia præceptum est non temerè audiendi ad causas grauiiores scilicet fidei, ac Religionis Christianæ defendendas; si autem eas sine præuia consultatione desojendi infallibiliter haberet Pontifex auctoritatem non temerè auderet sine illa; ergo tum etiam quia Deus secundum ordinariam legem dat finem, & media necessaria ad finem, dat quoque formam dependentem à propriis dispositionibus; sed ista præuia consultationes sunt media, ac dispositiones ad veritatem definiendam secundum ordinariam legem, qua Deus voluit suam Ecclesiam gubernari; ergo eontalis Pontificibus potestatem definiendi dependet ab illis. Tum denique quoniam Summi Pontifices

Pontifices, etsi sint successores Petri in autoritate pastoralis docendi, aut definiendi: non tamen in modo habendi illam, quia non sunt Apostoli, vel Ministri accipientes revelationes immediatè à Deo, sed mediantibus studio, labore, ac Doctorum, & regularum fidei consolatione; igitur sine illis non aderit infallibilis reuelatio veri.

Et hanc sententiam tener etiam Pater Bordonus in tribum. cap. 5. quest. 25. num. 110. ubi sic ait: An Papa de facto procedenti ad definiendum controuersiam fidei sine consolatione credendum sit, & definitum pro fide habendum? Respondetur negatiuè, quia non procedit ut Papa, & ut Iudex supremus, sed potius tanquam persona priuata, seu ut Doctor suam proferens sententiam; ergo eius sententia, cum sit priuati hominis & non Legislatoris, non obligat ad credendum ex præcepto fidei. Confirmatur, quia huic sententiæ potest subesse falsum; cum non nitatur assistentia Spiritus Sancti, qui Summo Pontifici tunc assistit, quando procedit legitime cum debitis circumstantiis. Ita ille.

Sed hoc dubium petra tractat, & ad illud responder Granado in 2.2. D. Thoma contr. 1. tract. 7. disputat. 2. sect. 2. numer. 13. sic asserens: Obiicit, ut Pontifex non decipiatur in iis, quæ definit, oportet consulat viros doctos, & mature se gerat in tanto negotio, sed potest sine consilio, & matura consideratione aliquid definire; ergo potest etiam errare. Respondet Valencia §. 40. obiect. 6. siue Pontifex consulat viros doctos, & prudenter se gerat, siue non, errare non posse, quia ad Dei prouidentiam spectat non permittere, ut in definitione decipiatur, licet ipse peccare possit; eò quod debitam diligentiam adhibeat. Sed mihi hæc solutio displicet, primò, quia si verum esset, Pontificem rectè definitionem, quamvis diligentiam non adhiberet, non peccaret, nec imprudenter se gereret nullum consulendo; nam prædictum consilium solum requiritur ad indagandam veritatem, & ne subrepat error ob immaturam definitionem; si autem sine illa errare non posset, nulli periculo se exponeret Pontifex, ac proinde non peccaret, neminem consulendo, Secundo quia Diuina prouidentia suauiter omnia disponit ac proinde licet assistat Pontifici, ut non decipiatur, assistentia tamen accommodata est humano definiendi modo, non ergo excludit: sed postulat potius consilium & debitam diligentiam. Melius ergo Canus lib. 5. cap. 5. ad 2. & Bannez in breui Comment. dub. 2. ad 3. respondent, eo ipso, quod Deus assistat Pontifici, ne decipiatur, assistere etiam, ut debitam diligentiam adhibeat, & ex certitudine illius primi infert certitudinem istius secundi. Et si roget aliquis: An ista propositio conditionata veritatem habeat: si Pontifex aliquid definit absque debito examine, posset errare: ergo sanè eam absolute non concederem, sed cum hypothesis sit impossibilis, dicerem ex illa inferri verumque contradictorium, scilicet posse errare, & non posse errare; sicut enim si quis roget, an si homo esset equus, esset irrationalis, respondendum foret verumque inferri ex illa hypothesis impossibili, scilicet esse irrationalem, quia id est essentia equi; & non esse irrationalem, quia id est contra naturam hominis; Ita in proposito si Pontifex per impossibile definir, non adhibita diligentia, errare posset, quum immaturè definir; & non posset, quia Deus illi semper assistit. Hucusque Granadus, cui adde Ami-

cum in cursu Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 1. numer. 50.

Verum sententiam affirmatiuam Gregorij de Valentia admittunt aliqui, tanquam probabilem, & illam sequitur, & sustinet Ioannes Vvigers in 2. 2. D. Thoma tract. de Pontifice quest. 1. art. 10. numer. 189. ubi post multa concludit, quod licet si contingeret Pontificem ex Cathedra determinare questionem aliquam per se solum; non idcirco illa definitio habenda esset temeraria, aut imprudens; sed potius præsupponendum, quod non requireret ampliolem indaginem, vel quod peculiari instructione, & instinctu Spiritus Sancti Pontifex sic sapienter processerit, & rem definir. Ita ille.

Idem docet Castrus Palau tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 5. §. 2. num. 12. ubi sic ait: Argumentum adductum, quo probabatur Pontificem errare posse in propositione fidei desumptum erat ex diligentia, & inquisitione, quam facere Pontifex videtur obligatus in rebus fidei definiendis; cui argumento dupliciter respondemus, Primò, affirmando non esse necessariam hanc diligentiam, ut Pontifex certò, & infallibiliter definiat; sed solum esse necessariam ut prudenter, & absque peccato ad definiendum procedat; sicuti ad dispensationem concedendam debet causam inuestigare; non quia necessaria talis inuestigatio ad dispensationis valorem: sed quia est necessaria ad rectum, & conuenientem illius iurisdictionis usum, sic in præsentibus: Quare si de facto ad definitionem procederet Pontifex, ommissa debita diligentia, dicendum est definitorem infallibiliter veritatem. Sic Valen. 2. 2. disp. 2. quest. 1. punct. 7. quest. 6. §. huc accedit pag. 235. Quod videtur probari ex promissione facta Petro, eiusque successoribus, ne eius fides deficiat, cum talis promissio non limitata, nec conditionata fuerit, si diligentiam adhiberet.

At dicit Bannez 2. 2. quest. 1. art. 10. §. ad 4. pag. 115. Si tota certitudo, & infallibilitas pendet ex assistentia Diuini Spiritus, neque ad hanc assistentiam habendam prærequiritur humana inquisitio, cur hæc expostulatur? Neque enim dici potest temerariè, & imprudenter Pontifex procedere, cum illam omittit, siquidem non omittit aliqua, ex qua recta, & infallibilis definitio pendeat. Adde omittendo hanc diligentiam humanam, videtur magis fidere in diuina assistentia, & fidelibus denotare non humano ingenio, sed diuino instinctu veritates fidei inuestigandas esse. Ergo vel est necessaria ad definiendum, vel nullo modo requiritur; sed facile responderetur præcipi à Deo hanc humanam diligentiam adhiberi, quia vult, ut homines faciant quantum est in se ad veritatem inuestigandam; hoc enim ad rectum Ecclesiæ regimen videtur pertinere. Cum enim Pontifex non noua fidei dogmata Ecclesiæ debeat proponere; sed iam Ecclesiæ proposita, abscondita tamen in lucem producere, debet pro subiecta materia diligentiam adhibere, quodque præstitit D. Petrus, dum cessationem circumcissionis, & aliarum caeremoniarum definuit. Act. 15. Quando autem aliquis defectus intrecedit in tali diligentia adhibenda, illa non obstante protegit Deus suam Ecclesiam, & ab errore liberat impediendo Pontificem, ne definiat, vel si definiat, ut verum pronunciet. Ita Castrus Palau.

Et hanc sententiam docet Franciscus del Castillo in lib. 3. sent. tom. 2. disput. 16. sect. 6. nu. 21. Si per impossibile asserit Papa siue in Concilio, siue extra Concilium

Concilium definir, non facta sufficienti diligentia, peccaret quidem, & temerè ageret, tamen non errare in definiendo propter manutentionem Dei, & assistentiam Spiritus Sancti. Itaque quamuis præcedens inquisitio requiratur, ut conditio, tamen ratio formalis ad non errandum in definiendo est assistentia Spiritus Sancti, qui non est alligatus conditioni præfatæ. Sic ille. Cui etiam adde Ludouicum Caspensem in cur. Theolog. tom. 2. tract. 15. disput. 2. sect. 7. num. 68. Si de facto (asserit) Pontifex ad definitionem procedat, ommissa hæc debita diligentia, adhuc definit infallibiliter veritatem, hoc enim non obstante protegit Deus suam Ecclesiam, & ab errore liberat, impediendo Pontificem ne definiat, vel si definiat, ut verum pronunciet; sic enim promissum fuit Petro, eiusque successoribus, ne eius fides deficiat, quæ promissio non videtur conditionata, si diligentiam adhiberet. Hæc Caspensis.

Et hanc sententiam tanquam probabilem admittit etiam Adamus Tannerus tom. 3. disp. 1. qu. 4. dub. 6. num. 158. qui bene notat, ut dogmata à Pontificibus statuta sint certò, & de fide vera, vnum è duobus, certissimum quoque necesse est, nempe vel Deum non permissurum veros Pontifices temerè aliquid definire, ut volumt Canus, Bannez, & Granad. supra; vel si id permittit, eum certissimè manutenturum Pontifices, ne errent, ut tradit Valentia, & alij à nobis citati.

Itaque cum hominum iudicia sint varia, & quod aliqui sufficere dicunt, alij sufficiens esse autem; si Deus infallibilitatem articulorum fidei ab Ecclesia decernendorum, dependenter à sufficienti examine, & consultatione promississet, prædictum finem non consequeretur; siquidem si Deus non se obligauit ad impediendum temerarias definitiones, vel si eas permittisset ad manutendum Pontifices, ne errarent, quilibet dubitare posset, an in hac, vel illa determinatione Pontifex præmissio sufficienti examine processisset: quare, ut prædicta dubitatio penitus tollatur, & articuli fidei prorsus indubitata veritates sint, dicendum est, vel Deum nullatenus permissurum præfatas determinationes; vel si permittit, non passurum ut in eis defleatur à veritate.

Et tandem hanc etiam opinionem nonissime late confirmat Pater Ambrosius de Rinalola in suis eruditis Vindicijs Deipara Virginis disp. 12. cap. 1. §. 1. num. 6. cum seqq. ubi validissimis orationibus illam roborat, & responder ad argumenta contraria.

Claudam hanc resolutionem cum verbis doctissimi Patris Suarez de fide disp. 5. sect. 8. nu. 11. sic asserentis: In secundo argumento postulatur, quam diligentiam debeat Pontifex adhibere ad definiendum, quando Concilium Generale non congregat? Ad quod breuiter respondeo, aliquam sine dubio esse necessariam, quia Deus non vult, ut homines temerè iudicent, vel gubernent: quanta verò futura sit, nullo iure, saltem Diuino, definitum est, sed prudentiæ ipsius Pontificis relinquitur. Soler autem quæri, quid sit futurum, si Pontifex sine præmissa diligentia definiat? Aliqui dicunt, posse tunc Pontificem errare, & Ecclesiam posse tunc non assentiri; sed hoc periculosum est; quia Ecclesiæ non poterit constare, an Pontifex adhibuit sufficientem diligentiam, necne; vel relinquitur singulorum arbitrio, ut iudicent, an diligentia sufficiens fuerit; & idè melius, ut existimo, responderetur, non admittendo casum; nam Spiri-

tus Sanctus, qui regit Ecclesiam, non permitte Pontificem tam imprudenter definire, & idè quòties absolute definit, credendum est, sufficientem diligentiam præmississe. Ita Suarez, & ego.

Sed quia hæc opinio vsque adhuc in Ecclesia ex Diuina prouidentia à Pontificibus nec practicata fuit, nec practicabitur; idè ad aliam questionem transeamus Lege tamen post hæc scripturam Patrem Paludanum in Apologia constitut. Urbani III. contra Iansenium caput. 11. per totum

Ad confirmationem eorum, quæ pro nostra sententiâ Superius adducta sunt, proponitur questio: An sit omninò de fide, verbi gratia hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, & verum Petri successorem?

RESOLVTIO VI.

Hæc questio est quidem necessaria pro confirmanda nostra sententia, quod decreta Pontificis extra Concilium sint infallibilia; nam aliquis posset sic arguere, non est de fide hunc Pontificem esse verum Pontificem: ergo nunquam eius determinationes erunt de fide. Probatur antecedens, quia non est de fide, neque aliter omninò certissimè constat ipsum verè esse baptizatum, adeoque nec an capax sit dignitatis Episcopalis; sequela probatur; quando enim dubitare possumus de antecedente, etiam de consequente possumus dubitare.

Itaque cum saltem non sit de fide hunc Pontificem electum verum esse Petri successorem; siquidem non est de fide certum esse baptizatum, aut nullum in eius electione defectum substantialem habitum esse. Ergo non poterat esse de fide certum errare non posse, quia impotentia errandi annexa est (ut dixi) verò Christi Vicario, non simulato. Et confirmari potest exemplo Eucharistiæ; licet enim de fide sit in Hostia ritè consecrata adesse Corpus Christi; non tamen de fide est in hac numero Hostia adesse, quia non est de fide consecrationem esse Sacerdotem baptizatum, habentemque intentionem consecrandi; solum enim id creditur morali certitudine. Ergo similiter esto verum sit, & de fide certum, verum Christi Vicarium, & Petri successorem errare non posse in rebus fidei proponendis, at non videtur esse de fide certum, hunc numero errare non posse, quia non videtur esse de fide certum, esse verum Pontificem.

Sed respondendo ad quæsitum immediatè: Prima opinio asserit, non esse de fide, Innocentium, v.g. Decimum verè feliciter regnantem esse verum Pontificem, & ita tenet Bannez in 2. 2. D. Thoma quest. 1. art. 10. dub. 2. ad 2. ubi affirmat hanc propositionem. Hic Pontifex numero est verus Papa, esse solum certam cetitudine morali, cui speculatiuè potest subesse falsum. Probat primò, quia non est de fide nunc electum in Pontificem esse baptizatum. Ergo neque esse verum Pontificem. Secundo potest definire res fidei, & vniuersalem Ecclesiam regere, quin sit verus Pontifex; sufficit enim, si ut talis existimetur, & reputetur; si enim Prætor incapaci confert Respublica iurisdictionem, quando ut legitimus existimatur, ne ex actibus nullis graua inconuenientia sequantur. Quare idem non dicemus in Pontifice incapaci, qui ut legitimus reputatur

reputatur conferre illi Christum omnem iurisdictionem, & auctoritatem, sicuti si verè Pontifex esset. Idem tenet Caietanus in 2. 2. quæst. 1. art. 3. ad 4. Castus aduersus hæreses lib. 1. cap. 9. & pul. res alij.

Sed affirmatiuæ sententiæ ego adhæreo, pro qua suppono Summum Pontificem posse considerari, quando elegitur, & adoratur illegitimè, vel cum suspitione illegitimitatis: in hoc sensu non est quæstio, quia dum est probabile fundamentum de illegitimitate Pontificis, non potest fide Diuina credi eum esse successorem Petri, quia fides diuina non potest exerceri, quando est locus hæsitati prudenti, vt sæpius ostendi: probabile autem fundamentum occasionem præbet hæsitati prudenti: Quapropter non quiescit Ecclesia, antequam eruto omni dubitandi fundamento, tollantur schismatum occasiones.

Alio modo consideratur Pontifex, quando tam legitimè eligitur, & adoratur, vt tota Ecclesia illum suscipiat, vt nunc Dominus noster Innocentius X. sine vilo controuersæ vestigio tenet Christianæ Reipublicæ clauum, clauisque Petri: est igitur quæstio vtrum credendum sit fide Diuina Innocentium X. & alios Pontifices pacificè susceptos esse legitimos successores Petri; Et vt dixi, puto credendum esse fide diuina omnes, & singulos eiusmodi Pontifices esse legitimos successores Petri. Hæc conclusio non inuenietur expressa in auctoribus antiquis, quia fortè de illa nunquam dubitauerunt, eam supponentes.

Illam tamen tenent ex Neotericis Cardinalis Lugo de fide disp. 5. sect. 1. §. 5. n. 316. Suarez de fide disp. 5. sect. 8. n. 12. Ouiedo de fide contr. 4. punct. 7. n. 86. Hurtado de Mendoza de fide disp. 37. sect. 3. cum seq. Ariaga in cur. Theolo. 10. 5. disp. 7. sect. 8. n. 50. cum seq. Tannerus 10. 3. disp. 1. q. 1. dub. 5. n. 146. Castus Palauus 1. 1. r. 4. disp. 1. punct. 5. §. 2. n. 9. cum seq. Amicus in cur. Theolo. 10. 3. disp. 6. sect. 5. n. 1 § 2. Gerunda de Episcopo, 10. 2. l. 5. disp. 3. n. 56. Comitulus resp. l. 1. q. 99. Valeria tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. in qn. §. 39. omnes ex Societate Iesu, qui intrepidè hanc sententiam pro Summis Pontificibus sustinent; Quibus adde Syluium in controuersis fidei lib. 4. quæst. 2. art. 8. Pueronum de Reg. Aristocratia tom. 2. cap. 8 per tot. Verricelli in qq. mor. 1. 8. q. 24. n. 7. Poncium in cur. Theol. disp. 28. q. 1. concl. 9. n. 14. & ex Dominicanorum familia sapientissimum Ioannem de Sancto Thoma in 2. 2. q. 1. disp. 8. art. 2. per tot. Adrianum, & Petrum de Valenburch in examine princip. fidei p. 2. contr. 7. n. 50. Ioannem Ponticum in cur. Theol. disp. 28. q. 1. concl. 9. n. 13. & 14. Bordonum in sacro tribunali c. 5. q. 6. n. 16. Bonaciam de cens. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 9.

Et huc sententiæ magnum robur dedit Clemens VIII. qui teste Paente Hurtado, *ubi sup.* carcerauit nonnullos Doctores, qui tunc oppositum censuerunt, eosque iubens adire Romam, rationem reddituros illius sententiæ.

Probat hanc opinio primò, quia in Bulla Martini V. apud Concilium Constantiense disponitur, vt hæretici ad Ecclesiam redeuntes credant Papam canonicè electum, qui pro tempore fuerit (expresso eius nomine) esse successorem Petri, &c. Ergo supponit Concilium nunc determinatè de modo, v. g. Innocentio X. expresso eius nomine debere credi esse Petri successorem; Secundò, quia multa Concilia determinatè agnouerunt pro tali eum, qui tunc præerat; non est autem maior ratio de vno, quàm de altero. Tertio, quia si non constar

de fide fuisse verum Papam Pium I V. neque constabit Concilium Tridentinum esse validum, quia à Papa Concilium accipit totam suam vim. Id autem est ferè hæreticum.

Et tandem quia alioquin quidquid de Iudice controuersiarum in Ecclesia, vt certum de fide creditur, esset planè ridiculum; quomodo enim debeo credere de fide dari Iudicem talem, si non possum ex fide dicere quis ille sit? Ad quid enim, quæso, deseruierit pro præxi talis assensus de eius quasi vaga Iudicis existentia? Sanè non teneremur ex fide adire Papam in eis controuersis, quia quilibet diceret, fides solum docet me teneri adire Iudicem controuersiarum; at non dicit mihi, illum esse Ioannem Baptistam, Pamphilium, seu Innocentium X. Ergo non teneor ex fide illum adire, aut decidenti credere.

Deindè probatur, quia omnis propositio de fide potest inferri ex duplici præmissa de fide, vel vt aliis placet, altera de fide, altera contenta lumine naturali; sed ista propositio Papa definiens non potest errare, est certa de fide. Ergo potest inferri ex duplici præmissa modo dicto; quod tamen nulla ratione fieri potest, vt patebit discurrenti, nisi propositio ista sit de fide.

Hic Pontifex definiens est verus Papa; nam in quocunq; syllogismo inferatur conclusio illa, Papa definiens non potest errare, debet assumi, vt minor, hic Pontifex definiens est verus Papa, quæ cum noui sit nota lumine naturali, necessariò debet esse de fide, aliàs conclusio non esset de fide.

Huius argumento responderi Bannes loco cit. non requirit, vt conclusio aliqua de fide inferatur, vt ranque præmissam de fide esse, vel vnam de fide, & alteram euidentem; sed sufficere vnam esse de fide, & alteram moraliter certam; quia tunc conclusio non sequitur ex illa propositione moraliter certa, tanquam ex causa, sed tanquam ex conditione, sine qua non, siue vt applicante. Et exemplo Prædicatoris illustratur, qui si ritè tibi proponat doctrinam Euangelicam, tenetis fide diuina veritatibus propositis assentiri: cum tamen non sit fide diuina certum, hunc Prædicatorem esse infallibilis veritatis.

Sed hæc solutio facillimo negotio præcluditur, argumento ducto ab inconuenienti: si enim vera esset, sequeretur hanc propositionem esse de fide: sub hac numero Hostia consecrata est Corpus Christi, quia reuera inferitur per euidentem consequentiam ex vna de fide; qualis est ista: In omni Hostia debitè consecrata est Corpus Christi, & insuper inferitur tanquam ex conditione, & vt applicante ex altera certa moraliter, scilicet hæc Hostia est debitè consecrata; ergo sub hac Hostia est Corpus Christi, erit propositio de fide? Idem argumentum formari potest de his propositionibus. Hic paruulus baptizatus recipit gratiam; Iste, qui ordinatur est Sacerdos, & de aliis similibus, quas compertum est apud omnes non esse de fide, eam possit illis subesse falsum ex defectu intentionis baptizantis, ordinantis, & consecrantis. Neq; exemplum de Prædicatore obstat, quia licet Prædicator aliis in rebus non sit infallibilis veritatis; at pro vt hic, & nunc prædicat, credere debes infallibilis veritatis esse: siquidem obligaris eius dictis fide diuina assentiri.

Et ita nostra sententia videtur esse sententia Augustini 1. 6. in epist. contra Iovinianum. & tom. 2. epist. 115. Irenæi 1. 3. c. 3. Basilij, Ambrosij, Hieronymi, quos refert Bannez 2. 2. q. 1. art. 10. de Auctorit.

Papa

Papa ad 5. Fauent sacra Concilia; nam VI. Synodus nominatim respicit Agathonem, confitendo illum verum Pontificem, Concilium Chalcedonenfem Leonem, Concilium Mileuitanum Innocent. III. ac tandem in cap. de libellis dist. 20. approbantur tanquam veri, & legitimi Pontifices Siluerius, Sozimus, Innocentius, & alij.

Respondetur ad argumenta contraria sententiæ.

RESOLVT. VII.

Argumentum, quod neque ex Scriptura, neque ex traditione, neque ex definitione constat potest hunc esse legitimum Pontificem; ergo non est de Fide eum esse talem.

Et ad illud, quod docet Bannez *ubi sup.* non esse de Fide hunc hominem esse baptizatum: non enim constat de voluntate baptizantis, neque est de Fide eum esse legitimè Sacerdotem, quia non constat ex Fide de voluntate conferentis, aut recipientis ordinis; ergo non potest constare ex Fide eum esse Pontificem.

Respondetur negando antecedens; constat enim hunc esse legitimum Pontificem ex illis Scripturæ testimoniis, quibus solet Petri confirmari primatus; quia illa est promissio vniuersalis, qua immediatè continentur omnes legitimi successores Petri, quos Deus singillatim vidit, & de illis loquutus est; & qui nobis noscendi erant per euidentiam moralem ex legitima illorum electione, & acceptatione pacifica. Quemadmodum quando Deus reuelauit omnem hominem conceptum iri in peccato originali, loquutus est Deus immediatè de Petro, & Paulo, quos Deus clare cognouit, & à nobis erant cognoscendi per euidentiam physicam ortam ex sensibus, & quemadmodum cognito Petro, & cognita vniuersali reuelatione de conceptione omnis hominis in peccato, video ex sola apprehensione terminorum Deum loqui de Petro, & Paulo; ita vna promissione vniuersali Dei de omnibus successoribus Petri, & visa euidenter legitima electione, & approbatione Pontificis; video hunc esse legitimum successorem Petri, & de ipso loquutum esse Christum.

Respondetur secundò distinguendo antecedens; si enim intelligatur de reuelatione, qua hæc propositio, Innocentius X. est verus Pontifex illis terminis fuerit reuelata; verum est, sed consequentia non est bona: potest enim aliquid esse Fidei, quod et si non sit in se, vel in suis terminis expressè reuelatum, habetur tamen, & cognoscitur ex reuelatione, sicut hæc propositio: Petrus, Paulus, Ioannes, & alij singulares homines, qui modò via generationis ordinaria nascuntur, concepti sunt in peccato originali, & sunt mortis necessitati obnoxij, Fide certa est, quamuis non sit in illis terminis reuelata, eò quod sit reuelata in sua vniuersali, ex qua per inductionem quandam deducitur nimirum in hæc, omnes in Adam peccauerunt; Item in illis; Per peccatum mors, quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? statutum est hominibus semel mori.

Similiter autem est in proposito: nam prædicta propositio, de qua nunc disseritur, licet expressè reuelata non fuerit in suis terminis, est tamen reuelata in sua vniuersali, in qua continetur, & ex qua per quandam inductionem deducitur, nimirum

Anton. Diana Pars XI.

rum in ista, omnes Petri successores in Romana Sede, sunt Vicarij Christi, & veri Pontifices Summi. Ex hac enim inductione quandam consequitur, & hunc, & illum singularem hominem, qui ab Ecclesia Catholica est electus, receptus, & assumptus in Summum Pontificem (eiusmodi hodie est Innocentius X.) verè esse Summum Pontificem.

Ad argumentum Bannez respondeo, licet illa propositio: hic homo, qui dicitur Innocentius X. est homo virilis sexus, vel est baptizatus, considerata secundum se, non sit certa, provt tamen substat diuina reuelationi absolutè, certa est; itavt iuxta hanc considerationem nec possit, nec potuerit esse falsa, quæ responsio in B. Thoma fundatur, quatenus 2. 2. quæst. 1. artic. 3. ad 2. scribit, quod Deum non incarnari secundum se consideratum fuit possibile, etiam post tempus Abraham; sed secundum quod cadit sub præscientia Diuina, habet quandam necessitatem infallibilitatis, vt in prima dictum est (scilicet 1. part. quæst. 14. artic. 13. & 15.) & hoc modo cadit sub Fide: Vnde provt cadit sub Fide non potest esse falsum Loquimur namque de hac propositione: Innocentius X. est legitimus Pontifex, provt cadit sub diuinam præscientiam, & reuelationem: dicimusque quod sic spectata, sit ex Fide certa. Vnde quod ipse sit sexus virilis, ac etiam quod ritè baptizatus fuerit, omninò certi sumus, & quidem ex Fide propter reuelationem, ex qua cognoscimus, quod ipse sit Summus Pontifex. Quia enim Fide Catholica credimus eum, quem Ecclesia recipit, & habet pro Summo Pontifice (qui modò non alius est, nisi Innocentius X.) esse verum Christi Vicarium, & legitimum Pontificem Summum; necessaria consecratione sequitur, quod sit masculus, quod baptizatus, quodque id omne habeat, sine quo potestas Pontificia nequit consistere. Prouidentia enim Diuina est, quæ nec vult nec potest Ecclesiam fallere, vt Christi Vicarius, quem suo gregi vult esse præpositum, nulla re careat, quam necessariò exposcit potestas, quam gerit, & munus, quod debet exequi.

Itaque dicendum est spectare ad specialem prouidentiam Dei in Ecclesiam non permittere eligi, & admitti pacificè eum, qui non possit esse legitimè Pontifex. Quare ex euidenti cognitione legitime electionis, & acceptationis pacificæ colligimus certò eum hominem nullo carere ex requisitis ad Pontificatum, eique Deum contulisse Pontificium Sancti Petri. Itaque ex applicatione per se nota deducimus actum Fidei, quo credimus illi successori Petri collatam ipsius Petri potestatem quemadmodum ex euidenti cognitione Petri colligimus eius conceptionem in peccato. Quæ afferuntur de priuato Sacerdote non vrgent; quia non promissit Deus eam specialem prouidentiam in hos casus priuatos, quia res est leuioris momenti, & quæ absque præiudicio Fidei potest contingere, secus autem electio Pseudopontificis.

Ad id verò, quod dicitur, quod qui recederet à moderno Summo Pontifice, esset quidem schismaticus, & non hæreticus; ergo non est, de Fide, quod ipse sit Summus Pontifex, quia recedere ab aliquo dogmate ad Fidem pertinente est hæresis, & non solum schisma.

Respondeo, quod licet schisma, & hæresis differant ratione formali, nõ est necesse, vt omnis schismaticus sit hæreticus, ne quidem is, qui à Summi Pontificis obedientia recedit: si quis tamen rece-

X x dederet

deret cum errore intellectus, quo non crederet eum, quem Ecclesia pro Summo Pontifice recepit, ac retinet, esse Summum Pontificem, verè esset hereticus, posito quòd supradicta propositio certò, & manifestè pertineret ad fidem.

Et omnia *superius* dicta docent Hurtadus de Médoza, Syluius, Arriaga, & alij Doctores, *vbi supra*, pro nostra sententia adducti contra Bannez, Caicetanum, & alios.

Alia argumenta, quæ contra nostram sententiam adduci possunt, inuenies soluta penès citatos Authores, & ex *superius* adductis, patet etiam solutio ad argumenta in contrarium adducta à Caramele *in sua seuera disputandi methodo part. 2. fol. 59.*

An stando in opinione, quòd non sit de fide hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem: An, inquam, adhuc eius decreta circa res fidei haberent infallibilitatem?

RESOLVT. VIII.

RESPONDEO, quòd stando etiam in opinione illorum Doctorum, asserentium non esse de fide hunc Pontificem esse verè Pontificem, non ex hoc sequeretur decreta ab ipso facta non esse infallibilia. Ita præter Bannez *vbi supra*, tenet Malderus Episcopus Antuerpiensis, & olim professor publicus in inclita Academia Louanienfi *in 2. 2. D. Thoma quest. 1. art. 10. disp. 5. in fine*, vbi sic ait: Vt enim sit fidei id, quod Papa determinat, non requiritur, vt sit fidei id, quod Papa determinat, non requiritur, vt sit fidei Diuinæ, hunc qui determinat, esse verum Pontificem, sed sufficit hoc esse certissimum. Est autem certissimum eum, quem vniuersa Ecclesia pro Pontifice recipit esse verum Pontificem. Hoc enim ad prouidentiam Dei pertinet impedire, ne in eiusmodi iudicio fallatur Ecclesia. Frustrà ergo noui homines blasphemii quidam Apostatæ dubium mouent de legitima electione Pontificum huius æui, quos sibi aduersos experti sunt. Ab Ecclesia Catholica recepti extrà huius calumniæ aleam sunt; sufficere autem, quòd omninò certum sit, etiam si non fuerit fidei: probo: Quia certitudo fidei pendet ex veracitate Dei id dicentis, quod creditur; Papa autem non facit novos articulos fidei, sed solum proponit, Deum aliquando hoc, aut illud dixisse. Dictum autem est *supra*, in illis, quæ concurrunt ad propositionem, & credibilitatem fidei, non esse exigendam certitudinem per omnia æqualem certitudinē fidei, sed sufficere credibilitatem fieri euidenter per eiusmodi argumenta, quæ fallere quidem non possunt, non tamen fide Diuinā credantur. Hoc enim sufficit non solum ad infallibilitatem fidei, sed etiam obligationem; ita vt non credens, hæreseos, aut infidelitatis peccatum incurrat. Ita Malderus.

Hoc etiam docet Episcopus Araujo Dominicanus, & in celeberrima Academia Salmanticensi Theologiæ Professor *in 2. 1. Diui Thoma quest. 7. dub. 2. num. 4.* vbi format contra se hoc argumentum: Per fidem assentimur veritatibus definitis à Summo Pontifice, in quantum ab illo sint definitæ: ergo si de eius potestate non haberemus certi-

rudinem fidei, nec illam haberemus de veritatibus ab illo definitis: siquidem requirit esse maior certitudo de definito, quàm de definiente, cum illa innitatur huic.

Sed postea respondemus ad hoc argumentum, sic ait: Ex eo quòd fides, & certitudo Diuina, quæ habetur de veritatibus definitis à Summo Pontifice, vt à capite Ecclesiæ non innititur illi, vt rationi formali, & regulæ principali, nisi duntaxat, vt instrumento, per quod prima veritas, quæ est regula principalis, & ratio formalis obiecti fidei, loquitur, & reuelat, vel vt conditioni, & regulæ quoad nos, sine qua Diuina reuelatio de huiusmodi veritatibus definitis nobis non communicaretur, nec applicaretur: quemadmodum autem potest in naturalibus, & artificialibus effectus perfectione, & nobilitate excedere instrumentum, atque conditionem: Ita & in nostro casu potest certitudo veritatum definitarum excedere instrumentum, & conditionem quoad certitudinem, quæ de ipsis habetur: qua ratione etiam in intellectualibus, in quo genere sunt assensus conclusionis scientificæ præstantior est dispositione syllogistica in modo, & figura, à qua tamen per se, vt à conditione dependet. Igitur quamuis de veritate, & electione legitima capitis definitis tantum habeatur certitudo theologica, optimè potest de rebus definitis haberi formalis certitudo Diuinæ fidei, ac proinde ex hoc capite non conuincitur eandem, vel æqualem de veritate capitis in singulari, atque de veritate rei ab ipso definitæ fore habendam certitudinem. Hucque Araujo. Et vt scriptoribus Dominicantibus Auctores Iesuitas adiungamus, hanc sententiam ex Bellarmino docet Ouiedo *de fide contr. 4. punct. 7. n. 87. Fr. Ioannes Poncius in cur. theol. disp. 28. q. 1. concl. 9. n. 13.*

Itaque dicendum est, quòd res proposita esset fide diuina certa, esto proponens non sit diuina, sed humana duntaxat fide certus constat primò exemplis; nam primò quòd hoc sit legitimum Concilium à legitimo capite congregatum, sola fide humana constat; non enim nobis immediatè applicatur per ipsam Pontificis definitionem, sed id tantum habetur per testimonium Ecclesiæ, quæ illud acceptet, vt legitimum Concilium, quòd testimonium non excedit fidem humanam; & tamen fide diuina tenemur credere, quæ de orthodoxa fide hoc Concilium docet.

Secundò, quòd hæc scriptura sit declarata vt canonica, nobis non constat immediatè testimonio Pontificis definitis, & declarantis hanc esse canonicam scripturam, sed solo testimonio hominū qui illam vt talem acceptant; cum tamen fide diuina teneamur credere, illā esse canonicam, & quidquid in ea continetur esse à Deo reuelatum.

Tertiò tenemur fide diuina credere Christianæ Religionis mysteria esse vera, & à Deo reuelata, cum tamen signa, quibus illa nobis proponuntur, vt euidenter credibilia, quòd sint à Deo reuelata, non credamus fide Diuinā, sed humana. Ergo pari modo possumus fide diuina credere, quæ hic Pontifex nobis credenda proponit, esto eadem fide diuina non credamus ipsum esse verum Pontificem.

Cum igitur Pontifex solum se habeat vt proponens res fidei, ad hoc, vt res ab ipso propositæ sint fide diuina credendæ necessum non est, vt ipse res fide Diuinā credatur, quòd sit verus Pontifex, sed sufficit, si tantum credatur fide humana, quia nimirum cum iis signis Pontificiæ autoritatis rem

rem credendam proponit, vt moraliter sit certum, quòd ipse sit verus Pontifex; nam tunc res proposita credenda est Fide diuina, & tamen ipse credi potest Fide tantum humana.

Nam possum Fide diuina esse certus, quòd hoc sit legitimum Concilium, quòd hæc sit canonica scriptura, quòd hæc sit Apostolica traditio, etiam si eadem Fide diuina non sit certus quòd proponens sit legitimus Pontifex, sed sufficit si tantum sit certus Fide humana.

Et hæc doctrina est valdè notanda, quia apud paucos authores inuenies.

An omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathedra, habeant infallibilitatem.

RESOLVT. IX.

LIBET mihi respondere cum verbis Iacobi Gradadi *in 2. 2. Diui Thoma controu. 1. tract. 7. disputat. 2. sect. 1. num. 3.* vbi docet duo consideranda esse in decreto Pontificis, etiam quando se gerit, vt caput Ecclesiæ. Vnum est potissimum negotium quod definitur, seu res ipsa, quam explicandam, & decernendam assumit: Alterum est ratio aut autoritas ad illius rei confirmationem obiter adducta, seu aliquid, quod obiter ex propria sententia asseuerat. Et quidem in hoc secundo non repugnat errare Pontificem, quia cum non sit id, de quo agitur, & quod contendit proponere Ecclesiæ, non est vnde sufficeret probare illi assistere Spiritum Sanctum, ne in eiusmodi negotijs decipiatur. Vnde Nicolaus Papa *in cap. à quodam Iudæo, de consecrat. dist. 4.* cum potissimum interrogaretur, an Baptismus à Iudæo collatus esset validus, rectèq; respondisset affirmanter, obiter dixit Baptismus in nomine Christi collatus valere, quòd tamen falsum est, nam sine Trinitatis inuocatione verus Baptismus conferri non potest; Immo nunquam collatus est, vt in materia de baptismo latè probabitur.

Sed Doctore Hispano Gallum adiungamus; sic itaque asserit Ioannes Bagotius *in Apologico fidei tomo 1. lib. 4. cap. 2. num. 7.* Quarta, & vltima conditio est, vt secundum mensuram mysteria, seu secreta Dei reuelata dispense, & definiat, quantum videlicet exigit necessitas Fidei, & controuersia de qua agitur. De hac Melchior Canus citatus *lib. 6. cap. 8.* monet in decretis, definitionibusque Ecclesiæ duo distingui oportere: Aliud continet conclusiones, aliud continet probationes conclusionum, atque in illis conclusionibus, iudicem controuersiarum errare non posse. Mea ratio est; quia in probationibus non tam sustinet personam iudicis, quàm Doctoris contentum dantis, aut disceptantis, vt est autem disceptator non habet illam infallibilitatem, quam habet, quatenus est Iudex, vt ostendam postea. Hinc diligenter animaduertendum est quid in Conciliis definiatur, & sub qua verborum forma, an vt doctrina in Ecclesia recepta, an verò vt ipsius Fidei doctrina. Huius rei exemplum Canus *libro quinto cap. sexto.* affert ex Tridentino *sessio. 13. can. 11.* in quo anathematizatur, qui dixerit solam Fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum Sanctissimum

Anton. Diana Pars XI.

Eucharistiæ Sacramentum. At postea statuit, atque declarat Sancta Synodus necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem illis, quos conscientia peccati mortalis grauar, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, & eo ipso excommunicat, si quis contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit. Cum autem tunc Synodo interfuerit Melchior Canus, testatur non fuisse Concilij mentem, eodem modo vtramque illam partem definire: nec tanquam doctrinam Fidei propositam esse istam confessionis Sacramentalis necessitatem. Et *in capite 7. eiusdem sessionis*, de hac eadem necessitate loquens Synodus, ait: Ecclesiasticam consuetudinem declarare, eam, qua dicitur, vt probeat seipsum homo, probationem necessariam esse ad hanc Sacramentalem confessionem, quam scripturæ interpretationem non ita de Fide esse asserit, sicut *cap. 1. eiusdem sessionis* transubstantiationem colligit ex verbis, quibus Sanctissimum Sacramentum conficitur; ait enim ea verba hanc propriam, & apertissimam significationem præferre, secundum quam à Patribus intellecta sunt. Hucque Bagotius. Rectè itaque ex Bellarmino ait Amicus *in cur. Theol. tom. 7. disp. 13. sect. 2. n. 22.* non omnia, quæ habentur in Concilio, & sacris Canonibus, pertinere ad Fidem, sed tantum ea, quæ directè definiuntur, non autem ea, quæ obiter asseuerantur ad melius explicandum rem definitam.

Vnde ex his Canus *lib. 5. c. 1. paragr. Illud idem damus.* Cranadus *vbi supra.* Valencia *tom. 3. disputat. 1. punct. 7. paragr. 39.* & alij asserunt non omnia, quæ sunt in decretalibus, esse de Fide; & idem Bagotius, *vbi supra* *sect. 1.* sic ait: Si nonnulli Pontifices, vt inter cæteros Innocentius III. à nonnullis aut personis, aut Ecclesiis priuatis interrogatus de plerisque quæstionibus respondit, quid sentiret, existimandum non est eas omnes responsiones esse Fidei decisiones, vt notauit Melchior Canus *tom. 5. de locis theol. cap. 5.* vbi ait, non statim dogma Fidei credendum esse, quidquid iuris Canonici volumine continetur, & pleraque in decretalibus epistolis haberi, quæ Fidei Catholice decreta non sunt, atque nominatim quæ responsa dantur ad priuatas personas, aut Ecclesias non esse necessariò existimanda dogmata Fidei. Hæc enim cum non vnam, aut aliquas Ecclesias particulares, sed totam Ecclesiam Catholicam spectent, omnes Fideles ex æquo obligant, & quæ de eis decreta sunt verbis eiusmodi concipi oportet, vt ad totam Ecclesiam dirigantur. Caue tamen existimes hæc Summorum Pontificum responsa Theologo minoris ponderis haberi posse, cum enim Summus Pontifex in iis doctrinam Ecclesiæ Catholice communem, aut certè in Romana vulgò, & communiter receptam tradere se, & docere dicat, sitq; autoritatis singularis Romana Ecclesia, reliquarum mater, & traditionum antiquarum custos Fidelissima, vt dictum est *superius*, temerarius sanèis erit, qui tantam authoritatem neglexerit. Hæc ita ille.

Sed licet hæc doctrina vera sit, puro tamen cum Turriano *in 2. 2. D. Thoma disput. 16. dub. 2.* falsam esse sententiam Medina, qui admittit declarationes Pontificum in decretalibus posse esse falsas in decretis harum rerum, quæ ad mores pertinent, atque aded cogitur fateri posse aliquid reuerà inhonestum vt honestum proponere toti Eccle-

XX 2

fi, nimirum verò est, Caietanum, Sotum, & Mediam viros doctos, & pios ita sentire de potestate Pontificis in his, quæ ad mores pertinent. Nec minùs deceptus est Canus, qui, vt *infra* dicam, putavit posse Pontificem errare in approbatione Religionis.

An Pontifex possit errare in assignandis censuris propositionum præter hæreticas.

RESOLVT. X.

SYppono solere aliquando Pontifices, & Ecclesiam non solum propositionem, vel assertionem aliquam reprobare, aut prohibere, sed etiam censuræ gradum determinare, dicendo illam esse hæreticam, vel erroneam, vel piatum aurium offensivam, &c. in quo casu quærent aliqui: An Ecclesiæ iudicium circa gradum censuræ certum sit, & infallibile. Et quidem non est dubium, quando Ecclesiæ determinat & declarat aliquam propositionem esse hæreticam; nam tunc implicite declarat contradictoriam esse de fide: non potest autem Ecclesiæ aberrare, proponendo nobis aliquid, vt de fide, quod non sit reuera de fide, alioquin tota nostra fides nutaret, quæ fundatur supra fundamentum Apostolorum, & Ecclesiæ, quæ est columna, & firmamentum veritatis.

De aliis autè censuris potest esse maior difficultas.

Hoc supposito, quæro, videlicet: An quando Pontifex definit aliquam propositionem esse temerariam, erroneam, scandalosam, &c. sit hæreticum pertinaciter negare illam esse talem: An verò solù sit temerarium, erroneum, & scandalosum, &c.

Aliqui affirmant esse hæreticum id negare, quia Pontifici reuelatur id quod definit ac proinde qui pertinaciter negat quid Pontifex definit, negat obiectum reuelatum, & in hæresim incidit.

Sed ad propositam questionem sic responderet Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disput. 55. dub. 5.* Constat sæpè Pontificem summum damnare aliquam propositionem, vt hæreticam, aut tanquam erroneam, vel temerariam aliquando declarat propositionem esse de fide, interdum opinionem esse probabilem: Vocamus ergo in quæstionem, an in his censuris assignandis possit Ecclesiæ errare; constat autem ex dictis *ad quæst. 1.* Pontificem non posse errare in definitionibus fidei, quærimus ergo, an possit errare assignans alias censuras.

Mihi sanè valdè certum est, Pontificem non posse errare in his censuris; nam certum est in definiendis fidei veritatibus non posse errare, vt dixi: assignare verò has censuras pertinet ad veritates fidei; ergo nullo modo admittendum est posse errare. Et explicatur, quia cum declarat aliquam propositionem esse erroneam, planè definitio pertinet proximè ad fidei veritates, quia propositio erronea est contraria conclusioni deductæ euidenter ex principiis fidei: ergo non posset Pontifex errare in hac censura, nisi errans aliquo modo circa fidei veritates, & idem iudicium est, si delectaret aliquam propositionem esse proximam errori, vel sapientem hæresim.

Deinde in aliis censuris, propositionum, quæ non ita proximè videntur pertinere ad doctrinam fidei, vt cum dicitur aliqua propositio temeraria, etiam dicendum est errare non posse Pontificem, quia pertinet ad doctrinam, & veritatem rerum

Religionis Christianæ, quòd si hoc posset errare, non esset omninò certa definitio circa veritatem fidei, quia posset contingere, vt damnaret aliquam propositionem vt temerariam, quæ esset magis consentanea principiis fidei, quam contraria, quod nullo modo est admittendum, & ita existimo esse errorem asserere in his censuris posse Pontificem errare. Ita Turrianus.

Et quidem Coninch *de actib. supernat. disp. 8. dub. 8. num. 135.* docet eum, qui negat prædictas censuras asserere aliquid, ex quo per euidenter consequentiam deducitur hæresis, & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de fide disp. 20. nu. 109.* asserit, tale assertum fore erroneum, & errori proximum, quod antea dixerat Bannes *in 2. 2. D. Tho. q. 10. art. 2.*

Verùm Malderus *in 2. 2. D. Tho. q. 11. art. 2. membr. 5.* distinguendum putat; dicit reuelatum quidem esse à Deo Ecclesiam non posse errare in definitionibus circa doctrinam, adeoque qui hoc negaret cum pertinacia, fore hæreticum; si autem ipse affirmaret propositionem, quam Ecclesiæ censuit esse temerariam, non esse temerariam sed veram; nisi simul dicat Ecclesiam errare in huiusmodi censura, non erit hæreticus, sed incurret in errorem hæresi proximum. Si enim hæc propositio non sit temeraria, sequitur aliquid contra fidem, nimirum, Ecclesiam errare in definitionibus circa doctrinam. Itaque distinguendum est: Vel enim qui negat hanc propositionem esse temerariam, solum intendit dicere, eam esse veram; & sic non erit hæreticus; etiam si nouerit Ecclesiam determinasse, quòd sit temeraria; potest enim Terri, vt non nisi probabile putet. Ecclesiam in talibus non posse errare, aut vt nouerit quidem Ecclesiam hoc damnasse tanquam temerarium, & credat quidquid vt temerarium damnat Ecclesiæ esse reuera tale; sed non pertractet illa simul ad concludendum hoc esse verè temerarium, vel intendit sustinere pertinaciter Ecclesiam errare in censura istius propositionis, & erit hæreticus.

Et hanc Malderi sententiam docet etiam Pater Ouiedo *de fide contr. 4. punct. 9. num. 124.* asserit enim posse pertinaciter negare censuram ab Ecclesiæ illatam, quin iudicet Ecclesiam posse errare, ac proinde ex hoc capite fore hæreticum, qui illam negaret non præcisè, quia negaret censuram, quia hanc non definit Pontifex vt reuelatam, sed quia negaret specialem assistentiam Spiritus Sancti, vi cuius Pontifici nunquam errare permittit, & contra hanc assistentiam assereret, Pontificem de facto errasse.

Et sic intelligendus est Cardinalis Lugo, & Coninch, *ubi supra*: Itaque secundum Ouiedo dicendum est, Pontificem definiens propositionem aliquam esse erroneam, non inniti immediate reuelationi, qua illi sit reuelatum, talem propositionem esse erroneam (idem intellige de quacumque alia censura) quia Ecclesiæ quando damnat hanc propositionem, vt erroneam, aut temerariam, non intendit definire censuram vt reuelatam, sed constituere propositionem in determinato certitudinis gradu, quem explicat, dum oppositum esse erroneum, aut temerarium declarat; vnde censura quasi secundario imponitur; & id, quod primario definitur, est doctrina illa cuius opposita inuritur censura circa quam nullam recepit reuelationem Pontifex, aliàs eam de fide sua definitione

initione constitueret, & oppositam hæresis censura notaret, & non solum erroris, aut temeritatis, vt facit in prepositionibus, de quibus modo agimus.

Sed his suppositis, quid dicendum de aliqua censura, qua Pontifex iudicat aliquam propositionem esse probabilem, vt olim definiuit Clemens *Clementina vnus. de summ. Trinit.* in qua approbat vt probabilior opinionem asserentium in baptismo infundi paruulis habitus virtutum theologiarum, de qua materia alibi diximus; & legi potest P. Valquez *1. 2. disp. 86.* difficultas autem est, an possit Pontifex in hoc errare.

Dico quòd Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 55. dub. 5.* existimat Pontificem in hac censura assignanda non posse errare; posset enim hoc vrgeri in detrimentum fidei, quia opinionem, quam Pontifex approbat vt probabilem, vel probabilior tota Ecclesiæ debet, vt talem amplecti, & ex illa ad alia discurrere; vnde posset contingere circa res fidei grauis error.

Restat verò explicare: An possit Pontifex opinionem falsam approbare, vt probabilior. Quæstionis causa est, quia absolute loquendo non repugnat aliquam opinionem esse probabilior, & re ipsa esse falsam: Ergo poterit Pontifex verissime decernere aliquam opinionem esse probabilior, & non errare etiam si aliàs opinio illa sit falsa.

Nihilominus existimo non posse Pontificem errare circa veritatem propositionis, quam declarat esse probabilior; loquimur enim semper in materia, quæ possit ad mores, vel fidem pertinere, licet res non sit de fide; nam si in hoc posset Pontifex errare, magnum detrimentum posset sequi in Ecclesiæ; omnes enim amplecterentur, & defenderent eam opinionem, & putarent veram, & eius probabilitas in dies cresceret, ac proinde tota Ecclesiæ falleretur, quod nulla ratione admittendum est. Vide Turrianum, *ubi supra*.

Verùm circa præsentem difficultatem, & omnia superioris dicta ne deseras etiam videre scientia, & dignitate Eminentissimum Dominum meum Ioannem de Lugo, *ubi supra de fide disp. 20. sect. 3. num. 115. cum seq. ubi late, & doctè, vt semper solet, totam materiam pertractat, cui etiam adde Ferdinandum de Salazar de concept. cap. 43. §. 1. & 4.* Sed ad confirmationem omnium supradictorum faciunt ea, quæ obseruat Pater Paludanus *in Apol. consil. Urban. cap. 10. per tot.* Vide ipsum, & non pigebit.

Exponitur modus, quo Spiritus Sanctus assistat Pontifici, quando aliquid de fide determinat.

RESOLVT. XI.

Difficultas est: An Pontifex quatenus gaudens auctoritate diuina, & quatenus Spiritu Sancto regitur, constituat obiectum formale fidei, quia per eam nobis loquitur Deus, sicut per Prophetas loquutus est, & ita quando Ecclesiæ aliquid definit, illud possemus credere fide Diuina independenter ab alia reuelatione præexistente, quia Ecclesiæ definite hunc articulum, sit Deum reuelare talem articulum per suam Ecclesiam, tanquam per organum Spiritus Sancti, vel an definitio Ecclesiæ, cum aliquid proponit fide Diuina creden-

Anton. Diana Pars XI.

dum, illud supponat iam reuelatum; ita vt Ecclesiæ, seu Pontifex definiens tantum sit infallibilis regula, applicans obiectum iam reuelatum; non tamen sit instrumentum, seu organum, medio quo Deus loquatur, aut reuelet, quod antea reuelatum non erat.

Et primum modum defendit Suarez *de fide disp. 3. sect. 1. num. 8.* Puente Hurtadus *de fide vol. 1. disp. 37. §. 18. cum sequent.* Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 23. dub. 5.* & alij. Secundum verò modum approbant, & defendunt Molina *1. part. 1. art. 2. disp. 1. & 2.* Valentia *disp. 1. quæst. 1. punct. 6. responsione ad tertium.* Gaspar Hurtadus *disp. 2. disp. 4. vers. ad Inductionem in fine.* Tannerus *quæst. 1. dub. 7. in fine.* Malderus *2. 2. quæst. 1. in commentario articulo 6. 7. 8. 9.* Lorca *disp. 28. n. 8. & 15.* Pro eadem sententia refert Valentia, Vvaldensem, Canum, & Alphonsum de Castro.

Et hæc opinio mihi magis placet; dico igitur, quòd quando Pontifex definit aliquid pro tota Ecclesiæ, Deus illi non reuelat immediate obiecta definienda, quod fieri posse non repugnat, & docent Authores citati; sed tantum illi assistit, ne erret in definitionibus tradendis aliis ad regimen Ecclesiæ spectantibus, quod sine noua reuelatione Pontifici facta fieri potest. Et ita hanc sententiam docet etiam Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 5. disp. 9. sect. 5. n. 30.* Tannerus *tom. 3. disp. 1. quæst. 1. dub. 7. numero 217.*

Vnde circa præsentem quæstionem libet mihi ea, quæ Franciscus Ouiedo dixit, hæc apponere; sic itaque asserit *de fide controuers. 5. punct. 1. num. 127.* Statuimus Pontificem non accipere nouam reuelationem, cum aliquid definit, nec Deum illi loqui, nec fidelibus medio illo. Ex alia parte asserimus, quod catholice necessariò tenendum est, Pontificem non posse errare, & illi Spiritum Sanctum specialiter assistere in rebus fidei definiendis; Videndum modò est, quæ sit hæc Spiritus Sancti assistentia, ratione cuius Pontificis definitiones non possint errori subiacere. Pater Tannerus *quæst. 1. dub. 7. num. 217.* asserit hanc Spiritus Sancti assistentiam ne Pontifex, aut Ecclesiæ erret in rebus fidei proponendis per se non requirere positiuam inspirationem, seu loquutionem Diuinam ipsi Ecclesiæ factam, sed contentam esse quouis auxilio Dei, etiam merè negatiuo; quo fiet, vt Ecclesiæ in his rebus non possit errare. Coninch *disp. 9. dub. 5. num. 61.* explicat differentiam, quæ est inter Ecclesiam proponentem fidei mysteria, & scripturam, qua Deus loquitur, & reuelat eadem mysteria apto quodam exemplo, Supponatur (inquit) Superiorem alicuius Religionis in illius constitutionibus, & instituto vetustissimum habere duos subditos, quorum quilibet suarum constitutionum commentariolum scribit, ita tamen, vt vnus id faciat iussu, & nomine Superioris, & sub nomine Superioris in lucem detur, quia multa, quæ nouit subditum ignorare suggerat, aut etiam dicat, in aliis eum illuminet, clariùs ea ipsi explicado, & in omnib. ei assistat, ita vt nec in minimo eum errare permittat: alter verò subditus suū commentariolum proprio nomine scribat, Superiori tamè semper ei assistente, ne in illo erret prouidente, ac quædam ei occulta explicante, Commentarij in eo conuenient, quòd vterque ob auctoritatem illius Superioris credatur omni errore vacare, different tamen ex eo quòd si error aliquis deprehenderetur in commentario

X x 3 nomine

nomine Superioris scripto, & edito, error iste Superiori tanquam auctori imputaretur; si verò similis error in alio commentario deprehenderetur, non Superiori, sed subdito tanquam Auctori imputaretur, & Superiori, tanquam non rectè dirigente, & gubernanti subditum, seu tanquam permittenti errorem, quem propter specialem curam erga subditum tenebatur vitare. Rem vno verbo accipe: Scriptura Canonica scriptor non loquitur proprio nomine, sed nomine Dei; se enim habet scriptor Canonicus, sicuti amanuensis, qui alicuius Doctoris studia ab ipso audita characteribus exprimit in charta; ea enim scripta non dicuntur amanuensis, sed Doctoris, qui ea dictavit; Ecclesia autem suo nomine scribit, aut loquitur, Deo tamen auscultante, qui nihil ab ea scribi permittit, quod verum non sit, & multa illi obscura inspirat, non ut ea nomine Dei proferat, sed illis à Deo instituta, ipsa nomine suo fidelibus proponat. Neque ea, quæ Deus Ecclesiæ inspirat, sunt per modum loquutionis, aut revelationis Dei loquentis, sed tantum immittendo cogitationes, quibus Pontifex, aut Generale Concilium veritatem deprehendit, quam proprio nomine fidelibus proponit, ea tamen ratione, ut si id, quod proponit verum esse à Deo non cognosceretur, nullo modo permitteret ab Ecclesia proponi.

Concludo ergo assistentiam Spiritus Sancti respectu Ecclesiæ includere, ut bene Tannerus auxilium extrinsecum, quo non permittit Deus aliquid non verum ab ipsa proponi, & concursus denegat ad definiendum obiectum falsum, quod per se sufficeret, ne Ecclesia erraret. Addo tamen, quia nulla Ecclesia proponit obscura, & valde difficilia, quæ nulla industria humana possent comparari, ut horum notitiam habeat, eam inspirare mediis illustrationibus, & sanctis cogitationibus, quibus intellectus Pontificis veritates assequatur, supra quas potest cadere definitio.

Nec obstat dicere, quod in definitionibus Ecclesiæ Pontifex, & Patres Concilij scribunt, visum est Spiritui Sancto, & nobis: Ergo Spiritus Sanctus loquitur per Ecclesiam tanquam per instrumentum, cui immediatè reuelat ea, quæ Pontifices, & Concilia definiunt, tanquam de fide reuelata fuisse immediatè à Deo, non ipsi Pontifici definiendi, sed Apostolis, aut Canonicis scriptoribus. Et idè de his optime dicitur visa fuisse Spiritui Sancto, quia ab illo immediatè fuere reuelata; Reliqua autem, quæ definiuntur, non ut actu fidei certa, sed alia certitudine huic proxima possunt etiam dici Spiritui Sancto visa, quia Spiritus Sanctus ea permittit ab Ecclesia defini, nullo modo id permittitur, si vera non essent.

Et circa præsentem quætionem vide etiam Magistrum Grauinam in *controuersis fidei* 10. 4. qu. 2. artic. 13. per tot. fol. 151.

Ad ornatum materia inquiritur: An Papa, ut persona priuata possit errare in fide, & an de facto errauerit.

RESOLVT. XII.

Afirmatiuam sententiam tenet Melchior Canus l. 6. c. ultimo ad 11. Turrecremata lib. 2. c. 112. ad 7. & lib. 4. part. 2. cap. 16. Caietanus tract. 1.

& 2. de auctoritate Papa. Valentia §. 41. in argumentis. Bannez dub. 2. de auctoritate Papa, conclus. prima; quibus adde Castrum Palauum tom. 1. tract. 4. disput. 1. punct. 5. §. 1. num. 6. Turrianum in *secunda secunda disputat.* 16. dub. 1. Franciscum del Castillo in lib. 3. sentent. tomo 2. disputat. 16. questione 10. numero 3. quod intelligit non solum de errore inuincibili, sed etiam culpabili: Colligitur ex capite, Si Papa. quadregesima distinctione; vbi dicitur, Papam à nemine iudicari, nisi sit deuius à fide. Idem docuit Innocentius sermone septimo. de consecratione Romani Pontificis. Colligitur ex VI. & VII. Synodo Generali, vbi damnatum Honorius Papa, tanquam hæreticus. Quamuis enim dicat Bellarminus VI. Synodum iudicasse secundum allegata, & probata, & errasse in eo, quod pendet ex facto, tamen ad minus colligitur veram esse doctrinam nostræ conclusionis, quod Papa possit errare ut persona priuata.

Efficaciùs fit hoc argumentum de Liberio Papa, qui depositus fuit propter hæresim; nam quamuis alicui dicant, ipsum solum defecisse exterius, & non errasse interius in fide, tamen ad minus colligitur, quod Ecclesia senserit ipsum in fide errare potuisse.

Et ratione probatur, non magis est Pontifex confirmatus in fide, ut persona priuata, quam in spe, & charitate; ergo sicut potest amittere spem, & charitatem, ita potest amittere ut persona priuata fidem. Neque obstat si dicas, quod Christus dixit Petro: Non deficiet fides tua. Respondetur enim, quod loquitur illi tanquam ad personam publicam, quæ ut talis habere queat successorem, non ut personam priuatam, quia in hoc successorem habere nequit, ergo illud: Non deficiet fides tua, non intelligitur de Romano Pontifice, ut persona priuata; imò ex hoc fit argumentum pro nostra sententia, quam ex multis exemplis probat Palauus, vbi supra, ex quibus constat, plures Pontifices in hæresim lapsos esse, ut de Victore V. Marcellino, Liberio, Honorio, Anastasio II. & aliis tradunt supra relati Doctores; nam de Victore tradit Eusebius lib. 5. histor. Eccles. cap. penult. fuisse hæreticum. Idem constat de Marcellino thus offerente Idolis. Neque dici potest non dereliquisse fidem; vnde non constat mente non consensisse. De Liberio id affirmat Hieronymus in *chronicis*, de Anastasio refert Gratianus cap. Anastasium 19. distinct. De Honorio verò constat ex *epistola Adriani relata in VII. Synodo act. 7. & ex epistola Agathonis relata in VI. Synodo act. 4.*

His tamen non obstantibus, ego etiam puto cum Ioanne Vvigers in 2. 2. Diui Thomæ tract. de Pontifice quest. 1. art. 10. dub. 6. numero 32. quod piè, ac probabiliter credi potest, non posse Romanum Pontificem; etiam ut priuatam personam fieri absolutè hæreticum.

Probatur primò, quia hoc videtur Diuinæ providentiæ, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, magis consentaneum, ut quem constituit ad Ecclesiam suam in sana doctrina erudiendam, & confirmandam, sic quoque ei assistat, & dirigat, ut nunquam permitteret illum pertinaci assensu mentis adhærere doctrinæ alienæ, & damnatæ, quia violentum est aliter animo sentire in tantis negotiis, & aliter vocè alios ex auctoritate docere.

Probatur secundò, quia hæcenus non est quicquam Pontificum repperus, de quo manifestè, & certè

certè constat, quod in hæresim ipse prolapsus fuerit.

Deinde sequeretur alioquin, quod Summus Pontifex posset hæresim definire, quod prorsus negandum est; posset enim definire conformiter suo priuato iudicio; cum non sit putandum Spiritum Sanctum per immediatam reuelationem illi assistere.

Et ita hanc sententiam præter Vvigers tenet Pighius l. 4. Eccles. Hierar. c. 8. Bellarm. de Pontifice, l. 4. c. 6. qui limitat, dicens, quod circa ea, quæ semel sunt definita ab Ecclesia tanquam de fide Papa errare non possit, & ita non potest esse pertinax, aut hæreticus; circa ea verò, quæ nondum sunt definita fatetur, quod errare possit; vnde cap. 14. dicit errasse Ioan. 22. dicendo, anima iustorum non videre Deum vsque in diem iudicij: Sed post hæc scripta inueni Magistrum Grauinam in *contron. 10. 4. p. 2. art. 5. fol. 112.* hanc sententiam admittere tanquam piam, & probabilem, & postea asserit, quod si spectetur persona Pontificis physicè prolabi potest in errorem; sin autem moraliter, probabile est non posse deficere ex suau Dei prouidentia.

Et probat hoc pacto, quod potentia physica distinguitur à morali: Physica enim est, quæ secundum vires suas præcisè sumpta potest in actum exire, quamuis non exeat, moralis non solum dicit, quod potest solis facere, suppositis difficultatibus occurrere solitis, non omnino impediuntibus, sed maximè retardantibus, quæ cum occurrunt, constituunt potentiam moralem, quæ ex ipso euentu accipit complementum, vel iterum illud etiam dici minus fieri posse simpliciter, quod ex potètia aliqua, vel aliquo iure possumus, vel illud esse non posse, quod conuenienter fieri non potest; si ergo spectetur potentia physica intellectus Papæ, ut singularis persona, potest errare in fide, moraliter verò, impotentiam moralem habet ex adiunctis impedimentis, & ex ipso euentu, impotentia apparet, quia ex experientia, ut ostenditur, nullus sedit Pontifex in Cathedra, qui de errore accusatus, vel de hæresi denotatus sit.

Itaque spectata natura potentie, physice, intellectus Pontificis, &c. potest in hæresim labi, tamen ex impediendo Deo, ob decorem Ecclesiæ, ut dictum est, & ex euentu probatum, nunquam factum est, neque fiet, ut vllus hæretica labe pollutus in Cathedra Petri sedeat, vel vnquam sit sessurus. Vel etiam si absolutè ex conditione humanæ naturæ id fieri posse, non sit simpliciter impossibile, nullo modo fieri posse dicendum est, ut id contingat, quod conuenienter, & decenter non fiet, ut explicatum est.

Vnde pater, potuisse Melchiorum Canum lib. 6. de locis c. 8. hanc sententiam non reprehendere, imò potius tanquam probabilem admittere, quia redundat in honorem Sedis Apostolicæ ex præseruatione cuiuscunque erroris in sedente in illa Sede, vbi sicut posuit infallibilitatem in officio, ut decerneret, voluit extendere indefectibilitatis donum ad personas.

Rectè itaque dixit Theodor. in *epist. ad Renatum Presbyterum*, qui id sentire videtur; sic ergo dicit: Tene enim sancta ista Sedes gubernacula regendarum cuncti Orbis Ecclesiarum, cum propter aliam, tum quia semper hæretici fœtoris expertis mansit, nec vllus vnquam, qui contrarium sentiret in ea sedit, quin potius Apostolicam gratiam puram custodiuit, quare quæ ab isto vestro Tribunali proficiscuntur, qualiacunque erunt iudicij vestri integritate consili amplexentur.

Diligenter perpendenda verba Theodoret; duo enim dicit: Sedem Apostolicam fuisse semper expertem hæretici fœtoris, & nullum in ea sedentem contrarium sensisse. Vbi clara est distinctio Sedis, quod pertinet ad officium, à sedente, quod pertinet ad personam, & tam officium, quam persona ab erroris periculo eximuntur, ex quo duplici funiculo ad eiusmodi Tribunalis fiducialiter recurrit Theodoretus, vbi incorruptum iudicium exercetur, nedum ex parte officij, sed & in officio constituti, id est nedum ex prædictæ Sedis Appolicæ, sed sedentis in eadem.

Et licet illud priuilegium non errandi, etiam personale fuit in Petro, quod certa fide asserendum est necessariò; ad successores verò secundum quamdam decentiam transmissum, non improbabiler dicitur.

Ad exempla verò Honorij, Liberij, & aliorum Pontificum allata à Castro Palao, & aliis pro contraria sententia, optime, & sigillatim respondet Francisc. Syluius in *Controuersis fidei* lib. 4. quest. 2. art. 12. Magister Grauina etiam *contron. tom. 4. part. 2. art. 5. vbi à fol. 114. vsque ad fol. 140.* liberat omnes Pontifices, quos aliqui in hæresim, ut personas priuatas lapsos esse eradiderunt; adi supradictos Authores, & non pigebit.

Sed quidquid sit de hac quætionem, certum est inter Catholicos, Summum Pontificem loquentem ex Cathedra, etiam extra Concilium non posse errare in determinationibus fidei, & asserere contrarium, non solum esset erroneum, sed etiam hæreticum, ut satis probatum est in hoc tractatu.



A P P E N D I X

Ad Superiorem Tractatum,

DE INFALLIBILITATE DECRETORVM

Summi Pontificis circa mores.

An Pontifex possit errare definiendo aliquid circa mores extra Concilium?

RESOLVT. XIII.

DIXIMVS supra Summi Pontificis auctoritatem esse quidem infallibilem in dubiis fidei quæstionibus definiendis. At verò superest difficultas, an pariter etiam sit infallibilis in decretis morum, & Authores adducti in *resol.* 1. vt Almainus, Gerson, & alij negatiuè respondent vel quia talis error non videtur damnosus Ecclesiæ: siquidem Ecclesia non peccat illum amplectendo. Deinde Petro, & eius successoribus promissa est firmitas fidei, morum autem honestas non videtur promissa. Ergo in hac poterit esse error; sed in rebus fidei.

Confirmatur, quia Alexander III. cum tractaret de testamentis, decernit non esse vera testamenta, nisi ad tres testes restricta, cum celebrantur, & aliàs facta rescindenda, cum tamen contrarium apud multas Catholicas nationes seruatur, vt septem vallari testibus ea opus sit, vt valeant.

Sed & Innocentius I. *epist.* 22. ad Rufum, qui viduas in vxores acceperunt, statuit non debere fieri Sacerdotes, & hanc ordinationem præceptum vocat Diuinæ legi subnixum: at illud non fuit, nisi præceptum cærimoniale. Ergo, &c. Gregorius quoque I. decreuit *epist.* ad Aug. Cantuariensem: & Greg. III. ad Bonif. *Episc.* docuit, si mulier ob infirmitatem debitum reddere noluert, licere viro alteram ducere, & habetur in *cap. Laudabilem, de controuers. infidelium.*

Verùm his non obstantibus, dicendum est de fide esse non posse, Pontificem statuere aliquid ab vniuersali Ecclesia obseruandum, quod legi diuinæ, vel naturali contrarium sit. Probo primò, quia de fide est Pontificem errare non posse in pascendis ouibus; sed oues non solùm doctrina fidei, sed morum institutis pascuntur. Ergo de fide est in his institutis errare non posse. Secundò de fide est in Ecclesia deficere non posse spiritum veritatis; sed si Pontifex obseruandum præciperet legi diuinæ contrarium, iam spiritus veritatis in Ecclesia deficeret. Ergo. Tertio, de fide est, Pontificem in rebus fidei non posse errorem docere, sed ex eo, quod præciperet aliquid obseruandum contrarium legi diuinæ errorem doceret, quia doceret credere hoc esse obseruandum, quod est error in fide. Ergo.

Itaque dicendum est, quòd si posset Summus

Pontifex in legibus ferendis de rebus ad salutem necessariis errare, posset tota Ecclesia in negotio salutis errare: nequit autem tota Ecclesia in negotio salutis errare. Ergo nequit Summus Pontifex in legibus ferendis de rebus ad salutem necessariis errare. Minor clara est; alioquin non verificaretur illa promissio Christi: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Nam siue errare posse falsitate doctrinæ, siue malitia, & iniquitate morum, verè contra eam præualere possent Inferorum portæ: sequela probatur, nam ex præcepto Christi tenetur tota Ecclesia obedire Summo Pontifici præcipienti, vel prohibenti ad salutem necessaria. Igitur si posset Summus Pontifex in huiusmodi præceptis errare, tota Ecclesia errare posset. Confirmatur, si posset Summus Pontifex in præcipientibus rebus ad salutem necessariis errare, posset etiam errare in rebus ad fidem spectantibus; nam eadem scriptura sacra docet, vitia esse turpia, & vitanda; virtutes contra honestas, & amplectendas: Si autem Summus Pontifex aut vitium aliquod præciperet, aut virtutem prohiberet, contra ipsam diuinam scripturam doceret; vitium esse honestum, & amplectendum; virtutem contra esse turpem, & vitandam, cum non possit vitium præcipere, nisi sub ratione boni, & honesti; nec virtutem prohibere, nisi sub ratione mali, & turpis.

Quod si lex, & constitutio pro vna Prouincia, vel Diocesi feratur; etsi aliqui Doctores sentiant errare posse Pontificem, quia tunc munus Pontificis gerere non videtur; quòd vniuersalem Ecclesiam non adstrigat: at credo de fide esse, nec tunc posse. Sic docet Bannes. 2. 2. *q. 1. art. 10. dub. 6. conclus. 4.* Et ratio videtur manifesta, primò, quia Pontifex, quatenus supremus est Pastor, legem statuit obligantem aliquam prouinciam; quia secundum hanc rationem non solùm regimen totius Ecclesiæ illi commissum est; sed etiam cuiuslibet Prouinciæ. Si ergo respectu totius Ecclesiæ errare non potest, quia illius est suprema regula veritatis, cum etiam respectu cuiuslibet Prouinciæ, sit eadem regula, efficitur sanè errare nullo modo posse. Secundò, si admittas errare posse Pontificem in statutis specialibus præcipienti inquam; obseruari ab aliqua Prouincia, quæ contraria sunt legi diuinæ, seu naturali; videris admittere errare posse circa totam Ecclesiam; nam Ecclesia vniuersalis sufficiens habet fundamentum ad credendum sic ordinatum, & præceptum bonum esse, & seruandum ab illa Prouincia, sed tale iudicium erroneum est. Ergo cogitur ex errore speciali Pontificis Ecclesia vniuersalis errare, quod non est dicendum.

Non

Non nihil difficultatis esse posset de legibus, aut decretis morum, quæ sunt de rebus aliàs indifferentibus, quæ scilicet neque sunt iuris naturæ, aut iuris diuini. Sed responderetur, quòd neque in his legibus errare possit, vt si præcipiat ieiunium in aduentu, aut communionem Eucharistiæ in tribus anni temporibus; in his enim errare nequit, siquidem Ecclesia tenetur obedire tanquam suo pastori, & quia non præcepit rem inhonestam, aut prohibet rem bonam; vnde eo ipso quod statuit eiusmodi legem, siue de re, quæ prius erat sub consilio, vt in exemplis adductis; siue de alia re quouis alio modo indifferenti, nihil aliud facit, quàm constituere in materia virtutis, actum, quem præcipit.

Neque obstat, quòd vnus Romanus Pontifex ex eiusmodi legibus possit mutare, quas alius statuit, responderetur; Ita est, tamen neuter errauit, sed pro diuersitate temporum lex, quam modò Pontifex iudicat esse conuenientem, postea poterit iudicare non conuenientem, & ita poterit mutare.

Et hæc omnia docent Canus *lib. 5. de locis Theologicis, cap. 5. quæst. postrema, conclus. 1.* Bannes 2. 2. *q. 1. ar. 10. in breuioribus comment. dub. 6.* Bellarm. *lib. 4. de Romano Pontifice cap. 5.* Valeria *de obiectione fidei disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 40.* Malderus *dub. 6.* Suarez *disp. 5. sect. 8.* Turrianus *disp. 16. dub. 2.* Syluius *lib. 4. de controu. q. 2. art. 13.* & recentiores omnes.

Vnde nostra conclusio, nempe Papam non posse errare definiendo aliquid circa mores fuit definita à Martino V. in Concilio Generali Constantensi in Bulla, quæ incipit: *Inter cunctas Pastoralis cura, quæ habetur post ultimam sessionem Concilij*, vbi post damnatos errores Vicleffi, & Ioannis Huss, præcipit, omnes de hæresi suspectos interrogari inter alios articulos vtrum credant, quòd illud, quod sacrum Concilium Constantiense, vniuersalem Ecclesiam representans, approbavit, & approbat in fauorem fidei, & salutem animarum, quòd hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum, & tenendum; & quòd condemnauit, & condemnat esse fidei, & bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum, & asserendum. Et infra: Item vtrum credant, quòd consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum Concilium Constantiense approbata, sit seruanda, sic quòd non liceat eam reprobare pro libito immutare. Et quòd dicentes pertinaciter oppositum præmissorum tanquam hæretici, vel sapientes hæresim sint arcendi, & puniendi: Quæ consuetudo, vt patet, ad mores tantum spectat. Ergo, &c.

Vide etiam D. Antoninum *part. tit. 12. c. 8. §. 2.* vbi ait: Pontificem in præcipientibus errare non potest, esse de fide.

Respondetur ad argumenta in contrarium adducta.

RESOLVT. XIV.

AD argumenta verò in principio superioris resolutionis in contrarium proposita, respondeo, quòd licet concedamus, Ecclesiam obedire iis legibus, & pranis institutis non peccaturam; at negari non potest pernicioso errore maculari, à quo Christus Dominus voluit Ecclesiam liberare;

tum cum promissit eius fidem non defuturam; tum cum Petro, & eius successoribus impetrauit oues suas pascere salubri doctrina, & rectis morum institutis.

Ad auctoritatem verò Alexandri III. responderetur, non dixisse Pontificem esse alienum à Diuina lege condere ea testamenta pluribus, quàm tribus vallata testibus: Vel dicendum non omnibus eam legem demandasse, sed suæ temporalitati subiectis vassallis, vt potius sit lex municipalis, quàm derogatio ciuiliū legum. Vel si vniuersaliter lata sit pro omnibus, intelligatur de testamentis ad pias causas.

Ad auctoritatem Innocentij noluit Pontifex Ecclesiasticam legem probare quasi è cærimoniali lege Moyfi necessario dependentem, sed quantum ad moralitatem quandam, & decentiam, vel quantum ad figuram, vt seruaretur illud in noua lege, quòd in suo prototypo præcesserat in veteri lege.

Ad auctoritatem Cælestini: illa sententia non reperitur in decreto Cælestini, & si id dixit, ex sua priuata sententia id dixit, non enim de hac quæstione, sed de alia interrogabatur Cælestinus, & Innocentius III. id significare videtur, dum dicit: illi visum esse sic sentire, non deficit sic determinasse. Nec obstat dicere, quòd sæpè contingit, vt quòd vnus Pontifex statuit obseruandum, subsequens abroget: ergo vel præcedens errat, vel subsequens.

Nam respondeo, negando consequentiam, quia id, quòd nunc est salutare populo, potest alio tempore propter diuersas circumstantias desinere esse expediens sicut lex, vt Gentiles recenter ad Christianam Religionem conuersi abstinerent à sanguine, & suffocato. *Act. 15.* Erat pro tempore illo conueniens, ne alioquin Gentiles horrore essent Iudæis, sicque impediretur adunatio Iudæorum, & Gentilium in vnum populum Christianum; postquam verò cessauit ista ratio, lex illa fuit abrogata.

Nota verò hic obiter cum Suarez *de fide disp. 5. sect. 8. num. 7.* Vvigersin 2. 2. *D. Thoma tract. de Pontif. quæst. 1. art. 10. num. 192.* Quòd licet certum sit, vt probauimus, Pontificem non posse errare in præceptis, seu rebus moralibus, quas tradit, vel approbat pro vniuersa Ecclesia. Hoc intelligendum quantum ad substantiam, seu quantum ad honestatem morum: Nam quoad circumstantias, vel multiplicandi præcepta, vel rigorem, aut nimias pœnas, non est inconueniens, aliquando committere aliquem humanum defectum, quia hoc non est contra Ecclesiæ sanctitatem: approbare autem turpia pro honestis, vel è conuerso damnare honesta tanquam iniqua, repugnat veritati, & sanctitati Ecclesiæ; & idèd in his etiam non potest errare Pontifex.

Deinde etiam obsetua cum Dicastillo *vbi supr. n. 8.* circa nostram conclusionem principalem, non comprehendi sub illa leges, quas statuunt Romani Pontifices ad ciuile regimen in terris, sibi quantum ad temporalia subiectis, v. g. leges taxantes pretia rerum venalium. Similiter non comprehenduntur sub eadem conclusione iudicia Romanorum Pontificum, quæ pendunt ex facto, v. gr. quòd iste Episcopus sit deponendus, & alius sit restituendus. Verum est, quòd in his vtrisque duobus præsumendum est pro capite.

Itaque dicendum est, Pontificem posse errare in his, quæ sunt facti, seu in iudicio rerum gestarum

rum, quia iudicium illud pendet ex hominum testimonio, quæ sunt incerta. Vnde quando aliquis vxore vna occultè ducta; aliam publicè ducit, & Pontifex iubet vt illa priore relicta, huic secundæ adhæreat, eique debitum conjugale reddat: Vel quando quis vnicam quidem duxit, sed cum qua est occultum impedimentum iure naturæ dirimens, & Iudex præcipit, vt eam habeat pro legitima coniuge; ipse erat errore facti, quamuis non errore iuris, aut fidei, quo proinde pertinet rescriptum Innocentij c. à nobis 2. tit. de sent. excommunicationis: Iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, innititur, iudicium autem Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpè contingit & falli, propter quod contingit interdum, vt qui ligatus; & qui liber est apud Deum Ecclesiastica sit sententia innodatus, similiterque rescriptum Alexandri III. c. Si quando, tit. de rescriptis; vbi Pontifex dicens: Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigitur, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes: Ita subiicit qualitatem negotij, pro quo scribitur diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerenter adhibeas, aut per litteras tuas quare adimplere non possis rationabilem causam præendas, quia patienter sustinimus; si non feceris, quoddam praua nobis fuerat insinuatione suggestum.

At in his, quæ sunt per se bona, vel per se mala, vel quæ concernunt mores ad salutem necessarios, nequaquam errare potest Pontifex, illa vt Pontifex præscribendo alicui Ecclesiæ, vel Congregationi, quia talis error esset perniciosus, & præiudicaret fidei. Et de his, salua fide, non est dubitandum.

Verùm non desinat etiam hic adnotare, quod adhuc Melchior Canus lib. 5. c. 5. §. Sed an sit hereticum, non audeat hæresis notam inurere asserentibus, posse errare Ecclesiam in aliqua mala consuetudine circa rem quæ non sit ad salutem necessaria quia non propterea erraret in Fide.

Sed aduersus illum meritò insurgit Iacobus Granadus in 2. 2. D. Thoma controu. 1. sr. 7. disp. 2. scilicet. 2. n. 11. & ad omnium supradictorum confirmationem, dico, quoddam in determinationibus Pontificum duo considerari possunt.

Primo ipsam sententiam, seu materiam præcepti secundum se, vt nempe illicitum non sit, quod præcipitur, neque ad salutem necessarium, quod prohibetur. Et in hac re ex omnium Catholicorum sententia errare non magis potest Pontifex, quam si eam formaliter definiret. Tenetur enim non minus tota Ecclesia talibus præceptis se conformare saltem cum de iniquitate præcepti aperte non constet; quàm si aliquid propriè definiret.

Secundò considerari possunt in eiusmodi præceptis circumstantiæ non rei præceptæ, sed ipsius præcepti, videlicet tempus, modus, quo præceptum fertur, &c. Et in his indefinitè loquendo communiter omnes fatentur, Pontificem aliquando per imprudentiam errare posse, non commode videlicet tempore, & modo rem alioqui per se bonam præcipiendo, aut nimis multis legibus, & excommunicationibus, ac censuris Ecclesiam onerando, aut nimis multis legibus, & excommunicationibus, ac censuris Ecclesiam onerando, vt in specie notauit etiam Bannes hic q. 1. art. 10. dub. 8. post concl. quamquam in particulari, & vbi res dubia est, non est ouium pastorem iudicare, sed simpliciter obtemperare. De qua re plura Castro lib. 5. de iusta hæreticorum punitione c. 6. & Bellarminus lib. 4. de Pontifice c. 5.

An in Canonizatione Sanctorum Papa possit errare.

R E S O L V T. XV.

Videtur affirmatiuè respondendum: Primum, quia quicumque innititur medio fallibili, potest errare: sed Pontifex in canonizatione Sanctorum innititur medio fallibili, vt potè testimoniis hominum: Ergo in illa potest errare.

Confirmatur, quia Ecclesia non proponit nouum articulum Fidelibus credendum, qui Apostolis, canonisque scripturis propositus non sit; sed nullibi est propositus, Augustinum, Franciscum, Dominicum, Ignatium in Cælis esse: Ergo cum Ecclesia id ipsum proponit, non proponit tanquam Fidei articulum; sed tanquam veritatem omninò certam moraliter, & cui Fides humana meritò adhiberi debeat.

Probatum secundò, quia ex Augustino dicitur, multa corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna, & conformiter cap. Audiuimus, de reliquijs. & vener. Sancti. Pontifex dicit quemdam in ebrietate occisum pro Sancto coli. Et in Martyrol. Vsuuardi 21. Iunij cum Sanctis numeratur Eusebius Cæsariensis, quem tamen constat fuisse Arianum, & quem S. Hieronymus l. 2. aduersus Rufin. cap. 4. vocat Arianorum Principem.

Verùm omninò tenendum est, Papam non posse errare in canonizatione Sanctorum: Probatum; nam si posset Pontifex in hoc errare, posset tota Ecclesia errare, nam tota Ecclesia tenetur obedire Pontifici in huiusmodi decreto seruando; igitur si posset in hoc Pontifex errare, tota Ecclesia errare posset. Hoc autem est contra illam promissionem à Christo Ecclesiæ factam Ioannis 16. Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnè veritatè.

Confirmantur supradicta, quia quando Pontifex aliquem Sanctum canonizat, interdum sic loquitur, autoritate Domini nostri Iesu Christi, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, ac nostra, Catharinam Senensem in cælestem Ierusalem fuisse receptam; & æternæ gloriæ corona donatam, de fratrum nostrorum consilio declaramus, eamque tanquam sanctam publicè, priuatèque colendam esse decernimus, & definimus, vt Pius II. in Bulla canonizationis S. Catharina Senens. interdum sic: Autoritate, &c. decernimus, & definimus bonæ memoriæ Franciscum de Paula eiusdem Ord. Minimorum institutum in cælesti Ierusalem inter Beatorum choros iam receptum, æternæque gloriæ condonatum fuisse, &c. vt Leo X. in Bulla 38. Aliàs hoc modo, decreuimus, ac definimus bonæ mem. Hiacynthum Polonij Ord. Fratrum Prædicatorum sanctum esse, vt Clemens VIII. in Bulla 27. aut sic Beatam Franciscam Romanam, &c. sanctam esse definimus: vt Paulus V. in Bulla 45. aliàs 28. quomodo idem Pontifex in Bulla 67. aliàs 43. de Carolo Borromæo, loquitur, Sanctum esse definimus. Non videret autem, quod Summi Pontifices talibus formulis absolutam definitionem in re totam Ecclesiam concernente continentibus vterentur, nisi existimarent, se omninò certos esse, ac per consequens nullum subesse erroris periculum.

Deindè probatur ab inconuenienti, quia si esset falsi iudiciū Papæ in canonizandis Sanctis, defraudarentur ipsi canonizati à fructu suffragiorum &

& sacrificiorum Ecclesiæ; nam vt ait Augustinus de verbis Apostoli: & refertur cap. Cum Marthea; §. 3. de celebratione Missarum, iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre, quia eodem modo iniuriam facit Sancto canonizato, qui orat pro illo. Similiter defraudentur fideles; qui inuocant Sanctos canonizatos, quod si animæ illorum essent in Inferno, peterent maledictionem pro benedictione.

Et tandem non licet dubitare, quoddam Sanctus canonizatus sit inuocandus, & honorandus à fidelibus; ergo neque licet dubitare, quoddam eius anima sit beata, consequentia patet, quia si publicè inuocatur, & honoratur Sanctus, eius anima beata est; neque enim animæ damnatorum honorantur. Antecedens verò probatur primò ex Augustino epist. 118. In solemnitate, inquit, insanitè est dubitare de eo, quod facit Ecclesia. Sed Ecclesia inuocat, & honorat Sanctum canonizatum, ergo, &c. Bernardus epist. 174. ad Canonicos Lugdunenses, loquens de festiuitate Sanctorum, ait: Ego quod accepi ab Ecclesia, id teneo. Denique ratione probatur. Romanus Pontifex pastor vniuersalis Ecclesiæ præcipit inuocare, & honorare Sanctum canonizatum: Ergo non licet dubitare, quoddam sit honorandus, & inuocandus.

Respondetur ad argumenta contraria.

R E S O L V T. XVI.

Ad argumenta verò in principio superioris resolutionis adducta, ad primum respondeo, illud benè concludere de homine priuato, priuatam solùm, naturalemque notitiam habent: Ita namque illud Apostoli accipiendum est: Quis hominum scit, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est: Verum sicut in ea sententia non excluditur Deus; dicitur enim, quis hominum scit: Ita nec amici eius excludi debent, quibus ipse secreta sua reuelat, quando, & quibus vult: Iuxta quod eodem cap. 2. ad Corinthios. ait Apostolus: Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Quoniam ergo Pontifex in canonizatione Sanctorum non procedit secundum solam naturalem notitiam, sed attendit diuina testimonia, quæ sunt, vita sancta, mores, & miracula per eorum meritum, vel inuocationem facta, ac insuper particulariter à Spiritu Sancto dirigitur; vnde B. Thomas quodlib. 9. artic. 16. respondet, quoddam Pontifex potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vitæ, & attestacionem miraculorum, & præcipue per inuisionem Spiritus Sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei; Idèd Pontifex non potest in isto errare.

Itaque argumentum non procedit, si Pontifex non præseruaretur ab errore: Diuina autem Providentia præseruat Pontificem, ne in Sanctorum canonizatione per infallibile testimonium hominum fallatur. Et quamuis fieri possit, vt non omnia, quæ de vita alicuius narrantur, vera sint, aut certa, vnde & contingit correctionem in historijs fieri, certum tamen est ea vera esse, quæ ad canonizationem sufficiunt; Idèdque ipsa canonizatio vera est, ac certa.

Vnde dicendum est, asserentem Pontificem in canonizatione Sanctorum posse errare, non esse tanquam hæreticum absolutè damnandum: quia

non affirmat aliquid, quod contrarium sit his, quæ Ecclesia recipit tanquam de fide certa absque vlla controuersia Doctorum. Videmus namque Canum, Bannes, & alios in principio relatos sentire de fide non esse, Pontificem errare non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de fide certum sine vlla controuersia. Quocirca ea maiori probabilitate, & certitudine, quam existimamus de fide esse Pontificem in canonizatione Sanctorum errare non posse, ea asserendum est, hæreticum esse qui negaret.

Et quidem credendum est, Pontificem in canonizatione Sanctorum vti testimonio humano, non vt mortuo credendi, sed vt conditione explicante testimonium diuinum in sacris scripturis vniuersaliter reuelatum de omnibus, qui in gratia Dei moriuntur. Adde huiusmodi testimonium esse publicum, cui ex speciali providentia Deus assistere tenetur, ne si illud falsum sit, tota Ecclesia errare possit. Confirmatur, nam etiam in hac, vel illa traditione Apostolica proponenda, in hac, vel illa traditione Apostolica declaranda, vtitur Pontifex, vt conditione explicante, publico testimonio humano Ecclesiæ.

Ad secundum argumentum non obest, quoddam ex Augustino solet obiici: Multa corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in infernis: Etenim Bellarminus dicit se in Augustino non potuisse talia verba inuenire, habent præterea facilem explicationem; vel vt de corporibus, quæ fortè per errorem sunt supposita loco corporum veri Sancti, vel de corporibus Principum, & Magnatum aliquorum, quæ splendidissimis sepulchris habentur in veneratione, & tamen multorum ex illis animæ sunt in Inferno: vel fortè de eis, quæ apud multos habent nomen sanctitatis: Hussiam enim Hussitæ colunt, vt Martyrem, Lutherum sui venefantur vt Sanctum, &c. vel certè inter Catholicos aliqui in hoc, aut illo priuato loco censentur Sancti, qui reuerà non fuerunt, sed peccatores; ad quorum canonizationem nunquam Deus Papam permittet accedere.

Itaque negandum, eam sententiam in Augustino reperiri. Quamquam non negemus impios posse sepulchris magnificis honorari, aut aliquos posse particulariter ab aliquibus tanquam Sanctos coli, qui Sancti non sunt; sicut contingit erga illum, de quo loquebatur Pontifex in cap. Audiuimus, qui sine Rom. Pontificis consensu colebatur; neque negamus, quin tales possint in Martyrologium intrudi; sicut intrusus fuit Eusebius Cæsariensis pro Eusebio Samosateno, vt docet Baronius ad 21. Iunij, quomodo, & quendam Marcum Arethesium Arianum in Gracorum Menol. fuisse intrusum idem ostendit 29. Martij. Sed negamus aliquem eiusmodi posse toti Ecclesiæ Sanctum proponi, & canonizari ab eo, cuius est, Sanctos canonizare, id est à Romano Pontifice.

An Papa possit errare in Beatificatione Sanctorum?

RESOLVT. XVII.

Suppono, quod differt canonizatio à beatificatione, quod canonizatio est per modum definitionis, & vltimæ sententiæ à Pontifice lata de sanctitate, & gloria canonizati toti Ecclesiæ propofiti. Beatificatio verò est indulgentia, seu concessio Pontificis facta alicui Prouinciæ, vel Religioni, vt possit aliquis defunctus Beatus appellari, eique cultus aliquis exhiberi, quæ beatificatio solet esse via ad canonizationem. Colligitur hoc discrimen ex forma ipsa, qua Pontifices vtuntur in Bullis canonizationis, & beatificationis. Nam in Bullis canonizationis vtuntur verbis: Definimus, decernimus, mandamus, vt apparet in Bulla Sancti Francisci de Paula, quæ à Surio refertur in eim vita; & in Bulla Sanctæ Theresiæ edita à Greg. XV. Theresiam inquit, virginem de Abula, de cuius vitæ sanctitate, Fidei sinceritate, & miraculorum excellentia planè constabat, & constat, ac sanctam esse definimus, decernimus, & adscribimus, illamque vniuersos Christi Fideles tanquam veram sanctam honorare, & venerari mandauimus, & mandamus, statuentes, vt ab vniuersali Ecclesia in eius honorem Ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari, & consecrari, & singulis annis die 5. Octobris, quoad cœlestem gloriam translata est, eius officium, vt de sancta Virgine ad præscriptum Romani Breuiarij celebrari possit.

In Bulla verò beatificationis vt solent verbis: Concedimus, indulgemus, &c. vt constat ex Bulla beatificationis B. Francisci Borgia Societatis Iesu, edita ab Urbano VIII. Nos, inquit, supplicationibus inclinati de Cardinalium sacris ritibus Prepositorum consilio, vt Dei seruus Franciscus Borgia Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus dictæ Societatis Iesu Religiosis vbique existentibus, necnon in ditionibus familiæ illorum de Borgia ab omnibus Sacerdotibus tã secularibus, quàm Regularibus Kalendaris Octobris, ipso nempe die sui obitus, Missa celebrari, ac Officium de communi Confessorum non Pontificum recitari, iuxta rubricas Missalis, & Breuiarij Romani respectiue, liberè, & licitè valeant Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Hoc supposito, alicui videbitur, Pontificem in beatificatione Sanctorum errare posse, etiam si in canonizatione liber ab errore sit; quia ex hoc errore non sequitur, vniuersalem Ecclesiam errare, si quidem non proponitur vniuersali Ecclesiæ Sanctus ille colendus.

Sed contrarium omninò tenendum est, quia etsi non proponatur talis beatificatus colendus toti Ecclesiæ, proponitur tamen alicui Regno, vel ordini. In his autem, vel similibus decretis, etsi non respiciant vniuersalem Dei Ecclesiam, non potest esse error, etsi respiciatur sola vna prouincia, vel Regnum, vel Religio; vnde etiam probetur noua Religio à Sede Apostolica, nec in his error accidet, & ab omnibus id indubie tenendum est.

Confirmatur, quia talis propositio facta particulari Ordini, vel Regno, est res etiam pertinens ad Religionem, & cultum. Ergo nullus interuenire potest error, sicut nec in decretis morum. Tandem à simili; nam ex errore in canonizando, sequuntur

magna incommoda, qui sequerentur etiam si non esset infallibilis, & certa ipsa beatificatio. Accedit quòd Pontifex non potest errare perniciosè condendo aliquam legem; etiam illam ferat pro particulari Ecclesia, vt rectè monstrat noster Bannes in hoc casu 2. 2. q. 1. art. 3. dub. 6.

Deinde ad talem declarationem Pontifex vtitur graui examine, ne se Deus permittat errare. Secundò, quia etiam implicitè, videtur definire, seu saltem supponere, eum esse in Cœlo. Tertio, quia licet Diuinum officium, sacrumque non concedatur omnibus pro tali Beato; tamen omnibus iam in Ecclesia licet se illius precibus etiam publicè commendare, eumque Beatum vocare, & pro tali reputare, non est autem credibile, Deum permitturum in re tam graui, totam errare Ecclesiam: Ergò omninò, certum debet esse, Papam non posse in beatificatione errare.

Deinde Doctores loquentes de canonizatione, & affirmantes, Pontificem errare, non posse, nihil de beatificatione scripserunt: ergo signum erat sub canonizatione voluisse beatificationem comprehendere. Secundò, Pontifex beatificans Sanctum aliquo Missæ sacrificio, hoc est, concedens, vt aliquod Missæ sacrificium in illius honorem celebretur, toti Ecclesiæ venerandum proponit, quia nomine totius Ecclesiæ sacrificium offertur: Ipsaque tota Ecclesia medio illo Ministro, & sacrificio ab illo oblato sanctum illum veneratur: sed in his, quæ pertinent ad cultum vniuersalis Ecclesiæ, errare nõ potest Pontifex. Ergo, & ex his patet solutio rationis dubitandi. Negamus enim non sequi vniuersalem Ecclesiam errare, si erret Pontifex in beatificatione. Nam licet à Pontifice non proponatur venerandus per vniuersalis Ecclesiæ ministros; proponitur tamen venerandus ab vniuersali Ecclesia per speciales aliquos ministros, & hoc sufficit, vt Ecclesia ipsa errare dicatur.

Dicendum est itaque, Pontificem non posse in huiusmodi beatificatione errare, sic nimirum, vt illum declararet esse beatum, atque vt talem honorandum, qui Beatus non sit, quoniam etsi beatificatio solùm sit particularis canonizatio, & cultus in ea permissus restringatur, continet tamen declarationem beatitudinis, & gloriæ eius, qui beatificatur. Quòd autem eiusmodi declaratio possit esse falsa, magnum esset inconueniens, quia hoc cederet in vilipendium Ecclesiæ, & in contemptum potestatis Summi Pontificis.

Adde, quòd si posset fieri, quòd is non sit Beatus, quem Pontifex Beatum declarat; dum vult eum honorare, ipsum beatificando, noceret illi; impediret enim, ne pro illo fierent suffragia, & consequenter ne à pœnis purgatorij citò liberaretur. Sicut enim iniuria est pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare, vt loquitur Augustinus serm. 17. de verbis Apostoli: Ita pro aliis, quos cum Christo regnare tenet Ecclesia; nemo prudenter orabit, vt à pœnis purgatorij liberentur iuxta Innocentium III. c. Cum Martha, sit. de celebratione Missarum.

Quà certitudine tenendum est, Papam non posse errare in canonizatione Sanctorum, & esse de Fide probatur?

RESOLVT. XVIII.

Respondeo quòd aliquorum sententia fuit, posse Pontificem quoad canonizationem errare; & multò magis quoad beatificationem. Est Caietani 10. 1. opusc. 11. 5. de indulgentiis. ad Iulium Medicum c. 8. ad vlt. Melchioris Cani lib. 5. cap. 5. quæst. 5.

Hæc opinio prorsus est reprobanda; vnde meritò P. Arriaga in curs. Theol. 10. 5. disp. 9. sect. 5. n. 3. miratus est valde Caietan. qui non solùm negat esse de Fide, Papam non posse errare, sed absoluitè docet, eum posse errare: Sed hanc doctrinam censet hoc tempore ad minimum esse erroneam, & temerariam.

Explosa itaque hæc opinio, alia docet Pontificem neque in canonizatione, neque in beatificatione errare posse: id tamen diuina Fide certum non esse. Ita Bannes 2. 2. in breuioribus in comment. dub. 7. concl. 2. Malder. dub. 6. proposit. 4. Suarez disp. 5. sect. vlt. num. 8.

Quibus adde doctissimum Magistrum Ioannem de S. Thoma in 2. 2. D. Thoma disp. 9. artic. 2. fol. 767. & ex Societate Iesu Granadum in 2. 2. D. Thoma contr. 1. tract. 7. disp. 3. sect. 3. num. 24. & Franciscum del Castillo in lib. 9. sent. tom. 2. disp. 16. q. 8. n. 25. qui tamen num. 23. asseruerat temerarium, impium, scandalosum, atque quodammodò sapit hæresim, negare esse beatam animam Sancti canonizati.

Ei probat singula; nam quòd sit temerarium, est manifestum, quia est contra torrentem omnium Fidelium in materia graui; quia omnes verbo, & opere fatentur sanctitatem, & beatitudinem animæ illius, qui à Romano Pontifice est canonizatus. Quòd sit impium, patet, quia est contra Religionem, & cultum Sancti canonizati. Quòd sit scandalosum, probatur; nam quis non scandalizabitur audiens Vniclericalem dicentem animas Beati Augustini, Benedicti, & Bernardi esse damnatas, propter quod ipse, & eius sententia (quantum ad hoc, non vt hæretica, sed vt offensiuæ piarum aurium, sicut, & aliæ ipsius propositiones) damnatur in Concilio Constantiense sess. 8. Quòd sit suspectus de hæresi apparet; nam quodammodò illam sapit sententia, quæ negat hanc beatitudinem, quia videtur negare, vel authoritatem in Papa ad Sanctos canonizandos, vel quòd Sancti non sunt digni tali honore.

Sed mihi magis placet opinio aliorum asserentium esse de Fide, Pontificem errare non posse in canonizatione Sanctorum, & ita tenet Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 40. Turrianus in 2. 2. tom. 1. disp. 17. dub. 6. Castrus Palauus tom. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 5. paragr. 4. num. 2. Verricelli in quæst. moral. tract. 8. quæst. 24. num. 2. Amicus in cursu Theologia, vbi infra num. 13. Arriaga tom. 5. disp. 9. sect. 5. num. 28. & alij firmantes, Papam in canonizationibus non solùm errare non posse, sed id esse de Fide.

Rationes verò pro hac sententia videbis apud Authores citatos, qui etiam respondent ad omnia argumenta, quæ in contrarium possent adduci. Vnde Anton Diana Pars XI.

rùm circa præsentem difficultatem ne deseras recognoscere doctissimum Magistrum Grauinam in controuersis tom. 4. p. 2. fol. 362.

An eadem certitudine de Fide sit tenendum, Papam non posse errare circa beatificationem Sanctorum?

RESOLVT. XIX.

Affirmatiuam sententiam tenet Castrus Palauus tom. 1. tract. 4. disp. 5. punct. 5. paragr. 5. n. 4. Megalius verb. Canonizatio, num. 1. & ex ipsis nouissimè Pater Verricelli in qq. moral. tract. 8. quæst. 25. num. 3. Itaque dicendum videtur de Fide esse Pontificem non posse errare in canonizatione, neque in beatificatione. Probant, quia ex errore vtriusque eadem sequerentur absurda, & incommoda, & ad vtrumque actum præcedit inquisitio vitæ, & sanctitatis, & miraculorum beatificandi, vel canonizandi. Quòd autem sit maior, vel minor, non videtur inferre in vno actu maiorem certitudinem, quàm in alio, si quidem vtraque inquisitio debet esse prudens, & gravis.

Secundò, quia sicut pertinet ad Religionem, quòd aliquis proponatur colendus toti Ecclesiæ vt Sanctus. Et circa materiam Religionis non potest Pontifex errare, ita quòd proponatur certæ Prouinciæ, aut Religioni, est res pertinens ad Religionem, & ita oportet, vt non possit errare, sicut neque circa decreta morum. Et hanc docuerunt non pauci viri docti in Italia, & Hispania.

Verùm licet hæc opinio sit satis probabilis, tamen ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam ruerit Amicus in curs. Theol. 10. 4. disp. 7. sect. 4. n. 98. vbi sic ait: Non est de Fide Pontificem errare non posse in beatificatione, provt beatificatio distinguitur à canonizatione: est tamen ita certum, vt oppositum sit ad minimum temerarium, scandalosum, & errori proximum. Prior pars facile probatur. Etenim si esset de Fide, beatificatum esse in Cœlis, in eo canonizando Pontifex non vteretur procederet, maiorem diligentiam; nouumque examen instituendo de sanctitate canonizandi: quia quòd est de Fide certum, non eget vltiori certitudine. Atqui Pontifex post beatificationem, si ad canonizationem procedat, non est contentus priori examine, & diligentia pro beatificatione facta, sed instituit nouum examen, nouumque diligentiam, idque non ad externam duntaxat solemnitatem, & pompam, sed ad maiorem certitudinem de sanctitate canonizandi habendam, vt praxis, & stylus curiæ docet.

Posterior pars constat, quia cum beatificatio sit potissimum medium ad canonizationem; est enim via ad illam, vt Pontifices in Bullis beatificationis, declarant, temerarium esse, & errori proximum negare beatificatum esse in Cœlis. Nam licet illum Pontifex non definat, eum tamen colendum proponit alicui Prouinciæ, vel Religioni, quovsq; ad eius canonizationem veniatur.

Obiicit. Omnes honores, & cultus, qui exhibentur canonizatis: exhiberi possunt Beatificatis, ergo eadem certitudine certum est, Beatificatum esse in Cœlis, ac canonizatum. Respondeo primò negando consequentiam; nam canonizatis exhibentur vt debiti, & à Pontifice autoritate.

Y y Apосто

Apostolica definiti: Beatificatis verò solum ut permittitur. Respondeo secundò negando antecedens; nam canonizatis in eorum cultum, & honorem erigi possunt tēpla, ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari, Beatificatis verò nec Tēpla erigi possunt, nec ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari, nisi duntaxat ab iis, quibus in Bulla expressè conceditur. Solum enim Beatificatis erigi possunt altaria, & quidem ab iis tantum, quibus conceditur posse sacrum offerri; non autem ab aliis, quibus non permittitur sacrum offerri. Præterea sacrum, & officium de canonizato potest cum octava celebrari, non autem de beatificato, nisi de expressa licentia Pontificis. Idem dicendum de sacro votivo; cum non possint alij honores, & cultus Beatificatis exhiberi, quam qui in Bulla ipsa Beatificationis exprimentur. Nam hoc ipso, quod tales honores, & cultus restringuntur ad certam Religionem, certumque locum, censentur etiam restringi ad certum genus honoris, & cultus, nempe ad illud, quod in Bulla exprimitur. Licet autem Beatificatis altaria erigi ab iis, quibus conceditur in ipso- rum honorem sacrum offerri, quia hic honor est intrinsecè connexus cum ipso cultu sacrificij, cum nequeat nisi in altari sacrificium offerri. Eadem est ratio de imagine cum radiis pingenda, vel seulptenda etiam publicè. Hucusque Pater Amicus.

Hanc etiam sententiam docet Arriaga in *curfu Theol. 10. 5. disp. 9. sect. 6.* & supponit, quòd Beatificatio provt de facto, & in usu, est quedam licentia data per Bullam à Summo Pontifice, ut aliqua persona in aliqua determinata Prouincia, Episcopatu, aut Religione coli possit, ut existens in Cælo: conceditur autem ea præmissò diligenti examine vitæ, & miraculorum, aut audita sententia Cardinalium Congregationis rituum, imò etiam Auditorum, seu Iuristarum Rotæ. Vnde has differentias inter eam, & canonizationem obseruo.

Prima, & principalis, quòd non vitur Pontifex verbo vllò directè declarante, aut definiente talem Sanctum esse in gloria: solum enim dat licentiam ut colatur: est ibi implicitè videatur supponere omnino illum in gloria esse, quia non possunt tales honores exhiberi nisi homini Beato, seu Deo fruenti.

Secunda differentia est, quòd Beatificatio non est vltimum iudicium Ecclesiæ in causa sanctitatis talis personæ: sed proceditur deinde ad nouum examen, testes, miracula, &c. antequam ad canonizationem veniatur, quæ est iudicium vltimum, post quod nihil amplius discuritur.

Tertia differentia est, quòd Beatificatio esse solet limitata, ut dixi, ad vnā prouinciā, &c. at canonizatio extendit se ad totam omnino Ecclesiā, ut omnes de eo celebrare, &c. recitare etiam Diuinum Officium possint; nam licet teneantur ex Bulla Pij V. orare iuxta Breniarj Rubricas: si tamen quis velit ex deuotione duo Officia orare, poterit sine dubio de eo Sancto: at neque hoc modo licet omnibus de solum Beatificato orare.

Quarta differentia, quæ tamen videtur esse accidentaria: est maior solemnitas canonizationis præ Beatificatione: hæc enim sine vlla planè sit, illa verò cum maxima pompa, & cum consensu vniuersali Cardinalium, & Prælatorum, præmissis precibus, & quæ fit à Cardinalibus omnibus, aliisque consensu. Hæc sunt differentie inter Beatificationem, canonizationemque; ex quibus breuiter, & solidè deducitur, quid sit dicendum quoad infallibilitatem Beatificationis.

His suppositis ab Arriaga, postea sic asserit: Nò videtur esse de Fide, Papam non posse errare in Beatificatione. Hęc est valde cõmunis inter recentiores, qui de beatificatione egerunt: & suadet meo iudicio ferè euidenter ex secunda differentia supra posita; etenim si Fide certum esset Beatificatum esse in Cælo, gratis, imò in iniuriam certitudinis Fidei inquirere retur; deinde in vitam eius, & noua testimonia exigerentur ad probandum eum esse in Cælo: sicut si fierent iam ad declarandum sanctum Petrum esse Beatum: ergo supponitur res adhuc non esse omnino certa certitudine Fidei. Idem secundò probatur ex prima differentia, quia cum Pontifex non vitatur in Beatificatione vllò verbo denotante definitionem (ex quo maxime *superius* argumentati sumus pro certitudine canonizationis) cessare videtur præcipuum argumentum eius infallibilitatis de Fide. Tertio ex tertia differentia suadetur; nam cum non permittatur cultus eius Sancti pro vniuersali Ecclesiā, sed solum pro vna aliqua Prouincia, nec sit de Fide, vnā, aut alteram Prouinciā, aut Religionem errare non possit: idem etiam non desumitur inde tam efficax argumentum pro ea certitudine, quam pro canonizatione. Quarto denique idem probò ex quarta differentia, quia illa ipsa maior solemnitas, præces illæ communes, assensus ille quasi totius Ecclesiæ, qui in canonizatione reperitur, est quedam dispositio ad hoc, ut Deus Papam errare non permittat: estque quasi generalis Ecclesiæ consensus, perinde ac si in Concilio vniuersali cum Papæ approbatione decideretur veritas aliqua. Hęc autem omnia cessant in Beatificatione: ergo cessat vnum ex maximis fundamentis pro hac certitudine Fidei. Et hæc omnia docet Arriaga *vbi supra*.

Et tandem huic sententiæ adhaeret Turrianus in 2. 2. 10. 5. disp. 17. dub. 6. qui tamen optimè, & verè obseruat, in quo omnes conueniunt esse temerarium, & scandalosum, & impium asserere Pontificem posse errare in Beatificatione Sanctorum. Temerarium quidem, quia sentiret contra communem sensum non solum Doctorum, sed etiam omnium fidelium. Item sine idoneo argumento iudicaret Pontificem posse errare in re tam graui, & ad quam semper præcedunt tot diligentia, & inquisitiones prudentes.

Deinde in hac materia esset scandalosum, ex quo potest oriri aliquod scandalum in animis fidelium, ut dicemus *suo loco ad questionem primam*. Et certè non posset non poni obstaculum pueriati fidelium, si audirent aliquem dicentem, Pontificem errasse in beatificatione alicuius Sancti.

Impium autem dicitur, quia est contra Christianam Religionem, & cultum Sanctis debitum. Et idem S. Thomas *quodlibet illo 6. art. vltimo*, dixit, pie credendum esse, Pontificem non errare in Sanctorum canonizatione. Deinde sicut Bannez, & alij dicunt, sapere hæresim asserere Pontificem errare posse in canonizatione, quia videtur velle negare potestatem canonizandi; ita qui diceret Pontificem posse errare in Beatificatione, esset suspectus de hæresi, quia videretur velle negare potestatem esse in Pontifice ad beatificandum hominem aliquem. Ita Turrianus, & ego.

An præcisè ex vi solius beatificationis, quòd anima beatificati sit in gloria, remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis.

RESOLVT. XX.

Affirmatiuam sententiam (attendas quæsdõ amice Lector) contra Turrianum sustinet nouissimè doctissimus Magister Ioan. de S. Tho. in 2. 2. D. Thom. disp. 9. art. 2. fol. 770. vbi sic ait: Torres tenet, quòd esset impium, scandalosum, & temerarium dicere, quòd Pontifex posset errare in beatificatione, aut quòd anima beatificati non esset in gloria, esse tamen magis temerarium, & magis scandalosum id affirmare canonizato, & ita solum certitudo canonizati, & beatificati differunt penès magis, & minus intra eandem speciem.

Nihilominus supposita sententia *sup.* probata, quòd beatificatio non sit iudicium de sanctitate alicuius, sed solum permisso ut possit publicè coli, & venerari. Existimo Pontificem præcisè errare non posse in tali beatificatione; ita quòd esset temerarius, & scandalosus, qui talem celebrationem negaret, aut talem cultum non esse exhibendum. Speculatiuè autem circa veritatem sanctitatis talis personæ existimo quòd ex vi solius beatificationis, id non excedit latitudinem certitudinis moralis, & probabilitatis maximæ ita quòd oppositum non esset censura dignum. Et dico ex vi beatificationis præcisè, quia ex alio capite, v. g. si accedat assensus totius Ecclesiæ, aut maioris partis Fidelium, multitudo miraculorum facta in confirmationem eius sanctitatis, & hoc longo tempore sit continuatum, ex hac parte fiet longè certius, & qui negaret sanctitatem, talis personæ cum his circumstantiis esset censura temeritatis dignus.

Ratio, quæ me præcipuè mouet, ea est, quia ut Ecclesiā publicè celebret festum de aliquo tantquam de Sancto, sufficit probabilitas, & moralis certitudo de sanctitate eius, nò verò requiritur iudicium, & sententia canonica, ut patet manifestè in celebratione festi Conceptionis Beatæ Virginis, quòd Ecclesiā celebrat: & tamen ipsamet Ecclesiā præcipit, ne possit vlla censura notari opinio asserens fuisse conceptam in peccato originali: ergo ut Ecclesiā habeat iudicium præcisè certum de celebratione alicuius Sancti, non requiritur, quòd habeat etiam iudicium speculatiuè certum de sanctitate, sed sufficit moralis certitudo, aut opinio. Item etiam videmus, quòd in materia Religionis sæpè vitur Ecclesiā solum opinione probabili, ut patet in dispensatione voti solemnitis, & in dispensatione matrimonij rati non consummati: sicut autem votum pertinet ad virtutem Religionis, ita etiam veneratio Sanctorum (ut *sup.* declarauimus) ergo permisso, seu dispensatio, ut aliquis veneretur pro Sancto, non requirit maiorem certitudinem, quam moralem de eius sanctitate.

Ad hæc D. Thomas 3. p. 9. 27. art. 2. ad 2. ex eo quòd Ecclesiā Rom. suo tempore toleraret celebrationem festi Conceptionis, dicit eam consuetudinem non esse totaliter reprobendam, nec aliquid amplius infert ex tolerantia talis celebrationis: sed beatificatio est concessio celebrationis de aliquo Sancto cum tolerantia Sedis Apostolicæ: ergo ex vi præcisè beatificationis non infertur,

Anon Diana Pars XI.

nisi quòd talis consuetudo non sit reprobanda; non verò quòd sit omnino certum, quòd persona beatificata sit in gloria, taliter, quòd oppositum sit censurabile. Et denique veneratio, quæ exhibetur beatificatis aliquando fuit permissa fieri ab Episcopis in Ecclesiā; & tunc certum est, quòd ad venerationem exhibendam alicui sufficiebat moralis certitudo; nam Episcopi non poterant definire de Fide, aut certum reddere, quòd illi essent in gloria: ergo de se talis beatificatio non petit nisi moralem certitudinem de alicuius gloria; imò, in rigore loquendo, permisso celebrandi de aliquo potest stare cum certitudine, quòd non sit adhuc in gloria, dummodò constet esse Sanctum, sicut permittit Ecclesiā, quòd celebratur de Elia in Ordine Carmelitarum, quem tamen constat nondum esse beatum. Aliud est ergo celebrationem de aliquo permittere, aliud iudicare, & habere pro infallibili, quòd sit in gloria. Hucusque Ioann. de S. Thoma.

Sed ego prorsus puto non esse discedendum à sententia Turriani, qui absque vlla distinctione loquitur, sicut loquuti sunt Doctores, qui post illum scripserunt, & idem eius sententiam docer etiam Franciscus Del Castillo Ordinis Sancti Francisci ex Regulari Obseruantia in l. 3. sentent. tom. 2. disput. 16. quæst. 8. numero 33. sic asserens: Sed inquires qua censura dignus sit; qui negaret animam Sancti beatificati esse beatam. Respondetur cum Montefino, quòd etiam id negare esset impium, & temerarium; nam intra idem genus propositionis damnabilis, potest vna esse magis temeraria, quam alia, & magis pium aurium offensiuæ; sic magis impium, & temerarium esset negare beatitudinem animæ Sancti canonizati; sed non idem desineret esse temerarium, & impium hanc negare animæ beatificati. Ita ille. Cui adde sapientissimum Patrem Rodericum Arriaga in *curfu Theol. tom. 5. disp. 9. sect. 6. numero 35.* Franciscum Syluium in *conrou. lib. 4. q. 2. art. 15.* & Patrem Amicum in *curfu Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 4. num. 99.* vbi sic ait: Cum Beatificatio sit potissimum medium ad canonizationem; est enim via ad illam, ut Pontifices in Bullis beatificationis declarant; temerarium esset, & errori proximum negare beatificatum esse in Cælis; nam licet illum Pontifex non definiat, cum tamen colendum proponit alicui Prouinciæ, vel Religioni, quòdque ad eius canonizationem veniatur. Ita ille. Cui etiam adde nostrum doctum Patrem Vericelli in *99. moral. tract. 8. quæst. 25. num. 3.* ad hærentem Turriano, & probantem sanctitatem Beatificati non remanere intra latitudinem certitudinis moralis, & hoc negare esset temerarium, scandalosum, &c.

Itaque dicendum est cum Arriaga, quòd Pontifex videtur implicitè definire, vel saltem supponere beatum esse in Cælo. Et idem omnes Catholici, eo ipso quod aliquis sit beatificatus, nullatenus de illius sanctitate dubitant; licet hæc sanctitas talis personæ beatificatæ non sit certa de Fide, sicut etiam non pertinet secundum aliquos directè ad Fidem, quòd sit beata anima Sancti canonizati, tamen hoc negare esset magis impium, & temerarium, quam si negaretur de anima beatificati. Vnde Trullench in *Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 9. dub. 5. n. 5.* sic asseruit: Est impium, temerarium, & scandalosum negare Sanctum beatificatum esse in gloria, & similiter negare Sanctum canonizatum esse in gloria; sed hoc magis temerarium, magis scandalosum, &c.

Yy 2. &c.

& magis impium, propter maiorem diligentiam inquisitiones, & probationes, quæ sunt ante canonizationem, quam sit diligentia, inquisitio, & probatio, quæ sunt ante beatificationem. Vnde fit quando aliquis semel beatificatur à Summo Pontifice, nullus in toto orbe terrarum potest sine temeritate dubitare de gloria illius Sancti. Ita ille, *Qui n. 3.* rectè obseruat quod per canonizationem, & beatificationem cognoscitur hominem defunctum esse in gloria, per canonizationem quidem in forma declaratiua, & pronuntiatiua, per beatificationem in forma indultiua, & concessiua.

Ex quibus omnibus apparet contra Ioan. de S. Thoma ex vi beatificationis sanctitatem beatificati non remanere, ut ipse putat intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis; vnde contra ipsum contrarium asserere dicendum est esse censuram dignum.

Rectè modò respondere ad argumentum de festiuitate Conceptionis B. Virginis, quod adducit à S. Tho. Dico igitur in isto casu Pontifices aperte, & claris verbis in suis Bullis relinquere certitudinem illius festiuitatis intra limites probabilitatis. Sed in nostro casu, ut probant Doctores à nobis citati, contrarium apparet; nam per decreta beatificationis, saltem implicite, & inchoatiue determinatur sanctitas personæ beatificatæ. Ergo contra Io. à S. Thoma dicendum est sanctitatem, & gloriam beatificati non remanere intra latitudinem probabilitatis, ac certitudinis moralis; vnde sequitur neminem etiam ex vi tantum beatificationis posse dubitare de gloria, & sanctitate eius, quem Pontifex beatificauit.

Dubium incidens; An posito quòd Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, venerari Sanctum Beatificatum, possint licite omnes alij vti tali concessione?

RESOLVT. XXI.

Affirmatiuam sententiam nominatim contra me docet doctus Pater Thomas Tamburinus *opuscul. de sacrific. Missæ lib. 2. cap. 6. §. 8. numero 15.* quia, ait ille, cum vna Missa eiusdem sit valoris, & dignitatis ac aliæ quælibet; statim atque Pontifex declarat talem Beatum dignum esse vna Missa, quæ dicatur ab vna determinata persona, declarat illum esse dignum omnibus cæteris Missis à quocumque, & quomodocumque celebrandis: Si igitur remanet sic dignus declaratus, non est vnde quilibet Sacerdos impediatur illum per suas Missas venerari, nec venerabitur sine Sedis Apostolicæ autoritate; hæc enim id intercedit per illam declarationem, qua dignus Missa declaratus est Beatus. Hinc infert posse quemlibet eius imaginem adorare, adorandam in Altari constituere, publicis processionibus circumferre (adde & eius collectam) seu commemorationem facere in Missa, infra annum. Ratio est, quia hi cultus longè inferiores sunt Missa; quare si hunc Pontifex concedit, concedit & illos. Ita Tamburinus, qui citat Fagundez à me alibi adductum, quibus nunc addo Quintanaduenciam *tom. 1. tract. 6. singul. 5. n. 2. cum seq.*

Verum ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & præter Granadum, Turria-

num, Gauantum à me alibi adductos, nostram sententiam sustinet Pater Amicus *in curs. Theol. tom. 5. disp. 7. sect. 4. num. 100.* vbi sic ait: Canonizatis in eorum cultum, & honorem erigi possunt templa, ab omnibus sacrum offerri, & officium recitari: Beatificatis verò nec templa erigi possunt, nec ab omnibus factum offerri, & officium recitari, nisi duntaxat ab iis, quibus in Bulla expressè conceditur. Solùm enim beatificatis erigi possunt altaria, & quidem ab iis tantùm quibus conceditur posse sacrum offerri, non autem ab alijs, quibus non permittitur sacrum offerri. Præterea sacrum, & Officium de canonizato potest cum octaua celebrari, non autem de Beatificato, nisi de expressa licentia Pontificis. Idem dicendum de sacro votiuo, cum non possint alij honores, & cultus beatificatis exhiberi, quam qui in Bulla beatificationis exprimentur. Nam hoc ipso, quòd tales honores, & cultus restringuntur ad certam Religionem, certumque locum, censetur etiam restringi ad certum genus honoris, & cultus, nempe ad illud, quod in Bulla exprimitur. Licet autem Beatificatis Altaria erigi ab iis, quibus conceditur, in ipsorum honorem sacrum offerri, quia hic honor est intrinsecè connexus cum ipso cultu sacrificij. Eadem est ratio de Imagine cum radijs pingenda, vel sculpenda etiam publicè. Ita Amicus. Et etiam contra Tamburinum *de commemoratione in Missa idem sentit Pellizarius in man. Regul. tom. 2. tractat. 8. capit. 2. numero 126.* & contra Palaum nominatim insurgit doctus Pater Antonius de Escobar *in Theolog. moral. edit. vltim. tract. 1. exam. 1. 2. cap. 4. num. 42.* Vide etiam & me citato, Trullenchi *in Decal. tom. 2. lib. 1. cap. 9. dub. 5. n. 9. & 11.*

Sed audiamus Mag. Ioan. de S. Th. *in 2. 2. D. Tho. disp. 9. art. 2. fol. 772.* sic asserentem: An Beatificato possint omnes deferre cultum Religionis saltem in eo, in quo non prohibetur per litteras Beatificationis, licet expressè non concedatur? Supponimus in concessione beatificationis aliquando cum restrictione concedi licentiam huiusmodi, vel cum restrictione loci, ut scilicet in tali Ecclesia, vel tali Religione, aut prouincia celebratur: vel cum restrictione temporis, ut scilicet tali die, aut diebus celebrari possit, vel cum restrictione personarum, ut scilicet à talibus personis possit celebrari: vel cum restrictione cultus, ut scilicet talis cultus possit exhiberi, & non amplius. Et loquimur de cultu publico, qualis est, qui Beatificatis defertur. Supponimus etiam nullam esse difficultatem, si restrictio fiat cum expressa prohibitione, ut si concedatur licentia celebrandi de aliqua tali die, aut à talibus personis, cum prohibitione ne alio die, aut ab alijs personis id fiat: Sed solùm procedit difficultas, quando conceditur facultas cum aliqua restrictione, v. g. celebrandi tali die, vel à talibus personis, & nihil prohibetur circa alias personas, vel alios dies.

Dico ergo, quòd in tali casu solùm licet eo modo, & illo cultu publicè venerari talem Sanctum, sicut à Pontifice conceditur: reliqua verò etsi ibi expressè non prohibeantur, non possunt licite eis exhiberi. Et fundamentum sumitur ex prohibitione iuris communis facta Alexandro III. *in cap. Audiuimus sæpè citat.* quòd non liceat sine autoritate Rom. Pontificis aliquem venerari pro Sancto: ergo in eo ad quod talis autoritas non se extendit, sed restringitur, non licet venerationem exhibere,

exhibere, quia quidquid amplius fit, sine auctoritate Romani Pontificis fit.

Nec obstat, quòd facta beatificatione supponitur talem hominem esse in gloria, & sic potest ei deferri cultus.

Non, inquam, obstat, quia cultus publicus non solùm requirit, quòd homo sit in gloria, sed etiam iudicium, aut licentiam Ecclesiæ, quæ quoad hoc est restricta.

Vnde sequitur, quòd si restrictio sit circa diem, ut si concedatur à Pontifice, quòd certo die possit celebrari de aliquo Sancto, non potest facta celebratione alio die, etiam per modum deuotionis, & Missæ votiuæ de eo celebrari. Et præter fundamentum positum extat responsio Sacræ Congregationis Cardinalium, qui consulti, an liceret Missam votiuam de Sancto non canonizato celebrare? Respondit, non licere: Missa autem votiuæ celebratur extra proprium diem.

Sequitur præterea, quòd si conceditur beatificatio pro Religiosis certæ Religionis, aut pro hominibus certæ Prouinciæ, ut quod Sacerdotes talis Religionis possint de illo Sancto celebrare, nullis alijs Sacerdotibus id licet. Vnde nec etiam ad cantandum tolemnitè Missam potest alius Sacerdos subrogari, quia in tali licentia standum est præcisè verbis concessionis, sine qua non licet deferre illi cultum publicum alicui personæ ex prohibitione iuris communis, quæ solùm intelligitur quantum sonat licentiæ, & concessio, & non amplius. Si autem concedatur restrictio ex parte loci, sed non ex parte personarum, ut quod tali die in Ecclesia tali liceat celebrare Missam de tali Sancto, videtur quod omnes Sacerdotes possint ibi celebrare, cum sit licentia sine restrictione personarum, & vbi ius non restringit, nos restringere non debemus, præsertim in fauorabilius. Huc vsque Ioan. de S. Thoma.

Sed in posterum sententiam Castri Palai, Tamburini, & aliorum non posse amplius sustineri patet ex decreto SS. D. N. Innoc. X. nunc feliciter regnantis; nam cum in Sacra Congregat. Rituum delata essent supradictæ sententiæ exponentes Breuia Pontificia pro cultu Beatificatorum concessa violenter, & contra ipsorum verba, & mentem Sacræ Congregationis SS. D. N. ut dixi, condidit decretum tenoris sequentis:

Sacrorum Rituum Congregatio die 5. Octobr. 1652. censuit, & declarauit si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, non potuisse, nec posse tam saculares, quam Regulares, cuiuscunque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Iesu, excedere limites verbales Indultorum Sedis Apostolicæ, super Beatificationibus præsertim in celebratione Missarum, & Officij cum octauis, nisi hoc expressè Sedes Apostolica eis indulserit; Et facta relatione per me Cardinalem Cornelium Episcopum Albanensem, die 16. Decembris 1652. Sanctitas sua approbanis, & sic, ut præmittitur seruari mandauit.

F. Episcopus Albanens. Card. Cornelius.

Loco † sigilli

Bernardinus Roccus Sacr. Rit. Congr. Secr. Romæ ex Typograph. R. Cam. Apost. 1652.

Itaque ex verbis supradicti Decreti corruunt ea omnia, quæ Tamburinus, Palaus, & alij recentiores circa dubia superius posita scripserunt.

Sed oritur difficultas, an liceat transferre diem Anton. Diana Pars XI.

Sancti Beatificati, qui designatur pro celebratione, vel si ex ignorantia, aut negligentia omittatur celebratio illa die, possit alio die celebrari. Et aliqui censent id non licere, quia cum ista facultas supposita prohibitione iuris communis sit quasi dispensatio, & priuilegium: Priuilegium autem sit stricti iuris, non operatur ultra formam suæ concessionis: quare si designat diem, in quo possit celebrari, transacto illo die cesset permissio, & licentia celebrandi.

Verum oppositum probabile videtur Ioanni de S. Tho. *vbi supr.* quia concessio celebrandi illo die, si aliud non explicatur intelligenda est iuxta communes rubricas: quòd celebretur tali die, si non sit impedimentum, aliàs transferri possit; præsertim quia intentio concessionis primò, & per se hoc videtur respicere, quòd solùm vno die celebretur; si quidem Congregatio, quando censet non licere Missam votiuam celebrare de Sancto non canonizato, supponit proprium diem semper saluum manere, ita quòd celebrato die proprio, seu festiuitate propria per modum voti, aut deuotionis non liceat celebrare. Circa ipsum autem diem proprium, quòd possit, vel non possit transferre, nihil decreuit: Vnde cum fauores sint ampliandi, celebratio diei proprii non est intelligenda ita restrictè, quòd debeat esse propria secundum computum mensis, quasi mathematicè, sed propria secundum modum celebrationis Ecclesiæ, quòd impedito die censetur adhuc proprius dies esse illa, in quam primò transferri potest. Tutius tamen esset in hac parte consulere Congregationem, quia res est magni momenti, & exposita periculo, ne celebretur tali die in quo non licet sine autoritate Papæ. Ita Ioan. à S. Thoma, qui si modò scripsisset post dictum decretum Innocentij X. credo, quòd non tutius, sed necessariò dixisset recurrendum esse ad Sum. Pontificem. Obseruat etiam idem Ioan. de S. Th. *loc. cit.* quòd ex vsu, & praxi communi videmus aliqua specialia signa cultus publici exhiberi Beatificatis, quorum non sit expressa mentio in decreto beatificationis; nam solent deferri eorum imagines, aut reliquiæ in solemnibus processione, & in Templo, aut altari collocari, & cum lumine pingi, &c. Quare ista damnanda non sunt, etsi in decreto non exprimentur, quia videntur quasi connexa cum celebratione Missæ, recitatione Officij: si enim in eorum honorem sacrificium, & officium Deo offertur, per se est connexus, quod in templo, & in Altari, vbi tale sacrificium, & Officium, dicitur, speciali signo honoris eius imago collocetur, in cuius honorem talis publicus cultus exhibetur. Hæc ille. Quæ quidem vt verum fatear, etiam difficultatem haberent stantibus verbis supradicti decreti. Non deseram tamen hæc adnotare aliquos pressos supradicti decreto, quod quidem satis vrget, asserere vel non fuisse legitime promulgatum, vel non fuisse vsu receptum, vel non tollere praxim, & consuetudines communiter in aliqua prouincia receptas; sed ego has responsiones suis authoribus libentur relinquo; ipsi videant, & de illis rationem reddant, si forte vocentur à Sacra Congregatione: Mihi verò bonum erit Romanis oraculis reuerenter, vt facio, adherere.

An si quis esset delatus in Sancto Officio quod dixisset, Papam posse errare in canonizatione, & Beatificatione Sanctorum, sit ei imponenda abiuratio de formali?

RESOLVT. XXII.

Videtur affirmatiue respondendum, quia abiuratio de formali iniungitur, vt patet afferenti propositionem contra Fidem, sed est de Fide, vt probatum est, Papam non posse errare in canonizatione Sanctorum; ergo contrarium asserens de formali abiurare debet. Respondeo hanc doctrinam procedere, quando omnino certum est propositionem illam esse de fide. Sed in proposito nostro casu, non est ita certa, vt de illa non sit controuersia inter Doctores, & aliqui contrarium sentiant.

Ergo supradictus reus, licet possit ab Inquisitore puniri, non est tamen ei imponenda abiuratio de formali, sed tantum de vehementi, quia stante diuersitate opinionum, non est absolute hereticus, sed suspectus de heresi.

Et ita docet Castrus Palaus *10. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 5. §. 4. n. 3.* vbi sic ait: Concedo affirmantem posse errare Pontificem in canonizatione Sanctorum, non esse tanquam hereticum absolute damnandum; quia non affirmat aliquid, quod contrarium sit his, quae Ecclesia recipit, tanquam de Fide certa absque vlla controuersia Doctorum. Videmus namque Canum, Bannes, & alios in principio reclaros sentire de Fide non esse, Pontificem errare non posse. Ergo Ecclesia non defendit tanquam de Fide certum sine vlla controuersia quocirca ea maiori probabilitate & certitudine, qua existimamus de Fide esse, Pontificem in canonizatione Sanctorum errare non posse, ea affirmandum est hereticum esse, qui negaret.

Et idem Iacobus Granado in *2. 2. D. Thoma contr. 1. tract. 7. disp. 23. sect. 3. num. 24.* dicit, qui negat, Pontificem non posse errare in canonizatione Sanctorum, dignus esset quidem, quod tanquam de Fide aliquantulum suspectus, puniretur.

Notent Domini Inquisitores, & eorum Consultores, quod non dixit esse puniendum tanquam hereticum, sed tanquam de heresi suspectum. Ergo non erit ei imponenda abiuratio de formali, sed de vehementi.

Recte itaque dixit Franciscus del Castillo in *4. sent. 10. 4. disp. 16. q. 8. p. 4. n. 24.* afferentem, Papam posse errare in canonizatione Sanctorum, quod non solum grauius peccat contra Religionem, sed quodammodo contra virtutem Fidei, & idem puniendus venit à Fidei censoribus, qui non solum puniunt hereticos, sed etiam assertores propositionum damnabilium, qualis est temeraria, scandalosa, sapiens haeresim, &c. Ita ille.

Et haec omnia applicanda sunt in omni alio casu simili quoad praesentem materiam.

Sed aduerte cum Castro Palaus *vbi sup. §. 2. n. 11.* esse magnum discrimen inter hanc propositionem: Non est de Fide Urbanum VIII. esse verum Pontificem, & illam: Urbanum VIII. non est verus Pontifex; nam affirmare hanc secundam propositionem, scilicet Urbanum VIII. non est verus Pontifex, est propositio in primis temeraria, vt potè sine vilo prorsus fundamento asserta, & communi Fidelium

consensui repugnans. Est etiam scandalosa: quippe quae ansam praebet schismaticis ad praeseruandum in separatione ab hoc capite Ecclesiae Romanae; & haeretici etiam ad deridendum Fideles, quod venerentur tanquam verum caput, quod reuera est fidei caput; imò & Catholicis, non assentiantur definitis ab hoc Pontifice siquidem non est verus Pontifex: ac tandem affirmans supradictam propositionem erit suspectus de heresi, & tanquam haeticus puniri deberet: vt bene notauit Bannes in *2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2. §. Nihilominus.* Quia negans hunc esse Pontificem post vniuersalem Ecclesiae acceptionem, videtur plane negare in Ecclesia esse potestatem eligendi verum Pontificem, legitimamque successorem Petri: Quare dicendum esse reor ad eum certum esse Urbanum VIII. v. gr. esse verum Papam, vt etiam si id non esset de Fide, multò certius esset, quam est in hac Hostia consecrata esse Corpus Christi, quia moraliter loquendo facilius potuit interuenire defectus in consecratione Hostiae propter Sacerdotis obliuionem, malitiam, seu defectum intentionis, vel potestatis, quam in eo, quod Ecclesia vniuersalis acceperit hunc pro vero Pontifice, cum tamen non sit. Illa tamen propositio, quod scilicet de Fide sit hunc Pontificem esse verum Pontificem, mihi certissima est; non tamen audeo contrariam aliquam graui nota inurere, siquidem tot, tam grauesque Doctores illam defenserunt. Huc vsque Palaus.

Nota etiam hic obiter, quod esset puniendus in nostro sacro Tribunali, si qui diceret Beatus Franciscus Borgia, vel Beatus Caietanus non sunt in Caelo; nam sic dicendo positinè, dissentirent à sensu Pontificis; sed si diceret. Ego non teneor credere, Beatum Borgiam, & Beatum Caietanum esse in gloria, quia ad hoc credendum non adstringitur per Bullam Beatificationis.

Non autem hoc esset admittendum, si diceret: Ego non teneor credere, Sanctum Ignatium esse in gloria; nam ad id credendum adstringitur per Bullam canonizationis, tanquam vltimum iudicium suae Sanctitatis.

Et haec omnia docet Adamus Tannerus *tom. 3. disp. 1. quest. 4. dub. 7. num. 292.* vbi sic ait: Canonizatio differt à beatificatione, non solum quod haec aliquando permittit cultum talis Sancti solum alicui parti Ecclesiae, puta certae Religioni, aut Episcopatu, sed etiam quia haec vniuersim solum permittit, vt talis habeatur Sanctus, non autem plane obligat, vt is pro Sancto habeatur, & colatur. Ita ille. Quod est valde notandum, & docet etiam Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 1. punct. 5. §. 5. numer. 8. in fine,* & Egidius Tuillench in *Decalogo tom. 1. lib. 1. capit. 9. dub. 6. numero 10.*

An Papa possit errare in approbatione Religionum?

RESOLVT. XXIII.

Melchior Canus *lib. 4. de locis cap. 5.* ait, quod Ordines Religiosos probare, vel refellere non pertinet ad ea, in quibus Summus Pontifex errare nequit: idque confirmat.

Primo ex Concilio Lateranensi, vbi Innocentius III. *cap. De nimia, titul. de Religiosis domibus,* aduer-

aduertit nimiam Religionum multitudinem valde Ecclesiae Christi incommodare.

Secundo, quia Gregorius X. in *Conc. Lugdunensi* (quod refertur in *l. 3. tit. 17.*) ait, quod importuna petentium inhiatio Religionum multiplicationem extorsit, & quosdam Ordines etiam per Sedem Apostolicam probatos aboler.

Tertio, quia Celestinus V. approbauit Ordinem, Fratricellorum, quem Ioannes XXII. reprobatur in *suis extranag. tit. 7.* Sed & quosdam alios Religionum Ordines à Pontificibus extinctos fuisse, non est dubium.

Petrus verò de Aragon. *§. vlt. de potestate Papa* limitat hanc sententiam, dum ait, Papam non posse errare in approbatione Regulæ, aut legum alicuius Religionis, quantum ad substantiam, bene tamen quantum ad circumstantias, iudicando scilicet, quod hic, & tunc sit conueniens aliquam Regulam approbare, cum tamen hic, & tunc id non fuerit conueniens, limitat deinde Bannez, quod licet non possit errare quantum ad approbationem Regulæ, bene tamen quantum ad multitudinem Religionum, approbando scilicet plures, quam conueniens sit, & probat *dub. 8. conclus. 5.* ex Innocentio III. in *Concilio Lateranensi* refertur *cap. vlt. de Religiosis domibus,* & ex Gregorio X. *cap. vlt. eodem tit. in 6.* qui damnant multitudinem Religionum in Ecclesia, quoniam multitudo parit confusionem.

Sed his non obstantibus, firmandum est, Pontificem non posse errare in approbatione Religionum; vidè meritò contra Canum insurgit ex Dominicanorum familia Io. de S. Thoma in *2. 2. D. Thoma disput. 9. art. 3. fol. 777. col. 1.* Probatur conclusio, quia in decretis morum Romanus Pontifex non potest errare, vt patet ex *dictis*; sed in approbatione alicuius Regulæ specialis non approbat aliquam legem improbam, aut aliquid statutum iniquum, contrarium legi naturali, aut Diuinae, sed potius conformè obseruationi Conciliorum Evangelicorum, Ergo, &c.

Dicendum est itaque, quod approbatio Religionum est magna pars materiae moralis; oportet enim, vt Ecclesia habeat securitatem, & certitudinem non tantum in praecipis, sed etiam in consiliis, & in via perfectionis. Item quia approbare Religionem, est quasi canonizare tale institutum, vt sanctum: ergo ad prouidentiam Spiritus Sancti spectat, in hoc non permittat errare Ecclesiam, quam specialiter regit. Erraret autem Ecclesia, si Pontifex posset errare: Ergo credendum non est, id accidere posse.

Verum difficultas est: An secundum leges prudentiae errare possit Pontifex approbando aliquam Religionem, cuius institutum, licet malum non sit, neque contrarium perfectioni Evangelicæ; est tamen minus conueniens Ecclesiae, vel quia nimis durum, vel laxum sit, vel quia ex illo sequitur confusio aliqua in Ecclesia, & feruoris spiritualis in aliis Religionibus diminutio.

Et affirmatiuam sententiam tenet Bannez in *2. 1. quest. 1. art. 10. dub. 8. conclus. 5.* Mouetur primò, quia Innocentius III. in *cap. vlt. de Religiosis*; & Gregorius X. *cap. 1. in eodem tit. in 6.* prohibent firmiter nouarum Religionum institutionem, ne nimia Religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat. Sentit ergo Pontifex tunc temporis non esse conueniens nouam Religionem instituire. Ergo si de facto illam approbaret, rem inconuenientem Ecclesiae videretur facere. Secundo sepe approbatas Religionum Pontifex reformauit,

vel dissoluit. Ergo sentit Ecclesiae Dei non conuenire, vt existerent; nam idem dissoluit, quia non iudicantur conuenientes. Ergo ante dissolutionem inconuenientes erant: Sed non obstantè hac inconuenientia approbantur, & Pontifex obligabat vniuersam Ecclesiam ad rem, quae illi aliquo modo inconueniens est; quia ex alio capite habet conuenientiam. Tertio negari non potest posse Pontificem leges rerum agendarum, & quae necessariae non sunt ad salutem; ita multiplicare, vt earum multiplicatione rectae Ecclesiae gubernationi inconueniens sit. Ergo similiter poterit Religiones ita multiplicare, vt earum multiplicatio confusionem inducat, & regimini Ecclesiae prauidicet.

Et ita hanc sententiam praeter Bannez tenet etiam Palaus *2. 2. tr. 4. disp. 5. punct. 5. §. 6. n. 4.* Suarez *de fide disp. 5. sect. 8. n. 9.* Arriaga in *curf. Theol. 10. 5. d. 9. sect. 6. n. 36.* Tannerus *10. 3. disp. 5. q. 4. dub. 7. nu. 285.* Syluius in *controu. 4. q. 2. art. 16.*

Sed aliqui absolute tenent cum Francisco del Castillo in *4. sent. 10. 2. disp. 16. q. 9. n. 9.* Valentia *10. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 41.* & alii, quod neque errare potest Papa approbando Religionem, quantum ad circumstantias, taliter, vt approbet, quod hic, & nunc est inconueniens, neque oppositum dicere, vacat temeritate. Hanc conclusionem tenuit Doctor Montefinus in *manuscriptis*; & probatur primò ratione generali, quia semper praesumendum est pro capite, quando non apparet manifestus error: cum ergo constet ex secunda conclusione, Papam non posse errare in approbatione alicuius Religionis, statuendo aliquid contrarium iuri naturali, aut diuino, consequens est, quod neque possit dici ipsum errare quantum ad hoc, quod est approbare, quod hic, & nunc est disconueniens.

Secundò specialiter probatur de Romano Pontifice, quia habet assistentiam Spiritus Sancti in his, quae pertinent ad regimen vniuersalis Ecclesiae, sed approbatio Religionum etiam quantum ad circumstantias, & quantum ad modum pertinet ad regimen vniuersalis Ecclesiae. Ergo, &c.

Vndè ex his sequitur neque dici debere Romanum Pontificem errare in approbatione Religionum, quantum ad multitudinem. Sic teneo contra Bannez, vbi Montefinus *vbi supra* dicit, quod audacter nimis id affirmatur, & probat argumento, quo vitur Bannez pro sua sententia, quia si Romani Pontifices *supra* relati decreuerunt, deinceps nullam fundari Religionem sine auctoritate Sedis Apostolicae, quoniam erant tunc temporis multi Religiosi, taliter quod multitudo pareret confusionem. Ergo dicendum est, quod Papa approbante non possit esse hoc inconueniens in Ecclesia, vt sint tam multae Religionem approbatae, quod multitudo pariat confusionem. Vndè non est timendum, quod Papa in approbandis Religionibus imprudenter se gerat, sicut neque in condendis legibus, quae ad vniuersalem pertinent Ecclesiam.

Nora tamen, quod licet opinio Bannez, Syluii, & aliorum sit satis probabilis, verum tamen ipsimet existimant non posse dici de facto, vel errasse Pontificem imprudenter aliquam Religionem approbando, vel aliquam earum, quae per ipsum approbatae sunt, esse inutilem absque magna temeritate, cum temerarium sit de eo, quod Pontifex palam probat, diuersum ferre iudicium, cumque Pastoris praesertim Summi sententia suspicienda sit, non sine iustè interpretanda.

Respondetur ad argumenta contraria adducta à Melchiorre Cano.

RESOLVT. XXIV.

Fateor, Melchiorrem Canum ex inlytro Ordine Dominicano fuisse virum sapientissimum, & acutissimi ingenij, sed circa presentem difficultatem meritò ab omnibus Theologis reicitur; vnde aduersus illum Arriaga in *curso theol. 10.5. disp. 9. sect. 6. n. 36.* sic ait: Vehementer miror, Canum admisisse in approbando Ordinem Religiosum, errorem cadere posse in Pontificem, per quod sanè, & suæ propriæ Religionis vehementer nocuit; si enim indè potuit ipse aliusve dubitare, an Pontifex errasset in Sancti Francisci Ordinis, v.g. approbatione; potuere eodem modo, & alij dubitare, an non in confirmatione Ordinis Sancti Dominici erratum fuisset. Non ergo debemus villo modo talem veritatem in dubium vertere. Ita ille.

Vnde ad argumenta Cani *superius* adducta respondent Castillo, Syluius, & alij *vbi supr.* Dico igitur cum ipsis ad primum ex auctoritate Innoc. III. non haberi, quod ipse aduerterit nimiam Religionum ab Ecclesia, seu ab eius capite approbatarum multitudinem Ecclesiæ incommodare; quia prohibet quidem, ne quis de cetero nouam Religionem inueniat, idque nimia Religionum diuersitas grauem in Ecclesiam Dei confusionem inducat; sed ista prohibitio sic intelligi debet, vt nullus inueniat nouam Religionem, quam sine approbatione Pontificis inducat, & executioni manderet: Alioquin contra istam prohibitionem fecissent Sancti. Franciscus de Paula, Ignatius de Loiola, & alij, qui post Innocentij III. tempora nouas Religiones à Sede Apostolica probatas, & confirmatas induxerunt, id, quod nemo orthodoxus dicere audebit.

Ad secundum respondetur, Gregorium manifestè loqui de multiplicatione Religionum à Sede Apostolica non probatarum, quando dicit, quod importuna petentium inhiatio Religionum multiplicationem extorsit.

Quod autem attinet ad id, quod sumitur quosdam Ordine etiam per Sedem Apostolicam probatos, fuisse postea abolitos, seu extinctos: Respondetur id traditæ doctrinæ nihil penitus obstare. Successu enim temporis, vel ob malitiam inhabitantium, vel propter circumstantiam temporum, vel propter aliquid huiusmodi, contingit, quod Religiones, quæ ab initio erant Ecclesiæ vtilis; fiant inutiles, ideoque mereantur extingui. Et propterea quædam in simili casu successor Pontifex extinguit Ordinem à Prædecessore probatum, non arguit illum prædecessorem errasse; sed tantum variatas esse circumstantias, ob quod id, quod antea prudenter fuit approbatum, postea etiam prudenter aboleatur.

Et ex his responsio ad tertium haberi potest. Quibus tamen addendum videtur non liquere, quod Cælestinus V. approbauerit Ordinem, & statum Fratrum Regularium. Præterebant quidem ipsi se ab eo priuilegium, & approbationem habere; sed præterebant solum, non autem probabant. Bonifacius autem VIII. ei succedens ex certis, & rationabilibus causis omnia à Cælestino concessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauit: istud autem priuilegium non inuenitur per Bonifacium approbatum, vt dicitur *Extragan. Jo. 22. tit. 7.* Et hinc est, quod

Ioannes statum illum non admiserit, præsertim cum deprehenderit ipsos habere errores, quos Cælestino Pontificum regente occultauerant: Error autem personarum non facit statum, in quo versantur esse malum, & si meritò possit esse causa statum alioquin ex se bonum extinguendi.

Itaque ad ea, quæ dicit Canus respondendum est nos non negare Religionem approbatam ab vno Romano Pontifice posse extingui auctoritate alterius; immò & eiusdem pro diuersis temporibus; nam quod hic, & nunc prudenter iudicatur conueniens pro alio tempore, potest etiam prudenter iudicari disconueniens, ex quo capite oritur mutatio legum, quæ sunt de iure positio, quod iudicium diuersum potest oriri ex iniuria, aut malitia Religiosorum Religionis aliis approbatæ, aut ex eo, quod aliquid agant, vel tollant Religiosi de sua Regula, ratione cuius reddantur leges minus vtilis, aut fortè contrariæ ad obseruationem status perfectionis, vel denique ex nimietate peccatorum ipsorum Religiosorum.

Vnde ex his non pugnat, quo minus aliquæ Religionem, alioqui, & ex se, & pro eo etiam tempore, quo approbatæ fuerant, Ecclesiæ vtilis, successu temporis, vel ob malitiam inhabitantium in ea, vel propter circumstantias temporum, & statum Ecclesiæ mutatum, inutiles fieri, ac proindè etiam abrogari possint, quod enim legibus, id etiam Religionibus quoad hoc accidere potest, vt omnes fatentur, Idque solum probant exempla, quæ Canus *loco citato* affert, quamuis fortè non omnia sufficienti auctoritate, ac fide nitantur.

Qua certitudine credendum est, Papam non posse errare in approbatione Religionum?

RESOLVT. XXV.

Respondeo hanc conclusionem esse de Fide; Ita docet Amicus in *curso theol. tom. 4. disp. 7. sect. 3. num. 79.* Franciscus del Castillo in *3. sent. tom. 2. disp. 16. quest. 9. n. 8. in fine.* Caltras Palauo *10. 1. 1. 4. disput. 1. punct. 5. §. 6. num. 6.* vbi sic ait: Cum Pontifex Religionem aliquam approbat, approbat vitæ aliquod institutum sub voto paupertatis, castitatis, & obedientiæ, tanquam aptissimum, & Euangelio nimis conforme ad salutem consequendam: hoc autem institutum, & continet finem aliquem ad diuinam gloriam, & salutem æternam pertinentem, & insuper media aliqua, quibus hic finis obtineri potest: Dicendum ergo existimo de Fide esse, non posse Pontificem in approbatione huius finis, & mediolorum, quæ sibi proponuntur, errare; ita ut approbet tanquam consentaneum Euangelicæ perfectioni, quod verè consentaneum non sit. Ita ille.

Vnde ex omnibus *superius* dictis sequitur, Pontificem non potuisse errare in approbando institutum nostræ Religionis Clericorum Regularium Theatinorum viuendi absque redditibus, nec petendi directè, vel indirectè elemosynas, sed ex spontè oblati viuere, & qui contrarium diceret, seuera censura dignus esset ex rationibus *superius* adductis.

Ex quibus infert etiam Pater Amicus, *vbi supr. n. 83.* ad fidem pertinere, quod Gregorius XIII. in *Bulla: Quanto fructuosius*, edita anno 1582. *Calendaris Februarij* declarauit esse verè, & propriè Religiosos,

giosos, eos, qui in ipsa Societate admissi biennio probationis peracto, tria vota simplicia emittunt, non minus, quam si in Professorum numerum adscripti essent.

Quam doctrinam sequuntur multi docti Theologi. Et ratio est, quoniam hoc spectat ad substantiam nostræ Religionis; spectat enim ad peculiarem quandam gradum nostræ Religionis constantem ex scholasticis approbatis, qui in nostra Religione substantialis est. Quare sicut non potuit Pontifex in reliquis gradibus eiusdem Religionis approbandis errare; ita neque in hoc, cum ex omnibus gradibus constet substantialis perfectio nostræ Religionis. Ita Amicus; quod etiam docuit ex eadem Religione Pater Turrianus in *2. 2. D. Thoma disp. 16. dub. 2.* Sed circa presentem questionem ne deseras videre Ioannem de Sancto Thoma in *2. 2. disp. 9. art. 2. fol. 776.* vbi firmat Pontificem errare non posse in approbatione alicuius Religionis, & qui oppositum diceret ad minus tanquam temerarius, & scandalosus, & errori proximus haberetur, & responderet postea ad argumenta Caietani, & Soti.

An Pontifex possit errare approbando, vel reprobando aliquem contractum, & agitur de Monte Pietatis?

RESOLVT. XXVI.

Idem potest quæri de aliquo actu: An sit peccatum simoniæ, vel non: & quidem Caietanus *10. mo 2. opusculorum tract. 6. Sotus 6. de inst. quest. 1. artic. 6.* agentes de Monte pietatis, putarunt definitionem Leonis decimi in *Concilio Lateranensi §. 10.* qua definit, eum montem non esse vsurarium, ad fidem non pertinere, quia existimant naturas contractuum potius esse explicandas à Philosophis moralibus, & licèt de quadam definitione in specie loquantur, sed videntur supponere vniuersalem doctrinam: si enim in explicanda natura vnus contractus vsurarij errare potest, poterit in aliis, omnesque similes definitiones poterunt in dubium reuocari.

Sed omninò contrariam sententiam tenent communiter Theologi; & ideo Malderus in *2. 2. Diu. Thoma quest. 1. artic. 10. disputat. 6. propof. 5.* sic asserit: Non potest Pontifex errare, quando toti Ecclesiæ ex Cathedra declarat aliquem contractum esse licitum, aut illicitum, & vsurarium. Hoc enim sanctitas Ecclesiæ postulat, vt non profiteatur bonum, malum, aut malum, bonum: profiteatur autem, si caput eius ita præscriberet. Ita ille.

Et quidem id spectat ad auctoritatem Pontificis, quia cum sit Summus Pastor, habere debuit infallibilem potestatem salubriter pascendi oves Christi, valde autem diminuta foret eius potestas, si non se extenderet ad huiusmodi leges declarandas. Nec refert, quod earum declaratio proximè pendeat ex natura talium legum, & ex philosophia morali, non definit, quatenus veritates philosophicæ sunt, sed quatenus sunt præcepta morum, ad salutem necessaria, ad quæ definienda habere debet infallibilem assistentiam Spiritus Sancti, ne definiat, & declaret, quod contrarium est saluti hominum. Confirmatur; nam etiam Clemens V. in *Concilio Viennensi* declarauit, animam

rationalem esse veram corporis formam, quæ veritas proximè ex philosophia pendet, qui tamen dirigitur ad doctrinam Fidei, potuit, & de facto fuit à Pontifice authenticè definita, ad eò vt hæreticus sit censendus, qui contrarium docet, atque ex his solum manet fundamentum Soti.

Vide etiam Turrianum *10. mo 1. disput. 16. dub. 2.* Bellarminum *lib. 4. cap. 10.* Bannez in *2. 2. quest. 1. art. 10. dub. 6.* Vnde Pater Molina *lib. 2. de inst. disputat. 325.* agens de citata definitione Leonis; meritò reprehendit doctrinam Soti, & Caietani, & fere videtur sensus Ecclesiæ; recipit enim Ecclesia has definitiones tanquam omninò certas, & indubitata veritatis. Et ratio huius doctrinæ esse debet, quia esset contra sanctitatem Ecclesiæ, si Pontifex posset iniustum natura sua contractum proponere vt rem iustam, quæ res curi ad mores pertineat, magni momenti est, neque esset à Christo sufficienter prouisum, si Ecclesiæ caput hoc modo errare posset, quod non est villo modò concedendum, & certè cum veritas istarum rerum valde sit necessaria, necessarium etiam fuit, vt in earum declaratione Pontifex errare non posset.

Vide etiam Vetricelli in *quest. moral. tom. 1. tract. 8. quest. 24. num. 9.* asserentem, quod Mons Pietatis à Leone X. licitus declaratus, de Fide est, quod sit iustus. Ita rectè Nauarrus *comment. de vsuris num. 59.* Sotum, & Caietanum grauitè reprehendit immodestie, & irreuerentiæ erga Sedem Apostolicam & Concilia Generalia, displicet mihi, viros tam doctos sugillare; sed necessarium est in re tam graui. Et quidem contra Caietanum, & Sotum inurgit ex Dominicanorum familia Magister Ioannes de S. Thoma in *2. 2. q. 1. disp. 9. art. 3. fol. 777.* vir quidem sapientissimus.

Dico igitur contra supradictos omninò certum esse montes Pietatis, & laudabiles, & ab omni labe vsuræ immunes esse. Probatur auctoritate Concilij Generalis Lateranensis sub Leone X. *sess. 10.* vbi Pontifex, re maturè discussa, & collatis vtriusque partis rationibus, tandem sero Concilio approbante definit montes in quibus pro ministrorum impensis, & sola montium indemnitate aliquid moderatum ultra sortem accipitur esse laudabiles, & meritorios, & Concil. Trident. *sess. 22. cap. 11.* & sæpè ante inter pia loca Montes pietatis numerat, & Doctores communiter consentiunt. Sotus *ress. Caiet.* qui Concilio interfuit, scripsisse post Concilium contra Montes, & tamen à nullo fuisse reprehensum. Deindè asserere originalem Bullam habere aliquam limitationem, quam nò habet decretum, quod circumfertur: Sed Sotus errat grauitè. Primò enim non scripsit Caietan. post Concilium, sed septemdecim annis ante hanc definitionem, vt patet legenti, & acta Concilij, & finem opusculi Caietani. Secundò nò interfuit tanquam Cardinalis, sed tanquam Magister Ordinis; postea enim factus est Cardinalis. Tertio hanc, quam citamus definitionem, approbavit Caietanus, quia suffragium rogatus annuit; cum enim singuli fuissent nominatim interrogati, nemo contradixit præter Archiepiscopum Tranensem *4. in isto opusculo.* non agit de definitione facta à Concilio (quæ, vt dixi 17. annis post illud opusculum est edita) sed Bulla aliqua Pontificis alicuius præcedentis, quæ continebat approbationem montium. Vnde Sotus non subsistit. Insistendum ergo est definitioni generalis Concilij (quæ etiam ad montes postea erigendos extenditur) vt ibi declarat Pontifex: fundamentum

mentum est, quod habeat ius seruandi se indem-
nem; at qui moderatum illud, quod datur, est ad in-
demnitatem montium, & ad compensandas obli-
gationes, & contra, quæ subeunt mutuantes in
gratiam communitatis.

Dices cum Caietano, & Soto *locis supra citatis*; pignus datur in utilitatem solius mutuantis, & se-
curitatem debiti acquirendi suo tempore: ergo illi
soli incumbit cura illud custodiendi. Ergo iniustus
est exigere à pauperibus pro hoc labore salarium,
sicut quædam alicui do commodato ad ipsius solius
utilitatem, commodatarius debet facere sumptus,
qui sunt necessarij ad conservandam rem commo-
datam, non verò commodator. Respondetur primò
falsum assumi, quia secundum iura creditor habet
actionem contrariam pignoratitiam contra debi-
torem ad recuperandum omnes sumptus necessa-
rios, quos fecit in conservando pignore, *l. si neces-
sarius, ff. de pignoratit. actio.* Imò etiam & utiles
l. impensa, ff. de verbor. signific. Vnde si pignori des
mihî equum, debes soluere expensas factas non
solum in alimenta equi, sed etiam in famulum, qui
custodit equum, vt habet Barthol. in *l. Interdum, ff.
qui potiores in pignore.* Ergo stando in iure commu-
ni, debentur præfectis montium omnes expensæ
necessariæ, & vtiles factæ in conservacione pigno-
rum, & per consequens famuli, quibus illa cura
incumbit, debent alia mutuantiis.

Observandum verò est cum Turriano *loc. cit.*
eodem modo, ac de usurario contractu loquendum
esse, cum Pontifex declarat aliquam conventionem
esse simoniacam, & de vitio simoniæ in specie lo-
quitur Bannez *supr.* & planè sentiunt Doctores,
qui docent Pontificem non posse proponere toti
Ecclesiæ, vt honestum aliquid, quod reuera pecca-
tum est, quod maximè decet sanctitatem Ecclesiæ.
Et idem iudicium est, quando Pontifex declarat ex
aliquo peccato non oriri obligationem restituendi,
sicut de simonia mentali docuit Gregorius *cap.
fin. de simonia*, vt multi putant; & idem falsò Bar-
tholomæus Medina in *summ. l. 2. §. 2. r. c. 14.* dixit,
Pontificem ibi securum esse opinionem probabili-
lem, sed contrariam esse probabiliorem, nempe
mentalem simoniam obligare ad restitutionem.

Falsa est igitur sententia Medinæ, qui admittit
declarationes Pontificum in decretalibus, posse esse

falsas in decretis harum rerum, quæ ad mores per-
tinent, atque adeò cogitur fateri posse aliquid re-
uerà inhonestum, vt honestum proponere toti Ec-
clesiæ, mirum verò est Caietanum, Sotum, & Me-
dinam viros doctos, & pios ira sentire de potestate
Pontificis in his, quæ ad mores pertinent.

Nec obstat contra *superius dicta* auctoritas Mel-
chioris Cani *l. 5. c. 5.* vbi docet, posse Pontificem in
iudicio circa personas priuatas, & Ecclesias parti-
culares errare præcipiendo, vel prohibendo ali-
quid, quod rationi, & Euangelio contrarium est, &
adhibet exemplum de illo, qui occultè vna vxore
habita, alteram publicè ducit, in quo casu præ-
cipit Ecclesiæ, vt priore relicta, posteriorem acci-
piat. Nec inquam, hæc obstat; nam respondeo
cum Amico *vbi supr.* ad exemplum adductum, vel
negandum est posse Pontificem in tali casu, si con-
stet de legitimo matrimonio cum priori vxore,
cogere vitum, vt relicta priori, posteriorem acci-
piat: vel certè declarat tunc Pontifex prius matri-
monium, præsertim vbi Concilium Tridentinum
receptum est, non fuisse validum defectu publici-
tatis in contractu matrimoniali requisitæ. Quam-
quam posset in hoc Pontifex errare, cum pendeat
ex facto, an nimirum prius matrimonium fuerit
validum, Licet semper in huiusmodi casibus stan-
dum sit iudicio Pontificis.

Sed hic obiter quæro, an Pontifex habeat in-
fallibile iudicium de propositionibus philosophica-
rum probabilitatibus? Respondeo, non videtur de ta-
libus Pontificem debere iudicare, nisi interfit Fidei
eiusmodi propositionem probabilem haberi: quo-
modo Clemens V. in Concilio Viennensi definiuit
erroneum esse, si quis dixerit animam rationalem
non esse formam corporis humani per se, & essen-
tialem, & Leo X. in Concilio Lateranensi præcipit
philosophis, vt pro posse Christianam Fidem con-
tra philosophorum argumenta adstruant. Vbi acta
habent, Caietanum interrogatum respondisse, sibi
eam partem Bullæ non placere, qua præcipitur phi-
losophis, vt publicè suadendo doceant veritatem
Fidei. Verum rectè poterat statui, vt saltem contra-
ria philosophorum argumenta soluendo, quæ om-
nia solubilia sunt philosophiæ Professores propo-
nent dogmata Fidei. Et hæc omnia docet Malde-
rus in *2. 2. D. Thoma q. 1. art. 10. disp. 6. prop. 6.*

DECISIO



DECISIONES NOVISSIMÆ SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

In quibus, plurima ab Authore superius pertractata, confirmantur.

DECISIO

Sacra Rota Romana Coram R. P.
D. Verospio.

In causa Fulginatè hæreditatis.

Luna 14. Februarij 1650.

MORTVO Petro Roncallo in-
ter Equites obedientiæ Magi-
stralis dum degeret in humanis
prævia votorum castitatis, obe-
dientiæ, ac pauperatis emissionem
adscripto, cum sacra Hierosoly-
mitana Religio successionem iu-
bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubita-
ui: An eidem, vel Eminentiissimo D. Magno Magi-
stro exinde fuerit delata successio, & negatiua præ-
dicit hodie resolutio ex valida professionis, non-
dum iustificata defectu, in gradu præsertim Reli-
gionis, assensu Pontificis, nec effecto, nec appro-
bato, contra Sacri Lateranensis Concilij decre-
tum, relatum in *c. vlt. de Reliq. domi.* sine cuius pro-
fessionis validè concursu, obligatio Petri erga Re-
ligionem efficaciter contracta non fuit, nec sacra
proinde Religio ad ipsius defuncti bona potuit as-
pirare, *iuxta gloss. in authentica ingressi in verb. dedi-
cant. C. de sac. sanct. Eccles. subique Odof. n. 11. Bart. n.
32. Bald. n. 27. circa fin. Salicet. n. 7. Castr. n. 20. Alb.
n. 13. caserique communiter Gemin. conf. 66. n. 9. Cald.
conf. 23. col. 2. post. med. vers. vera lamentatio, & natu-
ralis, vsque ad fin. de Reg. Rot. in Bon. bonorum 17. No-
uemb. 1625. coram bon. mem. Pirouano inter impressus
p. 4. tom. 3. recens. decis. 623. n. 3.*

Contraria verò professionis validæ probatio,
nec valet ex testibus resultare, contestantibus ni-
mirum, eundem Petrum tria Religionum vota
nuncupasse, ac professionem successivè in mani-
bus Equitis, ad id specialiter deputati, emisisse pro-
vt aliam hinc eam Rota deduxit *coram M. Obedano*

*decis. 10. de causâ possess. & proprietatis, & in unâ;
Mezen. professionis 2. Junij 1636. coram Reuerend. Sit-
lumantino pænes Tamb. de Iure Abb. decis. 3. n. 2.*

Cum enim hæc sacra Religio in tres tantum-
modo species Equitum ipso institutionis initio
distincta fuerit; Alteram scilicet Militum, ex pri-
maria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam,
vt ipsi forent Christi fidelium ensis, ac miserabili-
um Clypeus personarum; Alteram fratrum Cap-
pellanorum Conuentualium, ac obedientiæ; Alte-
ram denique fratrum secularium armorum, ac
officiorum, sicuti eiusdem Religionis stabilitamen-
ta restantur, in statutorum volumina registrata *tit.
2. cap. 2. sup. rubr. della divisione de gradi de fratelli
dell'ordine nostro*: Et triplicatus hic solummodo
Equitum gradus sub titulo Religionis confirma-
tionem ab Apostolica Sede obtineat, vt ex Sixtina
Constitutione dignoscitur initio statutorum vo-
luminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gra-
dus proprio Magni Magistri Sacramento, ipsa
suscepti muneris die, tantummodo approbetur, vt
elicitur ex altero *Statuto sub. tit. 13. c. 3. in fin. de
elect.* Ipse proinde non potuit, nouum Equitum
gradum superaddere Religionis, eadem inconsulta,
de cuius obligatione, ac præiudicio per noui gra-
dus, ac successiuam Equitis incorporationem age-
batur *secund. gloss. in c. porrectum in verb. non facit
habitu de Reg. & in c. vlt. in verb. pertineat eodem
tit. lib. 6. vbi etiam Ancar. in 2. notab. Franc. n. 2. Ge-
min. n. 3. Ioannes Monac. n. 1. ibique Probua. ad eum
n. 1. & 3. Roder. quest. Reg. tom. 32. quest. 17. art. 7. &
alij plures relati per Sanch. ad præcepta decal. lib. 5.
cap. 4. num. 65. Irrequisito præsertim Apostolicæ
Sedis assensu, in triplicati gradus erectione ante-
cedenter adhibito, ac in noui propterea institu-
tionis pertinere adhibendo, *ad sext. in cap. vlt. ibi-
que gloss. in verbo nouam. de Reliq. dom. & in c. vni-
co in princ. ibique gloss. in verbo habitum eodem tit. l.
6. & in Extran. Ioannis XXII. unica eod. tit. notab.
Siluef. in summa in verbo Religio il primo numer. 6.
Armit. num. 4. Nauar. in coment. i. de Regul. sub num.
28. in 23. §. Roderic. qq. Regul. tom. 3. q. 48. art. 3. Less.
de iustitia & iur. l. 2. c. 41. n. 62. vers. 9. circa mediam,
& latè persequitur Azor in sit. moral. lib. 1. 1. cap. 24.
quest.**

quest. 5. & p. 2. lib. 5. c. 7. Sanch. ad praecepta decal. l. 5. c. 1. sub num. 19.

Cum maxime particulae Religionis constitutiones (quae utpote auctoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatae ab eo debuerant in viridi obseruantia retineri, vt respondit *Rot. in vna Melit. praeminentiarum* 13. Nouemb. 1638. cor. bon. men. *Pirou. impressa. p. 5. rec. dec. 209. sub num. 1. cum seqq. & in Meleuitana antianitatis* 30. Maij 1639. in §. nam vltra quod talis receptio cor. Reuerend. D. meo Dec.) Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordia Committationum relatione, ac venerabilis consilij Linguae Italicae decreto reiectae, quae tamen pro gradu praefati affectuone alia necessaria decernitur in Statuto *tit. 2. cap. 17. 20. & 41. rubr. Cbi auesse esseratio mercantia*: Vel ob praestitam professionem non expleto anno probationis, tum per alterum statutum essentialiter requisito in c. 28. eod. tit. tum ex disposit. *Sac. Concil. Trid. sess. 25. de Reg. in hac etiam Religione seruanda*, vt respondit S. Congregatio de mense Iunij 1599. & alias de mense Iulij anno 1582. vt testatur *Parif. de resignat. benef. lib. 6. q. 2. num. 120.* & tradit *Genuen. in praxi c. 20. in fine. Barbol. de officio, & potest. Epif. capi alleg. 101. n. 8.* & pluribus comprobatur *Gratianna discept. forens. cap. 363. num. 27. sub. numer. 62.* Vel ratione denique loci professionis emissae, videlicet extra Conuentum contra alterius sanctionem Statuti eodem tit. cap. 2. Quae proinde ipsum Religioni obligare non valuit, non solum ob defectum probationis legitimae, vnius anni continui tempore non expletae prout sanxit S. Trid. *Synod. sess. 25. de Reg. adducto cap. 15.* & tradit *Ioannes And. in cap. 1. de elect. lib. 6. Siluest. in summa in verbo Religio 5. quest. 4. Nauar. lib. 3. cit. de Reg. conf. 34. & 37. & in comen. 1. eodem tit. num. 19. Suar. de Reg. tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 1. Less. de iust. & iur. lib. 1. cap. 41. dub. 7. num. 59.* Siue etiam ob resistantiam potestatis in ipso Magistro, eundem cooprandi in alio Equitum gradu, praeter expressos, ac incorporandi Religioni; ita quod nec obligatio reciproca induci valide potuerit, prout ad effectum praedictum, potestas incorporandi legitima necessaria foret secundum *Innoc. in cap. porrectum sub num. 4. Antonius de Burrio num. 6. Abb. num. 10. de Reg. Siluest. in summa in verbo Religio il primo num. 5. & 14. Nauar. in comen. 4. de Reg. n. 74. Less. de iustitia & iur. lib. 2. d. cap. 41. num. 10. & 61. Roderic. q. Reg. 10. 1. q. 1. art. 2. Sanchez ad praecepta decalogi l. 5. c. 4. n. 62. Rot. decis. 195. n. 14. par. 4. tom. 2. recent.*

Obeffe praeterea non poterit, quod essentialis perfectio professionis in tribus votis à Petro, vt praefertur emissis, Regulariter soleat contineri, ad text. in cap. cum ad Monasterium in fine, de statu Monachorum, & in c. ad Apostolicam de Reg. Diuus Thomas secunda secunda q. vlt. art. 3. 4. & 5. eiusque probatio, inde lat elici videatur.

Quoniam (praeterquam vota illa emissa fuerant in ordine ab Apostolica Sede nondum approbato sub titulo Religionis) licet eadem vouentis obligationem erga Deum praesferant efficacem, non tamen ipsum vt certae Religioni professum obstrinxere, dum praestita solummodo fuerant in manibus superioris legitima facultate carentis ipsum in Religione cooprandi, nec vicissim obligandi auctoritate pollentis, vt bene explicat *Innoc. in d. c. porrectum sub numer. 5. Burrius n. 9. Abb. num.*

10. cum seqq. de Regul. Nau. in comment. 1. eodem tit. num. 18. & comen. 4. num. 74. vbi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit absque legitimo duarum interuentu personarum, quarum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsum obligationem inducat, quam quippe receptam professio ipsa contineat, *Less. de iust. & iur. d. l. 2. cap. 41. sub num. 11. & 61. Roderic. quest. Reg. tom. 1. quest. 1. art. 2.*

Nec etiam praefato gradui, ac professioni licet inualida robor addit consuetudo efficacibus, vt ex aduerso supponitur probationibus iustificata; Quamuis enim alias legitime constaret, quod Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientiae Magistralis habitum, seu deuotionis, vel aliter nuncupatum, remisso aliquantulum nobilitatis rigore, ac probationis anno, personis sibi bene visis deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personas illas, eo decoratas, etiam si vota praedicta protulerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis pium, ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honorario habitu praefato cohonefati, Equitis nomen assumperint, vt notat *Abb. in rubr. de Reg. numer. 1. Nauar. in comen. 1. eod. tit. sub. numer. 18. in fine, & 19. & conf. 35. numer. 3. eod. tit. de Reg. Less. de iustitia, & iur. adducto cap. 41. sub. numer. 62. §. 6. in fine, vers. aduerte nomen Siluest. in summa in §. Religio il primo quest. 1. §. secundum fratres, & bene declarat *Roderic. d. quest. 1. art. 2. vers. hinc est, quod votum eorum cum seqq. & tom. 3. quest. 48. art. 4. & quest. 72. art. 1. §. prima conclusio, & in similibus ferè terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idem Nauar. in conf. 6. de statu Monachorum lib. 3. ipsas, licet cum habitu mutatione, ac tritium sub emissionem votorum collegialiter viuentes, non tamen Religiosas inde professas esse censendas, dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi; Adeoque allegata consuetudo ad effectum, de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersiae non ostenditur praecise seruata, & tamen esset perneceffe probanda, secundum *Oldrad. conf. 237. Aymon. conf. 96. num. 4. Ansb. conf. 339. num. 8. Casar de Grass. decis. 6. num. 5. de prob. & coram Seraphin. 326. num. 2. coram Greg. 45. num. 6. 162. num. 2. & part. 3. recent. dec. 662. num. 3. & part. 1. tom. 2. dec. 323. n. 24.***

Hinc minus ad probationem consuetudinis praesertim deseruiunt, siue Breue sanct. mem. VIII. hortantis Magnum Magistrum, qui Siculum quendam ad habitum obedientiae Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciarer; siue litterae commendatitiae Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissae. Si quidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attri buunt neque iustificanc, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse, cum ad hunc effectum Breue, ac litterae praedictae non emanauerint vt deciditur in *Clem. vlt. §. similiter, ibique post. gloss. per DD. communiter de sententia excommunicat. Oldrad. conf. 258. sub num. 1. vers. è contra autem cum seqq. Rom. conf. 180. num. 4. Rot. decis. 23. in fine de procurat. in antiq. & decis. 108. num. 3. part. 1. & decis. 154. numer. 4. par. 2. diuers. Neque ex iis valet inferri*

inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pendet solutio dubitationis propositae.

Hinc quoque S. Religioni opulari non poterit lapsus temporis (spatio annorum 30. & vltra, à die per Petrum editae professionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde praesumi. Etenim procedere forsitan posset obiectio, si cum temporis cursu obseruantia quoque concurreret, nimirum, quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac verè Religiosus, vt vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatiue necessarium tradit *Abb. in cap. Albericus sub num. 3. de testibus, Alex. conf. 12. num. 70. & conf. 17. num. 4. lib. 4. & pluries respondit Rot. videlicet in vna Mediolanen. refectionis permutatio nis 10. Ianuar. 1587. coram recol. mem. Card. Pamphilio, & decis. 176. n. 45. par. 5. recent. & post Pacif. de salu. decis. 170. n. 8. & in Perusina bonorum 4. Iulij 1608. coram Peña. Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus deponentibus, Petrum per annos vigintiquinque, & vltra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem derulisse, ab eoque tempore citra inter Equites amplius agnitum non fuisse, nec recensitum, cursus ille temporis licet longaeuis, praesumptonem Pontificis assensus inducere non valet, vt notat *Socin. in conf. 29. n. 20. cum seqq. lib. 1. Iason. in l. sciendum in 4. limit. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. sicut n. 33. vers. 7. & vlt. de re iud. Add. ad dec. Pnt. 355. num. 7. lib. 2. Rot. coram bo. me. Cocc. decis. 301. num. 3.**

Praedicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Triden. in vna *Meleuitana sub die 10. Maij 1608.* qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiae nuncupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus Magister legitimam ad id facultatem obtineat. Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersis vim obtinent, sed iustam quoque praesferunt interpretationem, in praecedentibus casibus hactenus non decis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, iuxta gloss. in proem. Clem. in verb. de casero, Salas de leg. quest. 97. tract. 14. sect. 12. vers. 4. colligo, vbi loquitur in specie de resol. Sac. Congregationis praefatae *Rot. coram Greg. dec. 310. c. 7. & dec. 17. n. 31. par. 4. tom. 2. rec. & in Meleuitana antianitatis 26. Maij 1640. in paragr. non obstat, quod praedicta ordinatio coram Reuerendiss. D. meo Decano; Et ab hoc Tribunali semper magna cum reuerentia suscipi solent, vt dictum fuit in *Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. dec. 479. n. 2. & in Meten. Abbatia 19. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Dec. & in Maioricen. parochialis 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celsa, & in relatis in Calaguritana clauis 12. Ianu. 1648. in vlt. paragr. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processio num. 18. Maij 1646. in paragr. Et hac iuris dispositio coram me. Et ita vtraque, &c.**

Anton. Diana Pars XI.

DECISIO

Sacra Rota Romana, Coram R. P. D. Bichio.

Calaguritana Beneficij.

Luna 15. Ianuarij 1652.

Oppositores inter admissos per sententiam Ordinarij latam de mense Maij 1647. ad integrum beneficium morte Petri la Questa vacans in Ecclesijs Parrochialibus Sanctorum Iacobi, & Andree Ciuitatis Calaguritanae, idonei etiam ad Curam animarum ab Examinatoribus Synodalibus renunciati fuerunt plures, vt in Summ. Antonij num. 2. sed Antonius Gualite non obstante quod alij à dicta relatione appellassent, fuit à Beneficiariis praesentatus, & ab Ordinario institutus. Nunc in gradu appellacionis de praelatione contendunt idem Antonius Gualite, Michael Gurrea, Stephanus Palatios, & Ioannes Gonzales quorum meritis, & qualitatibus hodie discussis praecellere Antonio, & Michaeli visis sunt Stephanus, & Ioannes quia sunt ad aetate, ac Sacerdotio antiquiores, alter ex illis vt infra dicitur est Baccalaureus, & ambo curam animarum alia exercuerunt, quod in his terminis ponderauit Rota in pluribus decisionibus relatis in *Calaguritana Beneficij della Casa della Reina 27. Martij 1648. paragr. quod autem coram Reuerendiss. Terracinen. & in Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. sub paragr. 1. coram R. P. D. meo Veraspio, facilius contra Michaellem qui in examine habito in partibus, & iterum prima vice in Curia fuit reprobarus, quamuis in tertio approbationem reportauerit; nam responsum fuit in *Calaguritana Beneficiorum 26. Iunij 1648. paragr. que magis, coram me*, tertium examen non praedictat coopositoribus non citatis, qui praeterea eo quod omnibus fuerunt approbati censentur digniores Michaelle bis reprobo *Buratt. decis. 362. n. 9. in fin. & n. 10. Rot. in Calaguritana Beneficij de Longrono 27. Aprilis 1646. §. quod vero, vers. cum tamen, coram R. P. D. meo Rojas.**

Neque Antonium iunat supra memorata institutio Ordinarij siue prouisio Apostolica ex causa concordiae cum Michaelle in initio obtenta: nam institutio Ordinarij tunc demum praesumptionem dignioritatis facit, cum ab Ordinarij iudicio praesertionem, videlicet habentis pendet, secus in casu nostro quo cadit super praesentatione beneficiatorum eamque sequi Ordinarius debuit, & sic ipsorum Beneficiatorum duntaxat iudicium praequalet, quod ex praefatis aliorum coopositorum meritis erroneum dignoscitur, vt in puncto respondit *Rot. in Calaguritana Beneficij 27. Nouembrii 1648. §. fin. coram me.* Eoque minus eidem praesentationi, & institutioni deferri debet, cum fuerit declarata attentata, vt fuit ponderatum in *d. §. fin. & in dec. 572. n. 9. p. 1. recent. Calaguritana Beneficij del Ziego 6. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Veraspio, in Calaguritana Beneficij de Nienna 28. Aprilis eiusdem anni coram R. P. D. meo Ortbobano.*

Vnde nil refert, quod ex Constitutione Clem. VIII. quia plures oppositores declarati fuerunt sufficetes ad Curata Beneficiarij praesentare potuerint quem

quem maluerint, & sic Antonium non attento alij sint digniores, quia praesentatio attentata est, ac si non emanasset *Rot. coram Burat. dec. 642. n. 6. & decif. 16. n. 3. apud Moder. Perusin. de manut.* & verius est quod etiam ex pluribus approbatis ad curam praesentandus est dignior, ita ut arbitrium Beneficiatis concessum liberum quidem sit ubi de alterius ex approbatis praesentia non constat in quibus terminis loquitur *decif. 72. n. 8. par. 1. recent.* at è conuerso digniori sit debitum, prout eadem constitutio disponit in casu plurium approbatorum ad simplicia, & bonum virum decet, vt declarauit *Rot. in d. Calaguriana Beneficij §. & hic, coram me, quae iuxta inueteratum stylum huius sacri Tribunalis non potest incidenter in dubium reuocari, & solidissimis nititur fundamentis, idemque in terminis plurium approbatorum ad curata decifum prius fuerat in Calaguriana Beneficij de Lumberras 4. Iunij 1646. §. penult. coram R. P. D. meo Orthobono.*

Prouisio autem Apostolica cum emanauerit pro confirmatione concordiae, ideoque ac eius limites restringatur *l. Aurelium 29. §. testamento. ff. liber. leg. c. 1. & 2. de confirm. vil. vel inutil. Surd. conf. 349. n. 7. Rot. decif. 301. n. 1. p. 1. recent.* non nocet Ioanni, & Stephano in ipsa concordia non nominatis *Bald. in l. 3. n. 3. vers. sed quid si iste, C. si aduersum rem iudic. Corn. conf. 9. n. 6. vers. quia confirmatio. l. 3. Gabr. conf. 129. n. 18. & 19. l. 1. Mobed. decif. 7. n. 4. de rest. spoliat. Burat. decif. 170. n. 5.* Praesertim siante clausula ibidem appositae dummodo tempore datae praesentium non sit alterius quaesitum, qua & si non praeseruati ius quaesitum ex sola oppositione iuncta etiam examinatorum approbatione dixerit *Rot. d. decif. 572. n. 6. & 7. par. 1. recent.* ea ratione quia tale ius non est considerabile, & validum, cum possent Beneficiati praesentare quem maluisissent, quod vt supra dicebatur, intelligendum est data in coopositoribus aequalitate meritorum, vt etiam decifum fuit in *Calaguriana Beneficij §. Martini 10. Maij 1649. §. & quidem, coram R. P. D. meo Corrado.* praesertim sane quando alter ex illis est dignior, & res fuit in iudicium deducta, vt respondit *Rot. coram Put. decif. 252. n. 2. l. 3. in corr. decif. 97. num. 2. par. 3. recent.* & in *d. Calaguriana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. §. fin. in fin. coram R. P. D. meo Verosio, & prius in alia Calaguriana Beneficij 7. Maij 1638. §. 1. & §. seq. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Nimirum dignior quippe qui iuxta constitutionem Clementinam praesentare debuit assimilatus praesentato *Lotther. de re benef. l. 2. q. 38. n. 26. & seq. Put. decif. 252. sub. n. 2. & 3. l. 3. in corr. Rot. d. decif. 97. n. 3. par. 3. recent. in Terracinen. Beneficij. 20. Ianuarij 1639. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Gerunden. Beneficij 17. Iunij 1644. coram me.* Et ipsa litis introductio addit ius, cui Papa nisi illius mentionem faciat non censetur voluisse praesentare *c. fin. vt lit. pend. & in c. fin. de const. notat Card. q. 6. Inul. sub. n. 10. vers. & sic ex praedictis, Aretin. n. 7. vers. per textum. Cassad. dec. 18. n. 6. de praben. Burat. dec. 779. n. 10.* Et gratius dicitur litem quoad Stephanum, & Ioannem tunc temporis fuisse extinctam eo quod à sententia institutionis non appellauerant; dum enim non probatur illos fuisse personaliter citatos, appellare potuerunt à die scientiae *Ang. in l. 1. vers. & ideo, C. temp. appell. Capic. dec. 139. in fin. Rot. dec. 16. n. 2. de dol. & con. in nom. dec. 46. n. 2. de appell. in antiq. dec. 55. n. 2. p. 1. diuers. & in Volaterrana Prioratus 5. Maij. 1645.*

paragr. neg. res iudic. coram me, & appellationem nendum à Michaele, sed etiam ab aliis coopositoribus interpositam prosequi Scacc. de appellat. g. 1. n. 74. & seqq. post Salyc. & alios ibi allegatos, & in his terminis fuit dictum in Calaguriana Beneficij de Logrono 20. Nouembri proxime praeteriti coram R. P. D. meo Verosio.

Inter ipsos verò Stephanum, & Ioannem, hic dignior, & praesertendus visus est, tum ob gradum Baccalaureatus quo caret Stephanus, quemque Rota in his terminis semper magni fecit, vt dictum fuit in *supra citata Calaguriana Beneficij della Nuova coram R. P. D. meo Orthobono, & in Calaguriana Beneficij de Logrono 20. Nouembri proxime praeteriti coram R. P. D. meo Verosio, in Calaguriana Beneficij de Ziego 5. Februarij 1651. coram eodem.*

Tum quia nedum est filius naturalis, sed originarius Ciuitatis Calaguritanae, atque descendens ab auis, & matre Parochianis Ecclesiae S. Andreae, in qua situm est beneficium controuersum, vt probant testes dati in eius Sum. nu. 1. quae qualitas originis in loco beneficij ponderatur ad effectum praerelationis in *Calaguriana Beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. paragr. quod vero, coram R. P. D. meo Rojas.* Tum tertio quia curam animarum in eadem Ecclesia, de qua agitur, exercuit, quod ponderauit *Rot. in sapim citata Calaguriana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. paragr. 1. vers. in eadem, coram R. P. D. meo Verosio, facit. decif. 373. n. 1. & 2. par. 4. 10. 2. recent. ac text. in c. nullus. cap. obitum 61. distinet. c. cum inter Canonicos, ibique gloss. verb. aliam de elect.*

Non obstat, quod Ioannes possideat aliud integrum beneficium, ac propterea praesertendus sit Stephanus nullum aliud beneficium habens, iuxta *text. in c. is, qui de praben. in 6. Garz. de benef. p. 7. cap. 9. n. 12. & 13. Seraph. decif. 767. n. 1. Pena in his terminis decif. 388. n. 3. & 4.* Quia hoc non probatur nisi ex fidelibus extraiudicialibus datis in Sum. Stephani n. 6. & 7. cum tamen tanquam fundamentum intentionis plenè, & concludenter probari debuisset, tum paupertas Stephani, qui imò ad titulum alterius beneficij sacris Ordinibus insignitus asseritur, tum pacifica possessio Ioannis asseriti beneficij, quodque illud sufficiat ad eius honestam sustentationem; nam extra terminos regulae Cancellariae 17. de concurrentibus in data, quae beneficium etiam minus sufficiens satis esse vt non beneficiarius praeseratur, tradit *ibid. Mandos. & Io à Cozier relati in Lucana Cappellania 7. Iunij proxime praeteriti paragr. postea vero, coram me,* certum est de iure communi, quod nisi beneficia aliàs sint incompatibilia assecutioni secundi etiam in concursu non habentis beneficium, non obest primus honestae sustentationi non idoneum, ad tradita per *Innoc. in c. fin. n. 1. de Cler. non resid. & in c. cū iam dudū n. 2. & 4. de prab. Garz. de benef. par. 11. c. 7. n. 264. & 307. & in puncto Rot. in d. Calaguriana Beneficij della Reina paragr. minus facis, coram Reuerendiss. Terracinen. vbi vltterius ponderatur, quod beneficiatus maioribus qualitatibus praeditus praesertendus est non beneficiato, vt etiam dixit *Rot. decif. 61. n. 4. p. 3. recent. & in d. Lucana Cappellania paragr. non obstat, coram me, & unperrimè in Calaguriana Beneficij de Bannarus 11. Decembris proxime praeteriti coram R. P. D. meo Orthobono.**

Et ita decifum omnibus informantibus.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae, Coram R. P. D. Bichio.

Romana, seu Ianueñ Cambij.

Mercurij 26. Iunij. 1652.

Quicquid de via executiua afferunt duae priores decisiones editae sub die 27. Nouembri, & 18. Martij proxime praeteriti, causa hodie super eisdem posita confirmatae Domini, cum negati non possint, aut facultates A. C. aut consensus Sirorum in eorum litteris expressus, quod Balb. possit se reuelare in Nundinis vbi executiue proceditur (maximè quia vltatus modus se reuelandi in Nundinis est mediantibus litteris cambij param executionem habentibus) aut earumdem litterarum complementum per effectiuam solutionem iuxta illarum tenorem sibi met à Balbo facta, quae, etsi in materia cambiorum de vsuris suspecta non probetur per confessionem creditoris, nisi aliunde de numeratione constet quando persona recipientis est realiter distincta à persona soluentis; probatur sane vbi idem est physicè, soluens est recipiens, quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericè solutionis, & receptionis, hoc est in eodem subiecto actionem, & passionem *l. Vranus, ff. seruit. Urban. praed. l. 1. ff. quemadm. seruit. amittit. l. neque pignus, ff. reg. iur. Rota dec. 276. n. 6. p. 6. recent. & dec. 213. n. 5. inter impress. post. Zacch. de obligat. Cameral. & quietantia ipsa, ac scripturae directio in libro soluere debentis habet implicitum actum numerationis non aliter practicabilis, quam per modum aequipollentem; ideoque admittendum *Rota decif. 52. n. 10. vers. merito, p. 3. recent. in puncto Cancer. variat. rest. c. 6. n. 210. Rot. Ianuen. decif. 1. n. 8. & 2. vbi quod hoc indubitatum est in praedictum mandanti solui.**

Praesertim quia vltro adnotata est solutio à tergo litterarum, & in libro nuncupato Scartafaccio, quod vocant di fiera, & Balbus de solutione sibi met facta certiorauit Siros per epistolam successiue ad alios scriptam sub die 11. Nouembri 1649. quae non loquitur de partitis terminatis in praecedenti Feria Augusti, vt ex aduerso supponitur, sed in feria Sanctorum, ibi in *questa fiera de Sancti vintuata, &c.* Summario primae positionis pro Balbo n. 5. eiusdemque tenoris est responsio Sirorum ad dictam Epistolam, ibi in *risposta del vostro spaccio di fiera passata de Santi* dicto Summario num. 6. vnde verum est dicere, quod Siri solutionem vt supra factam approbatur, & propterea eam impugnare hodie non possint *c. quod semel. de reg. iur. in 6. l. in diem, ff. ag. plu. arcen. Cephal. conf. 386. num. 29. Riminal. iun. conf. 562. n. 34. & 35. Decian. respons. 2. numer. 148. lib. 1.*

Hincque resultat etiam iustitia mandati executiui contra Siros ad instantiam Balbi relaxati pro rebus scutorum 5448. auri quae de eorum ordine Balbus soluit, cum sufficiat procuratori docere de implemento ordinis sibi directi vt contracta actione mandati repetere possit, quod soluit ex allegatis in prima decisione. §. sed de re petenda.

Non obstat, quod cambium, de quo agitur, pro-

Anton. Diana Pars XI.

ueniat ab alio scuto 20000. & alio scutorum 9325. marcatum contractis de anno 1640. tum quia diuersum esse apparet ex quo priora illa duo limitata erant pro vna tantum feria; Cumque ad hoc vltimum cambium processum fuerit creando debitum contra mandantem absque vlla relatione ad antiqua, & acceptando cambium de nouo factum per mandantem sine aliqua noua specificatione, quod sit factum in continuationem antiquorum, eo minus eorum continuatio dici potest ad quem effectum satis non est, quod ab illis occasionaliter dependeat iuxta *theoricam Anchara. in c. accessorium sub n. 16. vers. praeterea isti duo actus de reg. iur. in 6. Baptista de S. Blasio rr. de correlat. q. 66. n. 54. Pacian. de probat. l. 1. c. 28. in addit. list. F. Rota in Eugubina Erroris calculi 26. Aprilis. 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembr. 1646. coram me.* Et sufficit de hoc dubitari posse, ne per hanc exceptionem iudicium executiuum retardetur, vt ponderant primae decisiones §. fin.

Tum etiam quia continuatio cambiorum non est illicita, aut damnata à Constitutione san. mem. Pij V. nisi quando primum cambium contractum fuit cum pacto, quod accipiens non possit in primis Nundinis pecuniam restituere, & cambium extinguere; hoc enim casu, quia debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris, cambium dicitur constitutum pro pluribus Nundinis, & propterea tanquam vsurarium à dicta Constitutione reicitur, Aliud autem est quando, prout hic pecuniae datae fuerunt pro primis Nundinis addita solum facultate cambandi casu, quo in illis debitum non soluitur; nam tunc cum sit in potestate debitoris pecunias restituere in primis Nundinis & sic se eximere ab onere vsurarum, non dicitur ab initio contractum cambium pro pluribus Nundinis, & cessante coactione continuandi contemplata à Constitutione Piana, cessat patiter dicta Constitutio; licitumque est conuertere debitum in aliud cambium, quod dicitur nouum, & non idem, vt doctè distinguendo firmatum fuit in *Romana pecuniaria, seu cambiorum 10. Iunij 1616. secundo principaliter, coram bon. mem. Cardinali Sacro, & in Romana pecuniaria 13. eiusdem mensis Iunij coram Sanctiss. D. N. impress. part. 4. recent. decif. 304. n. 3.*

Quatenus igitur Siri debitores in primis Nundinis anno 1640. dicta scuta. 20. mil. & alia 9325. integrè non restituisent eadem cambia originaliter Nundinalia ex mutuo consensu partium desumpto à continuata transmissione, & retentione litterarum pro singulis feriis transiissent licitè in cambium continuatum, & irregulare productiuum legitimi, interesse de actuali transmissione litterarum ad Nundinas constituto, vt dixit *Rota Ianuen. decif. 37. numer. 11. Rota nostra decif. 946. num. 1. apud Seraphin. decif. 274. num. 5. part. 5. recent.* quae transmissio ad hunc effectum probata dicitur per litteras redditus, quia litterae transmissae remanere solent penes Mercatorem cui fuerunt directae, vt aliis allegatis respondit *Rota dicta decif. 274. num. 6. pare. 5. recent. decif. 32. numer. 21. coram bon. mem. Vrgellens. & in Romana cambij 17. Februarij 1642. coram me.* Et litteras redditus non possunt Siri qui eas producerunt impugnare, vt per *Bald. conf. 401. n. 9. lib. 5. Rot. decif. 184. n. 33. part. 6. recent.* cum aliis relatis in *Nonarie, honorum 17. Decembris 1640. coram recol. mem. Cocino Sacrae Rotae Decano dignissimo.*

Ex his enacuatur fides nuper producta de iudicio

Z z 2

aliquo

aliquorum Mercatorum Urbis, quia vel idem iudicium versatur circa ius, & tunc si praedictus aduersatur non debet attendi. *Rot. decis. 52. n. 11. & 12. part. 7. recent.* vel circa factum, & non vrget, quia etiam admissa continuatione cambij, nostrum cambium est licitum, & exequibile, vel saltem aduersariorum exceptio altiore indagine requirit: attempto praesertim, quod inter has partes nedum secuta sunt negotia cambiorum, sed Siri exegerunt etiam fructus locorum Montium, & Censuum ad Balbum spectantes, vt apparet ex partitis relatis in calce responsionis facti pro Balbo littera B.

Quapropter Domini steterunt in decisio vtraque parte informante.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae Curam R. P. D. Bichio.

In causa Romana Censuum.

Luna 27. Maij. 1652.

Este locum restitutioni pecuniarum, quas de anno 1647. & 1648. Pater Damianus Fonfeca Religiosis Praedicatorum soluerat pro pretio duorum censuum vitalitiorum Guerrino Ciuccio, & Angelae eius coniugi Rota hodie respondit, praenotio vt solet particularis dubij examine. Nam dictarum pecuniarum dominium (comparata fuerint siue industria Patris Damiani, siue aliorum largitione, aut quomodolibet) quaeritur statim fuit Religioni, & Monasterio. *cap. de Monachis 16. quest. 1. cap. de lapsis 16. quest. 6. cap. in praesentia de probat. cap. cum ad Monasterium de stat. Monachor. Abb. in cap. cum olim il. 2. num. 6. de priuil. Archid. in cap. unico numer. 13. 18. quest. 1. cum aliis alleg. à Modern. Carmelita Matriten. quest. Regular. tom. 1. cap. 6. num. 41.*

Cumque Religiosus professus sit in particulari incapax dominij, vel professionis, vt ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 25. de Regular. cap. 2. not. Men. conf. 722. n. 37. & 59. Ioan. Vvigers de iustit. & iur. tr. 1. ca. 3. dub. 8. n. 21. Rot. in Perusina Parochialis 7. Aprilis 1642. §. 1. in fin. coram me*, ac proinde Pater Damianus pecuniarum dominium, quod non habebat non potuerit in recipientes transferre in praedictum Monasterij, vt in punct. censu vitalitij trad. Emanuel. Rodt. *qu. Regul. tom. 2. quest. 47. art. 15. in princ. Syluest. in summ. verb. Religio 5. sub num. 7. vers. secundum si quid. Sanch. in praecip. Decal. lib. 7. cap. 22. sub. n. 16. vers. si autem Barbof. de potest. Episcop. alleg. 103. sub num. 5. & in collectan. ad Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 2. n. 15. exinde resultat, vt Guerrini qui pecunias receperunt eas teneant restituere Monasterio vero Domino Syluest. *d. verb. Religio 6. sub n. 7. vers. & tenetur restituere. Regin. in praxi fori Panitent. l. 18. n. 397. Lopez in suo Instructorio conscient. p. 2. c. 5. vers. secundo adiciamus ibi talisque secularis. & c. Modern. Matriten. quest. regul. tom. 1. c. 6. n. 53.**

Nec suffragatur antecedens beneplacitum Apostolicum elicium siue ex breue sanct. mem. Pauli V. emanato de anno 1615. siue ex confirmatione

concordiae inter Patrem Damianum, & Monasterium S. Mariae supra Mineruam initae, obtrata à fel. record. Urbano VIII. de anno 1643. Nam breue Paulinum concedens facultatem Damiano emendi ex pecuniis sibi vndequaue obuentis census temporales ad vitam, vt restrictum ad annuum redditum ducatorum 300. auri de Camera vltra illum non releuat. *l. inuenit C. ad Velleian. Caputaquet. dec. 318. n. 2. & 3. p. 3. & in his terminis Barbof. in collect. ad Conc. Trid. sess. 25. de reg. c. 2. num. 6. vers. dummodo. Modern. Bergomen. respons. moral. respons. 86. n. 12.*

Consumpta autem fuerat eadem facultas quoad dictam ratam ducatorum 300. ante horum censuum emptionem in supra memorata transactione de anno 1643. inita inter Damianum, & Monasterium Sanctae Mariae supra Mineruam, in qua Damianus cessit Monasterio loca 57. montium, & alia credita valoris in totum scutorum 12. mil. circiter, reseruato sibi desuper annuo redditu ducatorum 300. auri de Camera quos Monasterium soluere promisit, & pro maiori cautela assignauit Damiano totidem loca montium: Nec dubitari potest quia talis reseruatio, ac respectiue promissio emanauerit in executionem Breuis Paulini, & pro adimplemento facultatis ibidem concessae, quia non est concepta pro maiori cautela, vt ex aduerso gratis asseritur, sed simpliciter, & absolute assignando tamen loca montium Damiano pro maiori cautela, & in verbis continet explicitam relationem ad facultatem Breue Paulino concessam, ibi, *In primis Damianum sibi reseruaui, & c. 1010 tempore vita sua annuos duc. 300. auri de Camera scuta 480. monetis constituentes sibi à Paulo V. habere, & retinere concessos, quos & quia Conuentus, & Fratres eidem soluere promiserunt iuxta formam Breuis, & c. quae verba clariora esse non possunt, cum tamen sufficeret expressa mentio Breuis Paulini emissa in Procemio transactionis, ibi, Cum Damianus à Paulo indultum census temporales ad vitam, & c. recipiendi, & praedictos census dummodo annuam summam ducatorum 300 auri de Camera non excedant retinendi, & c. obtruerit, & c. vt subsequens reseruatio, ac respectiue promissio dictae annuae summae in causam Breuis referretur. *Rot. decis. 190. n. 4. pag. 1. recent. & in Rosanen. exempt. 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Elboren. iuris conferendi 4. Iulij eiusdem anni coram eodem, & in Barchinonen. iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram me.**

Et quamuis in eadem transactione Damianus vltra dictam summam ducat. 300. reseruauerit sibi totum illud, & quicquid ei ex consanguineorum amicorum Dominorum, & piarum personarum, & aliorum quorumcumque benignitate, ac pietate datum, & quomodolibet collatum fuerit, desuperque accesserit confirmatio Apostolica sanct. me. Urbani VIII. Ponderarunt Domini quod non probatur pecunias datas ad censum Guerrinis prouenisse ex pietate, ac largitione supranominatarum Personarum, de quibus reseruatio loquitur, vt probandum ex aduerso esset, vt nos versari in casu reseruatiōis appareret, *Ceph. conf. 387. n. 16. & segg. Surd. conf. 449. num. 24. Rot. decis. 402. num. 4. ad fin. par. 2. recent. & in Amburien. seu Ciuitaten. Archiepiscop. veratua 26. Nouembrii 1649. coram me; Maxime quia verisimile admodum est quod prouenerint ex annuo redditu scutorum 300. per Monasterium promisso, cum vterius etiam alimenta Damianus à Monasterio receperit, nec licuit, etsi pecunias ex dicto redditu prou-*

prouenientes posset Damianus in suos vsus conuertere, eas in emptionem aliorum censuum ad vitam erogare, quia hoc non legitur concessum, ac resistit votum Paupertatis prohibens ne Religiosus intra claustra existens emere aliquid possit etiam ex pecuniis quas ipse sibi subtraxit de illis quas poterat honeste consumere, vt bene *Eman. Rodr. quaest. Regul. tom. 3. qm. 29. art. 10. col. 3. sub. prime. vers. non tamen fol. 80.*

Ed minus quia huiusmodi reseruatio limitata est ad effectum (vt supra de aliis dictum fuit) conuertendi, ac disponendi cum explicita relatione ad breue Paulinum, quod pecuniam annui redditus non indulget conuerti in aliorum censuum emptionem, sed in ipsius Damiani vsus, ac necessitates, in quas propterea duntaxat ob relationem ad Breue, ex dictione illa, *vt supra*, resultantem *l. item quaeritur §. item Iulianus ff. locat. l. talis scriptura §. fin. ff. de leg. 1. Monach. decis. Bonon. 40. punct. 3. n. 13. Barbof. dict. 441. n. 1. & 2. bona reseruata poterant conuerti, non autem expendi in aliorum censuum emptione, quia licentia concessa Religioso retinendi bona ad vnum vsus, ad alium non extenditur. *Navarr. in comment. de reg. in c. non dicitis 12. qu. 1. n. 44. Diuus Antonin. 3. part. tit. 16. §. 11. col. 1. & 2. Reginald. in prax. poenit. lib. 18. cap. 27. numer. 399. vers. secundo est. Modern. Matriten. quest. regul. tom. 1. cap. 6. num. 52. vers. siue de bis. Rodrig. d. tom. 3. quest. 29. art. 10. col. 2. vers. tertia conclus. Syluest. verbo Religio 6. quest. 7. qui omnes pro ratione adducunt, quod Religiosus est solus vsuarius bonorum quae sibi destinata sunt, at vsuarius nequit de bonis ad certum vsus concessis in alios vsus disponere §. 1. §. item Instit. de vsu. & habit. ibique not. Oynot. num. 8. & segg. Ioann. Hurpreff. sub num. 1. & 13. Sot. de iustit. & iur. lib. 4. quest. 1. art. 1. col. 8.**

Ac quatenus facultas conuertendi, & disponendi de bonis reseruatis non restringeretur ad vsus, necessitatesque proprias, sed alios quoque vsus comprehenderet, semper tamen intelligenda esset de vsibus piis, non autem profanis, vt optime aduertit *Navarr. conf. 10. l. 3. tit. de donat. conf. 7. n. 2. Laur. de Postell. dub. reg. ver. peculium sub. num. 2. Mirand. in manual. Pralator. tom. 1. quest. 28. artic. 9. Barbof. de potest. Episcop. alleg. 103. num. 5. in fin. & in collect. ad Conc. Tridentinum sess. 25. de regul. cap. 2. num. 16. vers. si autem. Rot. in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. §. quod autem coram R. P. D. Meo Cervo.*

Sicut igitur ipsa transactio facultatem disponendi de bonis reseruatis ad libitum Damiano non praebet, aut reseruatio ad pecunias comparatas aliunde, quam à personis ibi nominatis non porrigitur, ita nec confirmatio Apostolica, etsi emanauerit ex certa scientia, ac de voto particularis Congregationis desuper ab Urbano VIII. deputatae, cum confirmatio quaelibet addat quidem robur confirmato in omnibus ibi contentis, sed non vltra, & suppleat ius non factum, *c. 1. & 2. de confirm. vit. vel inut. Dec. in l. mora n. 31. ff. de iurisd. omn. iud. Berou. conf. 7. n. 37. lib. 3. Men. conf. 75. n. 32. Rot. dec. 604. n. 1. par. 4. recent.*

Nihilque Guerrinos iuuat quod contraxerint bona fide, ignorantes Breue Paulinum fuisse antecedenter consumptum. Nam bona fides recipientis, vbi tradentis potestas deficit, & ius resistit, contractum non sustinet iuxta. *distinct. Bart. in l. sed si lege paragr. siue ff. de petit. her. Bald. in l. pro oner. circ. med. vers. nisi dicas C. iur. dot. Becc. conf. 95. numer. 15.*

Anton. Diana Pars I X.

Surd. conf. 115. n. 21. & decis. 45. n. 13. semperque vrget defectus dominij in tradente, ac votum paupertatis, & Monasterij, cui ab initio pecuniae quaesitae fuerant praedictum, quod ex contractu Religiosi inferri non potuit. Abb. in cap. cum venissent n. 5. & 6. de restit. spoliat. Cyriac. controu. 300. n. 38. Scraph. decis. 1127. n. 2. Cauall. decis. 209. n. 1. & fuit dictum in Perusina Parochialis 7. Aprilis 1642. coram me.

Vtique tamen censuerunt Domini bonam fidem suffragari ad effectum, vt ex sorte principali censuum controuersorum demantur illorum fructus quos Guerrini soluisse Patri Damiani viuenti probauerint, praesertim quia cum dd. census essent nulliter empti resoluuntur in purum mutuū, ex quo fructus percipi non potuerunt. *Cenc. de cens. 988. n. 1. & segg. & n. 7. vbi ampliat etiam si sponte soluti fuerint. Rot. inter impress. post. dictum tr. decis. 12. num. 1. decis. 31. num. 6. & segg. decis. 227. num. 4. dec. 228. num. 2. nempe parit ut aequitas vt Monasterium ad quod cum omnibus bonis in hereditate Damiani repertis fructus Damiano soluti transferunt eos lucrerit cum iactura soluentium. *l. nam quod Natura ff. condit. indebit. cum aliis allegat. à Cenc. de cens. qu. 66. n. 98.**

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae Curam R. P. D. Bichio.

Calaguritana Beneficij.

Luna 14. Maij 1652.

ACrum est de Antonio Gualite, & Michaeli Gurrea, quia etiam hodie provt alias sub die 15. Ianuarij proximè praeteriti illis praecellere Rota censuit Ioannem Gonzalez, & Stephanum Palacios vti Sacerdotio, & aetate antiquiores, & exercitio Curae animarum, per plures annos addictos, quod praeter allegatos in prima decisione ponderatum fuit in *Calaguritana beneficij de Alesanco 8. Martij proximè praeteriti coram R. P. D. meo Alberгато, & in Calaguritana beneficij de Lumberras die 18. eiusdem mensis coram R. P. D. meo Melio.*

Nihil suffragante, quod Antonius aliàs fuerit admissus ad audiendas confessiones, & ad hoc beneficium institutus ab Ordinario, quia minor habilitas requiritur ad confessiones audiendas, quam ad exercitium curae animarum, & institutio Ordinarij, quia pender necessario à praesentatione Beneficiatorem, quorum iudicium ex praedictis appareret erroneum, cum iuxta opinionem, quam passim secuta est Rota coram Eminentissimis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & aliis in prima decisione allegatis debuissent etiam inter plures approbatos ad Curata eligere digniorem, non inducit praesumptionem dignioritatis, vt solet quando ipse Ordinarius praelegit, eo minus, quia iam fuit declarata attentata, vt ponderatum fuit in dictis Calaguritans coram Reuerendissimis Patribus DD. meis Melio, & Alberгато.

Concordia verò inter eisdem Antonium, & Michaelē ac prouiso Apostolica ad eius limites emanata non nocet Ioan. Gonzal. & Stephano Palacios

Z z 3

colligant

colligantibus, ac dignioribus de quibus aut de lite tunc pendente mentio facta non fuit ut debuit, ut plene comprobatum fuit in *Beneventana Canonicius* 8. Februarij & 27. Maij 1647. coram me. Litem autem tunc temporis non fuisse extinguitam, constat ex adductis in prima decisione §. *nimirum*, quia scilicet regulariter lis non extinguitur nisi per sententiam in iudicatum lapsam, vel longam taciturnitatem, dummodo in actis constet de non iure tacentis ex allegatis in *fanen. Cappellania* 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo *Rojas*, quae in casu nostro non concurrunt, quia Ioannes, & Stephanus poterant quandocumque appellare à die habitae notitiae, ac adherere appellationi interpositae ab altero ex aduersariis, ut fecerunt, obtinendo ad maiorem cautelam commissionem admissionis ad causam, ut propterea nec cessio litis ipsis non acceptantibus facta ab aduersariis litem extinxerit *las. in l. postquam liti. num. 1. in fin. C. de pact. Rot. in Conchen. Archiepiscopatus* 19. Ianuarij 1598. coram *Litta* impress. apud *Marches. de commiss. p. 2. fol. 56. num. 2. & in Vlixbon. nullitatis Professionis* 17. Maij 1641. §. *minus obstat, coram Reuerendissimo Salamantino.*

Ex quibus Domini confirmarunt primam decisionem in parte exclusua Antonij, & Michaelis, ab ea tamen ex probationibus nouiter factis recesserunt in secunda parte, quae Stephano Palacios praefert Ioannem Gonzalez tanquam Baccalaureum, Parochum huiusmet Ecclesiae Sanctorum Iacobi, & Andreae, in qua situm est Beneficium controuersum, & descendens ab Auis originariis huiusmet loci.

Ad probandum enim gradum Baccalaureatus non releuant plures actus in quibus Ioannes Baccalaureus enunciat, quia cum potuerint expediri absque hac qualitate, simplices enunciativae illam non probant, ut in terminis Doctoratus dixit *Rota in Casaraugustana pensionis* 21. Decembris 1591. coram *clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio* impress. apud *Marches. de commiss. tom. 1. fol. 564. num. 5. in fin. & num. 6. cominus*, quia sunt de recenti, & plerique emanant ab ipso Ioanne; Ideoque suspensa sunt *Rot. decis. 160. n. 9. dec. 405. num. 2. part. 1. recent.* Et quamuis altera ex dictis enunciativis emissae fuerit in comparatione, quam coram Notario contextualiter fecerunt idem Ioannes, & alij Oppositores, inter quos etiam Stephanus, ac iuramento ibidem ab omnibus praestitum; aduertendum est quod iuramentum non cadit super omnibus ibi contentis, & enunciatis, sed solum super eo quod omnes sunt Christiani origine, bonae conscientiae, non excommunicati, nec irregulares, & quod eorum quilibet potest Beneficium obtinere, ut legitur in Summario dato pro Ioanne num. 7. Inferri ergo exinde non potest, quod Stephanus acceptauerit enunciativam Baccalaureatus sub qua ibi Ioannes denominatur: praesertim quia alioquin ipse contra id, quod iurauit non posset Beneficium obtinere in concursu Ioannis, ut in proximis terminis ponderauit *Rota in Hispanen. decimarum de Almonte* 4. Iulij 1642. coram me. Accedit dictum Testis seruatis seruandis examinari, afferentis audiuisset à diuersis quod licet Ioannes se Baccalaureum denominet, talis re vera non est, unde eo magis dubia redditur probatio aduersarij, & reicienda cum illam offuscare Stephano sufficiat, *Bald. cons. 79. n. 7. lib. 2. Surd. cons. 505. sub. num. 6. Rot. decis. 230. n. 24. in fin. part. 1. diuers. decis. 664. numero 7. parte 1. recent. & in Augustana*

decimarum 27. Iunij 1639. coram me.

Quod verò Ioannes sit originarius huius loci excludunt Testes dati in Summario Stephani n. 1. qui deponunt illum, eiusque Patrem esse originarium loci de Autol, & potius attendenda venit origo propria, & paterna, quam auita, vel matris, *l. filios. C. munic. & orig. & in l. exemplo. C. decurion. l. 10. Duran. dec. 31. n. 3. & seqq. cum alijs allegatis à Moderno Hispano de Iud. l. 1. l. 1. tit. 1. disp. 2. q. 2. n. 101.*

Cumque iidem Testes deponant, quod Stephanus curam animarum exercuit in Ecclesia de Ricondesoto, quae est vnita Ecclesiae Sanctorum Iacobi, & Andreae, de qua agitur, ferè idem est, ac si in ipsa Ecclesia Sancti Andreae exercuisset, cum vtraque Ecclesia per vnionem vna fuerit effecta, *c. translatio de cons. Garz. super. regula 8. Cancell. glof. 5. §. 7. n. 56. & Beneficiati vnius tales, & alterius dicantur, ut disertè affirmant iidem Testes, & est de iure Rebuff. in prax. tit. de vnion. n. 49. Gratian. disp. 655. n. 6. Barbof. de iure Ecclesiast. l. 3. c. 16. num. 21. Rota in Amburien. seu Cunitaten. Archiepiscopatus* 1. 14. Decembris 1646. coram me.

Hinc cessantibus in Ioanne praetogatiuis ob quas prima decisio illum praetulit, & è conuerso per plures Testes, quorum si aliqui defectus patebantur, supplet numerus, & adminicula resultantia ex fidelibus in Summario Stephani num. 5. datis, *Alexan. cons. 149. num. 6. lib. 5. Surd. consil. 28. n. 43. Caesar. de Grass. decis. 5. num. 8. & 9. de Sponsal. Buratt. decis. 604. num. 5. Rot. in recent. decis. 147. n. 3. & 4. part. 1.* Probato quod idem Ioannes possidet pingue aliud Beneficium annui redditus scutorum 300. Stephanus verò nullum, & si quod habuit exigui proflus fructus dimisit, Stephanus ipse, qui de caetero doctrina, & bonis moribus praeditus, ac multis annis curam animarum exercuit praefertendus est, *cap. is cui de praeb. in 6. cum alijs allegatis in §. fin. prima decisionis.*

A qua proinde in hoc tantum Domini recesserunt omnibus partibus Informantibus, ac Stephano Beneficium adiudicandum esse dixerunt.

DECISIO

Sacra Rota Romana Coram R. P. D. Bichio.

Bononien. Haereditatis.

Veneris 28. Iunij. 1652.

Valeriae Catanae, eiusque cessionariis decisum hodie fuit dandum esse immisionem in medietate bonorum haereditariorum Bernardini Catanei fratris ab intestato superstitibus tum dicta Valeria sorore, tum Bartholomaeo fratre defuncti, nam fratri succedunt in capita frater, & soror ex dispositione iuris communis in §. 1. *Ausb. de haer. ab intest. in Ausb. cessante Cod. legit. haer. cum alijs allegatis in Auximana prady* 28. Iunij 1646. §. *fin. coram me, & succedentibus ab intestato competit interdictum quorum bonorum Menoch. de adipisc. remed. 1. n. 33. & seqq. & in his terminis Buratt. decis. 262. n. 10. decis. 309. num. 2.*

Nec obstat Statutum Bononiae l. 4. de successione. *Ascend. & Collater. §. dicti vero fratres, praefertens fratrem*

fratrem sorori in successione communis fratris praedefuncti, quia statuta huiusmodi à laicis condita in haereditate Clerici qualem fuisse Bernardinum probant testes dati in Summ. Valeriae, non habere locum Rota censuit articulo maturè discusso, & omnibus contrariis rectis in *Rauenaten. haereditatis* 5. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Card. Orshobono, ubi allegantur innumeri concordantes, & afferunt solidissima ratio, quod scilicet hifce statutis nullo modo comprehenditur illud de quo in specie statui, atque disponi à statuentibus non potuit; laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directe, aut indirectè, quia illorum iurisdictioni non subsumunt. *c. Ecclesia Sanctae Mariae de cons. c. de cernimus de iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cleric. c. 1. de immunit. Ecclesie.*

Quae ratio militat, siue statutum dirigat verba in personam defuncti, siue disponat tantum de eius bonis, siue agatur de bonis quaesitis ante, vel post Clericatum; semper enim deest subiectio bonorum iurisdictioni statuentium, quae sola sufficit ne statuto exclusiuo foeminarum sit locus, ut sequendo doctrinam *Bart. in l. 1. num. 32. & 33. C. de Summ. Trinit. & fid. cathol. l. spissimè dictum* fuit in decisionibus relatis à *sanct. mem. Greg. XV. decis. 255. numer. 1. & seqq. ibique addem. numer. 7. à Buratt. dec. 188. numer. 2. & ab add. ibidem num. 14. ac decis. 262. num. 13.* Et superueniente Clerica, ut etiam bona patrimonialia antea quaesita exeunt de potestate laicorum. *Imol. cons. 55. numer. 7. Honded. de communi cens. 3. numero 12. lib. 1. Lancell. Gallia cons. 59. numero 14. aliique relati à modern. Pidemontano disquisit. Clerical. part. 1. vit. de exemp. cleric. & cor. honor. §. 5. numero 6.* attendique debet solum tempus mortis in quod statuti exclusiuè effectus confertur Salyc. in *ausb. causa numer. 14. C. sacros. Eccles. Dec. in capit. Eccles. S. Mariae n. 207. num. 21. 2. & seqq. de cons. Abb. ibid. num. 25. Arichar. cons. 107. num. 2. cons. 108. num. 1. & 2. aliique plures quos in terminis statuti exclusiuè foeminarum secuta est *Rota in Tudertina successione* 29. Maij proximi praeteriti coram R. P. D. meo *Melcio* & magis in puncto *modern. Neapolitanus de iurisdictione part. 4. cas. 5. num. 15. modern. Manicalciensis ad Bull. Caena Domini lib. 2. can. 15. quaest. 17. num. 28. Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. fori Eccles. 11. num. 14. & 21.**

Nihil suffragante quod Statuta Bononiae confirmata fuerint à Sede Apostolica in forma specifica verbis tam amplis, ut nouae legis vim ipsa confirmatio habere videatur, ut ponderatum fuit in *decis. 438. numer. 54. & seqq. part. 4. tom. 2. recent. relata in Bononien. bonorum* 17. Martij 1649. §. *gratias vero in fin. coram me*; quia id esset momenti si statutum eliminaretur à successione Clerici ex defectu duntaxat potestatis statuentium; hunc enim defectum dicta confirmatio sustulisset: verum vrget vltreius defectus voluntatis; quia nempe nisi in statuto fiat expressa mentio de Clericis, eorumque bonis, vel adint verba vniuersalia apta Clericos includere *Honded. cons. 20. num. 6. vers. sed etiam, & sub num. 7. vers. que conclusio lib. 2. & alijs allegatis aduertit Rot. in Romana dotis* 11. Februarij 1647. §. *addebant coram me.* Hunc autem voluntatis defectum confirmatio quamuis in forma specifica non supplet, cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea quae in confirmato non includuntur extendere *cap. 1. & 2. de confirmat. vitil. vel inuit.*

Decius in l. more n. 31. ff. de iurisd. omn. iudic. Bero. cons. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. cons. 75. num. 32. Rota in Romana scutorum quatuor millium 26. Nouembr. 1618. coram *clar. mem. Cocino* decis. 604. num. 1. part. 4. recent. & in puncto statuti confirmati à Sede Apostolica *decis. 58. num. 29. & 30. part. 6. recent. in Spoletana bonorum* 13. Aprilis 1646. §. *Cum in ea coram Eminentiss. D. Card. Corrado, in d. Rauenaten. haereditatis §. neque suffragatur. ibi nec in statutis facta esset expressa mentio Clericorum coram Eminentissimo D. Card. Orshobono, in d. Tudertina successione coram R. P. D. meo Melcio, quae loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis conceptae.*

Eo facilius attentis praecisis verbis confirmationis Iulij II. ibi, *dummodo contra libertatem non sint*, quibus ille Pontifex satis declarauit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos; & libertatem Ecclesiasticam, quae etiam in exemptione bonorum Clericorum à iurisdictione laicali consistit; vnde vrget quoque defectus voluntatis confirmantis, & esto quod confirmatio vim haberet nouae legis, operari non potest contra voluntatem legislatoris, ut per *Bart. in l. Iulianus verum debitorem numer. 15. ff. condit. indeb. Dec. cons. 43. num. 4. Burat. decis. 52. num. 5.* aut egredi terminis confirmati cui famulatur *Cassad. dec. 1. num. 2. de confirmat. vitil. vel inuitil.* quem cum alijs ibi allegatis refert; & sequitur *Rot. decis. 176. n. 38. p. 5. rec.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO.

Sacra Rota Romana coram Reuerend. Patre Domino Bichio.

In causa Maioricensi celebrationis Missarum.

Veneris 28. Iunij 1652.

Celebrat Cathedrales Ecclesia Maioricensi dupplicis generis festiuitates dictas de Aloy, alias nuncupatas capitulares, alias Fidelium deuotione fundatas ac dotatas: De primis non est quaestio, sed in secundis reculantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missae solemnis: Reuerendissimus Episcopus decreuit Ecclesiae manutentionem in quasi possessione, recipiendi ab illis seruitium cantus Missae, & Euangelij. Deuolutoque per appellationem Canonicorum negotio ad hoc Sacrum Tribunal, & mihi commissio, decidendum hodie proposui. An Promotori Ecclesiae sic danda manutentio, in quasi possessione canificiendi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus praedictis; Et affirmatiua sententia placuit. Nam quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi cum sit penes Ecclesiam ipsi, (siue eius nomine Promotori competit manutentio, ut ferè in his terminis respondit *Rota in Salamantina stipendiorum* 16. Ianuarij 1606. & 3. Decembris 1607. coram Cardinali *Lancellato iuniori* impressa apud *Modern. Perul. de manutentione decis. 96. num. 2. & 3. & decis. 97.*

Neque Canonici negant idem seruitium, in praeteritum praestitisse pluries; quod etiam affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus dat. in summatio Promotoris num. 4. & 5. & satis esset aliquando ita fuisse seruatum: ut quasi possessio diceretur Ecclesiae quaesita iuxta Theor. Ripa in cap. cum Ecclesia Surrina num. 91. de caus. poss. & propriet. Rom. conf. 311. num. 7. Oldrad. conf. 312. num. 2. Dec. conf. 117. sub num. 2. vers. quod autem. Garz. de benef. p. 5. cap. 5. num. 59. Rot. dec. 337. p. 2. apud Caputaquen. & alias saepissime: sed afferentes id sponte fecisse, ac proinde actus fuisse voluntarios: eos praetendunt adduci non posse ad probandam assertam quasi possessionem; quippe quae ex actibus facultatiuis non acquiritur: l. Proculus ff. de d. mun. infect. Decian. conf. 144. nu. 133. lib. 4. Rot. decif. 473. num. 1. part. 3. recent. cum reliquis allegat. à modern. Perus. de manu. obseru. 53. num. 2. & seq.

Verum Promotoris replicationes infra adducendae visae sunt obligationem canendi spontaneo, & facultatiuo cantui contrariam Rip. in cap. Ecclesia Surrin. num. 55. de caus. poss. & propriet. Menoch. praef. 67. num. 1. segg. lib. 6. add. ad san. mem. Greg. XV. decif. 162. sub lit. E. vers. primo sciendum Rot. apud Pen. dec. 135. num. 9. & Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 15. Maij 1644. paragr. quia hoc coram R. P. D. meo Peuingerio suadere posse; ut saltem dubium sit an actus canendi fuerint facultatiui; quod sufficit ad obtinendam desuper manutentionem, nisi praesumptio valde vehemens aduersetur. Add. ad san. mem. Greg. XV. decif. 162. num. 15. in fin. relat. à modern. Auentonen. quast. & resol. lib. 1. cap. 15. num. 17. & à modern. Perus. de manu. dicta obseru. 53. n. 16. Rot. Bonon. diuers. dec. 138. nu. 58. & 59. Seraph. dec. 325. num. 3.

Adest siquidem Capitulare decretum editum die 5. Septembris Anno 1601. disponens quod festa, de quibus agitur: fiant à Canonicis per Turnum: verbum enim fiant: cum sit praecipuum Clem. exini de Paradiso vers. item ordo de verb. signif. Pacif. conf. 19. num. 132. lib. 2. provt & subsequens verbum dicat ibi: dicat Euangelium, importare videtur praesentem obligationem; & spontaneam excludere, ut in puncto celebrationis Missae; aduertit Modern. Carpen. controu. for. cap. 38. num. 21. & seqq. Consonat aliud decretum Capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni; Mandans, quod in hisce festis seruetur Turnus; ponderando verbum seruetur quod indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus: sic perpetuo faciendi Fel. in cap. 2. num. 5. fall. 2. & 5. de tregua, & pace. Cyn. in l. si quis heredem num. 2. vers. nam quidem, C. de instit. & subst. l. al. in l. si ab arbitrio sub num. 13. vers. secundo, & fortius ff. qui factis cog. Ang. conf. 34. num. 9. Rot. decif. 677. nu. 2. p. 1. diuersorum: Turnus autem ex Ecclesiae instituto non cadit nisi inter Canonicos, qui proinde per se ipsos canere debent, Garz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 495.

Nec obstat quod in vtroque decreto detur Canonico existenti in Turno potestas non celebrandi, aut canendi, si nolit; nam praeter quod vnus ex Dominis animaduertit. Intelligendum hoc esse de voluntate legali iuxta boni viri arbitrium: hoc est, si legitimo impedimento detineatur, ut in fortior. term. Gutier. conf. 1. num. 11. vers. & praedicta, Barbat. conf. 33. num. 8. vers. quia ad hoc respondeo lib. 2. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 504. & alij quos ad rem nostram allegat Modern. Carpen. dicto cap.

38. sub num. 27. vers. verum, & num. 28. non rectè à libertate concessa Turnario inferitur, quod omnes Canonici possint recusare; dum vltro disponitur quod eo recusante; Turnus ad alios transeat: quia stant simul quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totius Capituli; in quo residet formale onus canendi: solumque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium; ut ex doct. Bart. in l. inter tutores num. 16. ff. de administr. int. tradit in term. Turni inter Canonicos Lotther. de re benef. lib. 2. quastion. 21. & 29. & dixit Rot. penes Seraph. decisione 980. numero 10. & 11. in Montis alti beneficij 15. Decembris 1645. paragr. & additur coram me.

Edò magis quia decreta; & arbitrium nolendi tribuunt quidem existenti in Turno, sed in hac parte non loquuntur de alijs Canonicis immediatè sequentibus; imò explicite mandant, quod ad illos Turnus transeat: ibi: Canonico ad quem spectat Turnus, & eo non acceptante transferat Turnus ad alium immediatè sequentem. Summ. Promot. num. 6. necnon quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem; sed augendam, diffundendamque illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos cum prius illi solum participarent; quos fundatores festorum inuitalent: ut deponit, Quartus Testis dicto Sum. num. 4. quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vt facilius obseruentur neque ex parte Capitularium deficiat seruitium ibi: per facilitare, che non ci sia mancamento de Signori Capitulari, che officiano in detti giorni Constituit vt vltra ordinariam distributionem alia extraordinaria celebrandi missam, & canenti Euangelium soluarur à mensa Capituli Sum. num. 7. Neque enim Capitulum propriam mensam extraordinaria distributione grauasset, pro adimplemento huius seruitij nisi ad illud teneretur, & verbum illud mancamento, supponit praesentiam debiti, cum deficere in adimplendo non dicatur qui non debet l. non intelligitur 3. paragr. multa ff. de iur. Fisc. lib. amissione 5. paragr. primo ff. c. Cemin. l. Canus. 11. in fine ff. de v. sur. l. si extraneus 34. in princip. ff. de iur. dot. l. non videntur 84. l. non potest videri 100. l. non potest videri 209. ff. de reg. iur.

Quod etiam demonstrant tum fundationes harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium Sum. Promot. num. 2. alia fuerunt à Capitulo acceptatae cum onere solitae solemnitatis: quod pernece se intelligitur cum cantu Canonici vt applicant Testes Summ. Ibid. num. 4. in fin. vt propterea Capitulum ab onere acceptato recedere nõ valeat vt in prox. term. ratiocinatur Rot. apud Peniam decif. 146. numero 1. & 2. Tum subsequens obseruantia probata ex plurib. testib. quorum signanter quintus examinatus ad instantiam Promotoris Sum. num. 4. est ætatis 80. annorum, & deponit quod spatio 66. annorum in quibus beneficiatus est Ecclesiae huius Cathedralis, semper vidit Euangelium in his festiuitatibus cani à Canonico, nec vnquam vidit, quod alius non Canonico cecinerit, id quod in teste verisimiliter informato quia beneficiatus est, includit negatiuam coartatam, licet non subdat aliter fieri non potuisse, quin sciuerit, Aratic. in cap. cum causam num. 37. de testib. Paris. conf. 162. numero 14. lib. 4. Farin. conf. 151. numero 18. add. ad sanct. memos. Gregor.

Gregor. XV. decif. 325. num. 27. Cumque omnes testes Promotoris deponant de obseruantia longi temporis hæc ipsa in re diuinum cultum respiciente obligationem Capituli nedum probat, sed quatenus opus sit ex integro parit fauore Ecclesiae. Felin. in cap. ad Apostolicam numero 3. de Simon. port. Abb. in cap. suam num. 9. eod. tit. Gutier. Canon. quastion. lib. 2. quast. 21. num. 144. Casad. decif. vnic. num. 2. & 5. de consuet. Rot. decif. 360. sub num. 7. vers. vltra quod part. 1. recent. decif. 143. num. 5. decif. 1135. num. 2. & 3. coram Peña, vbi subditur omnes affirmare quod sufficit continua praestatio decem annorum: edò facilius ad obscurandam qualitatem voluntarij; seu facultatiui, quae ob actuum multipliciter non praestatur add. ad Greg. XV. decif. 162. numer. 15. ante fin. vers. 2. excluditur, & vers. 3. vbi agitur Cas. de Grass. decif. 1. num. 3. de caus. poss. & propriet. Seraph. decif. 212. n. 2. decif. 323. nu. 4. cum alijs relatis à Modern. Perus. de manu. obseru. 53. nu. 20. & seq. vbi inserti quod exinde acquiritur possessio manutentionis.

Hanc ipsam obseruantiam probant testes Capituli non attento quod deponant de duobus actibus contrarijs, qui cum dederint causam liti, non merentur attendi. Giouagn. conf. 28. numero 38. lib. 2. Lancell. de attent. part. 2. capite 4. lim. numero 111. & seqq. Rot. coram sanct. memor. Gregor. XV. decif. 4. num. 2. provt attendi non meretur, quod semel aut bis canente missam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonico: quia existunt declarationes Sacrae Congregationis Rituum relatae à Barbof. de Canon. & dignit. c. 34. sub n. 7. idque factum credere pium est ob legitimum aliquod impedimentum, vt in prox. term. ponderat Modern. Carp. controu. c. 38. n. 47.

Quae omnia vt supra dicebatur Domini non attulerunt ad effectum aliquid decernendi in petitorio, sed solius summarissimi possessorij, quod leuiore probatione admittit ex allegat. in decif. 396. n. 1. decif. 547. n. 2. decif. 626. n. 2. in impress. post tract. Modern. Perus. de manu.

Et ita decifum vtraque parte informante.

DECISIO.

Sacrae Rotae Romanae coram Reuerend. Patre Domino Bichio.

In causa Albinganensium Praecedentiae.

Veneris 20. Iunij 1653.

Attendatur dispositio iuris communis, siue Constitutio fel. record. Gregor. XIII. relata per Barbof. de potest. Episc. alleg. 78. num. 32. & per Modern. Hispan. de exemp. regul. dub. 368. num. 1. praecedentiam, ac digniorem locum in processibus publicis, seu priuatis, ac alijs functionibus deberi in Terra Tabiae Confraternitati Confalonis sub inuocatione SS. Fabiani, & Sebastiani in concursu Confraternitatis Sanctiss. Trinitatis, decifum hodie fuit prauiam particularis dubij geminata discussione.

Ius enim commune digniorem locum tribuit antiquiori canon. statumimus vbi gloss. verb. noui di-

stinct. 61. lege 1. Cod. consul. lib. 12. lege fin. Cod. Tyronib. eod. lib. Thob. Nonius conf. 71. numero 35. Rot. decif. 718. numero 1. part. 4. diuers. & in Oppiden. processum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verolpio, ac digniori, cap. statumimus de maior. & obed. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 14. n. 29. & seqq. vbi allegat. concord. Rot. decif. 138. num. 2. part. 1. recent.

At Confraternitatem Confalonis esse antiquiorem concedunt testes aduersariae, ac probant examinati ad instantiam huius Confraternitatis, necnon publicum instrumentum fundationis, & approbationis obtentae ab Ordinario de anno 1454. vt in Sum. nouo num. 1. Digniorem vero demonstrant, tum inaccessus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram Prioris aduersariae capite solita de maior. & obed. gloss. in l. decernimus verb. residendi. Cod. sacrosanct. Eccles. Tiraquell. de primogen. in praefat. numer. 13. & seqq. Grat. discept. 106. numero 40. Bobadill. politic. parte 1. lib. 2. c. 17. num. 12. Tum probata per testes communis hominum opinio, quae in hac materia attenditur, vt ex tex. in l. Athletas. paragr. 1. ff. bis, qui notan. infam. & in lege 1. ff. flumin. capite cum olim de consuetud. tradit Vasc. in praefat. ad quastionem Illustr. numero 85. Grat. disceptatione 111. num. 74. & seqq. Castill. de Tert. Reg. capite 41. numero 38. Buratt. decisione 483. num. 13.

Tum vsus iubendi aduersariae in functionibus publicis praestare satagenti, vt sistat cum successiuam aduersariae obedientia, & acquiescentia, de qua deponunt primus, secundus, quartus, & quintus testis dati in primo summ. Confalonis sub num. 8. hoc enim superioritatem demonstrat. Gloss. in cap. olim. lib. 3. de restitut. spoliat. Alber. in dictione verb. maioritas attenditur, vers. item in obediendo. Bald. in lege 2. sub num. 79. vers. secundo casu Cod. seruit. & aqua. Alex. conf. 43. numer. 3. lib. 2. Vrsil. ad Afflic. decif. 301. numero 4. Merlin. decil. 461. nu. 6. & seqq. Tum diuersitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduersaria adhibetur campana parua, pro alia vero magna, quae sicuti dignior est illa. ex allegat. per Barbof. in cap. patenibus num. 5. circa fin. de privileg. arguit digniorem esse, quem conuocat, non secus, ac dignior dicitur, quem dignior instituit data in ceteris paritate. l. 2. ff. ab scriben. gloss. in cap. 1. verbor. maior. & in c. per suas verbor. Subdiaconus, de maiorit. & obed. Decian. respon. 19. num. 211. lib. 3. Menoch. conf. 126. n. 33. & seq. conf. 902. n. 17. Boët. de amb. magn. conf. num. 81. cum alijs alleg. à Moder. Hispan. de praeced. quast. 1. n. 20. Tum tandem infra ponderanda possessio praecedendi, Felin. in rubr. de maiorit. & obed. n. 10. alii quoque relati à d. Moder. Hispan. de praeced. quast. 17. sub n. 1. vers. & tales dicuntur. Rot. decif. 456. d. 12. par. 1. recent.

Non obstat, quod de praedictis deponant testes, qui sunt Confratres ipsius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non merentur fidem; praesertim in re magni honoris, Bald. in cap. cum Nuncius num. 1. ad fin. de testib. Felin. in cap. insuper num. 6. eod. tit. Rot. decif. 136. num. 1. part. 1. recent. Quia obiectum procederet, si exinde emolumentum aliquod, vel honorem, vt singuli reportarent; cum autem minimè reportent, quia vt singulis non debetur honor debitus vt vniuersis, Praepos. in cap. Concilia. §. Episcopum numer. 3. distinct. 17. Grat. discept. 298. num. 46. & seqq. alioque refert Moder. Matritensis in summ. quastion. Regul. vol. 1. tom. 2. cap. 15. num. 23. plenè probant pro Confraternita

ternitate Bald. in d. capite cum insuper numero 3. de testib. Honded. conf. 79. numero 39. & 40. lib. 1. & in specie de Confratribus, Rot. decif. 290. num. 13. par. 5. recent. in Anconitana bonorum 13. Ianuarij 1645. §. quia etiam coram R. P. D. meo Melcio, & magis in puncto in Taurinen. delationis Baldachini 4. Iulij 1646. §. & licet coram Eminentiff. D. Card. Corrado: maximè quia supplentur ex numero, & administrantur ab instrumento antiquitatis, ac in aliis quibus etiam à testibus ex aduerso inductis plenè probantibus contra inducentem leg. si quis testibus, Cod. testib. Surd. conf. 390. d. 18. Mant. decif. 274. n. 1. vers. & quod amplius.

Constitutio Gregoriana pariter suffragatur Cōfraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eam, quæ est in quasi possessione præcedendi, vel hoc cessante, quæ prius factis vsa fuit. Hanc vero Confraternitatem esse in quasi possessione præcedendi probatur. Primo, quia in processione alias facta ad Ecclesiam nuncupatam S. Mariæ dell'Alma, in qua mixtum vtriusque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis inessit ad Prioris, & respectiue Subprioris aduersariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde est localis motus principium, Gloss. in l. decernimus verb. resdendi C. sacrosanct. Eccles. Cassan. in Cathal. glor. mund. parte 3. considerat. 2. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 16. numero 90. Penia in puncto processionum decif. 456. numero 4. & segg. sufficitque vnicuius actus ad acquirendam quasi possessionem præcedendi iuxta theoreticam Rip. in cap. cum Ecclesia num. 91. & segg. de constitut. quam alii allegatis sequitur in terminis præcedentiæ, Castil. de Terr. Reg. cap. 41. n. 61. Xamar. de offic. Iudic. & Advoc. p. 1. q. 2. n. 69. Rot. in d. Taurinen. delationis Baldachini §. quia ceteris coram D. Card. Corrado.

Gratissime dicitur priorem præcessisse, quia Sacerdos erat, cum enim fuisset in Priorem electus non ut Sacerdos, sed ut confrater, processioni interesset, hoc tantum nomine; non autem illo potuit præcedere. Abb. in capite auditu num. 4. de elect. Lanar. conf. 88. num. 16. & sequent. Anton. de Pret. de Iurisd. Episcop. capite 6. num. 55. inter tract. diuers. tom. 13. part. 2. f. 367. Contilor. de preced. num. 20. & segg. Grat. discept. 111. num. 14. Cancet. var. resal. lib. 3. cap. 10. num. 117. alique relati à Modern. Hispano de preceden. quest. 27. num. 10. & 11. Rot. decif. 288. num. 2. part. 1. recent. & in d. Taurinen. delationis Baldachini, §. quia non agitur: præter quod in Subpriori qui similiter præcessit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

Secundo quia, ut affirmant concorditer testes vtriusque partis occurrentibus occasionibus processionum, & vtraque Confraternitate illarum progressum expectat: uta manente in Ecclesia, Vexillum, & Confratres Confalonis steterunt in ea parte Ecclesiæ, quam respicit cornu Epistolæ, Confraternitatis verò aduersariæ in ea parte quam respicit cornu Euangelij, quod in his terminis censetur minus dignum. Nam ut habetur in Sac. Caremon. lib. 3. sect. 2. cap. 1. col. 4. in fin. vers. hoc enim, ac tradit Paris. de Crast. de Caremon. Card. & Episc. cap. 31. in princip. dupliciter consideratur pars dextera in Altari, vno videlicet modo respectu ipsius Altaris versus ad populum, & sic dexterum, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris posita, ibique legitur Euangelium, quod est dignius. Alio modo respectu Sacerdotis celebrantis versus ad Altare, &

sic pars dextera est cornu Epistolæ, quia illuc tendit dextera ipsius Sacerdotis; atque hinc, ibi assistit Sacerdoti Diaconus, ut tradit Castald. in prax. Caremon. lib. 1. sect. 7. numero 8. & 26. qui est Subdiacono assistenti à parte Euangelij dignior. cap. stauimus, de maior. & obed. Petr. Gregor. Synag. iur. lib. 1. 6. cap. 7. num. 4. Pariter cornu Epistolæ dicitur dextera habito respectu ad ingressum in Ecclesia, quia illud respicit pars dextera ingredientium, ut sensui patet.

Primus modus attenditur in iis, quæ sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altare regulantur, aut vertuntur ad populum. Eademque ratione in Sacris Conciliis, in quorum medio poni consuevit Sacrosanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuersi essent, quia illud repræsentabat ipsam Deum sistentem in medio Synagogæ, dignior pars censebatur, quam dextera ipsius Dei sic repræsentati respiciebat; ita ut à dextris essent, qui habito respectu ad ingressum sedebant à sinistra, & è conuerso à sinistra qui sedebant à dexteram, ut notat Cardinalis Baron. Annal. tom. 3. ann. 325. pag. 273. litt. C. & tom. 6. ann. 451. pag. 141. litt. C. Card. Bellarm. in controu. lib. 1. de Concil. cap. 19. vers. itaque Seuerin. Binius in not. ad Concil. Nicanum tom. 1. Concilior. General. pag. 314. sub vers. quibus Ordinibus. Vnde etiam in omnibus processibus, pars illa est dignior, quæ est à Latere dextero personæ primariæ in medio, & conspectu altantium sedentis. Anton. de Pret. de Iurisd. Episc. cap. 6. sub n. 56. vers. ideo qui sedet post glossam, Alexandrum, & Baldum ibi alleg. Hac autem omnia procedunt in consensu, & inter personas illum integrantes, ac per alias Ordinibus dispositis se inuicem respicientes; diuersa vero est ratio in progressu, ut ait Baron. Annal. tom. 6. d. pag. 141. litt. C. ibi alia in progressu, in consensu ratio alia attendatur.

Cum igitur Confraternitates laicales nullam partem habent in consensu Altaris, ac Presbyterij cap. 1. ubi gloss. verb. secus Altare de vit. & honest. Cleric. cap. Sacerdotum de consecrat. distinet. 2. Pauin. de Visitat. parte 2. quest. 8. num. 26. Guilielm. Durand. de mod. celebran. Concil. General. rub. 55. num. 2. Rot. in Romana processione 6. Februarij 1615. coram S. D. N. & in Pampilonen. Scanni 16. Ianuarij 1640. coram bon. me. Card. Panzirolo; neque in figura confessus, sed progressum expectantes ad Altare versus turmartini in corpore Ecclesiæ, cuius dexteram partem esse cornu Epistolæ tradit Gauant. in Theofac. riu. part. 2. tit. 6. num. 4. litt. X. pag. 101. maneat vti pars ceteri populi, cuius dexteram esse latus Epistolæ ait idem Gauant. ibid. part. 2. tit. 7. sub n. 10. col. 4. litt. D. pag. 113. sequitur, ut illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ stetit in parte collateralis cornu Epistolæ; præsertim, quia in loco Tabiæ communis opinio, & æstimatio hominum in his materiis ex supra allegatis attendenda, hæc est, ut deponunt testes, & comprobatur vsus eiusdem loci; nam ibi dignior pars Magistratus laicalis solemniter assistentis, qui dubio procul præcedere debet, ac manere in loco digniori quam Confraternitates, residet à cornu Epistolæ, quamuis locus à cornu Euangelij sit vacuus, in eodemque loco respiciente cornu Euangelij sedent alij minus digni, & ab vsu, seu consuetudine præcedentias metiri debere tradit Zabarell. conf. 62. n. 1. ac dixit Rot. dec. 288. in fin. part. 1. recent. decif. 779. n. 2. apud Merlin. & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verosio in d. Taurinen. delationis Baldachini coram D. Card. Corrado.

Tertio

Tertio, quia in funeralibus, & associatione cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduersarij inceserunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior est. l. 1. Cod. proposit. labor. lib. 12. cap. perlectis 22. distinet. Cassan. in Cathal. glor. mund. part. 4. consider. 75. vers. mihi tamen. Boer. de aurb. magn. conf. n. 59. vers. quia in processionibus. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 6. Ciriac. contr. 201. nu. 154. in puncto funeralium Anton. de Pret. de Iurisd. Episc. cap. sup. cit. cap. 6. n. 56. vers. eo quia, quamuis Vexillorum ante omnes regulares præcuntium illud aduersariæ minus à Clero distaret: nam à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius Collegij sub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur Decian. respon. 67. num. 7. lib. 2. vel quando cetera correspondent, & paria sunt, ut declarat Ant. Capic. decif. 27. numer. 46. in fin. ibi quoniam ceteris paribus.

Nec dubitandum, quin à præcedentia in associatione cadauerum quæ sita fuerit possessio præcedendi in omnibus processionibus, stante causa vniuersali supra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, Bald. in repet. l. 1. num. 24. vers. iudic. Cod. emancipat. liber. Felin. in cap. auditu, num. 19. de prescript. Rot. decif. 139. num. 1. 2. part. 2. diuers. & Romana locorum monium 4. Iunij 1640. coram recol. mem. Cocino Decano, quam antiquioritatem Constitutio Gregoriana possessori non abrogat Moder. Hispan. de preceden. quest. 45. sub. num. 12. vers. circa prædicta; licet secus esset si quoad alia esset aduersaria in possessione præcedendi, vel præcedentia in associatione cadauerum emanasset ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer associatum fuisset alicuius ex Confratribus alterius Confraternitatis, in quibus terminis loquitur Merlin. decif. 779. numero 6. & segg. quod non probatur in casu nostro; imò testes deponunt vniuersaliter de associatione cadauerum, & aduersaria in aliis functionibus non docet se esse in quasi possessione præcedendi.

Nihil ad id suffragante, quod Confraternitas aduersaria in aliis processionibus præeunte Confraternitate Confalonis inceserit proximior Clero, quia ut ait Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 109. in fin. dignior, aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum consuetudinem, sed an locus subsequens fuerit aduersariæ concessus ex causa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduersariæ importet necne, discordant testes, & fides extraiudiciales hinc inde datæ, ut propterea actus huiusmodi, saltem quia æquiuoci possessionem præcedendi aduersariæ non tribuerint Rot. dec. 229. n. 7. dec. 333. numero 6. parte recent. decif. 46. num. 7. apud Modern. Perusin. de manut. Eo minus cum testes affirmant, quod Confraternitas Confalonis aduersariam aliquando tentantem prætere coërcuit, & sublequi coëgit, quod si locus subsequens dignior fuisset habitus, non fecisset, nec aduersaria acquiesceret, & per huiusmodi acquiescentiam aduersaria, vel id implicite facta videretur, vel saltem sibi præiudicauit iuxta text. in cap. ex ore, vers. per hoc de his, quæ sunt à maior. parte cap. Abbate, verb. Abbatem Monachum de verbor. signific. Felin. in cap. pastoralis numero 5. de offic. ordin. Aym. de antiq. tempor. part. 4. §. materia ista n. 81. Dec. conf. 206. n. 7. vers. ubi exhibens & in proximis terminis Rot. in sup. cit. Pampilonen. Scanni coram Card. Panzirolo §. nec reuelat, vers. inò aliqui.

Fortius quia in districtis processionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Ecclesia morabantur steterunt, ut dicebam in loco digniori, & in alia processione facta ad Ecclesiam dell'Alma inceserunt ad dexteram aduersariæ, gaudentque prærogatiua rum antiquioritatis, tum alius superius ponderatis. Et quibus omnibus ita decisum vtraque parte bis informante.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae, Coram Reuerend. Patre Domino Bichio.

Romana fructuum dotis.

Luna 15. Ianuarij 1652.

EO quod sententia Rotalis condemnans D. Marcellum Crescentium ad restituendum Dominis Fuluiæ, & Mario de Maximis scut. 842. & 50. ex causa fructuum dotis soluto matrimonio per mortem Hotrensiæ vxoris decursum exacta, valida, & iusta est, eam confirmandam esse in gradu appellationis ad me interpositæ DD. censuerunt.

Quod enim sit valida ipse appellans non negat. Iusta vero apparet ex oprime deductis in decisione edita 21. Aprilis 1651. coram Reu. P. D. meo Cerro, in qua amplectendo opinionem communem Doctorum in cap. Salubriter, de vsur. latissime comprobatur in decif. 91. apud Fenfon. ad Stat. Urb. & passim à Rota receptam demonstratur fructus dotales post mortem vxoris exigi non posse, non obstante superexistencia filiorum, & pacto de soluendis fructibus inde finitæ in capitulis matrimonialibus appposito, quia vxore defuncta cessant onera matrimonij in eius alimoniis secundum Dignitatem, & quantitatem dotis consistentia, propter quæ constante matrimonio licita erat fructuum dotalium promissio, & exactio quod præter allegatos in dicta decisione tradit Pergr. conf. 85. sub num. 14. lib. 3.

Neque promissionem ac exactiōem huiusmodi licitam reddit conuentio de inuestienda dote in bonis stabilibus, censibus, vel locis montium, quia vbi solutio dotis non est facienda in ipsis inuestimenti seu re fructifera, sed in pecunia numerata postea inuestienda, multum interest an onus inuestimenti sit impositum debitori, an verò creditori: primo enim casu fructus qui ex inuestimento faciendi percepti verisimiliter fuissent, debentur à debitore absque aliqua interpellatione ratione mandati de inuestiendo per eum suscepti quod adimplere debuit, alioquin nisi illi ex iusta causa renunciauerit vel doceat fecisse diligentias pro inuestimento reperiendo tenetur ad damna, & interest, ut fuisse decisum in Romana multiplici 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Valdo seniori, qua est decif. 479. num. 9. & 10. inter impress. apud Cinc. de Censibus, & in Romana seu Ianuen. Pecuniaria 1. Iulij 1644. paragr. nec reuelat, & 2. sequentiibus coram me.

Quæ ratio quia cessat in secundo casu, fructus deberi non possunt nisi ex capite lucri cessantis, vel damni

damni emergentis Soc. sen. conf. 88. per tot. lib. 4. *Rimin. Iun. conf. 218. numero 90. & seq. Hond. conf. 30. numero 29. conf. 44. num. 31. lib. 1. Grat. disp. 911. num. 4. & 5.* neutrum autem permittitur nisi debitor per interpellationem personalem fuerit constitutus in mora soluendi, vt in puncto *Card. Mant. decis. 171. num. 3.* & vtrumque casum distinguendo respondit, Rot. in *Romana crediti dotalis 12. Martij 1645. coram R. P. D. meo Verospio, impress. apud Moder. Forolouen. de pignor. decis. 94. num. 11. & in eadem 16. Martij 1646. §. dum enim coram eodem Rot. in proximis terminis dec. 90. num. 6. facit Grat. disp. 987. n. 11. Rot. decis. 7. num. 6. apud Zacch. de societ. offic. & in Senogallien. Pradij 27. Iunij 1644. §. iniustitia in fin. coram R. P. D. meo Melio.*

Non obstat quod interpellatio non requiratur quando adest pactum vt per *Dec. conf. 111. num. 13. vers. mora enim post Castr. Abb. & Alex. ibi allegatos Scac. cap. de camb. §. 1. quast. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 148. relatus a Moder. Neap. in tract. de cred. capite 2. tit. 7. quast. 2. num. 1742. & seq. ubi allegat concordantes Rot. apud Farinacc. decis. 331. num. 9.* Hoc enim quicquid sit in aliis casibus non procedit quando ipsum pactum est illicitum quale est istud de soluendo fructus dotales soluto matrimonio *Alex. conf. 221. sub num. 7. vers. nec praedictu lib. 2. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quast. 39. numero 14. & seq. Rot. decis. 94. num. 8. apud Moder. de pignor. ac pendente dilacione Alex. conf. 31. numero 14. vers. videlicet lib. 6. Soc. Hond. & alij supra allegati; pactum namque illicitum, & usurarium habetur pro non appposito, & ipso iure corruit ob resistentiam Iuris diuini, Canonici, naturalis, & ciuilibus nouissimi, vt late comprobatur Rot. decis. 301. numero 32. & 8. seq. par. 5. recent.*

Idemque responderetur ad aliud obiectum quod scilicet permissa sit taxatio certi interesse ab initio si illud iustum, & verisimile sit, & deinde iustificetur, ex allegatis per Rot. inter impress. Apud Farin. d. decis. 331. & 372. per tot. & in Romana Pecuniaria 9. Maij 1616. coram bon mem. Remboldo; omnes enim loquuntur in casu quo ab initio pacifici potuit de fructibus soluendis, & usurae sint permissae Rot. decis. 12. num. 14. par. 5. recent. qui non est casus noster animaduertendo praesertim quod contrahentes ad paciscendum ab initio de certo interesse non mouit contemplatio lucri quod ex inuestimento perceptum fuisset, sed onerum matrimonij a viro ferendorum vt constat euidenter, tum quia taxatio excedit quantitatem ex stabilibus vel locis Montium in quibus pecuniae inuestiri debent percipi solitam; bene tamen conuenit oneribus matrimonij, vt in simili *Aym. conf. 149. num. 5. Menoch. pres. 136. numero 18. lib. 3. Rot. decis. 301. num. 3. vers. praesertim par. 1. recent.* tum quia de soluendis fructibus dotalibus non fuit conuentum post promissionem inuestiendi, sed antequam eadem conciperetur, & pactum loquitur de fructibus decurrendis pendente dilacione concessa ad soluendum, & sic antequam veniret dies inuestimenti faciendi ferente interim viro onera matrimonij ad quae propterea potius quam ad lucrum futuri inuestimenti pactum correfpectiuum censetur *l. 3. l. cum ex pluribus la 2. ff. solut. Paris. conf. 122. num. 8. & num. 11. lib. 2. Menoch. conf. 121. num. 48. Grat. disp. 224. numero 93. Rot. dec. 55. numero 5. apud Zacch. de societ. offic.* Eo magis quia obligatio inuestiendi nec est iniuncta debito-

ri nec adiecta ad commodum creditoris, sed promissoris, in cuius alias odium retorqueretur quod ferendum non est, vt bene aduertit *decisio coram R. P. D. meo Cerro §. quoniam in fin.* Vnde cum cessantibus dictis oneribus per obitum vxoris pactum quoque expirauerit, vel illicitum redditum fuerit, illicita pariter est certa taxatio fructuum, nec tollit interpellationis debitoris necessitatem pro habendo lucro cessanti requisitae, quamuis probetur superuenisse occasiones lucrandi, vt alijs allegatis tradit ad propositum *Grat. disp. 911. num. 2.* neque dici potest pecuniam fuisse destinatum inuestimento, quia haec destinatio non adest durante dilacione, sed solum postea fauore debitoris.

Quatenus vero replicatur quod supposita nullitate vel iniustitia pacti, cessat dilatio ad soluendum eius contemplatione concessa, & statim mortua vxore agi ad sortem principalem potuit *Bald. conf. 212. lib. 4. Alex. conf. 34. numero 6. lib. 2. Tirrag. in tract. cessante causa par. 1. numero 78. Hering. de fideiuss. cap. 19. numero 66.* vt propterea dies ipsa mortis vxoris vim habeat interpellationis ad *rex. in l. magnam. Cod. contrab. empr.* Responderetur quod licet agi potuerit ad sortem, non ideo doris promissor constitutus fuit in mora prout si soluere promississet vxore mortua, quia dum de caetero tempus dilacionis durat quod ea per superuenientem casum mortis vxoris resoluta fuerit certo non sciuit debitor antequam creditor id declararet, vt per *Ruin. conf. 35. numero 31. lib. 1. Buratt. dec. 54. numero 15. Rot. in recent. dec. 447. num. 6. par. 2.* Imo quia creditor nusquam petiit sortem credere potuit nolle habere dilacionem pro resoluta ex allegatis in *Cesenaten Censuum 9. Iunij 1645. §. nam praeter quod coram R. P. D. meo Corrado.* Igitur quamuis non requiratur interpellatio, quando quis promissit soluere certa die, cum tunc adueniente die debitor certo sciret se posse conueniri *Pacian. conf. 57. num. 22. Rot. dec. 275. num. 17. apud Zacch. de oblig. Camer. vti que requirebatur in casu nostro quo debitor id certo non sciebat, & vt supra cogitare poterat dilacionem durare, eo que minus sciebat in qua re creditor vellet pecunias inuestire, cum promissio inuestiendi esset alternatiua, & creditor in qua re vellet fieri inuestimentum non declarauerit mediante interpellatione vt oportebat ad constituendum debitorem in moram, *Alex. conf. 45. n. 5. in fin. & seq. lib. 5. Nast. conf. 670. num. 14. lib. 4. Card. Mant. decis. 171. num. 5.**

Praesumptio tandem interpellationis factae educta ex solutionibus fructuum secutis post solum matrimonium recipitur solum ad fauorem mulieris viduae quae vigore statuti exigere potest fructus dotales ex eo solu quod debitor interpellatus fuerit vel pro interpellato se habuerit absque alio requisito lucri cessantis vel damni emergentis iuxta statutum Bononiae, de quo loquitur ex aduerso allegata *decis. 153. vbi praeterea aderat diuturna solutio fructuum per decennium par. 4. tom. 2. recent. vel iuxta statutum Urbis lib. 1. cap. 137. quod ad virum non extendi dixit Rot. decis. 607. num. 24. & seq. par. 4. tom. 3. recent.* & de quo loquuntur alij ex aduerso allegati; non autem admittitur fauore mariti vxore praemortua, quia cum illi non suffragetur statutum, & de iure communi sit penitus illicitum, & interdictum huiusmodi fructus percipere nisi concurrentibus mora debitoris aliisque requisitis per *Castr. in l. 3. §. fin. ff. eo quod cert. loc. personalis requiritur interpellatio probata aliunde quam*

quam ex praesumptione resultante ab aliquorum fructuum solutione, cum nec sufficeret quod partes confessae expressae fuissent quod interpellatio praecesserit, ne alias aperuerit via usurariae prauitatis, vt bene comprobatur *decisio coram R. P. D. meo Cerro, §. quia hac praesumptio, & ultra ibi allegatos fuit dictum in Supracitata Senogallien. Pradij §. nec reuelat. coram R. P. D. meo Melio, & magis in puncto in Rom. crediti dotalis 16. Martij 1646. nec dubitari, & §. seq. coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat quod saltem ad solutiones possibile reddat quod interpellatio praecessit idque satis sit ne illius negatiua in hoc iudicio repetitionis indebiti ab actoribus probanda, plene vt debet probata dicatur *Rot. decis. 38. n. 3. & seq. par. 5. recent. decis. 153. num. 26. & 27. par. 4. tom. 2.* Quia haec posterior loquitur vt dicebam fauore viduae in terminis statuti, alia vero in terminis laudi lati ab arbitrio qui extrajudicialiter se poterat informare, & informatum praesumitur; in alijs autem casibus cum requiratur interpellatio Iudicialis, actoris intentio etiam ad effectum repetendi indebitum probata dicitur, ex quo in processu de interpellatione non apparet vt in puncto respondit *Rot. in d. Rom. Crediti Dotalis 16. Martij 1646. §. nec debiti, §. seq. coram R. P. D. meo Verospio.*

Tandem nil facit quod creditor post mortem vxoris haberet occasiones proximae emendi loca montium quia hoc non sufficit ad effectum lucri cessantis nisi simul debitor constitutus fuerit in mora; praeter quod cum solutiones fructuum factae non fuerint ex causa lucri cessantis, sed nominatim ex causa fructuum doris ex alio capite sustineri non possunt, vt praeter allegatos in *decis. R. P. D. mei Cerri, notat fere in puncto Ciriac. contr. 540. sub nu. 43. vers. verum, & facit Grat. disp. 911. n. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO

Sacra Rotae Romanae, Coram Reuerend. Patre Domino Celfo.

Astē Coadiutoriae.

Veneris 21. Iunij 1652.

Censerunt DD. non intrare arbitrium pro retardanda executione litterarum Apostolicarum, Nam cum illae appareant iustificatae, consequenter etiam veniunt exequendae, vt in terminis clausulae arbitrio dixit *Rot. coram Duran. decis. 98. & decis. 377. vtrouique n. 1. & 2. & in recent. decis. 558. n. 2. par. 1. & firmatum fuit in Vicen. Iurisdictionis 2. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro.*

Iustificatio manifeste apparet iam in iis, quae respiciunt Coadiutum, quam in alijs, quae concernunt personam Coadiutoris. Siquidem quod Coadiutus praestiterit consensum suum mediante persona Procuratoris ad id specialiter deputati patet ex Instrumento publico dato in Sum. num. 3. & 4. Quod ipse attingeret sexagesimum annum probatur ex fide Baptismatis formiter extracta Sum. nu. 7. *Rota coram Buratt. dec. 116. n. 1. & dec. 365. n. 2. & in recent. dec. 138. eod. n. & dec. 260. n. 14. par. 6.*

Anton. Diana Pars I X.

Impotentia illius ad residendum attentata infirmitate graui de tempore datae supplicationis, ob quam paulo post obit constat ex fide Canonico-rum dictae Cathedralis, quae cum fuerit ex aduerso producta optime probat Producentem, cum reuerabilis de except. Sabyc. in l. comparationes n. 13. C. de fid. Instr. Aym. conf. 201. n. 5. *Surd. conf. 151. n. 16. Rot. decis. 123. numer. 5. par. 1. recent. & fuit dictum in Nouarien. Ecclesia 17. praesentis mensis coram me.*

Et tamen huiusmodi impotentia residendi non erat necessario probanda, cum gratia Coadiutoriae fuerit concessa tantummodo ob ingrauescentem aetatem, quae bene verificatur in annis sexaginta expressis in eisdem litteris, vt notat *Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 9. num. 84. Barbof. in cap. pastoralis sub n. 6. de cleric. agrot. in 6. Ricc. in collect. decis. par. 3. decis. 489. vers. quod si conceditur, Rot. coram Verall. decis. 129. per totam decis. 130. num. 1. & decis. 311. par. 1.*

Respectu vero Coadiutoris iustificatio pariter est indubitata. Nam quod ipse aliunde commodè viuere possit probatur ex Instrumento assignationis patrimonij dato in Summ. n. 1. iuxta gloss. in cap. cum Vintoniensis 25. verb. admissis de elect. *Surd. de aliment. tit. 7. q. 36. n. 1. & 2. Garz. de benef. par. 2. c. 5. n. 206.*

Valor Canonatus, & praebendae expressus per non excessum in ducat. 24. computatis vero distributionibus quotidianis in ducat. 150. iustificatur ex confessione Partis facta in litteris suae prouisionis, quae bene suffragatur ad dictum effectum ex traditis per *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 208. Rot. coram Buratt. decis. 300. n. 7. & coram Merlino decis. 157. n. 14. in sine, & in rec. decis. 101. n. 7. par. 1. cum alijs in Hydruntina Canonatus 25. Iunij 1649. coram Eminentijs. Card. Orsibono.*

Et quod idem Coadiutor obtineret Beneficium simplex in alia Ecclesia personalem residentiam non requirens, cuius fructus pariter 24. ducat. non excedunt sufficienter apparet respectu valoris ex taxa Beneficiorum facta per R. C. Apostolicam, & ex duobus Testibus formiter examinatis, Cum tamen ad dictum effectum quaelibet leuis probatio videatur sufficiens *Garz. de benef. par. 6. cap. 1. n. 167. Rot. coram san. mem. Greg. decis. 78. n. 4. Canal. dec. 33. n. 3. Buratt. decis. 255. n. 13. & in rec. dec. 572. n. 4. par. 1. decis. 10. n. 5. par. 2. & decis. 512. n. 1. par. 3. & fuit dictum in Placentina beneficij 15. Iunij 1648. coram me.*

Et quod si Beneficium simplex non solum desumitur ex praesumptione iuris, quod omnia Beneficia reputentur simplicia *Abb. in cap. recolentes circa finem de stat. Monac. Rot. in rec. decis. 699. n. 3. par. 2. cum alijs adduct. in Leodien beneficij 22. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Verospio.* Sed etiam ex pluribus Prouisionibus, vt de simplici factis ad fauorem Canonico-rum eiusdem Cathedralis, qui illud vna cum Canonatu retinuerunt, & signanter, ex praesentatione, & nominatione ultimo loco emanata ad fauorem ipsius Coadiuti admissa etiam ob Ordinario, quae beneficij qualiter bene demonstrat *Bald. in l. si mater n. 3. C. ne de stat. defunct. Dec. conf. 126. n. 1. Rot. coram Seraph. decis. 1095. n. 3. decis. 1103. n. 5. & dec. 1120. n. 2.*

Non obstat quod in limine foundationis huius beneficij S. Secundi iniunctum fuerit onus celebrandi Missas, & inseruendi Ecclesiae, quia cum illud possit adimpleri per substitutum, cessat obiectum incompatibilitatis vt dixit *Rot. decis. 155. n. 2. par. 4.*

A a a

766

rec. & in Regien. beneficij 9. Decembris 1639. coram R. P. D. Bichio.

Minus facit quod Cancheranus prouisus fuerit à Sede Apostolica per obitum Coadiuti, & cum possideat; & habeat patrem Titulum dicatur legitimus Contradictor ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, Nam cum titulus ipse sit posterior in data non potest dici pariter, nisi proueniat à Papa, ut firmavit Rot. in Gadican. Praesimonij 2. Decembris 1648. coram bon. mem. Arguelles, Imò quia idem Cachernanus impetrauit Canonicatum tanquam vacantem per obitum, Andreas verò per Coadiutoriam non dicitur habere patrem titulum, Nam ad hunc effectum non sufficit quod titulus procedat ab eodem fonte sed debet esse eiusdem speciei ut dixit Rot. decis. 700. num. 8. par. 1. rec. & dec. 641. num. 1. & per tot. par. 4. in Terulen. beneficij coram Litta post Marches. de commiss. par. 1. fol. 374 sub numer. 2. coram Duran. decis. 430. num. 9. & 10. in Vicen. parochialis 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonici 25. Iunij 1649. coram Eminentijs. Card. Otthobono.

Tandem pro parte Cachetani opponebatur, gratiam coadiutoriae non esse habendam in consideratione uti registratam post impetratas ab ipso litteras, Nam ante registrationem non tribuit ius considerabile, cum sit in manu Papae, & eius officialium illam non admittere, cassare vel lacerare, ut aduerit Paris. de resignat. l. 2. g. 24. num. 7. & l. 8. g. 7. n. 196. Gonzal. ad reg. gloss. 15. §. 2. numer. 32. & 33. Garz. de benef. par. 4. cap. 2. n. 16. Sarnen. super reg. de iure quasit. non toll. g. 6. n. 2. & g. 20. in fine Rot. dec. 91. n. 3. par. 1. diuers. repetita ead. par. dec. 101. in fine, & dec. 794. numer. 2. & in rec. 68. numer. 6. par. 5. Inde quia ante registrationem nullum ius considerabile tribuit, eius mentio, seu derogatio Regulæ de iure quasit. non toll. necessaria non est ut inquit, idem Sarnen. super d. reg. g. 20. sub n. 3. vers. quia antiquam.

Et licet replicetur ex aduerso supplicationem nõ apparere laceratam & potentiam lacerandi longè differte ad actum lacerationis ex adductis per Nat. conf. 504. num. 1. vers. non enim Rot. decis. 534. n. 3. rec. Tamen idem videtur esse quod Papa mandet supplicationem lacerari, & quod medio tempore alteri prouideat; nam prouidendo censetur implicite declarare, quod prima gratia non debeat habere effectum suum ut bene in simili ponderat Gabr. conf. 186. n. 19. lib. 1. Rot. decis. 791. n. 15. par. 1. diuers.

Huiusmodi fundamentum, quod plene, & concludenter ab allegante probari deberet, deducebatur ex partita extracta ex libro registratoris, in quo supplicatio adnotata legitur de mense Martij 1650. & sic post obitum Coadiuti secutum de mense Nouembris 1649. & expeditas litteras à Cachernano; Sed talis probatio visa fuit Dominis non sufficere in praesenti casu, quia descriptio in libro non concludit registrationem fuisse factam de eo tempore, quo repetitur adnotata, cum huiusmodi supplicationes nõ soleant semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses postquam in registro secreto fuerunt registratae, ut deponit Laurentius Officialis publicus Datariæ, & Registrator supplicationis controuersæ, qui cum fuerit ex aduerso inductus, & seru. seru. examinatus rectè probat contra inducentem Gabr. de testib. conclus. 1. n. 14. Rom. conf. 104. sub nu. 6. Surd. dec. 284. num. 18. Rot. coram Seraph. dec.

295. n. 6. & coram Burratt. dec. 553. eod. n. & in Assis. sien. pecuniaria coram Manzanedo penes Cinc. de Gen. sib. dec. 129. n. 2.

Vel saltem negari non potest quod attentata praedicta depositione probatio Cachernani remaneat turbida; Itaque non valeat retardare executionem anterioris gratiae Apostolicae ad fauorem Andreae Rot. coram Burratt. dec. 805. n. 10. & in Eugubina pensionis coram Manz. apud Post. de manus. dec. 109. n. 4. cum alijs per Marches. de commiss. par. 1. c. 1. fol. 325. num. 115.

Et simili responsione tollitur obiectum deductum ex partita libri Componendæ, nam in dicta partita concludit quidem tempus descriptionis non autem solutionis, cum possit esse quod Minister distulerit illam adnotare, quæ sola possibilitas efficit quod probatio non dicatur concludens Rot. in Concorden. Scolastriae 13. Nouembris 1613. coram Pironano, & in rec. dec. 413. n. 3. par. 5. Et cum vis consistat in tempore, probatio debet esse concludens etiam respectu temporis cap. in praesentia de probat. Rot. dec. 371. n. 3. par. 4. tom. 3. recent. in Abul. Portionis 14. Iunij 1647. coram me, & in Melenitana Censu 11. Febr. 1650. coram Eminentijs. Card. Otthobono.

Et ita decimum partibus, hinc inde informantibus.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae, Coram Reuerend. Patre Domino Celfo.

Placentina, seu Abuleñ Decimarum.

Luna 16. Maij 1651.

Informantes pro Decano, & Capitulo Placentino, & Parocho de Paraleda, & lit. consort. non reuocabant in dubium quod testes pro Monasterio examinati concludenter probant immemorabilem quasi possessionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, sed excipiebant eosdem testes fuisse nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium praedictum est de dominio Monasterij, & Monachorum Vallis Ecclesiae, qui propterea non possunt ex eiusdem territorij fructibus decimas praetendere, ne detur actio, & passio in eodem subiecto contra text. in l. Vranus, digesti de fideiuss. Rot. decis. 23. numer. 2. par. 2. diuers.

Verum praedictis non obstantibus adhuc deducuntur in resolutis, nam nullitas examinis deducta ex eo, quod Testes fuerint examinati eorum receptore recusato cessat per comparationes ex aduerso factas coram eodem, per quas censetur à dicta recusatatione recessum a. gratum de offic. deleg. Abb. in cap. cum speciali n. 12. in fine, ibique Franch. n. 47. vers. secunda esset, de appell. Burr. in cap. ab Apostolica num. 6. de offic. deleg. in 6. Viu. com. opin. concl. 866. n. 22. vers. sed si post recusatationem, Rota in Toletana iurisdictionia 24. Martij prox. prat. coram R. P. D. meo Otthobono.

Et tamen recusatio deducta data in summ. Capituli sub n. 8. non erat attendenda uti facta à Ioanne Serranio, de cuius speciali mandato procurator non constat

constat propterea requiritur ad hunc effectum ad text. in l. non solum, ff. de procur. Paris. conf. 31. n. 112. lib. 1. Rota coram san. mem. Greg. decis. 368. num. 1. ibique Add. num. 8. & in rec. decis. 440. num. 2. par. 2. & decis. 233. eod. num. par. 5. quae est Duran. decis. 178. numer. 1.

Præsentio verò quod territorium controuersum sit proprium Monasterij Vallis Ecclesiae, & proinde non possit idem Monasterium ex eo percipere decimas visa fuit dd. non reuelare, tum quia attentata immemorabili potest allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de soluendo deciman. contra ipsos exercere possit, Bald. in l. 1. num. 3. vers. nam ista ratio. C. de seruit. & aqua. & conf. 24. in fin. lib. 4. Socin. conf. 86. n. 12. eod. lib. Roland. conf. 66. n. 40. & segg. lib. 2. Menoch. de praesump. lib. 3. praesumpt. 131. n. 44. Peregr. de iure fisci lib. 1. tit. 2. n. 61. vers. item equinalet.

Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex bonis quæ proprijs manibus, & expensis coluntur, sed ex terris alijs locatis, & à conductoribus, & arrendatarijs derentis, qui proculdubio tenentur ad decimas gloss. in clem. 1. verbo excolendas de decimis, & in can. quest. 1. verbo coloni 16. q. 1. Abb. in cap. tua nobis n. 13. de decim. Socin. conf. 93. num. 3. lib. 3. Rot. d. decis. 233. n. 5. par. 1. diuers.

Vnde non applicatur regula quod actio, & passio non possint stare in eodem subiecto quia non agitur de portione, & parte dominicali spectante ad eosdem Monachos, sed de rata, & portione diuersa pertinente ad colonos laboratores, & arrendatarios, super qua ius decimandi exerceri potest, ut in simili probat text. in l. si adulta, C. de hered. act. & faciunt notata per Bald. in l. si uxor in princ. C. de bon. autorit. Ind. possid. Modern. Perusin. de censib. qu. 107. in fine vers. nam actio, & passio, Io. Maria Nouar. qq. fore. l. 1. g. 5. n. 3. vers. sed si agitur.

Non enim est nouum quod in materia decimarum diuersimodè, iudicetur de fructibus propterea spectant ad Dominum fundi decimatorij, ac propterea spectant ad conductorem, seu colonum, ut probatur ex text. in cap. dilecti de decimis, gloss. in clem. 1. verbo excolendas ibique Vitalin. num. 20. & segg. Imol. num. 13. & 14. eodem tit. Abb. in cap. à nobis num. 1. & segg. & in cap. tua nobis num. 1. 6. & 14. de decimis, Monet. eod. tract. cap. 5. quest. 1. num. 2. & 13. & cap. 6. q. 4. num. 39. & segg. Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 13. Azor instit. moral. par. 1. lib. 7. capit. 27. quest. 27.

Propterea pariter non applicatur Text. ex aduerso adductis in cap. licet iis de decimis, quia ibi solum deciditur quod exemptio à decimis concessa pro tertis quæ proprijs coluntur manibus non extenditur, ad terras quæ alijs dantur excolendæ, & ideo coloni Parriarij, & Censuales priuilegiatorum simpliciter de non soluendo decimas tenentur decimas soluere de parte sua, ut not. Anch. in eod. c. n. 3. Abb. n. 2. Zabarell. in clem. vn. col. 5. vers. 22. quaro eod. tit. Canc. var. res. par. 1. cap. 23. n. 4. Barbof. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. nu. 19. & 39. & seg. Rot. coram Seraph. decis. 287. num. 2. & 3. In praesenti autem casu non agitur de priuilegio exemptio à solutione decimarum, sed de iure exigendi vigore immemorabilis, quæ ut late firmatur in decis. huius causæ habet vim veri, & legitimi tituli, ac priuilegij Apostolici etiam contra habentes intentionem fundatam à iure Rota post 2. vol. conf. Farin. decis. 303. num. 3. & coram Pen. decis. 103. eod. num.

Anton. Diana Pars X I.

& segg. & firmatum fuit in Conchen. decimarum de Guazcuenan. 31. Maij 1617. coram bo. me Patriarcha Manzanedo, & includit meliorem titulum de mundo, Rot. decis. 27. num. 8. part. 4. tom. 2. recent. & decis. 150. num. 4. & segg. par. 5. & fuit dictum in Zamoren. anniuersariorum 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Melio.

Et eo facilius inclinatum DD. pro confirmatione sententiae Rotalis contra Capitulum Placentinum, & Parochum supra dictum, quia tantum abest quod territorium de Alarza super quo cadit controuersia sit situm intra limites Parochiae de Paraleda quod imò ex rationibus, & fundamentis deductis in decisionibus huius causæ coram RR. PP. DD. meis Bichio, & Peutingetio appareat de controuersia, itaque praesentia assistentia iuris nullo modo possit iuuare Parochum cap. ad decimas de restit. spoliat. Rot. coram Coccin. decis. 16. n. 1. & 2. & in recen. decis. 124. n. 2. par. 5.

Non obstat, quod ex Instrumento donationis factae per Ciuitatem Abuleñ ad fauorem eorumdem Monachorum constat de initio acquisitionis, & sic esset immemorabilis, quia instrumentum praedictum respicit duntaxat dominium plenum territorij, non autem decimandi quod uti diuersum, & independens ab ipsa re, & à territorio praedicto nec comprehendebatur in dicta donatione, ut in his terminis firmavit Rota in Toletana decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram R. P. D. meo Verosio, nec poterat illo modo comprehendere ex defectu potestatis, cum Ciuitas uti laica esset dicti iuris omnino incapax per text. in cap. tua, & cap. dudum de decimis, Rota in Rauematen. seu Ferrarien. decimarum 25. Febr. & 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro.

Minus releuat recantatum obiectum non integre transportationis actorum desumptum ex eo, quod Actuarius dixerit se aliquid extraxisse de lite nam id euenit non quia omnia acta non fuerint integre transportata, sed quia processus non fuit coram eo absolutus factus partis aduersæ, quæ curauit causam in Curia committi antequam ille compleri potuerit, ut firmatur in vtraque decisione huius causæ coram R. P. D. Bichio.

Demum quod non fuerit citatus Episcopus Abuleñ cessat ex facto, quia postquam ipse venit ad causam semper citatus fuit Alonsus de Salazar procurator ab eo constitutus, ut apparet ex reuolutione processus, quæ optimè probat huiusmodi affirmatiuam ex adductis per Mascard. de probat. conclus. 291. num. 1.

Cætera longa serie deducta, vel non indigent responsione, vel remanent abundè sublata ex decisionibus in causa factis, ideo DD. persisteunt in decis. partibus hinc inde informantibus.

DECISIO

Sacra Rotæ Romana, Coram R. P.
D. Celso.

In causa Toletana Niuis.

Luna 13. Februarij 1651.

Respondunt DD. pro confirmatione decreti, seu sententiæ de Patribus: Nam quatenus concedit Fratibus, & Monasterio S. Mariæ de Atochia, vt possint recolligere, & congregare niuem, & gelu in ea quantitate, quæ est necessaria pro vsu proprio. Iustitia illius non potest controuerti, cum nix omnibus pateat, & vnicuique illam reponere licitum sit, vt inquit, *Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. paragr. 2. num. 14. Gutierrez de gubellis q. 35. num. 54. & seq. Lassari de decim. vend. & permuta. cap. 2. n. 30. vers. & hinc est, & faciunt adducta per Gizzarelli. decis. 34. num. 1. & seqq. licet loquatur ad alios effectus.*

Nec obstat Priuilegium Regis super huiusmodi recollectione concessum Paulo Xarques Appaltatori, eiusque successoribus priuatiuè quoad omnes, per quod in specie prohibetur Ecclesiasticis, ne niuem congregare audeant, nam illud vti nullum, & inualidum ex defectu potestatis laicalis in personas Ecclesiasticas non venit attédendum. *quamquam de censib. cap. Ecclesia S. Mariae, ibique Dec. n. 7. Fel. n. 80. vers. non obstat de constit. Can. benè quidem 96. dist. Autb. cassa, & ibi DD. C. de sac. san. Ecc. Abb. in cap. à nobis num. 4. & seqq. de sent. excom. Bursate. conf. 93. num. 20. lib. 1. Alex. conf. 210. n. 1. & seqq. & conf. 211. n. 3. lib. 2. Hond. conf. 3. n. 23. lib. 1. Lap. alleg. 101. n. 14. vers. aut sunt. Marant. disp. 8. & seqq. Boërius decis. 231. n. 1. & vlt. Rot. in rec. decis. 228. n. 8. par. 4. Romana, seu Ianuen. locorum montium 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro, & vltra plures quos adducit Carol. de Grassi. de effect. Cler. eff. 2. per tot. disponit S. Conc. Trid. sess. 25. de reform.*

Quatenus verò, idem Decretum prohibet Fratibus mercaturam, & venditionem, illius iustitia controuerti non potest, quia innititur dictamini rationis, & Canonice dispositioni prohibenti Clericis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi negotiationem *cap. fin. de vit. & honest. Cleric. cap. 1. & cap. secundum instituta ne Clerici, vel Monachi can. 1. & seqq. 88. dist. Nat. conf. 530. a. 12. & seq. Menoch. conf. 12. num. 12. Redoan. de spol. quest. 2. numer. 34. & 86. Molin. de contrah. dist. 342. n. 1. Rot. coram Burrat. decis. 908. n. 7.*

Vndè cum ex prædictis Iustitia sit clara, & indubitata, & validitas resultet ex reuolutione Processus, meritò responsum fuit pro confirmatione, Altera tantum Patre informante, &c.

DECISIO

Sacra Rotæ Romana, Coram R. P.
D. Celso.

Placentina, seu Abueli Decimarum.

Luna 12. Decembris 1650.

Immemorabilis quasi possessio Patrum, & Monasterij Vallis Ecclesiæ percipiendi Decimas, & primitias in Territorio de Alarza apparet sufficienter iustificata ex pluribus testibus formiter examinatis deponentibus se per annos 40. & vltre vidisse semper Patres exigentes præfatas decimas scientibus, & patientibus Canonicis Ecclesiæ Placentinæ, & Parocho de Paraleda, seu della Marta, & ita audiuisset à suis maioribus, qui ab eorum Antenatis idem audiuissent quodque in contrarium, nihil vnquam auditum fuerit coarctando negatiuam, quod aliter esse non possit, quin ipsi sciret, & attestando de publica voce, & fama iuxta requisita *glos. in cap. 1. verbo memoria de prescriptio. in 6. quam sequitur Host. in cap. quid per nouale col. 2. vers. Nam & priuilegiatus, ibique Cardin. numer. 3. de verbor. signif. Couarr. in cap. professor. par. 2. paragr. 3. numer. 7. de reg. iur. in 6. Rot. coram Cauat. decis. 56. numer. 1. & in recent. decis. 502. eodem numer. par. 4. & decis. 56. numer. 7. par. 7. & fuit dictum in Pamplon. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Othobono.*

Vndè meritò responderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis; Nam illa attenra cessat assistentia Iuris, quam prætendit Parochus super decimarum exactione, esto quod bona probarentur sita intra limites suæ Parochiæ, ad not. per *glos. in cap. in aliquibus. vers. quia Clerici decim. Rebus. eodem 17. q. 13. nu. 63. Monet. cap. 5. n. 107. vers. tertia conclusio. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 12. nu. 31. Rot. post secundum volum. consil. Farinac. decis. 303. numer. 3. Cresc. tit. de decimis decis. 1. num. 2. & seqq. Pen. decis. 137. numer. 1 & 2. Cauat. decis. 656. numer. 10. And. decis. 39. numer. 5. Durand. decis. 21. numer. 7. cum aliis adductis per Add. ad sanct. mem. Gregor. decis. 312. numer. 4. vers. Item assistentia, & per Modern. de manut. obser. 45. numer. 22. & seq.*

Habet enim Immemorabilis vim veri, & tituli, vt inquit *Gabr. de prescriptio. concl. 1. n. 44. Godez. ad. consil. 8. sub num. 37. vers. & ratio est, Mandos. consil. 28. numer. 11. & consil. 36. numer. 10. Caputaq. decis. 355. part. 2. Et inducit præsumptionem dispensationis, & priuilegij Apostolici, ac recipit fomentum à lege *glos. in cap. super quibusdam verbo non exrat, de verbor. signif. Fel. in cap. cum nobis num. 2. post med. vers. Præterea de prescriptio. Dec. consil. 85. nu. 1. vers. his tamen non obstan. Rot. consil. 66. n. 40. & seqq. lib. 2. Rot. coram Pen. decis. 103. num. 3. Et potest vigore illius allegari melior titulus de mundo per *tex. in l. si quis diurno ff. si seruis. vendic. Rot. in recent. dec. 614. sub numer. 1. vers. & meritò par. 2. decis. 27. numer. 8. par. 4. tom. 2. & decis. 150. numer. 4. & seqq. par. 5.***

Immo

DECISIO.

Sacra Rotæ Romana coram Reuerend. Patre Domino
Tarraconen.

In causa Meleuitana nullitatis Professionis.

Luna 13. Ianuarij 1653.

Quamuis Rota sub die 10. Decembris 1649. Qexisti mauerit Professionem emissam per Marcionem Petrum Corfinum in Religione Hierosolymitana validam fuisse nõ obstante defectu integri anni nouitiatus, ac omissione ornatus cinguli militaris ex quibus solummodo inualiditatem prædictæ professionis resultare prætendebatur ex adductis in ipsa decisione. Attamè re proposita super eisdem pluries causa vtraque parte acerrimè informante ob varias probationes per prædictum Petrum postea factas ab huiusmodi resolutione hodie Domini recedendum esse resoluerunt.

Nam ex prædictis probationibus clarè elicitur huiusmodi professionem fuisse per vim, & metum extortam, dum Testes examinati optimè concludunt, quod dictus Petrus toto tempore, quo in conuentu commoratus fuit ad effectum annum probationis peragendi semper publicè, & palam dixit, & declarauit in prædicto Conuentu duntaxat commorari ad hoc vt bon. mem. Corfino eius Patruo ita mandanti satisfaceret, & obtemperaret, non autem ad effectum suscipiendi habitum regularem, ac professionem in Religione emittendi. Hocque actibus positiuis comprobauit, dum bis è Conuentu nulla emissa professione discessit omnibus propalando se nolle esse Religiosum, & hac de causa omnia mobilia quæ ad proprium vsu ibidem detinebat, vendidit, protestando se nunquam ad Conuentum rediturum ex auestionem quam erga Religionem habebat, quinimo ad professionem ipsam non sponte deuenit, sed coactè, & cum lacrymis, attento quod eius Patruus ita iussit, & voluit, vt deponunt prædicti Testes examinati eius *Summ. num. 3. & seqq.* Qui vterius dicunt, quod post professionem dictus Petrus in eodem animo permanit dum omnibus publicè propalauit huiusmodi professionem fuisse per vim, & metum ab ipso extortam, itavt nullo modo sustineri possit, cum ipse nunquam habuerit animum emittendi professionem, & ob id gratias Deo reddidit audito, quod Religio eius Professionem acceptare noluit. Ex his enim cum appareat Petrum tam ante ac in ipso actu, quam post Professionem habuisse auestionem à Religione, vt desumitur ex supradictis facti circumstantiis, ex quibus resultare claras merus probationem aduertit Rota *dec. 779. per tot. par. 3. rec. & in Messanen nullitatis Professionis 23. Martij, & 20. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo Peninger. dicendum est professionem non sponte factam, sed coactè per vim, & metum à Patruo eidem incussam nullo modo validam esse, cum nullum bonum sit, nisi voluntarium per *glos. in cap. presens Clericus 22. q. 3.**

Aaa 3 &c

Immo vltra immemorabilem habent Patres amplissima Priuilegia Bonifacij VIII. Martini Quinti, Sixti Quarti, & aliorum Pontificum sæpius canonizata per decisiones, & sententias Rotales, in quibus conceditur Ius percipiendi præfatas decimas; Itavt de pertinentia illarum non valeat dubitari *cap. cum contingat in fine ibique glos. verbo rationabilis causa, de decim. cap. dudum de priuileg. Cassad. decis. 1. eod. tit. & in recent. decis. 103. num. 3. & 4. & decis. 193. à n. 1. par. 7.*

Nec dicatur quod Priuilegia prædicta excludant immemorabilem, quæ pro sui substantia supponit negatiuam principij. Quia id benè procederet, si initium desumeretur ex Priuilegiis; sed verò cū fundamentum fiat in immemorabili, & Priuilegia deducantur tantummodo ad corroborationem, & ad maiorem cautelam *cap. cum persona, ibique glos. verbo munus de priuileg. in sexto, Dec. conf. 271. n. 19. Rot. in recent. decis. 27. n. 15. par. 4. 10. 2. in Constantien. Iurisdic. 16. Nouemb. 1607. coram Ottembergo in Tolercans decimarum 16. Martij 1649. coram me, & in Bonon. Archiepiscopis byzantus 23. eiusdem mensis, & anni coram R. P. D. meo Corrado.*

Nam immemorabilis includit tempus infinitum, à quo licet dematur quodlibet tempus finitum semper remanet infinitum, siue prescriptio immemorabilis, Oldrad. *conf. 254. n. 18. & seq. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. cap. 6. n. 46. & 47. Rot. coram Seraph. decis. 1367. n. 3. & 4. & coram Pen. decis. 141. eisdem numeris.*

Non obstat, quod testes deponentes de immemorabili fuerint examinati coram Iudice recusato; Nam cessat obiectum tum ex eo quod recusatio non fuit facta ante litem contestatam, nec præcessit examen, *l. apertissimi, C. de iud. glos. in cap. pastoralis verbo potestate, de exceptio. Marant. de ord. Iudic. par. 6. verbo, & quandoque appellatur n. 26. Couarr. præd. quest. 6. 26. n. 2. tum etiam quia per comparationem ex aduerso factam coram eodem Iudice, & inductionem aliorum testium, non repetita protestatione censetur à recusatione recessum *cap. gratum de off. deleg. cap. sollicitudinem, de appell. Rot. diuers. decis. 563. n. 3. & 4. par. 1. & coram Seraph. decis. 971. n. 2. & decis. 1057. n. 1. & seq. & in Tridentina decimarum 21. Iunij 1610. coram Sacro penes Marches. de conu. tom. 2. fol. 387. n. 1.**

E contra vero non obstant testes pro Capitulo, & Parocho examinati; Quia quoad primum, & secundum examen nullitas ex defectu citationis adviden, illos iurare *cap. 2. ibique DD. de testibus Caputaq. decis. 274. numer. 3. par. 3. sanct. mem. Gregor. decis. 268. numer. 2. & in rec. decis. 254. numero 20. par. 7.*

Vltimum autem factum fuit in loco Peraledæ, qui nec in citationibus, nec in præsentis notificationibus legitur villo modo expressus, provt necessarium erat ad hoc vt citari potuissent assistere examini *And. decis. 41. nu. 5. Comit. decis. 108. n. 11. Burrat. decis. 506. nu. 3. & in recent. decis. 686. num. 2. in fin. par. 1. & decis. 655. n. 3. par. 2.*

Cætera benè tolluntur per decisiones in causa factas, ex quibus conclusum fuit pro confessione sententiæ Rotalis, altera tantum parte informantis, &c.

Anton. Diana Pars XI.

& in terminis pluries respondit Rot. coram Greg. dec. 326. per tot. ac coram R. P. D. meo Peuringer. in dicta Messanen. nullitatis Professionis, & in Vlixbonen. pariter nullitatis Professionis 16. Junij eodem anno coram Reuerendissimo Salamantino, ac 29. Ianuarij, & 10. Decembris 1646. coram bo. mem. Arguelles.

Vltimus ponderabant DD. ad comprobandum huiusmodi metum, quod Petrus, qui spatio 33. mensium quo in Conuentu permanit semper constanter dixerit nolle professionem emittere, Imò ab illo discerneret deliberato animo non profren- di, reuersus postea ad Patruum, illico nulla extrin- seca compellente causa ad professionem deuenit. Vnde est prorsus inuicibilis, quod sponte, non autem coactè hunc actum fecisset, quam in verifi- militudinem pro metu praesumendo aliàs admisit Rota coram Gregorio dicta decif. 326. num. 6. vers. & multum in eo valet argumentum ac decif. 643. num. 19. in fin. vers. Ad metum autem probationem part. 1. re- cent. & decif. 86. num. 16 & sequent. coram Burato, & in dicta Vlixbonen. nullitatis Professionis 29. Ianuarij 1646. §. decimo addebat vnus ex Dominis. Et quod admittit omnem difficultatem circa vis, & me- tus probationem est epistola conscripta ab eodem Patruo, vbi huiusmodi coactionem factam Petro fassus fuit, ibi, *con quena controuersa si venne à me, la quale io accommodai con la promessa fattami dal Marchese d'acceptar la ratificatione; e con il forzare Fr. Pietro à far la professione, & infra, Et io in conscienza sacri obligato ad aiutarlo come Au- tore che contro sua voglia habita presa la Croce, e facta la Professione.* Ex quibus verbis clarè desum- mitur professionem fuisse coactiuam, & consen- sum metu extortum à Petro; Vnde nefas est dubitari, quin metus sit sufficienter probatus, vt firmant Monald. conf. 5. num. 8. lib. 2. Barbof. in sua vot. decif. vot. 16. num. 35. quibus stanti- bus non videtur discutienda causa ipsius metus, & an fuerit cadens in constantem virum; cum hæc discussio sit admittenda quoad ex facto non resultat metus probatio Abb. in cap. nonne 5. num. 1. post med. vers. non obstat text. & ibi Felin. numer. 21. vers. sed intelligitur de presump. cuius dictum sequuntur Marfil. singul. 147. num. 2. Monald. dicto conf. 5. numer. 45. & 46. lib. 2. Barbof. vot. 1. num. 40. lib. 1. & merito quia metus nil aliud est, quam mentis trepidatio praesentis, vel fu- turi mali ad text. in l. 1. ff. de eo quod met. caus. & glof. in cap. unico verb. vs. eodem sit. Ex quo suffi- cit quod de his adsit iusta suspicio, vt notant in l. fin. numer. 2. C. de iur. deliber. cum aliis relatis per Gregor. decif. 374. numer. 17. & 18. sola enim timoris suspicio in animo impressa metum inducit, & liberum consensum tollit Dec. conf. 499. numero 10. Bald. conf. 165. nu- mer. 6. & Mastard. de probat. conclus. 1555. numer. 17. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 17.

Nec dicatur quod ad inuolidandam promissio- nem requiritur metus cadens in constantem vi- rum, de quo per gl. in capite si quandoque 15. quast. 6. in verb. per metum, & l. continet. & l. nec timo- rem ff. de eo quod met. caus. Nam vltra deducta in §. praecedenti ad hunc effectum sat est metus reue- rentialis, quem Petrus erga Patruum habebat ætam absque minis propter libertatem ad hunc actum requisitam ad glof. in cap. praesens. 20. quast. 13. in verb. Patrem in fin. & firmat. Eliq. Bus. in sub tract. for. iur. vlt. vlt. in verb. metum num. 3. Ru-

driguez quast. regul. tom. 3. quast. 17. art. 18. Ciardin. contron. lib. 1. cap. 108. num. 27. ac de meti reuerentiali Pedagogi iam officio fundi in puero 15. annotum tradit Barbof. dicto lib. 1. vot. 1. numer. 41. cum segg. cum aliis per Rot. coram Merlin. decif. 490. numer. 2. & 3. ac in dicta Vlixbonen. nullitatis Pro- fessionis 10. Decembris 1646. §. & quicquid sit, ac in dicta Burgen. nullitatis Professionis 16. Aprilis 1649. §. quæ omnia coram bon. mem. Ar- guelles.

Nec hæsitandum est quin in Petro adesset me- tus reuerentialis erga Patruum. Tum quia certum est in Nepote semper cadere dictum metum reue- rentialem vt firmant Anchar. conf. 339. numer. 1. Crau. conf. 976. numer. 16. Menoch. conf. 1. numer. 492. Gutier. conf. 16. num. 17. Sanchez dicto lib. 4. disp. 6. num. 34. Grass. de except. except. 11. num. 35. Pasq. de iur. patr. pot. par. 3. cap. 2. num. 37. in fin. cum aliis adductis per Rot. decif. 315. num. 5. par. 5. recent. Tum etiam quia de hoc concludenter deponunt Testes examinati qui dicunt prædictum Petrum fuisse semper obsequentissimum, prout exitus com- probauit dum obtemperando duntaxat Patruo professionem emisit, attenta præsertim qualitate personæ ipsius Patruj, non solum respectu verae naturæ, sed etiam respectu eius auctoritatis, & vir- tutis, quibus si morte preuentus non fuisset ad ma- iores honores, & dignitates adierit esset, quæ qualitas personæ iuncta cum metu reuerentiali efficacior reddere timoris probationem ani- maduertit Rota coram Gregor. decif. 384. num. 16. Dec. in cap. quæsum numer. 30. de offic. deleg. Abb. in cap. cum vltim. 12. numer. 8. vers. ad idem de re- gular.

Vltraquod ex abundantia in præsentem metum ad- fuisse cadentem in constantem virum satis patet ex eo, quia Patruus Petro comminatus fuit eius per- petuam indignationem, si professionem non emit- teret, vt deponunt Testes, ibi. *E più volte e minaccio di voler esser obedito altrimenti facesse pen- siero di non hauer mai bene e di non se gli appartenere cosa alcuna, e farrebbe sempre stato in sua disgratia, &c.* Ex quibus minis licet dici nequeat fuisse in- ductum metum cadentem in constantem virum, nihilominus hoc procedit quando comminata in- dignatio, & miseria non diu permanenda erat, sed aderat spes futuræ reconciliationis; secus autem est, si minatus verè timeret diuturnam fore indig- nationem ac semper se habiturum Patruum indi- gnatum, prout in casu nostro deponunt testes, quo casu consideratur metus cadens in constantem vi- rum, vt distinguendo explicat Sanchez dicto lib. 4. disp. 6. numer. 14. & sequitur Diana respo- dit. moral. par. 3. tract. 5. resol. 20. vers. sed aliqui Peyt. in tract. de matrim. lib. 4. cap. 5. num. 6. & sequen. vbi conciliantur contrariæ opinioniones, Qui- nimo ad hunc effectum persuasiones, & importunes instantias cum metu reuerentiali coniunctas pro- uenientes ab eo quem reuerentur satis esse probant Sanch. dicto lib. 4. disp. 7. numer. 6. Cabrey. de met. lib. 2. cap. 10. numer. 15. Barbof. lib. 2. vot. 16. num. 36. Couarr. de Sponsal. par. 2. cap. 3. paragr. 6. in fin. cum aliis per Rot. decif. 105. num. 3. par. 3. recent. Gregor. dicta decif. 326. numer. 13. & in di- cta Vlixbonen. nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646. paragr. 4. concurrunt: Vnde quando supra di- cta de per se non sufficerent ad probandum metum, simul tamen iniuncta efficere plenam pro- bationem in terminis firmavit. Rot. in dicta Vlixbo- nen. 10. Dec. 1646. sub paragr. ex quibus satis apparet vers.

vers. præsertim quia; prædictis enim concurrenti- bus nec minæ desiderantur Garz. de nobil. glof. 17. num. 18. Ciardin. contr. 108. num. 4. & multo minus sunt necessariæ cum requisitis cumulatis à Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 10. quæ tunc debent concurrere quando solæ minæ dederunt causam timori Greg. decif. 374. n. 14. Ruin. conf. 121. n. 9. lib. 4. Barbof. lib. 2. vot. 16. n. 44. & 58.

Nec obstant, quod aliqui testes dicunt quod di- ctus Petrus post emisam Professionem cum Pa- truo associatus hilari vultu accessit non solum ad Oratorem Religionis, sed ad alios Equites eisdem notificando prædictum actum ab ipso sponte ge- stum. Quia hoc euenit in præsentia Patruj, qui me- tum impellebat; Vnde huiusmodi actus vti meri- culosus etiam praesumendus sit stante eadem cau- sa metus c. 1. cum glof. in verb. postmodum de his qui met. caus. Paris. consil. 139. n. 21. vol. 4. Mantio. decif. 112. num. 13. versic. Item his testibus, ac decif. 315. num. 9. part. 5. recent. & part. 7. decif. 172. num. 43. cum aliis adductis in dicta Messanen. nullitatis 24. Nonembris 1642. §. fin. coram R. P. D. meo Peuringer. Vltra quod plures creditur duobus Testibus deponentibus super metu, quam mille super spon- tanea voluntate Innoc. in cap. super hoc num. 2. de renunc. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 126. num. 31. Sanchez dicto lib. 4. disp. 27. numer. 1. Sera- phin. decif. 851. num. 6. Greg. dicta decif. 326. num. 27. cum aliis in dicta Vlixbonen. nullitatis profes- sionis 29. Ianuarij 1646. §. Nec visa fuerunt coram bon. mem. Arguelles.

Nec pariter obstat literæ Patruo, & fratri ab eo- dem Petro conscriptæ, ex quibus resultare præ- tenditur, & voluntarium initium, & quod eius dis- sensus à Religione oriebatur solummodo ex in- teresse burfali, quod inter fratres vigeat, non autem ex aersione à Religione. Voluntarium enim initium non probant literæ conscriptæ anno 1635. & 1636. cum nihil concludant, dubiæ sint, & licet in prima facie præferant aliqualem assensum, concludunt tamen dissensum; Interesse autem bur- sale excluditur ex ipsius expressa declaratione dum publicè, & palam dicebat se nolle esse Reli- giosum, quamuis in Conuentu permaneret non ex causa burfali, sed ex aersione quam erga Religio- nem habebat, vt concludenter deponunt prædicti Testes. Et licet in prædictis litteris de huiusmodi interesse aliqua habeatur mentio, hoc tamen Pe- trus præbebat Patruo, pro causa vt in longum protraheret coactam, & optatam ab eo profes- sionem, hocque magis iustificatur aduertendo, quod in eisdem litteris ipse nunquam se restrinxit ad specificum interesse, sed semper variando varias difficultates excitabat, ad hoc vt magis differret prædictam professionem, quocirca ex his non so- lum excluditur metus probatus, quinimo ille ma- gis concluditur, dum declarationes spontaneæ emisæ coram eo, qui metum incutit potius me- tum geminat, quam enervat, vt firmant Alexan. conf. 99. n. 8. lib. 3. Ruin. conf. 132. n. 4. l. 4. Euerard. conf. 19. n. 17. & segg. cum aliis per Barbof. dicto vot. 1. n. 104. lib. 1.

Præterea dixerunt Domini professionem esse nullam ex defectu legitimi nouitatus, quia Petrus secunda vice discessit à Conuentu animo delibe- rato non profrenendi, vt deponunt Testes dicto Summario num. 6. Quo stante licet annus proba- tionis fuisset iam legitime perfectus, tenebatur ta- mē pro validitate professionis nouum annum per- agere, vt declarat Suarez de Relig. tom. 3. lib. 3. cap.

14. num. 10. & sequen. Peyer. de regn. lib. 1. tom. 2. de Pralat. quast. 3. cap. 1. §. 2. num. 99. & 100. & ad- mittitur in præterita decisione sub dicto §. 1. vers. non autem animo dimittendi habitum ea ratione, quia si annus Nouitatus inductus fuit ad hoc, vt Nouitius probet onera Religionis, ac Religio vi- tam, & mores Nouitij, vti que dum ipse discedit animo deliberato non profrenendi præsumendum est nolle subire Religionis onera, ideo si mutato proposito professionem emittere velit, eget noua probatione, vt ratiocinatur Lap. alleg. 46. numer. 3. in fine, & per Rot. in d. Burgen. nullitatis Professionis 16. April. 1649. in princ. coram Arguelles.

Quod si conclusio superius firmata est verissi- ma quando in actu Professionis potest in Nouitio considerari mutatio propositi, & voluntas omnino spontanea, à fortiori procedit in casu nostro in quo euidentior apparuit auersio animi, & delibe- ratio non profrenendi.

Itaque etiam Professio vti facta non præceden- te legitimo anno probationis nullius est momen- ti, vt sancitum est in Sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 15. de Regular. eo magis quia in præsentem ex supra adductis meticolosa apparet ex dispositione eiusdem Sacri Concilij dicta sess. 25. cap. 19. cum aliis relatis ibidem per Barbof. num. 4. & 34. ac per Rot. in dicta Vlixbonen. nullitatis Professionis 10. Decembris 1646. §. Quo metu dato coram bon. mem. Arguelles.

His itaque positis alia insurgit nullitas prædi- ctæ professionis tanquam factæ vigore breuis Apostolici, quod fuit subreptitiè obtentum, nam emanauit cum narratiua quod annus probationis fuerit legitime in Conuentu completus, & tamen ex supra adductis apparet hoc non iustificari. Vnde cum fuerit falsa expressio circa ea, quæ diffici- liorem reddere poterant gratiam, non est dubium intrare subreptionis vitium. Seraphin. decif. 508. n. 9. ac decif. 94. num. 6. part. 7. recent. Ideo vti subre- ptitium nullum tribuit ius exequutori, nec suppli- cantij, imò caret omni effectu. Capuaq. decif. 39. part. 2. Peña decif. 522. num. 3. sicque tripliciter inualida prædicta professio remanet, nempe vti per metum extorta, ac nullo præcedenti legitimo probationis anno, nec non vti facta vigore Breuis subreptitiæ, vt supra firmatum fuit.

Actus vero adducti ad comprobandum quod dicta professio saltem fuisset tacitè ratificata non fuerunt habiti in consideratione ad effectum in- ducendi prædictam tacitam ratificationem; Tum quia in hoc casu obstat regula, vt non possit ratifi- cari, quod ab initio de iure non subsistit ad text. in cap. confirmatur 16. de regul. iur. in 6. & latè firma- tum fuit in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 16. Junij 1642. coram Reuerendissimo Salamantino. Tum etiam quia in præsentem adest defectus Noui- tiatus, qui cum expressam annuller multo magis tacitam irritare debet ex ponderatis per Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 39. num. 34. & in terminis Sua- rez. de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. num. 8. Nauarr. lib. 3. dicto consil. 26. num. 19. & sequen. de Regn. Tum pariter quia admissio etiam sine veri præiudicio, quod Petrus habitum gestauerit, alioque actus solis professis conuenientibus fecerit spatio lon- gissimi temporis prætermisso quod aliqui gesti fuerunt durante eadem causâ metus, dum adhuc vivebat Patruus, ideo vti mericulosi non sunt ha- bendi in consideratione ex supra allegatis. Ex his nulla tamen inducta fuit sufficiens ratificatio, nisi Petrus sciebat ex illis resultare tacitam ratificatio-

nem, & infimul opus est, quod gesta sunt cum animo ratificandi, quod in casu nostro desideratur, ut teneat Sanchez dicta disp. 37. num. 9. Caiet. in 2.2. quest. 189. art. 5. Nauarr. dicto conf. 26. num. 18. & confil. 28. num. 7. de Regul. & Comment. 4. num. 74. vers. Quoniam autem tria eodem tit. ac in manuali cap. 12. num. 17. Gratian. discept. 440. numer. 2. cum aliis late deductis in dicta Vlixbonen. 10. Decembris 1646. §. nulla adest quidem ratificatio. Tum denique quia ad inducendam praedictam ratificationem concurrere debebat etiam consensus Religionis cum ipsa in praesenti casu emissam professionem ante praesentem ratificationem reiecit, tunc enim non potest Nouitius professionem ab initio nullam ratificare sine nouo consensu Superioris, ut conciliando contrarias opiniones firmant Surd. confil. 364. num. 47. cum seqq. Less. de Inst. & Iur. lib. 2. cap. 41. dub. 6. sub. num. 66. in fin. versic. Aduerte tamen, & late comprobatur fuit in mox allegata Vlixbonen. nullitatis professionis sub. §. quibus addatur.

Vltra quod omnes actu adducti uti æquiuoci, & non concludentes nullius sunt momenti, dum habemus expressum Petri dissentium, qui facit cessare tacitum consensum ab eis aliquo modo resultantem ex adductis per adden. ad Greg. decis. 385. num. 6. post med. vers. Excluditur autem & decis. 705. num. 3. part. 2. recent. ac decis. 60. num. 14. & seqq. post Vitiari de Iure patr. cum aliis in terminis deductis in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 16. Iunij 1642. §. Nec dicta coram Reuerendissimo Salamantino, & 10. Decembris 1646. §. cum ergo praesumptio coram bon. mem. Arquelles.

Nec aliqua vis fieri potest super petitione scutorum 10000. facta per Petrum, super qua totum consistebat fundamentum partis, dum in ea asseritur ipsum fecisse solemnem professionem. Quia praetermissio quod dicta assertio professionis intelligi potest de facto, non autem de Iure Rota in Romana, seu Feliteria afflicta 15. Martij 1652. §. memoriale coram R. P. D. meo Bichio, dicta petitio emanauit à quodam Procuratore carente mandato procure, ideo nullo modo potuit Petro praedictare Castr. in l. non solum num. 2. ff. de Procur. Gregor. decis. 407. num. 3. cum aliis late relatis in decis. 659. num. 5. coram Merlino, praesertim quia huiusmodi summa soluenda non erat post emissam professionem, sed quotiescunque Petro obtulerit occasio alicuius muneris honorifici, tam in Religione, quam extra. Vnde dum facta fuit duntaxat ad consequendum commodum praedictarum pecuniarum nullo pacto importare potest ratificationem professionis, ut tenuit Rota in dicta Messanen. nullitatis Professionis 23. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peutingero §. pariter non obstat dixerunt, & in dicta Vlixbonen. 10. Decembris 1646. §. maxime cum non sit probata. Et in omnem casum semper obstant conclusiones contra tacitam supra adductam, & praesertim regula, ut non possit ratificari, quod de Iure ab initio non subsistit ad d. text. in cap. confirmatur de reg. iur. in 6. cum aliis in dicta Vlixbonen. 15. Iunij 1642. coram Reuerendissimo Salamantino.

Demum non obstat conclusio, quod in dubio facienda est interpretatio, ita ut professio sustineatur. Quia illa procedit quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, prout in praesenti, quo stante semper facienda est interpretatio pro libertate personae. Rebuff. confil. 78. col. vlt. vers. Nec me conurbat, Deus autem vo-

luntarios sibi eligit milites, cap. non est 15. quest. 1. acta vero seruicia contemnit, cap. iam vero 23. quest. 6. & aduertit Rota in dicta Vlixbonen. nullitatis professionis 29. Ianuarij 1646. sine.

Et ita, &c. Vtraque, &c.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae, Coram R. P. D. Alberгато.

In causa Trullei Matrimonij.

Mercurij 15. Ianuarij 1653.

Summorum Pontificum monitis, & aliorum Principum suasionibus indulgens bon. mem. Henricus II. Lorbaringiae, & Barri Dux Serenissimam D. Nicoleam ipsius filiam primogenitam, Ludouico Guisio sponfam, ad tollenda dissidia, quae inde ex futura Ducatum successione excitari poterant, nuptui tradere promisit Serenissimo D. Duci Carolo Francisci Principis Vallemontani sui fratris filio primogenito, & Dotali desuper confecto Instrumto vices Parochi gerente Patre Dominico Ordinis Discalceatorum viro eximiae pietatis, de mandato fel. record. Pauli V. & Greg. XV. in illis partibus ad hunc effectum degente, fuit inter eosdem adstantibus Serenissimis utriusque Parentibus, multisque Principibus sanguine coniunctis, & nobiliori Procerum caterua contractum die 22. Maij 1621. per verba de praesenti matrimonium, quod huiusmodi Civium, populique plausu exceptum, in festo Sanctissimae Trinitatis proximo praevia dispensatione Apostolica reperit, ac denuo in Cappella Ducali à Reuerendissimo Episcopo Trullei solemnizatum fuit; & licet illud per subsequutam quoque copulam consummatum, ex individua vitae consuetudine vsque ad nouissima Lotharingiae bella, ac postmodum ex litteris, aliisque actibus maritalium affectuum redolentibus videretur à Domino Duce Carolo comprobatum, ipse tamen de anno 1646. varias causas deducendo, & praecipue merum sibi à Patre incussum dedit de nullitate matrimonij & eius validitatem tuente D. Ducissa Nicolea; ad probandum incumbentia, ferunt vigore remissionis utrique ab hoc Sacro Tribunali concessae, hinc inde plures examinati testes, quorum depositionibus hodie diligenter excussis, & mature consideratis, Domini vnanimiter censuerunt constare de validitate matrimonij; quandoquidem seruata forma tam in dispensatione Apostolica, quam in Sacro Concilio Tridentino praescripta sess. 24. cap. 1. de reform. appareat celebratum, ac initum mutuo amoborum coniugum interueniente consensu, ex quo proinde validum censeri debet, ad text. in ca. sufficiat 27. quest. 2. cap. si inter viram c. cum apud c. tua de sponsalibus c. licet de spons. duorum, Sanch. de matr. lib. 1. disp. 18. num. 25. Rot. coram Buratto decis. 713. decis. 893. per tot. & decis. 197. par. 4. decis. 130. num. 15. par. 6. recent. Matrimonium enim à consensu in totum dependet, ab eoque seu verbis, vel signis exterioribus expresso formam recipit. D. Thom. in 4. sent. dist. 26. quest. 2. art. 1. & ex eo notat Suar. ad 3. par. tom. 3. de Sacram. disp. 2. sect. 1. Paludan. in 4. dist. 1. quest. 4.

quest. 4. Card. Bellarm. de Sacram. matr. lib. 1. controu. 2. cap. 6. Castropal. oper. moral. par. 5. disp. 2. punct. 3. num. 2. Rot. decis. 24. num. 1. & 2. par. 7. rec. & in Neapolitana matrimonij 1. Iunij 1650. in princ. coram Reuerendissimo D. meo Terraconen. confirmata 13. Maij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Corrado.

Nec vrget quod omissis solitis denunciacionibus fuerit contractum, ne in libro Parochi legatur descriptum, quia ad vtrumque facilis patet responsio; Denunciaciones enim in indulto dispensacionis expressè remittuntur; & cum non sint de substantia, sed ad bene esse, earum defectus matrimonium non irritat, ut sapienter censuit Sac. Concil. Congregatio, & tradunt Hond. conf. 72. num. 23. lib. 2. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 5. num. 3. Gratian. discept. 83. num. 7. Nauar. in manual. cap. 22. sub. num. 70. Barbof. de off. & potest. Episc. allegat. 32. num. 1. Rot. coram Seraph. decis. 1099. num. 4. coram Cauat. decis. 444. num. 3. coram Buratto decis. 530. numer. 15. in recent. decis. 71. num. 11. part. 1. decis. 390. num. 5. part. 2. decis. 430. num. 11. par. 4. tom. 2. decis. 493. num. 16. par. 5. decis. 273. num. 31. par. 6. in Vilenzina illegitimitatis 16. Martij 1612. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. & in Bononien. fidei commissi Bartholomaei de Bolognini 12. Maij 1645. §. nec quicquam coram Reuerendissimo Terracinen. prout nec omitti illius adnotatio quicquam facit, nam licet ob huiusmodi incuriam Parochus incurrat culpam lethalem Sanch. de matr. lib. 3. disp. 15. num. 22. Barbof. de off. & potest. Paroch. cap. 7. num. 8. & de off. & potest. Episc. d. alleg. 32. num. 174. non tamen exinde aliquot partibus resultat praedictum, quae non prohibentur aliis documentis matrimonium iustificare Gratian. discept. 653. numero 63. & fuit dictum in Reatina Castorum 3. Iunij 1651. §. nec refragantur coram Reuerendissimo Domino Decano, vel testium depositionibus, ut hic, illud probare e. super eo il. 2. vbi Abb. de testib. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 41. num. 1. & firmat Dec. conf. 163. Soc. Iur. conf. 31. num. 5. lib. 2. Roland. conf. 93. num. 4. vol. 3. Rot. decis. 26. per totum par. 1. diuers. decis. 772. num. 1. par. 2. recent. coram Verall. decis. 205. par. 2. coram Seraph. decis. 1099. num. 2. coram Buratto. decis. 141. num. 1. decis. 530. in princ. cum aliis in dicta Neapolitana matrimonij 13. Maij 1651. coram Eminentissimo Domino Card. Corrado, & in Bononien. fidei commissi Bartholomaei de Bolognini 5. Iunij eiusdem anni coram Eminentissimo D. Card. Orsibono.

Minus officit, quod matrimonij solemnia non à proprio Parocho, sed à Domino Episcopo Trullei peracta fuerint, quia illius praesentia, de qua depouunt plures testes, omnem (si quis adesset) supplet defectum, etiam si foret casualis & fortuita Giouagn. conf. 59. num. 11. lib. 1. Boss. de matr. cap. 3. num. 6. Guierr. eod. tract. cap. 69. num. 10. Sanch. vbi supra d. lib. 3. disp. 39. num. 11. Bonac. de Sacram. matr. quest. 2. punct. 8. num. 18. Cenat. comm. contr. quest. 604. num. 66. Barbof. de off. & potest. Paroch. par. 2. cap. 21. num. 30. de off. & potest. Episc. de alleg. 32. num. 88. Rot. coram Seraph. d. decis. 1099. sub. num. 5. coram Buratto decis. 713. num. 10. decis. 124. num. 17. par. 7. recent. & in Vlixbonen. matrimonij 16. Novembris 1622. coram bon. mem. Patriarcha Mananedo, cessatque difficultas, quia ordinarius uti Parochus Parochorum, quemadmodum animaduerit decisio super remissionis edita 16. Iunij 1648. coram Reuerendissimo Terracinen. ritè potuit huiusmodi munus obire iuxta dispositionem Sac. Con-

cilij Tridentini d. sess. 24. cap. 1. de reform. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 28. num. 1. Ponc. eod. tract. lib. 5. cap. 10. num. 5. Boss. vbi supra cap. 4. §. 18. num. 49. Layman. lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 5. vers. adde 3. Vgolin. de offic. & potest. Episc. capite 15. §. 10. num. 2. Barbof. eodem tract. d. allegat. 32. num. 117. & de iur. Eccles. vniu. lib. 1. cap. 27. num. 89. Esto quod Capella Ducalis ab eius iurisdictione dicatur exempta, exemptio enim, ut patet ex lectura, Praepositos, Canonicos, & bona eiusdem Ecclesiae duntaxat respicit, non autem comprehendit curam animarum, nec Populum sub ea degentem, ad text. in cap. cum Cappella vers. quocirca de priuil. Lap. allegat. 139. num. 13. Tambur. de iur. Abb. disp. 15. quest. 7. num. 54. Chokier. de iurisd. in exemp. par. 1. quest. 13. num. 4. Lotter. de re ben. l. 1. quest. 24. num. 112. cum seqq. & signauer. num. 118. Rot. coram Seraph. decis. 1058. numero 6. coram Peña decis. 462. num. 13. in recent. decis. 324. num. 6. par. 1. & in Rossanen. exemptionis 7. Iunij 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & illa etiam de iure communi liberat tantum à lege Diocesana, quae consistit in recipiendo cathedralico, decimis, & similibus, non autem à lege iurisdictionis circa subministracionem Sacramentorum versantis. Chokier. vbi supra par. 1. quest. 16. num. 1. & par. 2. quest. 45. num. 17. Belincin. de Charit. subsid. quest. 28. & 29. quae propterea in subditos extra propriam quoque Diocesim exerceri potest, Bonac. de Sacram. matrim. d. quest. 2. punct. 8. num. 13. & 14. Coninch. eodem tract. disp. 27. num. 22. Sanc. d. lib. 3. disp. 19. num. 19. cum aliis congestis per Barbof. de off. & potest. Episc. citata allegat. 32. num. 95. de off. & potest. Parochi par. 2. cap. 21. num. 58.

His ita constitutis, & validitatem matrimonij praesferentibus, non obstat metus ad illud infringendum deductus, quia non probatur ex testibus ad instantiam D. Ducis Caroli examinatis; nam ferè omnes sunt eius domestici, famuli, vel in ipsius Castris merentes ad text. in c. ex litteris de testib. lib. 2. c. eodem Alex. conf. 150. numero 14. lib. 5. Raim. conf. 29. num. 5. lib. 5. Menoch. conf. 714. num. 25. Ferrin. de testib. quest. 55. num. 1. & seqq. Rot. coram Buratto decis. 553. num. 7. coram Duran. decis. 148. num. 5. in recent. decis. 156. num. 8. par. 6. & in Regien. Iurispatronatus 18. Martij 1639. coram bon. mem. Cardinali Panzaro, aliqui non fuerunt induciti in Curia, & sic contra formam in litteris remissorialibus praescriptam cap. statutum §. in nullo quoque, vbi. DD. de rescript. in 6. Rot. decis. 466. n. 1. decis. 655. num. 3. par. 1. decis. 156. num. 6. par. 6. recent. alij cum extra locum in eis praestitutum fuerint recepti, nulliter dicuntur examinati, ut firmant relati per Modern. de manut. obseruat. 94. num. 28. vers. prout nec testes Rot. decis. 30. de rescript. in nou. coram san. me. Greg. XV. decis. 518. num. 10. coram Canaler. decis. 410. num. 5. & consequenter metum articulatum non probant, Rot. coram Man. decis. 142. num. 4. vers. sed non modo coram Coccino decis. 119. in princ. & decis. 430. num. 58. decis. 516. num. 16. par. 5. recent. Eoque minus quia sunt de auditu cap. licet ex quodam c. tam litteris, de testibus Bald. conf. 406. sub. num. 2. vol. 4. Aym. conf. 112. num. 13. Verall. decis. 264. num. 8. part. 3. cum congestis in Bononien. separationis thori 10. Iunij 1650. §. at ab informantibus coram R. P. D. meo Bichio, & in Tridentina matrimonij 11. Martij eiusdem anni §. qua vero coram me, nec specificè qualitates, & circumstantias metus assignant, ut necessarium est, omnes enim (primo excepto, plures ut infra patiente exceptiones)

ceptiones) deponunt duntaxat D. Ducem Carolum vi, seu Iulium Paris fuisse ad matrimonium impulsus, quae generica probatio non suffragatur l. 2. & 3. l. ad invidiam 6. ubi Bart. & l. sequenti l. metum 9. C. de eo quod. met. caus. l. timore 7. ff. eodem l. interpositas 13. C. de transact. Alex. in l. si cum dotem 23. §. eo autem tempore num. 11. ff. soluto matrimonio Farin. par. 2. fragm. verb. metu num. 168. Mongol. de met. cap. 12. §. 2. num. 1. Afflict. decis. 140. num. 15. Caputaquen. decis. 221. num. 2. par. 2. Buratt. decis. 628. num. 3. Rot. decis. 463. num. 3. par. 2. decis. 516. num. 17. par. 5. recent. & in Colonien. seu Truiren. nullitatis professionis 15. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Cerro, siquidem impulsio nihil aliud est quam incitatio, & suasio ad contrahendum, licita Parentibus, ac permissa, ut ex D. Thom. in 3. par. summa in addit. quest. 47. art. ult. in res. & Sot. in 4. dist. 20. quest. 1. art. 4. gradu Menoch. conf. 69. num. 14. Sanc. de matrim. lib. 4. disp. 22. num. 5. Card. Bellarm. lib. 1. eo tract. cap. 19. prop. 3. Gutierrez. ubi supra cap. 79. num. 5. Goffred. in sum. tit. de despons. impub. num. 12. Sperell. decis. 75. num. 22. & 75.

Primus verò testis præterquam quod est vnicus, cubiculatus D. Ducis Caroli, in Curia non indutus, & extra locum remissoriae examinatus, non reuelat, dum ait per Franciscum fuisse vi, & metu expulsionis e domo, & priuationis bonorum coactum D. Ducem Carolum ad inendum huiusmodi matrimonium, quia non deponit de certa scientia, sed propriae tantum credulitatis indicia, & coniecturas assignat Conar. de matrim. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 9. alique relati per Sperell. decis. 79. num. 47. & segg. Rot. decis. 136. par. 1. decis. 586. par. 2. decis. 206. utrobique num. 2. par. 1. decis. 380. num. 17. par. 5. decis. 259. num. 12. par. 6. recent. & ipse quoque cum aliis est de auditu ab eodem D. Duce Carolo de minis prædictis, ut asseritur, conquirente, vnde intrat vulgatum axioma, quod non præstetur fides testibus, quorum repelluntur auctoritates cap. fraternitatis de hereticis cap. nullus 3. quest. 4. cap. licet ex quadam de testib. gloss. & DD. in aub. si quis in aliquo C. de eden. Aym. conf. 41. num. 2. conf. 112. num. 13. Rot. coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 70. num. 2. coram Buratto decis. 323. num. 18.

Et quidem cum versemur in matrimonio solemniter in facie Ecclesiae contracto, negari non potest, quin ad illud dirimendum duriores obiecti timoris exposculentur probationes, & talis qui constanti viro formidinem incutiat c. significauit de eo, qui duxit in uxorem cap. cum locum cap. veniens il secundo de sponsal. Laderch. conf. 17. nu. 1. Menoch. lib. 3. praesumpt. 4. num. 3. Decher. dissert. iur. lib. 1. dissert. 9. num. 5. Bonac. de sacram. matrim. qu. 3. punct. 8. num. 8. Sanch. eod. tract. lib. 4. disp. 1. à num. 10. cum aliis per Add. ad Buratt. decis. 628. num. 9. Rota coram Penia decis. 1140. nu. 5. & 6. decis. 600. num. 1. par. 4. decis. 516. num. 13. par. 5. recent. post secundum vol. conf. Farinac. decis. 218. num. 2. & in Messanen. nullitatis professionis 5. Decembris 1640. coram R. P. D. meo Peutingero; ad eod. ut solius metus reuerentialis, nulla ad effectum, de quo agitur, sit habenda ratio, nihil sit qualificatus nimis, & verberibus, vel grauioribus circumstantiis cap. ex literis de despons. impub. cap. consultationi de sponsal. l. si patre cogente 22. ibique Bald. & Salycet. ff. de ritu nupt. Felin. in cap. causam matrimonij num. 3. ubi Dec. num. 8. de offic. deleg. & Aldobr. conf. 94. num. 6. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 6. num. 7. Gutierrez. eod.

tract. cap. 77. num. 1. Bonac. d. g. 3. punct. 8. num. 7. Gail. pract. obseru. lib. 2. cap. 147. num. 17. Paris. de resignat. benef. lib. 13. quest. 1. num. 172. Rebel. de oblig. iust. par. 2. lib. 2. quest. 11. sect. 1. numer. 10 Gramm. decis. 103. num. 10. Boer. decis. 100. num. 11. Capicc. decis. 159. num. 33. Ferrall. decis. 221. num. 9. par. 2. Buratt. d. decis. 628. num. 5. & post Tamburin. de iur. Abb. decis. 3. num. 10. illae autem in praesenti non concurrunt, & simplices minae, quatenus hic probarentur, nullius essent momenti, tam attento imiti, & suauis ingenio, ac indulgenti natura ipsius Francisci erga filios, ac alios, nec soliti illas executioni demandare ad text. in d. l. metum 9. C. de his qua vi. vnica C. si quis Imperatori l. famosi 7. ff. ad l. Iul. Maieft. Felin. in d. cap. causam matrimonij num. 4. vers. sed nunquid de offic. deleg. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 20. Ponc. eodem tract. lib. 4. cap. 5. num. 7. Sperel. d. decis. 79. num. 43. Verall. d. decis. 221. num. 7. par. 2. Peña decis. 1140. num. 7. Rota decis. 463. num. 3. par. 2. decis. 516. num. 18. par. 5. recent. quam perfecta magnanimitate Domini Ducis Caroli, qui vsque tunc bello incumbens armorum studiosus, & postea tot exercituum strenuus Imperator, non ita de facili terreti poterat, & inuitis paternis mandatis ad contrahendum matrimonium vrgeri; Qualitas autem metum patientis est consideranda, ut ad propositum animaduertit gloss. in cap. cum locum verb. metu de sponsal. Alberic. a Roffate in l. metu autem causa 3. in princip. ff. ex quibus caus. maior Sanch. de matrim. dicto lib. 4. disp. 3. num. 4. Coninch eodem tract. disp. 18. num. 30. Guttier. ubi supra cap. 77. num. 12. & 13. Ponc. d. lib. 4. cap. 3. num. 10. Menoch. de arbit. cas. 1. §. num. 4. Sot. de iust. & iur. lib. 7. quest. 2. Campanil. in suo diuer. rubr. 12. cap. 1. Boer. decis. 100. num. 2. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 326. numer. 25. decis. 374. num. 7. & decis. 115. numer. 12. par. 7. recent.

Nec vis aliqua fieri potest in publica voce, & fama, quam de coacto matrimonio præfati testes asserere conantur; nam illis non est adhibenda fides, nedum ex eo, quod illius auctores, & à quibus audiuerint, non referunt Innoc. in cap. qualiter, & quando de accus. Bart. in l. de minore 10. §. plurimum num. 23. de quest. Alex. conf. 75. num. 9. lib. 1. conf. 25. num. 6. lib. 4. Ruin. conf. 51. num. 14. conf. 52. num. 7. lib. 5. Valenzuel. conf. 169. num. 109. Cephal. conf. 65. num. 49. Cyriac. controu. 488. num. 90. Rota decis. 256. num. 2. par. 6. recent. Sed etiam quia eorum dicta elisa penitus remanent ex testibus pro Domina Ducissa Nicolea examinatis de spontaneo, & libero consensu deponentibus, idem Valenz. conf. 92. num. 209. Rota decis. 182. num. 7. par. 1. decis. 276. num. 25. decis. 299. num. 3. par. 4. tom. 2. decis. 205. num. 10. par. 6. recent. Fama enim, ut sit attendenda, debet esse perpetua, illæsa, & constans apud omnes Bald. in l. conuenticula 15. C. de Episc. & Cler. Roland. conf. 3. num. 48. & 49. vol. 1. Surd. conf. 151. num. 79. Rot. decis. 277. num. 3. decis. 335. num. 5. par. 2. rec. coram sancta me Greg. XV. decis. 445. num. 6. decis. 498. num. 13. & 14. coram Cauall. decis. 6. num. 5. & in Toletana decimarum de Capilla 4. Inly 1640. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verosio.

Præterea animaduertebant DD. quod testes non percipiunt tempus secundum matrimonij à Domino Episcopo Tulleis. cum dispensatione Apostolica subinde celebrati, quapropter impulsiones paternae, si quae antea fuerant, & aduersiones animi Domini Ducis, cum potuerint tractu temporis purgari,

gari, in illud non influant, nec eius nullitatem important, cum in ipsius actu metus non probetur incussus, ad text. in l. 1. §. metu d. l. metum 9. in princip. ff. quod met. caus. & in terminis obseruat Neuzan conf. 46. num. 29. & segg. Paris. conf. 10. num. 56. lib. 1. Laderch. conf. 17. sub num. 4. vers. quin est aliquem Ricc. decis. Archiep. Neapol. 110. num. 10. par. 4. tom. 2. Rota coram Mantuic. decis. 142. num. 4. vers. præterea, & decis. 600. num. 2. par. 4. decis. 516. num. 19. par. 4. recent.

Nec releuant diffidia, quæ consummato iâ matrimonio inter hos Coniuges dicuntur intercessisse, prout nec protestatio antea per Dominum Ducem Carolum vna cum Patre facta, ista siquidem, ut ex eius lectura dignoscitur, conuentiones tantum dotales, & præsentiam in Ducatibus successione concernit, non autem tangit fœdus matrimonij, cuius respectu, si quis metus illatus fuisset, de facili Dominus Dux eadem protestatione declarasset, ut in terminis ponderat Laderch. d. conf. 17. num. 3. vers. quarta multum mouet Aymon. conf. 120. num. 3. & 4. Illa verò utpotè leuia, & per subsecutam reconciliationem sublata, matrimonium non irritant, nec ad hunc effectum sunt in aliqua consideratione habenda gloss. in cap. plerumque verb. nec reconciliata de donat. inter Vir. & Vxor. Bertazzol. conf. crimin. 228. num. 12. lib. primo. Rinin. iun. conf. 174. num. 28. Rota coram Seraphin. decis. 1315. num. 3. in Hispanen. separationis ibori 27. Februarij 1627. coram Eminentissimo Domino Cardinali Macchiavello in Bononien. Separationis ibori 21. Februarij 1630 §. quatenus verò, coram R. P. D. meo Bichio, & in Tridentina matrimonij 11. Martij eiusdem anni §. fin. coram me.

Et hinc non applicatur regula, quod magis credatur duobus testibus de metu deponentibus, quàm ille spontaneam voluntatem affirmantibus, ex doctr. Innoc. in cap. super hoc de renunciatis. Quia non procedit, quando pro validitate matrimonij, & libero consensu præsumptiones concurrunt, & coniectura Dec. in cap. final. num. 25. & 26. de appellat. Buratt. conf. 72. num. 48. lib. 1. Cepoll. conf. 2. num. 14. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 50. num. 26. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 27. num. 2. & 7. Boss. eodem tract. cap. 12. num. 397. & segg. Paris. de resignat. lib. 13. quest. 1. num. 89. & 90. Gabr. de testib. conclus. 4. num. 16. & segg. Farinac. par. 2. fragment. verb. metu num. 157. & num. 174. plures autem in praesenti, & vtgentissimæ afferuntur, quia vltra præsumptionem iuris, quæ stat pro exclusionem metu l. interpositas 13. C. de transact. l. 2. C. de his qua vi, & c. præsertim in Patre erga filium Sanchez. ubi supra dicto lib. 4. disp. 6. num. 8. vers. verum ferè omnes Ricc. dicta decis. 110. num. 8. Rota coram Ferrall. decis. 221. num. 8. par. 2. coram Mantuic. decis. 142. num. 2. coram Buratto decis. 628. num. 4. Concurrunt mutua vtriusque Coniugis in actu desponsationis hilaritas, quam pro libertate consensus ponderat Paris. conf. 170. num. 21. & 22. lib. 4. Menoch. lib. 3. praesumpt. 4. num. 29. matrimonij geminatio idem Paris. conf. 10. num. 57. lib. 1. Aym. conf. 114. num. 8. Mandell. conf. 4. num. 37. Principium consanguineorum, & aliorum procerum præsentia l. transactio 35. ubi Inf. num. 1. C. de transact. Bart. in l. frater à fratre 38. num. 51. ff. de condit. indeb. Ruin. conf. 170. post num. 17. lib. primo Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 27. num. 2. Menoch. lib. 3. praesumpt. 126. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 1053. num. 23. Rota coram sanct. mem. Greg. decis. 120. num. 24. coram Buratto decis. 783. num. 12. Domini Episcopi Trullen. & Patris

Dominici assententia, & cooperatio, vt in terminis, quod ex interuentu Episcopi seu, seu alterius Viri Religiosi omnis in matrimonio cesset metus suscipio tradit Cephal. conf. 91. num. 49. Caball. conf. 176. num. 10. vol. 1. Grammat. decis. 66. num. 64. Sperell. decis. 5. num. 26. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 188. num. 9. subsequuta copula cap. significauit de eo qui duxit, & c. cap. is qui fidem, de sponsal. Abb. in cap. veniens il primo num. 7. eodem tit. Paris. d. conf. 170. num. 25. lib. 4. Sanch. de matrim. dicto lib. 4. disp. 18. num. 2. & 12. Buratt. dicta decis. 628. num. 7. lógua cohabitatio per spatium quindecim annorum cap. ad id, de sponsal. Ferrer. conf. 340. num. 11. lib. 2. Neuzan. conf. 46. num. 32. Menoch. lib. 3. praesumpt. 4. num. 24. Boss. de matr. cap. 12. num. 390. Buratt. ubi supra Mantuic. dicta decis. 142. num. 13. vers. tertio. Edicta vtriusque nomine publicata, monetæ vtriusque imagine cussæ, litteræ Domini Ducis Caroli, in quibus Domina Ducissa Nicolea sæpius amantissima sponsa, & coniux nuncupatur Ricc. in collect. 219. vers. item probari Crescen. decis. 22. de probat. Rota decis. 772. num. 7. & 8. par. 2. recent. coram Cardinali Millino decis. 75. num. 4. vers. 5. ex pluribus litteris coram Buratto decis. 143. num. 23. & 24. decis. 192. numero 6. alique actus positui longè per informantes recensiti, qui post obitum Patris ab eodem gesti, & matricalem affectum præferentes omnem præcedentis metus suspicionem excludunt Buratt. conf. 98. num. 7. lib. 1. Menoch. conf. 15. num. 11. & 12. Petr. Albignan. inter conf. matrim. diuer. conf. 67. num. 9. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1023. & concl. seg. Gutier. de matrim. cap. 40. num. 6. vers. verum & cap. 71. num. 12. Rota coram Caualler. decis. 444. num. 2. coram Buratto decis. 530. num. 6. & decis. 463. n. 3. vers. quiniomò par 2. recent.

Ista verò cum militent etiam pro libertate consensus Domine Ducissæ Nicoleæ, cuius suspiria, & lacrymæ ad aliam causam per testes assignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt huiusmodi sponsalibus assentiret, fuerit illata, quia hæc non probatur; idè vtteriori non indigent discussione, quæ de prætenso metu illi incusso obiciuntur, præsertim quia ipsa matrimonium spontè, ac liberè initum proficetur, & mulieris declarationi se non fuisse timore inductam affirmantis standum est, vt in terminis dixit Rota coram Buratto dicta decis. 628. num. 8.

DECISIO

Sacra Rota Romana, Coram R. P. D. Zarate.

In causa Hieracen Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

Virgilius Galluccius ob non consequutionem possessionis Ecclesie Parochialis Sanctæ Catharinæ à Sede Apostolica obrentæ prætendebat continuationem suæ prioris possessionis in Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij, quam Carolus Celsareus etiam prouisus Apostolicus, & possessor contendebat: Idcirco per dictum Virgilium pro istius continuatione possessionis

nis iustificatione Remissoria obtenta, ut in decisione 4. Decembris 1651. coram me emanata, illiusque vigore factis probationibus, eisdemque in actis exhibitis, & dato dubio: Cui sit dandum mandatum de manutenendo, Virgilio dandum esse Domini responderunt.

Constat enim de istius anteriori possessione ex publico instrumento illius apprehensionis usque de anno 1628. Quae possessio instrumentalis, alio tunc temporis non possidente, redditur manutenibilis l. *predia* 48. ff. de acq. possess. l. non idcirco 12. C. de fid. instr. Rota decis. 506. num. 1. par. 1. diuers. & alibi passim.

Maximè, quia illius continuatio usque ad ann. 1650. quo Carolus Celsareus possessionem eiusdem Parochialis Sanctae Mariae Veteris, seu Sancti Blasij occupauit, ostenditur ex pluribus Testibus mediante dicta Remissoria examinatis deponentibus praenominatum Virgilium possedisse praedictam Parochialem Sanctae Mariae Veteris, seu Sancti Blasij usque ad annum 1650. Quod certe sufficit ad probandam huiusmodi possessionem, cum possessio sit actus cadens sub censu corporis, & Testis dicens, quod talis possidet, omnino detentationem probat *Abb. in cap. cum causam de test. Rota in Vladislauien. mantentionis* 5. Iunij 1648. §. quia ultra deductam coram Reuerendiss. Terzacin. Et regulare est, possessionem ex detentatione probari *Innoc. in cap. cum olim. de priuileg. & in d. Vladislauien.*

Potissimè verò cum dicti Testes deponant eundem Virgilium semper fructus exegisse, omniaque alia ad eius curam spectantia petegisse, praecipua argumenta possessionis, *Modern. de manut. obser.* 23. per totam Rota decis. 131. num. 3. par. 1. rec. & coram Buratt. decis. 730. num. 4. & in praedicta Vladislauien.

Eiusdemque possessionis amissio induci non potest ex dimissione primae Parochialis propter conuentionem secundae sub inuocatione Sanctae Catharinae. Quoniam cum dimissio haec facta fuerit in vim decreti de dimittendo inferri in secunda prouisione Parochialis Sanctae Catharinae ob illius incompatibilitatem cum prima: Inde sequitur, quod dimissio primae sit correspondens ad acquisitionem secundae: Vnde cum ex Testium depositionibus constet, acquisitionem istam suam non habuisse effectum, animus amittendi possessionem primae Parochialis in Virgilio dimittente cessauit, ut propterea possessionem saltem civilem non amiserit l. 3. in princ. & in §. in amittenda ubi DD. ff. de acq. possess. Rota per sa. me. Greg. XV. decis. 252. num. 4. Et ex natura correspondentium est, ut vno sublato corrumpat, & alteri, *l. etiam si patre* 30. §. ex causa ff. de minor. 25. ann. Grat. discept. for. cap. 14. num. 4. Rota in Romana Cambij 14. Februarij 1648. §. cum igitur coram R. P. D. meo Peutingero, & in decisione huius causa super Remissoria edita 4. Decembris 1651. coram me §. reuertentia. Et in terminis quod dimittens beneficium animo aliud consequendi, & non consequatur, primum illud non amittat, firmavit Rota decis. 313. numero 5. vers. in correspondentiis coram Merlino, quae est etiam decis. 225. post *Modern. de manut.*

Ex his itaque sequitur, quod possessio Virgilij vndeque probata sit manutenibilis §. *retinenda Insti. de interd.* Et illa Caroli uti posterior, & sic clandestina, & turbatiua allegari nequeat, cap. licet causam 9. de probat. *Modern. de manut. obser.* 71. num. 2. & seqq. Rota in Romana praesenti fideicom-

missi 15. Ianuarij 1646. §. *Hinc dicebant coram bon. me. Arguelles.* Nihil etiam refragante, quod Carolus immittus fuerit in possessione mediante executorum litterarum Apostolicarum, Nam cum executor processerit non citato Virgilio possessore omnino citando. *Felin. in cap. dilectus il. i. sub num. 1. vers. fallit. 2. de rescript. Rota coram san. me Greg. XV. decis. 46. num. 9. & in decis. super Remissoria §. nec obstat.* Vtique nulliter processit, & non priuauit Virgilium sua anteriori possessione, Rota penes san. me. Greg. XV. decis. 69. num. 3. coram Buratt. decis. 185. num. 6. in Colonia. *Prapostura* 1. Iunij 1648. §. nec obstat quod Anna, coram R. P. D. meo Melrio. Quia tunc dicitur agere uti priuatus. *Modern. Perus. de subbas. inspect.* 50. num. 13. Rota in Elboren. *Beneficij* 16. Februarij 1647. §. non attento coram bo. me. Arguelles.

Atque ita pro informante, &c.

DECISIO SACRAE ROTAE ROMANAE, CORAM R. P. D. ZARATE.

Auerfana Iurispatronatus.

Veneris 14. Martij 1653.

VAcante vna, ex quatuor portionibus Cappellaniae S. Ioannis Baptistae, in Cathedrali Ecclesia Auerfana de Iure patronus Laicorum fuit ad illam praesentatus die 1. Februarij 1651. D. Ioannes Baptista Lombardus, à D. Francisco Lombardo, ut in eius Sum. num. 2. Atque etiam D. Franciscus Raguccius, ab Angelo Antonio Nicandro, & D. Alexandro Palumbo, die 20. Decembris 1650. ut pariter in eius Summ. num. 9. Vnde desuper orta lite, inter dictos praesentatos coram Ordinario Auerfano ad fauorem Ragucci, fuit lata sententia, à qua, cum ex parte Lombardi appellaretur, commissa mihi causa appellationis disputatum fuit dubium: Quis eorum esset instituendus, & DD. instituendum esse Raguccium responderunt.

De vocatione enim beneficij, ac de habilitate, vtriusque praesentati, nulla fuit haesitatio, nec magis de existentia Iurispatronatus, aut de eius pertinentia respectu Alexandri Palumbi; ista siquidem est inconcussa, cum tam Lombardus, quam Raguccius fuerint praesentati à successoribus Alexandri Palumbi, ad quem propterea Iurispatronatus pertinuisse negare non possunt, tanquam ex eodem iure venientes Rota coram Bellam. decis. 268. *Mantic. decis.* 132. n. 1. in *Munin. Beneficij* 27. Martij 1648. coram bo. me. Arguelles.

Tota vero quaestio processit, circa pertinentiam Iurispatronatus, respectu Iulij Caesaris Nicandri, & Francisci Lombardi, qui litigantes praesentarunt, Nam Alexander Palumbo die 5. Aug. 1639. dictum Iurispatronatus donauit. d. Iulio Caesari Nicandro, eiusque haeredibus, & successoribus Sum. Ragucci nu. 5. Deinde vero 2. Octobris eiusdem anni, d. Iulius Caesar Nicandrus retrocessit eidem Alexandro Palumbo donatori, ius praesentandi donec viueret d. Sum. Ragucci num. 6. Et praefatus Alexander, Palumbo successiuè de anno 1645. hoc ipsum Iurispatronatus donauit d. Franciscus

com Lombardo Sum. Ragucci num. 10. Vnde de praedicatione & valore dd. donationum contingit dubitare, & Dominis visum fuit praefendam esse Nicandri donationem, quia est anterior donatione Lombardi l. *si ante matrimonium C. de don. ant. nupt. ubi Bald. & alij*, & confirmata fuit à Vicario, die 3. Decembris 1650. facultatem habente ab Episcopo confirmandi tales donationes *iuxta. trad. per Ferret. conf.* 327. à num. 1. & conf. 345. à numer. 7. *Gratian. discept. for. cap. 303. num. 10. cum seq. Ricc. in prax. Iurispr. resol.* 189. *Barbos. de Iur. Eccl. def. tom. 2. lib. 3. capite* 12. à numero 46. *Rot. in Gerunden. Beneficij* 30. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. *Tarvaconen. in Clusina Iurispatronatus* 10. Maij eiusdem anni coram eodem, in *Fesulana beneficij seu Oratorij* 5. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio, quae quidem facultas probatur in attestatione, & litteris eiusdemmet Episcopi quibus omnino credendum est *capite post cessionem* 1. & *ibi gloss. de probat. Macara. de probat. concl.* 990. numer. 1. *Mench. de praesump. lib. 2. praef.* 17. numer. 13. *Rot. decis.* 1. num. 1. de probat. in nouiss. Et sic antequam confirmaretur donatio Lombardi die 30. Ianuarij 1651. Sum. Ragucci numer. 8. semper namque praefendus est is, qui primo confirmationem obtinuit cum ante confirmationem, non sit abdicatum ius à donatore, ut per DD. in *capite saeculum*, & *capite illud de Iurepatr. Vian. de Iurepatr. lib. 4. capite* 1. numer. 48. Rota coram *Mantica decis.* 86. numero 6. *Duran. decis.* 463. numer. 1. & in d. *Fesulana beneficij seu Oratorij* 5. Decembris 1646. §. 1. coram R. P. D. meo Bichio.

Non obstat, quod donatio facta de anno 1645. ad fauorem D. Francisci Lombardi, fuerit confirmata die 30. Ianuarij 1651. per Vicarium Generalem Dicecesis, ut in Sum. Lombardi numer. 5. atque ideo Vicarij consensus, & confirmatio retrotrahatur ad idem donationis, ut per *Lamberi. in d. Iurepatr. lib. 1. par. 2. quast.* 1. art. 21. num. 3. vers. *casus autem noster Mantie. decis.* 86. num. 7. & 8. Nam ista retrotractio, non potuit tertio praedictum iterogare, cui iam fuerat ius quaesitum, videlicet Iulio Caesari Nicandro anteriori donatario, ex donatione illi facta de anno 1639. & prius confirmata d. die 3. Decembris 1650. *iux. tex. doctrina in l. qui balneum ff. qui pot. in pign. hab. Sanch. respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub.* 77. num. 15. Rota coram *Duran. d. decis.* 463. num. 7. & seqq. in d. *Fesulana beneficij* 5. Decemb. 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & in *Sulmonen. beneficij* 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Peutingero, maximè cum consensus praestitus per Vicarium donationi Lombardi non fuisset absolutus, sed conditionalis, & cum praeseruatiua sine praedictum alterius consensus praestiti ad fauorem haeredum Nicandri, ut trad. *Barbos. claus.* 157. numero 8. & seqq. *Oldrad. conf.* 237. in fin. Rota apud *Seraph. decis.* 144. num. 6. & decis. 810. numero 1. coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 332. num. 4. & *ibi Addent.*

Nec releuat, quod Lombardus antea institisset pro confirmatione in curia Episcopali, scilicet die 14. Decembris 1650. quae instantia aliàs prodesse solet, ad sustinendam donationem, etiam in praedictum eorum, qui deinde similem donationem obtinuerunt, vel à donatore fuerunt praesentati; & efficere, ut si petitio iniuste sit reiecta, aut delata Donatario, minime noceat, sed quod confirmatio subsequens retrotrahatur, ad diem petitionis, ut per cit. *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quast.* 1. art. 2. num. 3. vers. *casus autem. Mantie. di-*

ta decis. 86. num. 7. & 8. Nam etiam admissa praedicta conclusione tunc locum haberet, quando constaret de instantia facta coram Episcopo, aut eius Vicario, facultatem habente, & istis reculantibus de recursum habito ad Metropolitanum, pro compellendo Episcopo ad confirmandum *Sanch. resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub.* 76. numero 14. in quibus terminis intelligendum esse *Lambert. doctrinam declarauit Mantie. d. decis.* 86. num. 9. vers. *responsum fuit.* Praeterea confirmatio donationis Nicandri nedum praecessit per duos fere menses confirmationem donationis Lombardi, quinimmo per 11. dies instantiam à Lombardo factam pro habenda confirmatione, si quidem ista facta fuit die 14. Decembris 1650. ut constat ex Sum. Lombard. nu. 9. quo casu dubitari non potest de praedicatione.

Vltterius nec debet attendi retrocessio facta per Nicandrum ad fauorem Palumbi donantis 11. Octobris 1639. Sum. Ragucci numer. 6. Tum quia in ea deficit consensus Ordinarij requisitus etiam in translatione iuris praesentandi, ut post *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quast.* 6. art. 4. notat. *Sanch. resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub.* 76. num. 7. Tum quia ista retrocessio fuit limitata ad tempus scilicet durante tantum vita d. Alexandri Palumbi, atque ideo vltterius progredi non valuit, ex *reg. iur. in l. in agris ff. de arquir. rer. domin. cum similibus Guier. part. lib. 3. quast.* 31. numer. 7. *Gonzal. ad reg. 8. cancell. §. 1. praem. numero* 6. *Mantie. decis.* 232. numero 9. & decis. 267. num. 4. Rota decis. 690. par. 2. recent.

Demum ex abundantia, & ex supposito quod omnes praedictae donationes essent nullae ex defectu legitimae confirmationis Iurispatronatus, nusquam à d. Alexandro Palumbo donatore fuisset abdicatum, ut communiter probatur ex d. *cap. saeculum*, & *cap. illud de Iurepatr.* & ex *superius traditis*, atque ideo potius deberet attendi praesentatio facta per Palumbum ad fauorem Ragucci, quem potuisse praesentare, ac si donationem non fecisset, tradit in puncto *Sanch. capite* 3. dub. 77. numero 15. in fin. *Rot. penes Put. decis.* 18. lib. 2. in *correct. in d. Fesulana Beneficij coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec tunc obstat, quod Raguccius qui duas habet praesentationes alteram à Nicandro, alteram à Palumbo, teneatur declarare, qua praesentatione uti velit *iux. tex. in capite ut qui duas de elect. in 6.* quem habere locum in praesentatione, voluit *Lap. alleg. 8. num. 3. Caualer. decis.* 297. num. 3. Nam conclusio ista procederet in actore petente se institui, secus vero in Reo, qui non tenetur declarare *Rocch. de Iurepatr. vers. honorificum quast.* 40. num. 72. vers. *limitata tamen.*

Atque ita pro Raguccio vtraque parte informante Domini concluderunt, &c.

DECISIO
SACRAE ROTAE ROMANA,
CORAM R.P.D.
ZARATE.

Mindoniensium Parochialis.

Luna 3. Martij 1653.

Vacante per obitum Petri Fernandez Ecclesia Parochialis Sancti Vincentij de Lagoa Mindoniensis Diocesis, controuersa fuit orta inter Ordinarium Mindonien. praetendentem Vicariam dictae Parochialis in concursu prouidere, & Capitulum Ecclesiae Cathedralis Lucensis asserentem ad se spectare Vicarij depurationem ad nutum amouibilis, tanquam in Ecclesia sibi perpetuo vnita; Vnde praetio concursu praedictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Francisco Mel. Capitulum vero Andream Pardo designauit, pro cuius institutione coram Ordinario instetit; Quapropter appellationis causa commissa à Reuerendissimo Hispaniarum Nuntio cuidam Iudici Synodali Ordinarij sententia fuit reuocata, & declaratum dictam Parochialem esse perpetuo vnitam Mensae Capitulari Ecclesiae Lucensis, quae postea per eundem Reuerendissimum Nuntium fuit confirmata, à cuius sententia, cum mihi causa fuisset commissa, proposui dubium. An esset locus concursui, & Domini negatiue responderunt.

Ex ea nimirum ratione; nam constat praedictum Beneficium Sancti Vincentij esse perpetuo vnium Capitulo Lucensi, adeo ut penes illud residet cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiusdem Curae Vicario incumbat, vt patet ex Bulla fel. record. Leonis X. edita de anno 1618, data in Summario Capituli numer. 1. ex qua sufficiens vnionis probatio inducitur Garz. de benef. par. 12. capite 2. numer. 226. Barbof. de Iur. Eccles. tom. 2. lib. 3. capite 16. numer. 61. Rota decis. 9. & 10. de reb. Eccles. non alien. in antiq. Bar. decis. 734. numer. 1. & decis. 870. eod. numer. & in recent. decis. 174. numer. 5. par. 6. & decis. 448. numero. 1. & 2. par. 4. tom. 2. & notans. Add. ad sanct. memor. Gregor. XV. decis. 196. numer. 3. vers. quando igitur. Quod procedit quamuis praedicta Bulla non sit extracta ab originali, sed sit sumptum de sumpto accidentibus pluribus adminiculis infra referendis Rota penes Caputaquen. decis. 234. numer. 2. part. 1. & in Segobien. Habitus 28. Ianuarij 1613. coram Sacrato, Iuncta etiam obseruantia (quae constat) Rota in Vrgellen. Vnionis 27. Iunij 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Barchinonen. Parochialis 15. Februarij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. & decis. 482. numer. 3. part. 1. decis. 18. numer. 1. decis. 703. numer. 8. part. 2. recent. decis. 469. numer. 5. coram sanct. memor. Gregor. XV. ubi Adden. littera B. decis. 641. numer. 9. coram Caualer. Quae etiam praesumere facit iustificationem eiusdem Bullae concurrente longissimi temporis lapsu, Rota coram Seraphin. decis. 1432. numer. 4. & in recent. decis. 196. numer. 6. & seqq. par. 7. in Barchinonen. Vicaria. 12. Decembris 1639. & 2. Martij 1640. coram Coccino, & 10.

Februarij 1645. coram Eminentissimo Cardinali Corrado. Accedente praeterea, quod alias in executionem illius tanquam legitime extractae emanauit sententia iuxta Caputaq. decis. 351. numero 5. p. 2. Seraphin. decis. 1192. numer. 3. & decis. 465. numer. 3. ad med. par. 1. recent.

Effectuatio vero praedictae vnionis adest in possessione capta per Capitulum Lucen. in executionem eiusdem Bullae de anno subsequenti 1519. dicto Summario numer. 2. Vnde non intrat regula reuocatoriae Vnionis Adriani VI. & aliorum Pontificum, vt notat Garz. de beneficiis dicta par. 12. cap. 2. numer. 281. & 290. Barbof. in collect. Concil. sess. 7. de reformat. cap. 6. numero 10. & de iure Eccles. d. tom. 2. lib. 3. cap. 16. numero 65. vbi plures allegantur Rota decis. 402. princ. par. 4. recent. & decis. 90. numero 6. versicul. quod autem eadem par. 4. tom. 2. in Bonen. Abbatia 3. Iulij 1645. coram bon. me. Arguelles, & in Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

Contra quam allegari non valet, quod deficeret mandatum procurae in persona eius, qui nomine Capituli cepit possessionem, vel controuerti, quod tunc temporis possessio esset vacans, aut quod valide capta fuisset. Nam mandatum enunciat in ipso Instrumento captae possessionis, & praesumitur, tum ex praecedenti titulo Vnionis, tum ex quo idem Procurator Instrumentum vnionis exhibuit Cassad. decis. 3. numer. 4. de procurat. Rota decis. 176. numer. 8. coram sanct. memor. Gregor. XV. in Bononien. fideicommissi de Glauranis 2. Iunij 1639. & 18. Maij 1640. coram Reuerendissimo Tarraconensi. Eoque magis, quia ipse erat Canonicus eiusdem Ecclesiae, qui vii talis, etiam sine mandato nomine suae Ecclesiae agere voluit ad illius utilitatem ex cap. coram 34. de offic. deleg. cap. 14. de cens. cap. 4. de confirmat. vtil. vel inuul. Glos. in verb. portitoribus in cap. 1. de procurat. vbi Panormit. numer. 8. Hostien. ad tit. de Procur. numer. 13. Valboain cap. causam 9. numer. 3. de probat. Tusch. conclus. 821. numer. 8. cum seqq. littera P. Golinus de procurat. part. 2. capite 5. numer. 17. Bonir. singul. 27. numer. 18. Osuald. ad Bonell. lib. 18. capite 12. Littera K. Virgil. de legitimatione person. capite 19. numer. 11. Modern. de manuent. obseruat. 55. numer. 133. Rot. decis. 630. coram Caualerio, & Capitulum successiue de hoc Beneficio tanquam vnito disposuit, vt infra apparebit. Vacuum vero fuisse possessionem dubitari nequit, stante resignatione per possessorem facta, non ad fauorem alterius; vt supponitur, sed libere, per quam propterea statim ac fuit à Pontifice admissa vacauit Beneficium, eiusque possessio fuit abdicata à resignante, & vacua remansit cap. quod in dubijs de renunc. capite susceptum de rescript. in 6. Zabarell. conf. 210. numer. 2. Paris. de resignat. lib. 1. quest. 5. numer. 27. Vinian de Iure patr. lib. 13. capite 10. à num. 6. Barbof. de Iure Eccles. dicto lib. 3. capite 15. à num. 16. & num. 66. cum seqq. & à num. 148. Rot. decis. 240. numer. 3. part. 1. recent. decis. 231. coram Merlin. n. 3. & in Hieracen. Parochialis 4. Decembris 1651. §. Deinde coram me.

Validitas autem possessionis patet, ex facultate in litteris Vnionis concessa Capitulo capiendi possessionem propria auctoritate, quae non aderat in casu ex aduerso allegato decis. 7. sub numer. 9. vers. Possessio par. 6. recent. & cui non censetur renunciati ex quo aditus fuit Executor, & de eius manibus capta possessio, dum haec omnia extraiudicialiter emanarunt Barr. in l. creditore numer. 26. C. de

C. de pignor. Ias. in l. 2. num. 113. vers. volens tamen C. de Iure Emph. Cancr. var. resol. tom. 3. cap. 19. numer. 25. Rota coram Seraph. decis. 1003. numer. 1. in Romana seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. Hac vero & seqq. coram R. P. D. meo Bichio.

Actus vero obseruantiae ostenduntur, Primo ex mandato procurae ad nominandum Vicarium, & nominatione eius vigore facta de anno 1556. sub enunciatiua praedictae Vnionis, & Bullae Leonis X. cum facultate amouendi Capellanum, & alium nominandi, & apponendi, prout ipse Procurator nominauit Rodericum Diaz approbandum ab Episcopo, vt in dicto Sum. num. 3.

Deinde ex sententia Ordinarij Mindonien. ad fauorem Martij Mantiquez vti nominati à Decano, & Capitulo sub eadem enunciatiua Vnionis dicto Summario numer. 4. Maxime cum per possessionem à dicto Mantiquez captam etiam probetur praesentationis effectuatione Cald. conf. 12. de Iure patr. Rota per Baratt. decis. 111. numer. 2. Qui bus accedit alia nominatio cum consensu Capituli in personam Petri Fernandez de Rico, vel potius permutatio facta de anno 1625. quae habet vim nominationis, & praesentationis Rota decis. 792. n. 7. & 8. par. 1. diuers. & decis. 196. nu. 3. par. 1. recent. Ex quibus etiam praesumantur nominationes medij temporis, vt ex Seraph. & aliis ibi allegatis ponderatis in puncto Vnionis Rota in Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. paragr. concurrunt coram R. P. D. meo Bichio.

Quae obseruantia non potest referri ad alium titulum, quam ipsius Bullae Vnionis; quia praedicti actus apparente explicite gesti in vim Vnionis. Ac Testes deponunt de nominationibus factis à Capitulo etiam in mensibus referuatis, quod non licuisset, si vt praetenditur emanassent ex causa Iurispatronatus quod cum esset Ecclesiasticum cecidisset sub regula referuatoria mensium, Rota in Compozellana Parochialis 17. Iunij 1644. coram Eminentiss. Card. Coccino, & 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Verosio.

Praeterea adstipulantur tres Testes formiter examinati pro parte Capituli Lucen. eius Summario n. 10. deponentes de visa, & certa scientia de nominationibus continuo factis à Capitulo recensendo singulares personas nominatas, & reddentes optimas, & sufficientes rationes, qui propterea bene probant Rot. coram Baratt. dec. 578. n. 6. & dec. 270. num. 1. par. 7. recent.

Et ulterius addunt fructus Beneficij vniti perceptos fuisse à Capitulo relicta solum pro Vicario certa portione pro congrua sustentatione, vt etiam deponunt Testes ex aduerso examinati pro parte Francisci quod quidem est signum Vnionis, & Curae habitualis penes Capitulum Lucen. cui vnio facta fuit Ioan. Andr. in cap. expofuisti. numer. 8. de praebend. Rota apud Caputaquen. decis. 339. numer. 3. par. 3. Mohed. decis. 5. in fin. de decimis decis. 204. numer. 1. in fine par. 2. decis. 580. numer. 8. & 15. & numer. 19. in fine par. 4. tom. 3. recent. in Romana Iurium parochialium 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Celfo. Quamuis haec fructuum perceptio non requiratur, vt dicatur vnionem effectum sortitam fuisse, vt tradit Nicol. Garz. dicta part. 12. cap. 1. numer. 29. Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 376. numero 6. Barbof. de Iur. Eccles. dicto lib. 3. capite 16. num. 65.

Nec dubitari potest quin cura habitualis residet penes Capitulum Lucen. Aequalis vero per

Amon. Diana Pars XI.

nes Presbyterum ab eo nominandum extantibus amplissimis clausulis in Bulla contentis, scilicet cum omnibus iuribus, & pertinentiis iuxta tradita per Rotam apud Caualer. decis. 599. n. 2. & 4. Merlin. decis. 115. num. 6. vers. praeterea, & c. & facultatem concessam nominandi Presbyterum ad nutum amouibilem pro exercitio Curae, Rota decis. 102. numer. 10. vers. & referuatur part. 1. recent. coram Merlino dicta decis. 115. numer. 4. & 5. Atque etiam ex vnione facta per viam incorporationis, vt colligitur ex verbo incorporamus, quod efficit, vt vnio dicatur accessorie facta Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 51. & 56. Massobr. in prax. habent. concur. pralud. 13. dub. 2. Barbof. cum ibi adductis de offic. Episc. alleg. 60. à numero 23. Rota decis. 352. numero 7. par. 4. recent. & in Carbacen. pratenfa 23. Maij 1650. coram R. P. D. meo Bichio.

Ex quibus omnibus inconcussa remanente vnione non debet esse locus concursui, sed abique eo conferendum est Beneficium ad nominationem Capituli iuxta dispositionem Bullae Pij V. 47. in ordine §. 4. tradit Gonzal. in regul. 8. Cancell. gloss. 5. paragr. 3. numer. 53. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 289. & seqq. plures quos refert Barbof. vbi proxime dicto numer. 23. cum seqq. Rota decis. 785. numero 2. & seqq. part. 3. recent. & apud Merlin. dicta decis. 115. numer. 2. & decis. 187. numer. 1. & penes Caualer. decis. 595. numero 4. & seqq. & in Gerunden. Capella 20. Martij 1645. coram R. P. D. meo Bichio.

Qua stante, non obstant Testes in contrarium adducti deponentes beneficium tanquam Curatum ab Episcopis collatum fuisse vnionem, sciente, & non contradicente Capitulo Lucensi Summario Capituli Mindonien. n. 1. & 4. Nam quamuis essent contrarij, cum se referant ad scripturas non probarent, nisi quatenus apparent in relato Auth. si quis in aliquo. C. de edend. Rota in Seguntina praestimonij 4. Decembris 1592. coram Orano, & dec. 664. sub num. 2. part. 3. recent. Immo cum ex sententiis & scripturis publicis supra relatis constet de contrario, nempe Cappellanis, & Vicariis fuisse à Capitulo nominatos, & nunquam prouisos per concursum talis probatio praevalet probationi resultanti ex praedictis Testibus L. censu 10. ff. de probat. gloss. in cap. 3. loco verbo testium eodem tit. Rota decis. 64. numer. 17. par. 5. recent. in Placentina beneficij 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo Celfo in Romana dotis 5. Iunij eiusdem anni coram eodem. Praecipue cum concordent cum aliis Testibus Capituli Lucen. aliaque adminicula concurrant Crauet. conf. 400. num. 35. Rot. decis. 61. numer. 9. coram Mantico. & decis. 487. num. 5. vers. & habent inuis presumptionem par. 2. recent.

Praeterea dicti Testes non excludunt, quod praecesserint nominationis Capituli Lucen. & ita intelligendi sunt, cum recensent personas ab Episcopo prouisas, quas habuisse collationem praeterea nominatione Capituli constat ex dictis publicis Instrumentis, vt accidit in personam Martij Mantiquez, cuius prouisione allegari non potest praedictam obseruationem fuisse interruptam, eo quod de anno 1611. prouisus fuisset in concursu & collationem obtinisset ex causa cessionis illi factae à quodam Varella; Nam verius est, quod Varella, & Mantiquez fuerunt infimul examinati, & Varella fuit reprobatus, Mantiquez vero approbatus, qui cum postea consequutus fuisset nominationem à Capitulo Lucensi, cuius vigore etiam reportauit institutionem, vt in dicto Summario

BBb 2 num. 4.

num.4. Vtique dici non debet, quod illi collata fuisset Vicaria ex cessione dicti Varella.

Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concursum fuerit prouisa, cum ex eo praedictum dicto Capitulo non inferatur, nam licet id aliquoties consenserit plures nominando inter quos fieret concursus; non ideo sibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui absque concursu, & cum solo examine collatio fieri debeat, vt in terminis respondit *Rota dec. 443. num. 7. vers. non obstat, & n. 3. p. 5. to. 2. recent. vbi n. 9. vers. & quatenus, &c.* subditur praesumi posse concursus factos fuisse per errorem, sequitur *Rota dec. 580. n. 24. & tribus seqq. par. 4. to. 3. dec. 16. num. 15. vers. neque obstat, & n. segg. par. 6. recent. vbi redditur ratio, quia ad formam Constitutionis Pij V. faciendae sunt collationes, & Constitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem possessionem contrariam *Rota coram Caualer. decif. 599. in fine coram Merlino dec. 313. n. 8. & in dicta Gerunden. Capella 20. Martij 1645. §. non obstat il primo, & 27. Ianuarij eiusdem anni §. quia necessitas in fine coram R. P. D. meo Bichio.**

Minus autem obstat, quod dictum Beneficium fuerit collatum tanquam vacans, quod repugnare videtur vnioni, cum vnica non dicantur vacare. Nam huic obiectioni responsum fuit vacationem largo modo verificari etiam in Beneficiis vnitis, & manualibus, cum vacare dicantur per remotiorem, & per obitum gloss. in *Clemen. vnica, paragr. promissa verbo renouari propè med. vers. & scias de supplen. negl. Pralat. Car. ibidem n. 8. Vitalin. n. 9. Gonzal. super reg. 8. Cancellaria gloss. 15. paragr. 2. sub. n. 24. & respondit Rot. in *Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. paragr. fin. coram R. P. D. meo Bichio.**

Denique non aduerfatur, quod de anno 1625. huiusmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili, iuxta dispositionem Bullae, sed perpetuo, & quod sententia Ordinarij superius relata loquatur de Vicaria perpetua. Nam licet fuisset datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata non ex eo alteratur vnio iam facta, aut tolleretur obseruantia praecedens quoad exercitium Curae, & modum prouidendi; vt in terminis firmavit *Rota coram Caualer. decif. 595. nu. 2. vers. & licet & num. segg. coram Merlino dicta decif. 115. num. 13. & in dicta Perusina Beneficij paragr. finali coram R. R. D. meo Bichio, stante praesertim dispositione Concilij Trident. sess. 7. c. 7. de reform. quae arbitrio Episcopi remittit reductionem Vicariae temporalis in perpetuum, vt tradit *Garz. de Benefic. par. 1. cap. 2. num. 9. Barbof. in Collect. Concilij dicta sess. 7. cap. 7. num. 15. vbi ait idem procedere, quamuis in litteris vnionis esset statuta temporalitas, & de offic. Episcopi alleg. 72. num. 190. & refert ita fuisse declaratum per Sacram Congregationem Concilij, & animaduertit praedictam facultatem Ordinario competere, quando litterae vnionis emanarunt ante Concilium, & tunc requirit iustum arbitrium & necessariam causam, quodque in visitatione fiat alioquin posse appellari à praedicta reductione, vt etiam tradit *Flores de Mona var. q. 10. n. 47. Garz. de benef. dicta par. 1. c. 2. n. 8. quod sequitur Barbof. vbi proxime sequitur.***

At ita vtraque parte audita, &c.

DECISIO.

SACRAE ROTAE ROMANA, CORAM R. P. D. ZARATE.

Compostellana Coadiutoriae.

Veneris 9. Maij 1653.

Impugnata fuit hodie, sed non expugnata decisio in hac Causa edita 7. Februarij proxime praeteriti coram Reuerendissimo Terraconen. in qua resolutum extat litteras Apostolicas esse iustificatas, & in ea controuersia circa personas Coadiuti, & Coadiutoris fuit omnino sublata, verum illa solum remansit circa consensum Coadiuti, & ipsius adimplementum mandati sub pluribus conditionibus, quibus non adimpletis gratia per Procuratorem expedita inutilis praetenditur, praesertim cum clausula non alias, aliter, nec alio modo inserta legatur in eodem mandato quae consensum ab actu remouet iuxta tradita per *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 40. num. 272. & quaest. 41. num. 35. Rota penes Buratt. decif. 437. num. 3. alijs adductis in Valentina Parochialis 8. Februarij 1644. vers. unde resignatio, & 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

Sed nihilominus persistit DD. in decisio; Siquidem visum fuit sufficienter conditiones fuisse adimpletas; nec primo illam defecisse scilicet, quod super beneficio Parochiali resignando à Iosepho fratre Coadiutoris; reservari deberet Pensio annua ducatorum centum monetae Hispaniae ad fauorem Antonij de Zarraga libera à subsidio, & excusato, & alio quocumque onere imposito, vel imponendo, ex eo quod Procurator excessisset, dum in supplicatione apposuit clausulam *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, vel ex eo, quod gratiam ita concessam acceptauit, cum ex hoc onere pensio libera dici non possit. Nam ista obiectione facile diluitur, cum clausula *Dummodo* semper censetur excepta, vt consueta in Parochialibus tanquam à Iure proueniens ex dispositione. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 13. vbi plures refert *Aug. Barbof. in collect. n. 13.*

Nec ex eo magis quod Procurator in supplicatione apposuit, & acceptauit gratiam sub reservatione dictae Congruae Parochialis ducatorum centum auri de Camera, potest dici fines mandati excessisse cum pro ista ratione sufficeret reservare centum ducati. monetae illarum partium ex traditis per *Barbof. vbi proxime numer. 14. vt fuit decisum per Sac. Cong. Concilij ibi relatum. Nam praeter alias responsiones tollitur haec explicatio ea ratione quia de dicta reservatione nihil fuit cautum in mandato Procurator aduersus quod in hac parte possit considerari transgressio Procuratoris, & defectus voluntatis Coadiuti, super quo dicta clausula non alias, aliter, nec alio modo cadere possit; quo casu magis liberum fuit Summo Pontifici pro suo libito, vel in moneta Regionis, vel in moneta Camerae congruam reservare Rectori; Praeterquam cum fructus beneficij narrentur in ducatis de Camera, clausula*

clausula *Dummodo* intelligitur etiam de ducatis de Camera, vt tradit *Garz. de benef. p. 1. cap. 5. n. 373.*

Vnde etiam tollitur alia replicatio scilicet quod non possit verificari praedicta conditio, cum non remaneant centum auri de Camera liberi pro Rectore, stante quod fructus dictae Parochialis ex confessione partium in mandatis procurae ascendant ad ducati. 260. monetae Hispaniae, vt in Summ. Roderici num. 1. qui iuxta communem sensum debent intelligi de moneta de Vellon ex quibus detractis ducatis 140. pro duabus pensionibus remanent solum ducati 120. dictae monetae qui non efficiunt 100. ducatos auri de Camera iuxta conditionem in gratia appositam: Nam centum ducati auri de Camera excedunt ducatos 180. Hispaniae de Vellon, vt ostenditur ex supplicatione Summ. Roderici n. 2. in qua centum ducati Hispaniae computantur pro ducatis 55. auri de Camera, ac praeterea cum dicti ducati 260. intelligantur de moneta de Vellon non possunt constituere ducatos 180. auri de Camera, in quibus fuit narratus valor beneficij.

Etenim ista obiectione non subsistit, quia licet verum sit quod dicta quantitas ducatorum 260. simpliciter prolata intelligenda sit de moneta de Vellon Hispaniae, & facultas sit exprimendi Procuratori praescripta non possit extendi ad monetam auream, vel argenteam vt in puncto tenet *Amaya ad text. C. de collat. aris num. 37. lib. 10. Modera. Hispan. in labyrintho credit. part. 2. cap. 8. num. 62. qui relatis Carranca, Amaya, & Noguero. ostendit quanta sit differentia inter praedictas monetas. Tamen ex eo nullus potest argui excessus, siquidem in mandato procurae valor beneficij in scuto 260. expressus fuit per ascensum, non autem per non excessum absque vlla taxationis restrictiua, quo casu maior quantitas non excluditur, nec opponitur expressio facta in supplicatione in scuto 180. auri de Camera per non excessum, cum verum sit beneficium 100. ducati. non excedere 1000. l. cum furti ff. de in lit. iuran. l. si quidem C. de transact. §. fin. minus vbi Ias. n. 2. Insti. de alt. post. Aret. ibi *Grammat. decif. 68. n. 4. Greg. dec. 317. n. 4. Rot. par. 7. rec. dec. 45. n. 21. & in qualibet etiam modica non excessus verificatur. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 38. num. 58. Rot. coram Mant. decif. 138. n. 2. & de ista differentia inter ascensum, & non excessum. Rot. coram Merlino. dec. 237. n. 5. & coram Seraph. decif. 1017. num. 5.**

Minus autem officit, quod cum alia pensio ducati. 40. reservata fuerit ad fauorem Iosephi resignantis cum pacto hanc illico extinguendi pro vnde annatis, Procurator, qui consensum praestitit dicatur defecisse, quia non expressit hanc conventionem, nec impetrauit facultatem extinctionis, qua mediante si Papa eam concessisset, aut non appouisset quoad aliam pensionem dictam conditionem, *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, aut denegasset neque Coadiutoria, neque resignatio effectum sortiretur: Nam haec obiectione multipliciter cessare visa fuit. Primo quod cum supplicatio originalis non fuerit exhibita non bene concluditur praedictam facultatem non esse petitam, & cum non reperitur praesumptio stat pro expeditoribus, quod adimpleuerint adimplenda, & quod cum mandato concordet. *Paris. de resign. lib. 8. quaest. 8. num. 83. Rota apud Verall. decif. 174. num. 1. & segg. par. 2. in Elboren. Pensionis 20. Iunij. 1633. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio §. 2. pro re- Anton. Diana Pars XI.*

spensione ad med. Immo etiam praesumitur praedictam pactum à Sanctissimo fuisse reiectum, quod non impedit quin resignatio subsistat *Paris. dicto tract. de resign. lib. 99. quaest. 17. num. 141. vers. hoc tamen, Rota coram Verall. decif. 89. num. 2. & 3. part. 3. decif. 887. num. 2. par. 4. diuers. & in dicta Valentina Parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, praesertim cum dicta gratia aut nunquam, aut raro, aut ex magna causa concedi solet; quapropter diligentiae Procuratoris essent superfluae, & quamuis fuissent omittae adhuc non diceretur satisfactum non fuisse mandato *Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 12. num. 86. & 91. Rot. per Verall. decif. 89. num. 3. & decif. 201. num. 42. par. 4. tom. 2. rec. Eoque magis cum adiecta fuerit clausula si Sanctissimo placuerit: quo casu cum pactum extinctionis conceptum fuerit sub beneplacito Sanctissimi gratia principalis de defectu consensus redargui non potest *Rota coram Cassad. decif. 2. num. 3. de Simonia decif. 3. num. 2. de renunc. & decif. 538. num. 7. 18. 20. 22. p. 4. tom. 3. & decif. 259. num. 55. par. 5. recent. & in Bracharen. Parochialis 21. Maij 1635. paragr. & Domini cum segg. confirmata 17. Decembris 1635. in princ. coram bo. me. Coccino iud. Valentina parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.***

Praeterquam quod tale pactum vti respiciens commodum resignantis, non autem Coadiuti non potest ex defectu consensus istius annullare gratiam Coadiutoriae; Nam hoc esset opponere de iure tertij, quod non debet admitti, tam respectu huius pensionis, quam alterius ducati. 100. vt firmatum fuit in decisione qua reuideretur in *paragr. vltra quod. Nec releuat quod Rodericus possit excipere de iure tertij, quando illud est exclusiuum iuris agentis: Siquidem haec regula procedit, quando tertius declarat se tali iure vti velle, vt probatur in decisionibus allegatis in d. paragr. vltra, & explicat *Barr. & Soccin. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Scacc. de iud. par. 2. cap. 7. cas. 3. memb. 2. num. 434. Virgil de legit. person. in preclud. num. 159. vers. quod dixi, & in Romana fideicommissi. de Guidis 25. Iunij 1629. paragr. sed neque coram bon. me. Card. Hieronymo Verospio.**

Ex qua etiam ratione remouetur obiectione deficietiae consensus, & adimplementi mandati ob non factam expressionem quod Antonius pensionarius esse filius Meichioris Coadiuti, vt satisse in alia decisione d. paragr. *Vltra praeterquam vt responderetur in paragr. quoniam expressio illegitimitatis Antonij facta fuit per eademmet verba, quae continebantur in mandato procurae; Quare dum formam in mandato praescriptam Procurator in supplicatione seruauit, non potest de non adimplemento redargui, vt dictum fuit in dicta decisione in paragr. nec dicatur.*

Vnde nihil interest, quod dabitur de valore dictae pensionis iuxta tradita in *Conchen. pensionis 21. Maij 1649. coram Eminentiss. Corrado, & 14. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Bichio, & animaduertitur in decisione qua reuideretur in §. quoniam, cum hoc etiam absque discrimine non procederet, attentis verbis *Conc. Trid. sess. 25. c. 15. de reform. vt explicant plures allegati à Barbofa ibi n. 35. & in isto casu magis prodesset expressio facta de valore beneficij, & capacitati ipsius de medio sublata ista pensio.**

Vtlerius non obstat, quod dicatur consensum praestitum fuisse à persona minus legitima, cum appareat

parcat quendam substitutum illum praestitisse, de cuius substitutione non constat: Siquidem ostenditur actualis exhibitio mandati in vita Coadiuti Summ. responsionis Ildephonsi nu. 2. & praestatio consensus legitur adnotata à tergo litterarum Summ. Roderici num. 3. ex quibus praesumitur litteras ab Officialibus expeditas non fuisse nisi praestata legitimi consensus *Rot. coram Caputaq. decis. 120. par. 1. & in rec. decis. 20. num. 4. & segg. part. 6. rec.* Et comprobatur ex eo, quod libris Datariae omnino debet fides adhiberi, nec eos licet de mandato arguere, *ut per modern. Auenion. g. benef. cap. 70. num. 12. Rot. penes Buratt. decis. 88. num. 4. & 5.*

Nec releuat quod instrumentum mandati quod Notarius in actu praestationis consensus asseruit penes se admissum fuisse hodie in eius actis non reperatur, quia imò stante deperditione praesumitur, quod in Instrumento producto continetur facultas necessaria, praesertim quod in calce mandatorum procurae apponi consueverunt substitutiones propria manu substituents *Andr. decis. 9. num. 6. vers. eo enim, & decis. 143. nu. 11. par. 2. diuers. & in Lunen separationis ibi 27. Nouemb. 1652. §. hinc releuans coram R. P. D. meo Melio.* Eoque facilius talis praesumptio debeat admitti, quia in processu de partibus quoque legitur tenor mandati procurae cum expressa facultate sustinendi, quibus praesentibus eo facilius substitutio praesumi potest.

Accedit etiam quod substitutus est minister substituents, & publicè gerebat, & gerit alia eiusdem substituents negocia *Rota in Conchen. beneficij 4. Aprilis 1608. §. secundo multum coram Card. Sierato.* Et amplius praestatio consensus, & exhibitio litterarum facta per substitutum fieri non potuerunt sine magna impensa, ex qua pariter praesumitur legitimum mandatum *Gregor. dec. 44. n. 5. & decis. 324. num. 2. & ibi Adden. n. 6. Adden. ad Buratt. decis. 593. num. 12.*

Quapropter excluditur obiectio, quod mandatum procurae non potuerit ab Hispania venire de tempore consensus cum contrarium appareat ex actuali exhibitione, ac etiam cum inter Rogitum mandati factum sub die 28. Nouembris vsque ad diem consensus lapsi fuerint 35. dies, atque ideo plus temporis quam opus sit ad iter conficiendum cum per mare 10. dies sufficiant, & in sex diebus litteras haberi posse firmiter *Rota in vna Dertusen. beneficij, quam tradit Gomez in reg. de verisimili noticia 9. §. numer. 1. & 2.* Quamobrem nihil in contrarium concludunt Testes pro parte Roderici dati Summ. num. 4. quatenus deponunt quod Tabellarius Ordinarius de eo tempore post tres menses Romam aduenit: Siquidem alia via quam per Ordinarium transmitti potuerunt, & aliquando per Ordinarium, & Extraordinarium transmittuntur, & per duplicatum & triplicatum, ut accedit in praesenti, & probatur ex depositione trium testium ex parte Roderici examinatorum ius Summ. num. 4.

Nec magis obstat, quod dicatur solutionem componendae & Registrationem supplicationis factas fuisse post obitum Coadiuti, cum id nullo modo iustificetur, & quous iustificaretur nullatenus releuaret, quia substantia gratiae ex data, non ex registratione perficitur, ut tenet *Rota in Romana. legati p. 4. Febr. & 12. May 1628. coram bo. mem. Coccino. & decis. 181. num. 6. coram Merlino.* Dum tamen interim supplicatio non laceretur, aut alteri

prouideatur, ut notatur in *Asten. Coadiutoria 21. Iunij 1652. §. tandem, & licet coram R. P. D. meo Celso,* ubi etiam additur quod ex eo, quod in libro Registratoris post obitum Coadiuti legatur factam fuisse registrationem non ex eo probari tunc temporis factam fuisse registrationem, cum non soleant supplicationes semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses, ut traditur in *d. decis. Asten in §. huiusmodi, & latius declaratur, & comprobatur in eadem Asten. 14. Februarij 1653. coram eodem D. meo Celso, §. & eo minus cum duobus segg.*

Demum quia etiam supposito, quod gratia Sanctissimi esset inutilis nullum ius Roderico ex provisione Ordinarij potuit acquiri, cum per solam Signaturam supplicationis intraret appositio manus Pontificis, & consequenter affectio, quae ligat manus Ordinarij. *Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 52. num. 15. & num. 48. vers. licet fecus Rot. decis. 45. num. 31. par. 6. & decis. 237. num. 2. par. 7. rec. & apud Buratt. decis. 36. numer. 2. & segg.* Atque ita pro confirmatione decisionis utraque parte audita, &c.

DECISIO

SACRAE ROTAE

Romanae, Coram R. P. D.

Zarate.

Piscien. Beneficij.

Luna 20. Nouembris 1651.

POSTquam Franciscus de Carolis aduersus Franciscum de Tholomeis super praesentatione ad eius fauorem facta de Beneficio controuerso tres reportauerat sententias, quarum in prima in Partibus praedictis de Carolis adiudicatum fuit Beneficium tanquam à maiori parte Patronorum, praesentato, & in duabus vltimis Rotalibus prauius decisionibus coram R. P. D. meo Celso 26. Nouembris 1650. & coram R. P. D. meo Rojas 21. Aprilis 1651. declaratum sit dictum de Carolis instituendum esse tanquam praesentatum à familia de Carolis duas ex quatuor vocibus habente, cum Franciscus de Tholomeis praesentatus fuisset à familia de Tholomeis, cui vna tantum ex quatuor vocibus competit. Demum causa in gradu restitutionis cum clausula Parito mihi commissa, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & quidem non constare quoad praesentatos responsum fuit ex sequentibus.

Nam quando sententiae sunt validae, & iustae cessat laesio, quae est fundamentum restitutionis in integrum *c. de integr. restit. l. si ex causa 10. l. quod si minor. 25. ff. de minor. Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nouis, & in Romana de Marefcortis 18. May 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bononien. Transfuctionis 30. May 1648. coram R. P. D. meo Celso.*

Validitas enim resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda quoad ipsos praesentatos iuxta *decis. Caputaq.*

Caputaq. 260. 2. par. & conformitas in dubium reuocari non debet, cum vna confirmet aliam Clem. 1. verbo alicuius de re iudic. Rota coram Caualer. decis. 387. n. 1. Duran. decis. 365. n. 3. & fuit dictum in Romana Domus 11. April. 166. coram Reuer. Terracinen.

Neque obstat, quod in sententia Rotalibus fuerit expressum duas ex quatuor vocibus spectare ad familiam de Carolis, vnicam vero ad familiam de Tholomeis, quod tamen non explicatur in sententia de Patribus; nam dum in dicta sententia exprimitur Franciscum fuisse praesentatum à maiori parte Patronorum implicite continet id quod magis explicitè dicitur in sententiis Rotalibus, & sic in substantia sunt semper conformes *Ruin. conf. 114. n. 2. lib. 5. Socin. iur. conf. 74. n. 2. lib. 2. Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 34. Couar. pract. c. 25. n. 6. Thes. decis. 228. n. 2. Rota decis. 98. n. 4. par. 1. recent. & decis. 292. n. 2. par. 7. cum pluribus adductis is per Add. ad Buratt. dec. 267. n. 10.*

Vltius nam sententia Rotalis in prima parte confirmat simpliciter primam sententiam, & sic conformitas est clara; Deinde verò procedit per caput separatum, quod non excludit conformitatem, cum tot dicantur sententiae, quot capita *Barr. in l. 1. n. 7. vers. quando. C. si aduers. rem iudic. Alb. in l. fin. n. 15. vers. item quando. ff. de iurisd. omn. iud. Mantie. de tacit. lib. 26. tit. 9. n. 44. Rot. coram. sa. me Greg. decis. 552. n. 1. & ibi adden. n. 6.*

Iustitia autem dignoscitur ex decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Celso, & coram R. P. D. meo Rojas, in quibus fitumatum fuit Franciscum de Carolis vti praesentatum à maiori parte Patronorum, nempe à DD. de Carolis habentibus duas ex quatuor vocibus esse praeserendum Franciscum de Tholomeis praesentato ab illis de Tholomeis habentibus vnicam tantum iuxta *text. in c. 3. & ibi gl. verb. qui maioribus de iur. patr. Lamb. eod. tr. 3. par. lib. 2. q. 4. art. 1. Rocus verbo honorificum n. 91. & segg. Paul. de Cittadin. pariter de iur. patr. par. 6. art. 3. n. 45. Rota in Cremonen. Altaris 9. Decemb. 1616. coram bon. me. Manzanedo, & in Genuen. Capellan. 23. Martij 1620. coram Sanctiss. D. N. cum aliis allegatis in d. decis. coram R. P. D. meo Celso, in §. nec refert.*

Quod vero Iuspatronatus pro dictis duab. partibus spectet ad familiam de Carolis, & pro quarta parte tantum ad DD. de Tholomeis Donatarios illorum de Massis nullam recipit dubitationem, siquidem adueniente vacatione, & praesentatione Beneficij de anno 1507. & 1525. & 1579. illi de Carolis praesentantur pro duabus ex quatuor vocibus, Massi vero pro vnicam, ut constat ex Summario impresso *n. 4. §. & 6. quae obseruantia optime demonstrat huiusmodi pertinentiam, ut dixit Rota in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peusingero, & in Terdonen. Iurispatron. 22. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Rojas, & 17. Iunij coram R. P. D. meo Celso, & in recent. dec. 96. n. 14. par. 6. Iuncta etiam confessione facta ab Authore illius, qui donauit dictum Iuspatronatus, quae propterea optime probat contra Donatarium, & praesentatum ab eo, ut dixit *Rota coram Buratto decis. 183. n. 6. & segg. & firmatum fuit in Comen. Capella 27. Aprilis 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano.**

Non obstat quod in sententiis Rotalibus fiat mentio tantummodo de duabus ex quatuor vocibus spectantibus ad familiam de Carolis, & de altera spectante ad illos de Tholomeis, non autem de alia quarta, quia dum Tholomei non docent dictam aliam vocem fuisse ad eorum fauorem purificatam, sufficit quod Franciscus de Carolis habeat

duas; Tholomeus vero vnam, ut primus veniat instituendus; siquidem in hac materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem praesentandi, sed tantum illorum qui actualiter praesentantur, ut inquit *Dec. conf. 27. n. 4. Rota coram Duran. decis. 199. n. 10. & decis. 230. n. 5.*

Neque ex eo quod dicta quarta vox fuerit extincta possunt Tholomei praesedere illam acquisiuisse, vel iure successione, vel iure accrescendi, dum non probatur Tholomeos fuisse ab vltimo de linea haeredes institutos, aut ab intestato succedere potuisse, quibus cessantibus excluditur titulus successione, ut in puncto *Rota dec. 96. n. 8. par. 6. recent.* Et quatenus intraret ius accrescendi portio deficiens etiam accresceret pro rata DD. de Carolis Copatronis, ut per *Bellen. de iur. accresc. c. 6. q. 48. n. 11. & segg. Rot. in terminis de iur. patronatus gñilicio in CasarAugustana Beneficij de Linares 10. Februarij 1645. §. secundo quod coram R. P. meo Bichio, nam de natura iuris accrescendi est, ut portio portioni accrescat pro virili, sed pro rata portionum, cum portio portioni accrescat non persona, Mantie. de tac. lib. 22. tit. 23. n. 24. Gratian. discip. 347. n. 12. Grass. in §. ius accrescendi q. 30. Rot. d. decis. 96. n. 7. par. 6. recent.*

Denique cessat omnis difficultas, nam cum hodie agatur de sustinenda institutione facta ad fauorem Francisci de Carolis praesentati ab illis de dicta familia, sufficit ad hunc effectum quod ipse doceat praesentantes existere in quasi possessione praesentandi pro dictis duabus vocibus, & sic pro maiori parte, cum Tholomei pro vnicam tantum voce fuerint in possessione, & Pardinos Geminianos, & Nucetinos non constet vllam vnuquam possessionem habuisse iuxta *text. in cap. consultationibus de iur. patr. Mantie. decis. 88. n. 1. & in Cremonen. Praepositura 23. May 1644. coram R. P. D. meo Corrad. & in Terdonen. Iurispatron. 17. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Celso & in decisione in hac causa emanata 21. Aprilis hoc anno coram R. P. D. meo Rojas §. alia verò, & in alia praecedenti 26. Nouemb. 1650. coram R. P. D. meo Celso, §. eo facilius.* Et ita quod praesentatos altera tantum parte informante fuit resolutum.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae coram Reuerend. Patre Domino Zarate.

Hieracen. Parochialis.

Luna 4. Decembris 1651.

CUM Virgilius Gallucius Beneficium Parochiale Sanctae Mariae Veteris, seu sancti Blasij Hieracen. possideret, die 17. Kalendas Martij 1648. de Beneficio etiam Parochialis Sanctae Catherinae à Sede Apostolica fuit prouisus cum Decreto de dimittendo primam Parochiale in casu assentionis secundae, & quod alias utraque vacaret, ut ex litteris in Summario Gallucij n. 2. cuius decreti dispositioni Gallucius obtemperans primum Beneficium dimisit de mense Ianuarij 1649. de quo pariter ab Apostolica Sede Carolus Casareus prouisus fuit, cum expressione in litteris praedicti decreti, & quod vacaret per dimissionem Gallucij, ut in Summario Caroli num. 1. & 2. Post quod Gallucius intendens

quod cum supposito capte possessionis secundi beneficii, primum dimiserit; & quod talis possessio non habuisset effectum, quia verus professor Parochialis Sanctae Catharinae in eius possessione se defendebat; atque ideo se continuasse in possessione primi beneficii per totum mensis Iunii, & partem Iulij 1650. ad id probandum, ut remediis possessoriis tueretur pro remissoria insteterit, & articulos edidit; quare proposui dubium: An esset concedenda? & DD. affirmatiue responderunt.

Nam de relevantia articulo cum sufficienti fumo constat, quibus concurrentibus, remissoria concedi debet ex notatis per *Vestr. in praxi lib. 6. cap. ult. num. 2. Seuerol. de remissor. cap. 23. Rotae coram Buratto decis. 28. n. 1.*

Relevantia enim apparet ex 1. & 2. articulo, in quibus dicitur, quod Galluccius Parochialem controuersam resignauit, in quantum illi suppositum fuerat iam suo nomine pacifice captam fuisse possessionem alterius; quod aliter accidit; cum Michael verus possessor adhuc possessionem in prima Ecclesia continuaret: Vnde cum falsum esset suppositum dicto Galluccio ignoranti non debet nocere; nam dimissio iuxta mentem Dimittentis est respectiua ad acquisitionem possessionis secundi beneficii; qua falsa, & erronea existente corruiat ex defectu consensus, quem error excludit *Buratt. decis. 19. n. 10. & in puncto text. in cap. si beneficia 20. de praebeudis lib. 6. vbi in casu liberae dimissionis, & in quo beneficium dimissum alteri iam fuerat collatum, sic Pontifex statuit, collatione quibuscumque personis facta, nequaquam obstante: vbi gloss. verbo sine culpa, Ancharan. n. 2. Nauarr. in cap. accepta in 7. opposicione n. 39. de restit. spoliat. & conf. 1. nu. 2. circa finem de praebeudis. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 46. n. 146. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 3. n. 29. & seqq. Rota decis. 7. de restit. spoliat. antiquiss. Seclusa namque dicta falsitate suppositi non videbatur necessaria dimissio, quae de facili non praesumitur, ut in terminis defectus consensus dolo, vel vi interueniente probatur in cap. super hoc de renunciat. ibi, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile sine magna causa sua sponte resignet: vbi Panormit. n. 12. Io. Andr. col. 5. Paris. conf. 10. n. 64. Flamin. de resignat. lib. 8. q. fin. n. 59. Surd. decis. 2. n. 16. Nicol. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 143. conducit Lotther. lib. 2. q. 20. n. 13. & lib. 3. q. 14. n. 12.*

Deinde valde releuat allegatio continuatae possessionis Galluccij post dimissionem, quia etiam liberè cedens, & renuncians, licet perdat dominium, & possessionem saltem de iure, atque si postea incumbat de facto, & realiter inhæret possessioni, adhuc est manutentendus, in d. & reintegrandus si spoliatur, ut post Innocen. Calderin. & alios sibi allegatos, tenet Rota decis. 97. n. 13. & 14. & decis. 108. sub n. 7. vers. & quatenus par. 5. recent. latè Modernus Lusitan. de iur. Eccles. lib. 3. c. 15. & Perusin. in tr. de manu. obseru. 57. nu. 9. Lotther. dist. lib. 3. q. 14. à n. 12.

Vltius constat de relevantia tertij articuli, dum in eo dicitur Rectorem antiquum Sanctae Catharinae semper mansisse in possessione suae Parochiae signum euidentis quod Galluccius nunquam de ea possessionem accepit, dum alter in illa semper permansit, ex l. sicut certo, §. si duobus, ff. commodati, & certum est, quod requiritur possessio pacifica secundi beneficii ut quis teneatur dimittere c. si Episcopus de praebeudis in 6. Rot. diuers. decis. 676. num. 4. par. 3. lib. 3. Seraphin. decis. 977. num. 1. cum adden. ad Buratt. decis. 19. litt. A.

Nec obstat, quod possessio Parochialis dimissa successiue capta fuerit à Casare in vim nouae dimissionis, tanquam de vacanti ob dictam dimissionem deportata de manu executoris litterarum Apostolicarum, quia semper antiquus possessor manutentendus est. *Felin. in c. licet causam n. 8. & 9. de probat. Surd. conf. 168. n. 12. Rot. decis. 225. n. 13. par. 1. recent. quem dictus executor sua possessione non priuauit, cum processit, eo non citato dicto c. licet Episc. de praebeudis in 6. semper enim citandus est possessor, ut in puncto Horeda de incompat. benef. par. 1. cap. 4. n. 7. & 8. quamuis ignoretur ab Actore Rot. decis. 284. n. 17. par. 5. recent. & in Gallien. Prior. 5. Iulij 1649. & in Meleuit. Com. 15. Iunii 1650. coram R.P. D. meo Bichio.*

Hæc autem omnia quin valde conferant ad victoriam causae, negari non potest, quo casu remissoria concedenda venit ex c. cum contingat de offic. deleg. Greg. decis. 403. n. 5. & in Spoletana honor. 1. Feb. 1647. & in Auenionen. pecun. 26. Iunii 1649. coram R.P. D. meo Rojas. Et sufficeret vnus articulus relevantia, in beneficialibus, maximè dato fumo, & praestito consensu de stando vnica Rot. coram bon. mem. Coccino dec. 165. n. 6. Buratt. decis. 23. n. 4. Rot. in Vercellen. Prapost. 11. Decemb. 1647. coram R.P. D. meo Bichio. Neque ad hunc effectum attenditur quid probabitur, sed quid probari praetenditur, ut in pluribus decisionibus relatis in decis. 415. num. 5. coram sa. me Gregor. XV.

Nec deficit fumus materiae articulare, quia datur fides subscripta à decem hominibus. Ciuitatis Hieracen. attestantibus de possessione Galluccij per totum tempus articulatam, quae fides sufficit ad hunc effectum, cum sufficiat qualicumque; probatio, etiã per testes nulliter examinatos *Cassador. decis. 7. n. 2. de dilat. Rot. coram bon. mem. Manzanedo in Rauenn. Censuum 8. Iunii 1618. & in Meleuit. Commenda de Vaours 14. Febr. 1650. coram R.P. D. meo Ceruo.*

Denique non obstat, quod probari posset per scripturas, quod per testes probari intenditur, nam cessante suspitione calumniae ex reuelantia, remissoria solet concedi ad probandum per testes, etiam id quod poterat probari per scripturas. *Rot. decis. 196. par. 6. recent. Add. ad Greg. decis. 253. maximè cum omnes articuli non possent probari per scripturas, ut in d. Meleuit. Comm. de Vaours in fin. Atque ita vtraque parte informante, &c.*

DECISIO

Sacra Rota Romana coram Reuerend. Patre Domino Celfo.

Reatina Pensionis.

Luna 4. Maij 1652.

Pensionis de quibus agitur non deberi Ioanni Augustino Vincentino translatorio, nec magis Reuerend. Episcopo Hieracensi transferenti sub die 13. Febr. 1651. coram Eminen. Card. Otthobono fuit resolutum ex duplici fundamento; Quoad Translatarium, quod narratum non fuerit summo Pontifici decretum in litteris reservationis pensionis appositum, quod pensio centum ducatorum in toto, vel

vel in parte transferri non posset. Et ex pacto resulante ex acceptatione talis decreti, cui Pontifex absque speciali mentione derogasse non censetur: Quae resolutio cum hodie coram me in eius locum subrogato reuideretur, standum esse in decisio Domini responderunt, quandoquidem non obstant obiecta de nouo deducta.

Nó enim primo releuat, quod de subreptione excipi non possit, absque oris apertitione stantibus amplissimis clausulis in Indulto transferendi appositis, videlicet quod de subreptione, aut obreptione, vel nullitatis vitio impugnari non possit. Nam praedicta clausula, tunc impugnandi facultatem auferret, si vna cum clausula sublata, vel alia equipollenti fuisset appositae; non verò quando de per se solum extat, ut fuit decisum in Hispanen. Beneficij de Xerez 9. Nouemb. 1602. coram Litta, & decis. 621. n. 3. par. 3. rec. Buratt. decis. 337. n. 9. sequuntur Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 66. n. 22. & 52. Marefc. var. resol. lib. 2. c. 37. n. 58. Ad hunc enim effectum dictae clausulae simul coniunctae adesse debent *Put. decis. 208. lib. 2. Garz. qui alias cumulat de Benef. par. 6. c. 3. n. 88. Nec potest dici clausula sublata equipollere aliam in praedicto indulto appositam, videlicet, sique in praemissis, &c. per quoscumque Iudices indicari, & diffiniri debere. Nam Doctores ad id allegati nempe Gonz. d. glossa 66. num. 18. Barbof. claus. 175. n. 25. loquuntur, quando vltro prohibitum est Iudici, ne aliter iudicet, scilicet motu proprio, non vero quando gratia fuit concessa (ut in praesenti) ad postulationem partis; tunc enim intelligitur veris existentibus narratis, ut optime distinguit Marefc. var. resol. d. l. 2. c. 1. n. 89. & c. 37. n. 58. Gabr. conf. 26. n. 13. l. 2. Put. decis. 208. lib. 2. Capuaq. decis. 128. sub n. 3. par. 1. Et quamuis addeffet clausula sublata non tolleretur exceptionem, quod casus iste non esset comprehensus sub indulto, de quo Rota poterit cognoscere, nam Iudex de comprehensione, aut exclusionem, etiam extante dicta clausula cognitionem habet, Marefc. d. c. 37. n. 29. Rot. in Casarugustana exemptionis 27. Ianuar. 1601. coram Ottembergo, & in Baren. seu nullius Prioratus 20. Iunii 1614. coram Sacrate.*

Nec magis sustineri debet ex clausula irritum, & decreto irritanti in gratia translationis appposito, quod tunc robur addit quando gratia sustinetur: Vnde corruente indulto ex defectu subreptionis, Decretum pariter vti accessorium corruere debet, ut firmat Gabr. de claus. concl. 3. n. 82. Cassad. decis. 10. n. 4. super regul. Cancell. Rot. decis. 44. n. 5. par. 3. rec. & par. 6. decis. 32. n. 11. & 12. Nam cum Decretum stet accessorie ad gratiam, secundum eius naturam debet regulari, & easdem condiciones recipere, Marefc. d. lib. 2. c. 37. n. 30. & c. 38. n. 27. Barbof. claus. 175. nu. 30. Marta de claus. claus. 176. num. 17. vers. & ideo Modern. Mediol. de commut. vlt. vol. c. 7. n. 229. Quod magis procedit, postquam decreta indulti subreptionis, ut tradit Marefc. var. resol. dicto l. 2. c. 1. num. 92. Marta d. claus. 176. n. 21. Modern. Mediol. d. c. 7. sub n. 229. limit. 11. Barbof. d. claus. 175. n. 40.

Secundo affirmari nihil interest, quod nulla iure adesset subreptio in eo, quod Pontifici Maximo narratum non fuerit in litteris reservationis pensionis fuisse expressè prohibitum, ne pensio etiam vigore Indulti Apostolici posset transferri; siquidè huic indulto semper resistit prohibitio in limine reservationis appositae, ne pensio transferretur sub poena nullitatis, & pactum ex dicta prohibitionis acceptatione inter pensionarium, & titularé resultat, ut optime comprobatur in decisione quae reuideretur §. subreptio, & §. vltimum, de quibus cum

nulla mentio in indulto habeatur, vtique nulla derogatio potest induci, etiam ex clausulis praegnantissimis, quae tantum ad expressa debent restringi, *Rot. apud Peniam decis. 99. 7. n. 8. & decis. 1742. nu. 6. cum aliis adductis à Modern. Mediol. de commut. vlt. vol. c. 7. n. 209. Marefc. resol. d. lib. 2. c. 40. n. 13. & num. 23. & 24.*

Quapropter remoueri non potest obiectum talis pacti, quod praeter propriam vim etiam iurisiurandi Sacramento fuit roboratum, ut ponderauit Rot. coram Duran. decis. 5. n. 4. cum seqq. ad cuius derogationem semper specifica metio requirebatur, ut in prima decisione firmatur; adeo quod facultas transferendi non suffragetur, quando ex pacto in reservatione pensionis appposito prohibita erat translatio, ut bene probant *Rot. decis. 689. n. 1. par. 4. diuers. quae apud Zech. inuenitur oblig. Camer. decis. 138. n. 1. & decis. 153. n. 1. par. 5. recent. Quorum vim non effugiunt respondentes, quod in dicta decis. 689. n. 2. & seq. dicatur Pontificem absque consensu alicuius posse ex mera libertate pensionem transferre; quia non ex eo ibi reiecta fuit pacti oppositio, sed quia pactum non verificabatur in facto, & pensio fuerat simpliciter reservata, ut ex eius lectura manifestè constat. Nec magis satisficit d. decis. 153. par. 5. recent. dicendo quod eius n. 1. & 2. deducitur motiua pro ratione dubitandi, & n. 15. cum seq. obiectis respondendo dicitur, quod licet Titularis consentiat ad vitam pensionarij tantum, nihilominus posse Papam concedere facultatem transferendi, cum priuatorum consensu non possit alterare naturam reservationis pensionis: Nam hæc responsio in nihilo Translatarium releuat, cum non dubitetur de potestate Pontificis, sed solum de ipsius scientia, & voluntate nec doctrina generalis d. nu. 15. tradita, quod semper censetur pensio reservata ad vitam translarij possit applicari ad speciem propositam decreti prohibentis translationem, & pactum initum inter transferentem, & translatum de quo notitiam habuisse Pontificem non constat, nec quod ei derogare voluisset, ut praeter allegatos in prima decisione comprobant *Gonz. ad regul. 8. Cancell. gl. 36. n. 36. Modern. Mediol. d. c. 7. n. 213.**

Nec potest dici summum Pontificem derogasse pacto, ac suppleuisse consentum titularis in indulto translationis, dum concessit facultatem transferendi pensionem perinde ac si ipsimet Titulares translationi dictae pensionis concessisset. Nam praedicta facultas solum respicit consentum requisitum Titularis ad translationem pensionis iuxta regulas Cancellariae, cui Pontifex derogare voluit, & sic consentum futurum, non verò praeteritum ex pacto praecedenti, quod valde diuersum est; Si quidem primus consensus est simplex vnus, iste verò reciprocus vtriusque partis per quem ius Titulari quaesitum fuit, & cui Papa non censetur derogare voluisse, quamuis derogasset simpliciter consentui Titularis *Rot. decis. 347. n. 4. vers. ex quibus, & n. 5. & seq. vbi subditur quod derogatio tanquam odiosa non debet extendi ad alios calus, & dec. 484. num. 4. par. 4. to. 2. recent. coram Penia decis. 1582. n. 10. & seq. Marefc. var. resol. d. l. 2. c. 37. n. 35.*

Quod vero Reuerendissimo Episcopo transferendi pensio non debeat, amplius non controvertitur, & satis in decisione quae reuideretur §. sed nec minus fuit comprobatum, adeo noua confirmatione non indigeat.

Atque ita vtraque parte, &c.

DECISIO

Sacrae Rotae Romanae, Coram Reuerend. Patre Domino Melio.

In causa Cordubeni dimidia Portionis.

Veneris 20. Iunii 1653.

VAcante dimidia portione in Ecclesia Cathedrali Cordubeni per obitum Ioan. Sanch. Romero, siue per obitum Hieronymi de Leyua, & Rueda, siue per cessionem Didaci de Nauas Solano, vel per resignationem Alphonsi Nauarro, de ea à Dataria fuit prouisus Dominus Didacus Yranzu del Pino, qui subrogationem gratiosam obtinuit in omni iure quod praefatis omnibus competebat, & praesertim in possessione in qua D. Ioannes Sanch. Romero existerat, expeditisq; litteris Apostolicis illas praesentari curauit in Capitulo, à quo petita possessione, illud mandauit quod prius reuideretur dictae litterae pro habenda certitudine quod in illis narrata vera essent, & deinde respondit, quod erat paratum ad executionem dictarum litterarum, satisfacto tamen prius per eundem Didacum statuto puritatis sanguinis, quod habet Ecclesia Cordubeni, ad sui fauorem auctoritate Apostolica confirmatū, vt in Summ. Capituli n. 1. Cum autem de nouo facta fuisset instantia per eundem Didacum pro obtinenda tali possessione, illa ei denegata fuit, eo sub praetextu quod minimè fuisset impletum dictum statutum. Commissa igitur appellationis causa in Rota dubitatum fuit an litterae Apostolicae sint iustificatae, i. a vt D. Didaco danda sit immisio, & proposito per me sub hac die, huiusmodi dubio, quoad utramque illius partem DD. affirmatiue responderunt, data enim iustificatione litterarum Apostolicarum, vt Prouiso danda sit immisio ad instar *l. fin. C. de edit. Din. Adv. toll. declarat. Vitalin. in clem. 1. n. 68. de caus. possess. & propriet. Bald. in l. 2. n. 65. C. de seruitur. & aqua. Menoch. de adipiscen. rem. 6. num. 35. Rot. coram Seraph. decis. 357. n. 1. Greg. XV. decis. 335. n. 15. decis. 338. & 699. vtrouique n. 1. par. 2. recent. & coram Burat. decis. 433. n. 1. & alibi saepius fuit dictū.*

De iustificatione autem dictarum litterarum dubitati nō posse visum fuit, quia de Vacatione istius beneficij, siue dimidia portionis secuta per obitum Ioan. Sanch. Romero extra Romanam Curiam de mense referuato, vt narratum fuit in litteris constat ex depositionibus Testium ser. ser. examinatorum ex quib. colligitur dictum Ioan. Sanch. obiisse in possessione huius dimidiae proportionis de dicto mense Febr. 1646. Sum. Didaci n. 4. qui mensis, Episcopo non gaudente alternatiua, vel vbi collatio est simultanea, provt ea gaudet Capitulum Cordubeni, iuxta probationes datas eodem Summ. Didaci n. 5. est referuatus ex Regula Cancellariae octaua hodie noua *Rot. coram Greg. XV. dec. 103. n. 4. vbi quod alternatiua intrat solummodo respectu beneficiorū ad liberam Episcopi Collationem spectantium, non autem in illis simultaneae collationis, dicti autem Testes probant concludenter obitum Ioan. Sanch. de dicto mense Febr. licet deponant de solo audita, ac de publica voce, & fama, quia non*

datur concursus alterius prouisionis *Rot. coram Greg. XV. dicta decis. 203. n. 6. & fuit resolutum in Maioricens. beneficij 27. Februarij 1643. coram me;* sed contradicit tantummodo Capitulum, quod habet collationem simultaneam cum Episcopo.

Prouisio Didaci de Nauas Solano obtenta à Sede Apostolica per obitum dicti Ioan. Sanch. ac libera cessione dicti Didaci in manibus Papae, necnon noua prouisio, seu mandatum de prouidendo ad fauorem Hieronymi de Leyua, y Rueda probatur ex assertione facta à Papa in litteris expeditis ad fauorem Didaci, quae maiorem non requirit probationem. Cum attestatio Papae praecisa de actu coram se gesto de per se concludenter probet, ac sufficiat abique probatione ad *Text. in c. ex parte Decani de rescript. vbi Imola n. 15. clem. 1. de prob. Oldrad. conf. 252. n. 2. Rota coram Mart. Andr. dec. 57. n. 3. & coram Merl. d. 407. n. 6. & dec. 838. sub n. 1. & 3.*

Obitum dicti Hieronymi de Leyua y Rueda secutum fuisse de mense Iulij 1649. seu alterius prioris anni probatur etiam ex depositionibus Testium datis in eodem Summ. Didaci n. 7. qui licet deponant de auditu, ac de publica voce, & fama tantum, ad istum tamen effectum sufficiunt *Rot. coram Greg. XV. dec. 176. nu. 7. ex eadem ratione, quia hic non agitur de concursu prouisionis, & licet Capitulum Cordub. contradicat, animaduerti tamē debet illud omnia in litteris narrata tacite admisisse dum requisitum à Didaco solum adimplementum statuti sancientis super puritate sanguinis, si enim quoad reliqua narrata litterae illi visae non fuissent sufficienter iustificatae, eas quoque impugnasset ex aliis rationibus: Vnde bene hic videtur adaptari conclusio, quod inclusio vnus est exclusio alterius *l. cum Prator ff. de iudic. Gloss. in l. Marisus verb. prescripserit C. de procurat. Grat. conf. 53. n. 54. l. 1. Rot. dec. 152. n. 14. par. 6. recent.**

Prouisio vero Alphonsi Nauarro hie ex causa obitus dicti Ioan. Sanch. siue obitus Hieronymi de Leyua, siue cessionis Didaci de Nauas probatur, & ipsa ex attestazione Pontificis emissa in litteris, provt etiam ex eadem probatur cessione siue resignatione libere facta ab eodem Alphonsi in manib. Papae, quae cum etiam sit praecisa, ac loquatur de actu coram eodem Pontifice gesto, satis probat, ac liberat ab onere maioris probationis vt praeter supra allegatos firmavit, *Rot. in Tudertina Iurispatron. 9. Iunii 1623. coram Manzanedo, & coram Merlin. dec. 407. n. 6. & seq. Cum igitur idem Alphonsus cesserit, & resignauerit, & ipse in manibus Papae hanc dimidiam portionem, per talem resignationem libere factam fuit ab eo abdicatum omne ius, & quaecumque possessio ad tradita per *Paris. de resign. lib. 1. q. 9. n. 1. & seq. vbi quod tanquam vacans libere potuit impetrari, & lib. 7. q. 1. n. 11. vers. declarat primo Rota coram Merlin. decis. 231. n. 3.**

Reliqua in dictis litteris narrata remanent quoque iustificata; Nam quod Didacus sit Sacerdos probatur ex litteris Patentibus Eminentissimi Card. Vicarij Vrbs, quae ad istum effectum sufficiunt *gloss. in c. inter quatuor de Cleric. Peregr. Felin. in c. per cessionem nam. 3. de prob. Rot. dec. 16. eod. sit. in antiquis Rot. dec. 705. n. 3. in fin. par. 1. & dec. 455. n. 7. par. 2. rec.*

Controuerti neque potest valor narratus in ducatis auri de Camera 300. per non excessum, quia ex quatuor Testium depositionibus, datis in eodem Summ. Didaci n. 9. constat dimidias portiones esse annui redditus scutorum 550. aut 600. ad summum monetae Cordub. nuncupatae de Vellon, quae vt nō excedant ducatos auri de Camera 300. concludunt iidem

iidem Testes, qui cum deponendo super valore percutiant tempus gratiae obtentae per Didacum valor dicitur optime iustificatus, *Rot. coram Greg. XV. dec. 357. n. 4. & coram Burat. dec. 18. n. 9. pro huiusmodi enim iustificatore valoris, satis etiam fuisset vnus Testis iunctis adminiculis, vt per eundem Greg. XV. dec. 163. n. 2.*

Remanet etiam abunde iustificata gratia circa narratum trium beneficiorum obtentorum à Didaco, atque illorum valorum ex eorundem quatuor Testium depositionibus, quorum duo testantur quolibet illorum non excedere valorem ducatorum auri de Camera 24. eodem Summ. Didaci n. 11. ad obtentorum enim valorem probandum quaecumque admittuntur leuiiores probationes, *Egid. decis. 674. & 680. Cotta dec. 198. Put. dec. 29. l. 1. Imo etiam sola semiplena, ac minor probatio sufficit ex pluribus allegatis per Burat. decis. 121. n. 5. decis. 493. n. 6. & decis. 797. n. 2.*

Non obstat statutum Ecclesiae Cord. confirmatum à Paulo IV. fel. record. requitens in prouisus puritatem sanguinis, ad cuius probationem praetendit Capitulum Cordub. teneri Didacum pro iustificatione suae gratiae, qua vsque adhuc per eum non facta Beneficij seu dimidiae portionis possessionem illi tradere Requit, quia licet statutum per haec verba disponat, *Quod nullus ex Iudaorum, seu conuersorum genere descendens ad aliquod beneficium in Ecclesia Cordub. admittatur, quodque praeterea quotiescunque alicui prouiso tradetur possessio, is se ex Iudaorum seu conuersorum genere non esse, iuramentum praestare, & de eo sufficientem informationem dare teneatur, Vnde ex vi illius verbi, teneatur, Prouisus videatur imposita necessitas probationem puritatis sanguinis faciendam à *Tex. in l. 1. ff. quod quisque iur. cum aliis per las. in §. curare, n. 3. insit. de action. Surd. conf. 81. n. 14. Tamen quia idem statutum continet etiam subsequencia verba, Et si id non fecerit, quod Capitulum illam accipias, & si per eam de contrario consiteris talis prouisus admitti non debeat, & si eam fuisset admittus pro prinato habeatur, & ad restitutionem fructuum teneatur.**

Ex his existimauit Rota in similibus causis Capitulo obiecti impuritatem, & ortum à Parentibus infidelibus, vel alio modo impuris incumbere onus hoc probandi, & concludente, cum vnusquisque purus praesumatur dum non probatur contrarium, *c. vbi. de presump. & l. ab ea parte ff. de probat. maxime quando natus est in Regione Christianorum, vt probatur de Didaco iuxta *gl. in c. Presbyterio distinct. 8. & in c. si eos 148. de consecrat. distinct. 4. Rot. coram Mant. decis. 274. n. 1. coram Coccino decis. 68. n. pariter 1. & in recent. dec. 167. n. 31. & 32. & dec. 182. n. 4. par. 1. coram Merlin. dec. 368. n. 1. & 2. Vbi habetur in terminis huiusmodi statutorum ita Rota semper seruare fuisse solitam, & multas refert alias decisiones.**

Nihil refert quod illa verba statuti, *sufficientem informationem dare teneatur, videatur stare praecipue, quia illa intelliguntur quatenus ex abundantanti ipse prouisus veller suam puritatem deducere, & sic hoc relinquit in eius arbitrio, Vnde in defectum adimplementi non procedit illud ad prouisionem contra prouisum, aut illum arceret à possessione, sed vt supra demonstratum fuit, grauat Capitulum ad faciendum huiusmodi probationem; & quatenus ab eo probetur impuritas tunc denegat admissionem prouiso, vt bene declarat *dicta decis. 368. coram Merlin. sub n. 6. cum duobus seqq. Losber. de re benef. lib. 2. q. 43. n. 68. & seqq.**

Minus aduersatur quod Didacus ex propria confessione sit expositus, quare equiparatus sit vulgo quaesitus, vt per *Bart. in l. 1. in fine ff. de municipal. qui vulgo quaesiti legitimi non possunt ob incertitudinem Parentum Put. decis. 425. lib. 1. n. 1. & 2. Seraph. decis. 108. n. 1. vnde stante incertitudine etiam respectu Parentum ipsius Didaci, impossibile redatur Capitulo capere informationem super puritate, vel impuritate illius sanguinis. Nam licet vulgo quaesiti non possint legitimi, hoc tamen procedit, quia nulla haberi potest praesumptio de eorum Patribus. Si autem ab aliquo vti à Patre agniti sunt legitimitur iuxta *Tex. in l. si qua Illustris circa finem C. ad orfician. & ratio est, quia tunc intrat praesumptio, quod sint illius, à quo legitimitur. Cum autem expositi pro se habeant praesumptionem quod non sint impuri, ac sanguine infecti ex textu in *l. sancimus C. de Infantib. exposit. & tenuerunt multi DD. magni nominis relat. per Dian. resol. 96. par. 10. haec sola praesumptio sufficit ipsi Didaco, vt per Menoch. de arbit. cas. 396. n. 15. Grat. disceptat. forens. c. 135. n. 31. & c. 267. n. 22. Barbos. in Rubr. de Infantibus, & c. n. 3. vers. verum DD. magis, & in addit. tom. 6. Collect. ad eandem Rubr. n. 2. & de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 51. n. 150. latè Castropal. tom. 2. ar. 13. disp. 4. punct. 1. n. 8. & seqq. adeo vt Capitulo Cordubensi dum intelligit illam excludere ex capite impuritatis sanguinis non sufficiat illam praesumptiue probare, sed requirantur plenae, ac concludentes probationes, vt in dicta decis. Merlin. 368. n. 1. & 2. quae hic prorsus deficiunt.***

Nec obstat *decis. 185. n. 3. par. 1. recent.* quia ibi non affirmat Rota quod expositi non possint admitti in Ecclesia Toletana, sed tantum incidenter insinuat illos non posse satisfacere statuto puritatis; quod quidem manifestum est. Nam si ipsi teneantur informationes dare, nullatenus satisfacere possent statuto: At vero in huiusmodi statutis, vt supra ostensum fuit, Prouisus non tenentur probationes facere, sed hoc onus incumbit Capitulo, Ideo bene potest stare, absque implicatione quod Expositi non possint satisfacere statuto, & tamen possint admitti: Vltra quod statutum Ecclesiae Cordubeni. est diuersum à Statuto Toletano.

Suffragatur etiam eidem Didaco, quod vti expositus obrinuit dispensationem vsque de anno 1624. à san. mem. Urbano VIII. non solum ad suscipiendum omnes ordines Ecclesiasticos, sed etiam ad obtinendum quaecumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica; tam sine cura, quam cum cura, vt in eius lumen. n. 14. Vnde quaecumque incapacitas, quae in eo considerati poterat vti exposito, ceterum sublata ex plenissima habilitate, & restitutione illi concessa à Pontifice *Rot. coram decis. 315. n. 9. licet etiam non desint DD. qui teneant Expositos ad Sacros Ordines promoueri posse absq; vlla dispensatione, & esse capaces successorum, ordinum, & dignitatum Felin. in c. cum deputati n. 13. de iudic. Menoch. de arbitrar. cas. 396. n. 16. in fine, Grat. disceptat. forens. c. 135. n. 31. & c. 267. n. 22.*

Nihilque faciunt alia praetensa statuta Ecclesiae Cordubeni, disponentia modum seruandum circa traditionem possessionis, & in specie dum mandāt quod Prouisus iuret, & de memoriale cū explicatione Patris, Auorum, & loci natiuitatis, quod ille fuerit expositus. Nam huiusmodi statuta tanquam confirmatione Sedis Apostolicae carentia, non veniunt attendenda; Cum concedi non potuerint vti iuri communi contraria, quae propterea pro eorum validitate tali confirmatione indigebant, ex multis

relatis,

relatis, per *Add. ad Burat. decis. 758. n. 13.* ubi habetur statutum disponens quod descendentes ex genere infecto, nempe Iudaeorum, Maurorum, vel Haereticorum non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, esse contra ius commune, iuxta *rex. in c. eam te. de rescript. & propterea restringendum esse, declarat Bart. in l. omnes populi n. 56. ff. de inst. & iur. ita ut nullam recipere possit extensionem, ultra illud, quod in eo exprimitur iuxta *Tex. in l. si vero, § de viro ff. solut. matr.* Unde cum in Didaco vti Exposito non reperitur macula, quam statutum excludit, ille admitti debet, *vt per Grat. discept. forens. d. cap. 267. n. 26.**

Neque valet quod ex parte Capituli dicatur dicta statuta facta fuisse pro maiori declaratione, & faciliori executione primi, & sic confirmationem Apostolicam illa quoque comprehendere. Quia confirmatio primi emanavit à Paulo IV. de anno 1555. ultimo vero statuta initium habuerunt post publicationem Sacri Concilij Tridentini quod fuit perfectum sub Pio IV. de anno 1563. Unde agitur de impossibili, quod dicta confirmatio Apostolica ad praefata statuta post tam longum tempus facta, extendi posset, quia daretur casus quod confirmatio fuisset facta sine confirmabili, quod non est admittendum, cum confirmari non possit quod non est ex doctrina *Bald. in c. ex litteris n. 4. vers. & est ratio diversitatis de fid. instrum. & conf. 161. n. 1. in fine vers. nam confirmatio non potest esse l. 5. Traq. de legib. comm. gl. 4. n. 26. in fine. Vincent. de Franchis dec. 204. n. 24.* Ultra quod sufficit, ut in eadem confirmatione non legantur dicta praetensa statuta, sed insertus fuerit tantummodo tenor primi statuti, quia confirmatio restringitur ad limites confirmati, & illius naturae est, non aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est, solum roborare *l. Aurelius §. testamento ff. de liber. legat. glo. in c. 1. verbo confirmat de confirmat. vtil. vel inutil. Rot. in recent. decis. 269. nu. 44. par. 4. recent. ro. 2.* aliàs non esset confirmatio, sed noua concessio, quae duo valde inter se differunt *c. inter dilectos §. certum de fid. instrum. l. & quia ff. de iurisd. omnium iudicum. Abb. conf. 57. col. fin. lib. 2. Dec. in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. num. 1. vers. ad idem.*

Nec aliqua confirmatio desumi potest ex obseruantia, quia ultra quod ex abundanti dicitur, quod ex parte Didaci per Testium depositiones probatur Aularum Pizano de Palacios aliàs fuisse receptum in Canonicum scripturalem à Capitulo Cordubensi, non obstante quod iste fuisset Expositus, ut in eius summ. n. 16. qui solus actus est ad destruendam quamcumque praetensam, obseruantiam, etiam pro ea mille darentur *Ciriaco. controu. 460. n. 1. & 32. Rota coram Greg. XV. decis. 162. n. 9. ubi Adden. n. 15. & fuit resolutum in Teletana decimarum de Soluna 22. Apr. 1641. coram R. P. D. meo Bichio coram Merlino dec. 554. n. 31. & in Beneuentana iurisd. 27. Ianuar. praeteritis coram R. P. D. meo Zarate sub §. immemorabilis circa finem, dicitur etiam, quod refugium praesumptae confirmationis remanet hodie sublatum ex Constitutione Urbana edita anno 1641. sub die 5. Iunij, quae quaecumque praesumptae confirmationes, & obseruantiae, ac beneplacita Apostolica ex temporis cursu deducta iure optimo fuerunt reiecta, & reprobata, prout ita firmatur in *Tiburina affectu 29. Iunij 1648. in Leodien. Dominiorum 25. Iunij, §. praeter quod oppositiones, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.* Accedit quod versamur in obseruantia voluntaria, & contra ius, quae proinde non est attendenda, & quemadmodum Capitulum non potest concedere statutum contra ius, ita nec inducere obseruantiam. Nam quod non potest fieri expressè, nec tacite licitum esse debet, ut concludit *Oinotom. super Institut. §. ex non scripto. de iure natur. & ibidem post, eandem conclusionem tuetur, ac in terminis firmavit Rot. in recent. decis. 577. n. 55. cum seqq. par. 5.**

Demum praetensa obseruantia respectu vltimorum Statutorum, nec potest dici probata per Testes ut in sum. Capituli n. 5. quia cum illi deponant aut de auditu, aut de credulitate, aut in genere extare statutum super conditionibus, & qualitatibus admittendorum, istae verificari possunt in primo Statuto à Sede Apostolica confirmato, & quamuis talis obseruantia bene probaretur adhuc nullius esset releuantiae ex supradictis.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

INDEX



I N D E X
Rerum & Verborum notabilium.

Primus numerus Tractatum denotat, secundus Resolutionem, Tertius Paginam.

A

Abbas.



Abbas Benedictinus non potest conferre Tonsuram, & minores Ordines clericis saecularibus sibi subditis, nec Nouitiis Ordinis, 2. 30. 72. Quid de Diaconatu, & Subdiaconatu erga professos? 2. 40. 79.

Absolvere, Absolui, Absolutio.

Absolvere an possit simplex confessarius à reseruat in necessitate extra mortis articulum. 8. 49. 461. An Episcopus à papalibus stante impedimento? Quenam sint huiusmodi impedimenta. 8. 1. 411. Et quid de haeresi? 8. 2. 412. Quid si quis absoluerit quem sine auctoritate vel cum alio defectu. 3. 2. 116. in fine, & latius. 4. 9. 171. Absolui à reseruat an possint mulier grauida, remiges obsessi, & obsidentes, tanquam in articulo mortis, per simplicem Sacerdotem. 3. 2. 116.

Absolutio an necessario verbis danda sit? Et quid si in articulo mortis adesset tantum murus Sacerdos? 6. 14. 295. Vnica absolute plures absolui possunt. Et non est mortale omittere *A peccatis tuis*. 6. 13. 294. Sed quid in articulo mortis? 6. 21. 302. Sola verba *Absoluo te* sunt de essentia. 6. 11. 292. Si autem addatur *A peccatis tuis*, quid id conferat? 6. 12. 294. Posita particula *Tuis*, particula *Te* non est de essentia. 6. 13. ibid. §. Notandum.

Absolutio in forma valida, sed in solita, an adhiberi possit sine mortali? 4. 18. 184. in fine. An valeat data sub conditione de praeterito, vel futuro? *Ib. initio.*

Absolutiones datae in errore communi, praesertim si accedat titulus coloratus iurisdictionis, validae sunt. 2. 69. 110.

Absolutio an dari possit simul à pluribus, & in numero plurali? 8. 46. 458.

Absolutio ex commissione S. Penitentiae danda pro hac tantum vice, quomodo intelligenda. 8. 48. 460.

Absolutio an differri debeat ob recidivum, aut non vitatam occasionem peccandi. 8. 30. 439.

Absolutio à censura quando praerigat iuramentum. *Anton. Diana Pars XI.*

tum. 3. 36. 160.

Adoratio, vide Papa.

Adulter, Adulterium, vide Coniuges.

Aetas.

Quinam dicantur infantiae, aut pubertati proximi. 7. 40. 398. Aetas pro beneficio restitutionis in integrum quomodo probetur. 3. 27. 146.

Affinitas.

Affinitas an contrahatur, foemina semen non emittente. 5. 56. 281.

Altare.

In altaris consecratione an loco reliquiarum adhiberi possit scutum corporalis. 6. 25. 307.

B

Beatificatio, Vide. Papa.

Bellum.

In Bello qui fiant irregulares. 7. 8. 363. An Christiani serui fiant. Et quid de haereticis. 3. 1. 113. An auferri possint bona Ecclesiasticorum, & innocentium, & eorum qui non sunt ex hostibus. ibidem. An accipiès aliquid de manibus Turcarum pertinens ad Christianos, vel spolia militis Christiani, apud illos in praelio defuncti, restituere teneatur. 6. 18. 299. §. Non deseram.

Beneficiarius, Beneficium.

Beneficiarius omittès Officium primis sex mensibus excusatur à restitutione, sed non à peccato. 1. 7. 9. Habens duo beneficia, alterum iuste, alterum iniuste, non tenetur ad duplicem Officij recitationem. 2. 44. 85. §. Sed hic.

Beneficia dari debent dignioribus sub mortali. 4. 34. 202. Et si in concursu postponatur dignior, oritur onus restituendi. 4. 35. 203. Ille verò, qui impedit, ne aliquis beneficium obtineat, non tenetur restituere. 4. 36. 204. An liceat aliquando dare beneficium indigno. 4. 38. 206.

Beneficij qualiter sit incapax excommunicatus. 5. 2. Beneficij collatio facta suspensio vel interdicto sitne irrita, an irritanda. 5. 4. 222. §. Nota hic. Possessio triennis an iuuet capacem, qui ab initio recepit cum vitio, & mala Fide. 5. 3. 221. An iuuet irregulares. 5. 4. 222. q. 1. An in subreptitiis. *Ibid. q. 3.* An in conscientia. *Ibid. q. 2.*

Bulla Cruciatæ.

Bulla Cruciatæ an renocari possit à Pontifice sine causa. 7. 29. 419. An faueat Cardinalibus etiam

C C c

facerdotibus quoad esum ouorum in Quadragesima. 2. 3. 8. 78. Et equitibus religiosus. 2. 5. 3. 94. & aliis presbyteris, & religiosus in Dominicis. 8. 14. 424.

Per Bullam absoluntur casus papales occulti toties quoties, & irregularitates, quæ sint puræ pœnæ. 2. 45. 86. Quid de Regularibus? Vide Regulares.

Absolutio censuræ per Bullam obrenta, an valeat pro foro externo. 2. 62. 03.

Absolutio tradita virtute Bullæ an tollat reservationem oblatorum. 2. 39. 58.

Virtute Bullæ an eligi possit in confessarium Episcopus, qui Episcopatum, & parochus, qui parochiam dimisit. Vel confessarius ab Episcopo suspensus. 4. 8. 170.

An hac facultate uti possint Regulares pro reservationis. 6. 37. 322. Vel pro non reservationis. 6. 38. 323.

Bulla virorum an prosit aliquando defuncto. 8. 13. 423. Et defunctorum an possit applicari pluribus. 2. 43. 75. Sumens Bullam pro amico, qui habet aliam, an possit alteri applicare. 2. 47. 88. An illa fruatur, qui culpabiliter amittit. 2. 46. ibid. Qui solitus est accipere ab amico, an uti illa possit, priusquam sciat ab illo acceptam esse. 8. 14. 424. Et an illa gaudeat exterius, qui appositè secedit in loca Hispaniarum, ad recipiendam Bullam, & statim reuertitur. 2. 37. 77.

Per Bullam, & Iubilæum an commutari possint vota religionis, & castitatis, quando in illis dispensare potest Episcopus. 8. 6. 417. An votum virginitalis, si non constet, promissio sit perpetua. 8. 15. 426. Et distinctum castitatis aut ieiunij, post factam electionem castitatis. 8. 17. ibid. An perseverandi in Religione. 8. 18. 427.

Si Bulla suspendit avaria priuilegiata, requiraturne in celebrante, an in eo, qui missam petit. 8. 20. 429.

An infirmus legare possit, ut sumatur pro ipso Bulla compositionis. 8. 11. 421.

C

Canonizatio, vide Papa.

Capitulum.

Capitulum Sede Vacante an possit leges concedere. 3. 24. 143.

Cardinales.

Cardinales etiam presbyteri in Regnis Hispaniarum uti possunt Bulla Cruciatæ quoad lacticiam. 2. 3. 8. 78.

Cardinalium declarationes an vim legis obtineant. 2. 42. 82. Et quid si authenticè exhibeantur. 8. 5. 3. 468.

Cardinales an possint audire confessiones absque licentia Episcopi, & elicere sibi confessarium non approbatum. 4. 1. 3. 176.

Chrisma.

Chrismati si oleum in magna copia superfundatur, an remaneat consecratum. 3. 15. 133.

Circumstantia.

In sodomia an explicanda sit à consentiente circumstantia agentis vel patientis. 1. 11. 15. & 3. 4. 118. Et an Sodomia, & mollities specie differant? 2. 5. 9. 5. An explicare debeat species con-

tumeliarum, & gradum incestus. 7. 34. 392. & an coierit cum matre vel sorore. 8. 63. 480. An species peccati, de quo se iactauit. 7. 36. 394.

Quot peccata committat, qui statuit non ieiunare totam Quadragesimam. 7. 34. 392. Et qui sibi complacuit de homicidio plurimum. 8. 64. 482.

Qui fornicatus est ferens particulam S. Crucis, an debeat hoc aperire in confessione. 8. 58. 469. Et qui fornicatus esset statim à communione. 8. 59. 475.

Si determinetur numerus ad centum plus minus, & postea comperiat esse centum exactè, an debeat iterum id exprimi. 6. 57. 346.

Tactus, & oscula post copulam cum virgine non sunt necessariò explicanda. 5. 41. 267. Nec delectatio morosa de copula mox habita. Ibid. Nec tactus, & oscula præcedètia habita sine ordine ad copulam. 5. 42. 268. Explicanda omnino est copula, & non satis est dicere, violauit castitatem grauitè. 5. 48. 273. Coniugatus rem habens cum coniugata, tenetur utriusque coniugium explicare. 5. 51. 277.

An explicandus sit numerus personarum, quibus vno opere scandalum datum est, aut de quibus successiuè se quis delectauit, & voluntates pulres fornicandi, & c. 5. 49. 274.

Confessus se occidisse Paulum ex errore, an debeat postea dicere se occidisse Petrum. Et alia de conscientia erronea. 8. 60. 476.

Interrogatus de consuetudine peccandi, an teneatur illam explicare. 7. 37. 395.

In confessione an explicandus sit complex ad confitendum integrè peccatum veniale. 4. 41. 211.

An numerus personarum occisarum eodem ictu, vel eadem voluntate. 3. 3. 117. & 7. 34. 392. Nota etiam.

Clausura.

Clausura monialium quando violetur. 8. 25. 434.

Clericus. Vide negotiatio.

Clerici an fide iurare possint. 4. 30. 197.

Comœdia.

Comœdias obscenas frequentare, & ad eas alios ducere, quod peccatum sit. 5. 52. 278.

Communio.

Præceptum communionis Paschalis an obliget excommunicatos, suspensos, & interdictos, & an impleti possit vno, vel altero die ante vel post 15. dies Paschales. 7. 14. 368. Communio nem sacrilegam. 7. 29. 385. An in Ecclesia Cathedrali. An à Religiosis conuersis per manus Sacerdotis subditi. An à laicis per manus Religiosorum, si maneant intra claustra. Et an etiam aliorum. 7. 28. 384. Communicare an possit Sacerdos manibus propriis, non potens celebrare, extra necessitatem. 7. 42. 400. Et an laicus infirmum, parochio præsentè, & nolente. 7. 42. 401. Et si fiat irregularis. 7. 44. 403. Et quid de Diacono? Ibid.

Communicans in mortali, an præter sacrilegium in suscipiendo, peccet etiam in detinendo sacras species indignè. 7. 47. 407. Et si conteratur interim, an recipiat fructum operis operati. 7. 48. 409.

Communicare an liceat quacunque hora diei. 7. 22. 377. Et quotidie, ac sæpius in eodem die. 7. 16. 371.

Qui

Qui mane communicauit, & postea incidit in periculum mortis, an possit iterum communicare. 7. 21. 376. in fine. Communio per Viaticum an possit dari non ieiuno, qui commodè communicare possit ieiunus. 6. 16. 297. & bis non ieiuno. 6. 17. 298.

Compensatio.

Compensatio occulta an sit licita minori læso, qui sine expensis non potest obtinere beneficium restitutionis in integrum. 4. 23. 189.

Concilium, Vide. Papa.

Confessarius.

Confessarius Cardinalium, & Episcoporum extrà diœcesim, Regum & Imperatorum, an debeat esse approbatus. 4. 13. 176.

Approbatus in vno loco, si mutet domicilium, an retineat approbationem pro subditis prioris loci. 4. 16. 188. §. Sed quæro. An sufficiat approbatio externa, cum iudicio insufficientiæ. 4. 17. 183. Et an Episcopus approbare possit indoctus ex necessitate. Ibid. Potestas specialis audiendi peccata alicuius, an expiret morte concedentis. 7. 7. 362.

Confessio.

Præceptum diuinum confessionis an obliget extrà mortis articulum. 8. 38. 446. & quando. 8. 39. 447. Et an anticipanda sit ob dubium carenti tunc confessario. 8. 37. 445. Quo iure confitenda sint mortalia ante communionem. 8. 10. 420. in fine. An replicanda sit, si oblitum mortale ante communionem in mentem veniat. 8. 40. 448. Et quid si desit confessarius, & lucrandum sit Iubilæum. 7. 18. 374. An in articulo mortis teneatur quis confiteri per interpretem. 7. 1. 352. Quid de confessione per scripturam. Ibid. §. Nota hic.

An teneatur quis confiteri intra annum ob periculum incidendi in noua peccata. 6. 60. 349.

An teneatur ad præceptum Ecclesiæ habens sola venialia. 6. 59. 348.

In confessione generali an teneatur pœnitens explicare commissâ post vltimam confessionem. 6. 22. 303.

Confessio æquè benè fit Parocho, & confessario regulari, & nemo tenetur confiteri Parocho semel in anno. 6. 3. 285.

An possit confessio fieri extraneo ob ignorantiam proprij, & in aliis casibus. 5. 30. 354.

Et habens facultatem eligendi confessarium, an possit eligere non approbatum. Ibid.

Confessio venialium fieri potest in genere, & cum generica dispositione. 5. 24. 247. etiam sine necessitate. 5. 53. 278. & 6. 58. 347.

Sed vide. 7. 35. 393. in fine, vbi quid de mortali. Peccata dubia an necessario confitenda, & plura de hac materia. 1. 25. 31. & 8. 44. 455.

Mortale an confiteri possit in genere, si ex manifestatione speciei imminet magnum malum. 8. 45. 457. Vbi multa de confessione dimidiata.

Confessio inualida an integrè repetenda. 8. 41. 449.

Facta Sacerdoti non approbato bona fide, an valeat. 4. 16. 182.

In necessitate an liceat confiteri Sacerdoti profusus ignaro. 4. 10. 172.

Et per litteras. 7. 31. 388.

Anton. Diana Pars XI.

Coniux.

Coniux diuortium obrinens causa adulterij, an & quando possit adulterium reuocare. Et an hic illo inconsulto Religionem ingredi possit. Et alia circa hanc materiam. 5. 27. 262.

Maritus an possit diuortium petere ob tactus, & pollutionem vxoris. 5. 46. 271. Alia circa diuortium. 5. 47. 272.

Coniux quando priuatur iure petendi debitum ob cognationem spirituales. 5. 39. 265.

Maritus occidens vxorem in adulterio deprehensam, an fiat irregularis, & teneatur ad restitutionem. 6. 22. 303.

Contractus.

Contractus minorum absque curatoris consensu An obliget. 7. 40. 398. Præsertim iuramento firmati. 3. 30. 150.

Et quo pacto eorum ætas probetur. 3. 27. & 28. 146. & 147.

Copula Coniugalit.

Maritus utroque carens teste, an possit cum vxore concumbere. 8. 32. 441.

Si in copula pars aliqua feminis dilabatur ob situs variationem, an sit mortale ita coire. 8. 33. 441. & 36. 444.

An coniux licitè cogitet in copula aliam personam à coniuge, vel picturam. 8. 35. 443. in fine.

Copula in Ecclesia absque causa, an liceat coniugibus. 8. 34. 442.

Copulam si alter coniux prior compleuerit, an alterum possit manibus ad complendum iuuare. Vbi etiam de pollutione inchoata. 1. 11. 15.

Copulam habere ob solam voluptatem, an licitum coniugibus. 2. 41. 80. & 8. 35. 443. q. 2.

D

Debitor.

Debitor in extrema necessitate sua, vel suorum non tenetur restituere, etiam creditore similem patiente. 2. 32. 73.

An teneatur in conscientia præferre creditorem anteriorem. 3. 11. 127.

Et quid si posterior illum præueniat, in petendo. 3. 12. 128.

Delectatio morosa.

Delectatio motosa de copula mox habita non distinctè explicanda in confessione. 5. 41. 267. in fine.

Dispensare, Dispensatio.

Dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis an possint Episcopi, & Prælati regulares. 5. 6. 225. §. Sed quis.

Dispensare an possit Episcopus in Papalibus notariis, non deductis ad forum contentiosum. 8. 68. 487. An in impedimentis dirimentibus. 8. 3. 413. An ut contrahens cum voto castitatis possit petere debitum. 8. 4. 415.

In voto castitatis absoluto, & in aliis votis Papalibus. 8. 5. 416.

In dispensationibus an stylus curiæ faciat legem in conscientia. 6. 44. 330. §. Difficultas.

An valeat dispensatio cum clausulis excludentibus copulam, aut spem, si copula, aut spes interuenierit. 5. 36. 260.

Dolor.

Attritio est solo metu pœnarum an iustificet cum Sacramento. 8. 43. 453.

An extra Sacramentum tollat venialia. 5. 31. 255.

C C c 2 Dolor

Index Rerum,

Dolor an reuocandus sit, quoties clauibus subii-
ciuntur peccata absoluta. 5. 21. 244.
Dolor prærequisitus ad iustificationem extra Sa-
cramentum, an exigat examen peccatorum. 5.
55. 279.
Et an requiratur ad expiationem venialis. Et quid
si sine dolore quis illud confiteatur. 5. 22. 244.
Et quid de proposito abstinendi à venialibus. 5. 23.
246. & 7. 38. 396.
Et an reuocari censeatur, si vniuersale sit, per com-
missionem noui peccati. 5. 25. 248.
An sit necessaria contritio sumenti Eucharistiam
ob metum ne veniat in manus hæreticorum. 6.
2. 284.
An dolendum sit statim post peccatum commis-
sum. Et an præceptum contritionis obliget ex-
tra mortis articulum. 8. 5. 1. 463.
Donatio, Donata.
Donatio an præsumatur in filio de impenis, quas
fecit pro patre. 3. 19. 137.
Donata causa nuptiarum à consanguineis alterius
sponsi, cui acquiritur. 4. 28. 196. Et quid de
donatis à sponso. 4. 29. 197. Et de vestibus dona-
tis ipso nuptiarum die. 4. 30. ibid.
Dotare.
Dotare an teneatur pater filiam dititem, vide
Pater. An auus neptem, & frater sororem. 4.
26. 193.
An filius matrem & pater aut mater filiam prioris
coniugij. 4. 27. 194.
Dubium.
In dubio, cuius filius sit illegitimus, à quo ali de-
beat. 5. 27. 250. §. Sed si quæras, & 6. 55. 344. in
fine.
In dubio communi debitoris, & creditoris, an
debitum certum solutum sit, quid agendum. 6.
55. ibid.
In dubio de iustitia belli, an miles extraneus exa-
minare teneatur. 5. 28. 251.
Duellum.
Duelli pœnæ an incurtantur, ipso facto. 8. 21.
430.
Lethaliter vulneratus in duello, & mox decedens,
an priuandus Ecclesiastica sepultura. 6. 26.
308. Et quid in Germania, & Gallia. Ibi-
dem.

E

Ecclesia.

Ecclēsia quandonam censeatur polluta per san-
guinis aut feminis effusionem? & in qua
quantitate? 2. 58. 98. 5. 44. 269. 8. 23. 432. à §.
Nota hic, & ibid. 34. à §. Et ex hac.
An censeatur polluta ante sententiam iudicis. 2.
59. 100.
Et si in ea quis celebrauerit, remaneat reconcilia-
ta. Ibidem. Si destruat per partes, amittatne
consecrationem. 3. 21. 139.
An violetur per sepulturam infantis non baptiza-
ti filij fidelis, & per consecrationem aut benedi-
ctionem Episcopi excommunicati non tolerari.
8. 22. 431.
In Ecclesiis an permittenda sint instrumenta mu-
sica. 4. 44. 214.
Ecclesia gaudet beneficio restitutionis in inte-
gram. 3. 27. 146. & 30. 150.
Sed an aduersus Ecclesiam? Ibid. 3. 1. qu. 2. 151.
Et an possit agere contra laicum coram iudice.

Ecclesiastico? 3. 31. 151. in fine.
Episcopus.
Episcopus an extra synodum possit leges statuere.
3. 23. 141.
An confiteri extra diocēsim non approbato pro
illa diocēsi. 4. 13. 176. q. 4.
An in aliena diocēsi celebrare cum Pontificali-
bus. 6. 23. in fine.
Episcopus quas indulgentias possit concedere, &
quibus. 8. 24. 433.
Episcopus an possit approbare regulares in confes-
sarios limitatè ad locum, & tempus? 2. 19. 60. &
ad viros tantum? 8. 27. 436.
Et reuocare sine causa? 4. 15. 180.
Et reprobare seu suspendere approbatos à præde-
cessore? 8. 42. 466.
Quid erga concionatores regulares? 2. 1. 33. & 29.
71.
An possit punire regularem commorantem extra
claustra & delinquentem? & in causis mer-
cedum, & miserabilium personarum? 2. 23.
64.
Episcopus potest regulares compellere ad publicas
processiones; non censuris, sed aliis pœnis. 2. 8.
42. & 22. 63.
Idemque in aliis casibus, in quibus potest proce-
dere. 22. cit. Potest visitare Monasteria monia-
lium regularibus subiecta in ordine ad clausu-
ram. Et ex eius mandato Vicarius. 2. 15. 54.
Vide etiam Regulares.
Eucharistia.
Eucharistia materia sufficiens, sed illicita, effert
vinum congelatum. 1. 17. 21.
Eucharistia an causet gratiam quandiu est in sto-
macho? 7. 47. 407.
Et quid si miraculosè in illum intret sine man-
dicatione? 7. 48. 408. §. Sed hic.
An possit consecrari in materia quantumuis mo-
dica? 6. 36. 320.
An laicus illum osculari possit sine peccato? 7. 43.
401. in fine.
Examinator.
Examinatores synodales an institui possint in ge-
nere sub nomine certi officij, vel dignitatis. 6.
33. 317.
Et an possint salarium accipere. Ibidem. §. Sed
quia.
Excommunicatus.
Excommunicatus vitandus an possit testari, insti-
tui hæres, & contrahere validè. 4. 20. 187.
An esse testis, in causa præsertim matrimonij. Ibid.
res. 21.
Et si sit Parochus, matrimonio assistere. Ibid. §. No-
ta verò.
Excommunicatus an sit incapax beneficij. 5. 2. 218.
Et quid de excommunicatione minori. 5. 5. 224.
Excommunicatus an sit, mandans percuti Petrum
clericum, si ex errore percuriatur Paulus etiam
clericus. 19. 300. in fin. & 7. 19. in fin. 374.
Extrema Vnctio.
Extremæ Vnctionis forma quæ sit. Et quæ verba
amitti possint. 1. 18. 23.
Oleum non benedictum si benedictio in maiori
copia admisceatur, an maneat benedictum. 3. 15.
133.

Festa

& Verborum Notabilium.

F

Festa.

Festa Episcopalia seruanda sunt etiam à Regu-
laribus. 2. 20. 62. & 3. 6. 121.
Non tamen quoad octauas, nec festa populorum,
6. cit. in fine.
Filius. Vide *Donatio, & Dos.*
Fornicatio. Vide *Circumstantia.*

Furtum.

Furtum in graui necessitate licitum est. 1. 13. 17.
Res ante necessitatem ablata, & in necessitate con-
sumpta, an onus restitutionis relinquat. 5. 13.
234.

H

Hæresis.

Hæresis externa cum dubio interni consen-
sus, an sit reseruata. 7. 19. 374.
Et an puniendus tanquam hæreticus, qui asserit
se dubitasse de rebus fidei. 8. 47. 459.

Hæres.

Hæres non tenetur ad legatum ob dictum solius
confessarij. 2. 31. 73.
Hæres tutoris de qua culpa tutoris teneatur? 3. 18.
115.

Hora Canonica.

Horas Canonicas an religiosi recitare possint cum
Breuiario alterius ordinis. 1. 8. 11. & 24. 29.
An officio Resurrectionis satisfiat pro alio? 1. 26.
Horæ Canonicae recitari debet vocaliter. 2. 10. 46.
Et horis determinatis sub veniali. 1. 9. 11.
Recitans cum socio, debet illum audire. Et ideo
non possunt persolvere simul. 1. 3. 5. & 6. 8.
Beneficiarius omittens diebus singulis peccat
mortaliter, etsi primis sex mensibus, & aliis ad
restitutionem non teneatur. 1. 7. 9.
In Horarum omissione quæ sit parua materia. 1.
21. 26.
Hora est notabilis. 1. 25. 31. quæst. 5.
Vesperas Sabbati Sancti omittere non est morta-
le. Et vnum mortale est omittere officium De-
functorum cum officio de octaua die 2. No-
uemb. 4. 45. 192.
Recitare officium pro officio, hoc est, propositum
sub ritu semiduplici recitare sub duplici, & c.
non est mortale. 4. 45. 214.
Beneficiarius omittens partem notabilem vnius
Horæ continuam, vel constatam ex pluribus
versibus intermissis, an ad restitutionem teneat-
ur. 2. 44. 85.
Horas tenentur persolvere religiosi nondum sa-
cris initiati. Vide Regulares.
Occupatio incompossibilis cum recitatione illi-
cité sumitur ab eo, qui habet hoc onus. 1. 25. 31.
quæst. 5.
Ab Horis canonicis ad missam an valeat argu-
mentum. 1. 10. 13.

Anton. Diana Pars IX.

I

Ieiunium.

A Ieiunio non excusantur Monachi ob can-
tum in choro. 1. 4. 6.
Excusantur aliqui musici. 1. 5. 7.
Item equitantes totum diem. 2. 57. 98.
An excusentur lectores, Iudices, Auditores Rotæ,
Oratores, Præfides, Inquisitores, & similes ob
multum laborem mentalem? 4. 12. 175.
An senes ante 60. annum, vel ab ipso saltem incæ-
pto. 3. 9. 124.
Ieiunium Iubilæi si incidat in priuilegio Natiuita-
tis, an possit fero ientaculum duplum sumi. 7.
12. 366.
Collationem mane sumere, & fero cænare, sine
causa, veniale est. 3. 9. 124.
Ieiunium an frangatur per chocolam? 6. 54. 342.
Ex errore 53. An per ea, quæ nõ nutriunt. 6. 22. 303.
An per sumptionem plurimi panis consecrati. 6.
15. 296.
Et quid de ieiunio naturali, ibid.

Ignorantia. Imagines.

Ignorantia mortifera an excuset aliquando à vio-
latione legum & censuris. 4. 4. 165.
Et quid si sit ignorantia solius pœnæ. 6. 27. 310.
Imagines obscenas pingere, & retinere, quod pec-
catum sit. 4. 32. 199.

Impedimenta matrimonij.

Impedimentum publicæ honestatis an cesset, si
sponsalia dissoluantur de communi consensu.
Et an oriatur ex sponsalibus fictis. 5. 12. 233.
In impedimento impotentia triennium probatio-
nis à iure concessum quando incipiat. 5. 8. 227.
Vbi multa de hac re. Quid si ob præsumptam im-
potentiam, quæ postea appareat falsa, coniux
sacris, vel solemnij professioni se obstrinxerit,
5. 9. 229.
An mulier teneatur pari leuem incisionem, si de-
fectus sit ex parte viri. Et an hic peccet contra-
hens cum impotentia cognita. 5. 11. 231.
Et quid si potentia manifesta fiat post separatio-
nem factam ab Ecclesia, & secutas secundas nu-
ptias. 16. in fine.

Incestus.

Incestus impedit ius ad debitum vsque ad secun-
dum gradum tantum, & probabiliter nisi graui
meru habita fuerit copula, & cum scientia hu-
iusmodi pœnæ. 5. 38. 263.

Indulgentia.

Indulgentia acquirantur cum medaliis mutua-
tis. Quid si post substitutionem factam, reperie-
tur iam amissa? Et num substitutio fieri debeat
signo externo. 2. 50. 91.
Indulgentiam an Agnus Dei retineant si fracti
sint vsque ad destructionem imaginis. 8. 7. 418.
Idem de imaginibus, numismatis, & rosariis fra-
ctis. 8. 10. 420.
Idem de altari de loco ad locum translato. 8. 8. 419.
Et de templo destructo. 8. 9. 420.
An indulgentia reuocata censeatur ante publica-
tionem

C c c 3

Index Rerum,

tionem reuocationis? 10. cit. §. Obserua.
Indulgentias quas, & quibus concedant Episcopi.
8.24.433.
Ad indulgentias lucrandas an sufficiat confessio
informis.6.10.291.

Irregularitas. Irregularis.

Irregularitas homicidij ex defectu lenitatis quan-
do contrahatur, & à quibus dispensari possit.
263.104.

An à iudice damnante reum ad mortem, si hæc
non sequatur? Vel à clerico deputante iudice
pro reis suæ iurisdictionis temporalis, si mor-
tes sequantur. 5.6.225.

An Aduocatus, & testes declinent irregularitatem,
si protestentur. Ibid. Et quid de marito inter-
ficiante vxorem deprehensam in adulterio. 6.
28.310.

Irregularitas ex homicidio dubio quando contra-
hatur.6.24 & 42.328.

Quid si quis consulat Paulo prouocare Petrum ad
duellum, & is prouocantem interficiat? 6.43.
329.

An irregularis fiat clericus inuasus, si potens fuge-
re, occidat inuasorem.6.29.312.

Irregularis an fiat adulter, & fornicator abortum
causans nimio coitu. Et quid de marito. 6. 43.
329. §. Nota secundo.

Quid si amasius ad se venire amasiam iubeat per
loca prærupta, vnde aborriatur. Ibid. §. Nota
tertio.

Et an assistentes homicidio fiant irregulares. Ibid.
§. Nota primo.

Irregularis an fiat, qui homicidium modicè acce-
lerat.6.49.336.

Qui aliquem inebriat, à quo homicidium commit-
tatur. Ibid. in fine.

An clericus chirurgiam exercens, si infirmi dece-
dant.7.9.364.

Irregulares qui fiant in bello.7.8.363.

Et an comitens multa homicidia, contrahat mul-
tas irregularitates explicandas in petitione dis-
pensationis.6.44.330.

Irregulares an sint dæmoniaci, amentes, arripitij,
energumeni, etiam liberati. 2.67.108.

An ille qui non potest eleuare dexteram vsque ad
frontem, & sacram Hostiam dextera eleuare.
2.51.92.

Irregularis an validè, & licitè tonsuretur. 5. 1.
216.

Irregularitates Episcopales an dispensari possint à
confessariis regularium in secularibus. 4. 3.
163.

An irregularitas homicidij. 2.26.69.

Inbilium.

Ad lucrandum Inbilium an quis teneatur de nouo
confiteri, si postquam confessus est, & commu-
nicauit, in nonum mortale incidat.3.13.367. in
fine.

Et qui ordinauit elemosynam, scit aut datam non
esse, an debeat dare aliam. Et quantum. 7.18.
374.

Prorogatio tempore Inbilii per confessarium, an
absolui ab illo possint peccata interim commif-
sa.2.54.94.

Et quid de prorogatione Bullæ ad finem anni? 2.
55.95.
Iubileum anni Sancti an suspendat Indulgentias
plenarias pro Defunctis, pro articulo mortis,
& Ecclesiarum Vrbs.61.

Index.

Index an possit sequi sententiam minus probabi-
lem circa ius. Et an se conformare opinioni col-
legæ.2.60.100.

Iuramentum.

Iuramentum datum latroni de redeundo, de sol-
uenda certa pecunia, de non denunciando, si
metu extortum sit, ad quid obliget.2.35.76.

Iuramentum inter personas diocesis à quo dis-
pensandum sit.2.36.77.

L

Legatum.

Legatum pro viduis an dari possit cælibi, &
pauperi.3.8.122.

Legato equo, cui competat, illum inrer multos eli-
gere, hæredi an legatario. 4.19.185.

Immobiliu nomine an veniat pecunia destinata
ad rei immobilis emptionem. Ibid. §. Sed si.

Et quid de legato rei non existentis. Ibidem in
fine.

Legata res cui pereat ante traditionem. 7.45.404.

Legatus.

Legati quas leges in suis prouinciis ferre possint
3.23.141.

Lex.

Lex pontificia, quæ directiua censenda, quæ præ-
ceptiua. 1.15.20.

An præsumatur acceptata. 1.16.21.

Stylus Curie an faciat legem in conscientia. 6.44.
330. §. Sed difficultas.

Et quid de decisionibus Cardinalium authenti-
cis?

Vide *Cardinales*.

Leges an ferri possint ab Episcopo extra syno-
dum, & quo iure. 3.23.141.

Et quid de capitulo Sede Vacante.3.24.143.

An à legato in prouincia.3.23.141.

Leges Ecclesiasticæ an ex commissione Papæ ferri
possint à mulieribus.3.25.144.

Lex de hominibus disponens, quando scæminas
comprehendat.3.26.145.

Libri.

Libros prohibitos nemo legere potest eo, quod
non timeat periculum. 1.11.1.

Prohibiti donec corrigantur, an legi possint de li-
centia Episcopi. Et quid de libris obscænis.
8.62.479.

Ludus.

& Verborum Notabilium.

Ludus.

Honesto ludo an possit seruus quicquam expo-
nere inuito domino. 6. 9. 291. §. Notan-
dum.

Spondens cum certitudine euentus, an sit secu-
rus in conscientia. 6.9. ibid. §. Nota hic. Quan-
do ex ludo teneatur quis restituere. ibid. à §.
Nota hæc.

M

Maritus.

Maritus an possit diuortium petere ob ta-
ctus, & pollutionem vxoris. 5.46.271.

Maritus occidens vxorem in adulterio deprehen-
sam, an fiat irregularis, & teneatur ad restitui-
tionem.6.22.303.

Maritus vtroque carens teste, an possit cum vxore
concumbere.8.32.441.

Maritus, & vxor an possint excipere eundem in-
fantem de fonte. 8.57.473.

Mater.

Mater an aliquando aperire teneatur, se genuisse
lium spurium.2.33.75. & 6.55.344.

Marrimonium.

Non possunt Religiosi reualidare marrimonium
contractum in primo gradu affinitatis occulto.
2.27.69.

Puella marrimonio iungenda à quo iudice seque-
strari debet, vt examinetur de consensu.3.29.
149.

Marrimonio assistere potest etiam non Sacerdos
de Parochi licentia.3.3.117. qu. 1.

Sed an sufficiat licentia extorta per vim & me-
tum. Ibid. q. 4.

Et comprehensa censeatur in facultate generali
ministrandi Sacramenta. Ibid. q. 2. & 4.

An sciri debeat ab ipso assistente, licentiam esse
concessam. q. 5. cit.

Quid si ipse Parochus sit excommunicatus vitan-
dus. 5.10.

Vel prohibitus ab Episcopo hanc facultatem de-
legare? 3.32.153. q. 6.

Marrimonio an assistere possit Parochus intrusus
Et dare alteri licentiam assistendi. Et pleraque
circa hanc assistentiam. 3.33.155. & 34.157.

Ad marrimonium duo requiruntur testes destinati à
Parocho non necessariò rogati. Nec omni ex-
ceptione maiores. Sed simul, non per interualla,
excipere debent consensum contrahentium.3.
33.155.

An teneat marrimonium sine Parocho celebra-
tum in defectu. 6.1.283.

Marrimonium exigit duos testes præsentès distin-
ctos à Parocho. Vide *Testes*.

Marrimonium an teneatur si sponsi appositi se
conferunt eò, vbi Concilium non est receptum,
vt contrahant sine Parocho, & testibus. Et an hi
requirantur in terris Turcarum & hæreticorū,
vbi non est promulgatum Concilium.8.56.471.

Deflorans virginem sub spe coniugij, an teneatur
illam omnino ducere.6.54.342.

Medalia. Vide Indulgentia.

Medicatio, Medicus.

Medicatio vulnerum distantium, adhibito enfi,
Anton. Diana Pars XI.

vel rei alteri, vitriolo Romano, an licita. Et de
similibus.4.42.211.

Medicus an possit curare infirmum nolentem con-
fiteri.1.22.27.

Mendacium, Meretrix.

A mendacio an, & quando excuset restrictio men-
talis.6.32.315. §. Et quidem.

Meretrix an teneatur restituere accepta à filiofa-
milias, & religioso, &c.2.65.106.

Miles.

An accipiens aliquid de manibus Turcarum per-
tinens ad Christianos, vel spolia militis Chri-
stiani, apud illos in prælio defuncti, restituere
teneatur.6.18.299. §. Non deseram.

Minor, Misericordia.

Minoribus quando competat beneficium restitui-
tionis in integrum. Et an teneantur contracti-
bus in conscientia. 4.23.189.

Miserabiles personæ quænam censeantur.5.8.227.
q. 2. An studiosi.3.8.222.

Compensatio occulta an sit licita minori læso, qui
sine expensis non potest obtinere beneficium
restitutionis in integrum.4.23.189.

Restitutio in integrum an competat minoribus
etiam post 25. annum.3.28.147.

An eorum fideiussoribus, vel consortibus eiusdem
litis.3.29.149.

Et quid si minores iurauerint.3.30.150.

An competat *Ecclesiæ*. Vide *Ecclesiæ*. An si minor
læsus fuerit tantum in pretio.3.31.151.

Contractus minorum absque curatoris consensu
an obliget.7.40.398. Præsertim iuramento fir-
mati.3.30.150.

Et quo pacto eorum ætas probeatur. 3. 27. & 28.
146. & 147.

Missæ.

Ab Horis Canonicis ad Missam an valeat argu-
mentum.1.10.13.

Missæ qua hora celebrari possit.2.2.34. & 7.21.376.

An sine altari pro dando viatico moribundo.6.25.
in fine.

An celebrans extra locum sacrum, incurrat cen-
suram.4.2.162.

Missæ votiuæ non possunt dici in festis duplicibus.
Regulares in illis dicere possunt Gloria.2.3.36.

Missam celebrans cum calice non consecrato an
incurrat aliquam pœnam. Et quando calix
amittat consecrationem.8.31.440.

Missas plures an habens curam plarium Ecclesia-
rum celebrare possit eadem die. Et quid in die
Parascenes.5.33.258.

Et quid ad dandum Viaticum moribundo. 7. 21.
376.

Missæ quando iterari debeat ob aduentum alicuius
personæ.5.45.270.

Missarum siccarum vsus an sit licitus.6.23.304.

Missæ an celebrari possint plures feria V. in Cœ-
na Domini. Et quid si in ea contineat festum
Annuntiationis. Vel contingat in Sabbato
Sancto.5.32.255.

Et an Missa priuata Sabbati debeat dici de Resur-
rectione.8.66.484.

Missam maiorem an teneantur celebrare in festis
Regulares sub mortali. 6. 23. 304. §. Nota hic.

Index Rerum,

Missam celebrare cum voluntaria distractione, an sit mortale. 7. 11. 366.
 Missa an valeat, applicata vni defuncto, quem Deus velit. 6. 39. 325.
 Vel incapaci. Vel quam Sacerdos applicare obliuiscitur. Et an defunctis applicanda sit etiam impetratio. 6. 40. 326.
 Missam eandem cum plures celebrant, an singuli applicare possint. Et si vnus solam Hostiam, alter vinum conlecrasset, ad quem applicatio pertineret. 6. 39. 325. Nota hic.
 Dubium aliud de applicatione. 7. 11. 366. in fine.
 Pro vna Missa ratione presentiae, & applicationis an accipi possit duplex stipendium 8. 66. 484.
 Vniuersaliter quando plura stipendia pro vna Missa sumi possint. Et alia circa applicationem. 7. 27. 382. An ob paupertatem. 1. 24. 29.
 Missam non potest quis simul audire à tribus, vel pluribus quo ad diuersas partes. 1. 3. 5.
 Religiosi an teneatur ad Missam solemnem in singulis festis sub mortali. 6. 23. 304. §. Nota hic.
Monasterium.
 Potest Episcopus visitare Monasteria monialium regularibus subiecta. in ordine ad clausuram. Et ex eius mandato Vicarius. 2. 15. 55.
 Non possunt Religiosi fundare noua monasteria, vel transferre vetera sine Episcopi consensu. Et debent seruare interuallum 140. annorum ab aliis domibus Regularium. 2. 25. 66.
Moniales.
 Moniales subiectae Regularibus visitari possunt ab Episcopo quoad clausuram. Vide *Episcopus*. Et egent ipsius licentia vt exeant à Monasterio ob iustam causam 2. 24. 66. Monialium clausura quando frangatur. 8. 25. 434.
 Confessarij monialium subiectarum in Hispania an egent Episcopi approbatione. 2. 28. 70.
Mors.
 Vfurarius an donare possit causa mortis? 4. 22. 188.
 An in articulo mortis teneatur quis confiteri per interpretem. 7. 1. 352.
 Qui mane communicauit, & postea incidit in periculum mortis, an possit iterum communicare. 7. 21. 376. in fine.
 Praeceptum diuinum confessionis an obliget extra mortis articulum? 8. 38. 446. & quando? 8. 39. 447.
 Sigillum confessionis an obliget ad subeunda mortis pericula, ne ob fugam detur indicium agniti criminis. 8. 50. 462.
 An extra mortis articulum obliget praecipuum contritionis? 8. 51. 463.
Mortale.
 Quo iure confitenda sint mortalia ante communionem 8. 10. 420. in fine.
 An replicanda sit, si confessio oblitum mortale ante communionem in mentem veniat. 8. 40. 448.
 Mortale an confiteri possit in genere, si ex manifestatione speciei imminet magnum malum. 8. 45. 457.
Mulieres.
 Mulieres an peccent mortaliter, incedentes mammis, & pectore aperto. 4. 32. 199. §. Ex dictis.

An mulier teneatur pati leuem incisionem, si defectus sit ex parte viri. Et an hic peccet contrahens cum impotentia cognita 5. 11. 231.

Mutare.

Approbatus in vno loco, si mutet domicilium, an retineat approbationem pro subditis prioris loci. 4. 16. 188. 9. Sed quarto.

Mutilare.

Mutilare seipsum ob vocem vel tentationes carnis, illicitum. 1. 23. 27.

Mutuum.

Mutuans non potest quisquam recipere ob priuationem potestatis repetendi determinato tempore. 1. 25. 31. 9. 4.

Pactum remutuendi in posterum, vel recipiendi aliquid ex gratitudine, an licitum. 7. 23. 377.

An pro lucro cessante incerto, pactum iniri possit de soluendo aliquo certo. Etiam si mutuans non deliberasset negociari. Et alia. 7. 24. 379.

Et an lucrum cessans peti possit initio mutui. 7. 25. 380.

Et si detur res fructifera in pignus fructus computandi sint in solutionem. 7. 26. 381.

N

Necessitas.

Necessitate in graui an furtum licitum sit? 1. 13. 17.

Res ante necessitatem ablata, & in necessitate consumpta, an onus restitutionis relinquatur. 5. 15. 234.

Negotiatio, Negotiorum gestor.

Negotiatio, quae clericis interdicitur, & quando sub mortali. 3. 10. 125.

An impressio librorum propriis sumptibus. Et familia. 6. 41. 327.

Negotiorum gestor tenetur de culpa lata & leui. Non de leuissima. Et quid de eius haeredibus. 3. 18. 135.

Notitia.

An praelatus vti possit in regimine notitia confessionis ad bonum commune. 5. 15. 237.

Notitium.

Notitium interrogandus de consensu, à quo sequestrandus sit. 3. 20. 138.

Nuptia.

Donata causa nuptiarum à consanguineis alterius sponsi, cui acquirantur? 4. 28. 196.

O

Obscurus.

Obscena pingentes an peccent mortaliter? 4. 32. 299.

Obsessus, Obsidere.

Absolui à reseruatis an possint mulier grauida, remiges obsessi, & obsidentes, tanquam in articulo mortis, per simplicem Sacerdotem. 3. 2. 116.

Occidere

& Verborum Notabilium.

Occidere.

Occidere non potest religiosus inuaforem honoris, etiam Religionis. 1. 20. 25.

Occisionem sui ipsius efficax indirectè, & mediata, seu permissiue aliquid agendo, vel omittendo; vel vitam sibi abbreviare, an & quando liceat 6. 46. 333.

An se quis occidere, vel mutilare possit ex mandato iudicis 6. 50. 337.

Vel mutilare, si tyrannus minetur mortem. Ibid. §. Sed an sit.

Occidere an quis possit inuaforem ebrium, vel amentem. 6. 52. 340.

Officium.

Religiosi an possint recitare officium cum Breuiario alterius Ordinis. 1. 8. 11.

Beneficiarius omittens Officium primis sex mensibus excusatur à restitutione, sed non à peccato 1. 7. 9.

Habens duo beneficia, alterum iuste, alterum iniuste, non tenetur ad duplicem Officij recitationem. 1. 44. 85. §. Sed hic.

Recitare officium pro officio, hoc est, propositum sub ritu semiduplici recitare sub duplici, &c. non est mortale. 4. 45. 214.

Omissio, Omittere.

Restituere an teneatur beneficiarius fructus beneficii ob omissionem officij per aliquot dies. 1. 7. 9.

Omissio integre Horae est mortalis. 1. 25. qu. 5. 31.

In Horatum omissione quae sit parua materia. 1. 1. 226.

Vesperas Sabbati Sancti omittere non est mortale. Et vnum mortale est omittere officium Defunctorum cum officio de octaua die 2. Nouemb. 4. 45. 192.

Beneficiarius omittens partem notabilem vnius Horae continuam, vel constam ex pluribus versibus intermissis, an ad restitutionem teneatur. 2. 44. 85.

Onus.

Praelati regularium non possunt reducere onera Missarum, vbi S. Congregationis decreta recepta sunt. 2. 4. 37.

Opus.

Opus bonum alteri inscienti applicatum, an valeat. Et an proficit defuncto, si offerens non sit in gratia. 5. 54. 279.

Oratorium.

Habens priuilegium erigendi oratorium domi, non potest erigere alterum ruri, etiam in territorio. 5. 34. 259. nec valet ei priuilegium, si in eadem domo, quantumuis ampla, sit aliud oratorium, etiam pro alia familia. 5. 35. 260.

Ordinarius, Ordo.

Ordinarij nomine quis veniat. 3. 35. 159.
 Ordinari an possit quis ab Episcopo, beneficii erecti, vel dati ad hoc ipsum, vt ordinetur ab

illo. 4. 1. 161.

Ordinari an possit regularis, etiam nouitius, extra tempora. 4. 6. 167.

Ordinatus extra tempora, ante aetatem, vel cum falsis dimissoriis, an sit suspensus. 4. 7. 168.

Et in vltimo casu, an etiam irregularis, & per quem absolui, & dispensari debeat. 6. 4. 286.

Tonsuratus in infantia; an in debita aetate ordinari possit absque dispensatione. 6. 8. 289.

Religiosi pro confessionibus approbari debent à singulis ordinariis. 2. 11. 48. etiam praelati. Ibid.

Praelati regulares non approbati ab Ordinario non possunt eligi in confessarios virtute Cruciatæ aut Iubilei. 2. 52. 93.

Minores Ordines aut tonsuram non potest Abbas Benedictinus conferre clericis saecularibus sibi subditis, nec Nouitiis Ordinis. 2. 30. 72.

Religiosi non possunt ordines recipere ab alieno Episcopo sine licentia proprii, vel non seruatis interstitiis. Vel ante aetatem legitimam. 2. 17. sed vide. 4. 6. 7. 167.

Osculari.

An laicus osculari possit Eucharistiam sine peccato? 7. 43. 401. in fine.

P

Papa.

Papa non est dominus beneficiorum, sed supremus dispensator. 3. 14. 131. Eius leges quando sint praecipuae, quando directivae. 1. 15. 20.

An possit concedere Indulgentiam, vt quis non attingat poenas Purgatorij. 2. 43. 84. Sed non deferam. An reuocare Bullam Cruciatæ sine causa. 2. 49. 89. An transferre Episcopum in aliam Ecclesiam ob pinguiotes redditus 4. 40. 209. An absolueri à censura solo actu interno. 3. 36. 160.

Circa adorationem, qua solet à Catholicis venerari, Quære in priori eorum, qui ad octauum subsequuntur, Tractatu.

An sit licita adoratio, quam Christi fideles Summo Pontifici praebent, & negatiua sententia haeticorum assertur. *Resoluit.* 1. 489.

Ad supradictos errores repellendos, supponitur, quænam sit adoratio, quomodo distinguatur, & actus, per quos exercetur, explicantur. 2. 490.

Contra haeticos Summ. Pontificem semper in Ecclesia fuisse adoratum genuflexione, pedum osculatione, &c. demonstratur. 3. ibid.

Supradicta adoratio Pontificis non solum perpetuo vsu, vt visum est, sed etiam ratione nititur, exemplo videlicet Episcoporum. 4. 492.

Idem probatur Imperatorum, & Regum exemplo, quos à populis adoratos fuisse demonstra-

Index Rerum.

cur, & de differentia adorationis politicæ, & factæ agitur. 5. 493.
 Idem probatur etiam adoratio Pontificia ex more apud veteres, quod ad aliquid impetrandum pedibus obvoluebantur, & præsertim filij supplices apud Patres ad eorum pedes procumbebant, de offensis veniam petendo. 9. 494.
 Aliqua loca Sacræ Scripturæ afferuntur, in quibus adorationem Pontificiam indicatam fuisse demonstratur. 7. ibid.
 An licitum sit præter genuflexionem, & pedum osculationem adorare Pontificem pectoristensione. 8. 495.
 Probatur adorationem non solum osculatione pedum Pontificibus præberi, sed etiam inclinatione capitis, quando eorum nomina in orationibus publicis audiuntur. 9. 496.
 Quare Eminentissimi Cardinales ordinariè non genuflectunt ad occursum Pontificis, nec eius pedes osculantur; & de osculatione circa manus Pontificis aliqua curiosa obseruantur. 9. 497.
 Sub qua adoratione comprehendatur adoratio Pontificis, ad Latramne, vel ad Duliam? & opinio Caramuelis affertur. 11. 498.
 Refertur circa eandem difficultatem opinio Tanneri. 12. ibid.
 Opinio Theophili Raynaudi proponitur, videlicet quod Pontifex adoratur adoratione Hyperdulix. 13. 499.
 Opinio Auctoris, & aliorum adducitur, nempe adorationem Pontificis esse reducendam ad adorationem Dulix. 14. 500.
 Breuis digressio de gestatione Pontificis super humeros, & cum Regno in capite, quod vulgò Chamaurus appellatur. 15. 501.
 An si aliquis Pontifex (quod Deus auertat) esset impius, scandalosus, &c. sit adhuc modo, quo supra à Fidelibus adorandus? 16. 503.
 Respondetur ad argumenta hæreticorum *superius in resol.* 1. apposita, & adducitur ratio, quare D. Petrus respuit adorationem Cornelij. 17. 505.
 Quare Pontifex vocet se seruum seruorum Dei, contra Theodorum Reinghingh demonstratur. 18. ibid.
 Quare Summus Pontifex non solum calcamento Cruce signato, sed etiam coloris rubei vtatur. 19. 506.
 Respondetur ad scommata Ioannis Fabri, qui Pontifices carpit portantes calceos cruce signatos, & ostenditur humilitatis causa, & ad honorem crucis ritum hunc à tempore S. Siluestri fuisse introductum. 20. 507.

Circa infallibilitatem Decretorum Papa extra Concilium. Quære in tractatu posteriori.

 An Papa possit errare definiendo aliquod de fide extra Concilium Generale, & sententia affirmatiua aliquorum adducitur. 1. 509.
 Opinio negatiua firmatur, nempe Decreta Pontificis esse infallibilia, etiam emanata extra Concilium. 2. 510.

Respondetur ad argumenta pro affirmatiua sententia, ab aduersariis excogitata, ac superius posita. 3. 511.
 Quamam censura Theologica inuenda sit hæc propositio: Decreta Papæ loquentis ex Cathedra extra Concilium non habent infallibilitatem, & ided posse errare. 4. 512.
 An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra sint infallibilia etiam non adhibito consilio Cardinalium, vel Theologorum. 5. 513.
 Ad confirmationem eorum, quæ pro nostra sententia superius adducta sunt, proponitur quæstio: An sit omnino de fide, verbi gratia hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem, & verum Petri successorem. 6. 515.
 Respondetur ad argumentum contrariæ sententiæ. 7. 517.
 An stando in opinione, quod non sit de fide hunc numero Innocentium X. esse verum Pontificem: An, inquam, adhuc eius decreta circa res fidei haberent infallibilitatem. 8. 518.
 An omnia contenta in Decretis Pontificum loquentium ex Cathedra, habeant infallibilitatem. 9. 519.
 An Pontifex possit errare in assignandis censuris propositionum præter hæreticas. 10. 520.
 Exponitur modus, quo Spiritus Sanctus assistat Pontifici, quando aliquid de fide determinat. 11. 521.
 Ad ornatum materiæ inquiritur: An Papa, vt persona priuata possit errare in fide, & an de facto errauerit. 12. 522.
 An Pontifex possit errare definiendo aliquid circa mores extra Concilium. 13. 524.
 Respondetur ad argumenta in contrarium adducta. 14. 525.
 An in Canonizatione Sanctorum Papa possit errare. 15. 526.
 Respondetur ad argumenta contraria. 16. 527.
 An Papa possit errare in Beatificatione Sanctorum. 17. 528.
 Qua certitudine tenendum est, Papam non posse errare in Canonizatione Sanctorum, & esse de fide probatur. 18. 529.
 An eadem certitudine de fide sit tenendum, Papam non posse errare circa beatificationem Sanctorum. 19. ibid.
 An præcisè ex vi solius beatificationis, quod anima beatificati sit in gloria remaneat tantum intra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis. 20. 531.
 An posito quod Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, venerari Sanctum Beatificatum, possint licitè omnes alij vi tali concessione? 21. 532.
 An si quis esset delatus in Sancto Officio, quod dixisset, Papam posse errare in Canonizatione, & beatificatione Sanctorum sit ei imponenda abiuratio de formali. 22. 534.
 An Papa possit errare in approbatione Religionum? 23. ibid.

Respon

& Verborum Notabilium.

Respondetur ad argumenta contraria adducta à Melchioro Cano. 24. 536.
 Qua certitudine credendum est, Papam non posse errare in approbatione Religionum. 25. ibid.
 An Pontifex possit errare approbando, vel reprobando aliquem contractum, & agitur de Monte Pietatis. 26. 537.

Parentes.

Pater an teneatur dotare filiam emancipatam, vel diuitem. 4. 24. 191.
 An naturalem, & spuriam. Ibid. 25.
 Et an dos transeat ad hæredes, & alia. Ibid. à §. Sed ex his.
 Parentes testantes de filiorum ætate, an, & quando faciant fidem. 3. 27. 146.

Parlamentarium Parochum.

Parlamentarius an possit subscribere determinationi iniustæ iam conclusæ. 4. 5. 166.
 Parochus an possit aliquando exponere ad confessiones Sacerdotem non approbatum. 4. 13. 176. 9. 5.
 An peccet mortaliter nolens audire confessionem rationabiliter petentis. 8. 29. 438.
 Vide etiam *Matrimonium*.

Paruitas materiæ.

Paruitas materiæ non datur in rebus venereis. 1. 25. 31. q. 2.
 Illam admittentes, quibus censuris afficiantur. 6. 53. 340.
 In recitatione officij quænam sit. 1. 21. 26.
 Omissio integræ Horæ est mortalis. 1. 25. qu. 5. 31.

Patrinus.

Patrinus in Baptismo solemnè collato post Baptismum in capillis, vel secundina, an contrahat cognationem spirituales. 8. 57. 473.
 Maritus, & vxor an possint excipere eundem infantem de fonte. Ibid.

Paupertas Religiosa.

Paupertatis votum est de essentia status regularis. 6. 1. 283. §. Quoad seruandū. Contra illud an delinquat Prælatus aliquid accipiens, & amotus retinens absque licentia, cum intentione expendendi cum licentia. 8. 54. 469.

Peccatum.

Peccatum triplex committit, qui ter vno impetu fornicatur. 1. 2. 3.
 Peccato tyranni minantis excidium, an possit cooperari respublica, tradendo puellam deflorandam. 6. 51. 338.
 Peccata dubia explicari debent in confessione. 1. 25. 31.

Pensio.

Pensio an sine licentia Papæ licitè redimatur. 5. 5. 124.

Peregrinus.

Peregrini quoad absolutionem reputantur vt incolæ. 2. 48. 89.

Pictor.

Pictores an peccent mortaliter pingentes amasio concubinam. 5. 50. 276. & res obscenas. 4. 32. 299.

Pœnitentia, Pœnitens.

Pœnitentia an iniungi possit applicanda Animabus Purgatorij. Et an confessarius leuem imponens excusetur per verba illa: *Quidquid boni feceris, &c.* 8. 26. 435.
 An pœnitentia grauis imponi possit sub culpa leui. 8. 55. 470. §. sed hic.
 Pœnitentia an differri possit per annum. Et alia circa hanc materiam. 7. 10. 364. & 8. 26. 435. in fine.
 Pœnitens, qui habuit facultatem eligendi confessarium pro vna vice, an possit ad illum redire pro peccatis oblitis. 8. 18. 437.
 Facta pœnitentiæ commutatione, an possit redire ad priorem. 8. 55. 470.
 Eum non teneri pœnitentiam acceptare, an sit probabile. 7. 2. 353.
 An possit sibi illam commutare, & alia multa. 7. 3. 354. & 8. 26. 435. à §. Nota secundo.

Pontifex Summus, Vide Papa.

Præceptum.

Præcepti partes duæ non semper implentur eodem actu. 1. 3. 5.
 Præcepta Ecclesiæ generalia obligant etiam hæreticos, & catholicos in eorum terris versantes etiam si illi communiter non seruent. 1. 5. 7.

Prælatus Regularium.

Prælatus regularium non possunt reducere onera Missarum, vbi S. Congregationis decreta recepta sunt. 2. 4. 37.
 Prælatus regulares non approbati ab ordinario non possunt eligi in confessarios virtute Cruciatæ aut Iubilei. 2. 52. 93.
 An possint reconciliare Ecclesias pollutas. 8. 23. 432.

Princeps.

Princeps ex plenitudine potestatis an priuare possit ciues rebus suis ob publicam necessitatem. 7. 5. 357.
 An sit solutus legibus. 6. 6. 288.
 An compositionem facere possit de bonis incertis. 8. 19. 428.

Præiudicia.

Præiudicia Regularium, viuæ vocis oraculo concessa, an sint omnino extincta. 6. 45. 331.
 Quando eorum præiudicia communicentur, inuicem. 3. 17. 134.
 An limitari possint quoad vsum à Capitulo generali. 2. 66. 108.
 Præiudicia concessa à Pio V. in Bulla *Etsi Mendicantium*,

Index Rerum,

canium, an reuocata sint per Bullam *In tanta* Greg. XIII. etiam in conscientia. 2. 6. 39. & 3. 5. 119.
 Priuilegia reuocata an reuiscant per nouam confessionem ex certa scientia, vel motu proprio, absque expressa mentione reuocationis. 2. 7. 40. & 3. 5. 119. in fine.

Pueri.

Pueris ad quam ætatem dari possint carnes in diebus prohibitis. Quando teneri incipiunt præcepto confessionis, & irretiri irregularitatibus. 2. 56. 96.

R

Religiosi.

Religiosos non esse Equites Hierosolymitanos, an sit probabile. 4. 33. 201.
 Religiosus an possit accipere, & ad breue tempus retinere pecuniam sine licentia, sub spe eius obrinendæ. 1. 19. 24.
 Religiosi an possint recitare officium cum Breuuario alterius Ordinis. 1. 8. 11.
 Tenentur ad horas etiam nondum sacris initiati. 1. 25. 31. q. 3. 2. 10. 64. & 3. 17. 135.
 Et tenentur ad choram si sint saltem tres. 2. 10. 46.
 Religiosi pro confessionibus approbati debent à singulis ordinariis. 2. 11. 48. etiam prælati. ibid.
 Religiosi non possunt ordines recipere ab alieno Episcopo sine licentia proprii, vel non seruatis interstitiis. Vel ante ætatem legitimam. 2. 17. 56. sed vide. 4. 6. 167.
 Religiosi non possunt ministrare sæcularibus communionem Paschalem. 2. 16. 55. sed vide. 7. 4. 356.
 Sed an tempore Paschæ. Ibid. & 7. 28. in fine. 384.
 Religiosi concionatores an egeant licentia Episcopi pro suis Ecclesiis. Et an suspendi possint sine causa. 2. 1. 33.
 Quid quoad Ecclesias alienas. 2. 29. 71.
 Religiosi an possint exponere Orationi Sacram Hostiam sine licentia Episcopi. 2. 5. 37.
 Religiosus Parochus visitari ab Episcopo potest quoad curam animarum. 2. 14. 53.
 Religiosi possunt compelli ab Episcopo ad publicas processiones aliis pœnis à censuris. 2. 8. 42.
 Tenentur seruare festa Episcopalia. 2. 20. 62. & 3. 6. 121.
 Et publicate interdicta locorum, ab ipsis requisiti. 2. 21. 62.
 Non possunt fundare noua monasteria, vel transferre vetera sine Episcopi consensu. Et debent seruare interuallum 140. dierum ab aliis domibus Regularium. 2. 25. 66.
 Non possunt absoluerè à casibus Episcopalis. 2. 9. 44.
 Non ab irregularitate homicidij occulti. 2. 26. 69.
 Non reualidare matrimonium contractum in primo gradu affinitatis occulto. 2. 27. 69.
 Non dispensare ad debitum cum eo, qui contraxit post votum castitatis. 8. 16. 426.
 Non commutare vota castitatis aut Religionis, quando in his dispensata potest Episcopus. 8. 6. 417. §. Obseruandum. Confessarij monialium si-

bi subiectarum in Hispania an egeant Episcopi approbatione. 2. 28. 70.
 An dispensare possint in irregularitatibus Episcopalis. 4. 3. 163.
 Confessarius regularis an possit absoluerè mox ingressurum Religionem sine approbatione. 4. 16. 182. §. Nota hic.
 An commenales laicos. 4. 14. 178.
 An approbatus dimissus approbationem retineat. 4. 13. 178. q. vult.
 An prælatus, vel iniuste reprobatus, audire possit confessiones sæcularium. 4. 14. 178.
 Religiosi celebrare possunt statim à media nocte. 2. 2. 34.
 Possunt dicere in missis votiuis *Gloria in Excelsis*. 2. 3. 36.
 Non possunt uti priuilegiis Bullæ *Esti Mendicantium*. 2. 6. 39.
 Religiosi accedentes ad funera, an præire debeant ad Parochialem, vel Cathedrali ad leuandum Capitulum. 8. 65. 483.
 Religiosi an teneantur ad Missam solemnem in singulis festis sub mortali. 6. 23. 304. §. Nota hic.
 Religiosi an gaudeant priuilegio Cruciatæ eligendi sibi Confessarium pro reseruatis. 6. 37. 322. vel non reseruatis. 6. 38. 323.
 Reseruatio permissa Regularibus à Clement. VIII. comprehendit utramque sodomiam, non tamen pollutionem cum secunda persona. 1. 61. 102.
 Religiosi an incurrant pœnas priuationum in Bullis impositas ante sententiam. Et an ab illis absolui possint à suis prælatis. 6. 47. 322.
 Religiosus incorrigibilis eiici debet à Generali omnino de consensu sex Patrum. 2. 13. 49.
 Vbi aliqua declarationes Sac. Congregat. circa hoc. ibid.
 Religiosus non potest occidere inuasorem honoris sui, vel religionis. 1. 20. 25.
 An peccet mortaliter assistens ludis taurorum. Et quid de laicis. 4. 11. 174.
 In causis grauioribus religiosorum debent detegi reo nomina testium. 3. 7. 122.
 Religiosus absque consensu prælati, & capituli non potest fideiubere. 4. 31. in fine. 198.
 Regulares ad Prælaturas tenentur eligere digniores. 4. 37. 208.
 Auertens aliquem à religione, ad quid teneatur. 3. 22. 140.

Restitutio, Restitui, Restituere.

Restitutio rei furtiue non existentis in quo valore fieri debeat, si plures habuit. 6. 5. 287.
 Ad restitutionem tenetur quicumque ex officio tenetur furta impedire. An famuli? 6. 6. 288.
 Et an cum periculo mortis. 6. 18. 299.
 Et custodes tacentes, teneantur etiam ad pœnam quam deprehensi soluisset. Ibid.
 An teneatur quicumque sine proprio incommodo impedire omittit. Ibid.
 An teneatur pauper rem inuentam accipiens in elemosynam, domino comparente restituere. 8. 12. 422.
 Et an inuentor retinere possit. Ibid.
 An restitui debeat res furtiua, quæ perit, & penes dominum peritura fuisset. 4. 39. 207.

An

& Verborum Notabilium.

An restituendum, quod per errorem ab alio receptum est, si is conueniri non potest. An de bonis alienis incertis constitui possit Capellania, vel Hospitale. An distribuenda pauperibus. 6. 48. 335.
 Confusus furtum minus faciendum ab vno ei, qui paratus erat plus furari ab alio, an restituere teneatur. 6. 57. 346. ex errore. 56.
 An etiam teneatur mandans occidi Caium, si ex errore occidatur Titius. 6. 19. 300.
 Amittens culpabiliter gemmam mille aureorum, quam putabat valere centum, quantum restituere debeat. 2. 34. 75.
 Restitutio incertorum iniuste acquiritorum pauperibus facienda. Quid de incertis ex iusto contractu? vel per inuentionem. 1. 12. 16.
 Restituere an teneatur beneficiarius fructus beneficij ob omissionem officij per aliquot dies. 1. 7. 9.
 Causa à restitutione excusantes. 6. 20. 301. in fine. Et præsertim famæ. 6. 56. 345.
 An qui ex iusta causa differt restituere, teneatur ad lucrum cessans, & damnum emergens. 6. 20. 301.
 An restituendum sit in æquali necessitate creditoris, & debitoris, vel ei coniunctorum. 2. 32. 73.
Restitutio in integrum.
 Restitutio in integrum an competat minoribus etiam post 25. annum. 3. 28. 147.
 An eorum fideiussoribus, vel confortibus eiusdem litis. 3. 29. 149.
 Et quid si minores iurauerint. 3. 30. 150.
 An competat Ecclesiæ. Vide *Ecclesia*. An si minor læsus fuerit tantum in pretio. 3. 31. 151.
 Et an restituendi sint fructus percepti. Ibid. qu. 3.

Reus.

Reus tortus, ad vitanda grauiora tormenta, an possit sibi falsum crimen imponere, etiam iurando amphibologicè. 2. 14. 53.

S

Scandalum.

An sit peccatum coniungere carnaliter amicos. 8. 35. 443.

Secretum, Serui.

Secretum quatenus seruandum à Iudice, & Aduocato cum aduersariis clientum. 7. 20. 375.
 Serui inter Christianos etiam hæretici non fiunt. 3. 11. 113.

Sepultura.

Sepultura Ecclesiastica an priuandus duellator, qui vulnere accepto decesserit extra circum. 6. 26. 308.

Sigillum.

Sigillum confessionis an obliget ad subeunda mortis pericula, ne ob fugam detur indicium agniti criminis. 8. 50. 462.
 An frangatur, si dicat Confessarius se dedisse Titio in pœnitentiam vnum *Miserere*, vel quinque *Pater*. 5. 14. 236.
 An teneatur dare schedulam confessionis ei, quem non absoluit. Ibid.
 An adire teneatur sceminam solitam confessarios sollicitare ad turpia. 5. 15. 237.

An Prælatus uti possit in regimine notitia confessionis ad bonum commune. Ibid.

Simonia.

Simoniam an sit, dare colliganti pecuniam pro firmando sibi beneficio litigioso. 6. 7. 289.
 An ludere preces pro temporali. 6. 8. Ibid.
 An pacto conuenire de danda pecunia exponenti merita personæ apud collatorem, vel elemosynam, vel collatori, vel alteri ob gratitudinem. Et talia de hac re. 6. 31. 313. & 7. 23. 377. à §. Nota etiam.
 Simoniam an sit sumere pretium pro cantu in Ecclesia. Et pro labore interno functionis spirituales. 6. 34. 318.
 An, & quando redimere vexationem, sit simonia. 6. 32. 315.
 Simoniam pœnæ, an requirant simoniam completam esse ex parte vtriusque. 6. 30. 312.
 Simoniacè beneficium obtinens non remanent priuatus antea obtentis. 5. 7. 226.
 An suspensus. Ibid. An inhabilis ad alia? 5. 18. 241.

Sodomia.

Patiens in sodomia an committat peccatum speciè distinctum ab agente. 1. 11. 15.

Sponsalia, Sponsæ.

Sponsalia posteriora an seruanda, si priora inuvalida fuerint ob impedimentum dirimens. Vel si copula validata fuerint, vel iusta alia causa interueniat desiliendi à prioribus. 2. 70. 111.
 Sponsæ de futuro an liceat aspicere iuicem vendenda. 2. 68. 110.

Suffragator.

Suffragator an possit subscribere deliberationi iniustæ iam conclusæ. 4. 5. 166.

T

Tactus, Taurorum ludus.

Tactus priorum verendorum in absentia coniugis sint mortiferi? Quid de oculis pudendorum? Et aspectu eorumdem respectu sponсорum de futuro? 2. 68. 110.

Taurorum agitationes an in diebus festis fieri possint sine mortali. 4. 11. 174.

Testari, Testator, Testamentum.

Testari an possit vsurarius ex venditione, vel aliis contractibus à mutuo. 4. 32. 188.
 Testator an prohibere possit detractionem legis Falcidiz, & Trebellianicæ. 7. 46. 406.
 Testamentum cæci an valeat, si ante institutionem heredem scribantur legata. Et alia huc spectantia. 7. 41. 399.

Testes.

Testes ad matrimonium duo requiruntur distincti à Parocho. Non necessariò rogati. Nec omni exceptione maiores. Sed simul, non per interualla, excipere debent consensum contrahentium. 3. 33. 155.

An sufficiant excommunicati vitandi. 4. 21. 188.
 Testium nomina manifestari debent reo regulari in causis grauibus. 3. 7. 122.

Tutor.

Tutor, & eius heredes de qua culpa teneantur. 7. 49. 410.

Venditio.

Index Rerum, & Verborum Notabilium.

V

Venditio.

Venditæ rei periculum ante traditionem penes quem sit. 7.32.389. Et quid de fructibus. 7.33.390.

Vestes Sacre.

Vestes sacræ an tangi & lauari possint à laico sine

peccato. Et quid de religiosis conuersis. 3.16.134.

Votum.

Votum disunctiuum religionis, aut perfectæ castitatis, an dispensabile per Iubilæum, aut Cruciatam. 7.17.373.

Vsurarius.

Vsurarius an testari possit, Vide *Testari*: An donare possit causa mortis? 4.22.188.

F I N I S.

